BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XLIII
H
20
NAPOLI

CAROLI SIGONII
OPERA OMNIA
TOMUS TERTIUS.

CAROLI SIGONII MUTINENSIS OPERA OMNIA

EDITA, ET INEDITA,

CUM NOTIS VARIORUM ILLUSTRIUM VIRORUM,

ET EJUSDEM VITA

A CLARISSIMO VIRO

LUDOVICO ANTONIO MURATORIO

SERENISSIMI DUCIS MUTINÆ BIBLIOTHECARIO CONSCRIPTA,

PHILIPPUS ARGELATUS BONONIENSIS

Nunc primùm collegit, ſuaſque Animadverſiones in aliquot ipſius SIGONII Opuſcula adjecit, necnon Indicibus locupletiſſimis exornavit.

TOMUS TERTIUS.



MEDIOLANI, MDCCXXXIII.

IN ÆDIBUS PALATINIS.

SUPERIORUM PERMISSU.



EXCELLENTISSIMO D. D. RAYMUNDO VILANA PERLAS, MARCHIONI DE RIALP,

COMITI S. R. I. EX MAGNATIBUS HUNGARIÆ, DOMINO OZAIL, BROD, ET CASTRI GROBNICH, S. C. C. M. A PENITIORIBUS CONSILIIS, ET IN UNIVERSAS PROVINCIAS AB IMPERIALIBUS EPISTOLIS

PHILIPPUS ARGELATUS BONONIENSIS
S. P. D.

Si quid umquam ad ingenioli noſtri modulum bene quadraverat, MARCHIO EXC.ME, *liceat mihi de illuſtrandis, atque iterum edendis* Caroli Sigonii *libris conſilium præ ceteris æſtimare ; vix enim ex innumeris*

pene recentiorum Scriptorum libris alterum invenire potuiſſem, in quo de ſacra & profana omni antiquitate, de doctrinis, artibuſque ſingulis politiori ſtili elegantiâ uberior copia traderetur, quàm in aureis hiſce Sigonianis, qui per omnes ætates ac tam varia ſimulque graviſſima, & inextricabilia olim argumenta feliciter excurrunt; quamobrem editis jam Viri Clariſs. operum duobus tomis, illico ſenſi me de literis bene fuiſſe meritum ex plurium gratulatione, quibus opera noſtra fuerat acceptiſſima; atque hinc ingenuè fateor aucta eſt mihi laborum meorum æſtimatio eouſque, ut cùm Excellentiæ Tuæ pluribus nominibus me debere ſciam, non indignum gravitate doctrinæ, atque honorum dignitate, qua polles, reputavi, ſi muneris vice tertium hunc Sigonii tomum dedicarem. Et ſanè diu meditabar officium perſolvere in Patronum eximium, per quem quidquid ab Imperatore CAROLO VI. *feliciſſimo gratiarum & bonorum liberaliſſimè datum eſt, id omne per bonitatem erga me tuam vel eſt impetratum, vel ad me auctum bonæ ſpei humaniſſimis incitamentis derivatum. Atque hinc facilè cognoſcere poteris, quanta ſit debitio noſtra, qui ſine* CÆSARIS *largitate, ac tuo præſidio vix eſſe poſſumus in tanta rerum ac temporum difficultate. Sed & alia etiam ratio tomum hunc Excellentiæ Tuæ dedicandi fuit, quòd præcipuè contineat Bononienſis urbis monumenta plurima, quæ mihi homini Bononienſi ob caritatem in patriam ſupra ceteros tomos expolita cariſſima ſunt,* ac

ac frequentius ob oculos verſantur; inde namque præſentia Excellentiſſimi Nominis Tui, me aſſiduè monitum volui ad grati animi officium, atque ita inter cives meos memoriam æternam Patrocinii Tui faciliùs perennare poſſe credidi, quod patriæ, civibus, mihique, honori maximo erit futurum.

Nihil enim ſublimius, nihil ſanctius, nihil denique divinitati fere proximum excogitari poteſt, quàm quod propius ad Imperialis Coronæ faſtigium accedit, neque felicior homo uſpiam inveniri, quàm eum, qui Cæſarei conſilii particeps, & adminiſter Romanum tuetur Imperium, & majeſtate ſua univerſo Chriſtiano nomini propagando aſſiduè vigilat, & intendit. Quæ cùm tam vera ſint, quàm quod veriſſimum, ne laudis argumenta accipiam à Generis nobilitate, & illuſtribus cognationibus tuis tam in Germania & Hungaria, quàm in Italia noſtra, quæ potius Fortunæ ſunt dona; jam quiſque intelliget quantus qualiſque fueris, MARCHIO EXC.ME, *qui Cæſaris judicium in Te unum ex tanta non hominum, ſed populorum multitudine converteris, ac dexteritati fideique tuæ traditas noſtras omnium fortunas non ſolùm ſervaveris, ſed ſi Dîs placet, auxeris & ornaveris, prudentiæ ac vigilantiæ eximiæ præſidio, ob quas virtutes ceteris cumulatiſſimas in omne futurum ævum gloria Nominis Tui manebit. Ita ſervet Te DEUS OPTIMUS MAX. incolumem diu ad univerſarum gentium commodum & felicitatem, ut aſſiduis votis pre-*

cor

cor, dumque munus offero quale poſſum, at mihi cariſſimum, benigno, quo ſoles, animo accipias rogo, ac me, familiamque meam in clientelæ tuæ deliciis perpetuò ſerves obſecro inſtantiſſimè, quod honori meo maximo dabitur, cognoſcentque poſteri me noviſſimum omnium conditione perſonæ, ſupra ceteros obſequio Tibi dicatum. Vale.

Dab. Mediol. V. Non. Sextiles MDCCXXXIII.

VIRIS ERUDITIS
PHILIPPUS ARGELATUS BONONIENSIS
S. P. D.

TErtius clariſſimi *Caroli Sigonii* operum Tomus nuper inter horrendos bellicorum tormentorum ſtrepitus abſolutus è typis Mediolanenſibus in vulgus prodit, vixque mihi perſuadeo, potuiſſe me per juſtam animi trepidationem datam fidem abſolvere. Sed quæcumque ſit fortunarum mearum alea in hac temporum difficultate, id præ ceteris toto virium niſu, ſtudiiſque omnibus curabo, ne cuiquam nomen meum minus aliquando gratum ſit futurum. Quæ itaque in hujus editionis cauſam jam ante promiſeram præſtiturus hodie, fortaſſe præter expectationem hominum, in literaria Republica ſiſto, & quæ fuerit in concinnando eo Tomo diligentia Eruditis Lectoribus paucis exponam.

Majorem ipſius partem occupant res inclytæ Patriæ meæ BONONIÆ, quas *Carolus* ipſe *Sigonius* ex mandato publico collegerat, & aureo ſuo ſtilo deſcriptas æternitati conſignavit. Expetebat à me charitas erga parentem, & obſequii perpetui cultus, imo verò proprius propemodum amor id ſibi quærebat, ut cùm recudendi eſſent Sigoniani libri, eos præ ceteris exornarem, quibus Reſpublica Bononienſis eſt argumentum; cùmque ob imbecillitatem ingenii mei non liceret, per antiquitatis tenebras, ut ita dicam, inoffenſo pede incedere, quod mihi impoſſibile cognovi, per alios agendum curavi. Cives itaque Bononienſes ad capeſſendam hanc operam excitandos mihi propoſui, quibus frequentior earum rerum notitia, & commodior veterum monumentorum apparatus, ſine quo vix aliquid utilitatis expectandum erat à ſtudiis literatiſſimi cujuſque viri. Nec multis mihi opus fuit cum duobus Clariſs. Viris pari mecum ſtudio erga communem Patriam affectis. Hi ſunt *Alexander Macchiavellus* in Bononienſi foro Advocatus J. U. D. Colleg. Publicus in patrio Archigymnaſio Divini Juris Interpres, & Academiæ, quam Inſtitutum Scientiarum vocant, Socius, atque Admodum Rev. P. D. *Carolus Conſtantius Rabbius*, ex Auguſtiniana Congregatione, Lombardiæ appellata, Lector eximius, quorum primus Hiſtoriam, alter Libros de Epiſcopis Bononienſibus exornandi laborem in ſe ſuſcepit, & uterque ita feliciter opus implevit, ut vix impoſterum ceteris relictum putes aliqua in parte hujus argumenti ſpicilegium.

Et ſane quod ad Clariſs. *Macchiavellum* attinet, is Notis perpetuis libros ſex hiſtoriarum *Sigonii* eſt proſequutus, quas pro more noſtro in calce cujuſcumque pagellæ impreſſimus: atque ita in *Sigonium* is animadvertit, ut nihil ad aſtruendam ei fidem è ſynchronis documentis prætermiſerit, vel ſi aliquando eum in chronicis notis peccaſſe contendat, id quàm fieri potuit modeſtiſſimè productis teſtibus evincat. Is tandem, occaſione veterum factorum, recentiorum Bononienſium rerum narrationem inſeruit opportunis locis, eâ diligentiâ, ut optimè de Patria ſit meritus, & perennem ſui memoriam cum ipſo *Sigonio* ſit inter cives habiturus.

Præterea quod pluribus in regnis, ne dicam urbibus, anxiè deſideratum, fruſtra non rarò tentatum eſt, is apprimè perfecit. Monetarum ſcilicet Bononienſium exegeſin è vetuſtis hiſtoricorum monumentis collectam primò à Majoribus ſuis, mox ab eo ad noſtra uſque tempora productam, eamque data occaſione ad calcem libri III. Sigonianæ hiſtoriæ, Appendicis loco, poſuit.

Tandem quia *Sigonius* decennii quidem ſpatium ab anno ſcilicet MCCLVII. ad MCCLXVII., ſaltu quodam nimis celeri, ſilentio præterivit, *Macchiavellus* ex aliorum Scriptorum, ac publicorum actorum fide lacunam implevit, & Supplementum addidit, quo rerum narratio continua ſit & abſoluta.

Quanti fuerit vetuſtiora ſcrinia perluſtraſſe in tanta potiſſimùm Patriæ noſtræ calamitate, quæ variis bellorum fluctibus, & factionum inteſtinâ diſcordiâ ſæpe ſæpius agitata, variiſque dominis parêre aſſueta, fortunarum ſuarum Scriptores, repetitis rapinis & incendiis amiſit: quanti inquam fuerit, rudera in arena ſemiſepulta collegiſſe, atque in primævum decus reſtituiſſe, ii bene norint, quos antiquitatis amor ad ſimilia impellit inveſtiganda, atque ii me meliùs debitas Clariſs.

Macchiavello laudes præſtabunt. Hoc unum ſignificabo, quod ſpecimen induſtriæ ipſius exhibeat. Uſus eſt, ut plurimum, Kalendario honorifico perpetuo Archigymnaſii Bononienſis, ejuſque Academiæ anno MCCLXXX. edito, & ad noſtra tempora deducto, in quo res ab anno uſque M. referuntur, ob eamque rem apprime quadrat continuandæ Sigonianæ hiſtoriæ, cui finis in anno MCCLXVII.; atque illud etiam in tui, Lector humaniſſime, gratiam Appendicis loco poſt Sigonianam hiſtoriam impreſſum volebat. Sed cùm ex Ambroſiana Bibliotheca dono Clariſs. ac Doctiſs. *Saxii* Præfecti Diſſertationem habuerim ab eodem *Sigonio* ſcriptam, cui titulus *de Studiis Bononienſibus*, editionem dicti Kalendarii poſt eam Diſſertationem, additis ejuſdem *Macchiavelli* Adnotationibus, Deo dante, inter alia inedita noſtri Auctoris opera, concinniorem atque opportuniorem ad locum amandatam volui.

Et quoniam in recudendis *Bononienſium hiſtoriarum* libris à *Sigonio* ſcriptis uſi ſumus non prima editione, quæ vivo adhuc Auctore ex Bononienſibus typis in lucem publicam venit, ſed alterâ Hannovianâ (conſtat enim *Sigonium* expoliendis iis libris accuratiorem limam adhibuiſſe, novamque illorum editionem præparaſſe) cauſas novi conſilii, ni fallor, inveſtigaſſe me puto, indicium monſtrante fortuna, quæ cenſuras in editos eo tempore memoratarum hiſtoriarum libros facilè perituras obtulit, dono ornatiſſimi viri, qui ad humanitatis eximiæ officium hoc etiam addidit, ut ab eo nominando abſtinerem, ne videatur laudationem quæſiviſſe. Cenſores habuit *Sigonius* Eminentiſs. *Hugonem Cardinalem S. Xiſti*, qui ad faſtigium Romani Pontificatus evectus GREGORIUS XIII. eſt appellatus ex Excellentiſſima Boncompagnorum Gente, ac Eminentiſs. *Sirletum*, & eruditiſſimum *Amaltheum*. Iſtorum virorum cenſuras poſt exemplum Bononienſe deſcripſerat manu ſua *Sigonius* aliquot in foliis, quibus etiam reſponſiones notaverat, exemplumque illud pluribus in locis correxerat. Hæc omnia erudito viro communicata, is tanti fecit, ut digna publica luce judicaverit, atque in ordinem redegerit, quo novæ huic editioni reſponderent. Has itaque cenſuras, & ſubjectas cuique reſponſiones coronidis loco ad eam hiſtoriam appoſuimus, nonnulla præfati, quæ hìc repetere minimè vacat. Sed juvat me adversùs inſurgentes aliquorum voces, quas propemodum auribus accipio, hoc loco retundere. Ii namque vitio mihi vertent, quòd Bononienſis homo de Archigymnaſii noſtri præſtantia ſervanda non ſatìs curaverim, poſtquam in hiſce *Sigonii* reſponſis evulgandis non animadverterim, aliquid ab ejus calamo excidiſſe, quod ſit dignitati ejus aliquando detracturum. Imo verò animadverti, ac ſeriò perpenſa re, in eam veni ſententiam, ut quæ *Sigonius* obiter olim pronunciaverat, liberè proferrem, quo lucidiùs appareret, eum, quando ex propoſito cauſam exegit, quod in recitata Diſſertatione *de Studiis Bononienſibus* procul dubio feciſſe dicendum eſt, pro antiquitate ac præſtantia celebratiſſimi Archigymnaſii noſtri viriliter pugnaſſe. Præterea utcumque acre fuerit *Sigonii* judicium, & doctiſſimi hominis nomen aliquibus imponere potuiſſet, non eſt ejuſmodi cauſa noſtra, quæ ſoli inhæret hiſtoriæ, ut ab opinione hominum lædi poſſit. Præſtabat itaque inſtituto meo, quod Sigoniana ſcripta proſequitur, in communem Literatorum hominum utilitatem ea omnia, quæ invenire potui, ſincera fide in medium afferre, quàm per inhoneſtam fraudem, meo, Civiumque Bononienſium deſiderio inutiliter aſſentiri. Verùm ſatìs de me, atque aliorum opinione. Ad cenſuras eas redeo, de quarum origine nihil habeo quod dicam; fruſtra enim *Sigonii*, & aliorum varias epiſtolas perlegi, ut rei geſtæ narrationem cognoſcere poſſem. Quod ex conjectura certum aſſeverare poſſe mihi videor, id eſt, quòd ex earum occaſione *Sigonius* repetitæ lectionis hiſtoriam nobis tradiderit, ut initio dicebam; & ſanè primam editionem, atque cenſuras cum nupera conferenti, conjectura noſtra probabitur.

Atque his novis omnibus ornamentis patriam hiſtoriam auxi; ſed quoniam ad eam præcipuè ſpectabant etiam Sigoniani alii libri *de Epiſcopis Bononienſibus*, pari cura de iis bene mereri volui, neque me melius poſſe credidi, quàm ſi Clariſs. Virum Adm. Rev. P. Lectorem *Carolum Rabbium*, quem honoris gratiâ nominavi, ad eum laborem invitarem. Noverant enim Literati Homines, quàm ſit in Eccleſiaſtica Hiſtoria exercitatiſſimus, in ſcribendo politiſſimus, quodque in hujuſmodi ſtudiorum ſpecie plurimi faciendum, quantum ei ſplendeat lucerna Critices, ac bonæ literæ oleant. Is itaque libros eos perpetuis Notis, brevibus quidem, ſed ſucco plenis, atque utilitate, pari modo expolivit, plura ad exactiorem chronologiæ rationem revocans, plura verò ex probatis quibuſque Scriptoribus ac monumentis patriis de ſuo ſupplens, ac demum alia, quæ ad ritus moreſque Bononienſis Eccle-

ſiæ

fiæ ſpectant, diſtinctiùs explicans, quàm à Sigonio ad alia properanti ſit factum. Quo novo ipſiua labore ſatis Eccleſiæ noſtræ dignitati conſulrum puto, accedente potiſſimùm editioni huic noſtræ ſerie vitarom ceterorum Archiepiſcoporum à Gabriele Palæoto, in quo *Sigonius* ſeribendi finem ſecit ad Eminenriſs. uſque *PROSPERUM LAMBERTINUM*, qui hodie noſtram Eccleſiam virtutum eumulo, ſeveritate Chriſtianæ diſciplinæ, ac bonarum literarum cultu florentem feliciter moderatur, & in longum ævum eſſe moderaturum ex eorde precor. Habent hæ vitæ Sigoniano ſtilo & judicio proximæ eumdem auctorem *Rabbium*, quem *Sigonius* ipſe laborum ſocium probaſſet.

Ad Eccleſiaſticam pariter hiſtoriam ſpectabant vitæ Sanctorum plurium Bononienſium à *Sigonio* ſcripræ, eaſque diligentiſſimè collectas opporrunis locis adrexuimus, quod & ſecimus de vita *Laurentii Campegii* S.R.E. Cardinalis ab eodem *Sigonio* ſuſiori calamo ſcripta, ne quid aliunde perendnm eſſet. Atque his Bononienſibus rebus noſtris in boc Tomo finem ſecimus, poſt quas locum dedi *Scholiis* iis, qnibus Auctor ooſter Livianam hiſtoriam maximo cum renaſcentis Latinæ linguæ emolumento emendavit. Quæ Scholia nemo negaverit ſacem cereris omnibus prætuliſſe, qui in illuſtrandis Livianis libris inſudarunt. Textum Livii conſultò prærermiſi, ne in vaſtam nimis molem excreſceret editio noſtra, ſuperfluamque duxi novam ejus Hiſtorici editionem iis, quibus ubique aliæ præſto ſunt. Sola itaque Scholia exhibui pet ordinem digeſta, indicatis ad ſingulos libros diverſo charactere Livianis verbis, ad quæ referuntur.

Cùmque non ignorarem, ea Sbolia cauſam dediſſe literariis jurgiis, quæ *Sigonium* inter & *Glareanum* acta ſunt, nihil, quod ad eas conrroverſias cognoſcendas attinet, omittendum duxi, propterea que Sholiis iis præmiſi ejuſdem *Caroli Sigonii* epiſtolam, qua *Bernardino Lauredano* conſilium ſuum aperuit, cùm primùm ea Scholia vulgavit, & alteram *Glareani*, qua de *Sigonio* queritur, cetera, ut mox reſeram, appoſiturus.

Interea locus dandus erat *Conſulari chronologiæ* ab ipſo Auctore noſtro incredibili ſtudioſorum commodo compoſitæ, unde præcipua contentionum capita oborta ſunt, eaque rei ſpecies me ad Doctiſs. P. D. *Joſephum Mariam Stampam* ab ediris operibus Literariæ Reipublicæ commendatiſſimum, revocavir; utpote qui plurimum polleat io ratione temporum emendanda ob exquiſiram ſacræ ac profanæ antiquiratis notitiam, ut ſi liti dirimendæ proſururum aliquod iovenire poſſet. Nec mea me ſeſellit opinio: is enim collatis inter ſe *Faſtis Conſularibus* à *Sigonio* editis tam ex *Livio*, quàm ex *Faſtis Capitolinis*, iiſque in ſeptem Tabulas relaris, imprimendas eas curavit eâ formâ, ut una columna Livianos Conſules, altera Capitolinos in eadem linea deſcriptos, compararoſque, ſub oculos ponat, nonnullis opportunis in locis ab eo ootatis; atque ita cognovit ſe *Caroli Sigonii* cauſæ plurimum profuiſſe, additis præcipuè *Vindiciis* ejuſdem adversùs Detractorum ſuorum argumenra, quas dictis Tabulis ſubjecit, cum ſuis obſervationibus, quæ propugnandæ Sigonianæ Chronologiæ optimè proſunt. Eamdemque induſtriam adbibuit in recenſendis Livianorum Scholiorum *Defenſionibur* à *Sigonio* editis adversùs dictum *Glareanum* & *Robortellum*, quibus clauditur Sigoniana hæc circa Liviaoos libros diſceptatio.

Erant hæe equidem jam ante vulgata, ſed præterquamquod variis in locis diſperſa legebantur, tot tantiſque ſcarebant erroribus, ur ea reſtiruiſſe potiùs, quàm emendaſſe neceſſe ſuerit *P. Stampæ* doctiſſimo. Quæ in unum hodie collata, novâque luce aſperſa, gratiſſima tibi, Lector humaniſſime, ſurura non dubiro.

Cootinet prærerea Tomus iſte primum Sigonianum ſœtum, vitam nempe *P. Scipionis Æmiliani*, editam quidem ipſo inter vivos agente, ſed raram ætate noſtra, imo rariſſimam. Cui operi nonnulla præfari volui, quòd ſciam idem argumentum ab *Antonio Bendinello* tractatum, qni per ſummam injuriam adoleſcenti doctiſſimo gloriam præripere niſus eſt, primuſque invidiæ ſtimulos in eum convertit, quæ mox apud alios in apertam rabiem deſcivit. Ea de cauſa *Bendinellum* cum *Sigonio* contuli, & locos præcipuos exegi, meæque tenuitatis conſcius, erudiris Viris obſervationes meas perlegi, quos inter præſarus *P. Stampa*, quæ non animadverteram ſupplevit, quæque minus ei probata ſunt, ad libellam revocavit. Alii me melius rem cognoſcent; id certe unum, quod præ ceteris optabam, ſatis monſtraſſe puto, nempe quæ ſuerit *Sigonio* judicii acies ab ipſo æratis flore, ac ſtudiorum inirio.

Librum claudit Vita *Andreæ Doriæ*, ſive *ab Auria*, Melphiæ Principis, ab eodem *Sigonio* ſcripta, quæ typis impreſſa circumſertur. Cùmque in ea perlegenda notaſſem, Auctorem noſtrum, qui fere par ætate Andreæ ſuit, & plura oculis, at-

que

que auribus accepit, rationem temporum non adeò exactè ſervaſſe, ac ferme nullibi expreſſiſſe, gratum Lectoribus futurum credidi, ſi à Scriptoribus ejuſdem ævi annos, & rei geſtæ rationes repeterem, quod ex libris *Uberti Folietæ*, & *Jacobi Bonfadii*, aliiſque rerum Genuenſium Scriptoribus abundè hauſi; atque ut novi aliquid ad eam hiſtoriam exornandam producerem, hæc ex tabulis publicis Genuenſibus, & ex Bibliotheca Ambroſiana, annuente humaniſſimo atque doctiſſimo *Saxio*, habui.

I. *Pacta conventa à* CAROLO V. *Imperatore obſignata anno* 1528. *die* 11. *Auguſti*.

II. *Pactorum prorogatio, & additio anno* 1530. *die* 10. *Martii*.

III. *Sponſalium contractus inter Marcum Antonium de Carreto Andreæ Doriæ privignum, & Dominam Johannam Antonii de Leyva Principis Aſculani filiam; & donatio Principatus Melphitani ab eodem Andrea memorato privigno ſuo facta, cum approbatione* CAROLI V. *Imperatoris*.

IV. *Animadverſiones quædam ad Hiſtoriam conjurationis Fliſcorum ſpectantes, Anonymo Auctore, ex MS. Codice Bibliothecæ Ambroſianæ ſignato f. R. num.* 95.

V. *Ultimæ Tabulæ Principis Andreæ Doriæ, unà cum Codicillis ejuſdem*.

VI. *Reipublicæ Decretum pro erectione Statuæ Jo. Andreæ Doriæ*.

Indicem poſtremò ſumma cum diligentia compoſui, non rerum tantùm notatu dignarum, ſed Familiarum Italicarum omnium, quarum in hoc Tomo facta eſt mentio, quacumque in parte libri, necnon Urbium, Pagorum, Montium, Fluminum, & ſimilium, quæ levandis ſtudiis tuis commodo ſint futura.

Accipe igitur, Amice Lector, grato, quo ſoles, animo laborum noſtrorum fructus, & ſi quid ſtudiis tuis prodeſſe potuimus, hoc nobis erit inter multiplices temporum anguſtias non inane ſolatium.

Parando interim quarto Tomo vacare me ſcias, ejuſque magnam partem prælo ſubjeci, quæ libros de Republica Hebræorum continet cum notis Clariſſimi Viri *Abbatis Laurentii Maffei* lingua ſancta, omnique veteri ejus gentis eruditione optimè inſtituti, editiſque jam ante operibus celebratiſſimi. Sed quos tibi non expectati muneris vice paramus, libri ſunt de *Eccleſiaſtica Hiſtoria*, quos juſſu GREGORII XIII. Pontificis Maximi *Sigonius* ante *Baronium* ſcripſerat. Eos diu quæſitos, tandem in Promptuario ſcientiarum omnium invenimus, in *Vaticana* ſcilicet *Bibliotheca*, unde per Summum Pontificem CLEMENTEM XII., quem bono Eccleſiæ Catholicæ, ac Orbis univerſi Divina Providentia in eam Sedem evexit, data eſt eorum copia, ut in publicum proferretur. Plura quidem de ea hiſtoria dicenda nobis erunt opportuniore loco; ſat enim in præſenti fuerit Eruditorum expectationem excitaſſe. Poſtremò ut ſingulas hujus Tomi partes cognoſcere diſtinctiùs poſſis, Elenchum ſubnectimus. Vale.

Dabam Mediolani pridie Idus Februarias MDCCXXXIV.

ELEN.

ELENCHUS TOMI TERTII.

CAROLI SIGONII Hiſtoriarum Bononienſium libri ſex, cum Notis Clariſſimi Viri *Alexandri Alvocati Macchiavelli* Bononienſis J. U. D. Colleg. Publ. in Archigymnaſio Divini Juris Interpretis, Inſtituti Scientiar. Patriæ Socii &c. pag. 1

Addito ejuſdem Adnotatoris Supplemento ab Anno MCCLVII. ad Annum uſque MCCLXVII. 301

Clariſſimorum Virorum *Cardinalis S. Xiſti*, poſtea *Pont. Max.* GREGORII XIII. appellati, *Cardinalis Sirleti*, & *Amalthei* in Hiſtoriam Bononienſem Caroli Sigonii Cenſuræ, cum ejuſdem Sigonii Reſponſis, ac Correctionibus; omnia nunc primùm luce donata. 331

CAROLI SIGONII de Epiſcopis Bononienſibus libri quinque, cum Notis Clariſſimi Viri *Caroli Conſtantii Rabbii* Bononienſis, Auguſtinianæ Congregationis (ut vocant) Lombardiæ Lectoris. 351

Additis ſuo loco nonnullorum Antiſtitum Vitis ab eodem Sigonio fuſiori calamo exaratis, nempe

Vita Sancti Petronii à Sigonio conſcripta, & primùm edita in Officio à *Gabriele Palæoto* S. R. E. Cardinali reſtituto, deinde à *Laurentio Surio* in Vitis Sanctorum cum Hymnis, & Miſſa ipſius Sancti; omnia ex Vita ejuſdem S. Epiſcopi à Presbytero Anonymo Italicè ſcripta, & luce donata Bononiæ Anno 1721. deſumpta. 371

Vita altera B. Nicolai Albergati à *Carolo Sigonio* conſcripta, & à *F. Gregorio Garnefelt* Monacho Carthuſiano in capita diſtincta, cum ſingulis eorum argumentis præfixis, atque Annotationibus illuſtrata, juxta editionem Col. Agrippinæ 1618. 474

Vita Laurentii Campegii S. R. E. Card. à *Carolo Sigonio* fuſiori calamo ſcripta, & Bononiæ anno 1501. edita, ubi plura ad Hiſt. Italicam illius temporis ſpectantia, & lectu digna adſunt. 531

Continuatio Hiſtoriæ Epiſcoporum Bononienſium, à poſtremis annis *Gabrielis Palæoti* S. R. E. Cardinalis, ſub quo Sigonius vivere deſiit, uſque ad Eminentiſs. Præſulem *Proſperum Lambertinum* eamdem Eccleſiam in præſens adminiſtrantem facta à Clariſſimo Viro *Carolo Conſtantio Rabbio* Auguſtinianæ Familiæ (ut vocant) Lombardiæ Lectore. 595

VITÆ BB. Ludovici Morbioli, & Pariſii Civium Bononienſium à doctiſſimo Viro *Carolo Sigonio* ſcriptæ rogante Ampliſſimo S. R. E. Card. *Gabriele Palæoto* Bononienſi Archiepiſcopo. 624

Acceſſit altera fuſior Vita ejuſdem B. Pariſii ex Hiſtoriis Camaldulenſibus collecta ab *Auguſtino Florentino*, cum prævio Commentario, & Notis Clariſs. Viri *P. Danielis Papebrochii* Soc. Jeſu. 629

CAROLI SIGONII Scholia, quibus *Titi Livii* Patavini Hiſtoriæ, & earum Epitomæ, partim emendantur, partim etiam explanantur; *Philippus Argelatus* Bononienſis recenſuit. 733

Ad Livianam Chronologiam Sigonii Scholia, & *D. Joſephi Mariæ Stampa* C. R. S. in eandem Chronologiam, & in eadem Scholia Annotationes. 981

CAROLI SIGONII Livianorum Scholiorum aliquot Defenſiones adverſus *Glareanum*, & *Robortellum*, *D. Joſeph Maria Stampa* recenſuit. 1010

CAROLI SIGONII de Vita, & rebus geſtis *P. Scipionis Æmiliani* Liber, adjectis in fine, unde hiſtoria ſumpta ſit, Locis, cum prævia Diſſertatione *Philippi Argelati* Bononienſis. 1061

CAROLI SIGONII de Vita, & rebus geſtis *Andreæ Doriæ* Melphiæ Principis Libri duo, quos *Philippus Argelatus* Bonon. nonnullis Animadverſionibus, & Documentis adhuc ineditis ad eamdem Hiſtoriam pertinentibus illuſtravit. 1099

INDEX Rerum, & Nominum. 1275

DEmandatam mihi provinciam à Reverendiſs. P. Fr. Sylveſtro Martini in Mediolanenſi Ditione generali contra Hæreticam pravitatem Inquiſitore, ut videlicet tertium hoc Caroli Sigonii volumen evolverem, referremque, an illæſa Religione, boniſve moribus, prælo donari poſſet, ſedulò implevi, nihilque reperi, quod Catholicæ Fidei, aut rectæ morum diſciplinæ adverſetur. Quin immo egregium tanti Auctoris Opus præclaris Diſſertationibus, ac Commentariis adeo auctum illuſtratumque deprehendi, ut dubitari nequeat, hanc editionem plurimum collaturam ad amplificandum opima eruditionis meſſe Rei Literariæ cenſum, ſummoque omnium plauſu fore excipiendam. Quapropter annui poſſe arbitror, ut in publicam lucem proferatur. Me tamen &c.

Ex Ædibus Bibliothecæ Ambroſianæ hac die XV. Januarii MDCCXXXIV.

Joſeph Antonius Saxius S. T. D. SS. Ambroſii & Caroli Oblatus,
Collegio & Bibliotbecæ Ambroſianæ Præfectus.

Die 21. Februarii 1734.

Attenta ſupradicta Atteſtatione

IMPRIMATUR

Fr. Sylveſter Martini Ord. Præd. Inquiſitor Generalis Mediolani &c.

Bartholomæus Craſſus Can. Ord. & Pœnit. Major pro Eminentiſs. & Reverendiſs. D. D. Card. Archiep. Mediol. &c.

Carlius pro Excellentiſſimo Senatu.

CAROLI SIGONII
HISTORIARUM BONONIENSIUM
LIBRI SEX,

CUM NOTIS CLARISSIMI VIRI

ALEXANDRI
ADVOCATI MACCHIAVELLI
BONONIENSIS

J. U. D. COLLEG., PUBL. IN ARCHIGYMNASIO
DIVINI JURIS INTERPRETIS, INSTITUTI
SCIENTIAR. PATRIÆ SOCII &c.

ADDITO

EJUSDEM ADNOTATORIS SUPPLEMENTO

Ab Anno MCCLVII. ad Annum uſque MCCLXVII.

ALEXANDRI MACCHIAVELLI
BONONIENSIS

DIVINI, HUMANIQUE J. C. COLLEGIATI, PUBLICI LEGUM IN ARCHIGYMNASIO INTERPRETIS, ACADEMIÆ INSTITUTI SCIENTIARUM PATRIÆ SOCII, SANCTISSIMÆQ; INQUISITIONIS CONSULTORIS, PHILOSOPHI PLATONICI &c.

IN CAROLI SIGONII
HISTORIAM BONONIENSEM
PRÆFATIO.

MUlti etſi erunt, quod facilè intelligo, qui me de arrogantia ideo arguent, quia ingenio, atque ætate adoleſcens, rerum inſuper Patriarum levi, incomptâque adhuc cognitione ſuffultus, & alteri demum facultati longè ab hac alienæ, Legali ſcilicet, quam æquè Academicam hinc à decennio in Archigymnaſio ago, ac in eâdem forenſi verſor, & occupor, addictus, putem tamen hanc tantam, ſummumque in modum arduam provinciam metiri, Notis ſcilicet illuſtrandi *Caroli Sigonii* hiſtoriam, quam *de Rebus Bononienſibus* celebratiſſimus pariter, atque diligentiſſimus Vir conſcripſit, ac adversùs quem præ ſua dignitate nemo in hanc ætatem auſus eſt, quidpiam vel opponere; fateor adhuc tamen nulla, aut ſaltem tum leviſſimâ ſub formidine rem hanc tantam me aggredi, ſive quia non judicio meo, neque pro arbitrio mihi illam aſſumpſi, profectò autem officiis erga me plurimis, ut nemini qui ſtudeo eſſe injurius reſponderem tam ampliſſimi Viri *Jo. Pauli Marchionis Pepoli* cum me Collegam ſuum in iteratâ ſuſtinendâ Sacroſancta Tribunitia Poteſtate ad opus allicuit primùm, ac porrò aucthoritate ſua eidem me fortè adhuc vel invitum ſub magnifico honoris apparatu adegit; quàm Reverendiſs. Præſulis *Alberici Archinti* ſplendidiſſimi Mediolanenſis Patritii, cum Bononiæ degens ipſe, me in familiaritatem magis, quàm in clientelam ſuam tractum, voluntati in hoc ſuæ imperitavit non adverſari; ſive quia etſi eſt omnino, & meritorum cauſâ magnus erga Literatorum Rempublicam Carolus Sigonius, imò ſibi crimen objicit, qui ab ejus ſententia vel deflectit; minimè hoc tamen obeſt, quin vel detecta plura monumenta ab eo tempore, quo ipſe ſcripſit, vel per hoc intervallum commutatæ res multæ citra ejus injuriam Notis noſtris liberum campum offerant, quibus mediis nunc qui ejus hiſtoriam legunt, certius de rebus, ac de præſenti illarum ſtatu admoneri poſſint, itemque, & fortaſſis aliquando emendari etiam, ubi ille vel non ſatis rectè direxit, quod etiam nec vel ipſum tamen vitio Sigonii vertendum eſt, ſed rerum humanarum conditioni, quibus is tum maximè eſt obnoxius, qui vel à rerum geſtarum tempore ſummoperè diſtat, vel cum de Regione non ſit, qui eum perquàm paucis, abſconditiſque notionibus impervios tamquam per calles antea tactas ab aliis per vias hiſtoriam aggredi, & illam proſequi ſuſcipit; ſive demum, quia maxima ſemper ipſis primis ab unguiculis in me fuit erga res Patrias inclinatio, deque iiſdem, aut colligendis, aut noſcendis ſingularis propenſio, quæ majorum meorum, & inſtitutione, & exemplo ideo ſuccrevit, quatenus tandem denique pro ſacrilegio civili hoc ſcelus in Cive notatur, negligentiæque ſuæ turpiſſimæ imputatur, externas cum maximè callet hiſtorias, ab advena vel interrogatus, de ſuis porrò neſcit reſpondere, ac Patrios gerens Magiſtratus, tantùm abeſt, quòd legum, morum, conſuetudinum, geſtarumque rerum hene inſtitutus, ut oportet, reperiatur, quòd earum ignorantiſſimus Miniſtrorum pietati ſe totum concredere compellitur; quam propterea delicti notam, ſi quem contrahere abſonum, eum ratus ſim, ſemper abſurdiſſimum eſſe ab homine legali contrahi, quem fas ſi eſt per *Hugonem Donellum* in omni eruditione eſſe verſatum, æquiſſimum profectò eſt

Cuja-

Cujacio, imò, ipſâ experientia teſte, verſatiſſimum in hiſtoriâ patriâ reperiri, adeò que ſategi ſemper bono magis Patriæ, quàm privato conſulere, ac ita in ſtudio Cathedræ, in profectu Artium, in tuitione Jurium Civitatis, in ampla rerum noſtrarum notione, ac, uno verbo, in eo, quod bonum Civem facit, inceſſanter magis occupari, quàm in legulejorum ſola, meraque, & vix à ſorde diſtante forenſi Jurium tractatione, tamquam homini ingenuo, ut ait *Alciatus*, minus convenienter verſari, quæ, ut verum cum *Alexandro ab Alexandro* fatear, inficiundæ conſcientiæ plurimùm accommodata eſt, & lucri aviditati ad eoſdem expilandos integrum pauperes, orphanos, viduas, pia loca, & univerſitates, pro quibus nobilis, & egregius Juris Conſultus liberalibus omnino officiis, & citra fori profanam, obſcœniſſimamque frequentiam de privato Muſæo ſuo reſpondere, atque conſulere deberet.

His tum juſſus ergo, allectuſque rationibus, quam viribus, cæteroquin video longe ſuperiorem, provinciam eamdem in me aſſumpſi, mihique poſtremò accommodavi, qui reor præ adhibita hocce in negotio diligentia, & ſtudio, neque illiberalem Civibus, neque inofficioſam Patriæ, neque minus jucundam lectoribus, aut penitus ingratam magnæ notæ Viris *Archinto*, & *Pepulo*, qui illam mihi commendatam voluerunt, eſſe hanc vel operam meam futuram, pro qua accuratiùs abſolvenda, nec lectioni peperci Hiſtoricorum, nec quidpiam omiſi ſub cenſuram revocare, quod in re impendendum arbitratus ſum, tamquam opportunum, vel æquè neceſſarium; quod ſi hoc nec obſtante, adhuc eſt, qui magis noſtris in notis deſideret, intelligat is oportere, longè difficilem hanc eſſe ſpartam, paucisque commendandam, meque ſatis feciſſe, poſtquam imperatus, quæ potui, ex animo, & pro viribus feci.

ARGUMENTUM HISTORIÆ BONONIENSIS

PER SINGULOS ANNOS EXPRESSUM.

ANte Romam conditam annos amplius centum Urbs Felſina condita eſt à Felſino Rege Etruriæ, eaque à Bono Rege, qui Felſinum eſt conſequutus, Bononia nominata.

Poſt annos quam Roma condita erat, circiter centum quinquaginta, quàm Bononia, ad ducentos ſexaginta, regnante Romæ Tarquinio Priſco, Galli cœpere Alpes trajicere; itaque circa illa tempora Bononia à Gallis Bojis, pulſis inde Etruſcis, eſt accupata.

Anno 531. *ab Roma condita Boji cum Inſubribus à M. Marcello domiti ſunt, & cum bello Punico deſeciſſent, tandem anno* 562. *P. Naſicæ Conſuli deditionem fecerunt, ac ſedibus moti ſunt.*

Anno 563. *decretum, ut novæ Coloniæ in agrum Bojorum deducerentur, ac poſtero deducta eſt Colonia latina Bononia; tumque hæc Regio Romanum ſermonem ac mores accepit; itaque Bononia poſt hoc tempus C. Ruſticellum Oratorem, & L. Pomponium Poëtam tulit.*

Anno 663. *Ciſpadani, in quibus etiam Bononia, lege Pompeja Civitate Romana donati. Bononienſes in Tribum Stellatinam conjecti.*

Anno 709. *Bononia bello civili M. Antonio affuit adversùs Octavium, & Brutum Mutinam obſidenti, quòd in Antoniorum clientela eſſet. Panſa Conſul Bononiæ mortuus. Eodem anno confecto bello in Inſula Lavinis amnis Bononienſis Triumviri M. Lepidus, M. Antonius, & C. Cæſar Imperium inter ſe diviſerunt.*

Anno 751. *Chriſtus D. N. natus eſt.*

Claudio Imperante Bononia arſit, & Neronis adoleſcentis rogatu ab Imperatore reſtituta.

70 *Anno poſt Chriſtum natum munus gladiatorum Bononiæ editum, cui Vitellius Imperator interfuit.*

Eodem tempore Plinius à calamorum, & lapidum ſpecularium præſtantia Bononiam laudavit, & Pomponius Mela ab agri feracitate; eodem tempore Bononia Ruſum Poëtam tulit.

270 *Anno Gallieno imperante, & Dionyſio Pontifice Romano ſedente, Bononia Epiſcopum primum habuit nomine Zamam, qui Templum conſtruxit extra Urbem S. Petri, quod nunc S. Felicis dicitur, ibique ſedem locavit. Zamæ inde Fauſtinianus ſucceſſit.*

284 *Hermes, Ageus, Cajus, Agricola, & Vitalis Bononiæ martyrio coronati.*

306 *Conſtantinus Magnus Imperium accepit, qui paullo poſt Chriſti fidem amplexus eſt. Eo tempore Baſilius Epiſcopus à Sylveſtro Pontifice datus Templa Bononiæ nova conſtruxit, quæ Parochiæ dicta.*

369 *Poſt annum* 369. *Bononienſes virgines ſuas ad Ambroſium Mediolani Epiſcopum volandas miſerunt.*

Juliana vidua Bononiæ ſanctitate floruit, quæ Templum Beatis Petro, & Paulo exſtruxit, quod S. Ambroſius ſacravit, & corpora Sanctorum Vitalis, & Agricolæ recognita invenit.

Circa eadem tempora Bononienſes dicunt ſe Claternam dirhiſſe, & ab Imperatore Theodoſio deletos eſſe.

423 *Felix Bononiæ Epiſcopus fuit.*

429 *Mortuo Felici Epiſcopo ſucceſſit Petronius Conſtantinopolitanus, qui Urbem auxit, & Templis multis ornavit, & Gymnaſii jus à Theodoſio impetravit. Petronio inde Paternianus ſubrogatus.*

493 *Circa annum* 493. *Proculus miles Bononienſis martyrio ab Arrianis coronatur.*

537 *Circa annum* 537. *Bononia inopia rei frumentariæ conflictata.*

542 *Apud Bononiam à ducibus Juſtiniani Imperatoris cum Gotthis bellatum.*

Eodem tempore Proculus Interamnas Epiſcopus Bononiæ mortuus.

570 *Bononia in ditionem Longobardorum redacta.*

584 *Bononia ad Exarchum Ravennatem rediit.*

648 *Bellum Romanum cum Longobardis ad Bononiam conſtitit.*

744 *Ante annum* 744. *Luitprandus Rex Longobardorum Bononiam recepit, atque eam poſtea Zachariæ Pontificis rogatu reſtituit.*

751 *Aiſtulfus Rex Longobardorum Exarchatum, ubi etiam Bononia erat, invaſit. Petrus Gallucius Bononienſis, ut ajunt, tum in Pipini Regis Franciæ caſtris militavit.*

774 *Carolus Magnus Rex Italiæ Bononiæ Gymnaſium, ut quidam ſcribunt, inſtauravit.*

845 *Bononia muris nudata à Ludovico Lotharii Imperatoris filio.*

899 *Ager Bononienſis ab Hungaris populatus.*

914 *Circa annum* 914. *Joannes Epiſcopus Bononiæ, qui poſtea Archiepiſcopus Ravennas, & poſtea Pontifex Romanus Joannes X. appellatus.*

932 *Eccleſia Bononienſis dotata à Marchionibus quibuſdam.*

962 *Otho Magnus Imperator creatus, à quo Italiæ libertas data, & tributaria relicta.*

Status civitatis Bononiæ ſub Othone, & poſteris.

966 *In conventu Ravennate, ubi aderat Pontifex Romanus, Clerus Bononienſis privilegio donatus.*

973 *Albertus Epiſcopus Bonon. in conventu Ravennate prædia à Parmenſi Epiſcopo repetiit.*

975 *Bononienſes libertate abutentes turres ædificare privatas cœperunt.*

999 *Obiit Bononiæ Joannes Gambalonga.*

1006 *Peſtilentia graſſante corpora SS. Syneſii, & Theopontis circumlata.*

1014 *Henricus Imperator privilegium Canonicis Bononienſibus dedit.*

1019 *Æde SS. Petri, & Pauli diruta oſſa SS. Vitalis & Agricolæ inde in Confeſſionem translata conſilio Frugerii Epiſcopi.*

Bononius civis Bononienſis Abbas Locedii conſtitutus.

1024 *Bononius Abbas mortuus.*

Circa 1027. Aldefredus Epiſcopus Bononiæ.

1029 *Henricus II. Imperator Canonicis Bononienſibus privilegia confirmavit.*

1056 *Adelfredus Epiſcopus Bononiæ Clerum Bononienſem privilegiis honeſtavit.*

1064 *Alexander II. Pontifex Adelfredi Epiſcopi privilegia confirmavit.*

1066 *Lambertus Epiſcopus Bononienſis.*

1070 *Apoſa rivus in Urbem nova alveo inductus.*

1076 *Italia deficit ob Imperatore, & ad Pontificem ſe transtulit, & novam libertatem inſtituit, quo in bello Bononienſium virtus enituit.*

1078 *Bononia ab Henrico Henrici Imperatoris filio occupata, ut narrant Scriptores Bononienſes, eademque mox à Mathilde recuperata.*

1084 *Bononienſis Epiſcopus Clementem III. Pſeudo Pontificem conſecravit.*

1088 *Bononienſes Urbem in quatuor partes diviſerunt, & vexilliferos populi inſtituerunt, & rem militarem deſcripſerunt.*

1090 *Bononienſes cum Mathilde Henrico ſe objecerunt.*

1095 *Bononienſes Urbanum II. Pontificem in Franciam proſequuti.*

1097 *Bononienſes vexillum Cruce ſignatum cur inſtituerint.*

1102 *Irnerius Philoſophiam Bononiæ docens Mathildis rogatu Pandectas interpretari cœpit, & primus gloſſas in eas ſcripſit.*

1105 *Lambertus Fagnanus Bononienſis Cardinalis à Paſchali Pontifice factus. Leonorus Leonorius eques floruit, qui Librum de Medicamentis equorum ſcripſit.*

1106 *Paſchalis Pontifex ad Concilium Vordiſtalli proficiſcens Bononiam venit. Eccleſia Bononiæ obedientiâ Archiepiſcopi Ravennatis per Paſchalem exempta.*

1109 *Turres duæ Bononiæ inſignes constructæ, Aſinella, & Gariſenda, quæ adhuc extant.*

1111 *Henricus Imperator arcem Bononiæ ad coercendam rebellionem conſtruxit.*

1112 *Bononienſes arcem Henrici demoliti ſunt.*

1115 *Sanguine pluit in agro Bononienſi.*

1116 *Bononienſes Legatis miſſis ad Henricum ad Gubernolum ſedentem pacem impetrarunt, & privilegium, quod ex iis, quæ publico in Tabulario extant, omnium eſt antiquiſſimum.*

Templum D. Virgini in Urbe Monti imminente conſtructum.

1120 *Bononiæ palatium publicum ad habendum conſilium ad ædem S. Ambroſii conſtructum, ei palatio Curia D. Ambroſii adhæſit, ibi ubi nunc eſt chorus Templi Sancti Petronii.*

1122 *Lamberto Fagnano Cardinali Legato agente, pax inter Imperatorem, & Pontificem facta.*

1123 *Rodeltani, Sanguinetani & Capriliani populi viritim ſe Communi, & Epiſcopo Bononiæ Victori dediderunt, tumque primum Bononienſes creſcere incœperunt; extat ipſa deditio.*

Ratio adminiſtrandæ per ea tempora Reipublicæ, ſtatus Civitatis, auctoritas Epiſcopi, & privilegia, quibus erat affectus.

1124 *Lambertus Fagnanus Bonon. Pontifex Romanus factus, & Honorius II. vocatus Gerardum Caccianimicum Cardinalem fecit.*

1125 *Gerardus Bononiæ Epiſcopus.*

1130 *Honorius Eccleſiam Bononienſem privilegiis honeſtavit.*

1131 *Nonantulani ad Bononienſes ſe contulerunt, cum in Diœceſi Mutinenſium eſſent. Extant conditiones deditionis.*

1135 *Mutinenſes bellum intulere Nonantulanis, & Bononienſibus. Bellum per arbitros eſt compoſitum. Extant conditiones pacis.*

Cabilliani ſe dedidere Bononienſibus. Extat deditio.

1137 *Lotharius Imperator iratus Bononienſibus tamen veniam rogatus dedit.*

1140 *Templum in colle Ronciani D. Jo. Baptiſtæ conſtructum.*

1141 *Magna pars Urbis cum Templo S. Petri arſit. Corpus S. Petronii in æde S. Stephani cum multis aliis ſanctis Reliquiis inventum.*

1142 *Mutinenſes iterum Bononienſibus propter Nonantulanos bellum moverunt, victique in valle Lavinii ſunt.*

1144 *Celolani & Sabinianenſes ad Bononienſes ſe contulerunt; extat deditio. Gerardus Caccianimicus Cardinalis Bononienſis, Pontifex Romanus factus, & Lucius II. vocatus, Hubaldum Caccianimicum, & Guarinum Guarinium Cardinales cives Bononienſes creavit. Is privilegia à Gregorio VII., & Paſchali II. Epiſcopo Bononiæ data confirmavit.*

1145 *Lucius Pontifex mortuus.*

Gerardus Epiſcopus Bononiæ.

Hildebrandus Craſſus Bonon., Epiſcopus Mutinæ, & Cardinalis.

1147 *Conradus Rex privilegia Civitati Bononiæ confirmavit.*

1148 *Urbs Bononiæ arſit in die Palmarum.*

1151 *Gratianus Monachus Bononiæ decretum confecit.*

Eo tempore florebant Gloſſatores juris quatuor Bulgarus de Bulgaris, Martinus Goſus, Jacobus & Hugo de Porta Ravennate. Bononienſes duo caſtra finitima Sancaſſianum, & Medicinam delevere.

1153 *Vida Saxius Imolenſis prætor Bononiæ.*

1155 *Caſtrum Imolæ ad Bononienſes tranſivit, quod cùm recuperare Imolenſes vellent, Bononienſes fœdus cum Faventinis percuſſerunt, & Imolenſes vicerunt. Extant pacis conditiones datæ Imolenſibus.*

Fridericus Barbaruſſa Imperator Romam tendens in agro Bononienſi caſtrametatus eſt, & Bononienſibus, ut Medicinam reficerent, imperavit.

1156 *Conſules Bononiæ Petrus Centanus, Hugo Arioſtus, Ocellettus Ocelletius.*

Mutinenſes novum fœdus cum Bononienſibus fecerunt, quod extat. Olivetani à Mutinenſibus ad Bononienſes defecerunt.

1157 *Conſules Azariſius Curtes, Iſnardus, Hattonus, Urſo Goriſendus. Mombellienſis ſe dediderunt; extat deditio. Item Canetulani, & Moretani.*

1158 *Fridericus conſilio quatuor juriſconſultorum Bononienſium uſus Italiam conſtituit.*

Mombellienſes, & Olivetani, qui defecerant, vindicati, Multa

Multi Lombardi Bononiam cum familiis commigrarunt.

Lex de Scholarium commodis lata à Friderico.

1159 Fridericus in agro Bononienſi ſtativa habens compellavit apud ſe Mediolanenſes.

1160 Bononienſes Alexandro III. Pontifici ſe adjunxerunt adverſus Fridericum Imperatorem.

Tabula, in qua erat imago D. Virginis D. Lucæ manu depicta, Bononiam delata, & in monte Guardiæ in æde D. Lucæ repoſita.

1161 Bulgarus juriſconſultus mortuus.

Fridericus Bononiam profectus vindicandæ rebellionis cauſſa eam muris nudavit, & Bocium præfectum ibi impoſuit.

1164 Bononienſes Bocium præfectum Friderici interfecerunt.

1165 Joannes Epiſcopus Bononiæ factus, qui ædem D. Petri reſtauravit.

1167 Fridericus ulturus Bononienſes, agrum vaſtavit, obſides & pecuniam exegit.

Bononienſes ſe cum Mediolanenſibus, & Lombardis cæteris fœdere junxerunt adverſus Fridericum; extant conditiones.

1168 Bononienſes fœdus renovarunt cum Faventinis; extat fœdus.

1169 Bononienſes bellum geſſerunt cum Faventinis, & prælio commiſſo victi ſunt.

Alexander Pontifex privilegia Fratribus Cruciferis Bononiæ confirmavit.

1170 Bononienſes rurſus movent adverſus Faventinos, & carrocium tum primum inſtituunt, & Faventinos ſuperant.

1171 Petrus de Bononia Cardinalis creatus.

1173 Bononienſes fœdus renovarunt cum Lombardis in Urbe Mutinæ. Franciſcus Andalus Albertum Griſonum ſacerdotem interemit, unde diſſociatio animorum orta.

1174 Collegium armorum inſtitutum, quod Lombardorum eſt dictum. Fridericus bellum cum fœderatis, & maxime cum Bononienſibus gerit. Bononienſes ſeptem conſules per collegia crearunt.

1175 Olivetani immunes facti à Bononienſibus.

Sancaſſianum contra Fridericum defenſum adjuvantibus fœderatis ex Lombardia.

Bononienſes equites cæſi à Chriſtiano præfecto Friderici, & ager vaſtatus.

1176 Bononienſes novum jusjurandum contra Fridericum jurant cum Lombardis, & cum Præfectis Friderici ad Medicinam conflixerunt.

1177 Fridericus victus à Mediolanenſibus inducias cum Lombardis in ſex annos, pacem cum Alexandro Pont. fecit.

1178 Bononienſes fœdus cum Faventinis renovarunt, quod extat.

Arborenſes ſe Bononienſibus tradiderunt.

1179 Bononienſes bellum intulerunt Imolenſibus & Mediolanenſibus, Cianenſes ſocietatem Bononienſium jurarunt, itemque incolæ Roccævici, quæ extat.

1180 Comes Lotharius fœdus fecit cum Bononienſibus, quod extat.

1181 Fœdus cum Mutinenſibus renovatum.

Duciani, Caſtrimolenſes, Tauſinianenſes, Arborenſes, & Comes Malvecimus fœdus fecerunt cum Bononienſibus.

Bellum Imolenſibus rurſum illatum, territiſque pace data; extant conditiones.

Mombellienſes victi.

1183 Bononienſes ad Conſtantiam pacem cum Friderico fecerunt; extant conditiones, quæ pace Conſtantiæ continentur.

1184 Lucius Pontifex Romanus Bononiam profectus ædem D. Petri refectam conſecravit, & turrim extollendam curavit.

1185 Fridericus bello Cremonenſi Bononienſium auxiliis adjutus Bononiam venit.

1186 Hoſpitale Fratrum Cruciferorum novo privilegio ab Urbano Pontifice ornatum.

Joannes Epiſcopus ædem D. Mariæ Majoris in Galeria extruxit.

1187 Gregorius VIII. Pontifex Romanus Bononiæ ædem D. Mariæ Majoris ſacravit, & Gerardum Epiſcopum conſecravit.

Multi nobiles Bononiæ ad ſacram expeditionem ierunt.

1188 Pragatulenſes ſe dedidere Bononienſibus, itemque Creſpellanenſes.

1189 Lotharius juriſconſultus Cremonenſis ad leges interpretandas conductus; extat veteris conditionis formula.

De Gymnaſiarchis ſcholæ Bononienſis.

Albericus de Porta Ravennate juriſconſultus claret.

1191 Henricus Imperator Bononiam profectus jus monetæ cudendæ conceſſit; extat privilegium.

Molendina pro porta Steria conſtructa.

1192 Cum Alberto Prati Comite amicitia juncta, extant tabulæ.

Cum Ferrarienſibus ſocietas juncta; extat.

1193 Gerardus Epiſcopus & Prætor Urbe exactus.

Petrus de Bononia Cardinalis mortuus.

1194 Fœdus renovatum cum Ferrarienſibus.

Tumultus propter Gerardum Epiſcopum pulſum excitatus.

Honorius Gerardum Epiſcopum ab ſacramento calumniæ liberavit; extat privilegium.

1195 Fœdus renovatum cum Faventinis.

Vido Cinus Prætor Urbe pulſus.

1196 Joannes Boſianus juriſconſultus Bononiæ moritur.

1198 Marqualdus Dux Ravennæ à Bononienſibus Romandiola pulſus.

Caſtrum S. Petri inter Bononiam, & Imolam conſtructum.

Corbarienſes, & Mombellienſes caſtra ſua Bononienſibus tradidere.

Jaanninus juriſconſultus conductus; extat conductio: itemque Bandinus Familiatus Piſcanus juriſconſultus.

Gerardus Arioſtus Epiſcopus.

1199 Bononienſes Medicinam, & Argellatam occuparunt.

Arborum coloniam deduxerunt. Caſtrum S. Petri novis incolis aſſignarunt.

Guilielmus & Rufinus de Porta Placentini juriſconſulti conducti.

Hoſpitale S. Margaritæ à Griſoniis inſtitutum.

1200 Bononienſes agrum Imolenſem, qui erat Ceſaris, invaſerunt, Saxatello recepto, & i cenſo.

Palatium Communis alterum ædificatum Bononiæ.

Turris Albericorum proruit in ædes Aſinellorum.

1201 Regienſibus auxilia miſſa contra Mutinenſes, & Faventinis adverſus Foroliviences;

1202 Scanabecci, & Aſinelli armis inter ſe contendere, ac Pepuli, & Tetalaſinæ.

Iterum auxilia miſſa Regienſibus contra Mutinenſes.

1203 *Lis intenta Ferrarienſibus de finibus, eaque compoſita, & à Mutinenſibus Pagi aliquot repetiti, &, ni traderentur, bellum inductum, & legationibus Regienſes, Parmenſes, & Cremonenſes ſolicitati.*

Cum Bergomatibus & Florentinis pactio inita.

Lis cum Mutinenſibus compoſita per arbitros ſecundum Bononienſes.

Fœdus cum Faventinis initum contra Piſtorienſes; extat.

1205 *Leges de commodis ſcholarium latæ.*

1206 *Urbis ambitus prolatatus.*

1207 *Bulgarorum familia ab Olivariis prope deleta.*

1208 *Auxilia miſſa Regienſibus contra Mantuanos ad Suzariam. Rhenus in Urbem inductus, & emiſſarium navale factum.*

1209 *Loca erepta Cæſari reddita legato Othonis Imperatoris; extat redditio. Otho Imperator ad Rhenum caſtra fecit.*

1210 *Otho privilegia Bononienſibus confirmavit. Pars Urbis arſit. Gypſi coquendi ratio excogitata.*

1211 *Bononienſes decrevere, favere Othoni Imperatori contra Pontificem.*

Piſtorienſes poſſeſſionem agri Bononienſis turbarunt. Bello decreto legati ad auxilia petenda Mutinam, Regium, & Parmam dimiſſi.

Cum tributum exigeretur belli cauſſa, Prætor Abbatem S. Stephani conferre recuſantem mulctavit, & Civitas ſacris eſt interdicta. Homines Roccæ Cornetæ ſe dediderunt. Foſſæ veteris Urbis ad conſtruendas domos aſſignatæ.

1212 *Otho Imperator Bononiam profectus omni honore excultus eſt. Bellum Bononienſibus factum, paxque data.*

Sambucani & Pavanenſes ſe dediderunt Bononienſibus.

Bononienſes Salinguerram in caſtro Pontis Ducis cum Aldobrandino Eſtenſi obſederunt.

1213 *Pactio facta cum Mutinenſibus. Salinguerra rogatu Bononienſium Ferrariam receptus eſt. Turris primum conſtrui cœpta. Henricus Epiſcopus factus.*

1214 *Fœdus cum Faventinis renovatum, & cum Regienſibus.*

Militibus Hieroſolyma ituris vectura de publico perſoluta.

Hugo Lucenſis Chirurgus conductus.

1215 *Controverſia cum Epiſcopo Henrico exarſit. Pactio facta cum Florentinis.*

1216 *Bellum cum Ariminenſibus geſtum, paxque data, extant conditiones.*

Conſtantia uxor Friderici Imperatoris Bononiam venit.

Itemque Petrus Altiſiodorenſis Imperator Orientis.

1217 *Bononienſes in Syriam iverunt ad ſacrum bellum.*

Iſnardus Manciollus Manfredum inimicum ſuum interfecit, ac Civitatem turbavit. Nova cum Epiſcopo controverſia excitata. Lex de Scolarium commodo lata.

Azo juriſconſultus florebat.

1218 *Lis cum Medicinatibus ſecundum Bononienſes judicata.*

Bononienſes auctoritate ſua Faventinos, ac Forolivienſes inter ſe compoſuerunt. Bonus Grammaticus Florentinus conductus; extat conductio.

Lis cum Lucenſibus compoſita.

Lex lata, ut Prætores mitterentur à Communi in caſtra Epiſcopi.

Caſtrum S. Pauli conſtructum.

Ordines Humiliatorum, & Prædicatorum in Civitatem accepti.

1219 *Societas cum Regienſibus renovata.*

Bononienſes Faventinis adverſus Imolenſes affuerunt, & arbitrium inter eos pronunciarunt.

Bononienſes, auctore Hugolino Legato Pontificis, pacem cum hoſtibus ſuis fecerunt.

Bononienſes cum Piſtorienſibus litem arbitratu Legati compoſuere.

Sambucani Muſcaclam deducti, & immunes facti: loca in caſtro S. Pauli incolis ad conſtruendas domos aſſignata.

Forum Boarium ad Galeriam translatum.

S. Dominicus Bononiam venit, & concionatus eſt, & miracula edidit, & ædem S. Nicolai in Vineis impetravit, & ædem S. Agnetis conſtruxit.

S. Franciſcus aliquot ex ſuis fratribus Bononiam miſit, & ædes eis datæ in Puliolis.

Tancredus Archidiaconus ab Honorio Pont. privilegio doctorandi ornatus: extat privilegium.

Studium Theologiæ in Gymnaſio Honorii præcepto coli cœptum.

1220 *Sambucani in poſſeſſiones ſuas à Piſtorienſibus reducti.*

Conradus Epiſcopus Spirenſis legatus præmiſſus oppida agri Imolæ, & Caſtri Imolæ repetiit à Bononienſibus, & obtinuit.

Bononienſes privilegio donati à Conrado Legato Imperatoris.

Fridericus Imperator Romam tendens Bononiæ exceptus.

Bononienſes confirmationem privilegiorum impetrarunt à Friderico Imperatore.

Epiſcopus Bononienſis privilegio donatus à Friderico Imperatore.

Bononienſes crueeſignati partem Damiatæ captæ in Ægypto ſortiti locarunt, & pecuniam ærario Bononienſi attribuerunt.

Bonifacius Boncomſilius juravit profeſſionem juris in Gymnaſio.

Accurſius Florentinus Juriſconſultus floruit Bononiæ.

Fines Mutinenſium rurſus inſpecti.

Epiſcopus Bononienſis novum Epiſcopium conſtruxit.

Epiſcopus propter homicidam è caſtro ſuo captum à Prætore Civitatem interdixit.

Laurentius Campegii floruit, is, à quo Campegiorum familia Bononiæ fluxit.

Hugolinus Legatus Pontificis ædem D. Mariæ Rhenanæ conſecravit.

1221 *Epiſcopus Bononiæ privilegio à Conrado Legato Imperatoris donatus.*

Ædes Fratrum Prædicatorum & Minorum auctæ.

Ædes D. Mariæ Alemanorum conſtructa.

Alveus Rheni à porta Lamiarum ad Corticellam factus ad devehendos lintres Venetias.

XXII. molendina ſuper novo Rheni emiſſario facta.

Aqua Sapinæ per Caſtellionem vicum inducta. S. Dominicus Bononiæ mortuus.

Benedictus Beneventanus Juriſconſultus juravit profeſſionem.

1222 *Gottifredus de Blanderata auctor belli Bo-*

non-

nonienſium cum Friderico.

Imolenſes proſcripti ab Legato Imperatoris.

Imolenſes bello petiti à Bononienſibus rogatu Legati Imperatoris.

Bononienſes moniti, ut à bello Imolenſi deſiſtant, non obediunt Legato Imperatoris.

Lex de immunitate eorum, qui in agrum Bononienſem migraſſent.

Ædes S. Sylveſtri, & S. Teclæ aliò translatæ.

Terræmotu tecta multa, & præcipuè S. Petri, corruerunt.

1223 Bononienſes agrum in IV. Tribus diviſerunt, perinde ac Urbs erat, & lex militaris lata.

S. Franciſcus Bononiam venit.

1224 Joannes Rex Hieruſalem cum filia Blanca Bononiam migravit.

Sæva grando.

Aquâ Sapinæ tinctores uti cœperunt.

1225 Fridericus Imperator iratus Bononienſibus gymnaſii jus ademit, & Neapolim tranſtulit.

Peſtilentia Bononiæ.

Turris Bartholomæi Baſaconatris depreſſa.

1226 Bellum contra Fridericum paratum.

Fœdus à Lombardis, in quibus & Bononienſes, contra Fridericum ictum.

Fridericus edictum pro Mutinenſibus adverſùs Bononienſes edidit.

Caſtrum-Francum à Bononienſibus contra Mutinenſes conſtructum.

Blanca Joannis Regis filia Bononiæ deceſſit.

1227 Fridericus reſtituit jus Gymnaſii Bononienſibus, & in gratiam recepit.

Guelforum & Gibellinorum factiones ortæ.

Bononienſes Guelfi facti.

Annona, & peſtilentia laboratum.

Caſtrum Leonis à Mutinenſibus conſtructum contra Caſtrum-Francum.

1228 Mancicollum Caſtrum de Bononienſibus captum.

Joſephus Tuſcus Præfectus populi factus.

Altera pars Reipublicæ, qui populus dicitur, inſtituta, & Magiſtratus Antianorum inſtitutus.

Bononienſibus à fœderatis Lombardis mandatum, ut Mutinenſes amicos Friderici aggrederentur.

Caſtrum Mutinenſium Badianum oppugnatum. Vineola capta à Bononienſibus, Plumatium à Mutinenſibus.

Pugna equeſtris ad S. Mariam in Strata cum Mutinenſibus.

Badianum à Bononienſibus re infecta dimiſſum.

1229 Bononienſes bellum Imolenſe, & Mutinenſe geſſere.

Sancæſarium eripuere Mutinenſibus, ſed ſtatim ſimul cum Carrocio amiſere.

Mutinenſes flumen Scultennæ in agrum Bononienſem averterunt.

Pax in octo annos facta inter Bononienſes, & Mutinenſes per Pontificem.

1230 Caſtrum-Francum muro lapideo cinctum.

Lanarii mercatores privilegiis ornati.

Crepacorium Caſtrum à Bononienſibus refectum.

1231 Lombardi ejecti è Civitatibus ſuis Bononiam recepti.

Epiſcopus cum Communi litigare cœpit propter decimas agri, unde magna perturbatio Civitatis.

1232 Bononienſes piorum cœtu amoti à Pontifice propter litem cum Epiſcopo.

Muri Caſtri-Franci perfecti.

Molitores falſi pœna affecti.

Agri à locuſtis vaſtati.

1233 Vini inopia inaudita.

Lis cum Epiſcopo terminata.

Frater Joannes Vicetinus ex Ordine Prædicatorum multa egregiè in Civitate geſſit, & corpus S. Dominici ex humili loco in editum transferendum curavit; annus hic generalis devotionis appellatur.

1234 Frigore maximo laboratum.

Albertus Lambertacius cæde inimici facta Civitatem turbavit.

Bononienſes bellum cum Mutinenſibus redintegrarunt, & fruſtra Badianum adorti ſunt.

Frinianenſes ſe ad Bononienſes à Mutinenſibus contulerunt.

1235 Bellum cum Forolivienſibus, & Mutinenſibus: Solarolum receptum.

Bononienſes percurſo agro Mutinenſi cis Urbem, & trans Urbem uſque ad Siclam pervagati ſunt.

Mutinenſes amnem Scultennam derivarunt, ut Caſtrum-Francum impeterent, & Frinianenſes rebelles ulti ſunt.

1236 Bononienſes pecunias pararunt belli cauſſa contra Fridericum.

1237 Bononienſes Caſtrum Leonum Mutinenſibus ademerunt, & deleverunt, & trajecto Scultenna agrum eorum populati ſunt.

1238 Bononienſes bellum moverunt Frinianenſibus, à quibus deſerti erant, & Urbem munierunt.

1239 Bononienſes homines Friniani perſecuti ſunt, agrumque vaſtarunt, & ſuburbium Mutinæ incenderunt.

Bononienſes Faventinis Guelfis auxilio accurrerunt, & in Frinianum hoſtiliter profecti ſunt, & in primis Vineolam oppugnarunt.

Fridericus in agrum Bononienſium profectus Plumatium, & Crepacorium expugnavit.

Bononienſes rem malè geſſerunt apud Vineolam cum Mutinenſibus.

Leges contra adverſariam factionem latæ.

1240 Ferraria à Pontifice auxilio Bononienſium capta.

Pacta cum Ferrarienſibus facta.

Henrico Epiſcopo ſucceſſit Octavianus Ubaldinus.

1241 Fridericus agrum Bononienſem vaſtavit, & jus Gymnaſii eripuit, & Patavium tranſtulit.

Bononienſes vias Urbis lateribus ſternendas curarunt.

1242 Bononienſes Caſtrum Ocellini adverſùs Ferrarienſes conſtruxerunt.

1243 Cives aliquot pœnas dederunt.

Lex lata, ne Scholares militare cogerentur.

1244 Familiæ multæ Bononienſes inter ſe reconciliatæ, auctore Fratre Vincentio Prædicatore.

Lex de cæde, aut damno Scholarium lata.

Octaviano Epiſcopo abdicante Joannes Boncambius Frater Prædicator Epiſcopus factus.

1245 Tributa impoſita belli cauſa exacta.

Jura populorum cognita, immunitateſque ſervatæ.

Via

Viæ intra Urbem, & extra munitæ.
Palatium Communis novum pro Antianis conſtructum.
Gibellini Brixiani in Urbem recepti.
Spina è Corona Domini à Fratribus Prædicatoribus in Urbem delata.
1246 *Bononienſes arcem Scaricalaſini adverſus Florentinos conſtruxerunt.*
Lex de iis, qui temerè ſe pro Civibus gerebant.
Bononienſes ad Parmam defendendam accurrerunt, quam Guelfi Friderico eripuerant, & bellum cum Mutinenſibus continuarunt.
Bononienſes Badianum ceperunt, & combuſſerunt: item Montelongum, & Sabinianum.
Votum pro Victoria Badiani ſactum.
Bononienſes cum fœderatis adverſus Fridericum ad Parmam ſteterunt. Sabinianum Aigonis exulibus Mutinenſibus Guelfis datum à Bononienſibus.
Bononienſes Nonantulam, Panſanum, & Sancæſarium Mutinenſibus eripuerunt, ac diruerunt.
Imolenſis ſe dediderunt Bononienſibus.
Faventia, Bagnacavallum, Forum-Popillii, & Forum-Livii imperata Bononienſium fecerunt.
Cervienſes cum Bononienſibus pacti ſunt.
Romaniola Bononienſium armis recuperata Eccleſiæ, & ſibi.
Imolenſes jurarunt ſi ſervaturos Bononienſes contra Fridericum.
Principes factionum Imolæ Bononiam evocati, & inducias jurare à Prætore Bononienſi coacti.
Lex lata, ut qui Medicinam & duas partes Argellatæ habitarent, tributa ſolverent, & publicas functiones obirent.
Bononienſes ex auctoritate Pontificis in agrum Mutinenſem exercitum inducunt, & Mutinenſes prœlio vincunt, & Hencium Regem Friderici filium capiunt, eumque in carceres domum reverſi condunt.
Bononienſes Medicinates, & Argellatenſes opprimunt.
Bononienſes exercitum Mutinam adducunt, & obſident, atque ad deditionem compellunt, ac pacem demum componunt. Extat Inſtrumentum.
Bononienſes duos Prætores dant Mutinenſibus, unum, qui Guelfis, alterum, qui Gibellinis jus diceret.
Fridericus accepto de filio capto nuncio minatur Bononienſibus.
Bononienſes commeatu Parmenſes ſublevant.
1250 *Fridericus ſi aureo circulo urbem Bononiæ circumdaturum ſpondet, ſi filium dimittant, &, cum nihil profeciſſet, moritur.*
Ædes D. Apollinaris diruta, ut Palatium Communis augeretur.
1251 *Lex de mercatu Rheni.*
Lex de Medicinatibus, & Argellatenſibus.
Lex, ut Quæſtor porticus Palatii per noctem illuſtraret lampade.
Innocentius Pontifex Bononiam venit, & ædes S. Dominici, & S. Franciſci dedicavit. Utriuſque Ordinis Fratres in magna auctoritate eſſe cœperunt.
Innocentius ſcripſit ad Bononienſes, ne fratres de pœnitentia cogerentur militare.
Bonifacius Sala Brixianus, qui Prætor fuerat, civitate donatus.
1252 *Bononienſes in Conſilio Fœderatorum Brixiæ affuerunt, ac muneris bellici partem ſibi depopoſcerunt.*
Innocentius ſcripſit ad Monachos Benedictinos, ne litem moverent Bononienſibus ſuper Sancæſario everſo.
Lex ut Præfectus Caſtrum-Francum mitteretur ſexto quoque menſe.
Lex de Prætoribus agri Imolenſis, & Bononienſis.
Lex ut Scribæ Bononienſes in caſtris Magiſtratus gerere poſſint.
Bononienſes in bello cum Fœderatis adverſus Icilinum profecti.
Epiſcopus portam ædis Leonibus marmoreis ornavit.
1253 *Brancaleo Andalus Bononienſis Senator Romæ fuit.*
Bononienſes jus aliquod in Urbe Ravennæ pararunt. Extant pacta.
Lex de immunitatibus lata.
Supplicium ſumptum de quibuſdam, qui Germanum cum Hencio captivum dimiſerunt, & de alio, qui nepotem interfecerat.
1254 *Cervienſes contra Venetos bello ſubacti, & Prætor eis impoſitus.*
Lex de cereis ad Templa prima Urbis per Prætores, & Curiam portandis.
Templi Franciſcani teſtudines corruerunt, & refectæ à Civitate.
Epiſcopus campanarium laminis plumbeis ornavit.
1255 *Præfectus, qui Capitaneus populi dicebatur, reſtitutus, qui præeſſet ei Reipublicæ, quæ Populus dicebatur.*
Primus fuit Jordanus Lucinus.
Prætor Parmæ admonet Bononienſes, ut ad ſe veniant, de Friniano deſceptaturi, & rogatur ad arbitrium prolatandum, ac demum pronunciat, & Frinianum Mutinenſibus adjudicat.
1256 *Manfredi Faventiam reverſi jubentur à Bononienſibus foſſas urbis explere.*
Tumultus Faventiæ excitatus, cujus cauſa etiam Bagnacavalli ſeditio renovata.
Bononienſes Bagnacavallum in poteſtatem redegerunt, atque eò Prætorem miſerunt.
Faventini ſe tradidere Bononienſibus ſeditionibus fatigati, & Prætorem acceperunt.
Forolivienſes, & Foropollienſes ſeditiones agitantes à Bononienſibus deſiſtere coguntur. Extant leges datæ.
Servi de publico empti, & liberati.
Pontifex ſcripſit Mantuano Epiſcopo, ut cogeret Bononienſes obedire compromiſſo ſuper Friniano edito.
Fratres Saccati Bononiam commigrarunt.
Bononienſes arma adverſùs Icilinum tulerunt.
1257 *Bononienſes pronunciarunt ſuper Guelfis ac Gibellinis Bagnacavalli, & obedire ſibi coëgerunt.*
Agreſtes manumiſſi certa frumenti ſumma mulctati, quæ Prætoribus à ſacco eſt attributa.
Mutinenſes de Friniano ad Fœderatos Lombardiæ ſe contulerunt.
Pons novus Rheni ſactus.
Clauſtra veteris Urbis ſublata.
Bini equorum curſus inſtituti, unus in die S. Petri, alter S. Bartholomæi.

CA-



CAROLI SIGONII
HISTORIÆ BONONIENSIS
LIBER PRIMUS.



Ononienſis Civitas cū illuſtribus multis aliis abundat laudibus, tum eo præcipue nomine videtur eſſe clariſſima, quòd cum neque Romano vigente imperio alicujus provinciæ caput, neque eo labefactato ullius ſedes principatus extiterit, procedente tamen tempore (1) ad eam amplitudinem, dignitatemque pervenerit, A ut meritò hac ætate primores inter urbes Italiæ numeretur. Quod decus cum ipſa ſibi omnium judicio ab eo potiſſimum tempore compararit, quo tranſlato ad Francos, Germanoſque imperio unà cum reliqua Italia in libertatem ſe viudicavit, viſa mihi res eſt cum ad ipſius Civitatis dignitatem, tum ad totius Italiæ laudem ſummopere pertinere, ſi res populi Bononienſis domi, foriſque geſtas parum noſtris adhuc hominibus cognitas ab inſtituta libertate memoriæ proderem. Itaque quanquam res eſt infinitæ difficultatis, (2) ut quæ ex privatis annalibus, & publicis tabulis prope univerſa ſit eruenda, quorum illi nudam rerum ſignifi- B cationem potius, quàm digeſtam integrarum actionum expoſitionem contineant, hæ vero pactiones Civitatis, non item res geſtas illius comprehendant; dabo tamen operam, ut huic incommodo aliqua ex parte opportunis

(1) Sed non per hoc, ut videtur, caſu, aut fortuitò Bononia ad eam amplitudinem, dignitatemque pervenit, qua ab eodem labefactato R. Imperio fruitur; Regia etenim natalia, quæ Sigonius ipſe illi tribuit, cultuſque tum inſuper ſcientiarum, liberalium diſciplinarum, & artium quoque, ut appellant, mechanicarum, qui in eadem Urbe à ſua ipſa origine florentiſſimus ſemper fuit, ingeniorum inſuper fœlicitas, ac Cœli, locique demum clementia, facilè celebrato incremento cauſam dedere, ita ut uſque tamquam per adagium uſurpent plerique, appellatam Bononiam, quaſi ſint in ipſa bona omnia. *Ocbym. de laud. Bonon.* §. *illud etiam*.

(2) Dolendum profectò ſummoperè, ſi non aliàs pudendum etiam, deſtitutos adeò nos hiſtoriæ noſtræ eſſe veteribus Scriptoribus, ut ſi de vetuſtiſſimis rebus inſtitui velimus, externos petere cogamur, & ex iiſdem decerpere, ac imò veluti per queſtum emendicare, quæ noſtra ſunt compellamur.

tunia aliunde ſubſidiis, quibuſcunque potero, aſciſcendis uccurram. Verùm, quoniam hæc urbs, tum, cœm ſe libertati reſtituit, jampridem & lato murorum, agrique ambitu, & privatis civium opibus, & rectæ Chriſtianæ religionis aſcitæ diſciplina florebat, (3) placet ante, quibus quaſi gradibus ad eum ſtatum, conditionemque pervenerit, breviter ſuperioribus repetendis imperiis, demonſtrare, ac ſimul quæ de origine, & incrementis ejus certis affirmari veterum teſtimoniis poſſint, oſtendere. Ex quo varia interea etiam, atque anceps Italiæ cognoſci fortuna poterit, quæ cum virtute Romanorum univerſum quondam orbem terrarum imperio eſſet amplexa, miſera tamen quadam inſequentium calamitate ſeculorum non imperio ſolum; ſed omni etiam dignitate ſpoliata diu ita jacuit, ut per multos annos nihil aliud, quàm afflictam ſuam lugere conditionem, ſordium, ac doloris plena ſit viſa, quouſque tandem è longo quaſi ſomno excitata antiquas revocare cogitationes, & priſtina repetere jura, veteris ſcilicet memor decoris, atque potentiæ cœpit. Atque hujus quidem Hiſtoriæ eò nobis gratior eſſe diligens, atque accurata expoſitio debet, quò recentior res eſt, ac memoriæ demum noſtræ propinquior, cum vetus Italiæ gloria, quamquam maximis rebus geſtis longe omnium maxima, tabeſcente jam plurimorum ſeculorum vetuſtate, ac crebra novarum gentium immigratione ad nos aut nihil, aut certe non multum pertineat, quæ vero proximis temporibus priſca Italicorum refloreſcente virtute ſive pace, ſive bello parata eſt, verè præſentem Italiæ gentem attingat; cum conſtituto tandem ipſius imperio præcipua eorum virtute quæſita ſit, quorum nunc etiam in Civitatibus familiæ multæ ſummis & honoribus, & divitiis prædītæ numerentur.

ETRUSCI.

CEterum regionem eam, quæ à Bononia ad Ariminum uſque pertinens à Septentrione Pado amne, & mari Adriatico, à Meridie Apennino monte concluditur, primi omnium, quod literarum monumentis proditum ſit, incoluere Umbri, atque Etruſci. Utroſque inde Galli, Gallos ipſi jam aucti viribus Romani pepulere. Imperio autem Romano deleto, atque Italia infeſtis exterorum armis oppreſſa, & hæc regio eandem Gothicæ, ac Longobardicæ dominationis vim, ac tempeſtatem eſt paſſa. Vigebat eo tempore ſummum, atque honeſtum illud in Regibus ſtudium, ut non tam latis adjungendis regionibus imperia propagare, quàm deſertas regiones novis condendis oppidis frequentare contenderent. Itaque & Umbri, & Tuſci, & reliqui, ea, quibus hæc poſtea celebrata regio eſt, oppida conſtruxere; Umbri quidem Ariminum, Cæſenam, & Ravennam; Etruſci vero Bononiam, (4) atque, ut opinor, etiam Claternam & Faventiam. Etruſcorum autem vetuſtiſſimus Rex Felſinus ad radicem Apennini Urbem conſtituit, eamque regio domicilio decoratam unà cum ipſa regione à ſe Felſinam nominavit, (5) quæ deinde à Bono Rege, qui deinceps illum excepit, Bononiæ nomen obtinuit, (6) quod Cato, Sempronius, & Plinius prodidere. Quamobrem cum Felſinus, Bonus, Atrius, Marſyas, & Oetalus, qui iis temporibus, quibus Roma condita eſt, Regnum geſſit, annos, Manethone teſte, tres ac centum abſumpſerint, ſane perſpicuum eſt, Bononienſium Urbem centum amplius annis, (7) quàm Romanam, eſſe vetuſtiorem.

GAL-

(3) Ergò perperam, qui a S. Zama jacta Religionis Catholicæ fundamenta Bononiæ rentur fuiſſe, quive noſtræ Eccleſiæ Antiſtitum ſyllabum ab eodem exordiuntur, quoniam hæc Urbi, tum cùm ſe libertati, quam ingenitam habet, reſtituit, jampridem, & longè plurimum antea, idololatriæ bellum indixerat, vanæque Religionis ſordes per baptiſma abſterſit, ipſo vel B. Petri Apoſtolorum Principis Diſcipulo S. Apollinari Authore; quamquam poſtea præ marmorum apud nos carentia, lapidumque noſtrorum temporis injuria facilè corruentium deperditione, aliorumque regeſtorum frequenti conflagratione, alter porrò, nec omiſsâ crebra populationum calamitate, ignoretur Epiſcopus, qui nobis ante S. Zamam præfuerit. Sed hanc Provinciam Cl. *Karolo Conſtantio Rabbi* doctiſſimo, ornatiſſimoque Viro, Civi, amicoque noſtro ſuaviſſimo, tanquam ex profeſſo metiendam relinquimus, qui operam in illuſtrandâ Notis ſuis altera Sigonii hiſtoria de Epiſc. Bonon. plane accommodatiſſimam rogatu noſtro impendit.

(4) Æmula Umbrorum Thuſca Gens, Ravennæ Bononiam Urbem oppoſuit, Regumque ſuorum ſedem ipſo ejus ab initio poſuit, & locavit; quare hæc etiam ob cauſſam Regia Urbs meritò jure appellatur. *Monteren ad Rub. 1 Statut. Bonon. T. 1. in verbo illuſtris*, ubi alii.

(5) Qui a Noemi Nepotibus primùm Regionem hanc cultam, Duce Gomero Gallo, tuentur, facile in eam quoque ſententiam adducuntur, Felſinam vocabulum ea eorum idiomate eſſe repetendum, quod idem fert ac *Scutum*, *Propugnaculum*, *Antemurale* &c. adeòque ita intelligi conditam ab Etruſcis Urbem Bononiam, tanquam in propugnaculum adverſus hoſtiles Umbrorum incurſiones, & ad retundendos eorum conatus, quoties hunc agrum, noſtramque Urbem invadere per eorum ferociam, & rapinæ deditam inclinationem niterentur, quam vetuſtiſſimus Rex Felſinus Regio domicilio decoratam a ſe Felſinam nominavit. *Co. Malvaſ. Marm. Felſ. fol.* 43.

(6) Huic opinioni accedendum ſatiùs, quàm excogitandum, à Gallis Bojis Bojonam primùm Urbem vocitatam, quæ propter minùs aſperum, leniuſque idioma, Bononia porrò appellari cœpit; graviſſimi namque Cato, Sempronius, & Plinius Hiſtorici hoc prodidere; Haud ob hoc tamen proròùs abigenda aliorum ſententia: ipſi quia rationes, & Scriptores non levis ponderis, & nominis robur præſtant, & porrò in antiquis, & abſconditis, cui conjectari non licet? Sed & monentoſa reliquorum opinio, qui per antea Felſinam hancoram, inde a Bono Rege vocitatam Bononiam cenſent, planè ita et Dianora Regio ante Regem Felſinum appellaretur. *Egnat. in Notis ad Gherardacc. p. 1. fol.* 2.

(7) Arctos nimis intra cancellos ſe in hac re continet Sigonius, extremum ita unum attingens, cui opponiter alterum, arbitrantium forte mille, ac amplius annis Bononienſem Urbem, quam Romanam eſſe vetuſtiorem; Quibus autem rationibus innixæ partes eræ hoc aſſerant, non mihi ſatis conſtat, probata communius tamen eorum ſententia, qui Bononiam quingentos circiter annos tribuont ante Romam conditam. *Ocbyn. de laud. Bonon. §. Quorſum.*

GALLI.

An. Ro. cond. POſt annos inde, quàm Roma condita
erat, circiter centum quinquaginta,
150 quàm Bononia, ad ducentos ſexaginta, re-
gnante Romæ Tarquinio Priſco, diverſi, ut
ſcribit Livius, Gallorum populi alpes tra-
jicere novas quærentes ſedes alias, atque
aliis itineribus pateſactis cœpere; verum
qui hanc regionem inſederunt, Boji, ac Se-
nones fuerunt: (8) Boji quidem à Tanaro
amne uſque ad Vitim, Senones autem à
Viti uſque ad Æſim. Adeo vero utrique
opibus valuere, ut regioni à ſe quiſque oc-
cupatæ nomen, vetere obſcurato, indide-
rint. Siquidam Boicum, ac Senogallicum
agrum appellarunt, ipſamque regionem to-
tam Galliam nuncuparunt, & Senones Se-
nam, ac Piſaurum; Boji Forum Gallorum
condidere, & amnem Bononiæ proximum
ob Gallici Rhani non injucundam fortaſſe
memoriam Rhenum nuncupavere. Primum
autem Senones, ut qui maxime omnium
vicini Romanis erant, & Roma ipſa, an-
363 no, poſtquam condita fuerat, 363. præter
Capitolium capta, memorabili ipſos clade
affecerant, armis à P. Dolabella Conſule
470 anno 470. ſuperati, funditúſque deleti ſunt
531 Deinde anno 531. Boji cum Inſubribus à
Marcello Conſule domiti in ditionem vene-
runt: & cum bello Punico ad Annibalem
defeciſſent, multis ſubinde prœliis devicti,
562 tandem anno 562. P. Naſicæ Conſuli dedi
tionem fecerunt. (9) Strabo auctur eſt,
Bojos ex finibus ſuis in loca Danubio vi-
cina translatos cum Tauriſcis contra Da-
cos bellum garentes radicitus eſſe ſublatos.
Eoſdem etiam funditus interiiſſe, ex Cato
ne refert Plinius.

ROMANI.

EXactis autem Gallis hæc in hac regione à
Populo Romano inſtituta comperio.
Primùm agrum, unde Senonas ejecerant,
publicum fecerunt, atque eò colonias de-
duxerunt, Senam, Piſaurum, atque Arimi-
num, ac Fanum Fortunæ conſtruxerunt,
&, cum Æſis Galliæ finis eſſet, Rubico-
num, qui eſt inter Ariminum, & Cæſenam,
conſtituerunt, cumque agrum, qui Seno-
num vigentibus rebus Senogallia dicebatur,
Togatam Galliam vocaverunt, quòd Civi-
bus cum Romanis, quorum erat propria
Toga, complaſſent. Victia inde, pulſiſque
Gallis reliquis, totam regionem in provin-
ciæ formulam redegere, atque ad eam re-
gendam quotannis Prætorem cum imperio
miſêre, (10) qui jus diceret, & conventus
haberet; conventui vero agendo ipſa eſt
deſtinata Ravenna, (11) eodemque tempo-
re Bononiam colonia deducta, quæ res eſt,
ut inquit Livius, in hunc modum admini-
ſtrata. „ C. Lælius Conſul, (12) anno Ur-
„ bis 563. cum ex Gallia Ciſalpina Romam 563
„ rediſſet, ut novæ coloniæ duæ in agrum,
„ qui Bojorum fuiſſet, deducerentur, &
„ retulit, & auctore eo Patres cenſuerunt.
„ Itaque poſtero anno ante diem tertium 564
„ Kal. Januarias Bononiam Latinam colo-
„ niam ex S. C. L. Valerius Flaccus, M.
„ Atilius Serranus, L. Valerius Tappus,
„ triumviri deduxerunt, tria millia homi-
„ num ſunt deducta, equitibus ſeptnagena
„ jugera, ceteria colonis quinquagena ſunt
„ data; ager captus de Bojis fuerat, Galli
„ Tuſcos expulerant. Latinæ vero coloniæ
„ (13) ſunt dictæ, quibus jus Latii datum
„ eſt, id eſt, quæ præter libertatem, qua
„ Præ-

(8) Neque adhuc deſunt apud nos teſtimonia ejuſmodi Gallorum incolatus, quandoquidem in Urbe, & Campus, quem etiamnum *de' Boji* dicimus, & via celebratiſſima ſupereſt, quæ adhuc *Galliera*, ideſt, ubi *Galli erant*, nuncupatur.

(9) In agro etiam num etiam locus, corrupta licèt per vulgus voce, qui in hæc uſque tempora rei hujus tunc geſtæ teſtimonium præbet, ac retinet, vulgò *Caſtenaſo*, genuine verò *Caſtra Naſicæ*: Hic ergò armatus Conſul conteſit, pauloque inde, amni ſuperato Idice propè defluente, Bojis excidium illud intulit, quo radicitus poſtremò ſunt hinc ſublati. *Malvaſ. fol. 84. & etiam ego ipſe in Apolog. pro Archigymnaſio fol.* 53.

(10) Summa quidem his data poteſtas, & authoritas, ut ſcilicet pro Jure dicundo prorſus eſſent ab adeundis Romanis Conſulibus ſoluti, neque reſcriptum ab illis in ſententia licèt capitali ferenda expectarent; Imperium attamen nobiſcum ita temperatum oculatiſſimæ Reipublicæ judicio, ut ipſius Prætorio eſſet tum adhuc voluntas voluntati Magiſtratuum noſtrorum, quam vel ita conjuncta, ut præter eam irritum, quemadmodum eſt attamnum, eſſet ſemper quodcumque in adminiſtranda hac Urbe conſilium; *Guiduc. de Paſſino ad fœd. inter Bonon. & Eccleſ. initum ſub Nicolao III. §. Eo Conſilio*; eoque allegata *Cocchin. de Cocco in obſ. ad Cap. pactionat. Bonon. dedit. cum Nicolao V. §. nihil Legatus, vel Gubernator &c.* Cæterùm a Prætoribus his plerumque nomen datum Agri noſtri locis, aut ab ratione aſſumptum, quia Oppidanos in clientelam vel accipiebant, vel commendatos apud Familiam habebant, vel altero beneficii genere donabant; Hinc Cl. *Ovidio Montalbano* Authore *Caſſialia*, vulgò *Caſarlia* quòd in clientela Caſſiorum eſ-

ſet, ab ea gente nomen ſumpſit, tumque præſertim a G. Caſſio, cujus munificentia Cybeli Deûm Parenti Fanum eſt dicatum, & Manalis lapis ſupra Lavonum rivum, vulgò *Ravone*, ſacro conſtituto loco inter pruſilientes aquas amœniſſimi Collis eſt locatus pro habendis feriis ambarualibus, unde adhuc *Pruſilum*, incolis agreſti voce *Baſilio*, locus dicitur.

(11) Adeo minus hoc conſtat, ut prorſus videatur refellenda opinio, & proinde quibus id probaret monumentis, ſi ſuperſtes interrogaretur Sigonius, nondum percepi, planè Bononienſes Ravennæ tum demum officia impendiſſe prænovimus, poſtquam ab Exarchis leges accepere, cujus rei Author Teſtis eſt alibi ipſe, ut videbimus. *Egnat. ad Ghirardacc. lib. 1. fol. 5.*, qui accuratius indè cum Livio ſcribens, nec verbum de re hac conſultiſſimè facit.

(12) Vel ob hoc deductæ Bononiam Coloniæ beneficium, C. Lælio Conſule Authore, vel quod Præturam R. P. nomine gerens ipſe, ut ſatius videtur, Oppidanis quibuſdam agri noſtri præſto gratia fuerit; certum illud, Villas adhuc duas ejus nomine, corruptè licèt cognominationa, di *Caſalecchio*, reperiri inſignitas, quarum utraque ſub germano Vocabulo *Cælelium* eſt nuncupanda, altera juxta Rhenum amnem extra Portam *Cæſaraugustanam* vulgò *Saragozza*, cujus Communitatis vetus Eccleſia S Martino ſacra eſt, de qua noſter *Sigon. de Ep. Bonon. lib. 2.* agit; altera autem ſecus viam Romanam non longè ab Idica fluvio, communiter *Caſalecchio de' Conti* appellata, ſita manet.

(13) Latè de Coloniis noſter *Sigon. de antiq. Jur. Ital. lib. 2. cap. 4.* cum reliquis *apud Malvaſ. Marm. Felſ. fo. 118., & ſeq. ac fol. 274.*

„ Prætori Romano non paruere, illud præ-
„ terea juris habueront, ot qui domi ſuæ
„ ædilitatem, aot quæſturam geſſiſſet, is
„ jure ipſo Civitatem Romanam haberet,
„ ita ut Romæ, & ſuffragium ferre, &
„ Magiſtratus perere poſſet. Leges porro habueruot (14) coloniæ, quas dederunt triumviri agrarii ex S. C. præterea Senatores, qui Decuriones vocati; & Magiſtratus, qui aut duomviri, aut quatuorviri, aut ſexviri jure dicundo appellati; item ædiles, quæſtores, & ceoſores, qui annonæ, pecuniæ publicæ, & cenſui coloniarum præfueruot. Romæ autem patronos aſciverunt publice, atque eorum opera curarunt, ſi quid apud Seoatum agendum eſſet, quod ſua intereſſet, enixe caventes, ne qua in re illorum aut dignitatem læderent, aut commodum impedirent. Regio autem à Bononia ad Rubiconem Flaminia dici cœpta, nempe à Flamioia via, quam C. Fla-
566 minius Conſul anno 566., ut inquit Livius, à Bononia perduxit Arretium, eademque Togatæ Galliæ, propagato ſcilicet ipſius Galliæ nomioe, attributa. Quin etiam Forum Coroelii, quod inter Claternam, & Faventiam fuit, L. Coroelius Sylla conſtituit, is qui dictaturam adminiſtravit, quod idem de Foro Popillii, & Livii, quorom eſt incertior auctor, debemus exiſtimare. Cum autem hæc regio, pulſis Gallis, Civibus io hunc modum referta Romanis eſſet, hinc Latioo oti ſermone (15) & ipſa cœpit, ita ut è Gallia Romæ fueriot poſtremis Reipublicæ temporibus Oratores, & Poëtæ io primis illuſtres, quorum Bononia C. Ruſticellum tulit, Oratorem, ut inquit Cice-
A ro, exercitatum, & natura volubilem, & L. Pomponium fabularum Attellanarum auctorem, quem Paterculus vocat ſenſibus celebrem, verſibus rodem, & novitate inventi à ſe operis commendabilem. Bello inde Marſico, anno 563., reliqoæ Italiæ le-
ge Julia, poſtero anno Ciſpadanis lege 574
Pompeja Civitas data eſt, atque ita Bononienſes quoque Cives Romaoi effecti, & in Stellatinam Tribum, (16) quantum ex veteribus colligi monumentis poteſt, coojecti. Interea vero dum Booonia Populo Romano coloniæ aſcito oomine obtemperavit, libera quidem, ſed vectigalis, perinde ac reliqua Italia, fuit, ſed tamen ab hoſtibus quieta,
B oiſi quareous bellis civilibus Romanis oniverſa regio fuit infeſta, ot Syllæ, & Marii, Catuli, & Lepidi, & quod omnium clariſſimum fuit, poſt necem Cæſaris, D. Broti, & M. Antonii, tum cum D. Bru-
tum Proconſulem M. Antooius Conſul Mu- 719
tinæ obſedit, quòd ſibi provinciam Galliam, qoam à Populo accepiſſet, oon traderet, ſed in poteſtate Senatus retineret. Tum vero, quia in Antoniorum clientela (17) antiquitus erat, atque eis pro officio ſuo ſtudebat, incommodi aliquid accepit, cum, ot ſcribit Cicero, Claternæ eſſet Hirtius, (18) ad Forum Cornelium Cæſar Octavianus, uterque cum firmo exercitu. Nam
C in eam ab Aotonio, præſidio educto, deſertam irruerunt, atque inde adverſus Antooium ad Mutinam cum exercitu ſtantem proceſſerunt, ac, prœlio commiſſo, Antonium obſidione Mutinæ depulerunt. In qno prœlio uterque Conſul lethiferum vulous accepit; Panſa etiam Bonooiam delatus (19) ibi

(14) Ampla pro Urbis dignitate facta eum Bononienſibus à Romana Prudentia conditio, nempè, quòd Civitae ingenita frueretur libertate, ſuoſque haberet, quos etiam ea ſe deligeret, Magiſtratus, modò Quiritum ſignis obſequeretur: *Egnat. ad Ghirardacc. p. 1. fol. 6. in princ.*

(15) Exornant rem uberiùs *Ghirardacc. lib. 1. fol. 6. Ochyra de laud. Bonon.* §. *Sed jam*, *Jodoc. Vuocchestr. in praef. ad exercit. Academ.* 3. *de rat. ſtud. art. lib.* §. *accedit &c.* Sed adhuc incertum apud Scriptores, quo per antea hæc Regio uteretur idiomate, qualeve tunc Etruſcorum fuerit, & Bojorum; Habraicum multi contendunt, pleriquæ Ægyptiacum, ſive Syro-Caldaicum, cæteri mixtum; Græcum planè nequaquam.

(16) Anceps planè judicium, num ex tunc id factum, an potius ſub Auguſto; quippè argumenta præſto ſunt multa, eaque graviſſima, quibus facilè probet quis eâ ætate Bononienſes in Lemoniam Tribum fuiſſe conjectos, ac eâ deductos colonos ordinario jure cenſitos à *Malvaſ. Marm. Felſ. fol.* 118.

(17) Hinc Ædes, quàm amplas, & magnificas, theatrum quoque, & arenam, Pomœrium, Bastaliam, Hortos, Lemurarium, & religioſam ſepulturam Gens hæc Antonia Bononiæ ſibi paraverat, & poſſidebat, ubi æque frequens libertorum, ſervorum, mancipiorumque familia alebatur, è qua famoſus ille *Antonius Muſa*, quem poſt initum Triumviratum M. Antonius pro Medico ceſſit, donoque Cæſari Octaviano dedit, apud quem poſtea tantum valuit Muſa, operâ, & gratiâ potuit, quòd eum in primis Civitate donavit ampliſſimè Romanâ, porrò præcacioribus habuit, & demum rogationi ſuæ aut humanis Medicis poſtac jus fecit, ac ſucceſſorem Cives tum eſſe, ac Profeſſores, annuloque proinde uti poſſe aureo, & togâ civili, ac impoſterum quòd Arti Medicæ ſoli ingenui operam impenderent, eam per antea ſtomaco, & nauſea obrepti ejus Cives, à ſolis ſervis exercerentur, quod apertiſſimè poſt alios probat *Pignor. de Servis, cap. 6. fol. 37, & ſeq.* De Amphitheatro poſtea Bononienſi per Antonios erecto agit *Cl Ovid. Montalb. antiq. Bonon.*, & noviſſimè cumulatâ varia eruditione D. meus *Co. Mutius M. Gravi*.

D (18) Vetus quidem, & clara Urbs, decimo à Bononia lapide diſtans, ac propè Forum Cornelii ſita, ſed poſtea miſerè diruta, atque adeò ſolo æquata, quod loci via nomen ſupereſt, vulgò *Quaderna*, cujus meminere *Leander Albertus, Ghirardacc. Vizan hiſt. Bonon. lib. 1. fol. 19. 20., & 21. Malvaſ. Marm. Felſ fol. 88. 89, & 90. Dulcin lib. 4. fol. 168. & ſeq.*, ac poſt alios *M Eliſ. Soror in Hiſtoriograph.* §. *Quaderna*. Ejuſdem Urbis veterem exiſtentiam adhuc inſignia vetuſtatis veſtigia, quæ inter rudera paſſim occurrunt, ac de glebis fodiuntur, apprimè evincunt, & probant, quæ in Muſæis antiquitatum Studioſorum non ignobiliter ſervantur.

E (19) Ob ſagittæ vulnus Octaviani opera veneno forſan infectum, è vivis ſcribunt ereptum. *Tacit. lib. 1. Svet. in Octav. Aug.*, & *Malvaſ. Marm. Felſ. fol.* 262. Ejus tum verò, & Hircii Cadavera è Bononia ſub magna pompa Romam transferri idem Octavius curavit *Ghirardacc. p. 1. fol. 6., & 7.* quoniam per *Egnat. ibi in not. ad eumdem*; Victori jucundum ſemper, & arte imò quæſitum, funus quam ſplendidum de proſtrato hoſte agere, exequiaſque ipſius celebrare: Cæterùm quo loco Panſa Conſul in agro noſtro Caſtra poſuit, eidem abs eo impoſitum *Panſani* nomen, ſub quo adhuc, ac ibidem poſtea per Bononienſes ædificatum Caſtrum vocitatur, ex laudato *Malvaſ. fol.* 262. cui poſt *Sororem in Hiſtoriograph.* §. *Panzanum*, ipſe quoque adhæreo in *Apolog. pro Archigym.* n. 107. *fol.* 53. *Dulcin. lib.* 2. *fol.* 70. §. *ſi Panſa*.

ibi eſt mortuus. In his tamen rerum ini-
quitatibus eo ſe non minimo ſuſtentare ſo-
latio Civitas potuit, quòd mos, confecto
bello, nobiliſſimo triumvirûm (20) Reipu-
blicæ conſtituendæ colloquio eſt inſignita,
in quo M. Lepidus, M. Antonius, & C.
Cæſar Octavianus Romani Imperii provin-
cias inter ſe diviſerunt, quod in Inſula La-
vinii amnis factum eſſe ſcribit Appianus,
& Dio, qui fluvius ex proximis Apennini
collibus, Æmilia via quinque millia paſ-
ſuum ab Urbe diſſecta, in Rhenum delabi-
tur. Quin etiam, cum triumviri veteranos
milites in colonias deducerent, præter ce-
teras Bononiam deduxit Antonius. Itaque,
quòd Bononienſes pro clientelæ jure officia
omnia deberent Antonio, Cæſar bellum ul-
timum cum ipſo geſturus, Bononienſibus,
ut inquit Svetonius, publice gratiam fecit
conjurandi cum tota Italia pro partibus ſuis.
Atque hic quidem Bononiam ſtatus obtinuit,
dum libera Romana Reſpublica fuit, uſque
722 ad annum Urbis 722., quo Cæſar Octavia-
nus, devicto ad Actium Antonio, Imperio
præeſſe Romano, Imperatoris, atque Au-
guſti nomine ſumpto, incœpit. Re autem
Romana ad Auguſtum Imperatorem, &
ſucceſſores ejus traducta, hæc in hac re-
gione ſunt inſtituta. Primum cum totam
Italiam divideret in XI. regiones Auguſtus,
octavam Galliam Ciſpadanam vocavit, eam-
que in duas regiunculas Æmiliam, & Fla-
miniam à Placentia Bononiam, à Bononia
Ariminum uſque diſtribuit, Metropoli Ra-
venna relicta, ad quam etiam claſſem ad
Superi maris tutelam collocavit, & Æmi-
liam viam ab Arimino Bononiam, à Bono-
nia Placentiam uſque perduxit, quod ante
à M. Lepido Conſule Flaminii collega,
anno 563. factum Strabo prodidit. Quin
etiam populis, qui cum Antonio ſenſerant,
deletis, & oppida, & agros eorum militi-
bus, qui ſub ſe, & Lepido, Antonioque
meruerant, aſſignavit, atque ex iis colonias
duodetriginta conſtituit, ex quibus una,
teſte Plinio, Bononia fuit. Quas cum ope-
ribus, & vectigalibus publicis multis modis
inſtruxit, tum jure, ac dignatione Urbi
quodammodo pro parte aliqua adæquavit,

A ſcilicet excogitato genere ſuffragiorum,
quæ de Magiſtratibus Urbicis Decuriones
colonici in ſua quiſque colonia ferrent, ut
ſub diem comitiorum obſignata Romam
mitterent. Italiam porro adminiſtrandam
Conſulibus, & Prætoribus tribuit, & omni
onere tributorum levavit, id quod jus Ita-
licum dixit. In hac vero tanta tum Italiæ,
tum Imperii totius Romani tranquillitate,
quod hujus maxime felicitatem ſæculi cu-
mulavit, Chriſtianæ etiam pietatis, quæ po-
ſtea univerſum terrarum Orbem ſenſim am-
plexa eſt, auguſta ſunt initia introducta.
Eſt enim, Auguſto imperante, anno ab
Urbe condita 751., (21) natus in Judæa ex 752
B Maria Virgine JESUS CHRISTUS DEI *An. à*
Filius, idemque cum mirandis edendis ope- *Chr.*
ribus, ac vera ſalutis via demonſtranda *nat.* 1
oculos, menteſque in ſe omnium conver-
tiſſet, nono decimo Imperii Tiberii anno à
Judæis falſo Majeſtatis crimine accuſatus, 34
Pontio Pilato Judææ Procuratore, pro ſalute
Generis humani in Crucem eſt actus; poſt
triduum autem à mortuis excitatus ordina-
to Evangelio, ac nominis ſui prædicationa
ſe ſe in Cœlum extulit, atque inde duode-
cim Apoſtolis, & magno Diſcipulorum nu-
mero à ſe inſtituto Spiritum Sanctum affla-
vit. Unde homines falſo Idolorum cultu
relicto, ſenſim verum Deum præclaris eorum
C inſtitutis, ac diligenti prædicatione cœpe-
runt agnoſcere. Itaque cum numerus eo-
rum, qui Chriſtum profiterentur, Romæ
aut inſcientibus, aut conniventibus, non
probantibus quidem certe Imperatoribus,
poſt aliquot annos increbuiſſet, Nero tan-
dem vel ipſius religionis odio, vel gravio-
ribus aliis ſuſpicionibus incitatus, ſeveris
quæſtionibus habitis ingentem eorum ma-
num comprehendit, eamque exquiſitis ſup-
pliciis interfecit, ex quibus unus extitit
ipſe Apoſtolorom Princeps, Simon Petrus; 68
cui Chriſtus, antequam in Cœlum aſcende-
ret, gregem humanum commendaverat,
ſummamque in terris poteſtatem ad ſalu-
D tem animarum permiſerat. Qui, cum Ec-
cleſiæ Chriſti, Sede Romæ poſita, aliquan-
diu præfuiſſet, atque aliquot in alias Civi-
tates Epiſcopos (22) inſtituiſſet, Clero de-
mum,

(20) Porrò Triumviratus eſt initus 27. Novemb. ab U. C. 711. uſque ad prid. Kal. Januarias ſextas, nempè ad exitum Decembris ab U. C. 716. per *Emm. Noris Cænotaph. Piſan. differt.* 2. *cap* 16. §. 4. *fol.* 280., qui rem ut probet, ſententiæque ſuæ vim, ac robur ut præſtet, inſcriptionem ex lapide Collatiano affert, quam ex *Gruter. pag.* 298. ſe decerpiſſe candidè fatetur. Igitur propè Bononiam, quemadmodum hæc validiſſimè evincunt monumenta, & nequaquam Mutinenſi in agro, quod perperam Vidrianus incompto, nimiique acclivi animo ex unico Appiano exemplavit, fatendum initum Triumviratum, obindeque loco propè Lavinum decurrentem fluvium cognomentum *Secorus* impoſitum, quo intelligeremus agrum, in quo audax inſoleſcentium fortuna ſua, & animorum, imò magis armorum ferocia, & vi, Ducum conventus tum eſt habitus, cùm inde diviſus inter ipſos P. Rom. deditus Orbis, cujus poſtea univerſum arbitrium in uno Octaviano Auguſto cumulatum legimus. *Ghirardacc. p* 1. *fol.* 7., *&* 8. *Vizan. lib.* 1. *fol.* 11. *Dulcin. lib.* 2. *fol.* 82. §. *Nec item mirum. Malvaſ. Marm. Felſ. fol* 145., *& ſeq. Collat. Macchiavelli Frater de Bonon. Eccl., & Urb. Gub. fol.* 10. *Ego in Apolog. Archigym. n* 109 *fol.* 53., *& M. Eliſ. Soror in ſua Hiſtoriograph.* §. *Secornum.*

(21) *Ghirardacc.* in annum poſterum 752. refert *p.* 1. *fol.* 9. item *Dulcin. de var. Bonon. Stat. lib.* 1. *fol.* 31. *Azzoguid. fol.* 34., *& Collat. Frater de Bonon. Eccl., & Urb. gub* §. *Sub hoc Auguſto fol.* 10. Sed utro quo Salus Mundo facta ſit anno per Nativitatem *Verbi ex Marià Virgine Deiparà*, hoc certum, extemplò defeciſſe *Pietatis Urbicæ* Idolum, quod ex præſtigio in prodigium deinde verſo Q. Caſſius Urbis noſtræ Prætor eodem in Colle ſub delubro quondam erexerat, cui nomen Mons Guardiæ, ac ſupra quem A. C. Æ. 1160. locata eſt poſtea ex Conſtantinopoli delata per S. Lucam Evangeliſtam picta ipſius intemeratæ Virginis Deiparæ Imago.

(22) S. Apollinaris inter hos fuit, qui Ravennâ primùm lapidibus pulſus, Bononiam eſt profectus. Ergo quòd ſubinde florere Chriſtiana Religio apud nos cœperit, ac per Capellas Sacerdotum Conſortia inſtitui, ut ſcribunt poſt alios *Dulcin. de var Bonon. Statu lib.* 1. *fol.* 6. 33., *& ſeqq., & Collat. Frater de Bonon. Eccl., & Urb. gub. fol.* 10., quæ porrò ſit ratio, quare Antiſtites dati nobis non cenſeantur niſi A. C. 270. haud video, quod etiam *Cæſ. Baronio Card.* verè Eminentiſſimo, & Hiſt. Eccleſiaſticæ Parenti

Tom. III. B 2 in-

ſum, Lino, & Clemente ſibi ſubſtitutis,
in Crucem actus deceſſit. Neque vero per
hæc tempora, qnibus Italia ab externis ar-
mis quievit, Bononiæ incerta fuit, aut per-
obſcura memoria. Nam, Claudio imperan-
te, cum tota incendio conflagraſſet, conti-
nuo mirifica Imperatoris ipſius benignitate,
qui Neronis adoleſcentis rogatu (23) cen-
ties ſeſtertium clargitus eſt, dicitur eſſe à
Tacito reſtituta. Et Nerone ipſo rerum po-
tienre in primis Ruſo Poëta floruit, (24)
cujus mortem Martialis eleganti carmine
70 deploravit. Vitellio vero imperante, gladia-
torio munere (25) à Fabio Valente magni-
ficentiſſime edito præcipue oobilitata eſt,
cui, ut ſcribit Tacitus, etiam Vitellius
ipſe, quanquam variis belli, quod gereba
tur, curis diſtractus, interfuit. Quin etiam
Plinius calamorum, & ſpeculatium lapidum
(26) laudem ei per eadem tempora tribuit;
ſiquidem nullos calamos aptiores fuiſſe ſa-
gittis, quàm qui in Rheno Bononienſi na-
ſcerentur; & ſpeculares lapides breves, ma-
culoſoſque complexu ſilicis in Bononienſi
agro repertos ſcripſit, &, quod multo ad
laudem inſignius eſt, eadem jam tum præ-
cipuum eximiæ ſoli feracitatis decus, qua
poſtea celebrata eſt, non contemnendo Me-
læ teſtimonio tulit. Hadrianus inde Impe-
rator Italiam Judicibus Conſularibus, An-
tonius Pius Juridicis, Aurelianus, quantum
ego augurari conjectura poſſum, Correcto-
ribus adminiſtrandam commiſerunt, ac pro-
vinciæ modo reſerunt. Chriſtiana vero re-
ligio diffuſa in multas Civitates eſt illa
quidem, verum non ſine maximo eorum,
qui illam profiterentur, exitio. Etenim
Domitiano, Nerva, Trajano, Severo, Ma-
ximino, ac demum Decio ipſo imperanti-
bus, multi eo nomine publice vexati, ac
per varia necati ſupplicia ſunt; unde Mar-
tyrum Eccleſiæ Chriſtianæ numerus ingens
accrevit. Atque hoc quidem tempore Bo-
nonienſis Civitas Chriſtianam fidem pia
ſanctorum hominum opera jampridem am-
plexa Galieno imperante Epiſcopum à Dio-
niſio Pontifice (27) poſtulavit. Datus eſt
autem vir probatiſſimæ vitæ, Zama nomi-
ne. Is Urbem, ut monumenta Bononien-
ſium referunt, anno Chriſti ducenteſimo 270
ſeptuageſimo, ingreſſus, cum alia memora-
bilia opera edidit, tum, ut Templum Pe-
tro

incomparabili æquis rationibus probatur, quas in ſuis ad Sigon. de Epiſc. Bonon. Notis *Karolus Conſtantius Rabbi* Vir præſtantiſſimus relaturum fore mihi in conventu ſecum Faventiæ nuper habito V. Id. Septembris hujus A. 1732. apertiſſimè ſpopondit.

(23) Neronianæ hujus Orationis in Italicum Sermonem verſæ per *Gratiadeum Maccati*, quod circumfertur eſt adhuc exemplum, ſuppoſititium tamen, & effictum à *Reverendiſſ. Jo: Baptiſta Agocchia*, cui ingenioſum hoc opus tribuitur ex *Orland. de' Scritt. Bologn. fol.* 151., *&* 182.

(24) Eximiæ in poeſi dignitatis homo, & Martialis feſtivi poetę benevolentia dignus æquè, ac lacrymis, quibus illius funus deflevit eo elegantiſſimo epigrammate, cujus feci copiam in *Apolog. pro Archigym. fol.* 8. notionibus nec injucundis de eo additis *fol.* 52.

(25) Id adnotare hoc loco placuit, quòd ſuperioribus menſibus pretioſa omninò marmora occaſione effoſſæ terræ pro jaciendis fundamentis novi Clauſtri Monachorum Cœleſtinorum, abs inde eruta ſunt, quæ operis nitore, & forma auream illam ætatem apprime referebant, quo loco certo ſcimus terminatam Antoninorum arenam, cæteroquin in ambitu complectentem integram eam planitiem, quæ præ aliis ædificiis etiamnum continet Ædes S. Martino, S. Margaritæ, & Spiritui Sancto ſacras, ex latiùs congeſtis per *Collatium Macchiavelli Fratrem de Bonon. Eccl., & Urb. gub. fol.* 10. *&* 52. quem allegat D. meus *Co: Mutius Maria Grati* in ſua differt. *de Gladiat Spectac. Bon. exhib.* quam utinam prælo ſubmittat, lucique donet, tamquam validiſſimis argumentis ſuffultam, variaque eruditione ornatam, & ſequenti hac inedità Inſcriptione, & Numiſmate cumulandam.

D. M.
Ael. Egnatio Rheniano C. Egnati F.
Æliq. Egnat. Sericiariorum Magiſt. N.
Laniſtarum Familiæ
Bonon. ad Lud. Munif. Pop. eden.
Annuis feſt. Recurren.
Pietatis Urbicæ poſt Id. Majas
Et Salutis Publicæ ante Cal. Octobres
M. Antonii IIIvir. in hanc Urbem
Vet. Clientelæ cauſſa, & liberalit. Præpoſ.
Inde Beſtiarior., & Tiron. Battaliæ
Per Quinquenn. & Spoliar. educat.
Mox cult. Æra pub. comparat. & Serv. Medic.
Mancip. quoque Duct. Arenarior., & totius Apparat.
Procuratori,
Noviſſimeq. univ. Op. Muneris Pub.
Gladiatorum Curatori.
Qui omnibus his officiis nitidè functus
Et ait ſenio confectus
Cum per autum. hoc ameno in Rufor. Suburb.
ruraretur
Fil., & HH ſuis licet præorbat. placidiſs. occub.
Sulp. Rufa Uxor Mœrentiſs.
Viro viduata opt. cum quo Sanctiſs. vixit A. XLVI.
Acto Funi, illatoq. Cinere
In eamdem Ædic. prope domeſt. Lemurarium
Q. Ruf. Frat. dulciſs., & Fl. Rufiolæ
Sorori lectiſs. ol. apertam
Inter Pruſili Coll. ſurgent. aquas, virenteſq. Olivas
Supra Sacr. decurr. Lavonum
T. hunc Sinceri A.
P.

(26) *Plinius* eminentiam rebus Italicis animo concedens, ſubindè etiam calamis ex arundinibus circa Rhenum noſtrum naſcentibus ſumendis pro ſagittis opportunioribus aptandis idem laudis genus tribuit *Hiſt. nat. lib.* 16. *cap* 36., cujus verba per extenſum *Jacob Dalechamp recitat in ſua Hiſt gen. Plantar. Lugdunen. lib* 9. *fol.* 998. Quos verò ſpecularios Sigonius hic appellat lapides, hos Græci phoſphoros vocant, & nos petras luminarias, ſive lapides illaminabiles, quia non actu, ſed potentia, benè ſi parati ſint, lumen recipiunt, noctuque vel in loco obſcuro depoſiti, adinſtar vivi carbonis, illud emittunt, & lucem ſpargunt. „ Ergo univerſim occupatam naturam vides, „ & intelligis in nobilitanda, illuſtrandàque „ per incultiores plantas, vilioreſque lapides „ feliciſſimam Bononienſem hanc Regionem, „ poſtquam Saxis ipſis, ut ibi ſplendeant, lu„ men ſinè igne indidit, & lucem abſque „ flamma conceſſit. *Ocbym. de laud. Bonon* §. *Sed neque minus lapides*. Idem porrò lapis crudus primo aſpectu rude gypſum refert, adeòque in gypſi cavis, vel circum illas reperitur, tum verò maximè is probatur, qui apud nos in excelſo *Paterno Monte*, vulgò *Paderno* colligitur, quam ob rem magis etiam arenoſus is collis promeruit celebrari, qui contra Caſejalcem prominet, & eſt *Gaviola Villæ* conterminus, quam vulgus corrupta voce *Gaibola* nuncupat. Qui plura ad rem optat, adeat is velim *Aldrovand. Muſ. Metallic lib.* 4. *cap.* 35. *per tot. fol* 688, *& M. Eliſ. Sororis Hiſtoriograph.* §. *Paternum*.

(27) Hanc Provinciam, ut præmonuimus, quia in ſe pertractandam *Cl. Karolus Conſtantius Rabbi* aſſumpſit, ad ejus proindè notas lectores remittimus.

tro Apoſtolorum Principi conſtrueretur, A
auctor fuit, atque id ipſe non ſolum dedi-
cavit, ſed Presbyteris etiam, & Diaconis,
qui ibi ex inſtituto Sacris operarentur, pro
eorum temporum ratione, & piorum homi-
num copia à ſe conſtitutis ornavit. Id Tem-
plum extra Urbem (28) in via Æmilia à
parte Mutinam vergente poſitum aliquan-
diu poſt Bononienſis Epiſcopi ſedes, ac
domicilium fuit. Eo vero mortuo, qui Chri-
ſto dediti erant, Fauſtinianum, mira homi-
nis ſanctitate allecti, ſubſtituerunt. Qui ab
Epiſcopo Romano confirmatus, dum dat
operam, ut, quam plurimos poſſit, ad fi
dem Chriſti traducat, magnum cum uni-
verſa Chriſtiana plebe detrimentum acce- B
284 pit. Nam Diocletianus, qui anno Chriſti
ducenteſimo octogeſimo quarto imperium,
ſocio biennio poſt Maximiano ſibi aſſum-
pto, inierat, Chriſtianis præter modum in-
fenſus, quæſitoribus per omnes Civitates
dimiſſis, acerbiſſimas de illis quæſtiones ha
bendas imperavit. Ex quibus cum unus
Bononiam veniſſet, Templum Chriſtiano-
rum evertit, ac diligenti eorum inquiſitio-
ne facta, præter alios, quos Chriſtum con
ſtantiſſime profitentes cruciavit, Herme-
tem, Ageum, Cajum, Agricolam, & Vi-
talem (29) crudeliſſime interfecit. Vitalem
Agricolæ ſervum cum, divo Ambroſio te-
ſte, perſecutores urgerent, ut Chriſtum ne- C
garet, nec quidquam proficerent, omnia
in eum tormentorum genera ediderunt,
quouſque precatione ad Chriſtum effuſa
efflavit animam. Agricolæ vero, qui ſuavio
ribus moribus erat, primo necem diſtule
runt, ad extremum, ubi ſe obſequentem
non præbuit, in crucem ſuſtulerunt, ut ſa-
tis oſtenderent, ſupplicio eum ſervi terrere,
non ſaluti ejus conſulere voluiſſe. Atque
301 hæc quidem anno Chriſti 301 acta. Zamæ,
& Fauſtiniani primorum Epiſcoporum ſe-
pulchrum ad ædem D. Petri, quæ nunc D.
Felicis dicitur, cum literis id ſignificanti-
306 bus hodierno etiam die viſitur. Quinquen
nio interjecto lux clariſſima populo Chri- D
ſtiano variis jampridem Imperatorum per-
ſecutionibus conflictato affulſit. Nam Im
perium Conſtantinus Magnus præcipuus
Chriſtiani nominis & profeſſor, & fautor
excepit. Hic ex Galliis in Italiam adverſus
Maxentium à prætorianis militibus adver-
ſus ſe Imperatorem appellatum Romano-
rum precibus adductus venit, verum, quòd
Ciſalpinam Galliam adverſariam habuit,
ejus oppida bello perſecutus magnis detri-
mentis affecit, ac recuperata omni cis Pa
dum Italia Romam pervenit, ac, maximo
commiſſo ad pontem Milvium prælio, Ma-
312 xentii exercitum profligavit. Neque ita
multo poſt Chriſtianam fidem avide ample- E
xus, à Sylveſtro Pontifice Romano ſacro ſe
tingi lavacro voluit, & cum unus ipſe re-

rum jam potiretur, Leges Chriſtianis ſe-
cundiſſimas, Gentilibus autem adverſiſſimas
tulit. Quin etiam Templa Chriſto Salvato-
ri, & Apoſtolis, Martyribuſque ejus, & ip-
ſe Romæ magnifica ædificavit, & ubique
terrarum ædificari, ac Chriſti nomen, &
doctrinam prædicari palam ſine ullo mor-
tis, aut ſupplicii metu juſſit, ac Pontificem
inſigni, ut à piis hominibus creditur, ac
memoranda, quæ adhuc Græce ſcripta ex-
tat, Romæ, Italiæ, ac totius Occidentis
donatione affecit. His autem tantis bonis 324
illud labis aſperſum eſt, quòd Arrius Pres-
byter Alexandrinus nefariam in Eccleſia
opinionem excitavit, qua Filium minorem
eſſe Patre aſſeruit, cujus rei cognoſcendæ
cauſſa, etſi Pontifex Conſtantino adjuvante
325. Nicæam Epiſcopos advocavit, atque 325
ex omnium conſenſu eam ſententiam con-
demnavit, haud tamen prorſus potuit ex
animis multorum evellere: qua ex re mul-
ta poſt in rempublicam Chriſtianam ſunt
incommoda importata. Quin etiam illud
commodis Italiæ, atque Eccleſiæ à Petro
Apoſtolo Romæ inſtitutæ obfuit plurimum,
quòd Conſtantinus Byzantium oppidum ad
Thracium Boſphorum reſtituit, atque à ſe
Conſtantinopolim appellatum Romæ ipſi
omni gradu dignitatis æquavit, hinc enim
non Imperii ſolum, ſed poſt etiam Eccleſiæ
gravis diviſio nata, quibus nihil accidere
potuit univerſo terrarum Orbi pernicioſius.
Is cum univerſum Imperium ordinaret,
Italiam in regiones 17., longe alia, quam
Auguſtus fecerat, ratione partivit. Nam
Liguriæ Mediolanum, & Ticinum aſcripſit;
Cottiis alpibus Derthonem, Genuam, &
Savonam; Æmiliæ Urbes à Placentia uſque
ad Forum Cornelii; Flaminiæ à Foro Cor-
nelio uſque ad Ariminum; Venetiæ ab Ab-
dua, ut ante, uſque Iſtriam. Ut autem re-
giones novas deſcripſit, ſic novos etiam
earum Magiſtratus inſtituit, Conſulares,
Correctores, & Præſides. Nam cum præ-
fectum prætorio Italiæ, præfectum præto-
rio Galliarum, & præfectum prætorio Ur-
bis inſtituiſſet, tum vero præfecto prætorio
Italiæ tres provincias ſubdidit, Italiam, Il-
lyricum, & Africam, atque Italiæ regioni-
bus præfecit Conſulares octo, Venetiæ ni-
mirum, Æmiliæ, Liguriæ, Flaminiæ, Tu-
ſciæ, Piceno ſuburbicario, Campaniæ, at-
que Siciliæ, ac Tuſciæ quidem Conſularem
Piſis, Flaminiæ Ravennæ, Liguriæ vero
Mediolani, Venetiæ Aquilejæ conventus
agere, & jus dicere inſtituit. Æmiliæ ve-
ro, in qua Bononia fuit, Conſularis ubi
forum egerit, cum non liqueat, idem fuiſ-
ſe ac Liguriæ, iſque Mediolani ſediſſe, ar-
gumentis non leviſſimis indicatur. Hoc an-
tem tempore cum alii Italiæ populi, tum
Bononienſes in primis ipſo auctore Epiſco-
po (is Baſilius fuit à Sylveſtro Pontifice
da-

(28) Eſt idem, quod modò SS. Naboris, & Feli-
cis titulo inſignitur, à Monachis dudum
S. Benedicti Caſinenſibus poſt alibi transla-
tam Epiſcopalem ſedem habitatum. In
aliud vero Monaſterium, ſcilicet S. Procu-
li, commigratis Caſinenſibus, atque ita
facto eo loco de jure noſtri Senatus, hic
Monialibus S. Claræ illum conceſſit A. S.
1512. Jacoba Gozzadini Abbatiſſa ipſius
poſſeſſionem nacta per *Maſin. Bol. Perlustr.*
p. 1. *fol.* 60., qui latiùs, & accuratius rem
deſcribens, affabrè ſuplet ea omnia, quæ de-
ſunt *Sigon. de Ep. Bonon. lib.* 5. *fol.* 220.

(29) Cui fundamento innitantur ii, qui pro li-
bidine Vitalem Agricolæ Famulum Medio-
lanenſem faciunt Civem, neque video,
neque intelligo, immò mordicus teneo,
Bononienſem fuiſſe, adeòque minime di-
gnum, qui ſuâ Civitate fraudetur, &
Ambroſius tum longè ipſis ſanctior, cùm
rei proximior, qui fuſa Orationis loquen-
tia de ipſo loquitur, neque vel ambigit
inter Bononienſes deſcribere, quod Pauli-
nus, Beda quoque, & Baronius agunt.

A datus) non ſolum vetus templum reædificarunt, ſed nova etiam alia ex ritu Chriſtiano, quæ parœciæ dictæ ſunt, conſtruxerunt. Conſtantinum inde tot Chriſtianis commodorum, & ornamentorum auctorem longe patri diſſimilis Conſtantius filius Imperator excepit. Etenim errorem Arrianum non ipſe ſolum Pontifice deſpecto ſuſcepit, ſed eo etiam per conventum nonnullorum Epiſcoporum Ariminenſem defenſo ea labe omnes prope Italiæ Civitates infecit. Cujus ut levius ſcelus videretur, qui ipſum conſequutus eſt, Julianus Conſtantii patruelis effecit qui, cum non ſolum à recta, ſed omnino à Chriſtiana etiam fide ſe removiſſet, B eouſque adverſus Chriſtianos odio eſt provectus, ut templis Chriſtianæ plebi ereptis legem etiam propoſuerit, ne Chriſtianis docendi gratia ſcholis habere liceret. (30) Qua de cauſſa Caſſianus ludi magiſter Fori Cornelii morti à quæſitore deſtinatus, ac pueris, quos erudiebat, traditus, pugillaribus eorum ſtylis fœde confixus interiit. Jovianus Pannonius inde imperium iniit, qui rectæ fidei cultor, ac defenſor acerrimus templa Chriſtianis adempta reſtituit, & Eccleſiam Bononienſem privilegiis exornavit. (31) Eo tempore Severus Ravennæ, Geminianus Mutinæ Epiſcopi mirificis operibus editis ſummo apud eas Civitates in honore C fuere. Joviano inde intra ſex menſes mor-

363 tuo, anno ipſo à Chriſto nato 363. imperium Valentinianus item Pannonius cepit, qui fratri Valenti Conſtantinopoli, atque Oriente commiſſo, & Roma, atque Occidente ſibi retento, ut firmum imperium, ſic rectam fidem, Valente Arrianis faventе, ſumma diligentia cuſtodivit. Eo tempore Ambroſius (32) civis Romanus ſecunda cum Italiæ totius admurmuratione Mediolani Epiſcopatum & cepit, & geſſit. Nam

369 annu 369. cum Liguriæ, atque Æmiliæ Conſularis à Valentiniano præpoſitus eſſet, ac mortuo Auxentio Epiſcopo Arriano magnæ inter cives Arrianus, Orthodoxoſque de D ſufficiendo Epiſcopo contentiones exarſiſſent, divino numine, quanquam adhuc Catechumenus, à populo Epiſcopus acclamatus, ac ſumma Imperatoris volontate à Pontifice confirmatus eſt. Is vero tantum eloquentia, atque auctoritate profecit, ut vicini omnes populi piis maxime ipſius vocibus, atque admonitionibus incitati Arrianam perfidiam paſſim abjecerint; Placentini vero, & Bononienſes virgines etiam ſuas ad eum Mediolanum uſque ſacrandas, velandaſque miſerint, atque eis jam tum ædes, ac ſecreta divini cultus gratiâ domicilia comparârint. Cujus rei meminit ipſe in libro de virginibus, quem triennio, poſt quàm Epiſcopus factus eſt, ſcripſit his verbis: Denique de Placentino, de Bononienſi ”
ſacrandæ virgines veniunt, ut hìc velentur, ”
magnam rem videtis, bic tracto, alibi per- ”
ſuadeo, item: Quid de Bononienſibus vir- ”
ginibus loquar fœcundo pudoris agmine, ”
B quæ mundanis ſe deliciis abdicantes ſacra- ”
rium virginitatis incolunt, ſine contuber- ”
nali ſexu, contubernali pudore provectæ ”
ad centenarium numerum, & tricenarium ”
fructum, relictoque parentum hoſpitio ten- ”
dunt in tabernaculis indefeſſæ milites caſti- ”.
tatis? Mortuo vero Valentiniano, Gratianus & Valentinianus filii, tenentes Occidentis Imperium, acceperunt, Bononienſes Mutinenſibus, ac Regienſibus in ſocietatem aſſumptis à Gratiano Imperatore defeciſſe, ac conſulibus inſtitutis ultro arma finitimis Claternatibus intuliſſe, eaque re à Gratiano per Aſclipium quemdam Spoleti morantem armis vindicatos, atque ad deditionem eſſe C compulſos. Quibus ego ut aſſentiar, adduci non poſſum. Nam præterquam quòd ſine veterum annalium auctoritate de re nimis antiqua loquuntur, ſatis conſtat, horum populorum nunquam adeo validam rem fuiſſe, ut ſolos adverſus maximas, & quidem adhuc integras Romani Imperii opes arma capere auſos eſſe, videatur veriſimile, aut, ſi id tentaſſent, quod ne maximæ quidem, atque opulentiſſimæ Civitates per ea tempora cogitarunt, per ipſum Liguriæ Conſularem, cui hæc oppida obtemperabant, primo motos initio facile cohiberi potuerunt, ne illud dicam, ea tum has Civitates conditione fuiſſe uſas, quæ longe ab ejuſmodi D defectionis, bellique conſiliis abhorreret, cum Ambroſius idem in epiſtola, quam ad Fauſtinum per hæc tempora miſit, Claternæ, Bononiæ, Motinæ, Regii, Parmæ, & Placentiæ ſemirutarum urbium miſeranda cadavera (33) appellet. Poſt Valentis inde 375 ne-

(30) Utrum magis Julianus in nos ſævierit immani Templorum direptione, & Chriſtianorum cæde, quam bibliothecarum conflagratione, & litteratorum hominum ſtrage, difficillima res eſt definire. *Storia de multip. Bonon. tyrann fol. 2. §. Ad hæc ſuperaverat.*

(31) Dono namque Monaſterii S. Mariæ in Monte Palleniſe, qui nunc mons Ovalus dicitur, noſtram Eccleſiam cumulavit, ut auhor eſt *Ghirardacc. p. 1. fol 16.* licèt noſter *Sigon. de Ep. Bonon. libro primo* id referat ad A. C. 424. ſub S. Felice Epiſcopo, cui id munus factum dicit à Joanne Imperatore. Sed quis vetuſtiſſimæ Sacræ hujus Ædis Ovalenſis extructor, quive ejus Monaſterii incolæ? Profectò crediderim de idolorum delubro in Eccleſiam converſum Fanum ſub Conſtantino Magno, eoque largitore per Eremitas habitatum.

(32) Hunc Adoleſcentem operam literis Bononiæ cum Euſebio, deinde noſtro Epiſcopo, dediſſe, multi probant, moti *Herenis Paynæ* celebratiſſimi tunc in univerſa Italia Viri famà, qui pulitiores literas hac in Urbe profitebatur;

E *Quem modo audirent, nomenque ſibi facerent*
Ita, maluerunt ſilii Proceres ad tempus
Carere Romani, qui ideò vel inviti ſunt
Semper fateri coacti: Comparatas per ſuas
Bonas Felſinæ Artes, ità eas ſic extende in Urbem
Fuiſſe relatas, aquè ac ejuſmodi pro cæteras
Collato munere Oppidis, gratulatur multum
Ad litteras nata regia Bononia ſacum.

per *Malacb. in Not. ad Lyſand. fol* 28, hacque ratione tum coaluiſſe in Ambroſio vehementem eum amorem, quo Bononiam ſuit perinde inſigniter proſequutus, eumque arctam increbuiſſe inter eum, & noſtrum S. Euſebium neceſſitudinem illam, quæ mirificè deinceps inter ipſos interceſſit, adeò ut hic Mediolanum velandas ab eo noſtras Virgines miſerit, ille autem Bononiam remeaverit, oſſa Sanctorum Martyrum Vitalis, & Agricolæ reperturus, & demum Bononia S. Ambroſium in ſuum Patronum delegit ex *Ghirardacc. lib. 1. fol. 16., & Sigon. hic, ac de Ep. Bonon. lib. 1.*

(33) Imò ab hoc quidem, quod S. Ambroſius miſerandam Bononiæ Urbis, Oppidique Mutinæ, ac aliarum Civitatum deleat conditionem, uſque ut cadavera ſemirutarum Urbium illas appellet, poſtquam ignoratur, qua alia cauſſa hoc excidium, ejuſmodique ruina ſummi ſqualloris, atque mœroris ori-

necem Theodoſius Hiſpanus à Gratiano, & Valentiniano fratribus ad Orientalis Imperii adminiſtrationem eſt evocatus. Hic, cum Theſſalonicæ per iram multa civium millia innoxia præfecto ſuo trucidanda mandaſſet, ac, perpetrata re, Mediolanum forte profectus eſſet, ab Ambroſio Epiſcopo ipſo templi aditu eo nomine excluſus ſalutari admodum in poſterom exemplo ilico ſe ei obedientem exhibuit; ſeque ab eo non ſolum corrigi; atque expiari permiſit, ſed legem etiam ejuſdem monitu edidit: „ Ne poſt„ hac præfecti edicta principum, niſi poſt „ 30. dies exequerentur; atque (quod in annalibus Mediolanenſibus adjicitur) edictum ejuſdem rogatu propoſuit: „ Ne quis „ poſthac Mediolanum Imperator ingrede„ tur. Hanc autem etiam hiſtoriam tum ipſius Ambroſii ſcriptis, tum omnium Eccleſiaſticorum ſcriptorum monumentis conſignatam vulgo ad Bononiam ita traducunt, ut totam rem longe aliter, ac geſta ſit, explicent: Bononienſes quippe arreptis repente armis, ac, magiſtratu imperatoris occiſo, à Theodoſio deſciviſſe, atque ab eo propterea ingenti clade affectos inſuper mœnibus ipſis etiam exutos fuiſſe; Theodoſium ob id, cum forte Mediolanum ſe contuliſſet, ab Ambroſio templo excluſum, Ambroſium ſacra deteſtatione, ne quis in poſterum Rex Bononiam iniret, ſanxiſſe, ac Theodoſio, ut Urbem Bononienſem reſtitueret, (34) imperaſſe. Quæ quàm aliena ſint, ut cetera omittam, illud non dubio eſſe argumento poteſt, quòd probabile non videtur, Bononienſes recenti adhuc, ut ipſi ſcribunt, clade à Gratiano accepta infirmos ſuis nixor viribus tantum facinus eſſe aggreſſos, &, quod Pontifex maximus in tanta Gentilium, & Arrianorom perfidia, & contumacia non edixiſſet, id alienæ Civitatis Epiſcopum edixiſſe. Euſebius Epiſcopus fuit Bononiæ tempore Concilii Aquilejenſis cum Ambroſio Epiſcopo Mediolanenſ. de quo Ambroſ. lib. 3. de virgin. Adeſt piſcator Eccleſiæ Bononienſis aptus ad hoc piſcandi genus. Proſper ſcribit, S. Petronium ibi mortuum, ſed falſo, ut eſt videndum in Vitis Epiſcoporum Bononienſium. Hoc
395 tempore novum Bononiæ Chriſtianæ pietatis lumen effulſit. Mortuo Theodoſio, ac
398 triennio poſt, ut ſcribit Paullinus ipſo Ambroſio, ſequutum eſt Theodoſii filiorum Arcadii in Oriente, Honorii in Occidente Imperium, Italiæ, atque univerſæ Romanorum Reipublicæ exitiabile in primis, atque funeſtum. Horum enim ætate infeſtis exterarum, Barbararumque nationum armis Italia vexari cœpta poſt aſſiduis irruptionibus ad miſeram ſervitutem, fœdamque agrorum, oppidorumque vaſtitatem annorum quadringentorum intervallo redacta eſt. Initium autem harum calamitatum annus Chriſti 401. attulit. Eo enim anno Radagaſus 401
Viſgotthorum Rex, homo omnium immaniſſimus, cum ducentis armatorum millibus in Italiam per Venetiam repentino incurſu irrupit. Verum Stilico Honorii ſocer, idemque dux, armatus occurrens, ipſum, dum Romam infeſtus contenderet, una cum univerſo exercitu in Etruria ad Fæſulas profligavit; quo facto imminentem Italiæ cladem diſtuliſſe viſus eſt magis, quàm propulſaſſe. Nam poſt annos novem, cum jam 410
Arcadio patri mortuo Theodoſius minor ſucceſſiſſet, Alaricus cum novis Viſgotthorum copiis eâdem Italiam, qua Radagaſus, viâ inivit, atque in Æmiliam venit. Inde cum in Hiſpaniam ab Imperatore Honorio ad habitandum acceptam pergeret, à Stilicone in itinere per fraudem petitus extemplo ſigna in Æmiliam convertit, atque inde igne, ferroque omnia miſcens Romam pervenit; eamque primus poſt Gallos cepit, ac direptam multis locis illato incendio deformavit; cum Honorius jampridem Ravennæ commorans, neque armis, neque conſilio ſatis firmus videretur, qui tantam incumbentium malorum vim perferre, tantamque tempeſtatem ſuſtinere armorum poſſet. Poſt tredecim inde annos, Juniore 423
imperante poſt Honorii patrui obitum Theodoſio, Cœleſtini Pontificatus initio, Bononienſem Eccleſiam Felix Eccleſiæ Mediolanenſis Diaconus ſuſcepit Epiſcopus, qui Ambroſii familiaris intimus fuerat, atque ipſius morti, teſte Paullino, etiam interfuerat; verum Cœleſtino adhuc vivente poſt ſex 429
annos deceſſit. Mœſta interea de tanti Epiſcopi obitu Civitate, ac valde de alterius ſubrogatione ſolicita, cum nemo reperiretur dignus, qui Felici ſufficeretur, ejus rei judicium ad Cœleſtinum eſt rejectum; atque eo nomine inſignia Romam legatio miſſa. Erat ea tempeſtate apud Theodoſium Petronius civis Conſtantinopolitanus, Petronii, ut ſcribit Gennadius, clariſſimi viri, quippe qui præfectus prætorio fuerat, filius, vir magnæ vitæ ſanctitate præditus, & Monachorum ſtudiis mirificè jam inde ab adoleſcentia deditus; ſiquidem vitas literis erat perſecutus patrum eorom, qui in Ægypto vitam egiſſent. Qui verò ipſum Eudociæ uxoris Theodoſii fratrem fuiſſe produnt, hi, quod in Eccleſiaſticis hiſtoriis omnibus conſtantiſſime ſcriptum eſt, parum attendunt: nempe Theodoſium Athenaidem Leontii Philoſophi Athenienſis filiam hortatu Pulcheriæ ſororis ſuæ ſibi deſpondiſſe, cum à patre hæreditate ſpoliata, atque à fra-

go iiſdem advenerit, argumentari fas videtur, recitatam defectionem edicto tum cauſam dediſſe, cujus immani flagello penè deſolatæ Urbes eſſent, ac exemplo reliquis Populis forent, ne id conſilium caperent, ſed imò miſerando hoc ſpectaculo, trucique ſupplicio commoti, monitique in officio ſe te continerent, & à bello abhorrerent. Vide *Ghirardacc p. 1. fol. 19. & ſeqq.*

(34) Sit nec vere narratio, eſt ab aliquibus illud ſcriptum, hac vel maximè commotum, moneore S. Petronio, ratione Theodoſium juniorem fuiſſe, ut Bononiæ ſtudii univerſalis inaugurationem poſtea concederet, avi Cæſaris ut repararet triſtem, cruentamque memoriam propter atrox, dirumque in eam perpetratum facinus, cum, ut Urbem pro lato ingenti damno, hoc papyraceo, quòd ſolent Principes, beneficii genere redintegraret regia origine donatam, multiſque nominibus cæteroquin celebrem, &, uno verbo, Auguſti pietate dignam Civitatem, cujus porrò facilè miſereri Princeps hic potuit, quem gratia, & clementia, litterarum ſtudium, & Religionis cultus ſuæ ætatis delicium effinxerunt. *Frid. VVenchneſſher in repetit Clem. 1. de Magiſtr. num. 6. & ſeq. Jodoc. in præfat. ad Exercit. 2. de Orig. Univerſit. §. Neque alia &c. Orbym. de laud. Bonon. §. Eſt etiam.*

fratribus Valerio, & Aëtio domo ejecta ad Pulcheriam tantam conqueſtum injuriam acceſſiſſet, atque rogatu Pulcheriæ Chriſtianis ſacris imbuta Eudociæ nomen ſumpſiſſet. Hunc igitur Petronium Theodoſius, quemadmodum vetera Bononienſium monumenta loquuntur, ſpectatæ fidei, atque prudentiæ virum, ac ſibi & ipſius, & patris nomine carum, Legatum Romam deſtinavit, cum Pontifex de perfidia à Neſtorio Epiſcopo Conſtantinopolitano excitata eſſet conſulendus, qui duabus in Chriſto perſonis diſtinctis inter ſe poſitis veram
430 Trinitatis Unitatem tollebat; cujus rei cauſſa ducentorum Epiſcoporum Concilium Epheſi ſequenti anno coactum eſt, qui fuit à Chriſto nato triceſimus ſupra quadringenteſimum. Forte autem accidit, ut quo tempore Legati Bononienſium Epiſcopum poſtulantes Romam advenerunt, eòdem Petronius quoque à Theodoſio miſſus acceſſerit. Fertur res auditu miranda, atque occulta divinæ voluntatis ſignificatione maxime memorabilis, ante horum adventum Pontificem per quietem à Petro Apoſtolo eſſe admonitum, ut quando Felix Bononiæ Epiſcopus à Deo ad ſe vocatus eſſet, in ejus locum Petronium Legatum propediem à Theodoſio Imperatore venturum ſubrogare ne cunctaretur; nam neminem commodius Felicis munere perfuncturum, ac juſtum Bononienſium deſiderium expleturum. Quo viſo commotus Pontifex, cum jam & Petronius, & Bononienſes adeſſent, ne ſua utrique poſtulata expoſuiſſent, quæ per quietem acceperit, demonſtravit, atque Bononienſibus Petronium idoneum Felicis ſucceſſorem ſe dare pronunciavit. Gratiis, quantum res poſtulabat, utrinque actis, Petronius quanquam primo renitens Pontificis voluntati obtemperavit, ac literis ad Theodoſium de Concilio ſuper re Neſtoriana cogendo miſſis, Roma cum Legatis profectus primo quoque tempore Bononiam venit ibi effuſa omnium ætatum, atque ordinum gratulantis Civitatis multitudine exceptus Baſilicam D. Petri, quæ adhuc extra Urbem erat Epiſcopi ſedes, inivit. Inde ad partes optimi paſtoris implendas, & commoda civitatis procuranda converſus primum doctrina, atque exemplis Civitatem inſtruere, atque Arrianæ perfidiæ reliquias D. Ambroſii exemplo, quo ad potuit, extirpare, & fidem inſerere (35) eſt conatus. Deinde templa, quæ Arriani, & Barbari proximis annis nimia morum feritate diruerant, reficere, aliaque nova exædificare, ſummo Bononienſium pro rerum, quæ tum erant, copia conferentium ſtudio instituit, eaſque Bartholomæo Apoſtolo, (36) Marco Evangeliſtæ, Fabiano, & Sebaſtiano Martyribus, Martino, Barbatiano (37) Confeſſoribus, Agathæ, (38) Luciæ Virginibus conſecravit. Quin etiam fana duo non longo inter ſe intervallo, unum Stephano Protomartyri, alterum Joanni Evangeliſtæ magnis rerum divinarum, ſacrorumque Myſteriorum ſignificationibus dedicavit; ſiquidem in æde D. Stephani, quam cum æde DD. Petri, & Pauli à Beato Ambroſio conſecrata conjunxit, montis, in quo Chriſtus Dominus noſter eſt Crucifixus, & Sepulchri, in quo mortuus eſt ſitus, aliorumque Hieroſolymitanorum locorum, in quibus aliqua aut vitæ, aut mortis ejus impreſſa proderentur veſtigia, imaginem diligenter expreſſit. In æde autem D. Joannis, quam in monte ex tumulo terræ de induſtria aggeſto conſtruxit, montem Oliveti effinxit, in quo Chriſtus, poſtquam eſt ſuſcitatus à mortuis, cum diſcipulis ſuis ſtans ipſis inſpectantibus in cœlum aſcendit, qui locus nunc nacta jampridem æde in medio ipſo Templo Cruce lapidea ſummæ religionis nomine inviſitur. Quæ vero inter hæc duo fana loco ſummiſſiore planicies intercedit, ea celebrem Joſaphatis vallem repræſentavit; in qua idem judicium de vivis, & mortuis ultimo die facturus creditur; atque hæc omnia ad eorum exemplum fecit, quæ ipſe Hieroſolymis ſpectaverat, tum cum eas regiones pietatis ergo ſtudioſiſſime perluſtravit. Quin etiam rogatu Julianæ, de qua ſcripſi, viduæ, Templum Vitali, & Agricolæ Martyribus conſecravit. Quod ipſa pecunia ſua ibi, ubi excruciati Martyres fuerant, conſtruendum curaverat, qui locus adhuc etiam ad inſignem tantæ rei memoriam lapidea Cruce in via excitata cum ſacello ſignatur. Jam vero Corpus Beati Floriani, qui ſub Diocletiano paſſus Gazæ fuerat, inde Bononiam deportatum in æde, ut nunc quoque eſt, D. Stephani creditur collocaſſe, atque ut D. Joannis Baſilicam Ca-

(35) Hoc S. Petronii ſtudio cum viveret, ſuæque tutelæ poſt adeptam Cœlorum gloriam ſinceris omnino animis fatemur debere, abraſis hinc ſ. abs tunc Arrianæ Sectæ exuviis, fœdatam ab inde numquam hæreticorum erroribus, ac amplius pravo dogmate Eccleſiam, vel Urbem noſtram fuiſſe pollutam, in qua proinde lætamur æquè ſartam, tectam, ut ajunt, Religionem acceptam ſervatam eſſe, ac ſanctè obſervatam erga Romanos Pontifices exhibendam per Catholicos reverentiam, noſtrumque potiſſimum Lycæum, cùm per ſchiſmata Rom. Sedes vexata eſt, verbo, ut ſcripto fortiter, ac ſalutariter ſe ſe ſemper pro parte legitimi Pontificis conſervaſſe.

(36) Has Ædes ab A. C. 1599. die 25. Maji Cler. Regul. vulgò *Theatini* inhabitant, quorum operâ, & exemplo difficilè eſt referre, quantum Bononia in animarum rectâ, piaque inſtitutione profecerit, quæ inſuper decori ſuo additum amplum, formoſumque novum Templum per illos Religioſos Viros ſuo ære ab A. S. 1653. excitatum, complatumque poſtea A. C. 1664. debet, quod poſtremò picturis inſignibus ditatum eſt celeberrimi *Michaelis Angeli Colonna*, & *Auguſtini Metelli*, quorum primus è vivis die 11. Martii 1687. ereptus eſt. Vivit adhuc inter eoſdem Patres *D. Clemens Bianci* ſplendidæ Bonon. gentis ſuæ noviſſimus, & vir quammaximè literatus, cujus conſilio, & eruditione uſi ſumus his in noſtris compendiis notis.

(37) Ne confundas Ædes Apoſanæ S. Martini Majoris cum hac Eccleſia S. Martini Vallis Apoſæ, intellige Curatam Eccleſiam ſecularem S. Martini vulgò *dalla Croce de' Santi*, ſub qua Ædes tum Barnabitarum. Agit de eadem *Sarti Inſulæ. di Bol. fol. 397. Falcon. de Veſcovi di Bologn. lib. 1. fol. 34. Maſin. p. 1. fol. 516.* Quo vero ad alteram S. Barbatiano ſacram, conſule *Sarti fol. 260. Falcon. lib. 2. fol. 112. Sigon. de Ep. Bon. lib. 4. & Maſin. Bol. Perlu. ir. fol. 570.*

(38) De eadem Eccleſia adhuc Curata, ſitâque in Quarterio Portæ Ravennatis, agunt etiam *Guerardacc. lib. 1. fol. 24. Sarti fol. 268. Falcon. lib. 2. fol. 197., & Maſ. fol. 223 & ſ. 35.*

Canonicis, ſie D. Stephani Monachis commendaſſe. (39) Juliana vero eximio pietatis ſtudio inflammata magnam fortunarum ſuarum partem, erat enim locupletiſſima, alendis in Cœnobio D. Stephani Monachis attribuit, atque eorum numero filium unicum, ut pie Deo ſerviret, adſcripſit; reliquum autem ad domum ſuam contulit in ſpeciem Monaſterii tollendam, & componendam, ad reliquam vitam ibi cum quatuor filiabus virginibus, & ſoctu religioſe degendam. Quas omnes Divi Ambroſius, & Auguſtinus tanti fecerunt, ut ipſarum rogatu de viduitatis, & virginitatis bonis libros, qui nunc quoque leguntur, ediderint. Poſtremo Petronius, ne quid officii erga Bononienſes prætermitteret, quod à ſe proficiſci poſſet, Imperatoris, ac Bononienſium auxilio uſus Urbis ambitum longius, quam adhuc fuerat, protulit, qui quantus ad eam uſque ætatem eſſet, portæ illius quatuor indicant, quæ fuerunt in iis locis, ubi adhuc rei monumento ſunt Cruces lapideæ quatuor ejuſdem ibi Petronii opera excitatæ. Novos autem per ea ſpatia muros circunduxit, in quibus portæ vetuſtæ aliquot in orbem erectæ hodieque viſuntur, quæ Turricularum nomine appellantur. His operibus perfectis, Conſtantinopolim ad Theodoſium ſive privati, ſive publici officii cauſſa repetiit, ac pro ea, qua apud Imperatorem valebat, auctoritate multas Conſtantinopoli ſacras Reliquias auferendi poteſtatem obtinuit, quibus domum regreſſus cum alia Templa à ſe conſtructa, tum in primis ipſum Divi Stephani fanum, ac ſacella ad Cruces quatuor collocata ornavit. At hæc tot, ac tanta Petronii erga ſe beneficia, illud in primis etiam ſe ei debere Civitas profitetur, quemadmodum veteribus ipſa in monumentis notatum ac poſteriorum Imperatorum auctoritate confirmatum habet, quod jus publicæ ſcholæ, (40) quo poſtea Bononia præter ceteras Italiæ Civitates præcipue floruit, idem à Theodoſio impetrarit, honeſta jam inde à primis Imperatoribus ſtudiorum fovendorum conſuetudine inſtituta. Primus enim Latinis, Græciſque Rhetoribus annua centena Veſpaſianus Romæ conſtituit, deinde Alexander Severus Rhetoribus, Grammaticis, Medicis, Aruſpicibus, Mathematicis, Mechanicis, & Architectis publica ſtipendia ſtatuit, & auditoria decrevit. Inde alii Medicos, & Profeſſores literarum, uxores, & filios eorum ab omni functione, & ab omnibus muneribus publicis liberarunt. Quibus beneficiis Conſtantius adjecit, ut iidem immunes eſſent cum rebus, quas in Civitatibus ſuis poſſiderent, & ne in jus vocari, aut injuriam pati poſſent. Atque hæc jura Valentinianus, & Valens, Honorius, & Theodoſius non ſolum non imminuerunt, ſed etiam editis, quæ nunc quoque extant, conſtitutionibus adauxerunt. Theodoſius autem cum Valentiniano conſtituit, ut Romæ, & Conſtantinopoli Latini Oratores eſſent tres, Grammatici decem, Græci quinque, Grammatici æque decem, unus Philoſophiæ arcana rimaretur, duo, qui jura, & legum formulas panderent, atque per eadem etiam tempora jus legum tradendarum Civitati Berytienſium præcipui cujuſdam beneficii loco permiſſum. Julianam inde mortuam, ac ſacrorum miraculorum ſplendore fulgentem Petronius extulit, atque in æde D. Stephani condidit. Neque ita multo poſt ipſe quoque univerſa Civitate mœrente mortuus, atque in eadem æde ſepultus eſt, Theodoſio adhuc, & Valentiniano ejus genero Imperium utrunque regentibus, ut Scriptor antiquus narrat Gennadius. Et quidem ante annum 450. ſiqui- 449
dem Theodoſio & Valentiniano imperantibus obiit, ut ſcribit Gennadius, quod Theodoſius anno ipſo 450. deceſſit, (41) atque 450
uter-

(39) Ex Oriente deductos intellige per S. Petronium, & ſcilicet Ægypti Sanctiſſimos Cœnobitas, quibus omnino A. C. 542. ſuppreſſis, Caſinenſes Monaſterium ad A. 1447. incoluere. Demum A. S. 1469. Senatus authoritate Ædes ad Cœleſtinos Monachos pervenerunt. Vide de eodem Monaſterio, quod nova Hieruſalem veteribus in regeſtis appellatur, *Sigon. de Ep. Bonon. in pluribus locis*, *Sarti delle Indulg. di Bolog. fol.* 413. *Alidoſ. fol.* 109. *Maſin. Bol. Perluſtr. p.* 1. *fol.* 124, *& ſeqq.*

(40) Maximum hoc plane, & inter cætera, excepto Religionis ſacramento, quæ vel contulit, vel impertiri curavit, atque ideo nulli comparandum beneficium, quo Patriam noſtram S. Petronius auctam, cumulatamque fecit; etenim ob hanc ſtudii univerſalis inaugurationem, ſupereſt nihil Bononiæ, de quo Urbibus aliis invideat, quæ habent profecto multa, ob quæ illi invideant, & ideo æqua eſt, quòd modo eadem labe acti poſt multorum ætatum, unanimemque cunctarum Nationum conſenſum moliantur nuperrimè quidam homines rei hujus vetuſtatem ſimul, & dignitatem ſubvertere, aut exturbare, præſertim poſtquam ſanæ vir nullus mentis, vel etiam in rebus politicis tantillum verſatus, per ſophiſmata, ac inanes cantiunculas dicet, uſurpatione nactum per Bononienſes generale ſtudium, quod inter regalia primum cenſetur, & imperatoriæ majeſtati omnino eſt reſervatum, ac porrò Syllabus noſtrorum Archigymnaſii Profeſſorum inde quidem exorditur, quo tempore datum auguſtale Diploma probamus. Igitur ita, & ſigniſ prorſus inutilibus contrarium machinane in vulgus jactare intitur commentarius, qui nimis ſerus lucem venit noviſſime aſſumere literariam, fabellis, neque aniliбus fœdandam, neque futilibus dubitationibus exauthorandem, eâque arte obſcurandam, ut demum cuncta in confuſione ponantur, authorque proditionis per inſolentiſſimum facinus par nomen ſibi apud poſteros aucupetur, quo famoſus eſt adhuc Epheſinæ Dianæ Templi conflagrator. *Byn. Roſc. de nov. ſtud. inſtauran. §. Mallem invidos*. *Rheyer. Academ. totius Orbis cap.* 3. *per tot. Lauchſeburg. de vano modernor. ſtud. fol.* 15. *Stbeyr. var. lect. epiſt.* 12., quos ideo affero, ne ipſum me ſi profecerem in Apolog. Auguſtal. Diplum. quæ S. P.Q. B. juſſu à me conſcripta, ac publico deinde ære fuit edita A. 1726. argumentum nimis validum pro authumando his rationibus Lector aſſumeret, neque de nimia arrogantiâ incuſaret, apud quem graviſſimorum Scriptorum authoritas maximum in modum, & valuit ſemper, & potuit. Lætor tamen mecum plurimùm, abs lecta Apologia meâ eruditos homines in veteri ſententia ſe ſe confirmaſſe, oppidoque maluiſſe ſententiæ meæ ſubſcribere, quam cum ſubverſoribus errare in vaniloquie ebire, ut per hæc mecum gratulari A. 1727. Cl. Ce *Jo. Hyacinthino* ſuis ad me datis litteris placuit, quas honoris gratia hinc enunciavimus.

(41) Rem confirmat vetuſtiſſimus lapis, quem barbaroromanis literis marmore ſculptum refert *Thom. Sclaricin. Lap. vet. Bonon. in umnifico monumental. claſſ.* 8. ubi ex *Cron. An-*

uterque poſt mortem vitæ ſuæ ſanctiſſimè
actæ fructum uberrimum tulit, cum ab ho-
minibus conſecratus, aras, & Templa in
terris adeptus ſit. Petronio Paternianus eſt
451 ſubrogatus. Poſtero anno ſalutis CCCCLI.
Marciano in locum Theodoſii in Oriente
conſtituto ad ſucceſſorem Imperii, Italia
tertia Barbarorum irruptione vexata, quaſi
exitiabili quodam fulmine icta ingentem
plagam accepit. Hic autem fuit ſæviſſi-
mus, atque truculentiſſimus omnium ty-
rannus Attila, qui maximo Hunnorum
exercitu ex Pannonia adducto in Italiam
introrupit, (41) atque Aquileja per trien-
nium obſeſſa, ac tandem expugnata, &
Mediolano, Ticinoque everſis, atque om-
nibus circumquaque locis fœdiſſima dire-
ptione vaſtatis, Romam infeſto curſu iter
intendit; verum à Leone Pontifice, quem
Valentinianus miſerat, ad Padum exoratus
haud ultra progreſſus in Pannoniam ſe re-
cepit. Valentinianus cum Honorii exem-
plo Ravennam poſthabitâ Româ ſibi inha-
bitandam ſuſcepiſſet, non magnificis ſolum
illam operibus, ſed inſigni etiam Archiepi-
ſcopatus dignitate per Pontificem exorna-
vit, ut ſcribit ex Agnelli Ravennatis vete-
ris admodum Scriptoris auctoritate Blon-
dus, atque ei Flaminiæ, Æmiliæque Civi-
tatum Epiſcopos, inter quos etiam Bono-
455 nienſis, ſubjecit. Poſt quadriennium vero
cum occiſo Valentiniano Anicius Maximus
cædis ejus auctor Occidentis arripuiſſet Im-
perium, Genſericus ab Eudoxia Valenti-
niani quondam uxore, quam Maximus per
vim tenebat, ex Africa occulte accitus cum
maximis Vandalorum copiis ad Urbem claſ-
ſe acceſſit, eamque primo adventu occupa-
tam tanta immanitate diripuit, ut ne ſacris
quidem locis ipſis pepercerit. Maximo in-
de eodem anno à ſuis occiſo, ut paucorum
annorum, ſic exiguarum virium Imperato-
res fuerunt, cum per tumultus Italicos fere
456 aut necarentur, aut per vim abdicare com-
457 pellerentur, Avitus, qui depoſito imperio
45t Placentiæ Epiſcopus eſt inſtitutus; Majora-
467 nus, quem Severus interemit; Anthemius,
472 qui à Richimere genero, quem Æmiliæ,
473 Venetiæque præfecerat, bello oppugnatus,
474 atque interfectus eſt; Olybrius, quem Gly-
475 cerius Ravennæ aſcito ſibi imperio ſuſtulit,
A & mox ipſe à nepote depulſus Portuenſem
Epiſcopum egit. Nam nepotem Oreſtes Pa-
tricius ſpoliavit Imperio, eoque filium ſuum
Momyllum cognomento Auguſtulum exor-
navit. Erat tum à Valentiniani principatu
externis Gotthorum auxiliis adverſus im-
minentem Urbi Attilam comparatis referta
Italia. Qui cum tertiam partem agrorum,
quam poſtulaverant, ab Oreſte Auguſtuli
patre impetrare non potuiſſent, ipſum fa-
cto in eum impetu occiderunt, atque Odoa-
crum Herulum Oreſtis quondam armigerum
poſtulato ſe totum ſatisfacturum pollicen-
tem, Ducem legerunt. Tum vero Odoacer
aſpirantis fortunæ beneficio uſus, Æmilia
B magna ex parte vaſtata, Romam verſus iter
arripuit, & cum Auguſtulus auxilii, atque
conſilii inops ad eum nuncium in Campa-
niam ſeceſſiſſet; atque ultro ſe Imperio ab-
dicaſſet, Romam ingreſſus à populo confe-
ſtim Rex Italiæ ſalutatus eſt. Jam enim re- 476
liquas Occidentalis Imperii provincias poſt
fractas Honorii opes, Africam Vandali, Bri-
tanniam Angli, Hiſpaniam Gotthi, Galliam
Franci, & Burgundiones armis occupatas
tenebant.

GOTTHI.

IMperio autem Romano per arma in Oc-
C cidente deleto, ac diverſis jam in Afri-
ca, Britannia, Hiſpania, Gallia, ac demum
Italia Regnis, ac Regibus inſtitutis, novis
inde hæ provinciæ jactari bellorum flucti-
bus, ac ſævis calamitatum perturbari pro-
cellis ſunt cœptæ. In primis autem Italia
opima potentiori præda futura, vetere
amiſſa fortitudinis, ac rei bellicæ gloria,
hoſtiles diverſarum gentium irruptiones per
annos amplius trecentos eſt paſſa. Neque
enim Odoacer, qui nimia felicitate ipſius
dominatum, regnumque adeptus erat, diu
eam tenere potuit, ſed potentiori cedere
hoſti coactus, brevi unà cum Imperio vitam
amiſit. Hic autem Theodoricus Rex Oſtro-
D gotthorum fuit, qui, cum Thracias, Zeno-
ni poſt Leonem imperanti propter poten-
tiam ſuſpectus, incoleret, ejuſdem conſilio,
atque auxilio fultus ad Italiam occupandam
ſpe prope explorata victoriæ advolavit, at-
que Odoacrum primo certamine ſuperatum
in-

nalliano ſubdit, lapidem eumdem ad diru-
tas uſque Ædes in S. Juſti Templo per-
manſiſſe, in quo hæc, quæ ſequitur, de-
ſcriptio legebatur, renovatione, ut quàm
maximè digna, quidve in illa cauta, &
diſpoſita noſtris quoque temporibus parem,
ac antiquitus executionem obtineret.
Anima D. Teodoſi jun. Rom. Imp. ſemper Aug.
D. Arcbad. Caſ. F. ac D. Teodoſi magni Caſ N.
Qui B. Petroni Ep., & Patr. Max. Bononiæ rog.
Hanc Urbem ampliat. Mœnis, dilatat. Territ., Confin.,
Noviſq. Muris circumdat. ſtudio univerſali per
Suum Auguſtale Diplom. liberaliſſimè decoravit.
Ne anniv. Suffragiis deſit quot annis noſt. Civ.
Sal. ſua contribuere, qui obiit Conſtantinopoli
Roma nova appellat. XXIIX. Juli A R. N. ƆIƆL.
Pub. Decr. hoc indictum
Magiſtrat. omnes cum univ. Gymnaſ. Profeſſ.
Stato per R. Archid. Eccl. Bonon., & ejuſdem
Stud. Maj. Cancell. in Menſe Julio ſing. annis
Die. Hic convenire debere ad 5. req. illi proc.
Cum Orat. laud. de ſun. haben per jun. pub.
Lect. Leg. uno A., & Art. lib. Prof. altero A.
Ac cum diſtribut. ſing. intereſſen. Ceras annua
Ære Pub. comparan., & Theſaurario Urb. hujus
Alimonam dirigente.

E (41) *Bononiam quoque ingreſſus*, immaniſſimâ
clade Templa diripuit, Ædes publicas ve-
tuſtiſſimis item, ac nobiliſſimis picturis or-
natas, quas reperivit, flammis conflagravit,
Procerum quoque domos ſpoliavit, ſepul-
chra inſuper ipſa exenteravit, ac nullo non
admiſſo populationis exemplo, uno dem-
pto Lyceo, cujus divino oblitus conſilio
per ignorationem pepercit, truculentiſſimæ
tyrannidis ſuæ infandum ubique monumen-
tum nullâ vel ætate, aut cauſſâ delendum
reliquit, quo uſi dogmate, illumque ada-
muſſim imitati poſtea Boccius, Balthaſſar
Coſſa, Joannes de Aulegio, & Franciſcus
Alidoſius, vix eſt, qui explicet, quibus
non fuerit calamitatibus per eos ſordidiſſi-
mâ avaritiâ, crudeliſſimâ Sacerdotum, Li-
teratorum hominum, Patritiorum, & cu-
juſvis ætatis, ſexus, & conditionis Civium
internecione, publici decoris, Artium, &
Artificum barbaro ſpolio, obſcœniſſimâ cu-
juſvis effrenis intemperantiæ licentiâ, &
rerum denique omnium divinarum, atque
ſacrarum impio abuſu, violatione turpi,
& contemptu prope infami, oppreſſa po-
tius Bononia, quam preſſa. *Storia de mul-
tip. Bonon. tyrannis, ſect. 3. §. Verum Attila.*

A insuper Veronæ etiam oppido deturbavit, & cum ille Romana Urbe excluſus ſe ſe Ravennæ non contemnendis Flaminiæ, atque Æmiliæ viribus confirmaſſet, poſt Mediolanenſes, ac Ticinenſes, reliquoſque Transpadanos ad ſe traductos per triennii tempus obſedit, ac ſexto decimo tandem Regni illius anno in poteſtatem redactum non ſolum Regno, ſed etiam vita privavit. Neque ita multo poſt reliqua Italia ſub ſuum jus, imperiumque redacta novi Regni ſedem Ravennæ locavit, maritimam, ut ceteri, ipſius loci commoditatem ſequutus. Hic autem adeo Romani nominis ſtudioſus, & veteri eorum diſciplinæ deditus fuit, B ut nihil ex proximis eorum inſtitutis mutaverit, quod ad adminiſtrationem Italiæ pertineret; verum eadem in Urbe, atque Italia Magiſtratuum, atque Officiorum nomina conſervarit, (43) Saionibus tantum, qui Centurionum, & Præfectorum vicem per Urbem, & Regiones Italiæ gererent, ex Gotthica gente delectis, uſque adeo ut, cum ipſe Ravennæ ageret, Romanæ procurationem Urbis Senatui, ut ante, Conſulibuſque reliquerit. Verum qui in omnibus officiis juſtiſſimos Imperatores primis annis fuerat æmulatus, poſtremis prorſus à ſemetipſo defecit. Siquidem perfidia Arriana corruptus, quam Gotthi omnes ſub Valente ab Arrianis Epiſcopis initiati imbibe C rant, Arrianos à Juſtino Orientis Imperio pulſos indigne paſſus, & ipſe Orthodoxos in Italia vexare inſtituit, dimiſſis in omnes Civitates Quæſtoribus, alios bonis, alios patria, alios vita mulctando, atque in eorum Templa miſere ſæviendo, & quod fœdius re, atque exemplo fuit, Pontificem etiam ipſum Joannem ad ſe accitum intolerandis tetri carceris incommodis maceravit. Atque hujus quidem tam diræ calamitatis procellam Civitas inprimis Bononienſium pertulit, cum Marinus quidam ejuſmodi quæſtionibus Præpoſitus in Urbe adeſſet, atque incitatis in Orthodoxos hæreticis D pro poteſtate omnia in ipſos graviſſimarum injuriarum genera exerceret. Verum neque diu, neque impune hæc ei poteſtas ſtetit. Inventus eſt enim in Civitate miles novo non ſolum pietatis, ſed etiam fortitudinis robore ſeptus, nomine Proculus, cum vetere nimirum Romano Mucio comparandus, qui indignum ratus, veros Chriſtiani A nominis cultores tam indigne tractari, conſilium ut periculoſum, ſic inſignis futurum ad poſteritatem exempli cepit; ſecuri nimirum ſumpta, eaque ſub veſte recondita ſub noctem domum Quæſitoris adit, ſeque habere ſignificat, quæ cum eo remotis arbitris agat, admiſſus, obi cuſtodes longe abſceſſiſſe ſecuros animadvertit, ſermone, quem de induſtria inſtituerat, intermiſſo, ſecurim extractam repente Quæſitoris in caput adigit, atque eo proſtrato ſine ullo cujuſquam impedimento tacite abit. Paulo poſt Marini nece comperta, magnus inter cuſtodes clamor, ac rixa eſt excitata; dolebat quippe, neminem reperiri, qui tanti B patratorem facinoris indicaret. Conjecturis inde omnibus collectis ſubit animum ſuſpicio de Proculo, quod & Orthodoxus, & manu præ ceteris promptus eſſet, & quod ipſum vehementius urgebat, ſumma cum cura ſecreta paulo ante à Quæſitore colloquia poſtulaſſet. Itaque quæſitus poſtridie, atque indicio cujuſdam Hebræi deprehenſus, ab lictoribus ad Tribunal Magiſtratus perducitur. Ibi de cæde Marini interrogatus haudquaquam ſe ejus auctorem abnuit, verum palam, ut omnes exaudire poſſent, ſibi magnæ gloriæ ducere dixit, quod dexteram ſuam tam impii ac ſcelerati hominis ſanguine imbuiſſet, ſimul illud adjiciens, C ſe, quo animo necem ei attuliſſet, eodem pro Chriſto tormenta mortis omnia ſubire paratum eſſe, quæ ab iis multo ante in ſe intenta eſſe, non ignoraret. Quibus vocibus vehementius Præfectus accenſus, lictorem confeſtim gladium expedire ac lege in eum agere juſſit. Ita Proculum, dum pia ſe, ac patriam ſuam precatione ſuppliciter Deo commendat, lictor adacto in collum gladio obtruncavit. Ille autem, res auditu mirabilis! cum jam ab omnibus humi jacens efflaſſe animam crederetur, vivens adhuc ſurrexit, ac caput ſuum de terra collectum manibus ſuis intra Urbis mœnia reportavit, anno qui fuit à Chriſto nato quingen-

D teſimus decimus nonus. (44) Unde poſtea 519

à Pontifice conſecratus, atque ædem in eo Urbis loco, ubi caput ſuum repoſuerat, ac diem, quo ſupplicio affectus erat, ſibi à Bononienſibus dicata adeptus, inſignem Bononienſis religionis gloriam ſacrorum Martyrum aucto numero cumulavit. Hæc, ut dixi, ſama Bononienſium omnium aures exple-

(43) Ita planè, nec Bononiæ quidpiam ex veteribus noſtris inſtitutis mutavit, cujus Cives tum etiam charos habuit, & plures in literis, ceteriſque artibus magis peritos Ravennam accitos penès ſe ſplendidè uſque tunc retinuit, ac eos ſua imperata non obſecundare, ſed audacter reſiſtere vidit, & audivit, nempe cum Arrianis favere cœpit, ac ipſum quoque R. Pontificem Joannem captivum, & catenis vinctum tamquam viliſſimum mancipium ad ſe adductum, intollerandis tetri carceris incommodis macerare non deſiit, martyrioque conſecravit; namque tunc verſâ in immitem iram veteri benevolentiâ, duriſſimè eos tractavit, inque plurimos, ac magis claros, ſub immani tormentorum ſupplicio diabolicam per inſaniam ſævitis, ſuoque truci furori in odium Catholicæ fidei per cruentam ſtragem mactavit. *Anonym. in vita S. Proculi à §. Juſtino Orientem.* E

(44) Aliter ſcribunt alii, ſed dato etiam, quod hoc tempore ſit occiſus hic Heros, cauſſam nihilominus illati martyrii apertæ confeſſioni Catholicæ fidei, quam ſinceris animis coram Macrino in deteſtationem errorum hæreſis Arrianæ Eques ſplendidiſſimus Proculus habuit, veroſimiliùs tribuunt; ſed hoc legendum relinquimus ap. *Cl. Rabbi in notis ad lib. Sigon. de Ep. Bonon.* ubi jampridem martyrio coronatum, & ſcilicet ſub Diocletiano Proculum ſcribit, quod ſuſtinet pariter *Malvaſ. Marm. Felſ. fol.* 604. *& ſeqq.*, ac *M. Elis. Soror in ſua Hiſtoriog. §. Valliſviridis*. Sicut de mirabilibus Sanctorum hominum portentis urbes aliæ gloriantur, ita non minorem ſamam adepta eſt noſtra Patria, & ob delineatas bis a Columba in Colle Urbi imminenti cum fruſtulis ligni roſtro delatis, ac in orbem diſpoſitis novas Ædes Deiparæ Virgini, poſtea dictas, vulgò *la Madonna del Monte*, *Sigon. de Ep. Bonon. lib.* 2., & ob aſſumptum a S. Proculo ſuis manibus de terra, in quam obtruncatum ciderer, proprium Caput, quod intra Urbis mœnia quoque retulit per *Gbirardacc. lib.* 1. *fol.* 13., *&* 14. *Zani Bol. ſacra à fol.* 56.

plevit. Theodorico inde, poſtquam annos XXXIV. regnavit, extincto, Amalaſunta filia Athalaricum puerum Theodorici nepotem ad Regni faſtigium extulit. Hic juſtus evaſit in primis, ac Pontificibus Romanis, quanquam Arriano imbutus errore amicus. Extat præclara adhuc ejus apud Caſſiodorum epiſtola, qua multis verbis Senatui Romano vetera Romanæ eloquentiæ, & juriſprudentiæ ſtudia commendavit, ac publicis earum artium profeſſoribus integra perſolvi ſtipendia imperavit. (45) Eodem tempore Juſtinianus in Oriente jus civile, quo nunc utimur, in tria redactum volumina divulgavit, idque in ſcholis tribus, Romana, Conſtantinopolitana, & Berytienſi tradi præcepit, quemadmodum à ſuperioribus eſſet principibus conſtitutum. (46) Anno inde
534 de 534. Agapitus Romanum Pontificatum accepit, atque Epiſcopo Bononienſi poſſeſſiones omnes, Eccleſiæ ac jura, quæ multa habebant, confirmavit, eodemque anno Athalarico immatura morte ſublato (47) Amalaſunta Theodaato Regnum detulit. Qui primis Regni annis Theodorici more uſque adeo æquitate, & fortitudine præſtitit, ut, cum Burgundiones à Liguria, & Æmilia, Alemanos à Venetia irrumpentes arcuiſſet, populos belli detrimenta paſſos tertia annonæ parte unius anni ſuppeditata levarit; ad extremum autem ita ingenium immutavit ſuum, ut & Amalaſuntæ, cujus conſilio egregio regebatur, per ſcelus vitam ademerit, & Italiam adminiſtrare, omni edito crudelitatis, atque avaritiæ exemplo, inſtiterit. Quo facto novis in Italia, quæ poſt quietura videbatur, bellis, tumultibuſque occaſionem aperuit. Nam Juſtinianus, (Vandalis ex Africa per Belliſarium virum rei bellicæ peritiſſimum magnâ gloriâ, & felicitate depulſis) Italiam ſibi ab impotenti Gotthorum imperio, & fœda, ut præſeferebat, Arrianorum perfidia liberandam ſuſcepit, atque ejus rei cauſa Belliſarium cum ingentibus copiis in Italiam miſit, qui Neapolim expugnavit. Qua re audita Gotthi adeo perculſi animis ſunt, ut Theodahato, quod nimis ſegnis videretur, atque à re gerenda remotus, Regnum abrogarint, & ad Vitigim detulerint, virum excellentis virtutis, ac prudentiæ opinione præſtantem. Ceſſere interea primo adventu proſpere Bel- 536
liſariores. Nam inde non ſolum Neapolim, Romam, Spoletum, Peruſiam, atque Urbinum recepit, ſed omnes ferme etiam Liguriæ, Æmiliæ, & Flaminiæ Civitates, initio deditionis à Mediolanenſibus facto; atque Joanne, Juſtinoque legatis Bononiam miſſis, (48) ut proximas Civitates in officio continerent, atque à Gotthorum impreſſione de-

(45) Ob hoc juremeritò celebrandus Athalaricus, cujus nomini, ac olim Auguſto, juniorique Theodoſio laudes concinunt æquiſſima ſua reſcripta, famamque perennant clariſſima literarorum monumenta, hæcque in primis facultatæ profitentibus largita ſtipendia, ob quæ regia munera ſummos ſortiti ſunt ſemper Principes laudatiſſimos præcones, poetas. ſc. lectiſſimos, & loquentiſſimos Oratores, qualis ſe ſe offert, ut efferatur hic Princeps, magnus *Caſſiodorus*, per quem ille & prudenter inſtitui potuit, & in laude perpetuò haberi. *Oppian. de laud. Princ. vita propter fortit. inſign. Vir. inſtit. exempl.* 67. Sed ſi hoc conſilio Rex quibus non præerat Romanis reſcripſit, quid de Juſtiniano idem Jus ritente exercere, quod actu penes S. Pontificem dumtaxat erat, non arbitrabimur eum cum Bononienſi Academia egiſſe, quam Civium arbitrio tunc moderabatur? *Prendipart. de paſſo, excuſſoq; per Italos Barbaror. jugo § Atalaricus.*

(46) Enterùs verò Juſtinianus Romæ Urbis, & non Bononiæ ibi meminit, quia civiliter ſaltim, & animo jus imperii in Metropoli Italiæ Româ, cum alibi nec poſſet, nec ſatis eſſet, ſervare ſatagebat, illudque ibi retinere affectabat, quo alias erat omninò denudatus, quia ad Bononiam poteſtati utcumque Athalarici ſubjectam, cujus ergò gratia tamquam non indigentis, quia legem ac pro Urbe Roma Rex ipſe Italiæ non tulerat, Cæſar propterea, & Imperator Juſtinianus, ut qualem ſe faciebat, facto etiam oſtenderet, & proferret, ne ibi æmulo Principe in juriſdictione vinceretur, parem Conſtitutionem edidit. *Born. de Sala ad Rubr. tit. C. de Stud. lib. Urb.* &c. Alii putant arte id ab utroque Principe factum; namque Athalaricus, ut Romanorum gratiam iniret, quatenus ipſum ſe in Regem Italiæ ſalutarent, fertur, Caſſiodoro inſinuante, id egiſſe; Juſtinianus verò ad hoc, ut ſuam de Italia opinionem non videretur depoſuiſſe, creditur Romanæ Urbis in enunciata Conſtitutione meminiſſe; phantaſticè tamen, ſi fortè ita ſunt alterutri machinati, neque nos ſecus dicemus, niſi ut noſtris placitis veteres res accomodemus. Demùm rentur alii, ideò Romanæ Urbis, & non Bononienſis factam eſſe ibi mentionem, quia Romæ civili Romanorum veteri, hic verò municipali potiſſimùm Jure, prælectoſumque gubernatis edictis vivebatur; invectis dumtaxat longè poſtea Codicis Juſtiniani, & Pandectarum libris, & ſcilicet circa A. S. milleſimum, qua ætate, ut per ante Codex Theodoſianus, illa volumina in ſcholis noſtris cœperunt explicari. Ego ad quid in ea Conſtitutione Bononiam memorare, ſi nec ſubdita, ut de Roma credebatur, erat, nec eo Jure adhuc utebatur? *Egnat in Not. ad Ghirardacc. p.* 1. *fol.* 29. Hoc autem ſi ita; igitur calumniantur ex hac non facta ibi de Bononienſi Lyceo mentione, qui evincere non exiſtentiam per ea tempora noſtræ Academiæ putant, & moliuntur; præſertim ſi argumenti hujus negativi, idest a re non deſcripta, aut memorata, eliciti vis aſſumatur, roburque pendatur, quod nullius eſſe pretii communiter Doctores aſſeverant. *Morbell. diſp. forenſ.* 96 *num.* 18, *& ſeqq.* Hinc arbitror poſt enunciatam Juſtiniani Conſtitutionem rem prorſus ſupervacaneam ſuper eadem longiùs immorari *Ghirardacc.* cenſtitit ſſ. *lib* 1. *fol.* 29., adeòque eâ prætermiſſâ, telam hiſtoriæ ſuæ ſicco pede continuandam duxiſſe.

(47) Idest 18. ætatis annum natus ex *Ghirardacc. p.* 1. *fol.* 29. ubi de prudentiſſimâ Amalaſunta, & Theodaato Regni ſucceſſore, per quem egregia illa fœmina ingratiſſimâ retributione vitâ paullò inde fuit ſpoliata, ſetius agit, & adhærens *Procop. de Bello Gotth. lib.* 1., *& Caſſiodor. Var. lib.* 11. *epiſt* 1.

(48) Maximam poteſtatem collige hinc Bononiæ Urbis, ſuæque ingentis dignitatis, ac ſingularis opinionis argumentum efforma, in qua, Gotthorum vi nec commovente, apud Cæſarianos erat, cum ratus neceſſarium fuerit laureatus Dux, & Victor Miles negotium ſplendidiſſimo legationis genere ad Bononienſes deferre, ac apud eos Italiæ libertatem, ſecuritatemque commendatam habere, ut ſcilicèt in fide, & officio proximas, ſuoque arbitrio moderatas Urbes contineret, & a Gotthorum irruptionibus, bellique motibus tueretur; *Dulcin de var. Bonon ſtatu lib.* 2. *fol.* 60. *ſub* §. *quietis igitur*. Igitur vide in una Urbe, ac in paucis recolendum geminæ dignitatis formoſiſſimum ornamentum, quantum enim literis præeminebat, bellicâ virtute tantum etiam valebat, quòd utroque lauro decorari quoque, & merito jure ſemper debuit. *Leonard. Aretin. lib* 2. *de Reb Gotth. Procop. lib.* 2. *Ghirardacc. lib.* 1. *fol.* 29.

defenderent ipſe Vitigem ab obſidione Ro-
537 mæ dejecit, & Ravennæ, quò ſe deploratis prope rebus retulerat, circumſeſſum tandem cum oppido adduxit in poteſtatem;
540 neque ita multo poſt Italia Joanni, Beſſæ, Juſtino, Vitali, aliiſque ducibus commendata, ingenti gloria parta diſceſſit. Quo tempore Bononiæ, atque adeo etiam in univerſa Æmilia, Liguriaque rei frumentariæ difficultate primum, deinde etiam peſti-
541 lentia graviſſime laboratum. (49) Quietis inde inſigni Belliſarii victoria rebus, renovavit bellum Ildovaldus Rex à Gotthis in locum captivi Vitigis ſubrogatus. Qui cum Ticinum, Veronam, & Tarviſium teneret, ad ſuas partes reliquas Civitates Venetiæ traxit, ac Vitalem his malis occurrere cupien-
542 tem apud Tarviſium acie ſuperavit. Verum ipſo occiſo, atque Ararico Rege deinceps continuata morte abſumpto, Totilas rem magno Italiæ malo ſuſcepit. Nam Æmilia, Flaminia, Apulia, Lucania, & Calabria per arma receptis, tantum Juſtiniano de amittenda Italiæ poſſeſſione metum injecit, ut Belliſarium iterum in Italiam cum novo copiarum militarium apparatu miſerit. Verum ne ita quidem imminentem ſuſtinere ruinam potuit. Nam Belliſarius cum claſſem Ravennam applicuiſſet, continuo Vitalem, Thurimontemque cum parte copiarum ad recipienda Æmiliæ oppida miſit, ex quibus Vitalis magna Illyriorum manu ſecum adducta Bononiam, Gotthico præſidio deditionem faciente, recoperavit, ac Totilæ exercitum adverſus ſe miſſum egregie, quamquam ab Illyriis derelictus, ſuſtinuit. Nam firma veteranorum manu, & lectiſſima equitum Bononienſium ala in inſidiis collocata obviam progreſſus, primum occurrentem excepit, deinde ſimulata fuga ad locum inſidiarum adductum, converſis armis fuſum, fugatumque concidit. (50) Verum Totilas interea Romam obſedit, ac tandem, cum Belliſarius graviſſimo morbo implicitus opportunum afferre labentibus auxilium rebus non poſſet, propter ſummas omnium cibariorum anguſtias in poteſtatem redegit, atque ea demum direpta, & incenſa, facile tam diræ calamitatis metu Bononiam cum magna Italiæ parte recepit. Quo tempore Proculus Epiſcopus Interamnas, vir ſanctiſſimus, qui Bononiam profectus multorum animos ad rectam fidem, à qua Gotthorum timore deſciverant, revocarat, juſſu Totilæ captus, & obtruncatus eſt. (51) Incenſa inde Roma, Totilas in Campaniam progreſſus Caſini Benedictum Abbatem, & ipſum ſanctitate ea tempeſtate percelebrem, cum à quo diſciplinam vivendi Italicæ Monachorum familiæ acceperunt, convenit, eoque de rebus agendis pie conſulto, inde ad Siciliam occupandam, quæ tenebatur à Juſtiniano, proceſſit. Belliſario poſt receptam, ac reſtitutam Romanam Urbem à Juſtiniano revocato, Narſes dux præſtantiſſimus ad reſarcienda ſuperioris belli detrimenta ſummiſſus bello huic finem incredibili ſucceſſu rerum impoſuit. Nam & Totilam ad ſui adventus nuncium ex Sicilia reverſum apud Tanetum forti Longobardorum, quos ſecum in Italiam adduxerat, opera non ſolum vicit, ſed etiam interemit,
& Tejæ Regi in ejus locum creato poſt ad 552
Nuceriam, cum ex Æmilia in Campaniam accurriſſet, ſummo prœlio ſoperato vitam eripuit. (52) Qui, cum per agrum Bononien-

(49) Annonæ anguſtiâ preſſa, ut quidem tunc Bononia, oppreſſum autem prorsùs Mutinæ Oppidum, nec injuriâ, ulciſcentibus ita ſuperis tentatam eb imperio Felſineo defectionem, adeòque miſera gens extemplò in graviſſimam rerum omnium inopiam incidit, quâ ſubindè factum, ut incolæ illi peſtilentiâ prehenſi vitâ caderent, & per vias ex frequentiâ occumberent, quòd pene deletus eſt is Populus injuriâ etiam cœli, injuria Procerum, & inclementia cœnoſi, putridique ſoli, unde aſininâ primùm, inde murium carne, & denique, belliarum more, ſylveſtrium ſtirpium radicibus itemque purgamentis, atque ſtercoribus fami, quæ reliqua ſuperfuit, occurrere plebs coacta eſt, qui proindè cibus ad cadaver inanime ugrum, & Urbem non potuit non continuò redigere. *Scholiaſt. ad rip. de peſte n. 1284. Baron. ad hunc A. S. 534. T. 7. n. 10. fol. 188.*

(50) Procopius Scriptor probatæ fidei, ac teſtis de viſu, utpotè qui conflictui interfuit tamquam Medicus in exercitu Belliſarii, hoc ex integro narrat *de Reb. Gotth. lib. 3.*, *& refert Ghirardacc. p. 1. fol.* 30. De loco autem, in quo conflictus eſt habitus, & relatu ingens hæc victoria fuit, tacent multi, aliive ſunt in eodem aſſignando varii; videtur tamen ad Idicem amnem inter *Puteum calvum*, vulgò *Pizzocalvo*, & rudera *Caſtri Brutti*, alias *Caſtel de Britti*, dicendum, rem eſſe actam, vel propter conſtantem Oppidanorum opinionem ex grandi Gotthorum eu clade, & præ larga eorumdem cruoris effuſione, tum humanis oſſibus campos ideò ſparſos reperiri ſuos, cum diu agrum adipoſo illo humore fuiſſe fœcundatum, vel quia inſidiis affabrè a natura comparato inter imminentes colles loco, in plurimas ætates cognomen hoc corruptum *Belliſarii* ſuperfuit, quod ſuæ genuitati ti reſtitutas, *Belliſarii caſtra* refert, & demum vel quia vox eſt in agro, Feſtivitatem ideò B. V. etiamnum per id tempus ibi celebrari, quo fertur de Totilæ copiis obtentam virtute lectiſſimæ Equitum Bononienſium ulæ tantam, ac ejuſmodi recitatam victoriam *M. Eliſ. Soror in ſua Hiſtoriog. §. Pizzacalvum*. Cæterùm eſt fama, Juſtinianum Cæſarem, ut grato compenſaret animo ampla erga ſe præſtitu à Bononienſibus officiu, munus Orientalis aureæ Aquilæ feciſſe, quo Inſignia publica, privatæque Civium gentilitiæ theſſeræ inpoſterum decorarentur, prout ſcutum ejuſmodi impreſſione ita coloratum neſcio qua de cauſa voti ergò circa Altare *B. M.*, quæ *del Monte* dicitur, miraculis, & Civium pietate celebris, ſe veteranum vidiſſe appenſum teſtatur *Pranelin. Cordiborſ. in ſuo Memorial. ad A. S.* 1413.

(51) Ejuſdem S. Proculi Epiſcopi meminit *S. Antonin. in Chron. tit.* 24. *cap.* 13. *Ghirardacc. p.* 1. *fol.* 30., *& Sigon. de Ep. Bonon. lib.* 1.

(52) Difficile dictu quanta gratulatio Bononiæ acta, deleto, Tejæ nece, Gotthorum Imperio; diruta namque in primis eorum tyrannorum, quæ ſupererant, monumenta ſunt, & igne conflagratum oppidò quicquid barbaræ ætatis poterat ſpeciem, vel aliquam referre, nec injuria quidem, etenim Attila, & Totila præſertim ea tis nihil quod ad tyrannidem videretur ſpectare prætermiſerunt, quin truculentiſſimi in res ſacras, in bonas artes, ac adverſus literatos viros exercerent, ità ut prodigii loco ſit habendum, ſcientias, & liberales facultates de tantu rerum omnium clade ſuperfuiſſe; verum quia æterno Numini cordi eſt per has calamitates homines in vitia deflexos corripere ſolùm, non perdere, miſerationis propterea ſuæ hoc nobiſcum operatus eſt beneficium, ut Attila, quamvis immaniſſimus, & Totila, licet crudus, & faſtu tumidus exquiſitiſſime in Ita-

nienſem iter faceret, ad amnem Rhenum muratus, Bononiam paulo ante à Narſete receptam, atque ſuperiorum adhuc detrimentorum timore perculſam novo expugnationis, atque direptionis terrore compleverat. Poſtremo Lucam, & Forum Cornelium, quæ Gotthi audita Tejæ calamitate muniverant, in obſidione habitas expugnavit, & Gotthos Tanetum Francorum auxilio obſideotes per Dagiſteum ducem delevit; quem Bononiam miſerat, ut hinc res Tanetanorum foveret. Qua victoria Bononiæ cognita ſupplicationibus ingens gratulatio facta. (53) Ita Narſes Gotthis ex Ciſalpinis regionibus pulſis, ac Romana Urbe, quoad ejus fieri potuit, reparata, Ita-

Italiæ reliquos populos infævierint, contentus tamen uterque Bononienſis Urbis potiri imperio, nullis, vel paucis in reliquo, dempto pretioſarum rerum ſpolio, ſubſtantiarumque deprædatione, vexarunt ærumnis, & ideò neque gubernii formam mutarunt, neque ſe in ejus Urbis politia immiſcere ſtuduerunt, ac in Lyceum nullum vel impetum fecerunt, id quod per non interruptam, continuatamque noſtrorum Pub. Profeſſorum in difficillimis, ac valdè obſcuris cæteroquin temporibus ſucceſſionem probatur. *Storlit. de mult. p. Boron. tyran ſect 9. §. Teja Rex.*

(52) Pietate in Deiparam Virginem, quia æquè Narſes, ac Bononia Civitas ferebantur plurima, cujus dubio procul ope, & præſidio excidium Gotthis illatum fuit, facilè utrique in ſententiam proinde convenerunt, per ſolemnes ſupplicationes in Urbe indictas eidem iotactæ Verbi Matri, patronæque ſuæ auſpicatiſſimæ, quas deberent, ac SS. Petronio, Floriano, & Ambroſio, jampridem in Protectores Urbis aſſumptis, publicas gratias habere, *Ghirardacc. p. 1. fol.* 31, eaque occaſione, ut communis fert opinio, ad nos tamquam per majorum manus adducta, & crebriùs, & rurſus (mos etenim primùm poſt Neſtorium proſcriptum ab Epheſina Synodo inolevit) pingi Deiparæ icones, quovis propemodum Urbis in angulo, & illi Altaria erigi cœperunt, indictis titulis *Salutis*, ſub quo adhuc in S. Barbaræ ad Plateam majorem a Collegiis Artium præcipuo honore quot annis in die ejus feſto Kal. Januarii colitur, renovata ma authore A. 1730. dudum interrupta actione; *Gaudii*, *Conſolationis*, *Protectionis*, *Pacis*, *Refugii*, *Subſidii* &c. quæ nomina præclaram tunc obtentæ ejus victoriæ memoriam teſtantur. *Diar Marian Bonon.* § *Narſetis igitur virtute*, *in Præf. fol.* 3. De Narſetis verò præcipua in Deiparam Virginem pietate, qua duntaxat auſpicata belli, pacisque facinora nitebatur, agit egregiè *Evagr. lib 4. cap* 23. *Baron. ad A. C.* 513. *T.* 7 *n* 15. *ad finem*, *&* *n.* 18 *fol.* 367., *&* *eodem* *T.* 7 *ad A. S.* 568. *à n* 568. *ad n.* 569. ubi plura de eo, & ejus obitu *fol.* 427, *&* *ſeqq.* *Dulcin de vario Bonon. Statu lib* 2 *fol.* 66. *Falcon. de' Veſc. di Bol lib.* 1. *fol.* 57. iiſque vetuſtior quam longè *Beccadinus Artonus in Chron ad hunc annum*; ibi; „ Igitur Narſes indicta copiis prece ad Deum, & Deiparam priuſquam in conflictum laxaret contra Gotthos, quam cernere habebat præ tentorio ipſe cordatiſſimam ſecue majus Vexillum, in quo intemeratam illam ſuam Patronam ſuis prope coloribus talem pingi curaverat, qualem fertur vidiſſe, ac inde æreis in nummis ad rem eam in ævum teſtandam certiſſimè exactis barbaris cudi fecit (quorum unus apud nos adhuc extans, & ſub ingenti diligentia pro ſua dignitate ſecretiori muſæo cuſtoditus, ejus eſt figuræ, & indolis, ac noſtro ſtudio eſt, qui delineatus etiam conſpicitur, ut qua liberalitate dudum fuimus ipſi eo inſtructi, pari in alios pietate, contenti authographo, cognoſcendi vetuſtiſſimi, ac nobiliſſimi monumenti cæteris ſine invidia modum, & rationem communicemus) extemplò, ac elatis in Cœlum oculis ſignum ſupra Montem ſibi pollicitum detexit, quod ne prius quam acciperet, præſcriptum, interdictumque fuerat ad prælium committendum ſe accingeret, ſub feſtino tubarum clangore, militiſque victuræ impatientis grandi clamore, & exercitum movit, & in hoſtem irrupit, ac unum quod fuit ſimul, illum diſrupit, in fugam vertit, cruentiſſimo macello diſperdit, ac per opima ſpolia, tum inſignem triumphum ſatiùs, quam victoriam de eo retulit, cum diei unius per intervallum, & plurium annorum deleto nomine, & genere Gothicum Regnum ſupplantavit, & Italiam a truci, longâque nimis tyrannide liberavit. Proſperè per hæc itaque re acta, ipſius per univerſam Italiam oppidò nuncia famæ vox advolavit, ac quoniam Bononienſes plurimi virtutis ſuæ operam, eamque longè utilem tunc ſub Narſete impenderant, hi propterea Duce vel ipſo adhortante, quoniam erat noſtræ Patriæ opinione, & officiis ſtudioſiſſimus, donis ſpoliis opimis, & legionis eorum inſigni vexillo datis, ad Concives de jam parta victoria commonendos, cujus erant cognoſcendæ quam anxii, illamque per fuſas preces apud Superos omnes commendatam fecerant, in patriam convolarunt, quæ imitato Majorum exemplo, & renovato ejus attis more, cum Epheſinæ Synodi ſanctio ſuper fide de Maria Virgine tenendâ Bononia flagrantiſſimè expectaret, rei certiorata felicis, eorumque adventus, tota extra mœnia effuſa eſt, illoſque ſub ingenti gratulatione excepit, qui conſultò rem ut gratiſſimam cunctis Ordinibus facerent, præter commarum largitum à Narſete auſpicatiſſimum Vexillum inter feſtivos tubarum, tympanorum, & muſicos concentus decrevere, inter illud Lauri, Quercus, & Olivæ ramis varia Corona fulcitum, jucundiſſimum ſimul de excuſſo barbaro jugo ſpectaculum faceret, & Sacratiſſima Deipara Virgo in illo depicta triumphum de proſtrato hoſte, quam ſolemne ageret, & ampliſſimum. Hac pompa in Templum majus perventum eſt, ad cujus fores cum ſuo Clero Pontificaliter veſtitus extans Theodorus Sanctiſſimus noſter Antiſtes, Vexillum inter ſuas depoſitum manus, illud ad Aram magnam paſſimè retulit, ac ſupra illam collocavit, ut exinde ſua, gregiſque univerſi exultantis ſui cultus officia reportaret. Actæ poſtea per Epiſcopum Deo, & Deiparæ ſolemnes gratiæ, deinumque celebritate poſt octiduum abſolutâ, Vexillum in præcipuo Sacello ad modum tituli, ſive, ut appellant, Anconæ Altaris, in eadem Eccleſia aptatum eſt, ut ita commodiùs accedentes Cives, per continua pietatis officia Deiparæ Virgini Patronæ ſuæ, totiuſque Italiæ liberatrici, ſub cujus *Præſidio* nomine noſtra Patria lætatur, debitas gratias rependerent. Idem verò, cujus ſunt poſt inde multa exempla ad conſulendum privatorum pietati facta, quo certo tempore deperditum ſit Vexillum, inconſtans magis opinio, quam deperditionis cauſſa; namque ex lineâ tela ſive ſerico cum eſſet, facilè intelligimus temporis diuturnitate, & colluvie, additis tam forte loci humiditate, & quæ vetuſtatem conſequuntur, ejuſmodi injuriis, labefactatum in primis, & paulatim corruptum, ſuaque poſtea rimoſitate conſumptum, poſtremò decrepitæ ætatis ſuæ detrimenta perpeſſiſſe, ac in nihilum ſe reſolviſſe; Conflagratum alii putant, alii per truculentiſſimos Britones dicunt poſtea raptum, ſub ruinis tandem Templi conſepultum, quo decidit, ſunt, qui memoriæ tradiderunt. Illud interea certum, ſuperfuiſſe adhuc, cum in Iconomachos ſententiâ latâ, per ſupplicationes eodem Vexillo a Bononienſibus elato, colendaram Deiparæ, atque Sanctorum Imaginum ſolemne Patria hæc pietatis, fideique ſ. te-

a illo-

Italiam totam ſub jus, poteſtatemque Juſtiniani redegit, anno poſt Chriſtum natum
553 quingenteſimo quinquageſimo tertio, ac Juſtiniani voluntate Ducis Italiæ nomine aſcito, (54) eidem præeſſe ſummo cum imperio
556 cœpit. Poſt trienninm Pelagius Pontiſex Epiſcopo Bononienſi ſuperius privilegium Agapiti de poſſeſſionibus confirmavit.

GRÆCI ET LONGOBARDI.

SPectare jam ad quietem, ociumque omnia videbantur, redactâ ſub potentiſſimi, ejuſdemque juſtiſſimi Imperatoris poteſtatem, ac ditionem Italiâ, cum repente
557 novorum, majorumque bellorum, ac novarum, graviorumque dominationum præter ſpem, & contra voluntatem omnium initia erupuerunt, quibus miſere per ducentos amplius annos ipſa eſt Italia conflictata. Huic autem malo cauſam Sophia Juſtini Imperatoris uxor attulit, quæ male erga Narſetem animata poſt tredecim annos jam mortuo Juſtiniano Juſtinum maritum, uti Narſetem ex Italia revocaret, ſucceſſoremque ſummitteret; variis objectis criminibus incita-
558 vit. Miſſus autem Louginus omnia prope ſive Imperatoris voluntate, ſive propria libidine vetera adminiſtrandæ Italiæ inſtituta mutavit. Nam primum quidem ſe non Ducem, ſed Exarchum Italiæ nominavit, (55) &, cum Ravennæ Imperii ſedem Gotthorum Regum imitatione locaſſet, Italiam non per ſingulatum, ut ante, provinciarum, ſed per ſingularum Civitatum Præfectos gubernare inſtituit, quos Duces appellavit. Romanam autem Urbem uſque adeo deſpexit, atque abjecit, ut & Conſulum poteſtatem ſuſtulerit, (56) & Senatum Ducis ejus, quem ipſe Ravennam mittebat, imperio, auctoritatique ſubjecerit, ac Pontificem à Romano Clero deſignatum Exarchi judicio confirmari, atque ipſi dicto audientem eſſe voluerit. Quæ cum omnibus gravia, tum Narſeti, cui Imperium inſigni cum contumelia indigno mulieris impulſu erat ereptum, prope intoleranda ſunt viſa. Itaque doloris impatiens, atque ultionis avidus, cum ſub Longini adventum Neapolim ſeceſſiſſet, Alboinum Longobardorum Regem, cujus ſtrenua uſus adverſus Gotthos nuper opera ſuerat, ad opimum occupandum Italiæ Regnum excivit. Nec mora, Alboinus haudquaquam tantam ſibi occaſionem dimittendam ratus, Pannoniam Hunnis reliquit, ac lectiſſimis Longobardorum, Saxonumque contractis copiis in Italiam ſe intulit, atque uno impetu præſidiis, quæ Longinus impoſuerat, undequaque dejectis, ipſa Venetiæ, & Liguriæ oppida, in primiſque Veronam, & Mediolanum, occupavit; deinde poſt diururnam obſidionem Ticinum ad deditionem adduxit, ac mox Longobardorum in Italia Regem ſe appellavit. Inde
anno à Chriſto nato 570. Bononia in 570
Exarchi poteſtate permanſit. (57) Ab hoc autem tempore Italia in duo longe inter ſe diverſa imperia diſtracta per ducentos, ut ſcripſi, annos propter inſanam ipſorum Principum vel dominandi libidinem, vel pravam religionis perfidiam, miſerandum in modum eſt lacerata, ut prorſus neſcias, cum omnia interea injuriarum, & cladium exempla in Pontifices Romanos, Italaſque Civitates ſint edita, pluſne Græci Imperatores deteſtanda impietate, an Longobardi Reges efferata libidine Italicis detrimenti rebus attulerint. Quo factum eſt, ut ipſa non antiquis ſolum inſtitutis, Magiſtratibuſque nudata, ſed perpetuis etiam populationibus, belliſque vaſtata, ac prodigioſis inſuper aquarum illuvionibus, ſummis annonæ difficultatibus, & diris morborum contagionibus deformata ita ſit, ut, quod miſerabile videatur, ſuimet quaſi oblita cum peregrina ſonare omnia, tum in primis aliena quaſi lingua, id eſt, Latina uti depravata incœperit, atque omnino tota in
exterarum, barbararumque gentium mores, 574
& inſtituta, antiquæ omnis diſciplinæ glo-
ria

„ ſtimonium edidit, quo factum, ut poſtea „ minùs periti quidam ſola judicii fiducia „ ducti in vulgus venditarint, hoc Deiparæ „ Virginis vetuſtiſſimum Vexillum de Epheſo Bononiam delatum, noſtros per majores adhibitum tunc fuiſſe ad triumphum „ ipſius Dei Matris contra Neſtorianos proſcriptos celebrandum. „ Velim tamen ad hæc Lectores, in quamcumque poſtea deflectant ipſi ſibi accommodatiorem ſententiam, vetuſtiſſimum hocce poſt plura ſæcula de ſquallidis, tenebroſiſſimiſque antiquitatum cryptis effoſſum monumentum libenti, gratoque animo acceptum habeant, illudque pietati in Deiparam, atque charitati erga Patriam meæ tribuant, quam ſaltim ob ſuam in Deiparam venerationem nolim non ferri, gratiam mihi pro detecto hoc planè rimoſo, & ut crediderim primo obſervantiæ ſuæ erga intactam Verbi Dei Parentem ſplendidiſſimo argumento habituram, quo æquè illa veterem in Mariam Virginem ſuam ſignificare poteſt, atque teſtari candidiſſimam clientelam, ac Cœlorum, terræque potentiſſimæ, piiſſimæque Reginæ ſaluberrimum, quo illam tuetur, *Præſidium* hoc vel maximè titulo cumulatiſſimè probatur.

(54) Hinc Ducatus jam Principatus, quàm ab indè monetæ ſpecies in primis argentea, ac deindè etiam aurea, quæ porrò ſcuti, atque Floreni nomen aſſumpſit. De Ducato egi *in Diſſert. de vet. Bonon. arg. Bon. fol. 45. 64. &c.* & ex profeſſo in altera *de Ducato auri, & arg. Bonon. per tot.* De novo autem hoc Principatu vide *Dulcin. lib. 2. fol. 67., & 68.*

(55) Intellige primum, ſummumque Auguſtorum Orientalium in Italia Vicarium, ſive Præfectum, qua ratione Ravennæ Exarchatus cœpit ab inde illa præfectura appellari. *Ghirardacc. p. 1. fol. 31. ad finem.*

(56) Per hanc ergo barbari Longini imperitationem ſublatus Reip., & Imperii Romani vetuſtiſſimus, idemque celebratiſſimus Magiſtratus, cui poſtquam ſanctitatis ipſius cauſſa ſuperiorum omnium ætatum Dinaſtæ pepercerunt, illum minimè inſolentiſſimus hic dumtaxat Exarchus abolere auſ veritus; vertendum hoc tamen flagitium Sophiæ Auguſtæ vitio, quæ poſt exauthoratum optimè de Imperio meritum, ac æquè magnanimum, piiſſimumque Narſetem, deferendam Italiæ Præfecturam Longino cenſuit. Vide *Cavas obſ. polit. 26. ad med., & obſ. 30. circa finem.*

(57) Concordant unà omnes noſtri Hiſtorici, quorum eſt Princeps meritò jure *Ghirardacc. p. 1. fol. 39. ad finem.* Fuiſſe hæc autem rei ſertus cauſſa, quòd ab Arrianorum erroribus ſemper abhorruerit Bononia, neque Schiſmate geminorum Antiſtitum paſſa ſit eo conflictari, quo ceteræ penè omnes Italiæ Urbes agebantur, proindeq; maluit Græcis non abeſſe, quam Longobardorum efferatâ libidine, deteſtandâque impietate ſcindi, & lacerari. *Collat. Frat. de Bonon. Eccl., & Urb. gub. ad A. S. 570.*

riâ obliteratâ, conceſſerit. (58) Alboino in-
de ab uxore Veronæ per fraudem occiſo
Clephis, vir nobiliſſimus, Rex ſummo Lon-
gobardorum omnium ſtudio Ticini eſt de-
claratus. Hic Alboini exemplo propagandi
Imperii cupidus, & Tanetum Romanis erc-
ptum excidit, & Forum Cornelium, quod
Antiochus Narſetis Præfectus Gotthis adem-
ptum everterat, reparavit, arcemque mu-
nitiſſimam ibi conſtruxit, quam Imolam
appellavit; unde oppidum quoque ipſum
poſtea Imolæ nomen invênit. Eo deinde
575 poſt decem & octo menſes domeſtica item
fraude necato, Longobardi à Regibus crean-
dis abſtinuerunt, verum, ut ſuam ducum
quiſque, cui præpoſitus erat, Civitatem
pro arbitrio regeret, conceſſerunt. Horum
imperio nihil fieri potuit impotentius. Ne-
que enim ex Romanorum parte nobiles in-
terficere, ac tertiæ partis frugum tributa-
rios facere ſatis habuerunt; quin etiam in
iis, quas Alboinus pacarat, Regionibus
Templa diſpoliare, Sacerdotes necare, ac
Civitates frequentiſſimas exhaurire aggreſſi
ſunt. Verum ne nunc quidem Bononia ul-
lis eſt à Longobardis detrimentis affecta:
(59) Quæ nonnulli Oratorum potius, quam
Hiſtoricorum more laſcivienti quadam ſcri-
585 bendi copia falſo perſequuntur. Decennio
inde tranſacto Longobardi novo Regum de-
ſiderio accenſi communi conſilio Autharim
Clephonis filium Regem legerunt. Hic Ti-
cini, quæ ab hoc tempore Papia dici cœ-
pta eſt, ſedem poſuit, ac duces in Urbibus
reliquit, neque eis ſucceſſores, niſi aut mor-
tis, aut defectionis cauſſa, dare inſtituit,
verum dimidium fortunarum ſuarum ad Re-
giam tuendam dignitatem ſibi conferre præ-
cepit; majorum inde Autharis veſtigia ſe-
quutus, Brixillum, (60) quò Dux Droctrul-
fus confugerat, ibique ſe adverſus Longo-
bardos muniverat, in poteſtatem redactum
evertit, ac, in Campaniam profectus, Be-
neventum, atque inde omnia uſque ad fre- 589
tum oppida juri ſuo adjunxit, ac primus
Beneventi Ducem inſtituit. Inde domum
reverſus, Theodelindam Bavariæ Ducis fi-
liam ſingulari pietate mulierem ſibi deſpon-
dit uxorem. Anno inde 590. Authari Regi 590
mortuo Agilulfus eſt ſubrogatus: magnam,
ac prope portentoſam aquarum inundatio-
nem gravis, fœdaque peſtilentia, quam in-
guinariam vocabant, eſt ſubſecuta. Quo-
rum malorum expiandorum gratiâ Litaniæ
in Eccleſia Romana, quæ ſupplici voce ab
omni ætate, gradu, ſexuque per Urbem
canerentur, Pelagio Pontifice ipſius morbi
gravitate conſumpto, à Gregorio ſucceſſore
ſunt inſtitutæ. Hic eſt Gregorius cogno-
mento Magnus, qui dum vixit, ſapientia
ſua cœremonias ipſas Eccleſiæ Romanæ ma-
xima ex parte conſtituit; poſt mortem au-
tem, Doctorum Eccleſiæ, atque Divorum
ejus numerum non dubia apud homines ſo-
lidæ eruditionis, & vitæ ſanctiſſimæ opi-
nione adauxit. Phoca inde imperante, cum
Smaragdus Exarchus iterum Agilulfi Regis
filiam nuper ab exercitu Callinici Exarchi
cum viro ſuo Godeſcalco Parmæ captam 602
non reſtitueret, Agilulfus tantum detrimen-
tum ſibi haud patiendum arbitratus, Cremo-
na, Mantua, Brixilloque occupatis, in eum
terrorem Smaragdum conjecit, ut ſtatim
filiam ad ſe Ravenna remiſerit. Regnum
inde Rotharis occepit, Iſaacius Exarcha- 637
tum. Poſtea Cottiis alpibus in Opitergio
in poteſtatem adductis, Iſaacio Exarcho in
fines Longobardorum ingredienti, ſe ſe ob-
jecit, ac magno Bononienſium malo etiam
cum Theodoro Exarcho, qui Iſaaco ſucceſ-
ſit & impulſu Martini Pontificis bellum re- 638
ſtauravit, iſtud feliciſſime geſſit. Etenim
cum Romanorum exercitus Bononiæ, Lon-
gobardorum Parmæ conſediſſet, motis utrin-
que

(58) Eâdem quam ornatâ, elegantiſſimâque di-
cendi oratione, ut flagitium adeò trucu-
lentum, & atrox explicaret, uſus quoque
fuit *Storist. de multip. Bonon. tyrran ſect.* 11.
§ *Quo factum*, & adhærent *Leand. Albert. Ghirardacc. Vizan. Dulcin. &c.* Non ita tunc
attamen primum hac lue infecta Bononia
eſt, imò vetus latina lingua per eam, &
in eâ poſt indè longè diu cuſtodita, prop-
ter Gymnaſii florem, bonarumque litera-
rum cultum, ac item propter Græcorum
dominatum, quo moderabatur; adeoque
etſi demùm par naufragium cum reliqua
Italia perpeſſa eſt, ſordidam in eam ta-
men numquam barbariem incidit, cui im-
mane per ſupplicium nonnullæ aliæ pro-
vinciæ ſunt obnoxiæ, hinc vernaculo no-
ſtro idiomati tum Etruſcorum veterum,
& Latinorum, cùm Græcorum quamplu-
rium terminorum, vocum, & vocabulo-
rum inest elegans commixtio, qua fit de-
lectare ipſum valdè, nudatamque eſſe rui-
da, agreſtique, & omninò incompta illa
loquendi forma, cujus cauſsâ inculta con-
termina Oppida minùs in opinione apud
eruditos habentur. *Dulcin. lib.* 2. *fol* 84., *& ſeq. à* §. *Sed quod magis. Montalban. antiquit. Bonon. de venuſt. linguæ Bonon. per tot.*

(59) Contra *Ghirardacc. p.* 1. *fol.* 32. *ante med.* etſi
ibi fateatur latere adhuc quibus fuerit Urbs
damnis tunc affecta; Imo *Storist. ſect.* 11. §.
Interea Cleſis Rex &c. audiram Bononiæ cum
queſtu necem Regis per fraudem interem-
pti ideò retert, quia licèt pro ſæviſſimo ho-
mine haberetur, fuiſſetque dilatandæ ditio-
nis ſuæ etiam ſupra Alboinum ſtudioſus,
qua cauſſa Longobardorum omnium ſuffra-
giis Ticini octo & decem menſibus ante
fuerat inauguratus, Corneliique Foro du-
dum everſo eſſet potius, quod diligentiſ-
ſimè reparavit, atceque munitiſſima robo-
ravit, quam *Imolam* obinde appellavit, ut
ſtimuli loco Ravennæ Exarchis *ex Paul. Diac. Rer. Longobard. lib.* 2 *cap* 17. ineſſet.
Attamen, quamquam Urbi noſtræ cum in-
ſtructiſſimo exercitu eſſet adeò proximus,
nec irruptione conflictavit nos ullâ, nec
injuria, aut damno per ſuos agrum no-
ſtrum affici permiſit, ſuſtque pacato ani-
mo, nos copiis noſtris fines Territorii patrii
munire, etſi porrò in partem neutram im-
petus eſt factus; religione verò coercitum
Regem, & in officio contentum ideò bar-
barum intellige, quia Superis timorem in-
cutientibus ſui commonuerant, arma in
Bononienſes ne moveret ſub excidii pœnâ,
qua dudum fuerat in Gotthos ſub Beliſa-
rio, & Narſete animadverſum, cumque
per occaſiones ipſa Virgo Deipara Prælio
adſtans Bononiæ, viſibiliter pro eadem Ci-
vitate fuerit viſa fortiter ad illius ſalutem
dimicare. *Fulc. de evid. M V. Deip protect. erga Bonon. cap* 5. *per tot.*

(60) Ignotum naturæ ſuſum ſatiùs, quam locum
Pado finitimum intellige, ſupplicitque
ſuis, ut ait *Frigillietus de locor. nomin.*, *& cognomin. fol* 22. dumtaxat nobilitatum,
& in quo Totila Rex prœlio incumbens,
a Longobardis Equitibus, qui in Juſtiniani
auxilium a Pannonia venerant, interfectus
fuit. ad tradita licet ſubobſcurè per *Aretin. lib.* 4. *Blond.* 7. *Eneadiſ* 8. in quorum ſen-
tentiam reliqui conceſſere Scriptores, ut
ait *Dulcin. de var. Bonon. ſtatu lib.* 2. *fol.* 62.,
& 63.

que caſtris ad Scultemnam amnem coocur-
ſum, ac prœlio ita certatum eſt, ut Roma-
norum partis octo millibus cæſis, victor Lon-
648 gobardus abſceſſerit. Anno 648. Martinus
Pootifex Concilium contra Monotheletas in
Laterano coëgit, cui Luminenſis (61) Epi-
679 ſcopus Bononienſis ioterſuit; anno vero 679.
680 Agatho Pontifex creatus eſt, ac poſtero
anno coovenrum Romæ 125. Epiſcoporum
coëgit, cui Victor Epiſcopus Booooieoſis
cum Theodoro Archiepiſcopo Ravennate
ſubſcripſit. Hereberto autem Rege Felix
Ravennas Archiepiſcopus cum ioſtituta
præceſſorum ſuorum erga Pontificem non
obſervaret, neque aut Cooſtantini Pontifi-
cis, aut Exarchi monitis, ut iu officio eſ-
ſet, adduci poſſet, à Juſtioiano Imperato-
re, miſſo adverſus Ravennatcs exercitu,
Pootificis auctoritati parere coactus eſt.
Ravennates propterea cum fautoribus ſuis
Bonooienſibus, Forolivicoſibus, Cæſenati-
bus, & Imolenſibus pœnas dederunt, Ar-
chiepiſcopo ipſi cathenæ injectæ ſunt. He-
rebertum inde Regno pulſum Aſprandus,
712 Aſpraodum Luitprandus eſt conſequutus an-
716 no 716. Gregorius Secundus Pontificatum
723 ioiit, quem propter ſingularem doctrinam
Dialogum appellatum eſſe ſcribit Lichenas.
Hic etiam Epiſcopo Bonooienſi privilegium
Pelagii & Agapiti confirmavit. Leo Impe-
rator Divorum Imaginibus infeſtus Grego-
rium II. Pootificem, acerrimum earum pro-
pugnatorem occulte interficere per Mari-
num Urbis Ducem, ubi vero per illum non 724
potuit, palam per Paullum Exarchum exer-
citu Romam adducto teotavit; verum ad-
vocatis à Pontifice in auxilium è Tuſcia
& Spoleto Longobardis, inanis prorſus, at-
que irritus omnis ejus conatus evaſit; po-
ſtremo ſimulata cum Pontifice gratia poſtu-
lavit, ut, quemadmodum ipſe in Orieote
fecerat, Divorum imagines è Templis in
Occideote deleret. Verum eam rem tota
Italia uſque adeo forti aoimo, atque con-
ſtanti repudiavit, ut Raveooates propterea,
& Veneti, & Bononienſes, (62) aliæque
Italicæ gentes ſingulari quodam ſtudio pie-
tatis accenſæ Pontificem de Imperio Con- 726
ſtantinopolitano abrogando, & novo in Ita-
lia ſuſcitando monuerint. Quam relationem
cum Pootifex ut iis temporibus alieniſſimam
rejeciſſet, inclinatis jam ad defectionem
animis, Romaoi Petrum Ducem excæcant,
Ravennates Paullum Exarchum tumultu in
Urbe concitato, necaruot, ac populi, vetere
oegato Imperatori tributo, proprios ſibi
quiſque Duces aſciveruot; Pontifex Imagi-
oes Concilio Conſtaotinopoli coacto defen-
dit.

(61) Eſt Luminoſus, ut appellant *Gherardacc p. 1. fol. 33. Falcon. de Epiſc. Bonon. lib. 1. à fol. 64. Sigon. eod. tract. lib. 1.* Idemque ille eſt, qui Romæ æquè interfuit abjurationi, quam ſolemniter de erroribus ſuis ibi egit Pyrrhus Conſtantinopolitanus Patriarcha coram, & in manibus S. Theodori Papæ A. S. 645. præſente etiam Platone Patritio, (qui deindè poſt Itacium fuit ſubrogatus Ravennæ Exarchus) ſub magno totius Eccleſiæ Catholicæ gaudio, Hæreticis tantum livore tabeſcentibus, ſummumque in modum frementibus, ac ibidem adſtitit ipſiuſmet Pyrrhi per laudatum S. Pontificem actæ in magna Synodi celebritate, populi frequentiâ, & clericorum conventu damnationi, depoſitioni, & anathematizationi de A. 648., poſtquam Pyrrhus idem corruptus à Sathana, ejuſque Miniſtro Olympio audaciſſimo Hæretico lapidem omnem movente, ut in hac procurandâ apoſtaſiâ proficeret, & ita in reliquis, quæ opinaretur grata eſſe, vel eſſe poſſe Imperatori Conſtanti, qui ad id illum in Italiam Succeſſorem Platoni Exarcho graviſſimo, Catholicoque Viro miſit, more canis ad proprium impietatis vomitum repedavit, & aboleto paullò ante oblato R. Pontifici ſuæ pœnitentiæ libello, flagitium flagitiis cumulavit ex *Anaſtaſ. Bibliot. in vita S. Theodori, & Teoph. A. 20 Heracl. Imp.* ubi ſequutam illius depoſitionem perexhorreſcenda ſub forma deſcribit. „ Quo Romæ
„ comperto, Papa Theodorus plenitudine
„ convocatâ Eccleſiæ ſummopere indignatæ
„ pro tanto perpetrato à Pyrrho facinoris
„ maleficio, zelo zelatus Divinæ Majeſtatis
„ honorem, & peſſundatæ in conſpectu Mun-
„ di Sanctæ Religionis decorem, novus Elias
„ ignem precatus, & gladium à Domino
„ pro ulciſcendâ nequiſſima impietate, ad
„ Sepulchrum verticis Apoſtolorum, nomi-
„ ne Dei Altiſſimi invocato, ac plenus per
„ Myſteria Fidei Spiritu Sancto acceſſit, &
„ re divinâ peracta ex vivifico Sanguine in
„ ſacro Calice cum aſſumeret, & Commu-
„ nicaret ea intentione reſervato, in attra-
„ mentum ſtillavit, & ita contremeſcente
„ ad ſpectaculum univerſa plebe lugente,
„ ſua propria manu aurea veluti, & pellu-
„ cida, igneque in Cherubim vultu refuſus,
„ depoſitionem Pyrrhi excommunicati con-
„ tinuò ad modum fulminis fecit. De veritate tamen hujus rei, cujus nec verbum apud *Platin. in Vita S. Theodori primi, fol. mihi 120., & ſeq.* non ſine ratione dubitat *Baron. Annal. Eccl. T. 8. fol.* 333. n. 16. Sed quicquid ſit de ea narratione, illud certum, Luminoſum Antiſtitem noſtrum hominem fuiſſe ſanctiſſimum, ac ab eo, quòd extructa fuerit in agro noſtro Ædes ſacra, ad facilem eorum Oppidanorum uſum Eccleſiaſticorum officiorum, cœpiſſe locum à ſuo nomine appellari Luminoſium, quamquam per vulgus corrupta voce appelletur Luminaſium *M. Eliſ. Machiavelli in ſua Hiſtoriograph. §. Luminaſium.*

(62) Grave hoc reliquis, graviſſimum tum autem huic Patriæ propter ſingularem, ac propè ingenitam ſibi ipſius in Deiparam Virginem obſervantiam, quam eaternis his præcipuis officiis colere haud amplius ſe poſſe rectè intelligebat, oppidò, ac cultus ſacrarum Imaginum proſcriberetur. Igitur, ut irritus Leonis Iſaurici impius hic conatus fieret, re inter Academicos acta, & cum Epiſcopo firmata, ex publica ſanctione legatio ad R. Pontificem extemplò miſſa eſt, qua poſtquam eſt certior factus de forti, atque conſtanti Civium ad animæ uſque exſpiationem voluntate in repudianda, ulminandâque hac hæreſi, commonuère illos inſuper ad ſedandas, pacandaſque Italiæ gentes mero pietatis ſtudio accenſas, exemploque, ut crediderim, motas tum Theodolindæ inſignis non magis formæ, quam per ſingularem pietatem erga Romanam Sedem Religioſiſſimæ Mulieris, *Dulcin. lib. 2 fol 95.* cum Luithprandi Regis in colendo apud Ticinum S. Auguſtino ſtudioſiſſimi per eumdem *Dulcin. fol. 96., & ſeq.* quòd ſententiam continuò de Imperio Conſtantinopolitano novæ Religioni quam prono, & defectionibus ab Apoſtolica Cathedra deditiſſimo, penitus abrogando, ac ad inſtar Occidentalis dudum in Auguſtulo extincti, abolendo pro ſua authoritate citiſſimè ferret. *Diar. Marian. Bonon. §. Sathana in præf fol. 9. Falc. de eod. M. V. Dep. protect. erga Bonon. cap. 7 per tot. Gherardacc. p. 1. fol. 34. Sigon de Epiſc. Bonon. lib. 1. Malvaſ. Marm. Felſ. fol. 193. Anaſt. Bibliot. in Vita S. Gregorii II. Dulcin. lib. 2. fol. 97., & 104. Baron. late T. 9. fol. 69., & ſeq. n. 37., & ſeq.*

727 dit. Poſtero anno Luitprandus Bononiam,
(63) Pentapolim, Auximumque occupavit;
& poſt Romanos, cum ſecundis aliquot
prœliis elati Bononiam acceſſiſſeot, per
Valcarim, Peredeum, & Rotharim egre-
gios belli duces fortiſſimo conatu rejecit;
731 verum paullo poſt pace cum Romanis (Pon-
tificis Zachariæ rogatu) compoſita, omnia,
749 quæ occupaverat, reddidit. Eadem ratione
poſt eum Rachis Rex, Pontificis rogatu, pa-
cem cum Romanis, & Ravennatibus in an-
nos triginta pactus, deinde violato fœdere
Ravannatis Exarchatus agros hoſtiliter po-
pulatns, cujus etiam cladis haud dubie
particeps Bononia fuit, exercitum Peruſiam
traduxit, ſed monente Zacharia ita pacatus
diſceſſit, ut repente ex hoſte Monachus fi
750 effectus. Rachim inde Aiſtulfus frater ex
cepit, qui cum Romanarum partinm agros
longe, lateqne populando vaſtaſſet, poſt
752 trieonium, pulſo Eutychio Exarcho, Raven-
nam cum toto Exarchatu, in quo etiam
Bononia continebatur, (64) Imperio ſuo ad-
753 junxit. Qua re elatus Romana aliquot op-
pida occupavit, atque intolerandum tribu-
tum pro ſingulis Romanorum capitibns an-
reos ſingulos flagitavit, ac Romanam inſu-
per Urbem obſidione premere inſtitit. Re-
pentina re perculſus novus Pontifex Stepha-
nus Seenndus, cum ab Imperatore omne
auxilium deſperaſſet, ad Pipinum Franco-
rom Regem in Franciam ſe contulit, atque
ab eo opem adverſus nefariam Longobardi
libidinem afflictis rebus Romæ, atque Ita-
754 liæ imploravit. Nun defuit juſtæ Pontificis
petitioni Pipinus, verum ornatiſſimo con-
755 tracto exercitu in Italiam poſtero anno tran-
ſcendit, ac, Pontifice in ſedem ſuam redu-
cto, Aiſtulſum oppida ſua Pontifici redde-
756 re compulit. Pipino inde in Franciam pro-
fecto, Aiſtulfus nulla re Pontifici reddita,

A iterum Romanam ditionem irrupit; verum
mox à Pipino in Italiam reverſo etiam
Exarchatu eſt ſpoliatus, eoque Pontifex eſt
donatus, quo pacto Bononia ad Eccleſiam
Rom. ſimul cum Exarchatu pervenit. Ai- 772
ſtulfi inde exemplum ſequutus Deſiderius ad
Regnum poſt illius mortem evectus, Pipi-
no mortuo, exercitum ad Ravennæ obſidio-
nem adduxit, ac multa de Ravennati di-
tione oppida occupavit. Quo terrore adſ-
ctus Pontifex Hadrianus, Legatos ad Ca-
rolum Pipini filium, qui poſtea Magnus ap-
pellatus eſt, petitum auxilium miſit. Caro-
lus firmiſſimo cis Alpes exercitu ducto, De-
ſiderium Papiam compulſum circumſedit, ac
B cum oppido in poteſtatem adduxit. Quo fa-
cto omnes è citeriore Italia Longobardi ſe
illius Imperio permiſerunt, (65) anno à
Chriſto nato ſeptingenteſimo ſeptuageſimo 774
quarto.

FRANCI.

CEterum Italiâ per arma receptâ, Carolus omnes ejus regiones, tanquam ſummus rerum omnium arbiter, pro judicio ſuo conſtituit; in primis autem Romam, & Exarchatum Pontifici Romano reſtituit, reliquam Longobardorum, quæ fuerat, ditionem, nempe Regnum ipſum Italiæ ſibi, id eſt, Francorum Regi adjudica-
C vit. Quin etiam regionem, quam Longobardi Reges in Æmilia, Liguria, Venetiaque tenuerant, Longobardiæ; Flaminiâ, quam Exarchi rexerant, Romaniolæ nomine voluit appellari, ſcilicet, quod illa pro Longobardis, hæc fere pro Romanis inconcuſſa fide ſtetiſſet. Atque ab hoc quidem tempore Bononienſes prima ad divitias parandas, & Urbem populo frequentandam (66) fundamenta jecerunt. Nam, poſteaquam reſtituta,

(63) Igitur de Exarchorum manibus bellicoſus hic Rex Bononiam Urbem, Caſtraque Montebellum, & Perſicetum, ſuâ nedum motus ampliandi regni cupiditate, quam ut Bononienſium quoque officiis reſponderet, qui ut abs impii Leonis Iſaurici heretici Iconomachi infando jugo aliquando ſe abdicarent, nullum immotum, ſuperis ipſis adjuvantibus reliquere lapidem, proſpero ſucceſſu ſubripuit, in qua pacatis rebus cum Ilprando nepote antea in Regni conſortem aſſumpto, ſub ingenti animorum concordia, & Populi hujus gratulatione regnavit.

(64) Intellige lato, & panſis, ut ajunt, ulnis accepto vocabulo, id eſt pro eo toto, quod per id tempus Exarchi legibus moderabatus; namque eſt profectò cæteroquin nullus, qui rectè ſuſtinere poſſit, ad definiendum Exarchatum ſtrictè, & in vero, & naturali ſenſu ſuo acceptum, Bononiam requiſitam unquam fuiſſe, quamquam concedimus ultrò, Exarcho pro temporum viciſſitudine, plane ac Roma ipſa ſub Longino, ut prævidimus, ex eodem *Sigon. ſupra ad annum 552. & ſeq.* Ravennatis Exarchii mancipiis æquata fuit, Bononiam aliquandò patuiſſe.

(65) Ac ita demum poſt 400. annos ſervitutis Italia per Francos ſuæ libertati in gratiam R. Pontificis vindicata, & exuere ſqualloxem, & aliquandò demum reſpirare viſa eſt, pacatoque hoc noſtro Orbe tum Religio Catholica aurea tranquillitate iterum potiri cœpit, cum in Urbe Bononia potiſſimum reſtituto Karoli magni officio, & clementia dixiſſes præ conflictatione Profeſſorum (quorum tamen ſi excipias plus, & minus, continuata ſeries a Lacæi inau-

D guratione Theodoſiana habetur) interrupto Gymnaſio, literæ, ſcientiæ, ac artes ipſæ omnes etiam mechanicæ reflorere ubertimè viſæ ſunt. *Droſab. de Nobilibus Vind. literas §. Exaltis Tyrannus. Dulcin. de var. Bonon. ſtatu lib. 2. fol. 107., & ſeq. §. Quin etiam; cum ſeq.*

(66) Adde „ ſuumque ad inſtaurandum Gymnaſium animos intenderunt, & ejus ferveſcente bellorum æſtu, barbarorumque tempore, ecu intermiſſi nova veluti fundamenta jecerunt „ reſpondet ita, namque hæc lectio inconcuſſis monumentis, nempè vetuſtiſſimis Numiſmatibus inſtaurationem, reſtitutionemque Archigymnaſii upertiſſimè hoc tempore ſequutam evincentibus, quibus luce meridianà clarius id probatur, aſſertoque noſtro fides tanta adſtruitur, quanta detrahitus, ſecus divinantibus, jactantibuſque per Karolum cognomento magnum fuiſſe primùm inaugusatam Bononienſem Academiam, qualis eſt modestus, & alienigena, ideòque rerum noſtrarum
E nullatenus certioratus *Zorzi diſſert. epiſtolar. 2. fol. 185.* qui ut rem probet, cæteroquin ab inſtituto ſuo diſſonam, illique per vim & ſine occaſione inſertam, *Gregorii Leti ſtor. Genevrin. vol. 1. lib. 5. pag. 307.* ſolius authoritati innititus, cui quantum deferendum ſit, illi dixerint, qui venalis hominis ſententiam librant. De ſtatuto autem Archigymnaſio, præter allegatos à me in *Apolog. Theodoſ. Diplom.* videantur *Droſab. de Nob. ubi mox ſupra § Sed jam Karoli. dulcin. d. fol. 107., & ſeq.*, ac facit ipſe *Sigon.* his verbis, *paullo infra* „ propè ad „ internecionem magna ex parte delapſa &c. niſideque *Ghirardacc. lib. 1. ad finem*, *ibique Egnat. fol. 36.*, cujus aurea verba ad quorum

tuta, atque aucta per D. Petronium Urbs fuerat, nullum tempus vacuum ab hoſtilibus incurſionibus, belliciſque detrimentis habuerant, Radagaſo primum, deinde Alarico, tum Odoacro, & Theodorico, poſtremo Totila Romam per hanc regionem infeſto curſu tendentibus, atque omnia Romanorum ſibi reſiſtentia oppida igne, ferroque vaſtantibus; demum autem Exarchorum temporibus ab impreſſionibus Longobardicis numquam quieti prope ad internecionem erant redacti. At vero exactis Longobardis, ac pace poſt annum CCCC. univerſæ Italiæ parta, rei familiari conſtituendæ, quæ duriſſimis ante temporibus erat magna ea parte dilapſa, diligentius vacare
780 cœperunt. Anno 780. Carolus Magnus anno Regni ſui in Italia ſeptimo Petrum Bononienſem Epiſcopum cum Geminiano Mutinenſi & Apullinari Regienſi Epiſcopis, & Anſelmo primo Abbate Nonantulano judicare juſſit de quibuſdam Oratoriis Eccleſiæ Regienſis. Extat adhuc apud Regienſes diploma. Quin etiam idem Carolus privilegio omnia bona & jura Epiſcopi Bononienſis, quæ privilegiis Agapiti, Pelagii & Gregorii continebantur, confirmavit. (67) Po-
781 ſtero cùm hæ ditiones duæ, una Pontifici, altera Regi eſſent ſubjectæ, factum eſt, ut duas, eaſque inter ſe diverſas adminiſtrationes ſint nactæ. Nam Exarchatus Civitates, ut ſcribit Anaſtaſius, Pontif. Archiepiſcopo, & Tribunis Ravennatibus gubernandas attribuit, Regni vero Italici limites, atque oppida Comitibus, Judicibuſque eorum Carolus Rex commiſit. Limites porro Francico vocabulo marchas, eorumque Rectores marcharum Comites, ſive Marchiones dixit. Quin etiam extra ordinem Legatos quoſdam in provincias majores, quàm Comites, cum poteſtate miſit, quos Miſſos vocavit; Civitates autem omnes nova tributorum genera ſoderum, paratam, & manſionaticum venientibus præſertim in Italiam coronæ gratia Regibus pendere inſtituit. Quibus rebus ita conſtitutis, unuſquiſque per ſe ſatis intelligere poteſt, qui Civitatis Bononiæ ſtatus, quæque ejuſdem adminiſtratio Reipublicæ, pulſis Longobardis, per Carolum Magnum inducta ſit. Ineunte inde anno à Chriſto nato octingente- 801
ſimo primo, Carolus à Leone III. Pont, ad cujus defenſionem adverſus pravam Romanorum libidinem advocatus accurrerat, virtutis ergo, ac benevolentiæ, quam erga Rempublicam Chriſtianam haberet, Occidentis Imperator appellatus eſt, vetere poſt trecenteſimum viceſimum quintum annum titulo renovato. Et poſt annos 12. Bernar- 813
dus Pipino patre mortuo Regnum Italiæ, Carolo ipſo deferente, ſuſcepit, ac Caroli inſtituto ab Archiepiſcopo Mediolanenſi Modoetiæ coronatus eſt. Poſtero anno Ludo- 814
vicus cognomento Pius Carolo patri Regi Francorum, eidemque Imperatori vita functo ſucceſſit. Qui haudquaquam à ſpectata patris, avique pietate degenerans, conceſſionem Romanæ ditionis, in quo etiam Bononiam nominat, Exarchatuſque Pontifici factam confirmavit; vir cum meliore in omnibus rebus fortuna, tum obſequentiore certe ſuorum ſobole dignus. Etenim & Bernardus fratris filius, Italiæ Rex, conjurationis in ipſum comparatæ convictus, & Lotharius filius, quem, Bernardo abdicato, Regem Italiæ fecerat, ac Pontificem colere, ejuſque dignitati ſervire mandarat, ipſius voluntati vehementer eſt reluctatus.
Nam accepto anno octingenteſimo octavo 818
decimo Modoëtiæ Regali de more diademate, cum ætatem in Italia ageret, eamque ipſe præſentem præſens adminiſtraret, non Pontificiam ditionem ſolum infeſtam habuit, ſed etiam Legatos Epiſcopos à Pontifice ad patrem injurias conqueſtum miſſos Bononiæ à progreſſu coërcuit, ut Annonius (ſive Aimoinus) antiquus ſane rerum Francicarum Scriptor prodidit.

Anno

rumdam moralem, melioremque inſtitutionem eſt omninò neceſſarium, quod hic referamus. ,, Sed hæc etſi ſunt adeò clara, ,, ut palpabilia, & propè evidentia appellari ,, poſſint argumenta, homines adhuc reperiuntur voluntatis duræ adeò, & contumacis, qui nullatenus verentur in dubium ,, revocare, & nullâ, licèt exquiſitiſſimâ, ,, contenti cenſura, ad ſolum crediderim ,, ambitum, glorjolamque dubitandi de rebus cunctis, fortè vel etiam negare; verum hoc etiam tunc tollerandum, ſi labor ,, eſſet, & opus externorum, quippè hos quòd ,, obcæcet invidia non irrationabilis eſt præſumptio, ac eos potiſſimum, qui ad nos ,, convolant, vel ut vivant non tuti in Patria, vel fame preſſi, ut jentaculo noſtro ,, ſaturentur; quanto etenim jure valet adverſus primos hoc ratiocinium, qui in corde ſuo inſipientes veriti propter impietatem ore vomere, dixerunt, non eſt Deus, ,, jam longè inſipientius de ſe ipſis fatui contendere poſſunt, utrum ſint, & ita inſipientiſſime cætera negare, nam ſi per animi pravitatem moventur ad negandum ,, quem nollent judicem ſuſtinere Deum, a ,, fortiori compelluntur affectare, ſe de propria exiſtentiâ hæſitare, & demùm denique reliqua à fide, & credulitate ablegare; ,, pari item ſententia feriri, ea ſecundis ſinguli poſſunt Pſaltis regii querela: qui edebat panes meos, magnificavit ſuper me ,, ſupplantationem. At quod pejus eſt, pudet planè rem referre, ſunt etiam Cives, ,, nec deſunt plures, qui ſub veritatis ſectandæ affectatiſſimo ſtudio, linguas ſuas acuant ,, in res noſtras, ipſique illas primi, ne videantur cedere exteris, inſolentiſſimè pro ,, fabellis damnant, & in deriſionem vertunt; impii planè, nequiſſimique Cives; ,, in tanta tamen rerum calamitate, & patriæ pietatis pernicie, adhuc ſi quid ſupereſt, ob quod conſolari poſſimus, illud ,, dubio procul eſt, ac de eo ſummopere ,, gratulandum, quod ejuſmodi Patriæ proditores ſunt ea infima ea, viliſſimaque ,, plebecula hominum, quot apprime proditionis facinus convenit, ſcilicet ſunt omnis eruditionis expertes, ac cum intelligant ſe munitos opportunis notionibus non ,, eſſe, quæ neceſſariæ cæteroquin ſunt ad ,, convincendos de fallacia, vel falſo externos, vel criticos res noſtras ſubvertentes, ,, impugnanteſque, & ſimul una, quod honeſtius, & ſanctius eſſet, nolint obmureſcere, imò appetant, qui heri ſtudio negligunt, videri loquacitate eruditi, inauditam per petulantiam ultrò cum negantibus convenium, ipſique, ut ajebam, ſunt ,, primi, qui fœdo ſermone hiſtorias noſtras ,, in fabulas vertunt; utinam quod vellem, ,, deciperer, nec in pejus, ut video, malum ,, abiret, ſiquidem cum in dies obloleſcat ,, magis rerum noſtrarum alias pernéceſſarium ſtudium, quis non intelliget, rem, ,, quanto citius futuram, Civem nec repeniendum, quem de origine, & nomine ,, Patriæ noſtræ conſulamus?

(67) Idem refert *de Ep. Bonon. lib.* 1. *Ghirard.*, & poſt eum uno ore reliqui p. 1. *fol.* 36. *in fine lib.* 1.

840 Anno inde octingenteſimo quadrageſimo, A
mortuo Ludovico, Carolus, & Ludovicus
minores natu filii Imperii titulum penes
fratrem Lotharium eſſe iniquo animo paſſi,
bellum fratri gravius intulerunt, ac maxi-
ma utrinque ſtrage edita, Francorum &
Regnum, & Imperium prope ad ultimum
841 exitium adduxerunt. Poſt quadriennium
843 pax ita convenit, ut Lotharius cum Impe-
rii titulo Romam, Italiæ Regnum, Pro-
vinciam, & Auſtraſiam obtineret; Carolus
& Ludovicus reliquis Francorum Provin-
844 ciis imperaret. Eodem anno 844. Lotharius
Ludovicum filium in Italiam cum exercitu
miſit, ut Rex Italiæ & Imperator à Sergio
Pontifice appellaretur. Is, cum haud ea B
modeſtiæ diſciplina agmen longe, lateque
fuſum duceret, qua per pacatos amicarum
Civitatum agros ducere oportebat, Bono-
niam progreſſus, à Bononienſibus attenua-
tas Imperatoris opes in Pontificis gratiam
deſpicientibus, Urbis mœnibus eſt excluſus.
Itaque furore accenſus, exercitum Urbi ad-
movit, atque imparatam ad tanti belli mo-
lem ſuſtinendam Civitatem adortus, ad de-
ditionem facile compulit, ac victoriæ mo-
numento muris nudavit. Sic enim in Ana-
ſtaſii Volaterrani, priſciſque non ignobi-
lium Chronicorum monumentis ſcriptum
invenio, quæ ego ſequi malim, quàm Bo-
nonienſes Scriptores, (68) qui Ludovicum C
à Bononienſibus prœlio ſuperatum, ipſos
poſtmodum à Lothario patre deletos, novis
in Italiam propterea miſſis copiarum appa-
ratibus tradunt. Nam Ludovicum ipſum
conſtat integro exercitu Romam perveniſſe,
ac Pontificem extra Urbem cum Populo
Romano ipſius potentiam metuente obvium
855 habuiſſe. Ludovicus inde anno DCCCLV.
poſt patris obitum Regnum, Imperiumque
inivit. Eo regnante Nicolaus Pontifex anno
861 DCCCLXI. conventum Italicorum Epiſco-
porum Romæ frequentiſſimum habuit, in
quo nimiam Joannis Ravennatis Archiepi-
ſcopi, uſurpato in Epiſcopos Æmiliæ jure,
licentiam publico, quod adhuc extat, de- D
872 creto compeſcuit. Inde circa annum 872.
Joannes VIII. Pontif. cauſæ cujuſdam co-
gnitionem Joanni Epiſc. Bononienſi commi-
ſit, ut ex regiſtro ipſius Pontificis ex Vati-
cana Bibliotheca elicitur. Ludovico anno
875 875. vita functo, Carolus Calvus patruus
ejus Rex Franciæ poſt initum Italiæ Re-
877 gnum à Joanne VIII. Pontifice ſequenti Ro-
mæ Imperator eſt conſecratus, & Papiam
reverſus, Berengarium, ac Vidonem genere
Longobardos Forijulii, & Spoleti Duces
creavit. Carolum inde poſtero anno Carlo- 880
manus Italiæ Rex, triennio interjecto Car-
lomanum Carolus Craſſus Rex, & Impera-
tor excepit.

ITALICI.

CArolo inde poſt ſeptem annos extincto 887
Regnum ad Italicos eſt translatum.
Berengarius Dux Forojulienſis illud invaſit.
Adverſus quem Vido Dux Spoletanus acer
illius potentiæ æmulus inſurrexit. Berenga-
rius, cum viribus par non eſſet, Arnulfum
Germaniæ Regem in ſui auxilium advoca-
vit. Atque ita dum jus ſuum tueri uterque
armis conatur, novis, iiſque graviſſimis tu-
multibus Italiam impleverunt, quibus plu-
rimum honeſti Civitatum ad dignitatem
progreſſus retardati ſunt, quæ propter la-
bentes jampridem Francorum opes in ſpem
recipiendæ libertatis ingreſſæ erant. Re-
gnum autem adverſus Berengarium primum
obtinuit Vido, deinde varia fortuna anno
DCCCXCIV. Lambertus Vidonis filius, qui 894
anno 898 eſt mortuus. Eo anno extremo
Berengarius cum ſolus regnaret, Bononien-
ſium ſiquidem extat Mutinæ diploma a
Berengario Rege Eccleſiæ Mutinenſi datum
Bononiæ anno 898 VII. Id. Decembr. anno 898
DCCCC. Ludovicus Rex Provinciæ ab ipſis 900
Italicis accerſitus; magna felicitate Beren-
garium Italia expulit. Verum anno DCCCCII. 902
ab eodem Berengario in Italiam de impro-
viſo reverſo Veronæ comprehenſus, & ex-
cæcatus fœdum in primis, ac miſerum exi-
tum habuit. Anno 903. Leo V. Pontifica- 903
tum per dies quadraginta geſſit, ac privile-
gium Clero Bononienſi dedit, ut ab omni-
bus tributis & vectigalibus quoquo modo
pendendis eſſet immunis. (69) Poſtero an- 904
no Sergius III. Pontificatum iniit. Eo ſe-
dente Joannes Ravennatis Eccleſiæ Diaco-
nus Bononienſis Epiſcopo mortuo eſt ſuffe-
ctus. Inde anno 910. Archiepiſcopo Raven- 910
nati vita functo, ei Eccleſiæ eſt præpoſitus,
& poſt quadriennium Pontifex Romanus, 914
in locum Landonis eſt creatus, & Joannes
X. vocatus. A quo Berengarius recepto
Regno, etiam Imperator eſt coronatus, an-
no poſt Chriſtum natum 914. (70) Offenſi
inde immodica Berengarii Regis ſuperbia
Ita-

(68) Levis hoc argumentum pro enervandis vetu-
ribus noſtris Hiſtoricis, qui tanquam pro-
ximiores facto, illius quoque, de quo agunt,
certiorati magis ſemper præſumentur, quam
noviſſimè in contrarium ſcribens, ſuæque
opinioni dumtaxat innixus. Vide de hac re
Egnat. in Not. ad Ghirardacc. lib. 2. fol. 4
M. Eliſ. Macchiavelli Soror. in ſua Hiſterio-
graph. §. Plurimum.

(69) Cauſam profert de *Epiſc. Bon. lib. 1. Ghirar-*
dacc. lib. 2. fol. 42.

(70) Aliter *Ghirardacc. lib. 2. fol. 43.* referens Be-
rengarii II. Coronationem ad A. C. 919. per
Joannem X. Rom. Pontificem jam Ep. Bo-
non. deſignatum, & inde Archiep. Raven-
nat. conſecratum, Theodorâ Scorto nobili,
ac impudentiſſimo rem agente per *Luitpr.*
lib. 2. cap. 13. apud Baron. ad A. S. 912. T.
10. fol. 576. n. 7. & ſeqq. qui eamdem Co-
ronationem dicit ſequutam A. C. 915. ut
ibi *dict. T. tu fol. 582. n. 3.* allegato ad rem
ſibi vario, & inconſtanti *Sigon. de Regn. Ital.*
lib. 6. hoc anno 915., ubi ſubdit, rem con- E
tigiſſe Menſe Septembri, quemadmodum
ejus plura Diplomata teſtantur. Interea
verò de hoc nobis lætandum, cumulandique
pro ſua erga nos peculiari tuitione uni-
verſi Superi multâ gratiâ, pollutam mini-
mè Cathedram noſtram hujus Joannis in-
vaſione fuiſſe, quem plerique cum nec pro
legitimo Papa habeant, rentur, neque pro
vero Auguſto eumdem Berengarium cen-
ſendum. *Egnat. ad Ghirardacc. d. fol. 43.*
Accedendum his tamen non videtur, quia
pro vero, legitimoque Papa Joannes à Cle-
ro poſtmodum eſt habitus, & per conſe-
quens à Catholico Orbe pro tali eſt reco-
gnitus, quod multæ ex diverſis Mundi
partibus ad eum miſſæ legationes, & Pal-
lium petitum, ac traditum, tam Unni
Sanctiſſimo in Saxonia Archipræſuli, quàm
Sculpho nuper creato Rhemenſi Archiepi-
ſcopo, teſtantur per *Adam antiqu. Chrono-*
graph. lib. 1. cap. 47. Accedit *Luitpr. ſcri-*
bens lib. 2. cap. 14. ipſo ſuadente Joanne,
qui agebat Pontificem, miſſam ingentem
Ca-

921 Italici, Regnum ad Rodulſum Ducem Bur-
guadiæ detulerunt, atque ejus ductu Be-
rengarium ſuperarunt, ac vita denique ſpo-
liarunt. (71) Verum haud multo poſt gra-
vem item Rodulphi dominatioaem pertæſi,
Regnum ei abrogarunt, atque Hugonem
926 Comitem Arelatenſem ex Francia aſcitum
932 ſuffecerunt. Is Lotharium filium in Regni
ſocietatem aſcivit. Utroque regnante Ai-
mericus, & Franca Marchiones (72) mul-
ta Bononienſi Eccleſiæ prædia pietatis ergo
946 donaruat, anno DCCCCXLVI. Poſt bien-
948 nium Hugone mortuo Lotharius ſolus Re-
954 gnum obtinuit. Ceterum poſt ſex annos
Lothario vita ſuacto Bereagarius alter, qui
favore Italicorum innixus Hugoais quoque
& Lotharii Regno fuerat infeſtiſſimus, rem
ſuſcepit, atque Italiam cum Adelberto filio
omni per decenaium edito avaritiæ, ſuper-
biæ, ac crudelitatis exemplo adminiſtravit.
Quibus malis Principes Italici conflictati
Othonem Saxoniæ Ducem, Germaniæque
Regem magnæ tum virtutis, ac ſummæ
potentiæ virum io Italiam advocaruot, (73)
atque ejus virtute intoleranda demum ipſo-
rum tyrannide magna ex parte levati, eun-
dem anno nongenteſimo ſexageſimo primo 961
Regem Italiæ per Archiepiſcopum Medio-
lanenſem inſtiruerunt. Deinde poſtero per 962
Joaanem XII. Pontificem appellaruat Impe-
ratorem, ac per eum Berengarium deinde,
& Adelbertum prorſus Italia ejeceruat. Otho
victoriâ partâ, ſuperiorum Regum exem-
plo cum bona Epiſcopis confirmaret, etiam
Bononienſi indulſit. (74)

Catholicorum Principum, & Christianorum militum adverſus Saracenos expeditionem fuiſſe, qua proſperè ſuſceptum, feliciſſimè etiam confectum eſt bellum cum ingenti clade eorumdem Barbarorum, adverſus quos innixi Vexillo Papæ, ipſi Cœlorum Sancti ferociter præliabantur, nanque viſi ſunt a piis, religioſiſque fidelibus in eadem acie Sanctiſſimi Apoſtoli Petrus, & Paulus, quorum precibus Chriſtianos credimus vim, atque virtutem maruiſſe robuſtiorem ad fidei hoſtes fugandos, interimendoſque, atque ipſi ſplendidam hanc tantam victoriam obtinerent, pro qua poſtea idem Joannes ad referendam Deo, Deiparæ, & Beatis Apoſtolis condecentem gratiam, noo vulgarem inſtituit celebritatem, in qua inſuper, vel ut illam ſplendidiorem faceret, vel ut merita Berengarii compenſaret, cujus armis, & virtute recitatus de Saracenis triumphus tum maximè eſt reportatus, ſub grandi pompa illum in Imperatorem inunxit, tyrannique fœdo cognomine ſpoliavit. *Jord. Azzoth. de iurida Ital. facie ad A. C. 915. Mercurin. de Fato Provinc. & Urb. Ital. lib. 1. cap. 4.*

(71) Non ita *Ghirardacc. lib. 2. fo. 43.* quippe in Hungaria, aut Suevia illum deſtinatum ſeribit *Baron T. 10. fol. 595. n. 1.* tradit a ſuis occiſum Berengarium A. C. 924. vir erecti profectò animi, ac fortè tum etiam ſuperbus, & ultionis cupidus, ſed ingenio adhuc multo præditus, & italica virtute, qua ad gloriam natus, locandi in noſtratibus Imperii ſummopere viſus eſt, atque ideo præſertim avidus, ne exterorum amplius rapacitati expoſita Italia, à barbaris, ut antea, diriperetur. Sed qua invidia inteſtinam primùm ſibi ſemper deprædationem Itali paraverunt, eâdem loco habendæ promeritæ gratiæ, & Regno in Berengariorum familia jam florente internecionem, & coronato Cæſari vivendi finem procurarunt, accito ex Burgundia Rodulpho Duce, cui ultro Regni hujus dominationem conceſſerunt. Age fateamur ergo, authores malorum noſtrorum ipſos nobis fuiſſe, lacerandoſque nos hoſtibus noſtris obtuliſſe. *Tho. Beccar. de reb. geſt. Berengar. cap. 10. ad finem.* Sed, & illud Berengarii Auguſti gloriæ, nominique per Bononienſes tribuendum, quod in tanta ipſius firmandi apud nos Imperii inclinatione, & ſtudio, per munificentiſſima officia, ita, atque adeò eos proſequutus eſt, ne qui in mitiſſimo litterarum, bonarumque artium otio verſabantur, fragore armorum vel leviſſimo exturbarentur, imò oleæ ſimul, ac lauri nexis ramis Urbem una hac redimitus jucundiſſima Corona ingreſſus, ac enſe jam pugione, ceteriſque bellicis inſignis præ foribus depoſitis, inter Lycæi Patres conſidere, legemque de augendis eorum ſtipendiis promulgare delectatus eſt, quod inſignis virtutis, & magnanimi animi ſpectaculum cum de ſe Cæſar præberet, effuſus in Foro, ac per vias frequentiſſimus Populus, clatis in Cœlum una Civium vocibus, cum præ gaudio lachrymis maderent genæ, feſtivo clamore gratulationis ſuæ ampliſſimum argumentum protulit, quo impoſterum nunquam æquando exemplo, vivum triumphalem arcum Imperatori Berengario fabrefecit: extat de hoc Inſcriptio apud *Cl. Fulv. Capiboviam* antiquitatum non ſtudioſum modò, ſed apprimè etiam peritum, ſequentis ex *Diſſert. de Nobilib. Vind. litter. §. Sed & illud*, tenoris:

Mem: Æterna Opt., & Invictiſſ. Principum DD. Theodoxii II. Karoli Magni, & Berengarii Auguſti Piiſſ., & Sacratiſſ. Imperatorum, à quorum Primo Stud. univ. Bonon. inauguratum, ab altero Reſtitutum, & à noviſſ. Majeſtatis ſua præſentia Ornatum eſt, qui inſuper ſua lege mitiſſ. cum inter Pub. Profiſſ. Oliva, & Lauro coronatus conſideret, Depoſitiſque Belli, ac Militiæ inſignis, ſtipendia Eiſdem tunc, ac per triennium augeri voluit. Magnif. Pop. Bonon. grati animi Monum. Hoc P. Quo feriam eſſe Scholaſt. per ſing. ann. diem XXII. Apr authorit. R. Bonon. Archid. evulgand. Perp., & inviol. Conſt indicit, & obſervari mandavit.

(72) Idem tradit *de Ep. Bonon. lib. 2.*, & *Ghirardacc lib. 2 fol 44. in princ.* Donationem putant aliqui factam de terris ad Saxum Gloſſinæ, quæ adhuc Caſtri Epiſcopi nomen retinent, & quondam celebres inferæ Proſerpinæ Ædibus ſeruntur. *M. Eliſ. Macchiavell. Hiſtoriograph. § Caſtrum Epiſcopi.*

(73) Adde: Rogatu præſertim B. Pontificis, ut per eumdem *Sigon de Ep. Bonon. lib. 2*, & *per Ghirardacc. lib. 2. fol. 44* Num verò Agapetus, an potiùs Joannes XII. id fecerit, non ſibi conſentiunt iidem Hiſtorici; gemini in hoc conveniunt tamen, A. 962. per eumdem Joannem XII. Otthonem Cæſarem hoc nomine primum fuiſſe Imperatorem coronatum, conſtitutumque, univerſa acclamante, & gratulante Italia, quæ ex tunc eumdem Auguſtum pro legitimo Imperatore verè, & ſanctè ſcilicet ab Apoſtolica Sede inaugurato, poſt Karoli Magni ſucceſſores agnovit, habuitque per laudatum *Ghirardacc. fol. 45. Gentilin. de var. Ital fortunâ fol. 43.*

(74) Ideſt in vim pacti inter ipſum, & Italiæ principes Urbes, earumque Præſules conventionis confirmavit, ſeque ſe non violaturum ſolemni ſacramento ſpopondit juxta veterem nanciſcendorum abs clientulis officiorum formulam, quam inter ſua ſcripta conjecit *Storist. de multip. Bonon. tyrann. Sect. 12.*, quæ eſt ejuſmodi. „ Ego Otho
„ Italiæ Rex, ac Romanorum, Dei, Beat.
„ Petri, & Pauli Apoſtolorum gratiâ, San-
„ ctæque Romanæ Apoſtolicæ Sedis, & pro
„ ea SS. Patria, & D. N. D. Joannis Papæ
„ Authoritate Imperator, ſpondeo, promit-
„ to, & per hæc Sancta Dei Evangelia juro
„ rata, & firma me ſemper, & nulla ſub
„ tergiverſatione habiturum, ficrique fa-
„ cturum per meos, & a me cauſam haben-
„ tes Jura, Actiones, Privilegia, Conceſſio-
„ nes, & exemptiones quomodocumque
„ competendum, ſpectandum, & pertinen-
„ dum, & quandocumque quæſit. vel con-
„ ceſſ. ſingulis Venerab. Epiſcopis, Abbati-
„ bus,

A bus, Monaſteriis, Hoſpitalibus, cæteriſque Locis Piis univ. Italiæ, & ita pro iis Vobis de ipſorum parte, & eum legit. Carta Mandati, Procuræ &c. ad nos miſſis, & ex Conventionibus jam firmat., Coram nobis compar ſ, & conſtitur. ſuis Legatis, Ambaxiatoribus, aut Repræſentantibus ſpectandum, & competendum, neque illorum, ſive Principalium antedict. veſtrorum Bona, Prædia, Cenſus, Decimas, Caſtra, Nemora, Sylvas, Prata, Paludes, Greges, Caxinias, Domos, & quæ poſſident hujuſmodi Poſſeſſiones, tenutas &c. invaſurum, uſurpaturum, direpturum, neque ex tit. repræſaliatum occupaturum, devaſtaturum, nec detenturum, aut pro B fodero, paratu, & manſionatico, ſtatione, vel commiſſione afflicturum, vel affligi facturum, vel permiſſurum; item nec tributis quibuſpiam, vel aliis vectigalibus quoquo nomine appellandum, oneribus, angariis, perangariis, & impoſitionibus, ſive ordinariis, ſive extraordinariis quopiam tempore, occaſione, loco, cauſa, titulo &c. aggravaturum, vel aggravari facturum, & permiſſurum; Itemque neque ſuos, veſtrumque Principalium Colonos, Inquilinos, Caſtaldos, Servos, Ancillas, & alias Perſonas quomodolibet cauſſam, & titulum ab eis, cum eis, vel per eos, ideſt prædictos Principales veſtros habendum coram me, vel alios per me nulla unquam ratione, titulo, cauſa, tempore, colore C &c. requiſiturum, inquiſiturum, capturum, in jus vocaturum &c. ſed omnibus omnia tamquam non eſſent de hoc, vel in hoc Mundo, & ſuo inſuper jure, præter inſimul firmat. Conventiones, ab omni, & quavis noſtra clientela, juriſdict. offic. &c. aliena, immunia, & prorſus exempta, unique ſoli obſequio Dei Omnip. addicta, devincta, & mancipata ſervaturom, & ſervari punctualiter, & adamuſſim facturum, atque ideo ita, & non aliter in omnibus, & per omnia jus, & juſtitiam ſanctè, rite, & fideliter adminiſtraturum ad normam, & formam ſacratæ Conventionis, & Concordiæ per univ. Italiæ Venerab. Principales veſtros, voſque curam nobis exiſten. Legat. Ambaxiatores, vel alitèr quomodocumque Repræſentantes ſuos, & nos ante aſſumptionem Coronæ hujus Regni Italiæ ſolemniter pactæ, firmatæ, & ſacramento juriſjurandi noſtri roboratæ, quam ſpondeo, promitto, & juro inviolabiliter obſervaturum, & obſervari per omnes &c. fidelitèr facturum, imò nec quidpiam directè, vel indirectè contra facturum, vel fieri permiſſurum ſub pœna Div. indignationis, anathematis, & perjurii, à quibus incurrendis me ſemper Deus præſervet, & quod Ven. Principales ſinguli veſtri poſſint me tamquam reum violatæ divinæ, humanæque fidei a Communione fidelium, & ſua Eccleſia repellere, ac oſſa mea Eccleſiaſticâ ſepulturâ privare, pro ut ipſis magis videbitur ad ſui, ſuæ Eccleſiæ, Monaſterii &c. ſuorum bonorum, jurium, ac perſonarum ab ipſis, ut ſupra, cauſſam haben., plenam, pleniſſimamque indemnitatem, quos, & quas etiam ſingulares perſonas promitto iterum, ſpondeo, polliceor, & juro ſalvos, & ſalvas per quantum ad me ſpectabit fore, prout quoque faciam eos, & eas ab omni calumnia, oppreſſione, vexatione, damno &c. liberos, & liberas eſſe, quibus imò pro poſſe meo promitto illos, & illas fore me defenſaturum, tuiturum, erepturum, atque liberaturum uſque ad perfectam ſuam reintegrationem: quæ omnia, & ſingula, ut faciam, ſitque mihi Deus clemens, & propitius ad fideliter, atque proſperè ea implenda, cœleſtem ſuam opem mihi demiſſe nunc auguror, & vos, veſtroſque Ven. Principales oro, obſecro, & per intactam Dei Matrem Mariam Virginem Cœlorum, Terræque Reginam, & Dominam Sanctiſſimam, ac Beatiſſimos Apoſtolos Petrum, & Paulum, cunctoſque Eccleſiarum, & Monaſteriorum, Hoſpitalium, & reliqu. Locorum Piorum Sanctos Patronos univ. Italiæ, adjuro, quatenus me, Regnum hoc noſtrum, & Sacrum Rom. Imperium inceſſantèr apud altiſſimam, æternam, individuamque Dei Patris, Filii, & Spiritus Sancti Trinitatem commendatum ſimul habeant, & Vos pari devotione inceſſantèr ſecum, atque nobiſcum habeatis.

Explicit Liber Primus.

INCI-

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

OTHO MAGNUS IMP.

REdactâ poſt tyrannos exactos ſub jus ditionemque ſuam Italiâ Otho Imperator animum ad ejus ſtatum Caroli Magni inſtituto ordinandum intendit. Itaque, cum intelligeret, Italos aut inſita ingeniorum ferocia, aut perpetua Tranſalpinorum Imperatorum abſentia in fide, obſequioque contineri non poſſe, ita ut obſequium à Carolo Magno inſtitutum integrè, perfectèque præſtarent, haud ultra retendit, ſed eorum pleroſque magnos ex parte liberos, tributarios vero omnes reliquit. (1) Ac libertatem quidem in eo ferme ſtatuit, ut Magiſtratus, leges, juriſdictionem, conſuetudines, vectigalia, ſui juris, atque arbitrii haberent: ſervitutem in eo, ut fideles regibus eſſent, neve contra ipſos arma ferrent, neque inter ſe bello contenderent, ſed ad ſe deferrent, atque ut antiqua tributa, foderum, paratam, & manſionaticum penderent. Erat autem foderum pecunia, quæ, Caroli inſtituto, nomine annonæ venienti in Italiam coronæ cauſſa Regi perſolvebatur; parata, quæ in pontes, & vias reficiendas, manſionaticum, quæ in ſtativa ejuſdem impendebatur. Regibus verò controverſiarum cognitionem reſervavit, quæ fortè inter populos extitiſſent, ac de iis aut Legatos Regum, aut Reges ipſos judicare inſtituit, tum cum in Italiam veniſſent, atque Francorum inſtituto ad Roncalias, qui campus non longè à Placentia ad Padum erat, conventum habuiſſent, quò omnium Civitatum Magiſtratus ſolemnis ſacramenti præſtandi cauſsâ voluit convenire. Ex quo intelligi poteſt, hanc libertatem non inte-

A gram neque ſinceram, ſed multis ſervitutis legibus ac vinculis obſtrictam fuiſſe, quæ in ſacramento, quod jurabant Civitates, continebantur. Quin etiam privatos homines præcipuis beneficiis inſtituit afficere, ac ſpecioſis dignitatum titulis inſignire: ſiquidem alios Feudatarios, alios Equites eſſe juſſit, ac novum in Italiam nobilitatis genus induxit, quod totum ab Imperatoris benignitate penderet, ex Feudatariis alii Duces, alii Marchiones, quidam Comites, nonnulli Capitanei, alii Valvaſores, majores minoreſve appellati. Demum multis ſalutaribus editis legibus, communi Regni B otio, quoad potuit, tranquillitatique conſuluit. Itaque triplici poſt hæc tempora jure privati, Principeſque ſunt uſi, Romano, Longobardo, & Saliquo. (2) Longobardum Longobardi per eos annos ſciverunt, quibus Italiam tenuerunt; Saliquum Franci jam inde à Ferramundo Rege vetuſtiſſimo inſtituerant, ac deinde in Italiam importarant; atque ita alii Romana, alii Longobarda, alii Saliqua lege vivere ſunt profeſſi, idque publicis in contractibus ineundis palam teſtari fuere ſoliti. Quibus ex rebus intelligi poteſt, poſt victoriam, imperiumque Othonis, ipſam totam prope eſſe C renovatam Italiam. Hanc ergo libertatem, hæc jura, haſque conſuetudines, una cum pleriſque Longobardiæ Civitatibus, quantum ego intelligere poſſum, Civitas Bononienſis aſcivit, cumque pro comitibus regiis Conſules legere Otho Civitatibus permiſiſſet, dum à ſe inſtitutionem, quam inveſtituram vocarunt, acciperent, & ipſa Conſulatum inſtituit, ejuſque Magiſtratus auctoritate diu poſt Rempublicam gubernavit. (3) Verum prima hæc tempora cœcis uſque adeo lite-

---

(1) Haud jam ita, ut per hæc Sigonius, profectò ſed in vim pactarum conventionum inter Italos, & accitum Principem, cujus D virtutis terrore ideò magis, quam armis, & certiſſimè illorum unanimi in Berengarios conjuratione, & tyrannis demùm excuſſa, & vindicata tandem oppreſſæ Provinciæ libertas eſt; hac tum verò potiſſimè cauſâ Rex ſalutatus Otho Italiæ, imperioque potitus, Rom. Pont. authoritate, quas vel dedit leges quiſque Populus tamquam ſuas accepit, & ſervavit, univerſæque Urbes officio erga illum ſeſe continuerunt, ideſt uno verbo Rex ipſe, & Cæſar ideò principatum aliquando in ipſum delatum proſperè ſemper retinuit, ac pacatiſſimè in illo permanſit, quia inficiatus imitari, aut ſequi prava ſuperiorum Dinaſtarum exempla, per injuriam, & quoties luberet Deo, E & hominibus fidem frangentium, quæ pacta ſolemniter aliquando, & ſcilicet cum moderandæ Italiæ habenas aſſumſit, pollicitus nobis fuerat non violare, eadem ſemper, ſanctiſſimèque cuſtodivit, & ſervavit, neque illa paſſus eſt unquam cuipiam, aut violare, aut privato etiam homini non omninò rata, & firma habere. *Agnell. Neroec. diſquiſ. polit. 14. §. potitur Italia Otho.* Ceſſato in Momyllo, aliàs Auguſtulo, Rom. Imperio, & abs Orientalibus derelictâ Italiâ, quam ſuæ fortunæ Tiranni plures concredidere, miſerandum ita in modum, atque adeò per 4. integra ſecula laceranda per immanes, varios etiam, noſque omnes truculentiſſimos barbaros, nemine de ea cogitante, expoſita, propoſitaque eſt, ut ipſo teſte *Sigon. lib. 1.* prorſus neſciat, cum omnia interea injuriarum, & cladium exempla in Religionem, Pontifices Romanos, ſingulaſque Italas Civitates cadaveribus penè exequatas edita ſint, plus ne Græci Imperatores deteſtanda impietate, an barbari, qui in Italiam irrupere ſæviſſimè, efferata rerum omnium noſtrarum cupiditate, & libidine, Italicis detrimenti rebus attulerint. *Egnat. ad Ghirardacc. p. 1. lib 2. fol. 45 propè finem. Dulcin. de var. Bonon. ſtat. lib. 2. fol. 87.*

(2) Romano parum, Saliquo per Karolum Magnum invecto vel nihil, Longobardo tum autem jure publicis, privatiſque in rebus Bononienſes uſos eſſe, vetera regeſta luculenter probant, quamvis utrumque in ſcholis interpretaretur; *Egnat. ad Ghirardacc.*, qui rei hujus, tamquam ſuperfluæ, neque meminit, *lib 2. fol. 46.*

(3) In A. S. uſque 1200. per *Ghirardacc. d. l. fol. 46.*, ubi eum illo *fol. 37.* ad rem addit, præter Conſules ſummam rerum publicarum apud ſe habentes, ac belli, & pacis negotia pertractantes, adfuiſſe quoque Conſules Civiles, quorum opera jus, atque juſtitia in Cauſis forenſibus, ſive contentioſis, cuique reddebatur, & Conſules demum Mercatorum, & Artium Magiſtros, quos vulgò appellamus *Maſſarios*, qui in Cauſis ſuæ profeſſionis, præter cujuſpiam majoris Judicis commixtionem, de ſuis ſubſelliis ſanctè, & cum maximo Patriæ commodo jus dicebant, quemadmodum eâdem prorſus feliciſſima ſorte adhuc frueremur, ſi contentus quiſque ſua juriſdictione, nequaquam arbitraretur pro arbitrio ſibi licere quæſtus ſub prætextibus, ſui miniſte-

ſti

literarum tenebris ſunt obruta, ut neque per quos, neque quo potiſſimum anno hæc tanta ad dignitatem initia facta ſint, niſi levi ex iis, quæ proxime conſecuta ſunt, ſuſpicione concepta, appareat; cum qui emendate, ne dum qui diſtincte, & copioſe hiſtorias ſcriberent, vix hac ætate reperirentur, quique noſtris temporibus ſe ad hæc colligenda contulerunt, minime omnium hæc ſibi inveſtiganda putarint, verum domeſticis præteritis monumentis, omnia prorſus ad antiquam novius Romanæ Reipublicæ normam in ſcribendo direxerint. Cæterum, ſi conjecturæ locus dandus eſt, ex ſequentibus maximè actionibus, legibus, inſtitutis, & privilegiis Civitatis collectæ, ut in cæteris liberis Civitatibus, ſic in hac res omnis publica à principio optimatibus eſt commiſſa, eaque Commune Bononiæ appellata. Hujus Reipub. tria Conſilia inſtituta. unum, quod Conſilium Speciale dixerunt, alterum, quod Generale, tertium, quod Credentiæ, atque in his de ſumma rerum omnium, quæ ad ſtatum Civitatis pertinerent, egerunt, & ex eorum, qui in Conſilio adeſſent, ſententia ſtatuerunt. Legebantur porro certo in ea Conſilia numero, qui prudentia, virtute, ac divitiis præſtare ceteris putabantur, ex quo mihi optimatium fuiſſe Reſpublica videtur. Populus univerſus promiſcue nonniſi ad concionem vocabatur, quam illi arengum dicebant, in qua aut quæ à conſiliis decreta eſſent, referebantur, aut ſacramenta, & obligationes per apparitorem populi ſuſcipiebantur, aut cetera ejuſmodi agebantur, quæ ſine ſuffragiis eſſent publice transigenda. Atque hic Reipublicæ ſtatus multis poſt, ut res tulit, Magiſtratuum acceſſionibus auctus ultra milleſimum ducenteſimum ſalutis humanæ annum pertinuit. Quo tempore altera Reipublicæ ſpecies eſt adjuncta, quam illi Populum nuncuparunt, tumque primum univerſa Reſpublica Commune PopulusQue Bononiæ appellata. Verum, ut ad priorem Rempublicam redeam, Conſilia tria quotannis ex cuncto populo legebantur per certos homines, qui id muneris ſortis erant beneficio conſecuti. Summus Magiſtratus erant Conſules incerto in ſingulos annos numero, qui more Romano & Conſilia convocabant, & ad ea de Rep. referebant, & res capitales cognoſcebant, &, ſi opus fuiſſet, bella ex Conſilii decreto ſuſcepta gerebant. Hi, ne multitudine negotiorum obruerentur, ſuos quiſque judices habebant, quorum opera ſuperiora in Urbe munera exercebant. Præter quos fuere Conſules juſtitiæ, qui privatis litibus cognoſcendis vacarunt, ac Conſulibus ipſis Civitatis obtemperarunt: Conſules mercatorum, & magiſtri artium, qui mercatoribus, & artificibus de rebus ad mercaturam, arteſque ſingulas pertinentibus jus dicerent. Atque hæc quidem de libertate ſub Othone Magno inſtituta conjicimus. De qua libertate Otho Friſingenſis, antiquus ſane Scriptor in univerſum ita locutus eſt, cum de moribus Lombardorum diſſereret: „ In Civitatum ordinatione, ac Reipublicæ conſervatione antiquorum adhuc Romanorum imitantur ſolertiam. Libertatis vero adeo cupidi ſunt, ut Poteſtatis inſolentiam fugiendo, Conſulum potius, quam imperantium regantur arbitrio, cumque tres inter eos ordines, Capitaneorum, Valvaſſorum, & Plebis exiſtant, ad comprimendam ſuperbiam non de uno, ſed de ſingulis prædicti Conſules eligantur, &, ne dominandi libidine efferantur, ſingulis prope annis variantur. Quibus rebus cognitis nunc ad exponendam utcumque in tantis veterum monumentorum anguſtiis ipſam actionum ſeriem veniamus, ſicuti ab initio inſtituimus.

Anno 963. Otho Idibus Septembris, cum 963
Montem Feretrum, ubi Berengarius erat, obſideret, Vidoni Epiſcopo Mutinenſi, Archicancellario ſuo bona quæ Vidonis, & Conradi filiorum Berengarii, & Villæ uxoris, in agro Mutinenſi, & Bononienſi fuerunt, eſt largitus.

Anno 966 Otho Imperator, cum Italia 966
liberata egregie Pontificum etiam Leonis VIII., & Joannis XIII, quæ fœde à Romanis lacerabatur, dignitatem, auctoritatemque reſtituiſſet, demum Regno ipſo more ſuo luſtrando Ravennam venit, atque ibi in maximo Epiſcoporum conventu reliquum ſuſceptæ liberalitatis exſolvit; ſiquidem Joanni XIII. Pont., quem ſecum de induſtria duxerat, Ravennatium Urbem, aliaque complura ſuperioribus Pontificibus, ut Regino ſcribit, adempta reſtituit, in quo eodem conventu Clerus Bononienſis à Joanne ex vetere Leonis V. privilegio omni in perpetuum tributorum, ac vectigalium quocunque nomine pendendorum eſt onere liberatus. (4) Deinde feudalia impertiturus ingreſſus in Lombardia Marchionem Montisferrati, in Romaniola Comitem Mutilianæ, in Marchia Tarviſina Marchionem Ateſtinum generum ſibi, Alda filia collocata, aſcitum inſtituit, ac denique multos ex Co-

gil fimbrias dilatare; quibus quidem ne obſueremur præjudiciis, conſultiſſime abs tunc majores noſtri hos Magiſtratus conſtituerunt, quorum nulla frequentior in hiſtoria noſtra recurrit memoria: *Zacch. in damnat. mem. Battell n. 15., & ſeq.* Illud ex hac vero præſertim dolendam rerum inverſione, fortunâ, dignitateque ſua cunctas cecidiſſe artes, atque ita *Lanæ*, Sericique magnificas, frequentiſſimaſque ſodalitates, & utiliſſima huic Patriæ earum opificia penè deleta, & abolita eſſe, proſtrataſque pariter ita jacere reliquas ipſas univerſitates, quas alias cæterum ſibi obvias cum inſpexiſſet ſua ætate Bononiam diverteus S. Ambroſius Mediolanenſis Antiſtes, ſummopere conſideravit, & poſt literas, pro altero ſplendidiſſimo Bononienſis libertatis principe civili elemento prædicavit, imò, & ſine quibus eum vigere nullo modo hanc Patriam poſſe Karolus, & Otho Cæſares cognomento Magni rectiſſime judicarunt, illas proinde præcipuis officiis proſequuti ſunt, privilegiiſque, & exemptionibus maximis decorarunt. Vide *Montalban. Patrocin. polit. civil., & œconom. pro Colleg. Art. Bonon.* §. *Illud* & de contentionibus, quæ inde ſuboriuntur *Benacc. conſ. de manut-non. vet Patriæ Magiſtrat, & Ordin.* §. *Vererer profecto.*

(4) Juxta conventiones concordiæ cum Italiæ Urbibus principibus pactas, & ad normam ſolemnis ſacramenti per Othum præſtiti, de quo nos ſupra, & adhæret *Ghirardacc. lib. 2. fol. 46., idemque Sigon. de Ep. Bonon. lib. 2.*

Comitatu ſuo non mediocribus in Italia fortunis, atque honoribus cumulavit, (5) à quibus procedente tempore clariſſimæ ſinguli's ſunt in Urbibus familiæ propagatæ. A
971 Atque his rebus ad memoriam maxime, famamque inſignibus actis anno 973. in Germaniam profectus interiit. (6)

OTHONE II. IMPER.

EO mortuo extemplo filius ejus Otho alter accepit Imperium, ot qui jampridem vivente patre fuerat à Pontifice conſecratus. Albertus Epiſcopus Bononienſis in conventu ab Honeſto Archiepiſcopo Ravennate coacto anguſtias Eccleſiæ ſuæ conqueſtus, poſſeſſiones quaſdam, quas Parmenſem Epiſcopum injuſte prope Bononiam poſſidere dicebat, ſecunda Epiſcoporum omnium voluntate recuperavit. (7) Bononienſes interea ſtudio integrioris libertatis elati, majores in dies gerere ſpiritus, animoſque cœpere. Itaque privatas inſigni altitudine turres in Urbe ædificare nobiliſſimus ſibi quiſque privatæ potentiæ cauſſa inſtituit. B
975 Prima biennio poſt à Princivalle Rodaldo Cive primario prope aream D. Stephani abſoluta eſt. (8) Quod exemplum ſecutæ pleræque Lombardiæ, ac Tuſciæ Civitates, & ipſæ turribus ſe adverſus hoſtiles Civium ſuorum, ſi quando exiſterent, impetus confirmarunt. Otho graviſſimum de ſeditioſis Italiæ principibus ſupplicium Romæ ſumpſit. C

OTHONE III. IMPER.

ANno inde nongenteſimo octogeſimo tertio Othone Romæ defuncto, filius ejus 983
Otho III. Rex Germaniæ declaratur, ac demum anno nongenteſimo nonageſimo ſexto 996
poſt initum Italiæ Regnum à Gregorio Quinto Pontifice Romæ Imperator inungitur. Eodem tempore Bononiæ floruit literarum, ut ajunt, ſcientia Joannes Gambalonga, cujus hodieque eximium è lapide ſepulchrum extat ad ædem D. Joſephi extra Urbem cum indice anni, quo conditus eſſe ſignificatur, nongenteſimi nonageſimi noni. 999
(9) Circa annum milleſimum Clemens Epi 1000
ſcopus Eccleſiam Bononienſem obtinuit, ac Canonicos multis prædiis donavit. Poſtero 1001
anno Otho, cum turbatis Romæ rebus Regno, & Eccleſiæ in antiquum ſtatum redigendæ ſtuderet, à Romanis inſidiis petitur. Itaque Urbe profectus veneno in itinere hauſto expirat.

HENRICO CLAUDO IMPER.

QUa re accepta Henricus Dux Bavariæ à Germanis regnare jubetur. Interim in Lombardia tumultus ingens obortus, Ardoino Marchione Eporœdienſi à pleriſque Civitatibus ad Regnum Italiæ evecto, & Henrico Cæſare ad ejuſdem Coronam ab Arnulfo Archiepiſcopo, cujus id erat juris, accito. Neque Henricus ipſe valido tum Ardoini reſiſtere conatui potuit, ſed prœlio exercitus ejus victus ex Italia ceſſit. Anno milleſimo ſexto ſæva adeo pe 1006
ſtilentia Lombardiæ Civitates invaſit, (10)
ot

(5) Hinc ergo cœpere hæ gentes, neque per antea, quamquam genealogias earum qui contexunt, nobis eas effingant parem cum Diis habere, vel ſaltem ab iiſdem mutuam accepiſſe originem, à quibus procedente tempore, ut verius dixiſſet Sigonius, infenſiſſimi finitimis, & Italiæ tyrannuli prodierunt; Quod ſi tunc Otho eos milites ſuos feudi beneficio, ac tituli honore cumulavit, velim non putes egiſſe id ipſorum cauſa, ſed ut iis terrulis ſplendido cognomento nobilitatis, ſe a debito veterum ſtipendiorum exili compenſatione ſolveret, unaque eos clientelæ ſuæ magis adigeret, ac ut apud Italiam ſolo terrore quaſitam, fidos Miniſtros relinqueret, quorum operâ reliqui populi, dogmate à veteribus Romanis, de quo nos ſupra, hauſto, in officio continerentur. *Mercurin. de ſito Provinc., & Urb. Ital. lib. 3. cap. 13.* D

(6) De Bononia Urbe quantum Otho benè meruit, tantum etiam de Lyceo meruiſſe teſtatur vetuſtiſs. Kalendar. Archigymnaſii, nam ibi ad menſem Majum legitur:

Hoc menſe die, qua placuerit R. D. Archid. Eccl. Bonon. tanquam Maj. Stud. Cancellar. accedant Pub. Profeſſ. cum Bidellis A uno Leg. Interpret., & alt. A. Artium Lect. ad funerar. pro mem. inviliſſi. D. Otho Magni Imper. Rom. qui obiit A. S. 973. die 7. Maji, & fiant omnia de more, ac ut dictum eſt ſupra de Anniv. Fieri. Celſiſſ. D. D. Caſi. Aug. D. Theodoſii II. & glorioſiſs. D. Karoli Magni Imperatorum, quorum animæ requieſcant in pace. E

De funere equidem Otthonis cognomento Magni, & ejus laudibus agit planè *Baron. Annal. Eccleſ. T. 10. fol. 707., & ſeqq. n. 3. & ſeqq.*

(7) Faſius *de Ep. Bonon. lib. 2. & Ghirardacc. lib. 2. fol. 47*, quam verò ob cauſſam Parmenſis Epiſcopus etiam bona propè Bononiam poſſideret, non una eſt Scriptorum opinio, acceptior eſt tamen, ex divulſione per Beren-

garium III. violenter facta, ut de Bononienſis Eccleſiæ Antiſtite ulciſceretur, meritoque de ſe reſponderet Præſuli Permenſi, occaſione, qua ille contra eumdem Tyrannum ſummoperè declamavit apud Pontificem pro Otthone acciſcendo ad ejus ſævitiam contundendam, cujus Parmenſis aliàs patrocinium aſſumpſerat, opemque indulſeret. *M. Eliſ. Macchiavelli in Hiſtoriog. §. Monsbellius.*

(8) Idem refert *Ghirardacc. p. 1. lib. 2. fol. 48., & p. 2. fol. 429. ad A. S.* 1389. ubi de ejus præcipiti ruina, cujus etiam meminit *Maſin. Bol. perluſt. p. 1. fol. 458.*

(9) Irrefragabile prorſus exiſtentis ante Lotharium II. quod ſomnio, vel divinatione, certiuſve malignantis invidiæ faſcinatione acti nuperi quidem ariolantur, *Lycæi* Bononienſis teſtimonium, cujus aliis adductis, memini in *Apolog. Diplom. fol. 34. n. 66. fol. 42. n. 79., & fol. 75. ſub n. 144*, qua lucubratione ipſi velint nolint, evidentiſſimè probatur, ſtudium noſtrum univerſale fuiſſe a Theodoſio II. inauguratum. Sed ante Gambalungam floruit etiam Lucius de Albergato, Oddo, alias Oddus Mariſcottus &c. de quibus idem *Ghirardacc. d. fol.* 48. Cæterùm ea tempeſtate, quæ modò & à Sigonio hic *S. Joſeph extra Urbem* ædes appelletur per Fratres Servitas habitata, Monialium tunc erat ſub titulo *S. Mariæ Magdalenæ Vallis petræ*, quæ porrò intra mœnia relata ſub eodem titulo A. S. 1566. die 18. Maji in vim permutationis initæ cum iiſdem Fratribus, Conventum, & Eccleſiam ipſis conceſſerunt per *Maſin. p. 1. fol. 349., & 387. Falcon. de' Veſc. di Bologna lib. 4. fol. 350., & lib. 6. fo. 598. Vizan. lib. 11. fol. 66. Garbi Annal. Frat. Servorum T. 2. Cent. 4. lib. 3. cap. 6. fol. 205. § nec minus.*

(10) Hujus flagitioſiſſimæ peſtis meminit *Gaſtald. de peſte Cap. 2. fol. 14.*, noſtrique omnes *Ghirardacc. fol. 49., & Sigon. de Ep. Bonon.*

qui

ut ſepeliendi pigritia ægroti adhuc ſpirantes obruerentur cum mortuis. Verum ſacra Syneſii, & Theopontii Martyrum corpora in æde Nonantulana recondita, cum miraculorum novitate ſplenderent, Bononienſis, & Murinenſis populi precibus per utriuſque Urbes, agroſque à Monachis, & Rodulfo Abbate circumlata opportune ſa-
1013 lutem ægris corporibus attulerunt. Poſt ſeptennium Henricus in Lombardiam progreſſus, Ardoino Rege acie ſuperato, Regnum obtinuit, ac conventu ad Roncalias habito Civitates omnes adverſarias in gratiam recepit, ac leges aliquot Regno utiles tulit.
1024 Sequenti, cum Ravennæ ageret, Canonicis Bononienſis Eccleſiæ ſupplicantibus indulſit, ne Epiſcopo prædia Eccleſiæ alienare injuſſu Canonicorum liceret. Harum rerum vetera adhuc diplomata oſtenduntur. Inde Romam profectus Imperator à Bene-
1019 dicto VIII. Pontifice coronatur. Poſt quinquennium in ſummo Civitatis ocio res ſummæ pietatis eſt acta. Nam cum ædes Apoſtolorum Petri, & Pauli, in qua Martyrum Vitalis, & Agricolæ ſepulchra quondam fuerant à D. Ambroſio collocata, magna ex parte, ſeu vetuſtatis injuria, ſive hominum incuria corruiſſet, atque ipſa ſepulchra omnibus cœli tempeſtatibus objecta Monachorum animos vehementius haberent ſolicitos, Martinus Abbas huic malo ſibi occurrendum exiſtimavit. Itaque conſilio cum Frugerio Epiſcopo communicato, Martyrum oſſa V. Nonas Maji in Templi Confeſſionem, quam vocant, ſolemni adhibita Cleri, & Civium pompa traduxit, atque, ut is dies in faſtis Civitatis ſtatus in poſterum, ſolemniſque maneret, inſtituit. Bonoifacius Montisferrati Marchio Monaſterium ad Locedum in agro Vercellenſi conſtruxit, atque ei Bononium, Civem Bononienſem, (11) inſignem ex ipſo D. Stephani ſodalitio Monachum ob ſingularem ſanctitatis opinionem, Petri Vercellenſis Epiſcopi commendatione præfecit.

CONRADO SALIQUO IMP.

HEnricum inde Dux Franconiæ Conradus excepit, ad Regnum Germaniæ
1024 anno milleſimo viceſimo quarto ſublatus.

Hic cum biennio interpoſito Italica ab Archiepiſcopo corona donatus eſſet, ſolemni conventu ad Roncalias habito pacem Lombardiæ firmavit, novaſque pro Regni ſtabilitate leges tulit. Bononius Abbas diem ſuum obiit ingenti ſui relicto Monachis Locedenſibus deſiderio, ac ſanctitatis ſuæ opinionem inſignibus poſt mortem editis miraculis comprobavit. Unde poſt aram ab Arderico Epiſcopo Vercellenſi accepit, cum eſſet à Pontifice Joanne XX. conſecratus.
Proximo anno Conradus à Joanne XIX. 1027
Pontifice Romæ Imperator ungitur. Poſt 1037
decennium Conradus bellum cum Hereberto Archiepiſcopo, quem in vincula novo ſuperbiæ, atque inhumanitatis exemplo conjecerat, atque adeo cum Mediolanenſibus ipſis grave contraxit. Cujus incendio cum tota fere Lombardia flagrarit, aliqua afflatos ex parte Bononienſes non fuiſſe, vix videtur veriſimile. Hujus tamen rei, ut aliarum ferè hujus temporis omnium, omnis prorſus memoria excidit. Conradus re male
geſta ſequenti anno præceps ex Italia abiit. 1038

HENRICO II. IMP.

EO poſt annum vita functo Henricus fi- 1039
lius, qui vivente patre Cæſar fuerat deſignatus, extemplo regnum Germaniæ iniit, ac pace cum Hereberto conciliata in Italiam tranſgreſſus coronam obtinuit. Qua dignitate affectus cum vetera populis de more privilegia confirmaret, Canonicis quoque Eccleſiæ Bononienſis prædia omnia, quæ habebant, & beneficia, quæ ab Epiſcopo Clemente quondam acceperant, rata
fecit. Anno 1042. Adelfredus Bonon. ædem 1042
S. Luciæ de Roffeno, quæ nunc Abbatia dicitur, conſecravit. (12) Ex Germania
inde, quo conceſſerat, milleſimo quadrage- 1046
ſimo ſexto anno regreſſus, Italicâ iterum ab Archiepiſcopo Vidone coronâ acceptâ, Romam contendit, atque à Clemente II. Pontifice Romæ una cum Agnete conjuge
poſtero ineunte imperatoria redimitur. Hen- 1047
rici porro exemplum Adelfredus Epiſcopus
æmulatus anno milleſimo quinquageſimo ſex- 1056
to, multis & ipſe Clerum Bononienſem muneribus honeſtavit. Adelfredo inde Joannes ſucceſſit.

HEN-

qui rem uberiori calamo adnotant; & quoniam ab extremis malis ſolent dumtaxat apud nos remedia repeti, & aptari, ideò ex tunc ceſſato peſtis flagello, decreta Templi SS. Syneſii, & Theopontii eſt inſtauratio, cujus ne dum veſtigia, ſed neque nomen hodie ſupereſt, ejus tamen meminit *Maſin. p. 1. fol.* 323.

(11) Agunt de eo fusè idem *Sigon. de Ep. Bonon. Ghirardacc. lib. 2. fol.* 50. *Bombac. Bologneſi illuſt. per Santità p.* 1 *fol.* 46., *& ſeq. Zani Bol. Sacra fol.* 74., *& ſeq. Alex. Macchiav. Proavus, & Alter Patruus in Diar. Sanct. Beat., & Venerab. Bonon. ad diem* 30. *Auguſti, Maſin. Bol. Perluſt. p.* 1. *fol.* 436., ex quibus reliqui.

(12) In lib. *de Ep. Bonon.* id à Frugerio factum ſcribit idem Sigonius, ſubſcribente *Ghirardacc. fol.* 52. *poſt med.* Sed hoc quomodo, ſi vita jam ſublatum Præſulem paulò ſupra notavit? legerem ergò, ut hic *Adelfredus*, quia ea etate hic, & non ille Bononienſi Eccleſiæ præerat, & adhæret *Falcon. de' Veſc. di Bol. lib.* 2. *fol.* 121. Locum illum propriis oculis inſpexi, 18. à Bononia lapide diſtantem, ac continere me non poſſum, quin, recurrente ejus memoria, fatear, ipſius tunc vel primo obtutu actum me intimè quàm vehementiſſimè peræquè ſenſiſſe, ac revocata ad mentem auſterrima, maceratiſſimaque vivendi priſcorum ejus loci Monachorum ratione, quorum neſciet quiſpiam referre, quot modò cœleſti gloria perfruantur, ac dolui, & flevi ſuper deſerto ſanctiſſimo loco, poſtquam, nobilitatâ præ redditibus Abbatiâ, in Commendam, ut appellant, verſus eſt; quod ſi boni, ſacræque rei adhuc in æde refulget aliquid, apertiſſimè voce id perſonat univerſum authorem, largitoremque ſibi unum *Sebaſtianum Antonium Tanara* S. R. E. Cardinalem ejus Fani, & Nonantulæ Eccleſiæ Abbatem, Civem noſtrum fuiſſe, cujus ſuaviſſimum proindè nomen loci incolæ, me vidente, & audiente, nunquam memorant, quin & una lachrymis cordatiſſimis funus illius proſequantur, quod Romæ accidit, ſacri Collegii Decanum cum ageret, die 4. Maji 1724. *per Marcheſ. de Vir. illuſt. Gall. Togata §. Cardinales fol.* 59. De Tulleto porrò, & Ruffeno agit fuſius *M. Eliſ. Soror in ſua Hiſtoriog. §. Tulletum, & §. Ruffenum.*

HENRICO III. IMP.

EOdem anno Henrico morte extincto
Henricus filius Germaniæ Regnum an-
nos quinque natus excepit, cum triennio
ante Rex fuiſſet patris ipſius opera decla-
ratus. Regnum autem Italiæ Agnes mater
eximiæ prudentiæ mulier adminiſtrare inſti-
tuit, Giberto Corrigio Parmenſi pro Rege
1059 Lombardiæ præfecto. Triennio interjecto
Nicolaus ſecundus in locum Benedicti de-
1061 cimi Pontifex factus. Is anno milleſimo ſe-
xageſimo primo ad tollenda Pontificiorum
comitiorum cauſſa diſſidia (13) Pontificis
legendi jus lege lata ad Cardinales, Cle-
rumq; traduxit, atque, ipſo haud ita multo
poſt mortuo, Alexander ſecundus ex ejus
inſtituto ſuffectus. Ex quo fœdum eſt in
Eccleſia Dei diſſidium, novumq; inter Pon-
tificatum, Imperiumque bellum exortum.
Omnium malorum Gibertus auctor, qui
Agnetis auctoritate deſpecta Alexandrum
Pontificem vitio factum criminatus, alterum
& ipſe regis pueri nomine curavit inſtituen-
dum. Hic fuit Cadolus Parmenſis Epiſco-
pus, quem plerique Lombardiæ Epiſcopi
veteribus odiis, & recenti ſimultate in Ale-
xandrum incenſi, eodem ipſo inſtigante Gi-
berto, legerunt, atque neglecto Alexandro
ſibi colendum, unaque cum Giberto defen-
dendum ſuſceperunt. Cadolum cum Me-
diolanenſes Archiepiſcopo duce, ac pleræ
que Civitates Lombardiæ foverent, Mathil-
da Comes maximis ea tempeſtate in Lom-
bardia opibus prædita Alexandrum ſuſcepit
in clientelam. Hæc Sigifridi fuit abneptis,
qui anno octingenteſimo nonageſimo ſexto
ex agro Lucenſi Etruriæ tumultibus impul
ſus in Regienſem migravit, atque ibi oppi-
da, & poſſeſſiones multas, præſenti, qua
abundabat, pecunia comparavit. Cujus fi
lius Atto Canuſſium oppidum ædificavit Re-
gienſi in territorio munitiſſimum. Hic filios
duos ſuſcepit Teudaldum, & Sigebertum
ſive, ut alii produnt, Albertum. (14) Teu
daldus Ferraria à Joanne XIII. Pontifice
donatus, arcem ibi condidit ſui nominis, at-
que ab Othone ſecundo Mantuæ Marchio
appellatus nobile in agro Mantuano Mona-
ſterium D. Benedicti nomini conſecravit.
Albertus ab Othone Magno gener adjun-
ctus, ac Marchio Ateſtis inſtitutus, ſplendi-
diſſimam, ac potentiſſimam in hunc uſque
diem Principum Eſtenſium familiam propa-
gavit. Teudaldus anno milleſimo ſeptimo
moriens Bonifacium, & Conradum reliquit.
Bonifacius Marchio, ac Dux Tuſciæ Parma
ad imperium ſuum adjuncta, Mathildam fi-
liam ſuſcepit ex Beatrice Henrici Secundi
ſorore, ac milleſimo quinquageſimo ſecundo
decedens totius ſuæ ditionis reliquit hære-
dem. A Conrado clariſſima, ut ferunt, Ma-
laſpinarum, quæ in hunc uſque diem viget,
familia fluxit. Mathildis igitur tantas opes
adepta una cum marito Gottifredo Spoleti
Duce Alexandrum Pontificem eſt complexa.
Itaque cum Cadolus poſtero anno expeditis 1062
Giberti, & Lombardorum auxiliis ſeptus
ad urbem acceſſiſſet, atque in eam vi per-
rumpere conatus eſſet, fortiter à Romanis
prœlio Neronianis in pratis proſpere facto
repulſus eſt. Ineunte inde vere à proceri 1063
bus Romanis male erga Alexandrum ani-
matis Mediolano, quo ſe retulerat, advo-
catus, urbem Leoninam, quam nunc Bur-
gum appellant, furto occupavit, & cum
fraude detecta repentinum amicorum Ale-
xandri in ſe irruentium impetum ſuſtinere
non poſſet, Cincii hominis tum in urbe
potentiſſimi opera ſe recepit in arcem. Quæ
poſtquam diu acriter eſt obſeſſa, placuit
communis concordiæ cauſſa, generalis Con-
cilii arbitrio ſummam rei committere. At-
que ita ſequenti anno Concilio Mantuæ ad- 1064
vocato, Alexander incredibili Epiſcoporum
omnium conſenſu præſens cauſſam obtinuit.
Unde venia inimicis conceſſa, diſſidioque
ſublato, Lucam, atque inde Romam ſe re-
cepit. Ceterarum Bononienſium hujus tem-
poris actionum memoria obſoleta, (15) unius
tamen ab Alexandro Lucæ dati diplomatis
vi-

(13) Lege, ad tollenda abſurda, hoc eſt pro vindicandâ, reſtituendâque Eccleſiæ ſua libertate, ſolvendiſque Pontificiis Comitiis a ſæculari poteſtate, quæ per præpotentiam uſque in ſacrarium ſeſe intruſerat, ac ſuo pro arbitrio Rom. Pontifices ſub armorum terrore, conflictatiſque Sacerdotum animis errari, imò creare volebat, Pontificis eligendi jus nova edita lege ſuis propriis electoribus redemit; ritè profectò id autem, & ad normam juris, namque abuſus qui irrepſerat, corruptela erat, & mos execratus à legibus, profanum vulgus à rebus ſanctis arcentibus, caventibuſque apoſtolico dogmate regna, & imperia ſacerdotio ut quidem cum Rectoribus ſuis ſubdita omnino eſſe, minime verò unquam Pontificatum vectigal laycorum eſſe, vel poſſe, quia quæ Dei ſunt ab homine, ſæculari ſcilicet poteſtate, tradi, vel conferri nullo modo poſſunt. Ita benè cum cæteris Catholicè ſentiente Academia Bononiæ, quæ omni tunc temporis ſoluta obſequii politici nexu cum Rom. Sede, conſtans & immota pro Alexandro II. tamquam legitimo Papa ſtetit adverſus Cadolum Antipapam, cur a Mutina, cæteræ Longobardiæ Urbes veteribus odiis incenſæ, fidem, & obſequia, triſti porrò tamen, ingloriaque actione, dedere. *Egnat. ad Gbirardacc. lib. 2. fol. 52., & 53.*

(14) Ingenium admirare Sigonii, cujus reliquis tribuc pro ſua origine, juri clientelæ, quæ minimè voluntati imputabis ſuæ, judicioque Sigonii. *Leoncill. de arte, & Subterfug. Script. § Sigonius.*

(15) Haud tamen Urbis, Academiæ, & Lamberti Epiſcopi obſoleta Chriſtianæ, virilis, generoſæque hujus actionis memoria, prout *Sigonius* ipſe refert *de Epiſc. Bonon. lib.* 2. quamquam in dubium revocet ibi, ita, vel ne idem Antiſtes conſederit cum reliquis Epiſcopis apud Mantuam in Concilio, tollendi Schiſmatis causâ, & pro componenda Eccleſia ibi convocato, cum cæteroquin ibidem de eo dicat, Lambertum Alexandri in illo diſſidio fuiſſe ſtudioſum, ac quamquam putet ea vel ratione ipſius adhæſionis Rom. Pontifici, Diploma apud Lucam poſtero anno ideſt 1065. datum recepiſſe, quo Alexander ſuperiores omnes Adelfredi Epiſcopi conceſſiones Bononienſi Eccleſiæ confirmavit, quam inſuper rem, cum narrat planè, per verbum *abſtulit* refert, propemodum, ac ſi per malas artes ſurripuiſſet, & injuſtam, vel ſuæ fidei, & virtuti minùs dignam, aut juri conſonam largitionem adeptus fuiſſet; Decentiùs itaque, verèque dicentem vide igitur *Gbirardacc. fol.* 53., cum quo convenit *Chron. Amarac.* ad hunc annum ibi „ Sedatis in
„ Concilio Mantuano Eccleſiæ rebus per una-
„ nimem Patrum ſententiam, & recognitio-
„ nem in verum, legitimumque Papam D.
„ Alexandr. II. juxta literas, quas ad ſacro-
„ ſanctum illum Conventum a S. R. E. Car-
„ di-

viget, quo ſuperiores omnes Adelfredi Epi-
ſcopi conceſſiones Bononienſi Eccleſiæ con-
1066 firmavit anno Pontificatus ſui quinto, qui
in milleſimum ſalutis ſexageſimum ſextum
annum incidit; quo, Lamberto Epiſcopa-
tum Bononiæ adminiſtrante, Cadolus abdi-
1070 catus interiit. Poſt quadriennium Gibertus
diſſidii auctor Henrici rogatu à Pontifice
Archiepiſcopus Ravennas eſt conſecratus.
Bononienſes interea urbanis commodis con-
ſulentes rivo Apoſæ ex vicinis collibus de-
fluenti novum alveum effecerunt, (16) &,
cum antea à porta D. Mammæ in urbem
immiſſis per eum vicum, qui nunc vallis
Apoſæ dicitur, parum commode laberetur,
tum demum propius à vico Caſtelleonis,
Divique Damiani æde (17) perduxerunt.
1073 Triennio interjecto Alexandro mortuo
Gregorius Septimus locum tenuit. Quo fa-
cto bellum alterum in Eccleſia grave com-
motum, quod ut maximum totius Italiæ
otium perturbavit, ſic unum in primis ob-
ſcura adhuc Bononienſium arma nobilita-
vit. (18) Ejus belli initia hæc fuere. Gre-
gorius grave ratus, Imperatores per annu-
lum, & baculum Abbates, atque Epiſcopos
inſtituere, id jus quippe aſperis Eccleſiæ
temporibus ſibi ab Regibus vindicatum, ab
Henrico Rege omnia Sacerdotia vendente
repetiit, &, cum Henricus ſe remiſſurum
negaret, Babenbergenſem, ac Conſtantien-
ſem, Epiſcopos ab eo inſtitutos Romæ de
Simonia convictos in ejus contumeliam ab-
1074 dicavit, atque ubi quadrageſimæ tempus ad-
venit, conventu in Laterano coacto, præ-
ſente inter ceteros Giberto Archiepiſcopo
rationem, cur Epiſcopos ab Henrico inſti-
tutos exauctoraſſet, expoſuit: idemque in
Henricum ipſum ſe decreturum oſtendit,
ſi in priſtina Pontificii juris uſurpandi ſen-
tentia permaneret. Hac de cauſſa conventu
peracto Gibertus occulto irati Henrici juſ-
ſu in urbe remanſit, ac captato tempore:
dum Gregorius media Natalis Domini no- 1075
cte rem divinam de more omni humana
cura ſolutus facit, ipſum per Cincium eun-
dem hominem Pontificiæ Sedi infeſtiſſimum
in æde Beatæ Mariæ ad præſepe compre-
hendit, atque in ipſius Cincii turrim mu-
nitiſſimam conjicit: verum poſtridie Nata-
liciorum populus Romanus rei indignita-
tem averſatus ad Cincianas ædes impetu
concitato accurrit, atque iis expugnatis,
turrique ſolo æquata Pontificem liberavit.
Poſtero anno profecto Roma Giberto ſpe- 1076
rans Gregorius, Henricum opinione ſua
dejectum poſthac in Eccleſiæ auctoritate
futurum, neque quidquam amplius adver-
ſus ſe moliturum, ad lenitatem ſe dedit.
Verum cum paulo poſt fœdus adverſus ſe
cum Roberto Viſcardo Apuliæ Duce iniri
per Gibertum, accepiſſet, repente novum
in Laterano conventum coëgit, atque in eo
Gibertum ipſum dira deteſtatione pœnis in-
ferorum devovit. Ea re Henricus vehemen-
tius irritatus, conventum apud Vormaciam
per Sigifridum Moguntinum Archiepiſco-
pum convocavit, atque Epiſcopis Abbati-
buſque Regnorum ſuorum mandavit, ne
Gregorio, quem ad contumeliam Hilde-
brandum Monachum appellabat, obtempe-
rarent. Quin etiam per Rolandum Cleri-
cum Parmenſem Romam miſſum Gregorio
Lateranenſem conventum adhuc habenti ſu-
perbe denunciavit, ne aut ſe Pontificem ap-
pellaret, aut aliquid pro Pontifice ageret. Car-
dinalibus vero, ut ad novum à Rege in Ger-
mania creandum Pontificem accederent, im-
peravit. Contra Gregorius referendæ gratiæ
cauſſa Sigifridum, reliquoſque Epiſcopos Hen-
rici ſectatores Eccleſiis, Henricum vero Re-
gio titulo, ac principum, populorumque
jurata obedientia ſe pro poteſtate ſpoliare
pronunciavit. Quo facto frequens eſt Itali-
carum

„ dinalibus, monito Imperatore, indictum,
„ & convocatum retulit Ven. Lambertus no-
„ ſter Epiſcopus ſibi datas, ut illos de hoc
„ requiſiverat, à profeſſoribus Studii noſtri
„ Bonon. continenteſque poſt diu inter eos
„ diſcuſſam cauſam ad inſtantiam tum Sere-
„ niſſimæ D. Agnetis Matris Sereniſſ. Impe-
„ ratoris tunc admodum pueri, quæ erat
„ optima Domna, ac valde religioſa erga
„ S. R. Sedem, quàm Nobiliſſ. D. Mathildis
„ Comitiſſæ Thuſciæ, ac aliarum Civitatum
„ & terrarum in Lombardia Dominæ, de
„ qua eſt ſemper dictum, non fuiſſe Mulie-
„ rem magis officioſam, & devotam erga
„ Summos Pontifices, eumdem Alexandrum
„ hoc nomine Secundum verum, & legiti-
„ mum Papam eſſe, adeoque pro tali ab om-
„ nibus, & univerſis Catholicis fore cogno-
„ ſcendum, atque debere recognoſci. Papa
„ idem abſolutis de bono animo cunctis, &
„ largita amicis, & inimicis apoſtolica ſua
„ benedictione, iter verſus Lucam fecit, ubi
„ nomine Civitatis, & Studii Bononiæ ob-
„ vios habuit *Theodatum de Valle Apoſa ad S.*
„ *Martinum*, *Philippum de Moneta*, *Raynerium*
„ *de Curte S. Ambroſii*, *& Benedictum Arren-*
„ *ghernum* laudatæ D. Comitiſſæ Mathildis
„ celebrem inſtitutorem, omnes dicti Stu-
„ dii Pub. Profeſſores, qui ſecum de rebus
„ proſperè geſtis gratulati ſunt, ac quibus
„ cum multa affectione reſpondit, gratias
„ egit pro viriliter ſuſtentata ſua parte ad-
„ verſus Schiſmaticos, & cum benedictione
„ dimiſit, facta poteſtate denuò, nam pri-
„ mum fecerat Theodoſius, Archidiacono Ec-
„ cleſiæ Bononiæ tamquam majori Cancell.
„ noſtri Studii, utendi Schopho, quæ eſt qua-
„ dam thiara ad modum aliqualem Mitræ
„ ſed unionibus circumornata, & minùs de-
„ ſuper acuta, & ſignato poſtea favore Lam-
„ berti Epiſcopi anno ſequenti apoſtolico di-
„ plomate ſuper confirmatione conceſſionum
„ factarum per antea Eccleſiæ Bonon. juxta
„ quod rogatus fuerat ab eodem Lamberto
„ Epiſcopo noſtro, & conſtanti factionario
„ ſuo.

(16) Adſtipulatur *Ghirardacc. tum reliquis lib.* 2. *fol.* 53. Torrens Urbi noſtræ quam infen-ſus, ac ruinarum, noſtris quoque diebus, non ſemel author inſolentiſſimus; ab eo autem Vallis Apoſæ, & Apoſellæ quædam viæ nomen adhuc retinent, per quas ante hanc derivationem rivus dilabebatur.

(17) Hanc Camaldolenſes Monachi habitant, & qui collabentem Eccleſiam ſuperioribus annis inſtaurarunt, modò novis ædificiis augent, ære præſertim *Boniſacii*, *& Abundii* Fratrum *Collinæ* ejuſdem Ordinis, & Civium Bonon., qui utri quam laudabiliter Lycæi noſtri Cathedras ſuſtinent.

(18) Contrarius planè ſibi Sigonius, quo authore novimus ſupra, longè antehac arma noſtra fuiſſe egregiis factis nobilitata, ac præſertim re ea ſplendidiſſima, quæ ſub Belliſario duce acta fuit, cujus etiam meminit *Dulcin. de var. Bonon. Stat. lib.* 2. *fol.* 60. Porrò id quare hic Sigonius inſeruerit non video, quem meritò obindè arguit idem *Dulcin. lib.* 3. *fol.* 134.

carum Civitatum defectio (19) ab Imperio
ſubſequuta. Quæ tantum virium habuit, ut
propterea ſint, qui putent, Conſules ab
hoc primum tempore, quaſi receptæ modo
libertatis vindices, in Civitatibus inſtitu-
tos. Quod ego ut non refutare, ſic neque
approbare temere velim. In tanta veterum
monumentorum penuria, tantoque rerum,
ac temporum intervallo liceat ſuis cuique
veritatem perſequi conjecturis. Citerioris
certè Italiæ conſtitutæ decus nemini, niſi
Carolo, & Othoni Magnis tribuitur. Cujus
rei (neque enim ego hauſtum quidquam
ex vano velim) auctorem habeo cum alios,
tum Guntherum Poëtam horum tempo-
rum ferme æqualem in Ligurino ita ſcri-
bentem:

Et antiquis à Regibus edita jura,
Quæ cum legifero ſtatuit Reverendus Othone
Carolus. Item:
Sed veterum leges, edictaque Regia longe
Juſtitio ſuppreſſa ſilent, quæ Carolus olim,
Quæ noſter vulgavit Otho.

Civitates tamen ſacramento, quo ſe Impe-
ratori obſtrinxerant, à Pontifice ſolutas, in-
tegram ab hoc tempore libertatem uſurpaſ-
ſe non eſt dubium. Itaque hoc tempus pri-
mum Bononienſis libertatis eſſe putarim
initium. (20) Henricus interea, cum ſe à
proceribus Germaniæ deſeri Pontificis au-
ctoritatem ſequutis videret, conſilium ineun-
dæ cum eo concordiæ cepit, atque in Ita-
liam tranſgreſſus, ad pedes Gregorii Canuſ-
ſium ex inſtituto progreſſi ſe, præſente, ac
probante Mathilde, projecit, ac veniam,
pacemque ultro, & petiit ſupplex, & im-
petravit. Verum mox à ſuis, ut ante, cor-
ruptus, præclara de ſententia deſtitit, ac
temerè rem ad arma deduxit. Itaque con- 1077
ſtanti viduæ jam Mathildæ ſtudio erga Pon-
tificem animadverſo, oppida, ac poſſeſſiones
ejus invaſit. Eo in bello Bononienſes, cum
relicto Rege Pontificis partes aſſererent,
præclara multa fidei, virtutiſque documen-
ta ſuæ dedêre. (21) Interea Germanorum
proceres partim privata Henrici ſuperbia
offenſi, partim Gregorii auctoritate permo-
ti, Rodulfum Ducem Sueviæ in Henrici lo-
cum Germaniæ Regem declarant, eumque
Moguntiæ conſecrant. Quo nuncio percul-
ſus Henricus, de ſe actum arbitratus, ſubi-
to in Germaniam redit, atque Henrico fi-
lio ad res Italiæ tuendas miſſo bellum cum
Rodulfo gerere inſtitit; quod bellum for-
tuna, ut fit, victoriam alternante in inſe-
quentem annum eſt protractum. Henricus 1078
adoleſcens bello in Lombardia continuato
cum alia egregie geſſit, tum Mathildæ exer-
citum collatis apud Parmam ſignis fugavit,
ac Bononiam in ipſo, ut quidam ajunt,
victoriæ impetu occupavit. Verum Mathil-
da (tanta tum animi, virtutiſque indole
(22) fœmina fuit) diſperſas extemplo co-
pias recollegit, ac multis partibus auxit,
neque

(19) De hac defectione, vide *Pagi in Breviar. Rom Pontif. T. 1. fol. 567. & ſeq. à n. 38. Belluſ. diſq. poteſt. reg., & Pontific. cap. 3. §. ſupereſt Sigon. de Ep. Bonon. lib. 2.* Ergò vide an abs hoc Auguſto Henrico Sathana diſſenſus, & ſeparatio defectionis turpi notâ ſit vocitanda, quam qui populi religione primum moti extemplò non fecerunt de ſchiſmatis & apoſtaſiæ delicto facilè incuſantur; *Storiſt. de mul. Bonon. tyrann. ſect. 11. §. Operepretium eſt.*

(20) Per redintegrationem, reique vindicationem, quærere ſibi quem jus novum, initio poſſidere incipere, dominiumque nanciſci, nec vera res eademque prorſus inaudita, imò tyrannidis, violentiæque tempora de præſcriptione primùm detrahenda eſſe, dubii eſt concluſio longè, litèque expers; hæc de Henrico; quo ad Bononiam vero: ergò ſi des hinc ſuam libertatem cœpiſſe ipſam præſcribere, quæ non vaniloquia repetentium jus ſuper eam longè ita, ac antea adeò hæc tempora, quòd videantur mutuam à Divis originem decerpere planè ita. *Egnat. ad Ghirardacc. lib. 2. fol. 55.*

(21) Hæc ingenita Bononienſibus itaque erga Rom Pontificem inclinatio, ſubſtantias, & animas uſque, pro incolumitate ſua, Sediſque Apoſtolicæ offerre ſimul, & profundere, oppidoque nihil non comminiſci, quo ſanctitatis ejus violatores internecioni adigantur; Ita proindè, quæ Urbs Alexandri II. ſcripto, & ſententia ſuſtinuit veri Pontificis partes, mox eadem Gregorii quoque VII. dignitatem peregregiè adeò armis propugnavit, quod viſa eſt ipſa ſpes unica, & clypeus unus acti, nutantiſque Triregni. *Ochym. de laud. Bonon. §. hæc ingenita.* Imò illud hoc in tanto Bononienſis germanæ, atque ſplendidiſſimæ virtutis, & dignitatis facinore conſidera veluti ſingulare exemplum, quod admirari etiam magis, quam imitari hac noſtra ætate video, objeciſſe ipſam ſe armato Cæſari, prœlia egiſſe, hoſtilitatemque ſuſtinuiſſe, ullius non dixerim intuitu, aut meriti compenſandi, aut commodi quærendi, verùm neque in ſpe, & opinione gratæ retributionis aliquandò nanciſcendæ. Vide *Dulcin. lib. 3. fol. 133. Vizan. lib. 2. fol. 48. Certam. dalla verità vindicata lib. 2. fol. 59. 60., & ſeq.*

(22) Nec minus a Mathilde expectandum, poſtquam ſuo voto inter Cives Bononienſes repeſitur allecta, ut probe eam ita, atque talem nobis exhibet *Sigon. de Ep. Bonon lib. 2., ac Ghirardacc. lib. 2. fol. 55 ad med.* etenim, patriæ mores, & inclinationem una aſſumunt, qui illa donantur, nec à virtute declinant Civitatis, niſi, qui à Civitate deferuntur; *Egnat. ad Ghirardacc. d. fol. 55.* Peroptandum ergo, & à Superis precandum, nanciſci homines civilia natalia, ingenuamque inſtitutionem, neſcius eſt namque turpitudinis, vel, ut ſit ab ea quàm alienus plures habet ſtimulos Civis prognatus ſanguine, qui ideo ſua ipſa origine ab iis abhorret, ac ne in ea delectat, veluti compellitur, in quæ campeſtres homines inter arbores, & cum beſtiis enutriti, vitio agreſtis originis, directioneque animalis prorſus, incultæque educationis trahuntur, ita ut nec virtuosè agere, nec honeſtè, aut prudenter vivere, vel converſari, ſi vellent, poſſint. *Bordig. var. lect. cap. 27. n. 15.* „ Hinc propterea D. O. M.
„ gratias habeo ipſe ſemper, quas & tu Fran-
„ ceſchine fili mi habebit eidem ob hoc, de
„ quo ſummoperè lætamur, prope infinitas,
„ Macchiavello ſanguine, qui planè clarus
„ Florentiæ fuit, & per Lentium ſtipitem
„ noſtrum cauſa ſectandæ partis Guelphæ, &
„ adhærendi Rom. Pontifici, Bononiam tranſ-
„ latus A. 1260. fidei, & pietatis erga hanc
„ Patriam nuſtam non pauca, aut levia
„ argumenta dedit, natum utrumque no-
„ ſtrum eſſe, eoque nomine appellari, quo
„ prognati tot noſtri majores ſplendeſcunt,
„ coruſcabuntque pariter, quemadmodum
„ certiſſimè ſpero, & confido, quotquot
„ erunt futuri nepotes noſtri, propterea
„ quia viſa eſt mihi ſemper res planè impoſ-
„ ſibilis eatinde ubi ſunt inſita ſemina virtu-
„ tis, pronaſci degeneret, ac minùs comptos
„ homines poſſe, ſuo id propemodum ſan-
„ guine exigente; hæc verò proſpere, ac ut
„ familiæ noſtræ auguror, feliciter ita ce-
„ dant, ſac velim Franceſchine mi, Gentem
„ noſtram eſſe apud Deiparam intactam Vir-
„ ginem inceſſanter commendatam, ſimul-
„ que gentili noſtro *B. Alexandro*, & floren-
„ ti-

neque ita multo poſt Urbem, Civitate egre-
gie ſe gerenre, recupetavit. Neque verò
ſegnius bellum poſtero anno inter Henri-
1079 cum, atque Rodulſum eſt geſtum. Ceterum
flagranti inter Gregorium, atque Henricum
veterum diſcordiarum, ac ſimultatum in-
cendio, novæ quoque irarum faces adjunctæ
1080 ſunt. Nam Gregorius proximo anno con-
ventu Romæ acto novis Henricum deteſta-
tionibus execratus, Rodulſum Regem Ger-
maniæ confirmavit. Idem Gregurins in
conventu Romæ communione privavit Si-
gefridum Epiſcopum Bonon. (23) ut paret
ex regiſterio. Henricus Brixiæ conventu
habito, Pontificatum Gregorio abrogavit,
atque in ejus locum Gibertum ipſum Ar-
chiepiſcopum ſubrogavit. Inde majore co-
natu in Rodulſum profectus, ſummo cum
eo prœlio proſpere, ipſo præſertim interfe-
cto, pugnavit. Itaque tanta victoria ferox
propere in Italiam victorem exercitum du-
xit, atque omiſſa in præſens Mathilda,
Gregorioque uno ſibi præcipue deſtinato
Romam cum inſignibus occurrentium op-
pidorum detrimentis proceſſit, eamque per
tres annos, intermiſſis tamen operibus, op-
1084 pugnavit. Quarto demum, cum Gregorius
corruptis ab ipſo Romanorum proceribus
diffiſus in arcem cum domeſticis ſuis in
quemcunque belli caſum ſe contuliſſet, à

A conjuratis in Urbem introductus, Gibertum,
quem ſecum habebat, in vacua Laterani
Sede conſtituit, & per Mutinenſem, Bono-
nienſem, & Cervienſem (24) Epiſcopos
Clementis III. nomine indito conſecravit,
ab eoque Imperatorem coronari ſe juſſit.
(25) Gregorius inde ab Henrici ſautoribus
tandiu eſt in arce obſeſſus, quo ad Rober-
tus Viſcardus Apuliæ Dux nunciis ipſius
accitus auxilio accurrit. Ille vero, profe-
cto ad ſui adventum in Germaniam cum
Clemenre Henrico, Romanos reluctantes
multis prœliis domitos coëgit ad deditio-
nem, & Gregorium ex arce eductum pri-
mum Laterano reſtituit, deinde, exulcera-
B tos Romanorum animos veritus, Salernum
deduxit. Ubi ſequenti anno mœrore con- 1085
fectus deceſſit. Anno inde, qui inſecutus 1086
eſt 1086. Victor Tertius, poſt biennium 1088
Victore defuncto Urbanus Secundus flu-
ctuantis Eccleſiæ gubernacula ſuſcepere.
Uterque Gregorii veſtigia ſequutus ardentia
in Henricum dirarum fulmina pro poteſta-
re contorſit. Bononienſes, cum Gregorium,
Victoremque Mathilda Duce enixe tutati
eſſent, eadem ad Urbanum animorom ſtu-
dia detulerunt, atque id ei honeſtiſſima
Romam Legatione miſſa ſignificarunt. (26)
Quin etiam pacatis Henrici abſentia rebus,
ſed ſuſpenſis ad ſummæ rej eventum animis
C rem

„ tiſſimi Prædicatorum Ordinis Parenti San-
„ ctiſſimo *S. Dominico* addictam, juxta eam
„ vivendi rationem, & domeſticas leges,
„ quas paterna erga te motus pietete, ex
„ pro officio tibi dedi priuſquam hanc pro
„ Scholaſticis noſtris legitionem aſſumerem,
„ meque huc in Germaniam referrem. *Collat. Equ., & J. C. Macchiavelli in præf. ad polit. moral. ſent. lib. filia ſua inſcrip.* § *Hinc propterea*. Ceterùm de Mathilda fusè agunt præ cæteris *Baron. Annal. T. 11. ad A. 1074. à n. 10. fol. 390 & ſeq.*, & *Arringhi Rom. ſubterran. T. 1. lib. 2. cap. 9 à n 22. fol. 273.* Ad morem porrò quod ſpectat allieiendi in cives viros nobiliſſimos, imò familias exteras genere, & meritorum titulis auctas, hic vetuſtiſſimus Bononiæ conſpicitur, abindeque in hanc ætatem derivatus, cujus ſunt hæc vel aliquot exempla, ſiquidem de A. 1241. Manfredus de Meſſania civis una fuit noſter creatus, cum tunc Bononiæ eſſet ad ſtudium, ac per Innocentium II. eſt inter Cardinales relatus per *Fgrat. ad Ghirardacc. lib. 3. fol. 75.* porrò item de A. 1370. in Feſto S. Petronii *Angelicus Grymaldus* de Griſiaco Gellus tunc Bononiæ Legatus una cum Fratre Urbano V. Sanctiſſimo Pontifice apud Avenionem tunc ſedente, ſuaque familia Civitate hac fuit cumuletus, non ſecus ac de A. 1364. res acta fuerat cum *Egidio Card. Albranotio*, de quo agit *Sigon. de Ep. Bonon. lib. 3.* porrò de A. 1378. cum *Card. Philippo Caraffa* noſtro Antiſtite. Item de A. 1455. cum celebratiſſimo *Card. Beſſarione Niceno* in legatione hujus Urbis deponende, cujus meminit *Bart. dalle Pugliole Chron. di Bol. fol. 715.* patiter ſub die 12. Aprilis A. 1565. *cum Raynutio Card. Farneſio* noſtro Epiſcopo, & ſub die 22. Julii ipſiuſmet Anni cum tunc Legato *Franciſco Craſſo* Mediolanenſi *Vizan. lib. 11. fol. 65. Bianchett. Chron. di Bol. ad hunc annum*, qui poſtero A. 1566. Kal. Septembris fatis Romæ conceſſit, Mediolanum tamen exindè oſſibus relatis per *Jo. Sitom. Chron. Colleg. Juriſconſult. Mediol. fol. 300. n. 416.* de A. 1567. cum *Marco Sittico Card. de Altemps*, & de A. 1572. cum Alexandro Sfortia Card. Romano, ea ætate noſtro benè auſpicato Legato *ex Bianchett. Chron di Bol. fol. 823.*, & 840.

(23) In Antiſtitem ſuum hunc è Germania profectum hominem, ac per vim in noſtram ſedem intruſum, quam per ingentem æris ſummam ab Henrico Cæſare Clero noſtro nec authumante, nec Pontifice inſtituente ſibi pretio comparavit, Bononia numquam recognovit, imò ut pelleretur precibus in Deum, & votis apud Rom. Sedem enixe inſtetit, per quem tum anathemate eſt execratus, cum ope adquirendæ Cathedræ ſpoliatus. *Storlit. de multip. Bonon. tyrann. ſoll. 13.* § *verum. Baron. T. 11. ad A. 1079. fol. 461 n. 12. Certan. della verità vendicata lib. 2. fol. 61.* & *idem Sigonius de Ep. Bonon. lib. 2.* ubi rectè hanc exauthorationem ſub A. 1079. poſuit, & non ſequenti 1080. ut hoc loco enanciavit.

(24) Non hoc A. 1083., ſed ſuperiori A. 1083. facinus perpetratum recitat ex aliis *Baron. Annal. T. 11. fol. 498 n. 1.*, illique adhærer ipſe *Sigon. de Ep. Bonon. lib. 2* actaque infanda res eſt XI. Kal. Aprilis feria 6. ante Palmarum Dominicam per *Leon. Hoſtienſ. Chron Caſſ. lib. 3. Cap. 49.* Pſeudopapa verò Guiberto Ravennatenſi Archiepiſcopo crudo, ſuperbiſſimoque homini, ac ejuſdem furfuris, quo inſtitutor ſuus Henricus jam Cæſar, & Schiſmaticus, erat, qui ſua gratia Sigonius refert coronam capiti etiam Sigefridum impoſuiſſe, longè ſatiùs, ac veritati magis innixus retuliſſet, ſi vice dicendi *Epiſcopos*, ſcripſiſſet *jam Epiſcopos*, utpote multis antea annis depoſitos, & anathemetizatos, juxta literam *Bertholdi Conſtantienſis*, cui ſe magis deferre Baronius loco præcitato fatetur; patitur etenim nequaquam Bononia tamquam de ſuo hæc diei Præſule ineuditum ſceleris maleficium, quæ Gregorium venerabatur, ac pro eo habebat, quem divinitus edita prodigia probabant, de quibus idem *Leo Oſt lib. 3. cap. 53.* ipſique pro viribus ſategerat, Sigefridum mercatum quanti pluimi proprium Cathedram, de illa pelli, ejici, & ablegari, ne ſacrilegi monſtri vel nomen ſupereſſet. *Legat ad Ghirardacc. lib 2. fol. 56. Storlit. d. §. verum. Certan. ubi ſupra fol. 61.*

(25) Vide *Ghirardacc. d. fol. 56. Baron. T. 11. fol. 502 n. 2.*

(26) Hoc plane ſatis, ut quæ laudum necti corona, aut Oratio poteſt, ipſa in æternum Religionis pro Bononia erga Rom. Sedem elogium afferatur pariter, atque cedat; quod ſi ita, cur adhuc ſe inferis non commiſcit tartari, hujus Patriæ ipſe ſit quiſque

ſcaium-

rem militarem in hæc uſque tempora ru- dem ſibi conſtituendam ſuſceperunt. Urbem quippe diviſerunt in quatuor tribus, eaſque à quatuor antiquis portis Divorum Caſſiani, (27) Soteris, (28) Proculi, & Ravennate, appellarunt, ac ſingulis earum incolis ſingula Templa attribuerunt, ad quæ militiæ cauſſa vocati convenirent, Caſſiani, Eſaiæ, Proculi, & Vitalis. Singuliſque Tribunis ſingula vexilla dederunt, quæ ad bellum, cum uſus poſceret, deferrentur. Unde illi ſunt Vexilliferi populi appellati. (29) Cujus diviſionis, & inſtituti aliquis in hunc uſque diem uſus in Republica manet.

Bien-

calumniator, vel ſuum de terra eradi nomen adhuc jam non ſatagit, qui Bononienſes fortè de minùs in Pontificem obſequenti animo incuſat, poſtquam furcotibus veluti deriſis armatis Henricis, unam videt hanc Urbem cum Cive Mathildâ veri Pontificis, atque conflictati Pontificatus defenſionem aſſumere, & ſoſpitem conſervare? *Tad. Regul. in impugnat. verit.* §. *audeant modo*; Jam itaque bene qui trina corolla Bononiam redimendam, Laurea pro ſtudio literarum, Quercea ob ingenitam ſervatam libertatem, ac pro militari diſciplina, & Olivea pro Religione defenſata cenſent, namque in his tribus quantum poſſit, & Bononia valeat, adducta monumenta abonde teſtantur *Ochym. de laud. Bonon.* § *porrò accedit*, *Dulcin. lib. 3 fol.* 134, *& ſeqq.* §. *cum autem*.

(27) Eadem, quæ porrò, & modò *Porta S. Petri*, & *Quarterium Portæ Pieriæ* appellatur, in quo Quarterio Metropolitana cum Epiſcopio, caputque ejus tribus, Eccleſia S. Jacobi cum amplo Monaſterio Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, Palatia gentis Malvetiæ, *Guaſtum*, ut appellant, *Bentivolorum*, vetuſtiſſimum aſceterium cum parœcia Sanctorum Vitalis, & Agricolæ ſuper arenâ Martyrum, Ædes Mendicantium, quæ *S. Maria della Pietà* vocatur, Blanchettorum fumoſæ Domus, & Arrengheriorum, Prioretus familiæ Blanconorum ad viam Maſcarellam, Prioratus item Parochianorum S. Mariæ Magdalenæ in via S. Donati, qui adhuc claret memoriâ illuſtrium ſuorum Rectorum *Petri Mengoli*, de quo *Orland. de Script. Bologn. fol.* 233., & *Vincentii Marighi* è vita migrati die 12. Novembris A. S. 1713. Noſocomia S. Job in S. Mariæ de Guerrinis, & Azzolinianum ad Portam S. Donati ſub initium currentis ſæculi apertum juxta diſpoſitionem *Marchionis Franciſci Senatoris Azzolini*, qui cùm primus, & certiſſimè noviſſimus ſuæ gentis deceſſit die 28. Novembris A. 1701., & poſtremò Inſtitutum ſcientiarum cum Academia Clementina *del Diſegno* opus utrumque munificentiæ *Cl. Co.*, *& Armorum Cæſaris generalis Ducis Ludovici Ferdinandi Marſilii* in ſumptuoſiſſimis Ædibus patriis familiæ dei Poggi reperiuntur. Vide *Ghirardacc. lib.* 2. *fol.* 57. *Dulcin. fol.* 135. §. *quia etiam*. *Vizan. lib.* 2. *fol.* 50.

(28) Ab Eccleſia appellabatur huic Sancto ſacra, quæ juxta veterem Civitatis portam erat vulgò *il Torreſotto di S. Franceſco*; *Maſin. p.* 1. *fol.* 285. Hodie verò appellatur *Porta Steriæ*, ſive *Quarterium Portæ Soteriæ*, ſub quo adiuns caput Quarterii Eccleſia inſignis, & latum Monaſterium S. Franciſci Fratrum Min. Conventualium, nobiliſſimum Templum, cum æquè formoſa Canonica Canonic. Regularium Congreg. Rhenanæ Sanctiſſimi Salvatoris, apud quos eſt valde celebrata Bibliotheca Codicibus vetuſtiſſimis referta, Palatium Senatoriæ Familiæ Comitum Caprara, è quo genere prodierunt celebratiſſimus *Co.*, *& Mareſcallus Æneæ Velleris aurei Eques*, *& armorum Ductor ſtrenuiſſimus Caprara*, qui denatus Viennæ in Auſtria 3 Februarii 1701. cadavere eſt porrò Bononiam relatus, & apud ſuos in S. Franciſci conditus Kal. Septembris A. Jubilæi 1725. pietate *Co. Mariæ Victoriæ Caprara* ſuæ ſtirpis noviſſimæ, uxoriſque Franciſci March. Montecuccoli, qui de Capraris appellatur, abs quorum munificentia non eſt, qui non expectet monumenti alicujus erectionem, quod reſpondeat nomini, & dignitati laudati adeò, celebrandique in ævum tanti ſui gentilis, & *Emin. Alexander Caprara*, qui Card. creatus a Clemente XI. 17. Maji 1706. diem clauſit noviſſimum Romæ 8. Junii 1711. de quo *Marcheſ. Vir. Illuſtr. Gall. Togat. cap* 4. *fol.* 59. Adſunt etiam Ædes Congregationis Agonizantium a Jacobo Piſtorini Doctore, S. Eſaiæ Parocho, & Cive piiſſimo inſtitutæ A. 1627. *Maſin. p.* 1. *fol.* 15. Venerab. Confratria S. Bernardini, cujus ſum ego Conſultor, & de qua *Sarti Indul. di Bol. fol.* 323. *& ſeq.* Monaſteria Abbatiæ Sanctorum Naboris, & Felicis Monialium S. Claræ, & Sanctorum Gervaſii, & Prothaſii Monialium Caſinenſium Ord. S. Benedicti, quarum meminit *Alidoſ. Chieſe di Bol. fol.* 33., Xenodochium Sodalitii S. Franciſci, & Noſocomium Archiconfratriæ S. Mariæ de Vita, quod de Platea Majori ſecus Rheni defluentes aquas ſuperioribus annis propter majorem aeris ſalobritatem tranſlatum fuit, illudque per quam pia ſupplicatione apertum die 2. Junii A. S. & Jub. 1725.

(29) Hinc ergo vetuſtiſſimus hic, ac præ aliis Patriæ noſtræ ſaluberrimus Magiſtratus vulgò *de' Confalonieri del Popolo*, & Tribunorum Plebis originem accipit, ad quem gerendum de quadrimeſtre in quadrimeſtrem XVI. Cives, nempe IV. pro quolibet Quarterio aſſumuntur, judicio graves, ætate maturi, & adeò Cives, quòd poſt eum geſtum nefas eſt, & planè ſacrilegium, eorum de civilitate, ut appellant, vel diſputare; ſedes inter eoſdem ſemper Collega Juris Doctor, & qui ſaltem ſit de Collegio Judicum, & Advocatorum Bononiæ, prout ego bis uſque modò conſedi, A. ſcilicet 1724. pro primo quadrimeſtre vix poſtquam J. U. Doctor fui creatus, & adhuc adoleſcentulus, eaqua occaſione obſervationes ad Statutum ejuſdem Magiſtratus congeſſi, & A. 1730. pro ultimo quadrimeſtre, quo nondum completo, Kal. Januarii 1731. in Judicem Fori Mercatorum fui aſſumptus, & tunc altera ea vice author fui apud Excelſum Senatum delectæ Aſſumptariæ *dello Sollievo delle Arti* dudum quidem expectatæ, ſed numquam peritæ, ac per me demum feliciter obtentæ die Sabbathi 9. Decembris 1730., cujus ope ſpes eſt, & opinio, quòd Artium Collegia, & exercitia earumdem pro meo, Civiumque voto, ac Patriæ neceſſitate inſtaurari continget, & reflorebunt. Ad hunc promotis Magiſtratum, fuſo impendio, & labore cumulatum æquè, interdictum illo durante alios ſiſtere, ac ipſis conceſſum judicio quovis etiam criminali, & neque per ſimplicem citationem ſiſti non poſſe, procuratus etiam licèt fuiſſet Magiſtratus, procurator Cauſæ conſtitutus, & Citatio facta, ne tempus dilabatur, vel actio perimat, hocque juris Privilegium inſuper haud jam a die nacti Magiſtratus poſſeſſionis, quod privati magis, quam publici boni neſcio qui ſtudioſi notâ planè impietatis, & Sacrilegii Civilis in ſe admiſſa, ſunt aliquandò moliti contendere, ſed ab ipſo illorum deſignationis, & publicæ extractionis momento incipit currere, & in finem uſque alterius Quadrimeſtris à depoſito Magiſtratu certiſſimè pariter progreditur. Pariter impertitum eſt iiſdem jus ſummi honoris cum indefinita poteſtate executioni demandandi omnia edicta, bannimenta, uſu recepta, neque temporis diuturnitate, ideſt per tres annos retro, antiquata, ſicvè continuò in fragranti, atque extemplò, manuque regia jus dicendi pro annona uberi, ſanaque habendâ, & ſervandâ, adeòque ampliſſimum per modum cerealem ædilem agendi, flammis etiam putridas animalium Carnes conflagrando, quemadmodum in

ipſa

Biennio interpoſito Henricus rebus Germaniæ conſtitutis rurſus exercitum trajecit in Italiam, quæ in partes Pontificis ipſo abſente magna ex parte conceſſerat, ac bellum ab oppugnanda Mathilda, quam Urbani ſtudioſiſſimam, ſibi inimiciſſimam, habebat, aggreſſus eſt. Tranſpadanam autem regionem populanti, Mathildis cum Bononienſibus trajecto Pado ſe ſe objecit, ac prœlio in Campo Sorbariæ conſerto ſuperior abiit, Parmenſi, ac Regienſi Epiſcopis Clementis fautoribus captis. Qua ex re accenſa potius, quam levato contentionis ſtudio, Henricus poſtero anno omnibus trans Padum oppidis potitus, Mantuam majore mole adortus, poſt undecim menſes, Mathilde Canuſſii ſe continente, adduxit in poteſtatem. Extant privilegia immunitatum
1090 à Mathilde Mantuanis anno milleſimo nonageſimo data, atque eadem ab Henrico
1091 anno milleſimo nonageſimo primo poſt receptam Mantuam confirmata. Mathilda ditione Tranſpadana amiſſa, de Ciſpadana ſolicita oppida in agro Regienſi, ac Mutinenſi vallis, præſidiiſque, eandem tempeſtatem armorum verita, confirmavit; idque eo magis, poſtquam altero ab exercitu ſuo cum Henrico commiſſo prœlio multos è ſuis
1092 amiſit. Tranſacta hyeme Henricus exercitum cis Padum trajecit, eumque in agrum Mutinenſem induxit, ac Monte Maurello, & Monte Alfredo ex Mathildis ditione receptis, Montem Bellium obſidere inſtituit, ac per totam æſtatem obſedit. (30) Interea Epiſcopus Regienſis aliis adhibitis Epiſcopis pacem in Carpineto tractavit. Quæ ubi convenire non potuit, Henricus filium ad Carpinetum oppugnandum miſit, qui in acie pugnans occiſus eſt. Eo dolore confectus Henricus Veronam, Caſtellorum Mutinenſium oppugnatione relicta, receſſit. Ubi vero perfectis exequiis pauliſper luctus, mœrorque reſedit, cum ſe Parmam contendere ſimulaſſet, Cabillianum repetiit, ut repente Canuſſium, ubi erat Mathildis, invaderet.

Quod ubi Mathildis ſenſit, præſidio Canuſſii relicto, cum altera copiarum parte Bibianellum ſe contulit. Henricus interea Canuſſio exercitum admovit, ac prœlio cum præſidio Mathildis commiſſo milites multos amiſit. Qua re mirifice perturbatus, Monticulum, ac poſtridie Bibianum ſe retulit, ac ſub lucem collectis vaſis omnem trans Padum trajecit exercitum. Ea re Mathildis erecta omnia oppida ſua cis Padum negotio ferme nullo recuperavit. Sequenti anno 1093
Conradus Henrici filius ad Mathildam defecit, qua re conſternatos animo ab armis in præſenti diſcedendi, ac tempori cedendi conſilium cepit. Tum Urbanus maximo, ſi Henricus Mathildam ſuperaſſet, periculo levatus, animum ad rem ipſam Chriſtianam reparandam adjecit. Ita cum Saraceni Hieroſolymam cum magna Chriſtiani nominis ignominia, ac detrimento tenerent, ipſe 1095
biennio poſt, ut populos ad ea repetenda impelleret, iter in Franciam ad agendum ſuper ea re conventum intendit. Per Lombardiam tranſiens, cum ſummis ab omnibus populis honoribus, tum præcipuè à Bononienſibus eſt excultus, qui ad cetera tres etiam equitum turmas ornatiſſimas, quæ illum trans Alpes deducerent, atque inde reducerent, conceſſerunt. (31) Sacro inde apud Claromontem bello ingenti omnium gentium, Regumque favore in Concilio decreto, poſtero anno in Italiam rediit, ac no- 1096
vo Romæ conventu habito tranſmarinam expeditionem inſtituit; primuſque Chriſtianos homines ſacrum nomen in militiam profitentes benigna peccatorum remiſſione, atque inſigni Crucis nota donavit. Itaque poſtero anno totâ Europâ in hanc unam 1097
belli cogitationem intentâ ſingulæ Lombardiæ Civitates frequentiſſimas cohortes ſub vexillis Crucem ipſam inſcriptis miſerunt. Quæ vexilla, cum poſtmodum victricia domum eſſent relata, cum ab aliis Civitatibus, tum præſertim à Bononienſi pro publicis putantur inſignibus uſurpata. (32) Duo-

ipſa Plateâ majori igne comburi non ſemel Carnes gallinaceas, & porcinas in lucanicam converſas feci, edito typis etiam Plebiſcito, illoque ad loca publica affixo, pro majori contumacium delinquentium ſupplicio, eorumque Patronorum ignominiâ, quibus tantò frequentiùs ſunt hi rei ducti, quantò deteſtabilior eſt reatus, altero vix ſecus, innocenter, & honeſtos homines Cive protegente; *Storist. de multip. Bonon. tyrann. fol. 15. §. Supererat illud*. De his, qui aptiores huic gerendo Magiſtratui ſint cenſendi, agit *Petr. Macchiavell. Patruus de Cauſ. decim. Urb. Bonon. cap. 5. n. 28., & ſeqq.* Agunt de eodem Magiſtratu *Ghirardacc. lib. 2. fol. 56., & 57. Vizan. lib. 2. fol. 30. Dulcin. lib. 3. fol. 155. Maſin. Bolog. Perluſtr. p. 1. fol. 193., & 242. Collat. Macchiavell. frat. de Bonon. Eccl., & Urb. gub. fol. 24 § pacatis ita, fol. 56.*, ubi alios allegat, *& fol. 63. §. quibus poſitis*.

(30) Perperam tamen, atque adeò incaſſum, quod inde tollere caſtra eſt coactus; deerat namque tantum, ut obſidione proficeret, quòd imò quotidie viribus deficiebat, ſeque ſe periclitari evidentiſſimè ideò ſentiebat, quia aggreſſorum frequentibus eruptionibus, Bononienſiumque infenſiſſimis armis premebatur, & ſuorum cumulata internecione ad ſummum copiarum periculum redigebatur. *Eguat. ad Ghirardacc. lib. 2. fol 57. ad finem*.

(31) Nova en ſub oculis hujus Urbis erga Rom. Pontificem officia, manifeſtaque item ipſius Populi Bononienſis vide in armis potentiæ teſtimonia, quare crediderim, ea re exultaſſe tantum Urbanum, cum ſibi obviam ingredienti Bononiam, effuſam habuit univerſam hanc Civitatem literarum ſtudiis celeberrimam, recedenti verò comitatum dari inſtructiſſimum trium Militum turmarum, quibus majeſtas ſua in cultu eſſet, vidit, quantum fremuiſſe Henricum, ſuumque Clementem Antipapam facilè ſuſpicari poſſumus, cum tunc ſtudiùs, exquiſitiſſimèque æmulantium animi exagitentur, cum eorum ſub oculis inimicum honoribus evectum intuentur, & ſuam proinde gloriam velut calcantem. *Thad. Regul. in impugnat. marit. §. Nova. Ochym. de laud. Bonon. § Vereor planè. Ghirardacc. lib. 2. fol. 57. Vizan lib 2. fol. 50. Dulcin. lib. 3. fol 136.*

(32) Concordant omnes Scriptores rerum Bononienſium, & eſt res indubitata. *Dulcin. d. lib. 3. fol. 136., ad 141* ubi quod Bononia cohortem ſeptem millium virorum nobilium, ac fortium, ut gloriæ ſuæ adaugendæ ſimul, & Urbani ſtudiis reſponderet, in expeditione illa miſit, quod eſt longè amplum Religionis, atque honoris noſtri argumentum, patriæque hujus virium teſtimonium, meritò proinde jure inter inſignia publica relatum ad acta ſplendidiſſimæ rei memoriam perennandam. *Vizan. lib. 2. fol. 51 Ghirardacc. lib. 2. fol. 58. Aldroſ. Iſtruz. delle coſe più notab. di Bologna fol. 1., & 2.* Et intellige in inſignis Bononienſis Urbis, Crucem Purpuream in Campo

1099 A Duobus deinde interpoſitis annis, Urbano mortuo, Paſchalis Secundus Pontificatum
1101 obtinuit. Biennio poſt, qui fuit à Chriſto nato ſupra centeſimum primum milleſimus, Conradus cum Italiæ Regnum maximo Longobardorum favore per novem annos obtinuiſſet, ac, parte patris debilitata, Eccleſiam multis commodis affeciſſet, maximaque omnibus ſummæ virtutis, ac juſtitiæ documenta dediſſet, Florentiæ ſive morbo, ſive, ut ſuſpicio multorum fuit, veneno extinctus, ingentem omnium de ſe concitatam expectationem eluſit. (33) Hac rerum proſperitate Mathildis elata, quod nondum tentaverat, Ferrariam, quæ ad Henricum
B jampridem deſecerat, Lombardorum, Venetorumque auxiliis adjuta obſidere inſti-
1102 tuit, ac ſequenti anno recepit. Paſchalis, Clemente biennio ante deleto, maximum ex omnibus Occidentis Epiſcopis Romæ Concilium advocavit, atque actis Gregorii, Victoris, & Urbani confirmatis, Henricum novis ſacrarum execrationum laqueis irretivit. Biennio interjecto Bernardo Bono 1104
nienſi Epiſcopo mortuo Victor eſt ſubrogatus. Poſtero anno Lambertus Fagnanus, 1105
Scannabeccum alii prodiderunt, Civis Bononienſis, Canonicus Regularis, homo tractandarum rerum, ſacratumque literarum ea tempeſtate peritiſſimus in Cardinalium Collegium à Paſchali Pontifice eſt allectus. (34) Leonorus item Leonorius eques floruit, qui poſt luculentum libellum latine de medicamentis equorum conſcripſit. (35)

HENRICO IV. IMPER.

Henricus filius vivente adhuc patre, (36) qui imperatoria dignitate ſæpius fuerat ſuperiorum Pontificum ſententiis ſpolia-

po argenteo aſſa Stemma Communis, literas verò aureas poſitas ad formam *de banda*, formantesque verbum: LIBERTAS. In parma aurea efficere Stemma Populi Bononiæ ex eodem *Alidoſ. d. fol.* 2., cum quo concordat *Collat. Macchiavell. frater de Bonon. Eccl., & Urb. gub. fol.* 22., 25., *&* 29., ipſeque *de vet. Bononien. arg. Bonon. ſub* n. 77. *§ inſuper, fol.* 53.

(33) Adſtipulatur *Baron. Annal. T.* 12. *fol.* 15. *n.* 16. Eatenus verò Regis hujus noſtri haud meminere, quia infenſus valdè Mathildi, & per conſequens nobis fuit. Eſt verò opinio enecatum veneno, Henrici parentis opera propinato, illum ideò deceſſiſſe, quia ſuæ apoſtaſiæ non aſſentiebat. *Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 58. ubi ad rem, quam valdè
C admiratur, quare hoc loco Sigonius, qui noſtram texit hiſtoriam, vice enarrandi inanes velitationes inter Mathildis copias, & Henricum Cæſarem, quibus videtur res bella referre Patriæ ſuæ, & media dignitate noſtra cæteroquin abſconditis locis ſuis nomen dare, longè honoratiùs, verius item, ac rei, quam agit, accomodatius, calamum ſuum in exponendo noſtri Lycæi per ea tempora, quam florenti ſtatu non exerceat, cujus alioqui unanimiter omnes alii noſtri hiſtorici meminere, ac res eſt ejuſmodi,
D quæ hiſtorica recordatione ſi ipſa non eſt digna, altera eſt planè nulla, quippe quia aſſignari major nequit, cui poſſit comparari, & in his demum juſtæ nobilitatis ſplendor, cum agitur de Urbibus, relucet, ut evincamus ſcilicet, eas veræ Religioni conſtanter adhæſiſſe, nec à Sacerdotio obſequendo vel deflexiſſe, in literis colendis, boniſque artibus fovendis eminere ſtuduiſſe, atque armis tunc denique valuiſſe, cum pro Republica, fœderatiſque Populis tuendis, atque ſervandis caſus prœliandi advenit, & occaſio belli ſuſtinendi ad manus veluti venit. Vide ergo *Ghirardacc. d. fol.* 58. *Vizan. lib.* 2. *fol.* 51., & qui ſequuntur cæteros omnes.

(34) Non eſt contentio ſuper ejuſdem Scannabecchii promotione, qui in Archigymnaſio
E tunc publicè profitebatur, & fuit Vir tantæ opinionis, atque dignitatis, quòd facilè ad Pontificatum Maximum promoveri poſtea meruit ſub nomine Honorii II., namque id omnes admittunt, quos refert *Maſin. p.* 2. *fol.* 7. ubi inſuper alterum addit, nempe Joannem ſacra pariter Purpura donatum, quem Sigonius hic, & *de Ep. Bon. lib.* 2. neſcio quare omittit. Sed tota difficultas eſt, num idem Lambertus primus inter Bononienſes fuerit, qui ſit inter Cardinales relatus, cum nimis ſera Bononienſium promotio videatur, quorum jam ex ſeq plurimi pietate, & litteris floruerant Viri celebratiſſimi, & Bononia, quod præſtat dicere, diu jam erat in eo benemerentiæ ſtatu cum S. Sede, ut ſit omnino arbitrandum, etiam per antea non Cardinales habuiſſe, verum eos propter deperdita monumenta eſſe adhuc ignotos. *Egnat. ad Ghirardacc. p.* 1. *fol.* 58. *in fine*. Cæterum a denominatione Caſtri Fagnani idem Lambertus cognominatus eſt de Fagnano, qui erat ex ampla gente Scannabecchiorum. *Falcon de' Veſc. di Bol. fol.* 145. *Marcheſ. Vir. illuſtr. Gall. Togat. cap.* 3. *fol.* 39.

(35) Ergo quia eques, & ſplendida nobilitate Civis, equeſtria tum propterea tractavit, atque ille etiam latino idiomate exaravit. De laudato Equite Leonorio, ac de Benedicto Rengherio circa hæc tempora vita functo agunt *Ghirardacc. lib.* 2. *fol.* 59. *Orland. de' Scritt. Bologn. fol.* 190. *Dolfi Genealog. Fam. Nob. di Bol.*

(36) Paulò exinde tamen eſt per rabiem ſextilì, ſcilicet, ſublatus, & mortis quidem genere ſibi proprio, nempè impiorum; etenim ex inſperata eſt morte repentinâ mulctatus, conſcientiæ ſuæ ſceleſtiſſimæ dumtaxat conſcius, ac infando apud cunctas ætates, & gentes cognomento hoc notatus, Mercatoris ſacrilegi Epiſcopatuum, Apoſtatæ inſuper Schiſmatici; hoſtis nequiſſimi Pontificum, Tyranni perditiſſimi Eccleſiæ, archipiratæ ſimul, & hæreſiarchæ, ſæviſſimique demum Perſecutoris plus animarum, quam corporum, quorum per tormenta ſi non fuit cruciator, ſpirituum illorum tamen fuit exquiſitiſſimus Tortor ad internecionem uſque animæ, & æternam damnationem per *Domniz. in vita Mathild. Abb. Urſpergenſ. in Chron.*, *&* alios apud *Baron. T.* 12. *fol.* 42. *n.* 23. *in fine*, *& ſeqq.* Execratæ memoriæ leve, ac minus pendendum hoc tamen, ſi ejus ultimum fuiſſet ſupplicium, verùm illud graviſſimum, quod univerſus Orbis ad relatum ejus funus, tamquam à cruda ſervitute ſolutus, exultatione maxima perfuſus, & geſtiit, & feſtum diem egit, & ad aras viſus eſt extemplo currere, vota completurus pro confracto hoc demum infenſo homine, quem mors unico ictu de terra tulit, atque ſecum ad ima tartara traxit, ut in damnationis æternæ memoria, & pœna ſit nomen ejus, qui fœdo, profanoque auſu impetum in Deum ipſum facere non eſt veritus, quemadmodum Sanctiſſima Mathildis Comitiſſa ſubfuſis lachrymis aſſeverabat; Sed quæ tanta ſuper morte impii oratio, vel admiratio? neque decet longiùs de eo dicere, ac conſummanda per hæc ipſius memoria; deceſſiſſe eum ſcilicet, prout Eccleſiæ conflictatorem conveniebat, & jurium ſacrorum uſurpatorem, repente obiit, & ridiculus cunctis, qui prudentiſſimus videri ſategerat effectus eſt, quoniam prudentia ejus erat humana, & ſapientia ſæcularis principis, atque Rectorum Tenebrarum, ergò in eo impleta ſcriptura dicens: 1. *Corinth.* 1. 19. *Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo*; Abſit ergò ut ſuſpicemur, hominem vel

1106 liatus, Regnum Germaniæ iniit. Proximo A
Paſchalis Pontifex ad Padum Concilii ha-
bendi cauſſa procedens, Bononiam venit, ubi
à Mathilda obviam honoris cauſſa progreſſa
exceptus eſt. Mutinam inde digreſſus, ma-
gna cœremonia oſſa D. Geminiani ex vete-
re Templo in novum præſente Mathilde,
atque ingenti vicinorum populorum con-
curſu, tranſtulit, aramque Templi maxi-
mam conſecravit. Inde ad oppidum Var-
daſtallum in Padi ripa ſitum profectus, Con-
cilio habito, cum ceteris in rebus lapſus Ec-
cleſiæ mores erexit, tum inſolentia Archie-
piſcopi Ravennatis exaſperatus, qui per
centum ferme annos Romanam infeſtus Ec-
cleſiam divexarat, plurimum de illius au- B
ctoritate detraxit, ac Bononienſem, reli-
quoſque Æmiliæ Epiſcopos ab illius obe-
dientia prorſus exemit. (37) Interea Lom-
bardi diſcordiis Principum invitati bella
inter ſe gerere neglecta Regum auctoritate
1107 cœpere. Nam ſequenti anno 1107. ſub Pa-
ſchali Pontifice Cremonenſes, Laudenſes,
& Papienſes junctis armis Derthonem ador-
1109 ti ſunt, & poſt biennium Papienſes Medio-
lanenſibus, Cremonenſes Brixianis arma in-
tulerunt. Bononienſes autem ab externis ar-
mis quieſcentes, ac privatis adhuc, ut cœ-
perant, turribus adverſus domeſticos, ut
in liberis Civitatibus, inimicos ædificandis
ſtudentes, duas moliti ſunt, mirabili, ſed C
longe inter ſe diverſa ſtructura inſignes,
quarum unam Aſinellorum, alteram Gari-
ſendorum familia ædibus inter ſe conjun-
ctis, orta dignitatis, ac potentiæ contentio-
ne, fecerunt, cum Aſinelli laudem ex mi-
rifica altitudine, Gariſendi ex enormi obli-
quitate ſtructuræ quærerent, quæ, cum
adhuc, pleriſque aliis deturbatis, extent,
magno merito ſunt & aſpectantibus admi-
rationi, & Urbi ipſi ornamento non mini-

mo. (38) Sequenti anno Henricus Rex, 1110
cum ad id uſque temporis nulla in re, niſi
conferendis parentis ſui more pro arbitrio
Sacerdotiis, Pontificis voluntatem læſiſſet,
viſendi Italici Regni, ejuſque conſtituendi
cupidus in Italiam venit, ac Mediolani co-
ronam Archiepiſcopi manu de more acce-
pit. Inde, cum ad Roncalias ſolemnia po-
pulorum ſacramenta, ac munera exegiſſet,
Romam verſus iter ingreſſus, trepidantibus
omnibus metu, quæ patri inimicæ fuerant,
Civitatibus, Mathildem apud Parmam re-
cepit in gratiam. Poſt per agrum Parmen-
ſem difficili ſuperato Apennini jugo Flo-
rentiam prodiit, ubi Domini Natalitia cele- 1111
bravit. Ineunte Vere, cum miſſis interea
ultro citroque Legatis res ita cum Pontifi-
ce conveniſſet, ut ipſe Pontifici Sacerdotia
remitteret, Pontifex ipſum Imperatorem
coronâ rite in caput impoſitâ conſecraret,
Romam acceſſit; verum Vaticanum in Tem-
plum ex inſtituto, ut promiſſa præſtaret,
acciperetque admiſſus, Pontificem, & Car-
dinales nihil tale metuentes, per immiſſos
clam in turbam ſatellites, comprehendit,
atque Urbe egreſſus, Romanis arma pro Pon-
tificis ſalute ſumentibus, bellum intulit. Ur-
be acrius per aliquot menſes oppugnata,
nec Romanis, niſi Pontificem, & Cardina-
les liberaret, ullas pacis conditiones auri-
bus admittentibus, Pontifex Civium ſuo-
rum incommoda miſeratus, ut Urbem ob-
ſidione eximeret, Henrico Sacerdotia, Co-
runamque poſtulanti conceſſit. (39) Quibus
rebus confectis, Henricus e templo in Lom-
bardiam revertit. Bononiam pacato agmine
ingreſſus, atque officiis omnibus cultus, re-
petita ſuperioris defectionis memoria, fre-
nos ſibi feroci populo imponendos exiſti-
mavit, atque Civibus ipſis præ circunſtan-
tis exercitus terrore muſſantibus arcem im-
po-

---

vel fuiſſe unum, qui lachrymulam, aut
gemitum ſuper eo emiſerit, cujus vel imò
nomen cunctis adeò abradere ſtudebant, ut D
memoria ipſius undequaque eliminaretur:
Bononiæ tum autem id actum, ſiquidem
per ſplendidiſſimam pompam de ſubacto
tandem ſuperna ultione tyranno triumphus
eſt celebratus, imagine illius propoſita in-
ter Abyſſi flammas jacentis, ac per univer-
ſos Dæmonios trucì ſupplicio conflictari.
Storist. de multip. Bonon. tyrann. ſect. 14. §.
verùm. Sed hoc benè illi, ac præſertim ne
minori author proditionis afficeretur ſup-
plicio, quam pediſſequus ipſius Antipapæ
fecerat de ſe ipſo ſpectaculum, cum de
Anno 1100. ſubito atrociſſimo dolore unà
tactus, & oppreſſus eſt per *Domniz. ap. Ba-
ron T.* 12. *fol.* 6. *n.* 16. *in fine*, paullòque
inde oſſa ipſius, quæ Ravennæ ſepulta fue-
rant, & exhumata, & in fluenta ſub cun- E
ctorum execratione projecta fuerant per
Urſpergenſ. ap. Baron A. 1105. *fol.* 36. *d. T.*
12. *n. quoque* 12. *Emm. Petra ad Conſtit. Apo-
ſtol. T.* 1. *fol.* 303. *& ſeq.* à *n.* 7.

(37) Concordant *Baron. T.* 12. *fol.* 44. *n.* 32. *Ghi-
rardacc. fol.* 59. *Vizan. fol.* 52. *Sigon. de Ep.
Bonon. lib.* 2.

(38) Lateritia hæc Aſinellorum turris & adeò in
cœlum erigitur, & adhuc ſtat, quod ex
ſola ipſius umbra quatiuntur finitimæ, &
in officio contineri municipium ſuum opor-
tuit ſemper, & porrò altera nulla eſt apud
nos, quæ huic comparari poſſit vel quæ
eam ſaltem aut de proximo æquet. *Egnat. ad
Ghirardacc. fol* 59. Eadem 303 pedum lon-
gitudine conſtat, Gherardo de Aſinellis au-
thore, qui fuit ex ea gente apud nos ſplen-
didiſſima, ejuſque animi, ut hæc molire-
tur; Gariſendorum verò altera miram per
artem, enormiterque curvam, à Fratribus
Philippo, & Oddone de Gariſendis con-
ſtructa eſt poſt ſuum ab expugnata Hiero-
ſolyma in Patriam reditum, ut æmulanti-
bus pariter Aſinellis rem magis arduam
opponerent, utque univerſis Bononiam in-
gredientibus ſub primo obtutu longè am-
plum Bononienſium animorum perhiberent
argumentum. *Ocbyro. de laud. Bonon. §. ſed
quæ &c. Griffon. Memorial. Bonon. col.* 105.
Bartol. dalle Pugliole col. 241. *Dulcm. lib.* 3.
fol. 149. §. *Ita Bononienſes*. *Aldoſ. Inſtruz.
delle coſe notab. de Bol. fol.* 184., *& ſeq.*, *ac
fol.* 188., *& ſeq.*

(39) Extorſit, non accepit, ſacrilegumque per fa-
cinus hoc proindè quod arripuit, nec benè
retinuit, imò infames, infandaſque per artes
hoc quod ſub inaudita barbarie eſt ab Hen-
rico V. tertio Idus Aprilis A. [illegible] uſur-
patum. Henricorum Symbolum, ſive hye-
roglyphicum, ut quodpiam penes ſe habe-
rent, ſubve eo nos ſuos nepotes de illorum
Cæſarum perfidiâ erudirent, Majores Itali
modò hircum effinxerunt in Crucem Cor-
nibus impetentem, modò milvum colum-
bas inſequentem, modò lupum agnos de-
prædantem, modo ſuem amœnum pratum
ore vaſtantem, ac modò aliis his ſimili-
bus ſtemmatibus eos depinxerunt, quorum
adhuc apud eruditionis, & antiquitatum
ſtudioſos veſtigia quædam ſuperſunt. *Storist.
de multip. Bonon. tyran. ſect.* 14. §. *accedit*.
Sed qui fraudolenti Cæſaris magis diluci-
dam, ſuitque, ut ajunt, coloribus depi-
ctam Imaginem peroptant, illam ex *Baro-
nio petant T.* 12. *Annal. ſub A.* 1111. *fol.* 62.
à *n.* 2. *cum plur. ſeq.*

poſoit, eamque valido præſidio confirmatam reliquit: (40) inde reliquâ conſtitutâ Lombardiâ in Germaniam ire perrexit. Eo profecto, ac præſente armorum metu amoto repente ſuum cuique ingenium rediit. Etenim Mediolanenſes Laudenſium hoſtium ſuorum oppidum everterunt, Mathilda Mantuanos, qui defecerant, diuturna obſidione preſſos compulit ad deditionem. Paſchalis
1112 proximo anno Concilio in Laterano coacto ex Patrum auctoritate omnia, quæ Henrico indulſerat, ut per vim extorta ſe revocare, atque infirmare pronunciavit. Nec minus Bononienſes fremere, atque præſidium, arcemque ſibi impoſita indignari. „ Siccine hanc libertatem eſſe, vulgo querentes, quam Carolus, & Otho Italiæ tot cumulatam muneribus tradidiſſent? Quid enim gravius injungi à Berengariis potuiſſe, quàm ut arx, & præſidium in Urbem imponeretur, quibus acceptis fœdum ſimul eſſet jugum ſervitutis acceptum? Nam quid poſthac Henrico impedimento futurum, quin, ſi non fortunis nos omnibus exuere, ſed Urbe ipſa extrudere voluerit, cum Urbem in poteſtate habeat, facile queat? An vero Carolus, qui Longobardis ejectis Italiam turpi ducentorum annorum ſervitute liberavit, & Pontificia dignitate conſervata ob virtutis, pietatiſque præſtantiam primus Occidentis Imperator appellari meruit, certo tantum Italiam obligaſſe obſequio, ſatis habuit, & Otho, qui Berengariis deletis priſtinam Eccleſiæ, atque Italiæ dignitatem, libertatemque reſtituit, antiquis muneribus ad honoris potius ſignificationem, quam ad commodi vindicationem contentus fuit, Henricus, qui Pontificem per fraudem captum in cuſtodiam habuit, eam Italiæ conditionem imponet, ut ſævum Longobardorum, & Berengariorum Imperium exoptandum ſit? & quidem utrunque eorum Dominum habere, melius multo fuiſſe; nam Longobardos multorum annorum in Italia aſſuetudine mitigatos brevi inſitam naturæ feritatem exututos, Berengarios jampridem pro Italicis habitos ſine dubio poſt conſtitutum Imperium mitius quoque ingenium fuiſſe ſumpturos. Itane vero? Mediolanenſes, cum Conradum armis Italia exegiſſent, Henricus filius non ſolum armis non oppreſſit, ſed etiam extemplo in antiquum gratiæ, atque honoris locum reſtituit. Bononienſes ab Henrico nepote, quod Dei Vicarium Dei cauſſam agentem majore enm Italiæ parte tutati ſint, tam indigna eſſe paſſuros? Scilicet Henrico homini ſancto fidem ſervandam, ſi ipſe Pontifici, ſi ipſi Pontifex conſervavit, cum irrita omnia, quæ promiſerat, fecit. Hæc, atque ejuſmodi alia in circulis à primoribus Civitatis prolata, incredibile dictu eſt, quanta ad veterem repetendam libertatem cupiditate populum inflammarint. Itaque ardentibus omnium ad priſtinum decus recuperandum animis, re per principes compoſita populus iiſdem ducibus, à quibus erat impulſus, certo die ad arcem agmine infeſto proceſſit, atque impetu in eam facto levi certamine inde præſidium depulit, ac magno clamore libertatis nomine ingeminando ipſam nondum perfecte munitam à fundamentis evertit. (41) Arce diruta, illa ſecunda cura animum occupavit, ut antiquas Reipublicæ conſuetudines revocarent, atque Urbem adverſus externos impetus diligenter munirent. Quo in officio omnis eſt hujus, ac 1114
ſequentis anni opera collocata. Poſt biennium Mathilda ex hac vita deceſſit, cujus 1115
mortem una cum univerſa Italia Bononienſes graviſſimo dolore tulere. (42) Nam rumor

(40) Hæc Proditoris natura, & ars, ſimulatâ gratiâ, atque benevolentiâ adverſarium adoriri, amplexatumque calidiſſimâ fraudolentiâ cum inter ulnas cum ſtringit, pugione, quo minùs timet, vel jugulo transfodere, & ſub fide, internecioni adigere; expectandum per Bononienſes abs Henrico non minus tamen, qui de ſua impietate ſatis univerſum Orbem erudierat, poſtquam id maleficium Romæ, ac in Perſona Sanctiſſimi Chriſti Vicarii dolo malo perpetrare non erubuit, à quo vel etiam recogitando animus ſummoperè abhorret. *Egnat. ad Ghirardacc. p. 1. fol. 60.* ubi locum præciſum aſſignat, in quo Ara tunc conſtructa fuit inter Plateam majorem, & Eccleſiam hodie Metropolitanam, & propè vetuſtiſſimam S. Hyppoliti Ædiculam, quæ inde, ut modò etiam, S. Barbaræ appellatur. *Dulcm. lib. 3. fol. 142. Vizan. lib. 2. fol. 53.*

(41) Artium Collegia id opus ſunt molita, ac præſertim Macellariorum ſodalitas, per quam impoſita Deiparæ Virginis icone ſupra longiorem haſtam, eâ tamquam ſalutari vexillo ad rem agendam uſa eſt, præeando ita vel aliis vel reliquum populum ad arma alliciendo, illumque ſub tanta ope roborando ad evertendam funditus ſibi impoſitam eamdem Arcem, quemadmodum oppido factum eſt, lapide ſupra lapidem nullo vel relicto. Ea vero re circa finem Decembris A. S. 1112. ſub magna gratulatione totius Civitatis abſoluta, quæ, ut diximus, eſt ea occaſione adhibita glorioſæ Matris Dei Imago, ipſamet ad perennandam rei memoriam per ingentes exultantis Populi voces, atque clamores in proxima S. Hyppoliti Ædicula per ſaudata Collegia Artium collocata eſt, edita inſuper inter ſe lege, quòd ſingulis annis ad habendam pro re tanta, implorandamque ſibi impoſterum parem Virginis Patronæ ſuæ gratiam, conferre Collegia eadem incerto numero alternatim, ac ita rurſus deinceps inchoando poſt finitum turnum, Kalendis Januarii in eamdem Eccleſiam ſolemniter ipſa ſe debeant, ut cultus, & venerationis officia communi nomine eadie, qua feſtum ſuum celebrari voluerunt, demiſsè exhibeant, quemadmodum ab A. 1113. obſervatum diu porrò fuit, & more intermiſſo, idem Cl. Beſſarionis Niceni hortatione, & exemplo, cum hic Legatus eſſet, inſtauratus, & nuperrime demum A. S. 1730. me promovente reſtitutus eſt, non ſine præcipuo Civium gaudio, earumdem Artium laude, & dictæ Eccleſiæ cultu, cui ideo tunc S. Barbaræ additus fuit titulus, propterea quia in die hujus S. Virginis, & Martyris feſto, negotium demolitionis dictæ Arcis proſpero ſucceſſu exequi cœpit. *Diar. Marian. Bonon. in præf. § interea Henricus fol. 10. Falc. de evid. M. V. protect. erga Bonon. cap. 7. Egnat. ad Ghirardacc. fol. 60 Dulcm. lib. 3. fol. 142. & ſeqq. Vizan. lib. 2. fol. 53.*

(42) Expreſſit tum verò Patria ingentem hunc ſuum pro denata Cive ſplendidiſſima mœrorem condignis ampliſſimis exequiis, quæ ſcilicet ejus amori, & utriuſque dignitati reſponderent, inſuperve temporaneis ne iis officiis ceſſaret, verùm perpetua eſſet apud nos Conciviis tantæ recordatio, longè ſumptuoſum monumentum cum ipſius ſtatua illam affabrè referente erexit, hoc inſcripto titulo:

mor poſt exceſſum ejus, neque is falſus, increbuit, Henricum negotiis Germanicis, quibus adhuc diſtentus fuerat, liberatum, reditum in Italiam adornare, ut Pontificem, à quo ſe injuſte læſum fremebat, & Civitates, quæ à ſe defecerant, ulciſceretur armis. Quare quanquam eo inſuper erant prodigio territi, quòd ſanguine in agro ſuo pluiſſe pro certo nunciabatur, (43) haud tamen animos deſponderunt, verum Urbem vallo munire, ac præſidiis firmare opportunis perrexerunt, ut, ſi Henricus, qui magnis copiis in Italiam trajecturus dicebatur, exercitum ad Urbem adduxiſſet, ei reſiſterent, &, qua animi fortitudine libertatem recuperaſſent, eandem recuperatam defen-
1116 derent. Proximo anno Henricus in Italiam tranſiit, ac multis ſubactis Civitatibus tandem ad Gubernolum in Padi ripa conſedit, ut populorum, qui à ſe defecerant, cauſſas cognoſceret. Ea re comperta, optimum eſſe Bononienſis Civitas ſtatuit, Legatos ad illum mittere, qui iram ejus verbis ad tempus accommodatis lenirent, atque ejuſdem gratiam obſequio antiquis conditionibus fideli, paratoque pollicendo redimerent. Miſſi ex Conſilii ſententia Clariſſimi viri, Albertus Craſſus, & Hugo Anſaldus (44) adeundi copiâ factâ mandata Civitatis ferme in hunc modum expoſuerunt. „ Quanta Romani Pontificis Sereniſſime Cæſar „ apud homines in terris auctoritas eſſe, „ ac reverentia debeat, ut ceteros omittamus, Carolus, atque Otho Magni, quorum tu merito locum obtines, apertiſſime docuerunt, quorum uterque tantum „ honoris Sedi Pontificiæ tribuit, ut alter „ ex Francia, alter ex Germania ſemel, „ atque iterum ad unam Pontificis, quæ „ premebatur, dignitatem ſublevandam armatus accurrerit. Hunc deinde morem „ ceteri, qui vel à Carolo, vel ab Othone „ profecti ſunt, ita ſervarunt, ut non magis de Regni ſui, quàm de Pontificatus „ incolumitate perpetuò laborarint. Tales „ igitur hujus officii cum haberet populus „ Bononienſis auctores, ac Pontificiam Sedem falſis oppugnari à Pontificibus intelligeret, patre tuo adhuc puero, nec dum „ ad Italiæ, Imperiique coronam evecto, „ Ec-

Mathildæ Comitiſſæ Magnæ
Civi Optimæ Bononienſi
Pietate, Litteris, Munificentia, & Armis
Mulieri nulli comparandæ
Italicæ Libertatis Vindici, egregiæ Romanæ Sedis,
Pontificumque Maximorum Patronæ, atque
Tutrici auſpicatiſſimæ
A. S. CIↃ. C. XV. vita functæ
Et prope Mantuam ſepultæ
S. P. Q. B.
Incomparabili Fœminæ de ſe optimè meritæ
Non delendum hoc memoris ſui
Monumentum conſecravit.

Egnat. ad Ghirardacc. lib. 2. fol. 60. poſt med. Emin. Petra ad Conſtit. Apoſtol. T. 1. fol. 313. n. 6 ad Conſtit. unic. Greg VII. Vizan. lib. 2. fol. 53. Matth. Griffon. Memor. hiſt. Bonon. col. 115. dalle Pugliole Chron. di Bol. col. 241. Dulcin. lib. 3. fol. 144. Baron. T. 12. ad A. 1115. *n.* 18. *fol. 90. & 91. Falcon. de' Veſt. di Bol. lib. 2. fol. 144. & ſeqq.*

(43) Decidit hæc cruenta pluvia die Dominico 13. Quintilis hoc A. 1113. ex *Ghirardacc. lib. 2. fol. 60.*

(44) Eques profectò genere, & litteris ſplendidiſſimus, atque adeo de Patria benemeritus, ut ipſi uni ſuam ab excidio præſervationem viſa ſit Bononia debuiſſe; potuit namque gratia, & loquentia orationis ſuæ apud alias furentem in nos Henricum, ipſe tantum, quòd ex ſibilanti colubro, rugientique Leone populationem, & ruinas minitante, Auguſtum in permitem agnum, pacificamque columbam vertit, imò illuc vi accomodatiſſimi ſermonis eum deduxit, ut oblitus omninò injuriarum, quo modo cumulatiſſimis beneficiis hanc Urbem augeret, cœperit dumtaxat cogitare, & quidem ſerio in id animum ita applicaverit, quod legatorum voluntati prorsùs nihil abnuerit, quemadmodum ſuper negotio confectæ Idibus Maji 1116. tabulæ teſtantur, quarum nunc etiam authographum in publico Archivo aſſervatur; hoc autem ſi ita, quid eſt cur ut enervent Anſaldii merita, virtutem, atque dignitatem natam factam ad compeſcendos Cæſares, conentur invidi quidam, proſperum hunc adeò, & felicem rei exitum quæſitis aliis ratiunculis, vel cauſis tribuere, divinenturque hoc vel ab altero ſua mente effictum opinamentum dimanaſſe? Sed pudeat de his vel loqui. Utinam tum verò poſtquam hac perfidia malignandi ſuper alienis meritis conflictantur, ut modò benemerentibus detrahant, ad pietatis ſaltim palium convolaſſent, eamque primam conſummatæ adeò proſperè rei, & à Superis repetendam ſcripſiſſent, eſſent tunc namque qui id ſibi facilè perſuaderent, ac iiſdem color ſaltim aliquis præſto eſſet, quo invidiam ſuam alias nimis apertam tegerent, ſuamque cauſam tuerentur, quemadmodum verè, ac certiſſimè in præſentiarum longè, latèque potuiſſent, quia conſtat abs decreta ad Henricum legatione, indictas fuiſſe publicas ſupplicationes, & preces, modò ad oſſa Sanctorum Petronii, & Floriani, & modò ad clariores prodigiis Deiparæ Imagines, & præſertim *del Preſidio* in Epiſcopio, & Salutis in S. Barbara, qua ope, ut creditum eſt, tum vis data, & addita Anſaldo Oratori, cùm pax, & tranquillitas planè ex inſperato, & præter communem expectationem abs Auguſto obtenta eſt. Hac verò de cauſſa poſtquam in Urbe per ſolemnes ſacras, civileſque actiones maximoperè gratulatum eſt, ut facilè ex rei diſcrimine quiſque intelligere poteſt, Communis tunc una, atque Pop. Bononienſis ad perpetuandam memoriam aſſequuti beneficii, teſtandumque ſuum in Cœlorum Reginam gratum animum, qua occaſione per ſupplicationem ſe contulit ad referendas eidem ſub laudatis Imaginum titulis gratias, ornatas æquè eaſdem tum haſtâ argentea reliquit, coronâ laureâ deſuper inſignitâ cum ſub pendente tabellâ referente Theodoſianum Auguſtale Diploma conceſſi dudum huic Urbi Studii univerſalis, & ſubpoſitâ bicipiti, ac bicolori Aquila eamdem haſtam ſuſtinente, pro indicando utroque Imperio, quatenus nigrâ cavæ Latinum, ſive Occidentale, luteâ verò Græcam, ſive Orientale Imperium conſuevit deſignari; cum aureo Leone pedibus Vexillum Artium faſciis albis, & rubris contextum erigente, ut per hæc formæ Bononienſis gubernii oblata munera, apertiſſimum fieret, cunctos hujus Patriæ Ordines addictos, devinctoſque Deiparæ ſe profiteri pariter, atque exhibere. *Diar. Marian. Bonon. in præf. fol. 12. Fulc. de evid. M. V. protect. erga Bonon. cap. 7. Egnat. ad Ghirardacc. lib. 2. fol. 61., & 62. Vizan. lib. 2. fol. 54. Matth. Griff. Mem. hiſtoric. Bonon. col. 115. Dulcin. lib. 3. fol. 143., & ſeqq. Bartol. dalle Pugliole Cron. di Bol. col.* 241. Ceterùm è gente Anſalda (cujus ramus poſt inde Florentiam migravit) adhuc appellata Ædes Curata de Jure pat. Parochianorum, S. Andreæ Sacra, *degli Anſaldi*, quam nuperrimè denatus die 15. Februarii 1726. ſuus Rector Curatus *Ludovicus ab Horto* largè non minùs pretioſa ſupellectile, quàm ſui ipſius opinione ſanctitatis multâ cumulatam reliquit.

„ Eccleſiæ defenſionem, cauſſamque ſuſcepit, neque quòd pater tuus in altera eſſet parte, curavit. Hac una Eccleſiæ cauſſa excepta, nemo mortalium populum Bononienſem non Regibus ſuis ſemper enixe ſtuduiſſe, atque egregiam, fidelemque operam præſtitiſſe, poteſt arguere; quis enim nos aut ſolemnia abſenti Regi tributa denegaſſe, aut debitos honores præſenti non habuiſſe, aut contractas cum vicinis noſtris lites ad arma potius, quam ad regiam æquitatem revocaſſe, poteſt inſimulare? Quæ à multis Lombardiæ populis vulgo commiſſa nulla tamen graviore unquam mulcta notata ſunt. Unum ergo hoc nobis objicitur, in quo, niſi tua fortaſſe violata voluntas eſſet, jure gloriari liceret, quòd Pontificis jura, dignitatemque tutati ſimus. Quo crimine ſi ſoli oneraremur, levem tamen eſſe culpam duceremus, cum unà Dei cauſſam ſuſcepiſſemus. Nunc verò, cum id cum tota fere Italia fecerimus, equidem jure, niſi tua humanitas prohiberet, poſſemus dolere, quòd à nobis ſolis tanquam inauditi alicujus ſceleris convictis tam acerbæ pœnæ ſint expetitæ. Etenim, cum arcem, Henrice, in Urbe noſtra ædificaſti, cum præſidium in arce reliquiſti, quid aliud, quàm duros libertati noſtræ ab Othone maxime conſtitutæ frenos injeciſti? atque in communi Italiæ libertate nos ſolos acerba premi ſervitute voluiſti? Cujus ſervitutis nomen ſi poſt pulſos Longobardos ita Civitatibus Italiæ inviſum eſſe ſcis, ut ne Berengarios quidem Italicos poſt annos ferme ducentos ferre potuerint, ignoſce, quæſo, populo in libera maxime Italiæ parte nato, & quondam populi Romani terrarum Domini colono haudquaquam pœnitendo, ſi libertatis amore ductus aliquid fortaſſe commiſit, in quo voluntatem tuam offenderit, quæque ille evertenda arce egit, noli infeſto tuo potius decreto aliquo onerare, quàm præcipua indulgentia ſublevare; ſitque tibi antiquius in tanta Civitatum Italicarum alienatione populum Bononienſem liberum commodis tuis ſervientem, quàm eundem ſervum durioribus fortaſſe tuis aliquando temporibus inhiantem habere. Nos antiqua tibi obſequia non abnuimus, quæ ex antiquo fœdere, eoque ſæpius renovato debemus; antiquam libertatem te maxime auctore, auſpiceque repetimus, eamque ut nobis concedas, te Civitatis Bononienſis, à qua miſſi ſumus, nomine, iterum atque iterum obſecramus. His auditis Henricus rem in Conſilium adhibuit; deinde ſive ut humanitatis opinionem aucuparetur, ſive ut belli gerendi cum potente, & parata Civitate neceſſitatem vitaret, ſive, ut Romam ad graviora quaſi gerenda maturius perveniret, Legatis reſpondit, ſe quanquam juſtas adverſus Bononienſium populum iræ habeat cauſas, tamen majorum ejus fidei erga Cæſares, & conſtantiæ libenter concedere, ut errati veniam det, &, quoniam libertate, quam petant, dignos judicet, eorum voluntati nihil abnuat. Ita libertas his conditionibus confirmata, ac tabulæ Idibus Maji confectæ, quarum nunc etiam exemplum in tabulario publico aſſervatur. „ Civibus Bononienſibus omnes injurias, inprimiſque recentem arcis everſionem condonamus. Cives Bononienſes, ac poſteri eorum una cum fortunis ſuis fidei, tutelæque noſtræ commendati in perpetuum ſunto. Liberam Padi totius navigationem quoquo verſus habento; neque vectigal ullum ripatici nomine, & maxime Ferrariæ pendunto. Leges, mores, conſuetudineſque ſuas inviolabiles ſervare liceto. In alveo Rheni invito populo Bononienſi nemini mortalium operis quidquam moliri, quo deterius navigetur, liceto. Foderi, aut paratæ nomine centenos tantum denarios Veronenſes penduntо. Nullus comes hoſpitii cauſa quod Manſionaticum vocant, colonos Bononienſes ulla moleſtia afficito. Bononienſes quandiu in caſtris noſtris erunt, judicium nulla de re, niſi ſi quid ibi commiſerint, patiuntor; cum hoc reſponſo, atque his tabulis ab Henrico Legati profecti lætiſſimum Bononiam de libertate, & gratia Regis nuncium retulerunt. Quæ res ut optata magis, quam ſperata, incredibile memorato eſt, quanta voluptate animos Civitatis affecerit, ac quantum populum Henrico ipſi tantarum bonorum auctorem conciliarit. Atque ut hæc lætitia cumulatior eſſet, divinum etiam ſe ſe Numen adjunxit. Nam Virgo Deipara non obſcura voluntatis ſuæ ſignificatione ſe novo augeri Templo in colle Urbi imminente quaſi ad præſidium receptæ libertati ex propinquiore loco ferendum oſtendit. Etenim cum nobilis Matrona Picciola nomine, Alberti Gallucii filia, Octaviani Plateſii viri primarii uxor Sacellum in hoc colle Virgini Chriſti Matri voviſſet, ac fabri terram ad fundamenta egerere inſtituiſſent, columbam de induſtria locum quendam circumvolantem, ac ligneis ſtuſtulis collectis orbem latis amplum conficientem uno, atque altero die notarunt; ac mirati rem, religionis pleni ad Epiſcopum detulerunt. Epiſcopus in collem multis comitantibus Clericis provectus cum columbam, perinde ut acceperat, operi adhuc intentam reperiſſet, cœleſtem eo ſigno ſine dubio oſtendi voluntatem exclamavit, atque, ut ædem in eo loco, & quidem rotundam faceret, Matronam admonuit. Ita ex pia optimi præſulis interpretatione conſtructa ædicula poſt paucos menſes ab eodem ante diem XIX. Kal. Septembris, vicinarum Civitatum Epiſcopis adhibitis, dedicata eſt. Miraculis inde plurimis ibi editis clarus locus, ac magna convenarum dona piè deferentium celeber ſatis docuit, vere ſedem illam à Beata ipſa Virgine ſibi delectam, ac tacito columbæ officio, atque labore ſignificatam. (45) Eo 1117
vero, qui inſequutus eſt, anno Henricus poſt

(45) Concordant unanimiter *Gherardacc. lib. 2. fol. 62. Vizan. lib. 2. fol. 54., & 55. Sigon. de Ep. Bonon. lib. 2. pluribus in locis. Accarſ. de trib. Bonon. Cruit. glor. à fol. 93. ad 26. Maſin. Bol. Perluſtr. p. 1. fol. 412., & ſeq. ac fol. 426., & ſeq. Falcon. de' Veſc. di Bol. lib. 2. fol. 148., & ſeq.* Eſt autem in tanto honore hæc Imago a Bononienſi Populo ſemper habita, quòd propter ipſius cultum, ne ſi fortè ex cauſa publica interdiceretur, tumultus in Civitate excitetur, res exigit, ut pro temporum opportunitate ſanctio fieret

poſt res Lombardiæ compoſitas Romam
verſus intendit iter. Quod ubi Paſchalis ac-
cepit, illico in Campaniam ſe recepit. Ita-
que Henricus, ubi Paſchalem non invenit,
coronâ iterum à Mauricio Bracarenſi Epi-
ſcopo acceptâ in Marchiam Tarviſinam re-
ceſſit. Paſchalem inde ſub Henrici profe-
1118 ctionem in Urbem reverſum, ac ſequenti
anno morte conſumptum Gelaſius Secundus
eſt conſecutus. Quem Henricus vitio factum
criminatus, Romam repetiit, atque profecto
Roma Gelaſio, in ejus locum Mauricium
ipſum, Gregorii VIII. nomine impoſito,
Pontificem per quoſdam Clericos declara-
vit. Demum Latii oppida tentare armis ag-
greſſus, ubi Gulielmum Apuliæ Ducem
Gelaſii advenire auxilio ſenſit, Gregorio
Fregepanibus Civibus Rom. commendato,
ex Italia ceſſit. Gelaſius in Urbem rever-
ſus, mox in Franciam abiit, atque ibi po-
1119 ſtero mortem oppetiit. Caliſtus autem Se-
cundus, qui in ejus locum eſt ſubſtitutus,
Romam Gregorio Sutrium ſe recipiente,
progreſſus nihil prius quam ut pacem cum
Henrico conciliaret, ſibi faciendum exiſti-
mans, opportuna de concordia aguare con-
1120 ſilia cœpit. Proximo anno Cremonenſes
cum Parmenſibus magna utrinque cæde
edita in Parmenſi glarea conflixerunt. Bo-
nonienſes contra proſperis ſucceſſibus rerum
elati, atque ſumma Reipublicæ tranquilli-
tate adducti cum omnes ad dignitatem,
amplitudinemque vertiſſent cogitationes,
ædes publicas, quibus adhuc caruerant,
Conſilii habendi cauſſa conſtruere cœpe-
runt, atque eas poſtero anno abſolverunt.
1121 Id Palatium Communis vocatum ad ædem
D. Ambroſii fuit; cui Curia D. Ambroſii
nomine appellata adhæſit, in qua populi
cogi concio conſuevit. Quæ loca ampliſſi-
mum poſt ipſum D. Petronii Templum ibi
conſtructum magna ex parte obſedit. (46)
Eo anno Gregorius, qui vulgo per igno-
miniam dicebatur Burdinus, à Sutrinis Ca-
liſto deditus in Monaſterium Cavenſe de-
1122 truſus eſt. Sequenti ſublatâ diuturnâ inter
Pontificatum, Imperiumque diſcordiâ pax
tandem inter Caliſtum, & Henricum, Lam-
berto Fagnano Epiſcopo Oſtienſe & Ponti-
ficis Legato agente, ac Sacerdutiorum jura
recipiente convenit. (47) Poſtero anno pro- 1123
ſpera Bononienſium fortuna vicini populi
Rodiliani, Sanguinetani, & Capriliani per-
moti Civitatis Conſules adierunt, atque
ædificiis quibuſdam Eccleſiæ, ac Communi
Bononienſi donatis, ut in clientelam reci-
perentur, orarunt. Ex Conſilii ſententia
Conſules in Curia D. Ambroſii pro ſe, &
pro Victore Epiſcopo promiſerunt, ſe ædi-
ficia illa nulla unquam ratione alienaturos,
verum ad honorem, & commodum Eccle-
ſiæ, & Communis Bononiæ retenturos, at-
que ipſos populos omni ope ſua adverſus
omnes, excepto Imperatore, tecturos. At-
que hic primus ad patandam, quantum ex
publicis apparet commentariis, peregre po-
tentiam à Civitate gradus eſt factus.

DE ADMINISTRATIONE CIVITATIS.

RES poſtulare videtur, ut, quoniam majores, & ad memoriam clariores poſthac Bononienſium res domi, foriſque geſtæ tradentur, quæ hoc tempore Reipublicæ forma, quæ Urbis facies, qui Civium mores eſſent, novo quaſi principio facto exponam, ut à quibus initiis ad hunc ſtatum perventum ſit, facile, qui hujus erunt ſtudioſi lectionis, agnoſcant, nec temere in illa ſuperiorum ſeculorum ruditate aut Civitatem adminiſtratam, aut arma tractata eſſe, intelligant. Quod ab omnibus, quibus hæc quærere curæ fuit, non modo prætermiſſum, ſed ne animadverſum quidem eſſe video. Agamus igitur ſigillatim de ſingulis, &, quod magna diligentia ex veteribus Civitatis monumentis eruimus, in publicum proferamus, quam communem vocarunt, hæc ratio inſtituta eſt Reipublicæ. (48) Summa rerum omnium penes tria Conſilia eſt collocata, Speciale, Generale, & Credentiæ; itemque penes Magiſtratus, qui & conſiliis præfuerunt, & judicia exercuerunt, quorum omnium quotannis lectio celebrata eſt in hunc modum. Circa Idus Decembris Conſilium Speciale cum Generali vocabatur ſive à Conſulibus, ſive à Prætore, prout alter eorum in Repulica verſabatur,

fierer de illa in Urbem referenda, eâque in S. Proculi locanda, unde ita ſuis publicæ pietati fiat, octiduoque ita celebrato ibi pari Solemnitate ſua in Cœlum Aſſumptionis, quemadmodum de more in ſua Æde *del Monte* ſingulis annis fit, in eam eſferatur, ubi per reliquum annum noſtræ obſervantiæ ſignificationem ſuſcipit; actum verò ita ex cauſa epidemicæ animalium luis legimus de A. 1657., ac nos ipſi id vidimus eadem ratione fieri die 14. Auguſti 1713 ſub tunc Juſtitiæ Signifero *Marchione Baptiſta Angelo Coſpi Senatore de Bellatinis Patre Marchionis Hieronymi J. U. D. Pub. Lect., & Senatoris de Coſpis* hæc dum ſcribimus Vexilliferi Juſtitiæ, eaque occaſione inter Stendarderios conſedit cl. mem. *D. Jo. Antonius Machiavelli* ſuaviſſimus cum viveret Pater meus; quo per moleſtiſſimum mihi luctus orbatus fui die 10. Martii 1727. conditis oſſibus apud Majores in S. Dominici Templâ; noviſſimèque denuò id reperi vidimus ob ſuſpicionem contagionis in Maſſilienſes ſæviſſime graſſatæ, quam ejus ope, peculiarique beneficio cœleſtis miſerationis nullatenus perſenſimus. Porrò ſuperiori anno 1731., quæ ſupplicatio, & Magiſtratuum Equitatio haberi ſolet in pervigilio Aſſumptionis, habita dumtaxat eſt die 22. Auguſti pro-Vexillifero Juſtitiæ tunc ſedente ampliſſimo Senatore, Equite, & Comite *Vincentio Bargelini*, quem nominaſſe idem eſt, ac laudaſſe.

(46) Antiquitus namque Forum majus, ſive Platea Civitatis è regione Ædium Antonianarum adetat, quam aream poſtea Galluciorum Domus repleverunt, & in ſolo æquatis, modò quod conſpicitur conſtructum ſupra Amphitheatri ruinas eſt Monaſterium Cœleſtinorum cum nova Eccleſia S. Jo. Baptiſtæ ſacra; ſupereſt etiam Turris Galluciorum, quæ noviſſimè in poteſtatem illorum de Dulphis venit, quo cognomento hodie coruſcat Reverendiſs. *Alexander Dolfi* Eccleſiæ Fanenſis Antiſtes. *Dulcin. lib. 3. fol 149. Vizan. lib 2. fol. 56.*

(47) Convenit tum verò facile in id Cæſar, motos Legati Lamberti præſtantia, & dicendi authoritate (namque Doctor æque erat graviſſimus, ac Orator diſertiſſimus) & animo nihil abnuendi voluntati Bononienſium, qui Concivem literis apud illum commendatum fecerant; Cæſar verò gratiâ multâ eos proſequebatur. *Egnat. ad Ghirardacc. lib 2. fol. 63. ad med. Vizan. lib 2. fol. 56.*

(48) Idem ſcribunt *Dulcin. lib 4. à fol. 154. Ghirardacc. lib. 2. à fol. 63. ad 68.*

tur, atque iis præſentibus ſinguli è Conſilio, ſervato Tribuum ordine, ad ſortem lectionis prodibant. Erant autem duæ ante Tribunal ſitellæ poſitæ, quarum in unam tunc Tabellæ membranaceæ, ab iis breviter nominatæ, dejiciebantur, quot ex ea Tribu, quæ vocabatur, in Conſilio aderant, eorum ipſorum, qui aderant, nomina inſcriptæ, in altera totidem aliæ, verum decem tantum manu quatuor hominum è Conſilio Lectorum ſignatæ. Cum autem eſſet hominum primæ Tribus ineunda ſortitio, Tabella pueri manu ad id de induſtria parati ex priore ſitella trahebatur, atque, ut cujuſque nomen exibat, ita ad Tribunal prodibat: inde ex poſteriore ſitella altera, quæ ſi inanis fuiſſet, jure ille lectionis excludebatur, ſi notam habuiſſet, jus lectionis adeptus erat, atque hoc fiebat, quouſque decem Tabellæ ſcriptæ eductæ eſſent, quibus denis ex ea Tribu hominibus jus legendi Conſilii pariebatur. Quo facto ſors hominum ſecundæ Tribus dejiciebatur, atque ita decem alii ducebantur, eodemque pacto in ceteris, quouſque quadragenorum numerus eſſet effectus. Quibus rebus adminiſtratis, ſtatim ſecretum in locum hi quadraginta ſecedebant, ac ſexcentos legebant, quippe ſingulæ Tribus ex corpore centenos quinquagenos, genere quodam hominum excluſo vilioribus in artificiis, atque operibus occupato, & ex ceteris, qui minor eſſet annis decem & octo, ita tamen ut nemo invitus de Conſilio eſſet. Atque hoc Speciale Conſilium dicebatur. Qua re confecta, eadem ratione poſt triduum Credentia legebatur, eo excepto, quòd Juriſperiti omnes ſine lectione illud inire Conſilium, ac de ſexcentis eſſe poterant. Ac triduo interjecto, eodem ordine totidem legebantur, qui Generales dicebantur. Qui vero ſortem unius Conſilii legendi nacti erant, ii ad alterius ſortem non admittebantur. Vocabantur autem hæc Conſilia modo ſeparatim, ut Speciale, aut Generale, aut Credentia tantum, modo aliqua inter ſe ratione juncta, vocabanturque campanæ ſono, & voce præconum; campanæ autem ei officio tres erant dicatæ, minor, major, & media, Speciali advocando minor, Generali major, Credentiæ media; cautum porro erat, ne Conſules, aut Prætor Conſilium indicerent, niſi rem, de qua relaturi ad Conſilium eſſent, per ſcribam in Codicem retuliſſent, & neque quem ex uno Conſilio venire in alterum loco alterius permitterent. Ubi verò coactum Conſilium erat, tum rem, quam ſcripſerant, ex ſcripto per ſcribam referebant. Relatione facta, dabatur Oratoribus ſuper ea re verba faciendi poteſtas, (49) qui quatuor erant, & ad Tribunal Magiſtratus ſtabant, præterea Magiſtratibus (nam & ipſi Conſilia inibant) (50) ea tamen lege, ut nonniſi de re ad Magiſtratum ſuum pertinente loquerentur, atque ex eorum ſententiis rogationes ſcribebant, quæ partita vocabant. Aliquando etiam privati homines ad Conſilium agere, (51) ſi res poſcere videbatur, permiſſi, qui vero acturi erant, ſuggeſtum ad id paratum aſcendebant, ut ab omnibus audirentur. Re in utramque partem diligenter excuſſa, rogatio ad Conſilium ferebatur, ut de ea ſuffragia ferret. Suffragia verò diverſo modo ſunt lata. Interdum enim ſententiæ ſingulorum ſecreto exquirebantur, & à ſcribis excipiebantur, aliquando apertè viva omnium voce dicebantur, ſæpe fabis albis, atriſque res permiſſa; (52) non-

(49) Ut ſuper propoſito negotio quid conſultius foret agendum vocales intelligerent, pro affirmativa alter, & pro negativa ex oppoſito alter Oratorum diſſerebat; ſine fuco tamen, & peroratione concio erat habenda, ac tum ſæpius ex inopinato, ne per laſcivientem loquentiam magis, quàm rationibus moverent animos; Mos planè æquiſſimus, digniſſimuſque bene inſtitutâ Republicâ, in qua non libido, non prepotentia, non auri, vel lucri, aut uſurpandæ Juriſdictionis cupiditas eſt, profectò autem ſtudium unicè habetur circa majus Civium commodum, boni publici augmentum, & evidentioris veritatis aperitionem; hinc quis non execraret corruptelam illam excludendi à Seſſione criminali reorum Advocatum eo loquuto, ut ita abſente patrono, ſolus fiat accuſator contra reum, vel quod ſententiam iidem dicant, qui pro Fiſco agunt, ac præſertim iidem Tribunalis Miniſtri, qui Proceſſum fabricarunt, & ita, qui partes effecti ſunt cauſæ in judicio, & ſolius ſupplicii rogatores? *Egnat. ad Ghirardacc. lib. 2. fol. 64. poſt med. Storlet. de malisp. Bonon. tyrann. §. penult.*

(50) Vereantur ergo contra, ſi qui ſunt, ſentire, intelliganturque demum ſapere ſibi fas eſſe, dudum res Patria cum utiliter tractabatur, jus cunctis Magiſtratibus fuiſſe Senatum inire, ibique cauſſam ſui cœtus dicere, & leges ſuper negotiis curæ ſuæ commendatis perpetuas rogare, ad differentiam plebiſcitorum, & edictorum temporalium eorumdem Magiſtratuum, quæ in vim propriæ authoritatis, & irrequiſito Senatu eduntur, nec a Senatu unquam ſubverti poſſunt, tanquam poteſtate legis condendæ, & juriſdictione carente, quæ eſt ingenita iiſdem Magiſtratibus, utpote Judicibus Patriæ ordinariis, ac proinde magis valet ſimplex proviſio per plebiſcitum firmata, quàm mille Statuta per antea edita, ſed ſubſequenti obſervantia deſtituta, ac per ejuſmodi recentiores Proviſiones reformata. Accedit inutile quodcumque decretum fortè non præſentibus, aut non auditis Magiſtratibus obtentum fuiſſe, illudque proinde in Tabulas referri nequaquam potuiſſe, quin imò poſt Prætorem, & Conſules, ceteri primùm conſidebant Magiſtratus, & extra hunc caſum Conſilii generalis, quæ reliqua Conſilia Magiſtratuum audientia indigebant, per Conſiliarios eos in reſidentia ſua Magiſtratus ſedentes adibant, iiſque coram ſtando, quod rogarent, componebant, Syndico dumtaxat Conſilii generalis in ſcamno, ſi negotium prolixiùs abiret, ſedente, quæ cæremonia adhuc per Tribunos Plebis obſervatur cum D. Conſultore Senatus, & Auditore, ut appellant, Cameræ D. Legati, ſive Gubernatoris. *Egnat. ad Ghirardacc. d. lib. 2. fol. 64. poſt med.*

(51) Mos planè juſtus, & æquus, ac quare non admittatur, planè non video, poſtquam ingenitum eſt jus cuique, cauſam ſuam coram quavis poteſtate dicere, & apud eos ſingulos immediatè cauſam ſuam proſequi, qui voto, vel ſuffragiis illam dirimere debent, namque interpoſitum per Aſſumptariatum organum anceps ſemper, & fallax oraculum. *Egnat. ubi proximè.*

(52) Optimus ſanè modus ad rem ſecretò, & liberè abſolvendam, quo vel proinde tantùm volui per DD. Tribunos, & Artium Maſſarios negotia finiri, Judex apud eos cum ſedi in eo Tribunali, quoniam aberrandi occaſio tollitur, & nulla vis libertati, aut conſcientiæ cujuſpiam infertur; plurimi etenim affectant unum ore, quod alterum tenent animo, & ſæpiſſimè detecto ſcrutinio repertum eſt infectum, aut improba-tum,

nonnunquam diſceſſione, interdum conſurrectione confecta. Diſceſſionem voco, cum in duas partes diverſas abire jubebantur, ac per Miniſtrum publicum numerabantur; conſurrectionem, cum aliis ſedentibus alii ſurgere jubebantur. Voluntate Conſilii cognita decretum pronunciabatur, atque referebatur in tabulas. Neque ante decretum factum, Conſilium aliud poterat advocari. Scribæ autem multi præſto erant partim ad relationes legendas, partim ad decreta pronuncianda, partim ad recitandas leges. Atque hæc quidem conſuetudo Conſiliorum ejus Reipublicæ fuit, quæ Communis nomine inſignita eſt. Nam Populi quæ fuerit, poſt ſuo loco dicetur. Magiſtratus porro alii ordinarii fuerunt, alii extraordinarii; ordinarii dicti, qui quotannis in Republica creabantur, qui iidem Curiæ nomine ſunt appellati: extraordinarii, qui pro re nata alicui negotio agendo præponebantur. Ordinarii fuere præcipue Conſules Communis, ſive eorum loco Prætor, Conſules Juſtitiæ, Judices Communis, Procuratores Communis, Judices Appellationum, (53) Judices Maleficiorum (54) novorum, Judices Officio proſcriptorum, Judices Cauſſarum novarum, & Quæſtor, extraordinarii Legati, Curatores, & Syndici. Conſules quemadmodum (55) præcipue lecti ſint, non inveni; eodem autem modo lectos fuiſſe, quo reliquos Magiſtratus ordinarios, facile exiſtimari licet. Prætoris vero legendi ratio fuit hujuſmodi. Septembri menſe pro arbitrio Magiſtratus Conſilium Speciale, & Generale vocabatur; antequam tamen vocaretur, indicebatur populo, quo die, & qua hora hæc, aut illa Tribus ad ſortem eſſet proditura, atque eodem, quo dixi, ordine ex utroque Conſilio, Magiſtratibus excluſis, quadraginta ſorte legebantur. Qui extemplo ſecretum pariter in locum ſe referebant, ita ut nemo poſſet in aures eorum inſuſurrare, nec ſcriptum aliquod porrigere, aut alia ratione eorum judicia depravare. Qui ſi ſequenti nocte, & poſtera die uſque ad Veſperas S. Petri triginta ſeptem conſentientibus Prætorem novum non declaraſſent, jus lectionis amittebant, atque alio die Conſilium Generale, & Credentiæ Prætor vocabat; atque ex utroque Conſilio alios quadraginta eadem ratione legebat, qui,

tum, quod antea voce videbatur obtentum, dixiſſeſque acclametum; Hoc more vivimus etiam in negotiis quibuſcumque expediendis apud noſtra ſiere Collegia Doctorum Collegiatorum, & demum ita quoque in more eſt penès ſapientiſſimos DD Conſules Fori Mercatorum in rebus ad ſuam juriſdictionem ſpectantibus. Abſit autem, vel tantillum a more adeò ſancto, & veteri deflectere, quoniam prorſus anceps & periculoſum novitatis judicium. *Egnat. ad Gbirardacc. ubi ſupra*. Ego latè in meo Tractatu *dell' Uomo d'Univerſità*, quem in gratiam minus litteratorum hominum compoſui, & potiſſimùm pro indemnitate conſcientiarum illorum, qui fortè ſatis vim ſuffragiorum non attingunt; Eſt namque hoc præcipuum boni Civis officium, privatorum oblivisci per abdicationem a quavis privatæ cupiditatis ſorde, & ea publica pro animo curare negotia, quæ Concivium animæ, & nominis ſalutem, atque integritatem potiſſimùm intuentur. *Collat. Equ., & J.C. Senior Macchiavell. gentilis meus in ſuis moral., & polit. Sent. ad Franceſchinum filium in praeſ.*

(53) Ex cœtu Civium Juris Doctorum hi omnes legebantur, pro ut etiam modò, fortè quot annis de piſſidibus talium Doctorum Collegii Judicum, & Advocatorum Bononiæ aggregatorum, VIII. Doctores extrahuntur ad munus hocce ſuſtinendum Judicum appellationum, prout ego non ſemel illud ſuſtinui, & *Karolus Antonius Abbas* Frater meus, qui in album d. Collegii relatus fuit die 30. Septembris 1712. ipſe vero die 21. Junii 1723. vix poſtquam non reperiendo fortè inter Cives exemplo ſui tamquam vir famoſus Laureâ in utroque Jure per maximam erga me Doctorum Collegiatorum geminæ cenſuræ dignationem die 18. Februarii ejuſdem anni 1723. decoratus, ac porrò uti ſimul die Jovis 14. Junii 1725. adſcripti ſuimus laudato ſacro Doct. Collegiatorum Ordini, cujus hæc cum ſcribo pridie Kal. Novembris 1732. eſt quo ad Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Juris Pontificii Collegium Prior, item Præſidium Sacro Monti Pietatis mox eddictus Frater mihi ſuaviſſimus, ac de literaria Republica non parum meritus, ut ejus meminit *Orland. de Scritt. Bologn. fol. 79.*

(54) Sed quæro, cognoſcebant an ne iidem etiam de domeſticis piaculis, hoc eſt de incuſationibus Parentum, Virorum, Fratrum, Agnatorum &c. ſuper corrupto, vitioſoque, ac emendationem poſcente vivendi modo filiorum, uxorum, diſcolorum Fratrum, conſanguineorum &c? Inſuper, ipſi numne judices quoque erant, coram quibus cauſæ honoris, diffidentiumque eo titulo civium nobilium agerentur, ita ut eodem ſiſterentur Tribunali fur, latro &c. in cauſa rapinæ, graſſationis &c. ac Eques, Miles, Doctor &c. ſui honoris, nobilitatis, ordinis &c. cautam profiteàns? Oh facinus! abſit ergò, & infanda ſit poſtulatio, civile turpiſſimum continens in benè inſtituta Republicâ ſacrilegium, ipſa perdita illa namque, apud quam unum, vel idem eſt honoris, & maleficii Tribunal; neque etenim Pater amplius defert inſoleſcentem filium, atque oppidò vir probus æquè querelam de læſo ſuo decore afferre, vel de nobilitatis cauſa agere veretur, ſi quod abſque proceſſu, & ignominia inſtituitur, deſit caſtigationis judicium, ac ubi nonniſi ſub truci infamiæ ſupplicio patet violatæ opinionis cenſura. *Egnat. ad Ghirardacc. lib. 2 fol. 64. poſt med.* De hujus Magiſtratus abolitione ut ad eam declamant *Vizan Stor. di Bol. lib. 11. fol. 74., & 76 Falcon. de' Feſti di Bol. lib. 6 fol. 608 cum aliis ap Collat. Macchiavell. Fratrem de Bonon. Excl., & Urb. gub. fol. 49.*

(55) Fuere iidem Conſules, ac hodie ſunt Antiani, qui propterea Antiani Conſules etiam nunc appellantur, quorum Excelſus Magiſtratus Princeps in Patria eſt ad eam repræſentandam, ac idem favore carum familiarum, quæ illum geſſerunt, facit per ſe probationem indubiam generoſæ, ut appellant, nobilitatis, & ita etiam ad effectum aſſequendi habitum, vel Crucem cujuſvis ordinis equeſtris ad hæc tradita per *Collat. Macchiavell Frat.* ubi plura, *de Bonon Excl., & Urb. gub. fol 55 §. Ulterius, & ſeqq.* Quibus autem inſignibus perfruantur Antiani ad ornatum ſuorum Stemmatum gentilitiorum, vide in *Tabella inſignium Ordinum politicorum Urbis Bononiæ*, quam per multas vigilias, & prope incomparabiles labores confeci, & erit ad futuram rem. Iidem, nec in auguſti reſidentiè ſuâ, manum cuipiam cedunt, eorumque Judex, & Collega ex Doctorum ordine, Judex ordinarius eſt, utique præſertim cauſas cognoſcit, & dirimit officiorum utilium, quorum ſoli veri Cives capaces ſunt, quamvis longè ſatiùs, & ſoli Municipes ea conſequerentur, quoniam hi diſpendioſos Magiſtratus ſoli ſuſtinent, & ita non ſolo originum caſu Cives ſunt, verùm inſuper effectu tales ſe perhibent, munera Civitatis ſuſtinendo.

qui, ſi ne ipſi quidem conſenſiſſent, tum Conſiliorum ipſorum ſuffragiis, Generalis inquam, & Credentiæ, res permittebatur. Legebatur porro Prætor ea ea Urbe, ex qua Conſilio placuiſſet, modo ne propinquus eſſet alicujus eorum, qui legerent, neque poſſeſſionem in Urbe agrove haberet, aut minor triginta ſex annis eſſet. Legebatur autem qui magnam præter ceteros virtutis, ac ſapientiæ opinionem haberet. (56) Aliquando etiam obſervatum eſt, ne ea ea Urbe legeretur, ea qua priore anno eſſet acceptus. Lectione perfecta, & Conſilio renunciata, literæ ad eum qui lectus erat publice mittebantur, atque ut delatum honorem acciperet, rogabatur, & quo die Urbem inibat, ingenti populi ſtudio, atque occurſu Civitatis excipiebatur, cujus rei aliquot adhuc in Republica hærent veſtigia. (57) Prætoris autem eadem poteſtas, atque Conſulum, erat. Neque vero aſſentiendum eſt iis, qui Fridericum Barbaruſſam Imperatorem primum Prætores in Italiam intuliſſe ſcripſere. Siquidem, præter ceteros, Bononienſes ipſi multo ante Friderici Imperium Prætorem creavere, ita tamen ut modo Conſulibus, modo Prætori Rempublicam pro temporum ratione committerent. (58) A Conſulibus autem Civibus ad Prætorem alienigenam ſe contuliſſe videntur, ut Civium libertate abutentium gliſcentia in dies certamina ſedarentur, atque ut jus ſeverius diceretur, neque tam facile, aut gratia, aut odio cujuſquam variaretur. (59) Quoniam autem Prætores plerunque juris ignari erant, propterea Aſſeſſores, ac Judices legum peritos ſecum, primum quidem duos, deinde quatuor adduxerunt, per quos non judicia ſolum exercuerunt, ſed etiam Conſilia, ſi opus fuit, coëgerunt, ac gladio, pileo, & ſceptro ad poteſtatem indicandam ornati ſunt, unde etiam vulgo Poteſtates appellati. Præter Conſules, & Prætores, penes quos ſumma Reipublicæ pace, belloque, fuit, alii, quos dixi, ordinarii Magiſtratus Rempublicam tenuere. Quorum legendorum eadem prope ratio fuit, atque Conſiliorum. Uno die duæ Tribus, altero reliquæ, una ante horam diei tertiam, altera poſt nonam ad ſortem vocabatur. Quique ex ſingulis Tribubus ſortem hujus, aut illius legendi Magiſtratus nacti erant, extemplo aliquem edere jubebantur, caventes, ne aut patrem, aut filium, aut fratrem, aut cognatum eligerent, (60) ant hominem ejus exercendi Ma-

(56) Crediderim legendum *prudentia*, etenim ad benè moderandas Univerſitates nihil, vel parùm Sapientia prodeſt, ſi prudentia deeſt, quatenus illa hominem quo ad ſe, hæc verò quo ad alios reſpicit, imò ut plurimum contingit guberna fieri peſſima, quæ per Sapientiſſimos homines acta ſunt, quatenùs acti meditatione, & ratiocinio id exigunt quod deberet, non quod poteſt fieri; Hinc Sanctos pro nobis orare, doctos nos docere, prudentes tum verò nos regere debere Angelicus S. Thomas cenſuit, & profectò ad tradendas ſcientias, atque facultates, qui ſint Sapientes, ad gubernandos verò homines, qui ſint quam maximè prudentes à Deo rogandi ſunt, cum nihil adſit magis difficile, quàm homines regere. *Egnat. ad Ghirardacc. d. p. 1. fol* 64.

(57) Sub Veſperas Kal Quintilis ſolemniter Urbem eques per ſingulos annos novus Prætor ingreditur, ſtipantibus quam multis, eoque hominum, & rhedarum comitatu Palatium adit, & per virgæ ſumptionem, atque Juramenti præſtationem, honoris tanti poſſeſſionem nanciſcitur, manto indutus ſericeo, & auro contexto, qui amplæ dignitatis non leve argumentum perhibet. *Paradiſ. della Nobiltà p. 2. cap. 14. ſub nu. 18. fol. 187., & p. 3. cap. 9. nu. 5. per tot. fol.* 242. *Alidoſ. Inſtruz. delle coſe più notabili de Bol. fo.* 137. *Dulcin. de var. Bon. ſtatu lib. 4. fo.* 156 §. *legebatur in fine. Maſin. p. 1. f.* 368. Poſtquam Prætura per turnum annuatim a quinque Rotæ noſtræ Auditoribus exercetur, qui per ſingulos quinque annos a Senatu eliguntur, facile ſunt quidam bono Civium proſpicientes in hanc ſententiam adducti, & quod de quinque advenis duo tantùm ex alienigenis, reliqui verò tres ex Doctorum Civium ordine aſſumerentur, & quòd circa duos exteros eligendos hæc concordia cum Urbibus Rotam penes ſe parem habentibus firmaretur; Ipſi nempe quòd Civem ſuum nobis darent, modò noſtrum æquè Civem in Auditorem Rotæ ſuæ acciperent, ſiquidem ita fieret, quod ſemper ſaltem quinque Doctores Cives eſſent in munere occupati, itemque una per hæc ſtipendia conſultum laboribus ſuis, pro quibus apud nos, ſi demas decoris augmentum, tantum abeſt, ut lucri compenſatio reperiatur, quòd imò perpetua impendendi ſemper de proprio occaſio adeſt. *Anonym. de inſtauratione Ordin. Civitat. Bonon.* §. *Præterea poſſet*.

(58) Eſt ex veteribus Tabulis hoc compertum, Prætorem primùm Bononiæ inſtitutum Guidonem Saſſum A. S. 1153. fuiſſe, quamquam poſtea interrupta ſucceſſiva ejus electio eſt, ut modò per Conſules tantùm, & modò per eos una cum Prætore Civitas regeretur; imò Prætores ipſi tum etiam ex Civium ordine legebantur, quod pro ſanctius adminiſtranda Republica porrò ſublatum eſt, factaque lex aſſumendi ſemper impoſterum alienigenam, quo more adhuc vivimus, & quia primus poſt legem editam, qui inauguratus fuit, Syllabumque exorditur Prætorum Forenſium, is A. 1164. Guido de Canoſſa legitur, facilè proindè intelligitur, qua de cauſa ſcriptum plures reliquerint, longè poſthac inauguratum Bononiæ Prætorem fuiſſe. *Matth. Griffon. Mem. hiſt. Bonon. vol.* 107. *dalle Pugliole Cron. de Bol. fol.* 243. *Vizan. lib. 2. fol* 65. *Maſin. p. 3. fol.* 80., & 81. *Paradiſ. della Nobiltà p. 3. cap. 9. n. 5. fol.* 242.

(59) Anceps Judicium num gratia Civis magis juſtitiæ officiat, an æmulatione, & in alterum Civem invidia; illud planè experientia probatum, perditam Rempublicam noſtram ob gliſcentia civilia certamina eſſe, ipſamque Patriam propter inauditam, imò infandam Civium in Cives invidiam, pernicioſiſſimas in calamitates ita incidiſſe, ut prorſus ſit prodigium intueri Bononiam adhuc ſupereſſe; Eſt ob id etiam apud me explorata res, ejuſdem æmulationis, & invidiæ tabe, carere me ſtipendiis longe dudum laboribus meis ex juſtitia debitis, & pro impenſis Patriæ planè innumeris officiis, certiſſimè convenientibus; Utinam malignandi turpiſſimum hoc vitium de noſtrorum animis demum exulet, equidem tunc Urbs reflorebit, quæ in deterius ſemper ruet, abſente pietate, juſtitia, & mutua caritate. *Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 64.

(60) Mos conſtantiſſimè apud nos, quoad Magiſtratus etiamnum cuſtoditur, neque enim ex eodem ſanguine, imò nec familiæ nomine duo unquam ſimul ad eos gerendos aſſumuntur, ſive de Senatoribus res ſit, ſive de Antianis Conſulibus, ſive de Tribunis Plebis, & Artium Magiſtris, ſive de alio quovis Magiſtratu; Imo in his ſi contingat rem agi de patre, filio, fratre, nepote, agnato &c. lex eſt, conſedentem de ſeſſione aſſurgere, atque recedere debere, extraque morari, donec illud negotium per-

Magiſtratus rodem, (61) ac, prout quiſque lectus erar, ita elara voce Conſilio renunciabatur. Et nd fraudes, quæ fieri poterant, aperiendas, eductis tabellis denis ſignatis, reliquæ omnes, inſpectante Conſilio explicabantur, ut cognoſceret quiſque, haud plures, quam lege præſcribebatur, fuiſſe ſignatas. Erat autem lege ſancitum, nequem quis ederet, niſi prius XX. ſolidos in ærarium referendos ſolviſſet, quos Prætor exigeret. Neque quiſquam Magiſtratum aliquem poterat capere, niſi poſt annum, quam eodem abiſſet, nec quiſquam legi, niſi in illa Tribu, in qua domicilium habebat. Unuſquiſque autem, antequam iniret, ſolemni jurejurando, ſe recte officio ſuo functurum, adigebatur. Præter hos erant etiam Magiſtratus militares, quorum creandorum ratio fuit eadem, ſed curatio longe diverſa. Imperium militare aut Conſuli, aut Prætori deferebatur; Præfecturæ exercitus erant diverſæ pedeſtris, equeſtris, & populi, & ad extremum etiam Carrocii Præfecti (62) peditum, equitum, & populi à veſillo accepto, peditum, equitum, & populi Vexilliferi appellati, ſinguli ex ſuis Tribubus per ſuos tribules eo, quo diximus, ordine ſunt delecti; ceterum ex Civibus alii pedeſtrem, alii equeſtrem militiam exercebant, idque non magis ſponte ſua, quam imperio Magiſtratuum, qui ei curationi erant præpoſiti. Itaque cum res ordine agebatur, ſinguli eorum, quibus aut pedeſtris, aut equeſtris militia imperata erat, à ſuis Vexilliferis, ut Reipublicæ tempora poſcere videbantur, ducti exibant, quod ſi majore apparatu res eguiſſet, Vexilliferi populi ſuam quiſque Tribum educebant, tumque populus exiſſe dicebatur. Nunquam autem fere fiebat, ut omnes ſimul Tribus exirent, verum modo pedites ex una, equites ex altera, modo una Tribus, modo altera egrediebatur; reliquæ in Urbe ad ſua gerenda negotia remanebant. Militabant autem ab annis octodecim uſque ad ſeptuaginta, cui ætati vacatio omnium publicorum onerum ita dabatur, ut etiam à Conſilio rejicerentur, &, ſi eo forte ſe temere intuliſſent, ad ſortem lectionis prodire prohiberentur. (63) In ſingulis autem cujuſque tribus parœciis ordines eorum, qui equos alerent, per Magiſtros parœciarum, & Curatores ad id conſtitutos deſcribebantur. Ii ordines modo decimæ, modo vigintiquinquenæ à numero militum dicti ſunt. Ubi vero deſcripti erant, tum ſuos quiſque equos certis, qui conſtituti erant, diebus probandi cauſſa adducebat ad eos, quibus erat ea cura mandata, eorumque nomina ſcribæ cum notis equorum in tabulas referebant, quarum tabularum aliquot etiam in Actuario conſervantur. Expeditionum militarium duo erant genera, unum equeſtrium excurſionum, alterum juſti exercitus: plurimumque intererat, an quis ad excurſiones, an in exercitus ire juberetur, cumque ſæpiſſime excurſiones fierent, ſanctum poſt lege fuit, ut ſinguli Veſilliferi ſerratores pu-

peractum ſit, ad tutiorem vocalium libertatem, ac ut liberiùs quiſque pro conſcientia ſuu votum proferat, ſententiamque ſuam dicat. In Magiſtratu DD. Collegiorum hæc ſanctio renovata eſt, me Judice ibi ſedente, die 21. Novembris A. S. 1730.

(61) Pudendum etenim, & quo ad electores, & quo ad electos ſummopere, Reſpublicas apud eos commendari, qui earumdem agendarum ignorantiſſimi ſunt, eſtque imò conferentium, accipientiumque facinus iniquiſſimum, & ad labefactandam animam apptimè accomodatum, propter peſſundatam juſtitiam, converſamque in dominationis libidinem ſimplicem adminiſtrationis œconomiam, quo proindè fit, Jura comminui, Juriſdictionem infringi, Privilegia deperdi, opinionem obliterari, remque univerſam Magiſtratuum in miſerandam quamdam ſpeciem dumtaxat converti, & redigi; neque gratia, neque arbitrium eligentibus conceſſum, ſemmaque, & præciſa ad rem agendam merita in eligendo requiruntur, quem oppido, ut eligatur incapacem faciunt, aviditas, & procuratio Magiſtratus, ac cum ſe ſe offert aligendum, etenim vitio ſatis convincitur præſumptionis, & audaciæ, qui dignum munere ſe facit; & habet; ſed quis ergò Magiſtratu dignus, & quis ad eos promovendus? qui gravis ætata ſit, qui judicio maturus, conſilio prudens, dexteritate in rebus agendis facilis, opinione cumalatus, minorum officiorum provida geſtione probatus, morum integritata, vitæ ſuperioris numquam pollutæ innocentia, comitate, & leniter caſtigatus, reperiatur, qui in agendâ re domeſticâ fuerit benè verſatus, qui pius ſit, & religioſus, qui cum honeſtis, doctiſque viris converſetur, & qui denique per longum ſtudium in pernoſcendis rebus patriis, percipiendiſque Magiſtratuum Juribus verſatus ſit, & benè inſtitutus dignoſcatur, is capax ſolus eſt, & is dumtaxat tamquam dignus eſt habendus, qui ad gerendum Magiſtratum aſſumatur. Ut verò Cives hanc naciſcantur rerum Patriarum notionem, per ſtatos in hebdomads dies apud Senatorem, ſive Juris Conſultum eſſet habenda ad normam Academiæ ſeſſio, in qua methodicè de iiſdem ageretur, uno per rationem negotio proponente, porrò ſenioribus per factos caſus, aut noſtrarum hiſtoriarum narrationes diſſerentibus, & demum junioribus ſeriò auſcultantibus cum ſola interrogandi, petendique inſpiciendorum monumentorum poteſtata, donec per gradus, & juxtà merita in ſupremos uſque Magiſtratus aſcenderint. *Born de Sala Equ.*, *& J. C. de bene inſtitum. Repub. Bonon.* §. *Neque alia*.

(62) Quid eſſet Carrocium, quæve ipſius figura, ac quandonam primùm apud nos productum, vide apud *Ghirardacc. p. 1. fol. 89.*, *& 90. dalle Pugliola Chron. di Bol. ad A.* 1170. *fol.* 243., & poſt eos reliqui, apud quos apertè conſtat, quanta ratio ejuſdem Carrocii haberetur, & in quanta opinione retentum, unde in adagium uſque venit mordicus inhærere rei, prout Bononienſes adhærent Carroccio.

(63) Prorsùs diverſum ob ætatem vacationem omnium publicorum onerum conſequi, ac paſſiva ab electione, quæ eſt conctionis, carmi, & à Conſilio ita rejici, ut expulſio pœna temerè illud ingredientis eſſet: Siccine namque ingrata Patria in ſuos Cives eſt, ut pro meritis injuriam, locoque officiorum ignominiis, contemptuque rependat? Proh facinus! neque ita ſanè, potiſſimùm Bononiæ, quæ cum ſit Urbs literatiſſima, apprimè intelligit, reſpondendum, ut quidem de ſe bene meritis Civibus eſſe, ut nequeant ſenio afflicti alterâ novâ afflictione vexari, una ſed vero maximè colendos ſenes vel titulo ſuæ dignitatis, vel ad compenſandos officiis latos pro Republica labores, vel ratione proficiendi Conſiliis ſuis, quorum major habenda ratio eſt, quam efferveſcentium omnium gladiorum, qui per Juvenes tractari ſolent; non ergò ita intelligendi, ut videntur ſcribere, qui hæc recitant, planè ſed quidem juxta ſenſum veritatis, qui inſuper ſit dignitati Patriæ noſtræ conveniens. *Egnat. ad Ghirardacc. p. 1. lib. 2. fol. 66. ante med.*

publicos ſecum in ſua Tribu haberent, quod eum non eſſet ſatis, additum inde eſt, ut Magiſtri pagorum omnia ad calceandos equos inſtrumenta haberent parata in pagis, ut ſi equeſtris illac turma tranſiſſet, ſumere inde, quæ forent neceſſaria, poſſet. Magiſtratibus ſingulis certa merces ex ærario per Quæſtorem erogabatur, qui pecuniam omnem publicam expenſam, acceptamque curabat. Pecunia publica vectigalibus, & tributis conſtabat. Vectigalia continebantur portoriis, teloneis, agris, pratis, piſtrinis, prædiis urbanis, & bonm habendorum oneribus, quam Boateriam nominabant. Quæ ſi ſoſtinendis bellis non ſuffeciſſent, tributum ſingulis eorum ratione cenſus ex Conſilii decreto imperabatur. Atque de ordinariis quidem Magiſtratibus hæc invenimus. Extraordinarii vero à Prætore fere lecti ſunt, Legati, Curatores operum publicorum, & Syndici. Magiſtratus Ordinarius nemo ire in Legationem, niſi Magiſtratus ſui cauſſa, poterat. Legatis, ſi extra agrum proceſſiſſent, tres equi dabantur, ac ſcribæ duo, & cocus unus; ſi ad Populum, aut Imperatorem perrexiſſent, Conſilii arbitrio ſumptus, & comitatus magnitudo committebatur. Mandata, quæ ederentur, ſcripta dabantur, eorumque præſcripto Legatio tota gubernabatur. In univerſum autem diligenter erat proviſum, ne quis Magiſtratus precibus peteretur, qui petiſſet, is frequenti Conſilio petiſſe referebatur; idque probri maximi loco habebatur. (64) Jam vero caſtrorum, quæ poſt ditioni ſunt Bononiæ ſubdita, hic ſtatus, atque hæc conditio inſtituta eſt; Conſules & ipſa ſuos permiſſu Conſilii crearunt, in militiam cum Civibus Bononienſibus juſſa prodierunt, verum vexilla à vexillis Tribuum Bononienſium diverſa tulerunt, ac tributa, & cetera onera, eaque multo, quam Civitas, graviora ſubierunt; exceptis iis, quæ propter merita aliquot à Conſilio immunitate donata ſunt.

De Epiſcopo Bononienſi.

POſtremo Epiſcopus aderat à Romano Pontifice datus, Sedem ad D. Petri Baſilicam nactus, quæ ex ſuburbio in mediam jampridem, incertum à quo, (65) tranſlata Urbem erat, idemque honeſto Canonicorum Canonicam vitam agentium Collegio decoratus Clerum, & omnes Eccleſiaſticas perſonas habebat ſubjectas, quæque ad ſacra pertinebant, conſilio, atque auctoritate ſua univerſa gerebat; præterea poſſeſſiones multas, juriſdictiones, privilegia, juraque varia obtinebat multiplici ſuperiorum Pontificum, Imperatorumque liberalitate conceſſa, quorum extremus Paſchalis II. decreto, quod adhuc legitur anno MCXV. ſuperiora omnia confirmarat, Eccleſiam Victore Epiſcopo gubernante. (66) Ceterum quoties rite electus & confirmatus Epiſcopus dignitatem inibat, antiquo inſtituto rem illam in hunc modum adminiſtrabat. Portâ S. Stephani Urbem ingrediens per viam S. Stephani equo vectus toto occurrente cum inſigni, atque eximia pompa Clero, ac Populo uſque ad ædem S. Stephani procedebat. Ibi ex equo deſiliens ab Abbate, & Monachis Cruce, & funalibus præcedentibus comiter excipiebatur, atque in ædem introductus, pretioſum ante aram maximam ad ipſius ornatum aræ pallium offerebat, & ſolemnem rite precationem adhibebat, ac continuo poſt aram ſecedens, in ſella rei ejus gratiâ parata conſidebat. Tum præſto Abbas aderat, is genibus flexis calceos, & caligas ei detrahebat & pedibus lotis atque abſterſis pacis oſculum imprimebat. Quibus rebus rite confectis, Epiſcopus ſurgebat, ac caligas calceoſque ibi relinquens, pedibus, & quidem nudis, reliquum itineris abſolvebat, & cum eodem pompæ apparatu ad Baſilicam procedebat. (67)

De

(64) Rectè quidem, atque ſanctio hodie quoque tenenda, ſiquidem non fortuna, non genus, non forma, non preces, non clientela, non pretium, & neque quid ejuſmodi fœdum ad benè moderandam, imò plurimum ad ſubvertendam Rempublicam conducit, cujus oppidò demeretur officia, qui illa quærit, aut alia ratione, quàm unica meritorum poſtulat; proptereaque eorum extunc equidem ſit incapax, cum ſecum illa deberi præſumit, atque blanditur; conducit ergò dumtaxat bona inſtitutio, agendarum rerum longa cognitio, gravis ætas, fuſa negotiorum experientia, maturum Judicium, prudens Conſilium, & quæſita apud populum per accomodatam inferiorum benè, utiliterque geſtorum minorum Magiſtratuum exercitationem opinio, quàm in ætate, judicioque adoleſcentulis, & in iis, quorum univerſa vita otioſa conſpicitur tamquàm nullatenus repetibilem, noſtros proindè, ut ab iis promovendis abſtineant, abhorreantque ad Magiſtratus enixis, validiſſimiſque verbis, & argumentis orat, obſecrat, & adjurat *S. Cathar. Senenſ. epiſt. 219. fol. mihi 214. verſ. Egnat. ad Ghirardacc. lib. 2. fol. 66. propè finem.*

(65) Certum tamen, quod fuit de A. 910. per eumdem *Sigon. de Ep. Bonon. lib. 2. Ghirardacc. lib. 2. fol. 43. ante med. Vizan. lib. 1. fol. 41. Falcon. de' Veſc. di Bol., ubi ignotum Sigonio Epiſcopum putat appellandum* Petrum, *lib. 1. fol. 101., & ſeq. Egnat. ad* Ghirardacc. *lib. 2. fol. 66. ad finem.*

(66) Idem ſcribit de *Ep. Bonon. lib. 2. Ghirardacc. lib. 2. fol. 60. poſt med., & Egnat. ad eum fol. 44. propè finem, & fol. 67. ad initium Falcon. lib. 2. fol. 143.*

(67) Recitat eamdem ceremoniam de *Ep. Bonon. lib. 2., ac Ghirardacc. lib. 2. fol. 45.*, pluraque fortaſſis, ut arbitror, de re hac dicet *Cl. Rabbi* in ſuis ad eumdem Sigonium de Ep. Bonon. notis, quas proindè Lector penes eum videbit. Cæterum noſtra ætate, & a diu etiam retro, hic mos receſſit ab aula, namque Gabriel Paleottus etſi ſolemniter iniens Bononiam, eamdem cum magna pompa ingreſſus fuit per hanc Portam S. Stephani (quod abs eo fecit deinceps porrò nullus) in Baſilicam S. Stephani nihilo tamen minus neutiquam ſe contulit, ſed recto tramite in Cathedralem proceſſit ad relata per eos omnes, qui res geſtas Ven., & ampliſſimi ejus Cardinalis, & primi noſtri Archiepiſcopi conſcripſerunt; ideò facta eſt veluti conſuetudo, quòd novi noſtri Archiepiſcopi clam dixerim, & omninò privatim Bononiam ingrediantur, ſuamque Sedem occupant, quod piè crediderim eos agere, ne impenſis Civitatem ineundam magis graveni. Hinc A. 1612. per renunciationem *Scipionis Card. Borgheſii*, qui ſuam hanc Eccleſiam numquàm vidit, Bononienſem Cathedram excipiente *Alexandro Ludoviſio*, qui poſtea fuit Cardinalis, atque demum etiam Papa ſub nomine *Gregorii XV.* idem hanc Patriam privatim intravit die 10. Novembris ejuſdem anni, neceſſariis vix ſcientibus, & amicis, pariter ſucceſ-

De Ordinibus Religioſorum.

Reliquum Dei cultum Canonici, atque Eremitæ Auguſtiniani, & Monachi Benedictini fovebant, ex quibus Canonici in Urbe ædem D. Joannis, & Divi Barbatiani, extra Urbem Divi Victoris, (68) & Divæ Mariæ Rhenanæ tenebant; (69) Monachi in Urbe ædes Divorum Stephani & Proculi in ſuburbio Divorum Felicis, & Naboris, Eremitæ extra Urbem ædes Divi Michaëlis, & Divi Jacobi, quorum ille in Buſco, (70) hic ad Sapinam diceba-

---

ceſſor, & nepos ſuus agit *Ludovicus Card. Ludoviſius* de A. 1621. itemque ſimiliter *Hieronymus Card. Columna* de A. S. 1632. *Nicolaus Albergati* poſtea *Cardinalis Ludoviſius* A. 1645., & hoc ſe ab Eccleſia ſua abdicante de A. 1651. *Hieronymus* poſtea *Card. Boncompagnus*, ſiquidem ipſe etiam infulas noſtras, ut aſſumeret, prius fuit auditus quam viſus Bononiam ingreſſus; de *Angelo* verò *Card. Ranutio*, qui ei defuncto 24. Januarii 1684. ſucceſſit decedente Majo 1688., nec loquor, quoniam ſe antea audivit natum Patria, quàm vel ſemel Antiſtitem conſpexerit; etenim Romam properanti ipſi occaſione Pontificiorum Comitiorum ob funus *Ven. Innocentii XI.*, quod accidit 12. Auguſti 1689. mors præcox, & nobis invida apud Fanum-fortunæ, & obvia ei fuit, & ſuam ſibi in poteſtatem illum retulit die 27. Septembris ejuſdem Anni 1689., cui ideò citiſſime erepto, hac in Metropolitana ſplendidiſſimas exequias celebravimus die 14. ſequentis Octobris, ut ex Edictis per Vicarium Capitularem, & Magiſtratus in id editis conſtat. Conſecrato porrò in Succeſſorem Archiepiſcopum die 7. Maji 1690. *Jacobo Boncompagno*, qui exinde fuit Cardinalis ab Innocentio XII. renunciatus, morem a deceſſoribus invectum, & ipſe proſequutus eſt, ac propterea Solemniis Pontificalium ſacris contentus, noſtri gregis adminiſtrandam Provinciam ea ratione aſſumpſit, quam penè XLI. per annos rexit, & ſcilicet uſque ad diem 24. Martii præteriti A. 1731. utpotè qua diem obivit Romæ extremam, relato poſt indè tamen Bononiam Cadavere, illoque apud Gentis ſuæ Majores, & præſertim apud laudatum Hieronymum Cardinalem Patruum in Metropolitana humato ad pedes ſui Sacelli, quod paullò ante ſuo ære, & pretioſiſſimis lapidibus, atque picturis ornatum intellexerat abſolutum. Huic exemplo, qui ſucceſſor eſt à Clemente XII. datus *Proſper Laurentius Lambertinus* antea per Ven. Benedictum XIII. S. R. E. Cardinalis creatus, veſtigiis illorum inhærens, privatim & ipſe Bononiam Patriam hanc ſuam ingredi voluit ſub veſperum diei Martis 29. Maji ipſius anni 1731. apud quam pontificaliter deinde primùm in ſua Metropolitana celebravit die 24. Junii dicti anni, effuſâ ad eam Ædes, & gratulante univerſà Civitate, quæ provido, doctoque adeò Præſule potitur.

(68) Famoſæ quidem, ac ſemper illuſtres hæ Ædes per Canonicos Lateranenſes adhuc poſſeſſæ, qui ab antiquiſſimo tempora adeò illas colebant, quòd locus cùm eſſet caput XVI. inferiorum, vel in Urbe, vel in Agro exiſtentium Domuum Canonicalium cùm in Muſeum literarium à Viris celebratiſſimis aſſumeretur, in quod ſub peculiari aëris clementia, & animi tranquillitate ſtudiorum cauſa diverterent, pro ut egiſſe legimus *Ugolinum de Porta Ravennate clariſs. J. C.*, qui inſuper ibidem A. 1168. deceſſit, ac ſepultus eſt, poſtquam primus gloſſis exornavit librum Feudorum per *Fridericum I. Cæſarem* donu, ac eâ cauſâ Bononiam miſſum, ne minus quàm cæteri Legum libri in Scholis haberetur, uſuique Scholaſticorum accommodaretur; *Panciroł. de Clar. leg. Interpret. lib* 2. *cap.* 17. *fol.* 132. Egit ita etiam circa A. D. 1280. *Guido Bajſius* Decretorum inſignis Doctor, ac quod ſatis ad ejus laudem eſt dicere, Magiſter ſanctiſſimi, doctiſſimique Viri *Joannis Andreæ*, quem lampadem ſplendidiſſimam Juris Pontificii, & nitidum Chriſtiani hominis exemplar Majores noſtri appellarunt, De eodem Bajſio Archidiacono tum etiam noſtræ Bonon. Eccleſiæ agit laudatus *Pancirol. lib.* 3. *cap.* 16. *fol.* 245., ac ut mihi ſpopondit, qui ad id notiones per me congeſtas ei obtuli, acturus eſt D. meus *Co. Alexander Formagliari J. U. D.* Collegiatus, Lect. Pub., & modernus Archidiaconus in ſuo, quem conſeait, elencho, elogiiſque Archidiaconorum in hanc diem Bononiæ. Demum ita ut cæteros mittam, egit Lucerna juris *Bartholus* quondam noſtri *Jacobi Buttrigarii* Diſcipulus, ut per *Pancirol. lib.* 2. *cap.* 67. *fol.* 191. *Ghirardacc. p.* 1. *lib.* 17. *fol.* 573. *ad initium*, *& p.* 2. *lib.* 21. *fol.* 109. *prope finem*, *ac lib.* 22. *fol.* 167. *ante med. Falcon. de' Veſc. di Bol. lib.* 2. *fol.* 183., *& ſeqq.* Agunt de eodem Monaſterio *Sigon. de Ep. Bonon. lib.* 2., & noviſſimè *Maſin. Bol. Periluſtr. p.* 1. *fol.* 248., *&* 316. *M. Eliſ. Macchiavell. Soror in ſua Hiſloriograph.* §. *Collis S. Victoris*.

(69) Hæc Canonica conſtructa eſt ante A. S. 1087. à Canonicis Regul. S. Auguſtini, qui ad unum redacti Franciſcum Ghiſilerium A. 1418. juncti ſunt Canonicis Regul. S. Ambroſii Eugubinatum, quorum habitum tunc etiam ſumpſerunt, atque ita adeptam in Urbe alteram Ædem S. Salvatoris, quam omnibus numeris formoſiſſimam, & a fundamentis ſub A. 1616. ſuo ære reſtitutam (uno quod fuit maximè dolendum, demolitum vetuſtiſſimo Nationis quondam Bononiæ ſtudentis Angelicæ, & ſpectatiſſimo Sacello S. Thomæ Cantuarienſi ſacro) incolunt, retentâ tamen altera ad Rhenum in Caſalichio, quam A. 1582. inſtaurarunt per *Sigon. de Ep. Bonon. pluribus in locis*, *Falcon. lib.* 2. *fol.* 137., *&* 228. *lib.* 4. *fol.* 377., *& ſeqq.*, *ac lib.* 5. *fol.* 442. *& ſeqq. Maſin. p.* 1. *fol.* 74. 75. 418. *& ſeqq. Sarti Indulg. di Bol. fol.* 306., *M Eliſ. Macchiavelli Soror in Hiſtoriog.* §. *Caſalichium*.

(70) Eremitæ S. Auguſtini hic Sedem primi habuere ex *Sigon. hic*, *& Ghirardacc. lib.* 2. *fol.* 67., ubi quod degebant etiam ad Sanctum Paulum ſecus Lavonum Torrentem vulgò *Ravone* extra Portam Piam, alias S. Eſaiæ. Sunt tamen qui putent per antea habitaſſe ibi Monachos Orientales ex deductis de Ægypto per S. Petronium, collocanteque S. Paterniano ad A. 452. circiter, à quo locus creditur appellatus fundus Paternius, ſive Paternus, adeoque Monaſterium S. Michaelis in fundo Paternio, vel Paterno, cum fuerit ex eodem *Sigon. de Ep. Bonon. lib.* 1. antiquiſſimum; poſte ut verò his ſublatis circa A. 680, penituſve ita apud nos ſuppreſſis ſanctiſſimis his Monachis, ad Canonicos, ut dicunt, Regulares addunt locum perveniſſe, ac poſtea de ipſorum manibus in jus Eremitarum S. Auguſtini commigraſſe, poſt quos ſuſpicantur adveniſſe Camaldulenſes brevi tamen commoratos, aut ſtudio remotioris loci, aut cauſa ſuæ aſperioris Regulæ ſervandæ, aut jure reſtituendi afeterium illis, abs quibus pietate, & liberalitate in eos motis mutuum acceperant, donec una incendiis combuſtas, & Apoſæ truci fluenta demolitas rimoſitate collabentes etiam S. Damiani in Urbe Ædes reſtituerent, in quibus adhuc, licèt tamquam inter anguſtias, degunt. Exinde iidem, vel alii adfuere Canonici Regulares indicati per eumdem *Sigon. de Ep. Bonon.*, qui ad pauciſſimos pro humanarum rerum viciſſitudine redacti Monaſterium A. 1364. Monachis Olivetanis ceſſere, qui ad S. Mariam Miſericordiarum manebant, ab his bello inte..ſæ Ædes A. 1430. æquè fuerunt A. 1455. refectæ, ac iterùm dirutæ A. 1515. paullò inde, ut nunc

batur. (71) D. Petronii Epiſcopi, quem jam A inde à morte, & conſecratione illius Civitas præcipua Religione venerabatur, ara in æde D. Stephani dicata tanta diligentia colebatur, ut etiam Epiſcopus, & Canonici, cunctuſque Clerus quotannis eam in feſto ejus adirent, ac rem divinam ibi rite conficerent, thore à Monachis, & aqua luſtrali excepti, & certis ad cibum, potumque muneribus, ut illa erant tempora, culti, cujus conſuetudinis aliqua in hunc uſque diem veſtigia remanſerunt.

De Collegiis Civitatis.

SChola, in qua artes liberales exercebantur, quantum colligi conjectura poteſt, nondum erat ea famæ celebritate, qua poſtea fuit, neque Scholares ullum adhuc corpus, ut poſtea, neque corporis caput nacti erant, verum eidem foro, eidemque legi, cui reliqui Cives, parebant. (72)

Præterea multa in Urbe erant Collegia, ut Mercatorum, Argentariorum, & Artificum.

---

nunc ſunt, fuere reſtitutæ per eumdem *Sigon. de Ep. Bonon. pluribus in locis*, *Sarti fol.* 381., *& ſeqq. Ghirardacc. p. 1. fol.* 250. *ad med.*, *& par.* 2. *fol.* 284. *poſt med. Falcon. lib.* 4. *fol.* 386., *& lib.* 5. *fol.* 493. *Maſin. part.* 1. *fol.* 127., *& ſeqq.* Præ aliis Olivetanis verò, qui Patriam mirificè ornarunt, aut ornant, nulla eſt contentio jam fuiſſe *Ercolem Abbatem Corazza* Matheſis Bononiæ, ac porrò etiam Taurini pub. Profeſſorem, ubi demum vitam exuit 16. Octobris 1726. relictis variis editis Operibus, quibus apprimè evincitur tulliana ejus eloquentia, & paucis comparanda pulitiſſima oratio; modò autem eſſe *Paulum* pariter *Abbatem Salani*, apud quem tantum venuſtas, & gratia Muſarum poteſt, quantum copia dicendi, & longus labor ab ipſo inſumptus in hiſtoria caſtigatiſſimè conſcribenda ſuorum Monaſteriorum S. Michaelis in Buſco, S. Bernardi ad viam Burgi auri in Urbe, & S. Michaelis ſupra Lojanum in via Etruſca, conſpicitur, quam typis editam una expectamus cum erudiſſima ejus diſſertatione de Fonte publico ad Plateam majorem Bononiæ.

(71) Eſt Eccleſia adhuc extans, ſed prorſus inculta extra portam S. Vitalis propè Mœnia, è qua novis in Urbe quæſitis ſedibus in via S. Donati A. 1247. abierunt per *Sarti fol.* 325, *& ſeq Sed vide Sigon. de Ep. Bonon lib.* 3., *Maſin. p.* 1. *fol.* 174., *&* 297. De A. 1218. Fratres humiliati *per Ghirardacc p.* 1. *fol.* 124., *& Sigon. lib.* 2. ſedem ibi collocarunt, qua oportet tamen Eremitanos fuiſſe perindè redintegratos, propterea quia de A. 1246. in unum Corpus collectis variis Auguſtinianorum cœtibus, (ſed hoc contigiſſe decennio poſt, idest A. 1256., & in Conventu Romano, tradunt *Natal. ab Alex. hiſt. Eccleſ. Sæcul.* 13. *cap.* 7. *art* 5. *n.* 20. *T.* 7. *ſecun. impreſſ. Tamburin. de Jur. Abbat. T.* 2. *diſp.* 24. *q.* 4. *n.* 36., *& ſeq.* & quidem ſub Alexandro IV. *Emin. Petra ad Conſtit. Apoſtol. T.* 3. *fol.* 208. *n.* 5., *& ſeq.*) in Generalem totius Ordinis ejus Ædis Prior., in qua comitia univerſalia ſunt celebrata, Lanfranchus Septallius a Mediolano fuit inauguratus ex eodem *Ghirardacc. p.* 1. *fol.* 169., *&* 183., quamquam porrò ſub A. 1310., & 1317. iterum illam nobis exhibeat de Jure dictorum Humiliatorum, & ære pub. reparatam, ut per eum *d. p.* 1. *fol.* 539., *&* 596. *poſt med.*, qui ſurſus agit de eadem Eccleſia *fol.* 198. 204., 207. *&c.* Ex hac verò Eremitarum S. Auguſtini Familia de noſtra Patria quam meritus floruit Cl. Concivis noſter *Cherubim Ghirardaccius* S. T. M., & hujus Urbis Hiſtoricorum facilè Princeps, qui fato ceſſit Bononiæ die 13. Decembris A. S. 1598., actis poſtridiè non inſolemnibus exequiis in S. Jacobi Majoris cum funebri laudum oratione habita per diſertiſſimum Oratorem, & Lectorem ea ætate primarium Ordinis Prædicatorum S. Dominici ad tradita per *Rinier. Diar. delle coſe più notab. di Bol. T.* 3. *fol.* 223., *& ſeq. & per Alaman. Bianchett. in Cron. Bon. T.* 5. *fol.* 504. Plura dicam quoque ego in ejus vita, quam inſtante Emin. noſtro Archiepiſcopo *D. Proſpero Laurentio Card. Lambertino* quamprimum parabo, ut præponatur mox edendæ tertiæ parti ejuſdem Ghirardaccii hiſtoriæ Bon. per antea numquam typis evulgatæ, noviſſimèque in Archivo Eremitarum S. Auguſtini ad S. Jacobum Majorem repertæ diligentia doctiſſimi Viri *R. P. M. Merani* ibidem S. T. auſpicatiſſimi, ut appellant, Regentis, quemadmodum diſcuſſo æquè negotio, ac pro genuino abſolutè ejuſdem Authoris recognito Opere hiſtoriam proſequente in A. S. 1509. decretum fuit in ſeſſione habitâ coram eodem Eminentiſſimo Præſule Patrii augendi viriliter, & juſtis mediis utilis fovendi decoris ſtudioſiſſimo, die mox præterita Lunæ 10. Novembris 1732., cui ego quoque interfui, confidentibuſque *Reverendiſſimo Guidone Grandi* à Cremona Abbate Viſitatore generali ſui Ordinis Camaldulenſis in Academia Piſana Matheſis pub. Profeſſore de literaria Republica quam bene merito, mihique pluribus titulis conjunctiſſimo; *Co Octavio* J. U., & S. T. Doct. Colleg. Lect. pub., & in Metropolitana Eccleſia Canonico Theologo de vetuſtiſſima Famiglia *Arrengheria*, qui refertiſſimam habet monumentis ad Eccleſiaſticas præſertim res Bononienſes ſpectantibus Bibliothecam, *R. P. D. Clemente Bianchi* ex Cler. Regul. Theatinis, quem animatum appello Memoriale rerum Patriæ, *Joſepho Mazza Guidalotti de Franchinis* genere, humanitate, atque literis præclaro, inveſusâ notione genealogiarum noſtræ Civitatis illuſtrium familiarum quam verſato, & adeò inſtructo, ut ſit longè paucis comparandus; *R. P. M. Egidio Crapols* Concionatore celeberrimo, & moderno S. Jacobi Majoris Priore, quem poſt hæc ſcripta ignoro neſcio quo fato mors præcox ſibi rapuit die 3. Martii 1733. ſepultis oſſibus in iiſdem S. Jacobi Ædibus, ac laudato *P. M. Merani* relati Operis Detectore, & in quavis Theologicæ facultatis parte ſummoperè commendato. Fortunent quòd verò vota hæc noſtra Superi tantum precor, quantum eas ſoſpitem habere, incolumemque nobis diu ſervare ſapientiſſimum Antiſtitem adjuro, propterea quia id modò largiantur, facillimè blandior fore ipſum quam maximis verè ſalutaribus commodis Urbem hanc cumulaturum, ac potiſſimum quo cavemus ſupplemento continuationis Eccleſiaſticæ, & Civilis hiſtoriæ noſtræ, Sigonium nempè pro illa, & Vizanum pro iſta proſequendo, quemadmodum univerſa Civitas peroptat.

(72) In antiquiſſimo Lycæi noſtri *Kalendario* ſub Regula *de diſſidiis Scholaſticorum tollendis*, inter monita generalia ſequentia reperiuntur; „ Juxta immemorabilem, & fortè à „ ſua hujus ſtudii univerſalis inaugurations, „ quæ per Celſiſs. D. N. Theodoſium jun. „ Cæſ. Auguſtum ad preces S. Petronii largita eſt, invectam Conſuetudinem, qualibet „ die, qua habebitur ſcholaſtica exercitatio, „ conveniant ad Epiſcopium in S. Petri, deferentibus monitionem Internunciis, pub. „ Profeſſores, legum Interpretes de mane, „ & artium Lectores ſub veſperam, & factâ „ confeſſione audiant contentiones, & diſſidia, ſi quæ fortè eadem die exenari contigerit, quæ inter Scholaſticos, vel cum ipſis, & aliis de Civitate orta fuerint, vocatiſque partibus, videant eos ſtatim ad invicem pacificare, & definitivè componere, „ ita ut amicabiliter per manus datas palmas jurgium univerſum evaneſcat, & prior „ reviviſcat inter eos bona neceſſitudo; „ quod

B C D E

A eum. Mercatores, & Argentarii Conſules creavere, (*) Artificum Collegia ſingula Magiſtros. Eorum vero compotes qui fuerunt, inter ſe convenere, & de rebus, aut ad mercaturam, aut ad artes ſingulas pertinentibus conſuluere. (73) Creſcente inde Civitate cum alia artium Collegia, tum maxime triplex Collegium armorum eſt adjectum, unum Lombardorum, alterum Branchæ, tertium Griſonis dictum. (74) Hi arma pro Republica tractavere, & multis à Civitate privilegiis inſigniti fuere, quorum illud memorabile, ut alienigenæ hujus participes Collegii eſſent Cives, &, ſi per decem continuos annos in Urbe domicilium habuiſſent, de Conſilio Communis eſſe, & Collegii magiſterium accipere, & Magiſtratus, ut alii Cives, gerere poſſent.

Agreſtes homines deterrima conditione plerique utebantur, quippe nobilibus Civibus ſervitute devincti, qua poſtea, ære à Civitate Dominis perſoluto, ſunt liberati. (75)

De

B „ quod ſi irâ fortè, vel aliâ cauſa adeò illos „ detegerint actos, detentoſque, ut nequeant „ componi ad invicem, tunc vocabant Capita Nationum, & eorum curæ conſignatis diffidentibus ne fugiant, & maleficium „ aliquod perpetrent, negotium deferri facient ad R. Archidiaconum, qui pro auctoritate ſua inſtituto Tribunali cum Conjudicibus, & inſtructo judicio, breviter, „ atque manu regia terminabat cauſam, proferendo ſententiam ſuam juxta facti circumſtantias, & prout magis opportunum „ ſibi videbitur, & ipſi diffidentes omnino „ acquieſcent, remotâ quavis appellatione, „ imò per præceptum pœnale coget eoſdem „ ad ſtandum, & parendum tali ſententiæ, „ ſub pœna extractationis à toto Comitatu „ Bononiæ, quam Conſules, & Prætor, ſive „ Poteſtas Civitatis incontinenti exequi facient, & ſine ſpe remiſſionis, ut quilibet „ honeſtè vivat, & in officio contineatur.

C (*) Intellige ad jus extraneis reddendum in Cauſis omnibus Mercimonii, ut appellant, atque Commercii, quorum Reſſidentia cum Judic. ſubſellii ad Portam Ravennatem Forum Mercatorum adhuc appellatur, in quo ſub optimis legibus, atque inſenſibili impendio Cauſæ ab immemorabili aguntur, atque definiuntur, quive Civis Doctor ſaltim de Collegio Judicum per ſemeſtrem ad munus cum numero Conſulum aſſumitur, dicitur, ac eſt & ipſe Judex ordinarius Civitatis Bononiæ, quales dumtaxat ſunt Prætor, ſive Poteſtas, Judex DD. Antianorum, & Judex DD. Tribunorum Plebis, & Artium Maſſariorum. *Pandulf. de forma, & rat. gub. Bonon. fol.* 9. Hujus Tribunalis interdum fuit aliquando in Juriſdictione imminutio, verùm oculatiſſimorum pro tempore Conſulum vigilantiâ, & diligentia, ipſius Fori, ſuorumque Jurium D confirmatio eſt à Summis Pontificibus obtenta. *Storlit. alias alleg. fol.* 14. § *loc Tribunal.* Cum inſigniores verò inter Cives jurit Conſulti ad ibi gerendum Judicis officium ſoleant per eoſdem Mercatores aſſumi, quorum omnium a ſuo exordio continuatum ſyllabum non ſine grandi labore, & impendio meo congeſſi uſque ad A. S. 1731., occaſione, qua tunc pro primo illo ſemeſtri Judex ibi ſedebam, tunc proinde habetur hæc dignitas pro longè ſplendidâ, quam Viri ampliſſimi Senatores poſtea, Epiſcopi, S. R. E. Cardinales, atque etiam Pontifices Maximi, ſummopere illuſtrarunt, & præſertim *Ugo Boncompagni*, qui deinde *Gregorius XIII.* fuit, quippè qui Judicem hic E egit pro primo ſemeſtri A. 1516. ut traditum poſt alios per *Galeott. Uom. illuſtr. di Bol. p.* 1. *fol.* 6. De Judice ejuſdem Fori agit *Maſin. p.* 2. *fol.* 189., & 367. Idemque in actionibus publicis Magiſtratuum, incedit cum ultimo ex Rotæ Auditoribus, intervenit cum iiſdem *alla Capella publiche, & generali ſupplicationi*, quæ habetur per Archiepiſcopum in Feſto die Sacratiſs. Corporis Christi, collato etiam ipſi ære publico intortiilo, demumque locum habet in Viſitationibus gratioſis Carceratorum, quemadmodum ipſe ego meo tempore hæc egi omnia, & idem refert *d. Maſin. fol.* 219.

(73) Hodie etiam hæc Collegia adſunt, ſuoſque Magiſtros, vulgò *Maſſarios* ſibi ex ſuis eligunt, qui tum locum in Magiſtratu DD. Tribunorum Plebis ab A. 1380. habent ad jus dicendum in cauſis nedum Annonæ, quam cæterarum publicarum rerum ſuper quibus ſanctio, quæ ſit in viridi obſervantia, & ita intra triennium edita, fuerit promulgata, quatenus origine, natura, conſtitutione, & præſenti etiam praxi, hic Magiſtratus dicitur, & eſt in præſidium, ac ad ſubſidium minus exagitandæ Civitatis, indiſtinctus Executor omnium Edictorum, & Bannimentorum noſtræ Urbis (quæ vim alias nunquam habent, nec habere poſſunt, niſi ſint edita de voluntate Juſtitiæ Signiferi, Priorum Magiſtratuum, & Senatorum negotio Aſſumptorum, qui inſuper omnes debent eſſe ex ordine, & pro re ſubſcripti) obſervato tamen, quod in Cauſa delicti admiſſi ſuper re ſuæ artis, Maſſarius illius de Collegio ſedens in Magiſtratu nequit peritum agere ex Conſtit. ſæpius edita, & præſertim 22. Novembris 1563., ac renovata 21. Novembris 1710. me tunc ejuſdem Magiſtratus Judice. Cùm inſuper in ipſarum Artium Reſſidentiis, ſtatis diebus litigatores de rebus ſuæ profeſſionis audiunt, Cauſas tamquam Judices proprii agunt, & illas brevi manu uſque ad definitivam ſententiam dirimunt cum magna juſtitia, Populi commodo, & nullius vel levi impendio. *Pandulf. de forma, & rat. gub. Bonon. fol.* 10. Quod ſi fortè contentio eò perveniat, ut articuli legalis ſit habenda diſcuſſio, tunc ſuum adeunt Juriſconſultum, quem ex Doctoribus Civibus ad vitam ſibi in id aſſumunt, quem vario titulo, pro ut magis placuit Majoribus inſignire, appellant, ſicve ego, qui a pluribus Artium Collegiis fui ſimiliter delectus, *Conſultor* conſideratæ Aeſis nectendi, torcendique ſerici, vulgo *Filatoglieri* vocor. *Conſervator* concivis Artis Canapis alias *de Gargiolari*, *Defenſor* Univerſitatis liberæ fili torcendi, ſive *de Tovaglieri*. *Reformator* venuſtæ Artis *Cordellariorum*; *Sapiens* Socialis Artis *Cementariorum*; *Rector* popularis Artis *Textorum*, & adnexorum *Lanæ*; *Advocatus* ſollicitæ Artis *Manufactorum Lanæ*, ac ita de aliis.

(74) Tractu temporis numero ſuccrevere, ut videri poteſt apud *Ghirardacc. p.* 2. *fol.* 81. 82, *& ſeqq.* namque demum uſque XX. Societates Armorum fuere, & *fol.* 495, *& ſeqq.* quemadmodum Societates Artium eo XII. ſub Karolo, & Othone magnis in XXIV., & hodie etiam in ultro plura, ac in XXX. Collegia ſubdiviſa ſunt, quæ ſingillatim recenſentur ab *Orland. de' Scritt. Bol fol* 296. *Montalbanus* quoque fusè pro eo, quod eruditionem concernit, de his agit in ſuo libro inſcripto: *l'Onore de' Collegj dell' Arti:* impreſs. Bonon. 1670 in fol. pro ut ego cumulatiſſimè de iiſdem, quo ad earum ſtatum politicum, & œconomicum ſcripſi, confecto volumine, cui titulus: *dello Stato, e governo politico-economico delle Società delle Arti di Bologna* 1730. Ex Societatibus verò Armorum vix quædam hodie ſuperſunt adhuc veſtigia unius, & ſcilicet Lombardorum, cujus meminit *Maſin. p.* 1. *fol.* 223. 416., & 458. ac plura nos alibi in medium protulimus.

(75) Chriſtiana non patiente pietate poſt Chriſtum Dominum natum, & paſſum, qui Sanguinis ſui diviniſſimi pretio de ſervitute Diaboli nos in libertatem redemit, & in adoptionem filiorum Dei aſſumpſit, Chriſtianum

De legibus Civitatis.

HÆc autem omnia aut veteribus conſuetudinibus, aut privilegiis Imperatorum, aut decretis Conſiliorum, aut legibus ipſis Civitatis continebantur, quarum illas Reformationes, hæc Statuta vocabant. Decreta erant; quæcunque, Prætore rogante, à Conſiliis eſſent accepta, aut eodem conſtituente probata; leges, quæ Legiſlatoribus, qui Statutarii dicebantur, ferentibus eſſent juſſa. Legiſlatorum ordinarius non erat Magiſtratus, ſed pro uſu Reipublicæ creatus, qui more Athenienſium veteres leges inſpectas pro ſuo judicio aut tollebant, aut corrigebant, aut aliarum novarum legum acceſſione confirmabant; quæque ipſi ſtatuerant, ea ad Conſilia perlata, & poſt in concione populi recitata, atque in volumen Juris civilis, quæ ipſi adhuc Statuta dicunt, redacta, vim perpetuæ legis obtinebant. Atque hæc quidem Civitatis, ac Reipublicæ forma fere uſque ad annum milleſimum ducenteſimum quinquageſimum fuit.

De Urbe.

JAm vero Urbs duobus murorum ambitibus erat cincta, uno, quo Urbs antiquiſſima claudebatur, altero, quo nova, id eſt, quæ à Divo Petronio fuerat communita, ultra quem ſuburbia proferebantur adeo laxa, & tectis adeo frequentibus, ut alterius inſtar Urbis viderentur; ſpecies Urbis ea erat, quæ oppidorum raptim, ac temere aut conditorum, aut refectorum eſſe ſolet; nulla in ædificiis ad rationem diligentia, nulla ad diuturnitatem firmitas, nulla ad aſpectum pulchritudo inerat; ligneæ maxima ex parte, aut certe ligneis columnis fultæ etiam nobilium domus erant, atque ita frequentibus, quæ accidebant, incendiis opportunæ; neque in toto ædificio quidquam nobilius turri, atque ſacello reperiebatur, quorum utrunque ſtudioſe nobiliſſimus quiſque in ſuis ædibus conſtruebat. (76)

De moribus Civium.

QUo vero nihil præſtabilius ſumma inter Cives concordia, ſummo erga Rempublicam ſtudio conſtricta omnia tenebantur, nondum luxuria Civitatem quaſi à mortuis exurgentem invaſerat; unde poſt avaritia, & ambitio prodiere, quæ omnibus Civitatibus exitio ſemper fuere. Mores erant Civium ſimplices, & antiqua ſæcula redolentes, verum ad ſeditionem potius, (77) quàm ad Imperium proclives, ut facile intelligeres, eos ſuperiorem magis reſpuere, quàm aliis ſuperiores eſſe ſtudere.

De

num Chriſtiano homini, mancipiique loco ſervire, cenſuit proinde Magiſtratus Bononiæ, ſervos prorſus tollere, & cunctos in naturalem libertatem vindicare, mancipia ſcilicet ære publico à dominis comparando, eaque libera quidem, ſed ita faciendo, quod certo tamen operi remanerent addicti, adeòque aliquot ex ipſis libertis ad bajulum agendum deſtinavit, alios puteis, ac latrinis, vel fodiendis, vel purgandis adegit, alios aliis vilibus artibus exercendis adſcripſit, & denique alios ad agros colendos in comitatum miſit, caſâ cum foco conceſſis ſub onere pendendi in recognitionem adepti beneficii certum quemdam annuum Canonem ſub nomine *fumantaria*, quemadmodum Æſtimo ipſi allibrari adhuc *fumantes* nuncupantur. *Egnat. ad Ghirardacc. p. 1. fol. 67. ad med., & fol. 264. ſub initio, ad finem verò A.* 1283.

(76) Hæc in pretio Bononienſium animis tamquam ingenita primùm ſunt ſemper viſa inhærere, pietas, magnitudo animi, ſive magnificentia, literarum præcipuus cultus, & ſervandæ libertatis ſolertiſſimum ſtudium. Hinc potentiores quæque Familiæ Sacellum ſibi proximum ædificarunt, qua de cauſa vel legenti occurrunt adhuc Ædes S. Cataldi, & S. Teclæ Lambertinorum, S. Chriſtophori Geremeorum, S. Jo. Baptiſtæ Galluciorum, S. Mariæ Guidoſcalcorum, S. Silveſtri, S. Teclæ, atque SS. Viti, & Modeſti Lambertaciorum, S. Mariæ Ruſticanorum &c. vel adhuc vocantur Eccleſiæ S. Mariæ Bulgarorum, S. Jacobi de Carboneſiis, S. Matthæi de Accariſiis ad Forum Piſcarium, S. Andreæ de Anſaldis, SS. Jacobi, & Philippi, atque S. Andreæ de Plateſiis, quas Ædes modò incolunt Pœnitentiarii Metropolitanæ, S. Nicolai Albariorum, quæ eſt longè formoſula Eccleſia Curata de Jurepatr. Parochianorum, S. Michaelis de Leproſettis ad viam majorem, quam dudum Collegiatam, ac ut modò Parochialem de Jurepatr. ſuorum Parochianorum, multo ſuo ære inſtauravit, integerrimæ vitæ conſuetudine illuſtravit, & *Deiparæ Virg.* ſub titulo *Protectionis* præcipuo cultus ſtudio honeſtavit *Karolus Antonius Bovazzi*, qui non ſine bonorum mœrore deceſſit 22. Januarii A. 1717., S. Mariæ de Foſcherariis, quæ ſplendidiſſima, & nulli vetuſtate apud nos ſecunda Familia in Senatore Joſepho ſuæ gentis noviſſimo extincta eſt die 25. Aprilis 1712., S. Mariæ *degl' Uccelletti* &c. Itemque ita Turres ſibi conſtruxerunt, quæ dudum adeò fuere frequentes, ut duplex Populus ſit viſus eſſe, unus hominum, & alter Turrium Bononiæ, quarum adhuc plura ſuperſunt veſtigia temporis diuturnitate, aut collapſarum, aut etiam juſſu publico dirutarum, ac ubi Turres opitulari amplius ſibi poſſe cognoverunt, Ædes munitiſſimas fortalitiorum inſtar, & Caſtra ſupra Montes ædificarunt, quorum ruinis, & molibus ſeminatum adhuc agrum noſtrum conſpicimus, æque profectò ſunt ejuſmodi honoris notæ à longo tempore retro poſſeſſoribus, ut ampliſſimi generis longè ſplendidum teſtimonium perhibeant; ſuperioribus enim ſeculis prudentiores Cives, vel dignitatis ſuſtinendæ, vel familiæ curandæ, vel œconomiæ domeſticæ augendæ cauſâ, aut etiam Civilium bellorum effugendæ ſævitiæ titulo; in agrariis gentilium prædiorum ædibus degebant, in Urbem tunc demum remeando, cum vel Magiſtratuum gerendorum cauſa id poſtularet, vel hyemis importuna ætas à frigidiſſimis locis exulare compelleret, hæcque vivendi ratio longe commoda, & bono domeſtico quam accommodata tantùm abeſt, quod vel unquam officere quiſpiam crediderit nobilitati etiam, ut appellant, generoſæ, quòd per intemperantem luxum in ſummas anguſtias redacti modò Proceres, jam audiuntur illam vivendi rationem laudare, eamque rurſus quòd in mortem veniat, intimis votis appetere. *Egnat. ad Ghirardacc. lib. 2. fol. 67. ad finem.*

(77) Non qua ſubditi ſolent, defectionem facientes, & rebellionem machinantes, ſed more liberi Populi, apud quem nihil antiquius, & ſanctius, quam pati virtutis referre facinore injuriam, contenti in deditionem ſimplicem, pactiones vertere, & clientelam. *Mazz. de jur. nat. gent., & civ. tit. 3. n. 4., & ſeqq.*

De finitimis Civitatibus.

Finitimarum Civitatum eadem fere libertas, ſed non eadem potentia omnium, quòd aut rerum opibus, aut populi frequentia vincerentur, ſed adminiſtrandæ Reipublicæ ratio non plane diſpar; æmulatio vero dignitatis, & juris contentio ab hoc tempore aluit acerba inter ſe odia populorum. Finitimi autem ab Oriente erant Imolenſes; ab Occaſu Mutinenſes; à Meridie Florentini, & Piſtorienſes; à Septentrione Ferrarienſes. Nam Claterna oppidum inter Imolam quondam, & Bononiam ſitum, Gothorum, aut Longobardorum bellis deletum juri Bononienſium multis ante annis videtur acceſſiſſe. Ceterum Ferratiam novam Urbem Gotthorum ætate Phocas Imperator per Smaragdum Exarchum muris primus munivit. Aiſtulfus inde, & Deſiderius Longobardi Exarchis, Pipinus, & Carolus Franci Longobardis ademerunt, atque Eccleſiæ Romanæ una cum Evarchatu donarunt. Eccleſiæ inde eandem Otho Magnus Joanni XIII. Pontifici, Joannes Theudaldo Marchioni Mantuæ tradidit. Itaque, cum bello excitato à Mathilda Theudaldi nepte ad Henricum Tertium defeciſſet, anno milleſimo centeſimo primo à Mathilda recepta ab eadem anno MCXV. Eccleſiæ Romanæ relicta, pari cum vicinis Urbibus libertate fruebatur. Mutina Urbs vetuſtiſſima, cum ſæviſſimis Barbarorum bellis afflicta fuiſſet, ſub Francis Regibus attolli cœpta, atque inde Vidonis, & Henrici Tertii permiſſu, muris a Civibus ipſis munita, ac multis privilegiis inſignita brevì libertatis beneficio tantas opes contraxit, ut cum vicinis ſuis armis ex æquo contendere non dubitatit. Quod idem de Florentia, & Piſtorio, & Imola, quæ à Barbaris afflictæ pariter cum libertate ſe crexerant, judicandum eſt. (78) Caſtra vicina aut libera vetere Othonis beneficio fuere, aur Comitibus aliquot Regii feudi nomine obtemperavere.

Quibus rebus expoſitis reliquum eſt, ut ad intermiſſum hiſtoriæ ordinem redeamus, ex quo facilius, quæ diximus, veteribus ipſis afferendis pactionum, conventorumque formulis, apparebunt, quæ ex tabulario Civitatis locupletiſſimo ſumſimus, cujus, ipſius beneficio Civitatis, ſummam poteſtatem habuimus, (79) ita ut, ubi aliena ope eguimus, ad fide dignas vicinorum tabulas confugientes, opportuna nobis ad perfectam ſæpe rei notitiam ſubſidia quæſiverimus.

(78) Condonanda amori Patriæ univerſa hæc procul dubio oratio, cum alias tantum ſit diſcriminis inter Florentiam, & Bononiam Urbes cum Imola, Mutina, Piſtorioque oppidis, quantum eſt inter ingenuos, & libertinos, ac quanta intercedit differentia inter natura, & origine regias Civitates, & ex aliena dignitate cognita municipia, cum quibus eſt ergo nulla ex æquo comparatio. *Beſſold. reſp.* 13. *n.* 3.

(79) Rectè profecto, neque aliter, qui hiſtorias conſcribunt, agent; ſiquidem execrandum de rebus vetuſtiſſimis ad libidinem divinantium, ac ſæpè ſæpius invidiâ, calumniâ, vel ejuſmodi vitio conflictatorum modernorum ſcribere, & res prorſus ridicula, aliis uti, vel inſuercre tabulis, regeſtis, & monumentis, quam publicis, vel publico in loco ita ſervatis, ut ipſa authographa, & exempla liberè, & abſque ſatellitum, aut armorum cuſtodiâ pateant, præſertim cum fidem in fide afferentis collocare, vel invitus cogatur. *Mozrbort. leg. conſcrib. hiſt. leg.* 3. §. *Sed & illud, & per tot. Ruzbyng. obſ. hiſtoric.* 13. *n.* 2.

Explicit Liber Secundus.

IN-

INCIPIT LIBER TERTIUS.

GRaviſſimum inter Pontificatum,
Imperiumque bellum, quo non
Romana ſolum Eccleſia, ſed
etiam Italia tota per annos an-
te quinquaginta turbata eſt,
pax annorum amplius triginta excepit, per
quos Lotharius, & Conradus Regnum Ita-
liæ tenuere. Ex quo tempore Civitates Lom-
bardiæ luxuria diffluentes, contempto pa-
lam ipſo abſentium, atque occupatorum
Regum imperio, liberius arma inter ſe exer-
cere, atque altera alterius inſidiari libertati
cœpere, ex quibus præcipuè Mediolanen-
ſes internecinum bellum hoc anno Comen-
ſibus intulere. Verum præter ceteras lux
quædam hoc tempore ad amplitudinem af-
fulſiſſe Bononienſium Civitati videtur, qui
præter conſervata à Rege veteris libertatis,
atque antiquæ gratiæ jura, ſimul etiam ex
corpore ſuo Pontificem Romanum jura ter-
ris moderantem viderunt. Hic fuit Lam-
bertus, quem ſupra commemoravi, Fagna-
1124 nus, qui ſequenti anno, Caliſto Pontifici
mortuo ſubrogatus Honorius Secundus eſt
appellatus (1), cum Hoſtienſis Epiſcopus
eſſet, ac ceteris virtute, atque auctoritate
præſtaret, quod Legatus proximè diutur-
num Pontificis, & Imperatoris diſſidium ſu-
ſtuliſſet, ac pacem Eccleſiæ optatiſſimam
peperiſſet. Is ſequenti anno cum Decembri 1125
menſe Cardinales allegeret, ex Bononienſi-
bus cooptavit Ubertum Rattam, Gerardum
Alberti Caccianimici filium S. Mariæ de
Rheno Canonicum Regularem, Petrum Ga-
riſendum, & Hugonem Hieremeum. (2)

LOTHARIO II. IMPER.

QUo anno, Henrico Imperatore defun-
cto, Lotharius Dux Saxoniæ lectus.
Gerardus Epiſcopatum Bononienſem
accepit. (3) Adverſus Lotharium Conra-
dus Dux Franconiæ ex Henrici ſorore na-
tus ſeſe extulit, ac poſtero Regii ſibi aſci- 1126
ſcendi tituli cauſſa bellum cum eo grave
inivit. Proximo in Italiam tranſgreſſus, Me- 1127
diolanenſibus à Lothario alienatis, ab An-
ſelmo Archiepiſcopo Italici Regni ornamen-
ta ſuſcepit. Eo anno Mediolanenſes Comum
oppidum diuturna oppugnatione fatigatum
tandem ad deditionem coëgerunt, ac civi-
bus aliò demigrare juſſis, V. Kal. Aprilis il-
lato incendio deleverunt. Apuliam Roge-
rius Siciliæ Comes, poſt mortem Ducis Gu-
lielmi Rogerii filii, Viſcardi nepotis trien-
nio ante invaſerat, eamque inconſulto Pon-
tifice

(1) Primus ex Bononienſibus, qui ad Summum
Pontificatum pervenerit, natus gente ve-
tuſtiſſima Scannabichiorum, ſed caſu, &
fortunæ viciſſitudinibus quaſſata, ac de Fa-
gnano, ſive Flagnano à Caſtro hujus no-
minis diu inhabitato appellata. Civis ergò
Bononiæ per longas ætates, & nobiliſſimus,
ſi cum Sapientibus ſentias, apud quos for-
tuna non mutat genus, & minimè de Co-
mitatu Imolæ, quod ſolus ex Pandulpho,
ſed perperam *Platina* ſcripſit *in ejus vita*
fol. mihi 261. Ante Cardinalatum fuit Ca-
nonicus Regul., Pub. in noſtro Lyceo Pro-
feſſor, & Eccleſiæ Bononienſis Archidiaco-
nus *per Em. Petra ad Conſtit. Apoſtol. T.* 1.
fol. 461. *n.* 1. Fuit inauguratus die 14. co-
ronatus die 21., & ad tollendas omnes
ambages ſuper ejus canonicâ electione exor-
tas, ac ipſo ſe, ſuaque voluntate, & ſpon-
te (quod eſt maximum moderationis ani-
mi teſtimonium, & ejus peculiare, ac
proprium hominis ingenitum virtutis opus,
qui edoctus Bononiæ fuiſſet, cujus Acade-
mia mordicus ſemper ſuſtinuit veros, le-
gitimoſque Pontifices, ut ad rem advertit
Ochym. de laud. Bonon. §. *Age videamus*)
à Pontificatu abdicante, confirmatus, &
per LI. Cardinales adoratus die 28. Decem-
bris hoc A. S. 1124. *Baron. Annal. T.* 12. *fol.*
134. *ſub n.* 7., *&* 8. *Sigon de Ep. Bonon. lib.*
2. *cum eius reliquis ap. Maſin. p.* 3. *fol.* 1.,
& 2. *Ghirardacc. p.* 1. *lib.* 3. *fol.* 69., *&* 70.,
Dulcin. de var. Bon. Stat. lib. 3. *fol.* 150.,
Pegi Breviar. Pontif. Rom. T. 1. *fol.* 662
n. 1., *&* 2., *&* *facit vetuſtiſſ. Kalend. Ar-*
chigym. in Decembri, ibi:
„ 21. Electio in Summ. Pontificem 163.
„ D. Lamberti Scannabichii alias de Fa-
„ gnano Civ. Bonon. Canon. Regul., &
„ ante Cardinalat. Pub. noſter Prof., &
„ Eccl. Bonon. Archidiac., qui primus
„ in Bononienſes hanc dignitatem hac
„ die A. verò S. 1124. invexit, & appel
„ latus eſt Honorius II. univerſa gratu-
„ lante Civitate, & Academia.

(2) Cum eſſet literatiſſimus, literatos proindè
viros ſummum quoque in modum adama-
bat, eoſve quibus maximis, & quomodo
excoleret muneribus, & præcipuis officiis,
quod etiam Platina in ejus vita teſtatus,
inceſſanter meditabatur. *Egnat. ad Ghirar-*
dacc. lib. 3. *fol.* 69., *&* 70., plura habet de
iiſdem ab hoc Pontifice noſtris Concivibus
ſacrâ Purpurâ donatis, qui æquè doctrinâ,
pietate, & genere eminebant, ac de qui-
bus reliqui noſtri Scriptores *ap. Maſin. p.* 3.
fol. 8., *&* 9., per quos iiſdem addi debet
Garutius de Carrutiis, quem neſcio quare
Sigon. hic, & de Ep. Bon. lib. 2., omittat,
cujus cæteroquin meminere *Ghirardacc. d.*
p. 1. *fol.* 70. *Egnat. ad eundem ibidem*, *Vi-*
zan. lib. 2. *fol.* 56., & alii. Quod ſi fortè
celtiſſima, atque præcox ipſius mors à com-
mendata purpura pro cauſa adducaretur,
quare non fuit in ſyllabo horum Cardina-
lium poſitus, facile videtur, & jure, re-
poni poſſe, frivolam eamdem, & nimia
eſſe rationem, poſtquam inter Cardinales
relatus tum *Joannes* Bernardini *de Gozza-*
dinis, quamquam alias ipſe ſimul ac con-
ſpexit coccineum Biretum ſibi A. 1517. per
Leonem X. relatum apud Rhegium Lepidi
adhuc degenti, clauſit oculos per *Alid.*
Card. Bologn. fol. 66., *Bianchett. in Chron.*
T. 2. *fol.* 696., *cum Gabriel Philippuccius* a
Clemente XI. Cardinalis renonciatus die
17. Maji 1706. licèt ipſe porrò ſingulari
prorsùs moderationis exemplo publicè, &
palam tantam dignitatem refutarit die 7.
Junii d. A. 1706., quo etiam decurrente,
& ſcilicet die 21. Julii placidiſſimè in Do-
mino Romæ obdormivit ad relata poſt alios
à *Paradiſ. dell'Onore p.* 1. *Cap.* 13. *ſub n.* 22.
fol. 51., *& ſeq.* Hujus tum verò pietatis
nedum cauſâ, quam honoris ideò memi-
ni, quia *Laurâ Philippucia* Marci Antonii
filiâ, ac Jo. Antonii Macchiavelli uxore
ſanctiſſimâ, ac fœmina propè venerabili,
ſum & ego editus, quæ non ſine grandi
probitatis opinione vita ceſſit die 8. No-
vembris A. 1721.

(3) Quis hic Gerardus inter Epiſcopos noſtros,
non video, ipſo *Sigon. teſte de Ep. Bonon.*
lib. 2., namque ibi, Victori ſubnectit Hen-
ricum, cui A. 1145. vitâ functo, Gerardum
ſucceſſiſſe immediatè recitat, & adſtipu-
pulantur *dalle Pugliole col.* 242. *Vizan. lib.* 2.
fol. 56., *&* 63., *Falcon. lib.* 2 *fol.* 142. 155.,
& 165. *Ghirardacc. p.* 1. *fol.* 70., *&* 76. *poſt*
med.

tifice obtinebat. Quod ægrè ferens Honorius, quippe qui Viſcardum, & Rogerium ejuſmodi titulum à Pontificibus accepiſſe ſciebat, exercitum adverſus eum adduxit: verùm procerum, à quibus vocatus acceſſerat, perfidiâ animadversâ ſtatim pacem cum eo pepigit, atque ipſum Eccleſiæ Feudatarium cum titulo Ducis Apuliæ confir-
1128 mavit. Proximo Conradus Bernardi Clarevallenſis Abbatis, qui poſt Divorum numero eſt aſcriptus, auctoritate in gratiam Lotharii reſtitutus ſimul Regio quoque ſe titulo abdicavit. Honorius, cum Mediolanenſes, & Anſelmum, quòd Conradum amplexi fuiſſent, Pontificia auctoritate notaſſet, ob res Apuliæ componendas conven-
1129 tum in Apulia egit, ac poſtero anno cum Cardinales tertiò allegeret, Albertum Bononienſem (4) creavit, & cum inſignibus Eccleſiam Bononienſem muneribus, Henrico Fracta Epiſcopo in locum Gerardi ſuffecto, (5) auxiſſet, universa mœrente Civitate interiit. (6) Legi quoque diploma ejus M Antonio Comiti Montisferrati hoc anno datum: cui inter ceteros Cardinales Gregorius Albergatus (7) Bononienſis Presbyter Cardinalis tituli S. Laurentii in Lucina ſubſcribit. Comitiis Pontifici ſublegendo indictis, duo in diſſenſione creati ſunt, uterque Civis, & Cardinalis Rom. quorum unus Innocentius II. alter Anacletus II. eſt dictus. Innocentii cauſa juſtior, Anacleti firmior Romanorum favori fuit. Itaque Innocentius ubi ſe cum Anacleto ex æquo contendere in Urbe non poſſe ſenſit, Bernardo Abbate comitante alpes emenſus Concilio ad Claromontem convocato Anacletum & ſautores ejus damnavit. Ac poſtero anno Ludo- 1130
vicum Regem Franciæ ſibi conciliavit. Eodem anno belli primum cauſſa inter Bononienſes, ac Mutinenſes, quorum adhuc arma quieverant, orta. (8) Nonantulani attulerunt, apud quos Abbatia in Diœceſi Mutinenſi cis Scultemnam clariſſima, atque opulentiſſima jam inde ab Aiſtulfi Regis temporibus per ipſius affinem Anſelmum fuerat inſtituta. (9) Qui poſt diuturnas cum Mutinenſibus de jure ſacrorum, (10) aquarum & finium controverſias, cum ſe, ſi, quemadmodum apparebat, vi eſſet agendum, longe viribus impares cernerent, infeſtis nonnullis eorum excurſionibus incitati Oratores

(4) Adhuc ignotus, nec a quopiam, quod noverim, ex noſtris relatus, imò nec ab ipſo *de Ep. Bonon. ad A.* 1130. *Platina* affert, non ignoro, inter Honorii Cardinales quamdam Albertum, cui titulum tribuit Diaconiæ S. Theodori *fol.* 263., hic ergò num ſit is, de quo hic Sigonius, prorsùs divinandum, putat illum tamen neſcio qui *Apoſtillator ad Vizanum fol.* 56. per quem ſatis veteri charactere eſt hoc adſcriptum: „ Creavit inſuper Honorius altera ordinatione Albertum, Civem & ipſum Bononiæ, qui fuit de Familia illorum de Lambertaciis, per quos fuerat quondam ædificata Eccleſia S. Sylveſtri prope Porum majus: & ſcias, quod Honorius Papa ideò creavit illum Cardinalem, hortantibus benè ejus amicis, atque Concivibus, ne poſſet credi, aut videri, quod majorem faceret æſtimationem illorum de Hieremiis, ex quibus jam fecerat Cardinalem D. Ugonem; & propterea ob hoc etiam aſſignavit huic D. Alberto ipſum eumdem titulum, quem aſſignaverat prædicto D. Hugoni paulo poſt ſuam promotionem vitâ functo, quia cupiebat bonam conſervari harmoniam inter has duas Concives familias, quæ erant de magis conſpicuis, potentibus, & nobilibus Patriæ Communis Bononiæ: Facit etiam *vetuſtiſs. Kalendar. Archigym. in Aprili ad finem*, ibi:
„ Hoc menſe altare qua magis placuerit dia R. D. Archid. Eccl. Bon. accedent uno A. Pub. Leg. Interp., & altero A. Artium Profeſs. ad Anniv. D. Alberti S. R. E Card. Tit. S. Theodori quondem Pub. Lect. noſtri haben. in Cappella S. Sylveſtri de Lambertaciis pro anima ipſ. D. Cardinalis, item D. Saptinæ Tettalaſinæ ejus aviæ, & D. Ozolinæ da Baſacomariis ſuæ Matris juxta diſp. ſuam, & facta diſtrib. unius cerei pro quolibet Intereſs. ut ſit ipſis ſalus, & requies æterna.

(5) Ergò per ipſum licèt paucos per annos inter Victorem, & Henricum *dalla Fratta* quidam hic Gerardus ſedit noſter Epiſcopus, cujus paullo ſuprà meminimus. Verùm hoc nullis cum evincat monumentis, imò ipſe *idem Sigonius in lib. de Ep. Bonon.* nequa uno id verbo attinget, cæterique concorditer ſecus putent noſtri Scriptores, proptcrea in ſententiam minimè adduci hanc poſſum, quòd ſuam probem, quam improbant imò directè *Falcon. de' Veſc. di Bol. lib.* 2. *fol.* 142., & poſt eum, qui ſubſequuntur; ſed negotium fortè altius *Cl. Rabbi* expunget.

(6) Cujus obdormitio accidit die 14. Februarii A. S. 1130., conditis Oſſibus in Baſilica Lateranenſi. *Platina in ejus vita fol.* 263. *Alidoſ. Pap. Card. &c. Bologn. fol.* 9. *Vizan. lib.* 2. *fol.* 57., *Egnat. ad Ghirardacc. p.* 1. *lib* 3. *fol.* 71. *Baron. T.* 12. *fol.* 157. *n.* 1. *Pagi Breviar. Rom. Pontif. T.* 1. *fol.* 666., *& ſeq. n.* 27., *&* 28. *Falcon. lib.* 2. *fol.* 156. *Marcheſi de Vir. Illuſtr. Gall. Togat. Cap.* 3. *fol.* 39., cum quibus convenit vetuſtiſs. *Kalend. Archigym. in Februario*, ibi:
„ 14. Funus Sanctiſſimi D. Honorii II. Rom. Pont. Civ. Bonon., & quondam hujus Archigym. Pub. Prof., & Eccl. Bonon. Archid., qui plenus meritis, & propè venerabilis diem hodie clauſit extremum A. S. 1130., conceſſis jam plur. Exemp., & privilegiis huic Lycæo pub. Prof., & ejuſdem Scholaribus, adeoque memoria ejus in benedictione erit.

(7) Hunc ad Sacram Purpuram promovit A. 1125. Paſchalis II., ex *Falcon. de' Veſc. di Bol fol.* 145. *Maſini p.* 3. *fol.* 8., *Dolfi Fam. Nob. di Bol. fol.* 28.

(8) De cauſſa, factis, & exitu hujus Belli agunt omnes noſtri, *Ghirardacc. p.* 1. *fol.* 71., *&* 72. *Griffon col.* 105. *dalle Pugliole col.* 242. *Vizan. lib.* 2. *fol.* 57., *Falcon. fol.* 157.

(9) A. S., nempè 752. ex eodem *Sigon. de Ep. Bonon. lib.* 1.

(10) Explicat hæc, quæ eſſent ſacra *de Ep. Bonon. lib.* 2., latius porrò *Ghirardacc. p.* 1. *fol.* 72., *Vizan. fol.* 57. 58., *&* 59., *Falcon. pag.* 157. Contigit hoc autem A. 1131., quo miſerandum omninò per caſum Epiſcopio ſuccenſo, universa quoque Eccleſia Kal. Auguſti flammis conflagrata eſt, & quidem ita eſt combuſta, ut lapide ſupra lapidem nec relicto uno, cuncta ſint in cinerem converſa; hac autem occaſione, & cauſſa, ignis voracitate deperdita eſt, ac abſumpta, quod dolendum maximè fuit, vetus, & prodigioſa valde Icon Deiparæ à Narſete quondam dono nobis poſt profligatos Gothos data, ibique repoſita, atque culta ſub titulo *del Preſidio*, cujus ſupra meminimus, & propterea exemplari ſublato, quæ per antea decerpta pietate Civium fuerant ejus exempla, ſola hæc modo ſuperſunt. Trucis verò hujus incendii memoriam agunt *dalle Pugliole col.* 242, *Griffon. col* 105., ubi pro 1141. legas decet 1131., *Vizan. lib.* 2. *fol* 57. *Sigon. de Ep. Bonon. lib.* 2. *Falcon. lib.* 2. *fol.* 157. *Ghirardacc. lib.* 3. *fol.* 71. *Dulcin. lib.* 4. *fol.* 261.

tores duos Monachos (11) Bononiam miſerunt, qui introducti ad Conſilium, recentes Mutinenſium in ſe injurias docuerunt, ac ſe Hildebrandi Abbatis, & populi Nonantulani nomine, ut tanquam dedititios in fidem reciperent, ac contra vim eorum tuerentur, petierunt. Conſilium quanquam certi id eſſe principium belli cum Mutinenſium Civitate cernebat, tamen ſui eſſe officii ratum dedititios ſublevare, Nonantulanorum poſtulatis aſſenſit, eoſque in fidem his conditionibus in æde Ambroſiana recepit. „ Nonantulani jurarunt, ſe poſthac in perpetuum dicto audientes populo Bononienſi futuros, ac tanquam unam ex quatuor tribubus Steriam, impenſas in bella facturos; quotannis Kalend. Decembribus tributi nomine quaternos denarios Lucenſes in ſingulas familias ſoluturos; ad res recuperandas adverſus omnes, præter Imperatorem, auxilio futuros; adverſus hoſtes Bononienſium equeſtres excurſiones facturos; ſi omnes pedites, & equites exiſſent, ſe ſuis ſumptibus acceſſuros; ſi ſoli pedites, ſumptibus populi Bononienſis; ſi equites, ſagittarii, & pedites ſine populo, aut Conſules cum populo auxilio ſoi veniſſent, ſuis impenſis toleraturos; ſi quid damni Bononienſes, aut ſocii eorum ſua cauſſa feciſſent, id ſe pro quarta parte reſarcituros; ſi ipſi cauſſa Bononienſium accepiſſent, pro quarta interpretaturos; arma adverſus Bononienſes dolo malo non laturos; lites inter ſe, & Bononienſes contractas ad Conſules Bononienſes delaturos; nullam pacis, aut induciarum mentionem cum Mutinenſibus facturos injuſſo populi Bononienſis; demum Abbatem, Oleum Sanctum, & Chriſma ab Epiſcopo Bononienſi in perpetuum accepturum, cum eo jure antiquitus eſſet, ut à quo vellet Epiſcopo ſumere poſſet. Hæc cum illi juraſſent, Capitanei adjecerunt, ſe Bononienſibus in bello adverſus Mutinenſes affuturos, ac bis quotannis equites, ſemel pedites cum equitibus auxilio ſummiſſuros. Ex altera parte Conſules Bononienſes ſpoponderunt, ſe daturos operam, ut populus Bononienſis Nonantulanos contra omnes homines, excepto Imperatore, atque Abbate, defenderet, neque pacem, aut inducias cum Mutinenſibus, inſcientibus illis, faceret; ſi quid damni illi ſua cauſſa paſſi eſſent, ut intra duos menſes tertia parte relevaret, ſi ſoli equites, & ſagittarii ſubſidio ſui veniſſent, ut ſuis ſumptibus toleraret.

Proximo anno, cum Ludovicum Francorum 1131 Regem, & Henricum Anglorum adiſſet, poſtremò Leodium ad Lotharium proceſſit, atque ibi in maximo conventu ſacras in Anacletum deteſtationes renovavit. Pollicitus eſt Lotharius, ſe Innocentium Romam cum exercitu reducturum, atque in Sede, Anacleto depulſo, collocaturum, ſi ipſe contra Imperatorium ſe ſibi traditurum diadema promitteret. Biennio ſequenti Lotha- 1133 rius exercitu validiſſimo per vallem Tridentinam in Italiam tranſportato Mediolanum proceſſit, atque ibi lætiſſimis ab omnibus animis exceptus, Conrado à Mediolanenſibus abdicato, Regni Italici coronam primùm Mediolani, deinde Modoëtiæ, antiquo ritu repetito, accepit. Innocentius ipſum conſequutus cum triremibus Genuenſium ex Francia Genuam devectus eſſet, Mediolanenſes, quod meritos Lothario honores habuiſſent, reſtituit in gratiam. Inde Placentiam progreſſus novo, Anacletum concilio jugulavit, ac Piſis pacem inter Piſanos, & Genuenſes acerbis jam pridem inter ſe odiis decertantes conciliavit. Lotharius inde Mediolano, Innocentius Piſis profectus junctis copiis per Viterbienſem agrum, & Sabinos ad Urbem acceſſere. Neque ita multo poſt ab amica factione in Urbem accepti, Anacleto elapſo, Innocentius pridie Nonas Julias Lotharium in Lateranenſi Baſilica coronavit. (12) Quo facto Lotharius inſalubres Romanorum cœli Germani corporibus æſtus declinans, Lombardiam repetiit, eamque adhuc tumultuantem, atque à ſe propter priſtinum erga Conradom ſtudium animis abhorrentem compoſuit, atque in Germaniam abiit. Anacletus Lotharii diſceſſu recreatus, idemque Rogerii, quem

(11) Andream nempè Priorem, & Azzonem viros laudatiſſimos: *Falcon. lib.* 2. *fol.* 157.

(12) Si doctiſſimum *Pagi* adimus *in Breviar. Rom. Pontif. T.* 1. *fol.* 678., *& ſeq. n.* 37., *& ſeq.* planè non poſſumus, quin lapſum in errores multos Sigonium hic deprehendamus, id autem eatenus fortè, quia minus diligentes Scriptores delegit, quos ſequeretur; namque Lotharius, qui in Villa Medicina Natalem diem celebravit lepſo A. 1132. ex *Chronographo Hildensbemenſi* Romam, ut quidem cum Innocentio, profectus eſt, unaque ſimul Urbem ſunt ingreſſi pridie Kal. Martii hoc A. 1133., ſed non Anacleto elapſo, quod ait Sigonius, ut crederes Roma umninò evaſum, ſed apud S. Petrum confugiatum, quæ propterea fuit cauſſa, quare contra morem Lotharius fuit per Innocentium in Baſilica Lateranenſi coronatus, & ita Imperator conſtitutus, & nun quidem pridie Nonas Julias juxta Sigonium, ſed Junias, hoc eſt die Dominica 4. Junii hoc A. S. 1133. per *Trithem.*, *& Onuph.* apud laudatum *Pagi*, quem præivit *Egnat. ad Ghirardatt. hoc A.* per quem habemus, Bononienſes honoris in Cæſarem gratia, & obſervantiæ erga verum Pontificem teſtandæ titulo, in Urbem quatuor miſiſſe Oratores, Doctores duos, totidemque Equites, qui Coronationi intereſſent, & fuerunt *Ircus Beccarii* Legum Interpres, & *Pilius Bagarotus* valdè celebris Gloſſator cum *Antonio Torello*, & *Ceſcus Petri de Bulgaris* Equites, quibus omnibus, ut gemini Principes gratum aliquod opinionis, quam de Bononia haberent Teſtimonium, darent, ampliſſimam Jurium Eccleſiæ, Academiæ, & Urbis gubernii confirmationem largiti ſunt, de qua eſt relatio in *vetuſtiſſ. Archigymnaſii Kalend. ad Junium*, ibi:

„ 10. Hac die de A. 1133. Geminie Terrarum Orbis Principibus Romæ extantibus, ac unà convenientibus in ferendo de Juribus noſtræ Eccleſiæ, Academiæ, & Patriæ judicio, de plenitudine eorum poteſtatis, Innocentius nempè II. & Lotharius quoque II. Cæſ. Aug., & Imp., ampliſſimè ea apud Lateranum confirmarunt, & ampliarunt, largito Diplomate deſuper ea hac dato, Irco Beccario Famoſiſſ. Leg. Interpreti, Pilio Bagarotto celeberr. Gloſſatori, hujus Licæi Pub. Lect. Antonio Toſello, & Ceſco Petri de Bulgaris Equitibus, qui pro Bononia legationem ad eos obierunt, & nomine publico interfuerunt ſolemni Coronationi in Imperatorem, quam in eadem Baſilica S. Jo. idem Innocentius habuit die 4. hujus menſis, & præſenti anno, univerſis acclamantibus Ortodoxis.

quem Regem utriuſque Siciliæ appellarat,
auxilio fultus, turbare iterum Eccleſiæ ſta-
rum, & Innocentium Piſas abire coëgit.
1135 Biennio interjecto Mutinenſes Lothario Ita-
lia profecto exercituque inde abducto ſimul
veteri dolore, ſimul recentibus Nonantula-
norum, Sanjoannitarum, (13) & Bononien-
ſium populationibus irritati moverunt, quip-
pe Scoltemna amne repente tranato in No-
nantulanum, & Sanjoannitem agrum hoſti-
liter incurrerunt, ac præda onuſti, ante-
quam Bononienſis ultor adveniret exercitus,
domum receſſerunt. Ea re Bononiæ cogni-
ta Civitas rem ſuam agi, ut cum maxime,
arbitrata, bellum Mutinenſe decrevit, atque
omnia, quæ ad id gerendum opportuna eſ-
ſent, expediri ſummâ diligentiâ juſſit. Nec
ſegnius Mutinenſes arma pararunt, immo eo
alacrius, quo ſe juſtius ea ſumere, ac minore
cum Imperatoris offenſione ſibi perſuadebant.
Hoc anno Bononienſes Prætorem habuerunt,
an nunc primum belli Mutinenſis cauſſa
creatum, an, quod malim, ex ſuperiore
inſtituto relatum, parum exploratum. (14)
Graviſſimo inter duas vicinas Civitates im-
minente bello, repente præter ſpem om-
nium res per arbitros eſt compoſita. (15)
Pro Mutinenſibus Manfredus Petrezanus
Eques, populi Mutinenſis vexillifer libris
mille ſe obligavit. (16) Conditiones pacis
hæ fuerunt. „ Mutinenſes neque Bono-
„ nienſibus, neque Populo, neque Abba-
„ ti Nonantulano in iis, quæ ad ſacra,
„ agrum, & aquas pertinent, neque ar-
„ mis, neque judicio poſthac moleſti erunt:
„ nihil operis trans Pagum Camuranam in
„ amne Sicla, quo minus aqua libere de-
„ currat, facient; cis Camuranam ſecun-
„ dum amnem ſi quando lintres ædifica-
„ bunt, ſine detrimento riparum, integro
„ ſemper Eccleſiæ jure, facient; in aliis
„ fluminibus nihil Nonantulano Abbate, &
„ Populo invito, & niſi cauſa à Pontifice
„ cognita novabunt; omnes injurias, quas
„ à Nonantulanis, Sanjoannitis, aut Bo-
„ nonienſibus acceperunt, libere remittent.
„ Poſthac ſi qua aut publica, aut privata
„ offenſio interceſſerit, ex ſententia Judi-
„ cum, qui ab utraque parte bini edentur,
„ eam emendabunt. Capitaneos, & Val-
„ vaſores ſuos hoc jurejurando adigent,
„ aut, ſi ſe ſacramento obſtringi noluerint,
„ nulli auxilio cis contra Bononienſes erunt,
„ verum pro Bononienſibus adverſus eos
„ pugnabunt. Atque hoc idem cum Pan-
ſanenſibus item Nonantulanorum vicinis
eſt pactum. Quibus rebus Caballini ad-
ducti ultro ſe tradiderunt, ſpondentes ſe
hoſtibus Bononienſium inimicos futuros, à
Prætore Bononienſi jus accepturos, atque
edicta ejus tanquam unam ex quatuor Tri-
bubus ſervaturos. Nonantulanis in fidem
accipiendis, ac Mutinenſibus ea de cauſa
lædendis Lotharii Imperatoris animum ve-
hementius Bononienſes offenderant, credo
non tam Mutinenſium cauſa, quàm quod
is ægrè ferret, Italiæ populos ſerendis in-
ter ſe bellis aſſueſcere, neque in eo Maje-
ſtatis Regiæ rationem habere; cum ab ini-
tio ita inſtitutum eſſet, ut omnes inter po-
pulos controverſiæ ad Imperatorem defer-
rentur, atque ejus arbitrio, conſilioque di-
rimerentur, non populorum armis, exerci-
tibuſque tranſigerentur. Innocentius acer-
bis Anacleti, Rogeriique injuriis conflicta-
tus, Piſis Generali indicto Concilio de-
integro cauſſam Anacleti damnavit, Lega-
toſque ad Lotharium nova petitum auxilia
miſit. Lotharius Innocentii detrimentis com-
motus, atque recentibus Italiæ tumultibus
incitatus poſtero anno, qui fuit ſalutis ſu- 1136
pra centeſimum triceſimum ſextum milleſi-
mus, Italiam verſus contendit, ac rebelli-
bus Civitatibus domitis, tandem Novembri
menſe, cum ſecum Henricum Bavariæ Du-
cem generum ſuum haberet, conventus ha-
bendi gratia in Roncaliis ſubſtitit. Ibi cum
Bononienſium, & Mutinenſium diſcordias
cognoviſſet, ira vehementer adverſus Bo-
nonienſes exarſit. Quod ubi Bononienſes
ſenſerunt, nam & ipſi Legatos de more
miſerant, Henricum adierunt, ac ſe totos
ei permittentes per eum antiquam Lotharii
gratiam, quod apud Urſpergenſem ſcriptum
extat, recuperarunt. (17) Sequenti anno 1137
Lotharius Romam verſus iter ingreſſus, An-
conem, & Spoletum ex itinere in poteſta-
tem adduxit, atque citato agmine in Apu-
liam adverſus Rogerium movit. Henricus
exercitus partem per Etruriam duxit. Inde
Pontificem, qui adhuc Piſis erat, ſuſceptum
Romam primum, deinde ad Lotharium
perduxit tum forte Barulum oppidum obſi-
dentem. Lotharius Rogerio Barulo depul-
ſo, atque in Siciliam fugato, facile reliqua
omnia ſub ſuum jus, Imperiumque ſubjun-
xit, atque Apuliæ, & Calabriæ Duce Re-
ginaldo ex Pontificis inſtitutione relicto
cum Pontifice Romam revertit.

CONRADO II. REGNANTE.

SEquenti anno mortuo Lothario, (18) 1138
Conradus, qui cum Lothario decerta-
verat,

(13) Intellige Caſtrum S. Jo. in Perſiceto, quod è Bononia in Æmiliam decimo diſtat lapide, Perſicetum etiam ſimpliciter vocatum, & Bononienſi Urbi, & Epiſcopo undequaque ſubjectum *Ghirardacc. lib. 3. fol. 73.*

(14) Imò quam exploratum, namque conſtat unà cum Conſulibus Prætorem Bononiam moderatum fuiſſe, quamquam putem Prætorem ex Civibus aſſumptum: *Egnat. ad Ghirardacc fol. 73.*, & facit Sigonius ipſe hic paulo infra, nam agens de deditione per Caballinios facta, ſpondentes hos exhibet: *à Prætore Bononienſi Jus accepturos.*

(15) Amice ſcilicet, ac per interpoſitionem communium Amicorum: *Egnat. d. fol. 73.* De eadem re porrò concorditer compoſitâ agunt idem *Ghirardacc. ibidem*, *Vizan. fol. 59*, contigitque res in Septembri A. 1135. *per Griffon. Memorial. Hiſtoric. Bonon. col. 105.*

(16) Pro emendatione damnorum violenter, & per ſubitum impetum Nonantulanis, atque Perſicetanis illatorum, quos iniquum erat ex hoſtilitate calamitatem pati: *Egnat. d. fol. 73.*

(17) Cognitâ nemque cauſſa, ſinceriuſve rei factus certior, oppido iram compeſcuit, imò ita ſecum egit, quòd legatorum voluntati nihil abnuit: *Ghirardacc. d. fol. 73. ad finem*, *Vizan. lib. 2. fol. 60.*

(18) Diem obiit extremum 3. Decembris 1138., quam bono, & religioſo de ſe ipſo relicto nomine, utpotè qui ferociam animi magnanimitate domuit: Vide *Baron. T. 12. fol. 231. ſub n. 12. §. hoc eodem anno*, *Em. Petra ad Conſtit. Apoſtol. T. 1. fol. 510. n. 9. Egnat. ad Ghirardacc. fol. 74. poſt princ.* Ubi quod Bononiæ per longè ſolemnem pompam funt ei juſta celebrata, tamquam de hac
Urbe

A verat, Regnum occepit, ac ſtatim, ut Mediolanenſes produnt Annales, in Italiam venit, ac Mediolani, Modoëtiæque Italici Regni inſignibus Ribaldi Archiepiſcopi manu ſuſceptis, ſubitò in Germaniam remeavit, neque gravioribus poſtea negotiis impeditus reverti vel Imperialis Coronæ accipiendæ, vel Italici Regni conſtituendi gratia potuit. Itaque abſente illo, ac propè res Italiæ negligente, negligi ipſe, ac pro nihilo haberi à Civitatibus cœptus, armaque vulgo novis excitatis in ſpeciem controverſiis ſumpta, infirmioreſque à potentioribus nulla Regis habita ratione oppreſſi. Anacleto mortuo, & qui in ejus locum ſuf-
1140 fectus fuerat, abdicante, Eccleſia ad concordiam eſt redacta. Poſt annum Cremonina Plateſia, (19) inſigni pietate Matrona Templum D. Joanni Baptiſtæ in colle Ronciano (20) tribus prope millibus ab Urbe diſtante conſtruxit. Idque Hieroſolymitanorum militum ordini tum primum inſtituto
1141 Epiſcopi conſecratione attribuit. (21) Sequenti, IX. Kal. Auguſti, quod mirificè Civitatis animos perculit, magna pars Urbis una cum D. Petri æde continuato die, noctéque incendio hauſta eſt, multis mortalibus nequidquam opem ferre conantibus non tam ignis vi, quàm tectorum ruina conſumptis. (22) Pridie Nonas Octobris, dum Anniverſaria ſacra D. Petronio in æde D. Stephani fierent, ac forte ſacrarum rerum, quas in eo fano innumerabiles eſſe, vetus fama à majoribus accepta ferebat, recenſio fieret, multorum Divorum ignota illi ætati corpora per Epiſcopum ſunt inventa, ac ſacrarum Reliquiarum, quas D. Petronius in arcanis locis condiderat, vis prope infinita reperta. Quodque plurimi omnium Civitas æſtimavit, ipſius Petronii
B Corpus in loco, qui Sepulchrum Domini dicitur, eſt inventum, quod in ſummatum ignoratione omnium verſabatur. Tanti theſauri inſpiciendi poteſtate Civitati per Epiſcopum facta, religioſis, & communis lætitiæ cauſa ſacris & profanis ordinibus omnibus advocatis celebri pompa, ac ſupplicatio eſt indicta, atque, ut is dies apud poſteros inſignis maneret, ex Conſilii decreto Conſules edixerunt, ut in poſterum quicunque ad D. Petronii ſolemnia convenisſent, diebus octo feſtum antecedentibus, toti-

Urbe inſigniter merito, atque orationem laudum habente *Petro Lombardo* (qui rei nomen ſummum in modum adauxit) tunc Bononiæ publicè profitente, cui cognomentum eſt *Magiſtri ſententiarum*, ut etiam legitur in *vetuſtiſſ. Archigymnaſii Kalendario ad finem Decembris*, ibi:
C
„ Hoc menſe, qua die magis placuerit
„ R. D. Archid. Eccl. Bonon. tamquam
„ hujus Stud. gen. maj. Cancell. accedent
„ uno A. DD. Leg. Interp., & altero
„ A. Pub. Art. Profeſs. ad Anniv. Funerar.
„ Celſiſs. D. Lotharii II. Cæſ. Aug., &
„ Rom. Imp. haben. in Eccl. quot annis
„ deſignanda per illuſt. Cap. inclytæ Nat.
„ Germanicæ in ſuffrag. animæ ſuæ, pro
„ ut cœpit fieri ab eodem A. ſui obitus,
„ qui accidit die 3. Decembris 1138.,
„ acto tunc ampliſs. funere, & laudis
„ orationem recitante Cl. D. Petro Lom-
„ bardo tunc Bonon. Pub. Lect., & poſtea
„ Ep. Pariſien. qui appellatur Magiſter
„ ſententiarum, & hoc fiet obinde, quia
„ idem Cæſar tam Romæ de A. 1133.,
„ ut infra in Junio, quam de A. 1136.
„ apud Roncalias hoc Stud. confirmavit,
„ & ſummis privil. auxit, ac inſuper
„ per Bononiam tranſiens, Colleg. Do-
„ ctores Equites creavit, aureo torque
„ decoravit, & indum. palatinis pretio-
„ ſiſs. honeſtavit, comprobata inſuper
„ immemorabili ſacrata Ordinatione, de
„ non admittendis unquam ad eadem
„ Juriſtarum Collegia niſi Civibus utique
„ una ſimul legit., & nat. ad excluſio-
„ nem naturalium tantum, nothorum
„ &c. quàvis ampliſs. eorum legitima-
„ tione non obſtante, cui ſit ergò re-
„ quies ſancta, & pax ſempiterna.
D
(19) Familia ex vetuſtioribus Bononiæ, ac quæ multis nominibus in hiſtoria noſtra celebratur ejus genealogia eſt ap. *Dolfi Fam. Nobil. di Bol. fol. 609., & ſeq.* Verùm hæc cùm ſcribimus, in proceres noſtros diro neſcio quo invehente fato, hæc quoque, ſublato Co. Carolo Nicolao Plateſiorum noviſſimo die 4. Januarii 1733. extincta eſt, quod dietim veluti, de aliis accidit.
E
(20) Propriè eſt Collis Aruncius Pan, & Sylanis diis quondam faces, ac vix per alteram lapidem à Bononia diſtans extra Portam S. Mammæ, qui eſt locus amœniſſimus, & ad rurandum in Suburbano accommodatiſſimus, præſertim ſi hanc ætatem ſpectes, poſtquam *Joſeph Maria Agudius* S. T. M. ex Præd., & vir ſummæ dexteritatis, illum ad religioſas delitias deduxit. Agit de eodem loco fusè *M. Eliſ. Macchiavell. Soror in ſua Hiſtoriog. §. Roncianum*.

C (21) Non ita per alios, ſiquidem primùm inibi eadem Cremonina cum ſociis mulieribus tamquam in aſceterio eremiticam vitam, & quidem uſque ad finem dierum ſuorum degit, tum ipſâ mortuâ, ac Sodalibus Montem Guardiæ ex parte, & pro alia parte Conventum S. Jo. Baptiſtæ ad viam S. Eſaiæ petentibus, locus ad Equites Templarios, & inde Hieroſolymitanos pervenit ſub tit. S. Jo. Baptiſtæ, hos deinde Equites S. Mariæ glorioſæ vulgò *Fratres gaudentes* exceperunt, quorum duo Magiſtri generales Loderengus Andalores, & Philippus Montecalvi ibi fuerunt conditi, ac per id tempus Eccleſia Sanctiſſimæ Trinitatis appellabatur; Demum ſub A. 1443. ab illis de Arrengheria pretio, & pecunia numerata fuit ſe locus rimoſitate penè dirutus Conventui S. Dominici de Bononia quæſi-
D tus, atque comparatus, per quem paulo inde Ædes proprio ære è fundamentis unà cum nobili Ciſterna, & ampla Eccleſiæ S. Vincentio Ferrerio dicata, ſunt reædificatæ, quibus ipſimet Prædicatores mei nunc etiam potiuntur: Vide ad propoſitum *Bart. dalle Pugliole col. 242. Sigon. de Ep. Bonon. lib. 2. Falcon. de' Veſc. di Bol. lib. 2. fol. 159, & ſeq. Vizan. lib. 2. fol. 60. Ghirardacc. p. 1. lib. 3. fol. 74.*, latiſſimè *M. Eliſ. Soror in Hiſtoriograph. §. Roncianum*, ubi ad rem ſubdit, longe inſigniter ſuperiori, atque currenti ſæculo nobilitatum eſſe locum prævelatis ibi Cardinalatus primis Inſigniis, pileolo nempè purpureo, duobus ampliſſimis Dominicanæ Familiæ Alumnis, ſcilicet de A. 1672. *Vincentio Maria Urſino*, qui nuperrimè ſub magna ſanctitatis opinione
E è vivis migravit Romæ menſe Februarii 1730. poſt geſtum Pontificatum Maximum *ſub nomine Benedicti XIII.*, & de A. 1728. *Vincentio Ludovico Gotti* ſplendidiſſimo Theologo, noſtrove de Lycæo non minùs, quam de Eccleſia Catholica peregregiè merito, quem idem Ven. Benedictus XIII. Sacro Collegio adſcripſit die 29. Aprilis univerſa acclamante, & Urbe, & Academia.

(22) Uni *Bart. dalle Pugliole in Chron. Bonon. col. 242.*, quem tamen, ac alterum nullum allegat ex hiſtoricis noſtris, adhæret hic Sigonius, ſiquidem cæteri unanimiter decennio ante, ideſt A. 1131., quod nos quoque ſupra adnotavimus, accidiſſe hoc incendium recitat, propterea que illius ſub hoc A. 1141., neque verbum faciunt: *Egnat. ad Ghirardacc. fol. 74.*

totidemque ſubſequentibus ab omni creditorum injuria tuti eſſent, ac merces ſine profeſſione quaſcunque inſerre, & efferre poſſent. Epiſcopus autem: ut quicunque eo die crimina ſua rite confeſſus eſſet, in-
1141 dulgentiam biennem haberet. Inſtitutum inde manſit, ut qua die D. Petronii memoria, eadem etiam Sanctarum Reliquiarum, celebraretur. (23) Antonio inde Taurello, collegiſque Conſulibus Mutinenſes Nonantulanis, quos Bononienſibus adjunctos pati non poterant, arma inferre ſtatuerunt, animos addente Conrado, quem Germanicis tumultibus ita implicatum videbant, ut ne ad Coronam quidem Imperii venire accipiendam poſſet. Itaque ubi omnia pro ſententia habuerunt parata, magnis copiis in fines Nonantulæ irrupere, atque ipſo direpto, & pervaſtato agro, oppidum etiam ſe oppugnaturos, ni repente deditio fieret, oſtendere. Hæc cum per Nonantulanos repente Bononiæ nunciata fuiſſent, nemo omnium ex Conſilio fuit, quin ſocios repente (24) omni ope defendendos cenſuerit. Ita Taurellus Conſul, cui præcipue id negotii datum erat, in Nonantulanum agrum expeditas copias ducit. Cujus adventum ubi Dux Mutinenſium ſenſit, quòd ſe militum numero multo inferiorem videret, caſtra inde movit, atque ad Lavinii, quæ vocabatur, vallem proceſſit, neque, accurrente, ac pugnæ copiam faciente Taurello, ſummum ibi prœlium detrectavit. Per multas horas fortiter utrinque pugnatum; poſtremò Mutinenſis equo in acie vulnerato delectus, quamvis nullum egregii Ducis officium prætermitteret, Bononienſium copiarum multitudine circunfuſus multis ex ſuis amiſſis loco ceſſit. Ita liberatis in præſens Mutinenſium moleſtia Nonantulanis victor exercitus domum magna Civitatis gratula-
tione reducitur. (25) Sequenti anno Inno- 1143
centio Pontifice mortuo Pontificatus ad Cœ-
leſtinum Secundum eſt delatus. (26) Poſte- 1144
ro Celolani, & Sabinianenſes (27) ad Bononienſes ſe contulerunt. „ Ex quibus Celolani jurarunt, ſe Celolam in poteſtate „ Conſulum retenturos, & idem, quod „ Nonantulani, tributum ſoluturos. (28) Sabinianenſes, caſtro ipſo donato, ſe ſumma fide bella & equeſtres excurſiones Bononienſium arbitratu facturos, bellumque & pacem communia cum eis habituros. Ad has civitatis proſperitates ſimul illa etiam ſe adjunxit, quòd Cœleſtino Pontifice mortuo, Gerardus Caccianimicus, quem Cardinalem cooptatum ab Honorio fuiſſe commemoravimus, Lucii Secundi nomine aſcito ad Pontificatum eſt evectus, (29) qui Cives duos D. Mariæ Rhenanæ Canonicos, Hubaldum Caccianimicum, (30) & Guarinum Guarinium (31) Cardinales creavit, item-

(23) Idem referunt *Ghirardacc. p. 1. fol. 74. ſub A. 1141. Falcon. de' Veſc. di Bol. fol. 160., & ſeq., Vizan. lib. 2. fol. 60., & ſeq., ac ipſe Sigon. de Ep. Bonon.*

(24) *Vizan. fol. 61.*, ubi de Nonantulanis agit, proprietate ſervata verborum, ſcribit illos fuiſſe: *ſotto la Protezione de' Bologneſi*; & inde: *che ſi doveva con ogni sforzo andare alla difeſa de' Confederati.*

(25) Conſule *Ochym. de laud. Bonon. §. Vide de Cocco ad paſſionat. dedit Bonon. §. Inſuper autem. Egnat. ad Ghirardacc. lib. 3. fol. 74., & 75. Vizan. lib. 2. fol. 61.* Actu verò res quia eſt in pervigilio Aſſumptæ in Cœlos Angelorum, Hominumque Reginæ Auguſtiſſimæ Deiparæ Virginis in Patronam Maximam jam dudum per Bononienſes ſub hoc titulo Aſſumptæ inauguratæque, hinc quanto apertè conſtiti de collata ad rem hanc armis noſtris peculiari ſuâ ope, tanto etiam per noſtrum Populum poſteru die Glorioſæ Aſſumptioni illius ſacra, votis, & gratiis dignationi ipſius retributum eſt, ac per ſingulos Ordines relata ſunt pietatis officia: *Falc. de evid. M. V. Deip. Protect. erga Bonon. Cap. 8. Griffon. col. 106. dalle Pugliole col. 242.*

(26) Videlicet tertio die à denato Innocentio II., qui obiit die 24. Septembris 1143. *Pagi ex Baron. & Onuph. in Breviar. T. 1. fol. 693., & ſeq. n. 80., Petra ad Conſtit. Apoſtol. T. 1. fol. 510. n. 14.*, ac ita per unanimem Cardinalium conſenſum die 26. ejuſdem menſis ex *Baron. T. 12. fol. 257. n. 12. Peg. T. 2. fol. 1. n. quoque 1. Platina in ejus vita fol.* 267. per quorum aliquos dicitur vitâ functus 8. Martii 1144., creato jam Cardinale A. ſuperiori die 18. Decembris *Manfredo de Meſſana* Presbytero, & Doctore admodum literato, qui tunc ſtabat ad Studium Bononiæ Domi *Aldobrandini de Bonandreis* Juriſperiti, ob quod habitu eſt à tota Civitate magna gratulatio, eo quia maximoperè ab omnibus amabatur, & proindè etiam fuit factus Civis Bononiæ: *Ghirardacc. lib. 3., & ibi Egnat. fol. 75., ante med.*

(27) Vulgò *Savignano, per Ghirardacc. lib. 3. fol. 75., Vizzan. lib. 2. fol. 62. Griffon. col. 106.*

(28) Pendebant per cenſum focorum, idest pro qualibet familia quatuor denarios Lucenſes, qui, in relatione ad præſentem monetæ valutam videntur reſpondere tribus bononenis æris currentibus: *Egnat. ad Ghirardacc. fol. 75. Vizan. fol. 62.*

(29) Die nempè Dominico 12 Martii hoc A. 1144. *Platina in ejus vita fol. 268. Baron.* tamen *T. 12. fol. 259. n. 1.* putat, electum die 10., & poſtea coronatum hac die 12. Martii, ſed contra *Pagi T. 2. fol. 2. n. 1. ex Onuph. in Chron. Eccleſiaſt. & Sigon. de Regn. Ital. lib. 11.* Natus eſt autem ex inclyta *Caccianimicorum* Familia *dall' Orſo*, pluribus nominibus in noſtra hiſtoria cognita, & de quo *Vizan. lib. 2. fol. 62. Sigon. de Ep. Bonon. lib. 2. Falcon. eodem Tract. lib. 2. fol. 162. dalle Pugliole col. 242. Ghirardacc. fol. 75., ibique Egnat. Bombaci Bologn. illuſtr. per Santità p. 2. à fol. 11.* ubi per extenſum habes ejus vitam, & hic fuit ſecundus ex Bononienſibus, qui Pontificatus clavum fuerit moderatus. Præter eximiam ſanctitatem, pollebat etiam mirâ doctrinâ, de qua reſtantur noſtri omnes, & facit *vetuſtiſs. Archigym. Kalendarium in Martio*, ibi:
„ 12. S. Gregorii Magni Papæ, & Eccl.
„ Doct. &c. Hac eadem die A. 1144.
„ electus fuit in Rom. Pontif. 166. D.
„ Gerardus Caccianimicus de Urſo no-
„ biliſſima ex Proſap. Bonon., & ante
„ Cardinalat. hujus Lycæi Pub. Prof. do-
„ ctiſs. atque multa pietate ornatus, &
„ hic fuit ſecundus Papa Bononienſis,
„ qui appellatus eſt Lucius II. de noſtra
„ Patria, Academia, & univerſa Catho-
„ lica Eccleſia valdè meritus.

(30) Hic Nepos erat Pontificis, & fuit primus Cardinalis ab eodem in pervigilio Pentecoſtes hoc A. 1144. renunciatus: *Ghirardacc. fol. 73., Vizan fol. 62. Falcon lib. 2. fol. 162. Sigon. de Ep. Bonon. lib. 2. Alidoſ. Card. Bolog. fol. 15., Bombaci Bologn. illuſtr. per Sant. fol. 12.*

(31) Vir piiſſimus fuit iſte, & adeò excelſæ ſanctitatis, ut demum promeruerit ſacros Altarium honores, & proinde ut ſanctus veneratur, recurrente ejus feſto die 6. Feb. per *Baron. in Martyrolog. ad eandem diem*, ſub qua dant ejus vitam *Zani Bologn. Sacra fol. 32., & Bombaci Bologn. illuſt. per Sant. p. 1. fol. 48.* Per hunc ergò ſanctum virum ad Ædes ſuas duæ Eccleſiæ constructæ leguntur, una S. Laurentio Protomartyri ſacra ſupra ſubterraneam Eccleſiam a noſtris Chriſtianis tempore perſecutionum

Ca-

itemque Hugonem Miſanum, ac Raynerium Mareſcottum. (32) Cujus rei cauſſa plurima effuſi gaudii ſigna privatim, & publicè edita. Lucio ipſi honeſtiſſima Legatione miſſa merita dignitatis ampliſſimæ gratulatio facta. Is III Id. Maji ſuperiora omnia privilegia à Gregorio, & Paſchali Pontificibus Epiſcopo Bononienſi conceſſa confirmavit. Infelicem inde Lombardiæ Civitatibus annum (nam erucis omnia corrodentibus ſæva fames, ac fœdior peſtilentia conſecuta
1145 eſt) alter excepit Bononienſibus privatim repentina ipſius Pontificis morte infauſtus. (33) In maximo Civitatis mœrore juſta ei magnificè Conſolibus præſentibus, (34) atque ipſo Sacris operante Gerardo Antiſtite facta, qui Canonicus D. Joannis cum eſſet, Henrico fuerat ſubſtitutus. Cum Lucius Senatores Romanos adverſus Eccleſiam ſedente Innocentio concitatos in Capitolio obſediſſet, atque ab Jordane Petroleono homine potentiſſimo impeditus, opus deſeruiſſet, ſucceſſor ejus Eugenius Tertius Romanorum inſidias veritus Romà relictà, Piſas ſe contulit. Mutinenſibus ne ſuperiore quidem detrimento à Nonantulanis finibus incurſandis deterritis, Abbas fidem Eugenii Pontificis imploravit. Eugenius literas ſequenti
1146 anno ad Gerardum Epiſcopum Brixia, dum in Franciam ad conventus agendos iret, IX. Kal. Septembris ſcripſit, admonens,
„ ſe Regienſibus, & Parmenſibus præcepiſſe, ne Mutinenſibus adverſus Nonantulanos auxilium ferrent, ac propterea ex conſenſu Cardinalium, & Patriarchæ Aquilejenſis, & plurimorum, qui conveniſſent, Epiſcoporum, Mutinenſes Epiſcopi dignitate privaſſe. Quamobrem omni ſtudio niteretur, ut Nonantulanos contra Mutinenſes quacunque poſſet ope, defenderet. Hildebrandus inde Craſſus Bononienſis, qui & Diaconus Sancti Euſtachii ab Eugenio factus eſt, Epiſcopalem recepiſſe dignitatem videtur. (35) Poſtero anno Azo 1147
Taurellus Rainerius Fracta & Salinguerra Gottifredus, qui Legati à Bononienſibus ad Conradum in Germaniam miſſi fuerant, veterum confirmationem privilegiorum, (36) ipſi præterea equeſtri dignitate (37) cohoneſtati retulerunt. Ejus lætitiæ gratia ludi haſtici à populo magnificè editi. Genus hoc ludicri paullo ante ex Saxonia in Italiam erat traductum, in quo armati milites, atque armato equo inſidentes infeſtis inter ſe ſpiculis in modum juſtæ pugnæ militarem virtutem experiebantur, ac populo ſpectaculum non tam veræ militiæ, quam apparatæ pompæ conveniens exhibebant. (38) Multis de equeſtri laude certantibus præmium Eganus Lambertinus (39) ſpectatæ virtutis

Catholicæ Religionis effoſſam, & cultam, cujus meminere *Sarti Indulg. di Bol fol.* 358., *Alid. delle Chieſe di Bol. fol.* 50., *& Maſini Bologn. Perluſtr. p.* 1. *fol.* 408. Et altera S. Mariæ ſupra Noſocomium S. Job in Via Purgatorii, quam inſigne quoddam Sodalitium Battutorum ob A. S. 1356. excolit, meis illud dirigentibus Frat. Prædicatoribus, & de qua Eccleſia agunt *Ghirardacc lib.* 3., *& ibi Egnat. fol.* 73. *propè finem, Vizan. fol.* 62. *Falcon. lib.* 2. *fol.* 163. *Alidoſ delle Chieſe di Bol. fol* 38. *Sarti fol.* 266., *&* 301., *cum ſeq.*, *& Maſin. p.* 1. *fol.* 225., 292., *&* 311.

(32) Adde Ildebrandum Guarinium laudati S. Guarini Fratrem ex Canonicis Regul. Congreg. Rhenanæ, virumque doctiſſimum, & cum eodem Fratre noſtri Licæi Pub. Profeſſorem. *Falcon. de' Veſt. di Bol. fol.* 164. *Ciaccon. in Vit. Pontif. fol.* 533. *Alidoſ. Card. Bologn. fol.* 16., *& ego ipſe in Apolog. pro Archigym. fol.* 77, *&* 79. Ad Mariſcottiam Patritiam Gentem quod ſpectat, ejus habes Genealogiam ap. *Dolf. Fam. Nob. di Bol. à fol.* 523. *ad* 533.

(33) Obiit die 25. Feb. hoc A. 1145., & quidem neque repentè, neque ob ictum lapidis in Caput ejus ſubitò deciſi, vel jacti, ut ſcripſere aliqui, quos rejicit *Baron. T.* 12. *fol.* 263. *n.* 1., quamquam *Pagi in Breviar. T.* 2. *fol.* 4. *n.* 7. *edit. Lucen.* videatur ſubhumare, propter rebellionem Romanorum Arnaldiſtarum: & fuit ſepultus in Lateranenſi Baſilicâ, quam grandi de ſe relicta ſanctitatis opinione, ut per eumdem *Baron.*, cui ſubſcribunt quamplures Hiſtorici, & poſt alios vetuſtiſſ. *Kalendarium Archigym. in Februario*, ibi:
„ 25. Funus SS. D. N. Lucii II. Rom.
„ Pontif., & Civ. Bonon., ac quondam
„ hujus Lycæi Pub. Prof. qui omninò
„ Venerabilis hac die obdormivit in Do-
„ mino Romæ A. 1145. ſepultis ipſius
„ exuviis in Sacroſancta Baſilica Latera-
„ nenſi.

(34) Hæc conſuetudo, & illamet ſemper cuſtodita, prout exemplis probatur, præſertim agendo de Funere Concivium, origine, vel electione noſtrorum, ac proindè ita quoque obſervatum de A. 1371. defuncto Urbano V. Civitate noſtra donato, imò pro Cardinalibus ipſis apud nos vita functis hoc ſervatur, quod actum eſt die 25. Januarii 1684. defuncto Hieronymo Card Boncompagno in Eccleſia ſua Metropolitanâ, & noviſſimè die 15. Junii 1709. in S. Dominici, ob denatum ibi *Marcellum Card. de Aſte* Romanum, & Anconæ Antiſtitem, cujus oſſa ad medium d. Templi jacent ex *M. Eliſ. Sorore in Ephem. Vir. illuſtr. in S. Dominici de Bon. quieſcen fol.* 44.

(35) Permota tanti igitur ſupplicio Plebs, infectam rem habuit, ceſſandoque a moleſtiis per ſolemnem pœnitentiam, redintegrationem Epiſcopatus accepit, & Bononienſem Civem in Epiſcopum obtinuit Hildebrandum Graſſi Canonicum Regularem, quem idem Papa Eugenius III ſacrâ Purpurâ paulò antea decoraverat. *Egnat ad Ghirardacc. lib.* 3. *fol.* 77, *&* 84., *Vizan. lib.* 2., *fol.* 63., *&* 69., *Falcon. fol.* 175., *Sigon. de Ep. Bonon.*

(36) Liberæ ſcilicet Reipublicæ, regalium per conſequens, & Studii generalis per Theodoſium Juniorem inaugurati, per Karolum Magnum reſtituti, & per Lotharium II. privilegiis aucti. *Egnat. ad Ghirardacc lib.* 3. *fol.* 77., *Vizan. lib.* 2. *fol* 63.

(37) Idem ac Equites aurati, ſive ſacri Palatii Auguſtalis ad ſtipandum Cæſarem, quoties pro celebritate Imperii in publicum prodiret, donati Enſe cum Cingulo militari, & Torque aureo de collo in pectus pendente cum Cruce aurea octo punctis referta, inter quæ inferiora, calcar quoque aureum ineſt, quibus inſigniis noſtri Doctores Collegiati coruſcant: *Egnat. d. fol.* 77. *Ego in diſſert. de inſignibus Doctoral. ubi alii*, *Vizan. fol.* 63.

(38) De his haſtiludiis tam hominis in hominem, vulgò *al Rincontro*, quam hominis in Saracenum, fuſè agit pluribus allegatis *Collat. Macchiavell. Erater de Bonon. Eccl.*, *& Urb. gub. fol.* 51., *&* 52.

(39) Patritia hæc Gens ex vetuſtioribus eſt Bononienſibus, per cunctas quoque ætates viris pietate, armis, & dignitate clariſſimis aucta, & inſuper decorata nobili feudo ſub titulo Marchionatus Podii Rognatici, quamquam hodie aquarum ſtagnantium calamitate jam fermè totus eſt locus inundatus, & de amœna planitie, in vallem miſerandum omninò in modum eſt converſus. *M. Eliſ. Soror in ſua Hiſtoriog: §. Podium Rognaticum.* Quod autem ſupremum honoris tribuit Familiæ ornamentum, noſter Emin.

tutis juvenis tulit. Huic tantæ gratulatio- A
ni, ut ſunt res humanæ mutabiles, illud
1148 proximo anno perturbationis aſperſum eſt,
quod in die Palmarum, dum populus rei
divinæ intentus in Templis ſedet, repenti-
no vici quidam urbis incendio conflagra-
runt. Poſt triennium Gratianus Monachus 1151
(40) in Cœnobio D. Felicis, ſive, ut alii
ſcribunt, D. Proculi, Decretorum volumen
ex multis Conciliorum, Pontificumque, ac
pio-

Emin. Proſper S. R. E. Card. Lambertinus eſt, & Archiepiſcopus, quo, ut cuncta paucis complectar, gratiorem, aut doctiorem optare fortaſſis, ſed obtinere alterum planè unquam Bononia poterit. De ipſius Familia late *Dolfi Fam. Nob. di Bol. fol.* 414. *ad* 448.

(40) Ordinis S. Benedicti ex Caſſinenſibus, qui a multis antea annis publicè profitebatur Bononiæ, ubi jam dudum exorſus librorum decreti compilationem, hoc anno completum opus, illud in lucem emiſit, & quidem feliciter adeò, & ſub tantâ famê, & nominis gloriâ, quod abs univerſo Orbe B acceptus, cæterìs poſtea etiam in Academiis explicari est cœptus: *Pancirol. de Clar. Leg. Interp. lib.* 3 *Cap.* 2. *fol.* 403., *& ſeq. Rebyer. Hiſt. Jur. univ. cap* 40. §. 2, *&* 3 *fol.* 304. cum aliis pluribus apud me in *Apolog. pro Archigym. fol.* 81., & adde *Gonzal. in Apparat. ad Jus Canon. T.* 1 *fol.* 17 *n.* 48, ubi plura ad rem cumulat, & bene evincit contra *Bapt. de S. Blaſio*, & alios, minimè Decretum fuiſſe editum, quod ipſi ſcribunt de A. 1105. cum fuerit oblatum Eugenio III. Romam reverſo de A. 1152., ac ipſe regnare cœperit die 27 Feb. 1145. atque deceſſerit die 8. Julii 1153 ex *Baron. T.* 12. *fol.* 325. *n.* 10. *Pagi in Breviar. Roman. Pontif. T.* 2. *fol.* 18 *n.* 46., qui ex certis monumentis tradunt A. 1151. Gratianum Vi- C rum longè pium, atque doctum, ſuum hoc opus edidiſſe, ut per eumdem *Baron. fol.* 317. *ſub n.* 6. §. *hoc item*, *& Pagi d. T.* 2. *fol.* 16. *n.* 39., & facit *vetuſtiſſ. Kalendar. Archigym. ſequentibus menſibus*, ibi:

,, Martii 21. S. Benedicti Abbatis, & Monach. ,, Occidental. Patris, ad quem venerandum in Eccl. S. Proculi tamquam eor. ,, Patron., atque Protect., accedent de ,, manè ex Eccl. Cathed. præcunt. ſuis ,, Pub. Prof. omnes Monachi illius Re- ,, gulæ, qui ſunt Bononiæ ad Studium. ,, Deinde accedent cum ſuis Cap. Nat. ,, omnes Scholar. Provinc. Neapolit. ad ,, d. Eccl. S. Proc., & ibi facient de ,, more oblat. VI. Cereor. ad ſuum Al- ,, tare ob eamdem Cauſſam.

,, Hac die Gratianus Monachus celeberr. D ,, S. Felicis, cognomento Magiſter De- ,, cretorum, & a plur. annis Sac. Canon. ,, in hoc Lyceo Pub. Prof. obtulit de ,, A. 1151. univ. J. Conſultis, Pub. no- ,, ſtris Interp., & Scolar. dantibus hic ,, operam Legibus, inſigne Opus ſuum ,, a plur. annis retro ſub magno labore ,, congeſtum, & modò abſolutum, con- ,, cordiæ diſcord. Canonum, quod appell. ,, eſt Decretum, cogens eos dimiſſe, ut ,, ſibi compatiendo dignarentur illud exa- ,, minare, & corrigere, ac poſtea offer- ,, re D. Apoſtolico Eugenio III., ut de ,, ſua venia poſſet publicè legi, & expli- ,, cari, prout laudato ſolertiſs. Authore, ,, R. D. Archid. nomine Academiæ ſpo- ,, pondit facere, & onus aſſumpſit, ac ,, porrò etiam obtinuit cum magna ,, ſatisfactione d. D. Papæ de A. 1152. E

,, Novembris 4. SS. Martyr. Vital., & Agri- ,, colæ Civium Bononienſium, ad quos ,, veneran. in ſua Eccl. ſuper vet. Arena, ,, hoc mane accedent DD. Rect. Scholar. ,, Ultra, & Citra mont. cum omnibus ,, Cap. Nation. in gratiam Magnif., & ,, Potent. Pop. Bonon., de cujus The- ,, ſaurar. major. manibus accipient VI. ,, Cereos pro ſolita oblat. facienda. Hac ,, die de A. 1152. R. D. Archid. Bonon. ,, tamquam major hujus Stud. gen. Can- ,, cell. convocatis omn. Pub. Jur. Interp., ,, & Cap. Nat. Scholarium Legiſt. in ,, S. Petri, promulgavit Literas Apoſt. ,, D. Eugenii Papæ III. ad ipſum dat. ,, Romæ 21. Octob. præteriti, per quas ,, dabat ſuum placet ſuper hoc, quod ,, Compilat. Magiſtri Gratiani ſuperiori ,, A. per eum huic Lyceo oblata, & a ,, d. D. Archid. Romam miſſa, uti fa- ,, ma, & Canonice, pub. poſſet legi, & ,, explicari, commendans inſuper ſum- ,, moperè, & maximè Clericis, hoc Stu- ,, dium Sacror. Canonum, ſpem deni- ,, que dando, fore ſe magnis honor., ,, atque dignit. cumulaturum eos, qui ,, proficiscerent in hac facultate, & pro- ,, inde hac eadem die fuerunt aſſumpti B ,, duo Pub. Jur. Interp., qui d. Decre- ,, tum legere incœperunt, & fuerunt ,, idem Mag. Gratianus Mon. S. Bened., ,, & Mag. Raynerius Bellapecora ex Ca- ,, non. Regular. uſque ad exitum vitæ ,, ſuæ.

,, Martii 7. B. Thomæ de Aquino, cogno- ,, mento Doctor Angelicus ex Ord. Præ- ,, dic., & quondam Pub. noſter Prof., ,, qui doctrina, & miraculis clarus ap. ,, Foſſam novam cùm vocatus a Greg. ,, X. accederet ad Concil. Lugdunen. hac ,, die ibi deceſſit A. S. 1274., ætatis ve- ,, rò ſuæ 50., adeoque de mane acce- ,, dent DD. Rect. Scholar. Ultra, Citra- ,, que Montan. cum omn. Cap. Nat., & ,, Scholar. Prov. Neap. ad S. Dominici, ,, ut illum venerentur tamquam Protect. C ,, ſuæ Nat., quæ faciet de more ſuam ,, oblat. ad ejus Altare, & poſt auditam ,, Miſſam, Scholaris de eadem Natione ,, habebit Orat. laudis in ejus honorem, ,, ad formam Proviſ. editæ 18. Octobris ,, A. 1105. ſuper feſtis celeb. Sanctorum, ,, & Beatorum aut Civ., aut aliquando ,, Pub. Prof., aut etiam Protectorum ,, alicujus Nationis venien. ad hoc Stud. ,, Gen. Bononiæ.

,, Hac die de A. 1151. in gen. Conventu Pub. ,, Jur. Interp., & Scholar. dantium ope- ,, ram legibus in utroque Jure, habito ,, de ordine R. D. Archid. tamquam ,, maj. Cancell. hujus Stud. Gen. in San- ,, cti Petri, edite eis Conſtitutio D. Apo- ,, ſtolici Eugenii Papæ III. dat. Laterani ,, 14 Feb. hujus anni, & per eum tranſ- ,, miſſ. ad d. R. Archid. ſuper facultate D ,, ipſi collata conſtituendi Baccalaureos, ,, & Licentiatos, atque eoſdem creandi ,, diſtinctim a gradu, vel Cenſura in ,, Jure Civili, Doctores, ſive Magiſtros ,, in Jure Canonico cum iiſdem honor., ,, dignit., prærogat., &c., quibus fruun- ,, tur, & potiuntur conſtituti Baccal., ,, & Licentiati, & creati Doctores Bo- ,, noniæ in Jure Cæſareo, & Artibus per ,, d. D. Archid., ita quòd in omnibus, ,, & per omnia qui creati erunt Docto- ,, res, ſive Magiſtri in Jure Canon. poſt- ,, hac Bononiæ per d. D. Archidiacon. ,, ſint, habeantur ad inſtar, & æquipa- ,, rentur ſine ullo diſcrimine Doct. ita ,, creatis, vel in Jure Cæſ., vel in Ar- ,, tibus, immò hi tamquam digniores pro- ,, pter Divinum Jus, quod pertractant, E ,, præferri debeant, & præcedant in ,, quacumque alia facultate Doctoratos. ,, Baccalaureus verò conſtitui nullus po- ,, terit, niſi poſtquam bene ſtuduerit per ,, tres annos, & pub. diſputaverit cum ,, Schol. in Jure hoc; Item neque poſtea ,, poterit quiſpiam Baccalau. licentiari, ,, niſi bene ſtuduerit altero anno a Bac- ,, calaureatu, & pub. diſput. cum aliis ,, Baccalaureis in hoc Jure, & demum ,, Doctor nullus creari in Jure Canonico ,, poterit, niſi qui altero rurſus anno ,, poſtquam fuit licentiatus in d. hoc Ju- ,, re, optimè in eo ſe habuerit, atque ,, rigoroſum ſubierit ſub aliis Doctoribus ,, examen, ſub pœna nullitatis actus.

,, Julii 8. Funus B. Eugenii III. Papæ, quod ,, accidit hac die A. S. 1153. ſepulto Ro-

,, ma

piorum Doctorum Libris confecit, quo Juri Pontificio lumen ingens adjunxit. Ea tempeſtate clari quoque Juris conſulti, (41) Bulgarus de Bulgaris, Martinus Goſus, à quo ſectatores ipſius Goſiani ſunt dicti, Jacobus, & Hugo de porta Ravennate, Cives Bononienſes Jus civile magna nominis ſui celebritate, ac ſumma auditorum frequentia Bononienſi in Gymnaſio docuerunt, & expoſitiones, quas Gloſſas vocant, in illud primi ſcripſerunt, ut illa ætate potuerunt. (42) Imolenſes caſtrum Imolæ quod exiguo à Bononienſibus præſidio tenebatur, repente per noctem aggreſſi receperunt, atque ibi Vidonem Malabuccam Comitem Balneocaballi cum aliis multis interfecerunt. Bononienſes proferendi imperii cupidi Regia Majeſtate neglecta (43) duo finitima caſtra à parte Imolam vergente ſita, quia mandatis parēre ſuis abnuebant, Sancaſſianum, & Medicinam delevere. Parmenſes cum Mutinenſibus fœdus percuſſere adverſus omnes, qui à Rheno amne ad Fidentiolam, & ad Padum ab Alpibus habitarent.

FRIDERICO BARBARUSSA IMP.

FLuctuantibus in Lombardia rebus ſequen- 1152
ti anno, qui fuit ſalutis humanæ ſupra milleſimum centeſimum quinquageſimos ſecundus, Conradus Italiâ nunquam conſtitutâ eſt mortuus. (44) Fridericus cognomento Barbaruſſa, Friderici Conradi fratris filius, Sueviæ Dux, in Regem Germaniæ lectus, vir non ſolum ad tuenda, ſed etiam ad augenda jura Imperii natus. Itaque eo regnante magni propterea extiterunt rerum in Italia motus, quibus tandem cum aliorum, tum Bononienſium quoque florens tentata fortuna eſt. Is, ut primum iniit, præcipuum illud in Italia innovavit, quod Velfoni avunculo ſuo Ducatum Spoleti, & agrum, qui fuerat Mathildæ Comitis, Circumpadanum attribuit, interim tumultibus Germaniæ compeſcendis intentus, ut poſt ſolutiore animo res tractare Italicas poſſet. Poſtero anno Vido Saxo (45) Imola Bono- 1153
niam Prætor accitus. Sancaſſianenſes cum diruto caſtro ſedes, ubi habitatent, non ha-

„ mu non ſine præcipuis miraculis, ejus
„ corpore, cui debet noſtrum Lycæum
„ facultatem publicè legendi, & expli-
„ candi Decretum Mag. Gratiani, ut
„ ſupra in Novembri ad diem 4., & jus
„ creandi Baccal. Licentiatos, & Docto-
„ res, ſive Magiſtros in Jure Canon., ut
„ pariter ſupra ſub die 7. Martii.
„ Septembris 19. Funus Cl. Gratiani cogno-
„ mento Magiſtri Decretorum, Mona-
„ chi S. Benedicti ad S. Felicem Bono-
„ niæ, ubi per plurimos annos fuit Pub.
„ Sac. Canon. Interpres, & congeſſit ſuam
„ Concordan. diſcord. Canonum vulgò
„ appellat. Decretum, quod Opus huic
„ Archigym. obtulit, ut ſupra ad diem
„ 21. Martii, & de venia B. Eugenii III
„ cœpit publicè legi, & exponi, dele-
„ ctis eod. Mag. Gratiano, & Mag. Ray-
„ nerio Bellapecora, ut pariter ſupra
„ ſub die 4. Novembris, cum incompa-
„ rab. decore, & honorif. Stud. gen. Bon.
„ in quo ob id quoque primùm inſtituti
„ ſunt Baccalaurei, Licentiati, & Do-
„ ctores, ſive Magiſtri etiam in Jure
„ Can., ut fiebat in Jure Civ., & Arti-
„ bus, quare memoria tanti Viri erit
„ apud nos in laude perpetua, & ſan-
„ cta benedictione. Obiit autem ipſe hac
„ die A. S. 1158., & ſepultus eſt in
„ S. Felice.

Quæ verò Academia tantos habuit Doctores, quales recenſet hic Sigonius, num potuerit per hæc tantum tempora exordia ſumere, ſatius eſt præter nos judicent cæteri. De hoc egi in *Apolog. Theodoſ. Dipl. fol.* 81.

(41) Sunt qui velint hac dumtaxat ætate inauguratam Bononienſem Academiam, alii verò auſpicatam, quoad legum interpretationem, præextante Studio univerſali, quoad artes, & reliquas facultates. Perperam tamen omnes, facilèque demeutiuntur, oppoſitis irrefragabilibus, quæ adhuc extant, monumentis; namque Theodoſianus Codex longè per antea explicabatur, itemque poſtea Juſtinianeus, imò Pandectæ ipſæ valde ante effictam earum inventionem in Amalphitana direptione, Bononiæ interpretabantur, & Collegia Doctorum etiam ſub Lothario II. extitiſſe cognovimus, & longè hæc tempora prius ſtipendia Profeſſoribus ære publico aſſignata fuerant, ac vocati ab extra Cathedratici celebratiſſimi, quos neſcio quare hic non recenſeat, poſt Concives, Sigonius. Ergo illud concedendum, dumtaxat obſecundanti tranquillitati hujus temporis, Studia eatenus florentiſſima tunc eveniſſe, quia ſilentibus armis, confluentibuſque rebus undique cum per-

grandi, proſperrimoque commercio, facilè qui ad literas erant comparati Bononienſium animi, eas quoque opportuniſſimè colere voluerunt. *Egnat. ad Ghirardacc lib.* 3. *fol.* 77. *poſt med. Amed. Aguſ. Polit. Felſ. n.* 21. *Prud. Marchett de præſtan. Urb. Bon.* §. *ſed fato invidiæ. Ochym. de laud. Bonon. ſub* §. *Itaque ſemel, Jod. VVockeſt. in Præf. ad exercit. Academ* 3. §. *non ambigendum*; *Dulcin. lib.* 4. *fol.* 170., *& ſeq. Vizan. lib.* 2. *fol.* 64. *Falcon. lib.* 2. *fol.* 166.

(42) Non quoad ingenium, vim, dignitatemque Gloſſatoris, & Gloſſarum, ſed intellige hic Sigonium loqui de modo, & forma, barbara, rudi, incompta, adhuc agreſti, & impulita, ſub qua conceptæ ſunt eædem Gloſſæ, abſque eo ſcilicet nitore, quo latinè ſcribit idem Sigonius.

(43) Non proferendi imperii quia cupidi, neque Cæſaris neglecta Majeſtate Medicinatum, & S. Caſſiani Caſtra tunc Bononienſes everterunt; ſiquidem in rebelles contumaciſſimos, foventeſque hoſtibus ſuis eùm animadverterint, quæ dilatandi imperii aviditas objici, aut quæ unquam perduellionatus nota inuri poteſt? atque ita corrigendus quoque *Dulcin. lib.* 4. *fol.* 172., qui rem poſt tempus narrat.

(44) In Germania deceſſit optimus, & Religioſus hic Princeps die 15. Feb. non ſine ſuorum, & Italorum mœrore. Vide *Mercurin. de fato Provinc.*, *& Urb. Ital lib.* 2. *cap.* 2 *Storlit. de multip. Bonon. tyran Sect.* 4. §. *novæ proditionis*. Cæterùm de Conrado omnes noſtri loquuntur. *Ghirardacc. d. lib.* 3. *fol.* 77. *Vizan. fol* 65., *&* facit vetuſtiſs. *Kalend. Archigym. ad finem Februarii*, ibi.
„ Hoc menſe, die, qua magis placuerit R. D.
„ Archid. Eccl. Bonon. tamquam hujus
„ Stud. gen. Major. Cancell. accedent ſin-
„ gulis annis Pub. Prof. uno A. DD. Leg.
„ Interp., & altero A. art. Lectores ad
„ Anniv. Funerar. haben. in Eccl. Ca-
„ thed. pro anima D. Conradi Cæſaris,
„ qui Stud. noſtrum univerſale jamdo-
„ dum a Celſiſs. D. Theodoſio ſuo. Im-
„ perat. inauguratum una confirmavit,
„ ac reiba habuit, & ampliavit omnia
„ ipſius, & Civit. Bon. privilegia, &
„ jure, fecitque Equites Sac. Palatii XII.
„ Primarios pro tempore ejuſdem Stu-
„ dii Lectores, & denique obiit die XV.
„ Feb. A. S. 1152.

(45) Idem ac Guido, quod verò hic denuo ipſe memoretur, rati ſunt quidam eumdem primum fuiſſe Bononiæ Prætorem, cœpiſſeque hac ætate Prætores in Italia eligi, ſed perperam ex alias notatis, niſi fortè putes ab hoc anno cœpiſſe inviolabiliter, & ſucceſ-

haberent, neque vires ad id reſtituendum ſuppeterent, ab Eugenio Pontifice opem Nunantulanorum exemplo petierunt. Eugenius literis ad Prætorem, & Commune Bononiæ datis, ut Sancaſſianum reficerent, imperavit. Bononienſes, ut caſtrum Imolæ ex manibus Imolenſium extorquerent, Faventinorum auxilia ex fœdere advocarunt, atque adverſus eos egreſſi ſunt. Prœlio commiſſo, Imolenſes impetum ferre non potuerunt, verum fuſi, ac fugati, cum omne ad ſe translatum bellum viderent, pacem petierunt; ea XV. Kalend. Auguſti his conditionibus data. (46) „ Ut Imolenſes quotannis in Feſto D. Petri ad aram maximam duas ſericas mappas afferrent; unius portæ valvas Bononiam deportarent; Urbis muros Bononienſium arbitrio diruerent, dummodo portis, & templis, & privatis ædificiis ſecundum muros conſiſtentibus parceretur; Turrim Baſvinam pro voluntate Prætoris dejicerent; qui apud Caſtrum Imolæ in prœlio cecidiſſent, ſi Prætor repeteret, reſtituerent; exercitum, atque equites mitterent, quòcunque Bononienſes juberent, modo ne contra Ravennates: tributa conferrent, & reliquas functiones obirent, tanquam ex quatuor tribubus Bononienſibus una. Contra, Bononienſes in verba Prætoris ſui Vidonis jurarunt, ſe pacem cum Imolenſibus habituros, atque Urbem, & Suburbia ſervaturos; Faventini verò, ſe daturos operam, ut Comes Malvicinus, & alii Comites, & homines Bagnacaballi, Tauſiniani, & Mancicolli finem vexandorum Imolenſium facerent. (47) Quibus rebus tranſactis Imolenſes foſſas, & muros, Prætoris Bononienſis, & Conſulum Faventinorum arbitrio permiſerunt. VIII. Idus Julias Eugenio Pontifici mortuo Anaſtaſius IV. ſuffectus. Fridericus Conſtantiæ conventum agens novæ Mediolanenſium erga vicinos populos inſolentiæ certior factus, qua Lombardi haud obſcurè aſpirare ad imperium videbantur, adventum ſuum in Italiam maturavit. Ita-
1154 que poſtero anno rebus Germaniæ aliquando tandem compoſitis, Octobri menſe cis alpes trajicit, ac Seguſinne, & Haſta urbibus, quæ parêre recuſabant, ſubactis, Mediolanum progreſſus extra Urbem Coronam Regiam ab Uberto Archiepiſcopo ſumit. Inde conventu frequentiſſimo ad Roncalias inſtituto querelis populorum audiendis operam dedit: mox Comenſium, & Laudenſium, quos fœdè Mediolanenſes afflixerant, malis permotus, exercitum in agrum Mediolanenſem induxit, ac locis aliquot direptis, ipſiſque Mediolanenſibus prœlio pulſis, ſequenti
anno Derthonem Urbem Mediolanenſium 1155
ſociam obſidere inſtituit, ac tandem ſequenti anno acri bello fatigatam expugnat: inde Placentiam aggreſſus longam fore oppugnationem veritus, re infecta Coronæ cauſa Romam, quò ab novo Pontifice Hadriano vocabatur, contendit. In agrum Bononienſem progreſſus Feſtis Pentecoſtes caſtra ad Rhenum fecit, (48) & Bononienſibus, ut Medicinam reficerent, imperavit, atque agrum ejus edicto, quod nunc quoque legitur, terminavit. (49) Deinde, cum Romam acceſſiſſet, atque Urbem Leoninam, licet repugnantibus Romanis, iniſſet, XIII. Kalendas Julii Imperiali à Pontifice diademate inſignitur. Poſtremo, quòd exercitus variis morborum, ac cœli injuriis conflictatus in dies magis minueretur, in Lombardiam, Germaniamque regreditur. Se-
quens annus Conſules Bononiæ habuit Pe- 1156
trum Centanum, Hugonem Arioſtum, & Occellettum Ocellettium. (50) Eo anno Mediolanenſes, ut ſociorum ſuorum Derthonenſium Urbem à Friderico vaſtatam reſtituerent, multa cum Papienſibus, & Guilielmo Montisferrati Marchione Friderici Legato certamina ſuſceperunt. Mutinenſes, cum iterum belli fortunam tentare in animo haberent, Gerardi Rangoni Prætoris ſui auctoritatem ſequuti, ſententiâ deſtiterunt, ac fœdus cum Bononienſibus per Septembrem menſem percuſſerunt, jurantes, ſe Nonantulanis, ſi fide deceſſiſſent, adverſus Bononienſes auxilio non futuros, ac Bononienſes ſacramento obligantes, ſe Nonantulanos ad arma non concituros. Mutinenſi fœdere divulgato magna finitimis in populis animorum eſt immutatio facta. Nam populus Olivetanus, (51) cum Mutinenſium in amicitia ante fuiſſet, fortuna Bononienſium allectus defecit, ac ſe Conſulibus conſer-
vare promittentibus tradidit. Quem ſequu- 1157
tus Montisbellii populus, Acariſio Curte, Iſnardo Attono, Urſone Gariſendo Conſulibus, Legatos Bononiam miſit, atque in con-

ſive Prætoris fieri electionem, quæ annis ſuperioribus fuit aliquando intermiſſa: *Egnat. ad Ghirardacc. lib. 3 fol 77. ad finem*. Ergò corrigendus, vel juxta mox dicta intelligendus *Vizan. lib. 2. fol. 65*.

(46) Quia Bononiam valvæ unius ex Imolæ portis ſunt ex condicto relatæ, eæque præforibus Cathedralis locatæ die S. Margaritæ; cautum perindè rogantibus apud Conſilium Ainmurathe Torello, & XVI. viris Bellatoribus de ſua Familia, quorum opera, & virtute parta præſertim hæc victoria eſt, Canonicos ejus Eccleſiæ ſingulis annis ad Ædes Torellis proximas huic S. Virgini, & Martyri ſacras hoc ſuo die feſto accedere ad gratias in memoria celebranda Deo habendas debere, quemadmodum paucos ſi ab hinc annos detrahas, à quo ceſſatum eſt fieri, mos planè fuerat ſemper ſervatus, cujus etiam meminit *Maſini Bol. Perluſtr. p. 1. fol. 184*.

(47) Eſt extenſius res notata ap. *Ghirardacc. p. 1. lib. 3. fol. 78. Vizan. lib. 2. fol 65., & 66. Griffon. col. 106.*

(48) Hinc ibi ut Exercitus ſolemnia ageret Pentecoſtes Sacellum oppido extructum, illudque Spiritui Sancto dicatum, quod poſtea, nec ſemel inſtauratum, alterum eſt, & famulatur pro ſubſidio Curæ, inſigni, longèque latæ, & amplæ Eccleſiæ Archipreſbyterali in Suburbiis S. Mariæ Burgi Panhycalis, quæ eſt de Jurepat. patritiæ familiæ Ghiſileriæ: *Egnat. ad Ghirardacc. p. 1. lib. 3. fol. 79. Vizan. lib. 2. fol. 66.*

(49) Datum eſt Friderici Regeſtum in Territorio Bononiæ juxta Rhenum die 13. Maji hoc A. 1155., ut per extenſum legitur ap. *Ghirardacc. fol. 79. Vizan. fol 66.*

(50) Familia perinſignis, & Bononiæ vetuſtiſſima, quod perhibet extans adhuc Sacellum B. V. vulgò *degli Occelletti*, quod vetuſtate collabeſcens, nuperrimè, & reſtitutum, & ſub elegantiori forma inſtauratum eſt, cujus ſed longè ante reparationem meminere *Sarti delle Indulg. di Bol. fol. 375., Alid. delle Chieſe di Bol fol. 77. Maſini p. 1. fol. 448.*

(51) Eſt hodie ager ad agreſtem prorſus communitatem redactus nomine inde ſortito, quod terra olivis dudum referta uberrimè eſſet. Sed alibi plura cumulabimus: *Griffon. col 106. M. Eliſ. Macchiavelli Soror in Hiſtorog. §. Olivetum*.

concione, quæ erat in Curia D. Ambroſii convocata, Gerardo Epiſcopo, & Conſulibus ipſis præſentibus ſeſe his verbis dedidit: „ Nos homines Montisbellii damus caſtrum „ populo Bononienſi, equitibus, & peditibus, ptout placuerit Conſulibus, qui nunc „ ſunt, futurive ſunt, aut Ptætoti, ſi erit, „ ad bellum faciendum omnibus hoſtibus „ Bononienſium, qui nunc ſunt, futurive „ ſunt; & juramus ſervaturos Bononienſes, „ & res eorum, exercitum miſſuros, quoties poſtulaverint, ab Urbe Bononiæ uſque ad amnem Siclæ, & à montibus uſque ad paludes noſtris ſumptibus; tributum inſuper promittimus à parte amnis „ Samodiæ. Hæc omnia obſervabimus adverſus omnes homines, excepto Imperatore, & Duce, vel alio, qui Mathildæ „ Comitis patrimonium teneat volantate „ Imperatoris. Petimus autem, ut Conſules Bononienſium jurent cum Conſilio, „ ſervaturos Montembellium cum hominibus, & rebus eorum, neque nobis caſtum erepturos, &, ſi bellum cum Imperatore contraxerint, nobis adjumento „ futuros, & pacem eandem pro nobis, ac „ pro ſe ipſis facturos. Monbellienſium inde exemplum imitati Canetulani pariter ſe in hæc verba in palatio dediderunt: „ Nos „ Canetulani damus caſtrum, & cottem „ Canetuli Conſulibus Bononienſibus pro „ populo Bononienſi recipientibus, equitibus, & peditibus ad bellum faciendum, „ prout juſſerint Conſules, qui nunc ſunt, „ aut erunt, aut Prætor, ſi erit, & juramus, ſervaturos Bononienſes, ac res eorum, & expeditiones pedeſtres, atque „ equeſtres, iterque pro illorum arbitrio „ ſuſcepturos. Nec multo poſt eadem quoque formula verborum Moretum Moretani tradidere. (52) Quibus victoriis, populorumque ad ſe tranſitionibus incredibilem ſanè Bononienſes ſibi inter vicinos pepererunt auctoritatem. Eo anno Mediolanenſes caſtra agri ſui à Friderico everſa reſtituiſſent, atque Urbem vallis, foſſiſque firmaſſent. Inde arridente cœptis fortuna Friderici ſocios vexare armis, atque ejus abſentis debilitare vires perrexerunt. Ita Marchione Montisſerrati in fugam conjecto, Viglebanum expugnarunt, & Papienſes oppugnatione Urbi admota, ut ſe dederent, compulerunt, & ad extremum Laudenſes ipſos adorti, Urbem in poteſtatem adduxerunt, eamque penitus VIII. Idus Januarii fœdo injecto incendio deleverunt. Rebus Mediolanenſium cognitis, Fridericus ſequen-
1158 ti anno rurſus trajicere in Italiam adverſus eos conſtituit. Itaque Rinaldum Cancellarium, & Othonem Palatinum ad ſacramenta de more à Civitatibus exigenda præmiſit: ipſe juſto collecto exercitu poſt aliquot dies alpes emenſus, Brixiam imperata facere abnuentem agro effuſe populato compulit ad deditionem. Ibi, poſtquam Bononienſium, reliquorumque ſociorum copiæ convenerunt, vocatis ad concionem omnibus palam ſuæ ſe dignitatis adverſus Mediolanenſes tuendæ, atque eorum ſuperbiæ contundendæ cauſſa veniſſe in Italiam dixit, omneſque priſtinæ fidei atque virtutis admonuit, tum ex Juriſperitorum auctoritate (53) Mediolanenſium Magiſtratus apud ſe compellavit, & ubi non ſatisfecerunt, hoſtes pronunciavit, belloque indicto Mediolanum verſus ire intendit. Ceterum motis ex agro Brixiano caſtris ad flumen Abduam ventum, inde Tricio oppido, quod trans flumen erat, occupato, ac valido præſidio confirmato pridie Kal. Auguſti ad Lambrum conceſſit. A Lambro inde ad Urbem traductus exercitus in plures partes eſt diſtributus: Urbſque egregie corona centum millium armatorum ab omni parte circumdata. Mediolanenſes omnibus, quæ ad obſidionem, oppugnationemque ſuſtinendam opus eſſent, impigrè comparatis, diu prævalidos irati, ac potentis hoſtis impetus fortiter pertulere. Verum ad extremum fœda agri vaſtatione permoti, ac fame inſuper, & ingruente peſtilentia conflictati, armorum conſilio poſito petiere pacem; pax certis conditionibus, ſervata tamen priſtina libertate, VI. Idus Septembris data. Fridericus Mediolano Modoëtiam profectus Italici Regni coronam geſſit, idque oppidum jampridem à Mediolanenſibus afflictum priſtino decori, ac libertati reſtituit. Poſtremo ſedatis, compoſitiſque nutantis jampridem Lombardiæ tumultibus, ne quid in poſterum ſe abſente novaretur, providendum ratus, omnibus Civitatibus, Principibuſque conventum ad Roncalias in ante diem III. Idus Novembris indicit, atque eò Proceres, & Magiſtratus Civitatum omnium evocat, ſcilicet, ut vetera Imperatorum in Italia jura magna ex parte Lotharii, Conradique injuria obliterata per ſummos Juriſconſultos cognoſceret, & cognita populos ſervare compelleret: ob eam rem nobiliſſimos ea tempeſtate quatuor Juriſconſultos Bononienſes Bulgarum, Martinum, Jacobum, & Hugonem ad cauſſam hanc cognoſcendam adhibet, (54) &, cum ipſi ſe rem tantam ſine aliorum conſilio cognituros abnuerent, octodecim ex Lombardiæ Civitatibus addit. Illi cum capita contuliſſent, re deliberata reſponderunt, omnes Urbes Italiæ in Impetatoris Romani auctoritate eſſe debere. Quamobrem ex eorundem ſententia Civitatibus Lombardiæ vetera privilegia ademit, ac nova alia ipſe induiſit. Bononienſes, quòd nullam Imperatori juſtæ adverſus ſe iræ cauſſam dediſſent, in priſtino jure conſervati (55) eo majori-
bus

(52) Quemadmodum Montisbellii Populus deditionem fecit die 18. Junii, ita Moretani ſe dederunt die 4. Julii, & die 4. Septembris Canetulani, a quo loco Caniculorum famoſa undique Gens defluit: per *Gherardacc. lib. 3. fol. 79., & 80. Vizan. fol. 66., & ſeq.*

(53) Uſus eſt Fridericus Juriſconſultis Bononienſibus, & quidem iis, quos cum aliis legatione concredita Pop. Bonon. Cæſari Italiam ingreſſo obvios miſit, ipſi ut communi nomine obſequerentur, quod ſubobſcurè notat *Gherardacc. ſub A. 1155. fol. 76. ad finem.*

(54) De hac re fuſè agunt *Prud. Marchett. de præſtan. Urb. Bonon § Ergò in arbitrio, Guidott. de Paſtinc ad fœd. inter Bonon, & Eccleſ. init. ſub Nu. 3. apud de Cocco obſ. ad Capit. pallion. Bonon. dedit, ſub Nu. 5. in præf. § bis adde; Ochym. de laud. Bonon. §. Exemplo; Egnat. ad Gherardacc. lib. 3. fol. 80 ad finem, Vizan. lib. 2. fol. 67., Dulcin. lib 4. fol. 171. Baron. T. 12. fol. 352., & ſeq. n. 7. 8. 9., & 10.*

(55) Idem apud *Gherardacc. d. fol. 80. ad finem; Dulcin. fol. 171. § unde ex eo, in fin. Vizan. lib. 2. fol. 67.*

bus in dies ſpiritibus, animiſque efferri. Itaque Monbellienſes, & Olivetanos, qui temere à ſe defecerant, miſſis aliquot adverſus eos cohortibus, ad officium redegerunt, atque acriter in ipſos defectionis auctores animadverterunt. Acceſſit res altera eodem tempore ad potentiam Civitatis augendam in primis opportuna, quòd multi præteriti belli calamitate permoti ex Lombardiæ Urbibus Bononiam cum familiis ſuis, ut in tutum, ac quietum portum, confugerunt, atque omni humanitatis genere habiti, etiam poſt confectum bellum in Urbe cum familiis remanſerunt: unde plurimum urbanæ frequentiæ eſt acceſſionis adjunctum. Verum ſupra omnia Civitatem auxit incredibilis juvenum ex toto Occidente Juris Romani cognoſcendi cauſſa in Urbem concurſus: cujus tradendi quædam quaſi officina ipſa erat effecta. (56) Quorum commodis Fridericus eodem anno (57) ad Roncalias, credo à Juriſperitis Bononienſibus admonitus, conſuluit, lege lata, quæ adhuc in Authenticis extat in hæc verba: „ Ne quis
„ aliquam Scholaribus injuriam facito, ne-
„ que ob alterius cujuſquam Provinciæ de-
„ lictum, ſive debitum, quod aliquando ex
„ perverſa conſuetudine factum eſt, aliquod
„ damnum eis afferto: ſi quis attulerit, aut
„ allatum vindicare Rector Civitatis negle-
„ xerit, is quadruplum pendito, notamque
„ infamiæ ipſo jure ſubito, atque in perpe-
„ tuum dignitate careto; ſi quis litem Scho-
„ laribus ſuper aliqua re moverit, hujus
„ rei optione data Scholaribus, coram Do-
„ mino, ſeu Magiſtro ſuo, aut ipſius Civi-
„ tatis Epiſcopo convenito, quibus hæc ju-
„ riſdictio datur. Qui verò ad alium judi-
„ cem eos adducere tentarit, etiamſi cauſ-
„ ſa juſtiſſima eſſet, tali conatu cadito.

1159 Quieſcentibus inde recenti pace in Italia rebus, Mediolanenſes iterum contumacibus ſuis omnia conſiliis miſcuerunt. Nam, cum Fridericus de conventu Optimatium ad ſingulas Civitates binos, aut plures pro creandis Conſulibus deſtinaſſet, ipſi Rinaldum Cancellarium, & Othonem Palatinum ad ſe profectos tumultu populi temere concitato Urbe depulerunt, &, cum citati crimen ſuum non modo non purgaſſent, ſed reſponſo arrogantiæ pleno gravius multò feciſſent, Friderici vehementius in ſe odium concitarunt. Itaque Placentia Mutinam, ubi Paſcha celebravit, Mutina Bononiam ad exercitum ibi ſtativa habentem progreſſus, novo conventu habito ex Juriſperitorum Bononienſium, quibus plurimum tribuebat, (58) auctoritate, Mediolanenſium Conſules apud ſe compellari juſſit, &, cum die dicta non affuiſſent, rurſus hoſtes Legatis Pontificis præſentibus judicavit. Interea Mediolanenſes comparato exercitu impigrè bellum inierant, ac III. Nonas Aprilis ad Tricium, quod firmo Germanorum præſidio tenebatur, proceſſerant, ac brevi acri oppugnatione adhibita in poteſtatem cum ingenti Cæſareæ pecuniæ ſumma redegerant. Qua re cognita Fridericus propere ad Roncalias, Germanico aſſumpto exercitu, rediit, ibique conventum alterum agens ſociorum copias convocavit. Inde omnibus cuſtodiri aditibus juſſis, ne quid rei frumentariæ Mediolanum importaretur, lectis equitibus aſſumptis ad Urbem acceſſit, ac Mediolanenſes ad pugnam elicuit. Qua die ipſo Pentecoſtes æquo prope Marte pugnata, agrum inde quadraginta dierum ſpatio ſegetibus, vineiſque ſucciſis, longe, lateque vaſtavit, poſtremo cum & Beatrix uxor ex Germania, & alii Principes cum ingentibus pedeſtrium, atque equeſtrium copiarum apparatibus adveniſſent, Cremæ oppidum eſt adortus, causâ belli prælatâ, quòd Cremenſes præceptis ſuis non paruiſſent, ac Mediolanenſibus adverſus Laudenſes auxilium attuliſſent. Ita exercitu in duas partes diviſo, alteram Cremonenſibus ad Cremæ obſidionem attribuit, cum altera ipſe rurſus in agrum Mediolanenſem irrupit. Ceterum variante eventuum ad Mediolanum fortuna, Crema acrius omnibus machinarum admotis generibus oppugnanda eſt viſa. Annus erat jam quadrageſimus quartus, ex quo Bononienſes impetrata ab Henrico pace, ac

(56) Hinc per Antonomaſiam Archigymnaſium, & univerſi Juris Bononia appellata ſacrarium: *Ochym. de laud. Bonon §. hinc factum*; *Dulcin. lib. 4. fol. 170., & ſeq. Ghirardacc. lib. 3 fol. 81.* latiſſimè *ego in Apolog. pro Archigym. per tot.*

(57) Die ſcilicet 23. Novembris A. 1158. quam ob cauſſam eſt hæc dies Bononiæ ſolemnis, & feriata apud Scholaſticos, addito quod eſt etiam Sacra S. Clementi Papæ, & magna celebritate colitur in ejus Ædibus intra Palatium DD. Hiſpanorum, ad quas proindè tota veluti Civitas gratulationis memor læta accedit, & honoris feſtum agit: *Egnat. ad Ghirardacc. d. fol. 81. poſt initium*. In *vetuſtiſſimo* alias memorato *Studii noſtri Kalendario* hæ adnotatæ ſub menſe Novembri habentur commemorationes:
„ 11. Vacat ob Conventum ad Roncha-
„ lias per Fridericum Barbaruſſum Cæſ.
„ hab. A. 1158., in quo de ſtatu, & condit.
„ Italiæ Urbium eſt actum ad mentem,
„ & juxta laudum IV. Juriſconſult. Bonon.
„ per eumdem Auguſtum de hoc noſtro
„ Stud. Gen. aſſumptorum, qui fuerunt
„ DD. Bulgarus de Bulgaris, Martinus
„ Goſius, Jacobus, & Hugo utri de
„ Porta Ravennate Cives omnes etiam
„ Bonon. quorum memoria in laude
„ æterna erit.
„ 23. Vacat in memoriam editæ apud
„ Ronchalias per Frid. Cæſ. Aug. Æno-
„ bardum A. 1158. *Auth. Habita, C. ne*
„ *fil. pro patre lib. 4. tit. 13. poſt l 5.*,
„ cujus extenſores fuerunt DD. Bulgarus
„ de Bulgaris, & Jacobus de Porta Ra-
„ vennate, quæ Conſtitutio fuit promul-
„ gata pro commodo Scholaſticorum, &
„ pro dignitate Studii cum magno ho-
„ nore noſtri Archigymnaſii.

(58) Conventus hic Bononienſi Urbi ſplendidiſſimus celebratus eſt III. Kal. Martii hoc A. 1159. *Egnat. ad Ghirardacc. fol. 81., Ochym. de laud. Bonon. §. Sed jam*, & facit *vetuſtiſſ. Kalendar. Archigym. in Martio*, ibi:
„ 30. Vacat, & ob feſtum vetus Salutis,
„ Concordiæ, & Pacis, ſub quibus titu-
„ lis more ſanctificato jamdud. SS V. M.
„ Deipara à Pop. Bonon. per anni tem-
„ pora additis aliis colitur, nempè Kal.
„ Januarii cum Feſto B. V. de Salute;
„ Kal. Martii cum Feſto B. V. pub. Se-
„ curitatis; Kal. Maji propter Feſtum
„ B. V. Concordiæ; Kal. Julii ob Feſtum
„ B. V. Præſidii; Kal. Septembris cum
„ Feſto B. V. de Pace, & Kal. Novem-
„ bris cum Feſto B. V. de Pietate. Ac
„ propter Conventum à Friderico Bar-
„ baruſſo Imperat. Bononiæ cum J. Con-
„ ſultis hujus Stud. Gen., & Archigym.
„ hac die celebratum A. S. 1159. cum
„ magno honore hujus Urbis, & Aca-
„ demiæ.

A ac libertate novi privilegii largitione firmata, felicibus rerum omnium ſucceſſibus ad maximam dignitatem, potentiamque profecerant, cum iterum propter Pontificiam caussam adverſus Imperatorem ſuſceptam in maxima incommoda lapſi aliquantum inſtitutum ſecundarum rerum ſuarum tenorem interruperunt. Hic fuit Alexander Tertius privatis neceſſitudinis cauſſis (59) jampridem Bononienſibus carus, quod, antequam majores adipiſceretur honores, Decreta Pontificia in Gymnaſio expoſuiſſet, qui cum Friderico armis, non aliter, atque ante cum Henrico Gregorius, decertavit. Ejus tumultus hæc cauſſa, atque origo fuit. Mortuo B Hadriano (60) Pontifice cum Cardinales Anagniæ (61) conveniſſent, diſtractis in diverſa ſtudia voluntatibus, viginti tres Rolandum Bandinellum, quinque Octavianum (62) Monticellum legerunt. Rolandus à ſuis XIII. Kal. Octobris, Octavianus IV. Nonas conſecratus, ille Alexandri Tertii, hic Victoris Quarti nomen aſſumpſit. Orta verò de jure veri Pontificis controverſia, uterque cauſſam ſuam defenſurus literas propere ad Fridericum Cremam obſidentem miſit, eumque, ut partes ſuas ſuſciperet, obſecravit. Fridericus in Victorem propenſior, ut quem faciliùs de jure Pontificio conceſſurum confidebat, de quo proximè cum Hadriano contendere cœperat, rem difficilem eſſe judi- C catu reſpondit, Epiſcoporum Concilio ad eam opus eſſe, ac propterea ſe in Octavam ab Epiphanis diem illud indicere: ibi convocatis ex omnibus Chriſtianorum terris Epiſcopis, ex eorum ſententia ſe, utrius juſtior cauſſa ſit, cogniturum, quamque meliorem invenerit, eam omni ſtudio defenſurum. Ita continuo duos ad Alexandrum & Victorem Epiſcopos miſit, quorum ille Anagniam, hic Signiam ſe contulerat, eoſque ut ad conventum à ſe indictum venirent, admonuit. Alexander indignum eſſe cui judicium à Deo in homines eſſet conceſſum, humano ſe judicio ſubjici ratus, ſe venturum negavit. Victor ſe Friderici voluntati quacunque ratione pariturum oſtendit. Principio ſequentis anni Fridericus 1160 Cremenſem oppugnationem urgens conventum in quadrageſimam diſtulit. Redacta inde VI. Kal. Feb. in poteſtatem Crema, Papiam ſe recepit, & conventum IV. Nonas Februarii inſtituit. Ibi Pontificia cauſſa utrinque agitata decretum eſt, Victorem, qui vocatus adeſſet, rite, Alexandrum, qui adeſſe noluiſſet, vitio eſſe creatum. Hac re cognita Alexander accenſus Anagniæ ſacra deteſtatione Victorem, & Fridericum eſt execratus, literiſque dimiſſis, Principes ac Civitates, quibus rationibus adductis id feciſſet, edocuit: ſimulque ut ſe, ac cauſſam ſuam ſuſciperent, petiit: præcipuè verò ad Mediolanenſes Legatum Cardinalem miſit, qui VI. Kalendas Aprilis ſuggeſtu majoris ædis aſcenſo, ac concione advocata Victorem, Fridericum, quique eorum Sectam ſequerentur, Sacris interdixit, & Ubertum Archiepiſcopum, ac Conſules Mediolanenſes ſacramento pro Alexandri partibus obligavit. Quod cum Victor audiſſet, contra & ipſe Romæ, quò jam ſe receperat, eadem in Alexandrum Pontificem, omneſque fautores ejus ſacrarum execrationum tela retorſit. Quibus ex rebus grave deintegro bellum inter Pontificatum Imperiumque concitum eſt: quo Civitates Italiæ inprimiſque Lombardiæ in duas partes diviſæ pravis inter ſe certaminibus initis ad extremum prope exitium ſunt redactæ. Hujus autem belli Principes fuere Mediolanenſes cum veteribus

(59) Princeps, & germana, ejus legitimæ inaugurationis ratio fuit, accedente inſuper præcipua ejus pietate, & virtute, ac quòd cauſſa rectæ diu laudatiſſimè Cathedræ in D Archigymnaſio, eſſet quàm maximè de hac Patria, quæ ideo Civitate illum donaverat, bene meritus. Itaque juſtitiæ, & religionis quo Studio allecti quondam Bononienſes fuere, ut contra Henricum, ſuoſque Pſeudopapas ſcripto, & gladio pro legitimis Pontificibus Gregorio VII., & Urbano II. ſtarent, eodem pariter excitati, compulſique ſunt ad tuendum hunc Alexandrum III. potiſſimum unà cum morem gererent, & Civi, & Academiæ Sodali Sanctiſſimo pariter, & æquè doctiſſimo, qui apprimè intelligens quantum poſſet hujus ſui Lycæi apud univerſum Orbem opinio in decernendo legitimè electo Pontifice, extemplò Legatos Bononiam, & ad noſtros Doctores exemplo prædictorum Pontificum miſit, commendatam apud eos cauſſam ſuam facturus, quam mordicus defen- E ſuros, & nequaquam niſi per internecionem, ac ad noviſſimum ſanguinem deſerturos reſpondendo ſpopondere. *Egnat. ad Ghirardacc. lib. 3. fol. 81., & ſeq. Certam. della verità vindic. lib. 2. fol. 67., & ſeq. Dulcin. lib. 4. fol. 173., & ſeq. Vizan. lib. 2. fol. 68. Falcon de' Veſt. di Bol. fol. 171., & ſeq. Sigon. eodem tract. lib. 2.*

(60) Obiit Anagniæ Kal. Septembris feria tertia hoc A. 1159. Sanctiſſimus, & prope divinus hic Pontifex morbo veteri, ut quidem anginæ, & non hauſtæ cum aqua muſcæ, quemadmodum fabellam hanc in Hiſtoria Urſpergenſis effinxit, ut ritè veritatem detegunt, & vindicant *Baron. T. 12. fol. 359. & ſeq n. 18. & 20. Platina in Vita Hadriani IV. fol. mihi 275. Pagi in Breviar. Rom. Pontif. T. 2. fol. 27. n. 24.* ubi alii.

(61) Romæ, & non Anagniæ, ac in Baſilica Sancti Petri res acta, & quidem die 7., & non 5. Septembris 1159. per *Baron. T. 12. fol. 362. n. 29. Platina in Vita Alex. III fol. mihi 274., Pagi in Breviar. T 2. fol. 28. n. 1 2., & 3.*, atque facit *vetuſtiſſ. Kalendar. Archigym. in Septembri*, ibi:
„ 7. Hac die de A. 1159. electus eſt in Rom.
„ Pontif. 170. D. Rolandus Paparonus
„ aliàs de Bandinellis, origine Senen.,
„ ſed munere, & allectione Civ. Bon.,
„ & jam Pub. hujus Lycæi laudatiſſ. Pro-
„ feſſor, & vocatus eſt Alexander III.
„ Vir literatiſſ., piiſſ., fortis, conſtans,
„ & zelo Sacerdotali inſigniter decora-
„ tus ad ſuſtinendam ſibi commendatam
„ Eccleſiam Dei.

(62) Tres tantùm, & non quinque *per Baron. d. n. 29.*, & adhærent *Platina, Pagi, & Ghirardacc. fol. 81., & ibi Egnat. ad finem* cum aliis apud me *in Apolog. pro Archigym. fol. 77.*, atque novem *per Falcon. lib. 2. fol 171. Vizan. lib. 2. fol. 68.* Ergo ſi 22. vel 23. per Sigonium hic, elegerunt Alexandrum, & tres tantùm, ac per conſpirationem, Octavianum, quæ vel umbra dubitandi de legitima, Canonicaque Alexandri electione, & per conſequens de juſto titulo Bononienſium illi adhærendi, neceſſitateque univerſorum Catholicorum illum recognoſcendi pro Chriſti Vicario? hæc ratio propterea fuit, quare ſuſtinendum Alexandrum aſſumpſerunt Bononienſes, & pro eo ſatius ſubſtantias, & vitam fundere, quàm illum unquam deſerere eo animo deliberarunt. *Ant. de Alexandris de Bon. inculp. relig. &c. § Ergo ſi, Egnat. ad Ghirardacc. fol. 81. Luc. de Lambert. de ingrat. anim. retrib. fol. 19. Prud. Marchett. de præſtan. Urb. Bon. § Interea.*

bus odiis, tum recentibus Alexandri in Fridericum, & ſocios ejus execrationibus inflammati. Mediolanenſibus Placentini, & Brixiani, & Bononienſes adjuncti. Bononienſes autem tanti fecerat Alexander, ut Pontifex continuo deſignatus, literas ad Gerardum Epiſcopum, Canonicos Eccleſiæ, & Juris Doctores reliquoſque Magiſtros Bononiæ commorantes, ſic enim adhuc apud Radevicum Friſingenſem leguntur, mitteret, quibus eos de honore, atque honoris ſui æmulo faceret certiores. Mediolanenſes, ut amiſſæ Cremæ detrimenta ſarcirent, ſociis admonitis in agrum Laudenſium excurrerunt, mox, cum Friderico Mediolanenſem agrum populanti occurriſſent, Urbem militum corona circumdatam oppugnare inſtituerunt, ſed maturo Friderici intercurſu re irrita ab opere receſſerunt. Converſo inde adverſus Carcanum oppidum bello Fridericus accurrit, tantoque impetu XII. Kal. Septembris in aciem eorum irrupit, ut uſque ad Carrocium (63) penetrarit, ac ſolutis bobus vexillum detraxerit. Verum à Brixianis ſupervenientibus oppreſſus, victum ſe in ipſa victoria clamans, fugam capeſſit, ac Comum ſe cum paucis in arcem Baradelli recepit. Eo anno opportunè inſignis tabula Bononiam eſt delata, in qua Imago Deiparæ Virginis D. Lucæ, ut ferebatur, manu erat depicta. Hanc, ut fama eſt, ex Templo Sophiæ Conſtantinopolitano ſumptam Eremita quidam poſt humeros detulit, cum divino viſo admonitus montem Guardiæ (64) ſedem illi Imagini deſtinatam diligentius per regiones Italiæ quæreret. Quem cum non longe ab Urbe Bononiæ tribus abeſſe millibus accepiſſet, (65) locum nactus, repoſita tabula, diuturnæ peregrinationi, atque inquiſitioni ſuæ finem impoſuit. Ita in æde Lucæ magna totius Civitatis gratulatione repoſita, (66) nunc quoque ſumma ab omnibus Religione colitur, experto ſæpe divino præſentis numinis dubiis in rebus auxilio. (67) Initio ſequentis anni Placentini 1161
Laudem, & Mediolanenſes Caſtellionum adorti ſunt. Utrique loco egregiè ſe Fridericus objecit: &, cum Germani Principes, qui poſt conventum Papienſem dimiſſi domos ſuas abierant, cum maximis in Italiam copiis rediiſſent, accitis Italicorum auxiliis, quod adhuc facere prætermiſerat, IV. Kalendas Junii cum univerſo exercitu in agrum Mediolanenſem invadit, ac ſegetes vineaſque toto late percurſo agro corrumpit. Inde caſtris propius Urbem admotis in multas partes copias dividit, atque Urbem undique cinctam intentiore cura obſidere inſtituit. Neque Mediolanenſes animis defecerunt: verum omnia, quæ ad acrem ſuſtinendam obſidionem pertinerent, ſummo ſtudio præpararunt. Inde modo ab hac, modo ab illa parte egreſſi certatim præcipuum ſibi fortitudinis, ac fidei decus expopoſcerunt. Clauſa undique Urbe, magna rerum omnium Civitatem caritas primum, deinde impedita cibariorum invectione, ſumma inopia cepit. Fridericus inde agro ad XV. millia paſſuum circumquaque vaſtato, Germanos in ſuburbana caſtra diviſit, Italos in Civitates ſuas dimiſit, ipſe Laudem ad conventum ſe recepit, quo perfecto caſtra hinc inde per menſem Auguſti occupata, & captivi ultro, citroque facti. Quod belli genus, quam parum cœptis ſuis perficiendis idoneum eſſet, alias ſatis expertus, iterum Urbem ſibi premendam exiſtimavit, atque ita V. Idus Auguſti exercitum iterum ad Mediolanum adduxit, ac caſtra non procul ab urbe locavit in omnem rei bene gerendæ occaſionem intentus. Quo facto Mediolanenſes in arctum adhuc magis compulſi Legatos deprecandi cauſſa miſerunt, verum in itinere violati à Germanis, ad eum pervenire non potuerunt. Appetente deinde hyeme, ipſe Laudem cum uxore repetiit, ut Brixianis fa-

(63) De Carrocio plura invenies apud *Ghirardacc. p. 1. lib. 3 fol. 83.*

(64) Collis amœniſſimus in Caſſalea, idemque celebratiſſimus gentium quoque tempore, & religione (quamquam tunc vana, & ſuperſtitioſè) famoſus, imò dixeris ex tunc præſignatus, comparatuſque ad cultum Virgini Deiparæ exhibendum propter inibi dudum exeultum ſatis formoſum, myſteriofiſſimumque *Pietatis Urbica* Idolum, ut nos alibi, & de quo longè fusè *M Eliſ. Macchiavelli Soror in ſua Hiſtoriog.* §. *Mons Guardiæ*.

(85) Accepit autem Romæ à Paſſipovero de Paſſipoveris nobiliſs. Equite Bononienſi, qui tunc temporis ideò Romæ agebat, quia Senator ejus Urbis erat, eaque die apud Urſinos fortè diverterat, eum Iconem ab Eremita oſtenſam, ut de loco Montis Guardiæ certior fieret, primùm eſt veneratus: *Egnat. ad Ghirardacc.* d. *fol.* 83. *Vizan. lib.* 2. *fol.* 68., & ego ipſe poſt alios 10 *Orat. pro elect. Bened. XIII.* § *quæ pars*, *fol.* 8., *& 9.*

(66) Contigit hæc collocatio die 8. Maji hoc A. 1160. Authore Gerardo Epiſcopo, & præſentibus Conſulibus, ac cæteris Patriæ Magiſtratibus cum effuſa penè dixerim tota Civitate, quæ præ gaudio neque lachrymis ceſſabat gratias Deo, atque Deiparæ agere, fuitque locata Tabula in Ædicula S. Lucæ ſacra juxta Eremitaticum Dominæ Azolinæ, & Beatrixiæ, Virginibus Eremitis ibi degentibus, quibus in perpetuum fuit conſignata, præſente inſuper Eremita Græco homine illius Delatore, qui appellabatur Theoclys Kmnia ex Inſtrumento rogato ibi d. die per Ser Vitalem Relicum Notarium Epiſcopalem, cujus exemplum legitur ap *Azzoguid. de Orig.*, *& vetuſt. Bonon. fol.* 49 *& 50.*, atque facit *vetuſtiſſ. Kalendar. Archigym. in Majo*, ibi:

„ 8. Apparit. S Mich. Archan., & ingreſs.
„ poten. DD. Trib. Pleb. vacat etiam in
„ memoriam delationis de Conſtantino-
„ poli factæ ab Eremita Theoclyo Kinnia
„ Græco Imag. B. M. V. per S. Lucam
„ Evang. pictæ, & hac die collocatæ in
„ Monte Guardiæ A. S. 1160. Sedente
„ Rom. Pont. D. Alex. III. jam hujus
„ Stud. Gen. Pub. Lect., & Epiſc. Bonon.
„ extante R. P. in Chriſto D. Gerardo
„ item noſtro Pub. Prof.

(67) Hiſtoriam fuſo conſcribunt calamo *Leander Albertus*, *Thomas Ferrari*, *Deodata Malvaſia &c.* ad quos Lector cum voluerit, recurret; vide inſuper *Grattol. Accarſ. de trib. Bonon. Civit. glor.* à *fol.* 26. *ad* 42., nec ut reor, omittet plura addere *Cl. Karolus Conſtantius Rabbi in ſuis ad Sigonium notis de Epiſcopis Bononienſibus*. Ipſe quoque cum otiari aliquando poſſe datum erit, libellum proferam à lectiſſima altera Sorore *Anna Maria*, nunc verò inter Sanctimoniales Jeſuatas Sanctiſſimæ Trinitatis Bononiæ *Maria Laura Macchiavelli* jam penè congeſtum, cui titulus: *Proceſſioni Ordinarie, e Straordinarie avutesi in Bol. colla Sacra Immagine della B. V. dipinta da S. Luca*: Illud autem cæteroquin exploratum, ut bene hic *Sigon. & de Ep. Bonon.* expertam Bononiam hac ope fuiſſe, & eſſe ſemper in rebus ſuis difficillibus, atque dubiis quàm peculiare divinum auxilium, & Deiparæ protectionem.

facultatem commeatuum in Urbem deferendorum adimeret: reliquas exercitus partes proximis circumquaque in caſtris diſpoſuit, atque, ut in eandem intenti curam vigilarent, mandavit. Eodem anno magnum accepit Alexander incommodum. Nam cum Anagnia Romam eſſet reverſus, Romanorum certamina cum Pontificibus jam pridem ferentium inſidiis, ac Friderici omnia circumquaque tenentis potentia exterritus, relicto in Urbe Legato, Roma profectus, conſcenſis Tarracinæ Gulielmi Regis Siciliæ triremibus delatus eſt Genuam. Bononiæ Juriſconſultus inſignis Bulgarus mortuus, & in D. Proculi æde ſepultus eſt. (68) Hildebrandus Craſſus Epiſcopus Bononiæ hoc
1162 anno reperitur. (69) Ineunte Jannario, cum nulla ex parte res ad victum neceſſariæ acri diligentia hoſtium ſupportari Mediolanum poſſent, eo inopiæ, neceſſitatiſque redacti ſunt, ut canes, equoſque comederent. Cui malo cum reſiſti non poſſet, Archiepiſcopo Genuam ad Alexandrum profecto, Civitas Legatos iterum de pace ad Fridericum decrevit. Miſſi tres cum liberis mandatis Urbem, quia aliter non potuerunt, Friderico liberè permiſerunt, ac quadringentos in eam rem obſides obtulerunt. Quibus acceptis, ille ad ſuperbiam, potentiamque eorum comprimendam Cives Urbe exire juſſit, Urbiſque ædificia ad ſolum evertit. Cives diſperſi, atque in ſex vicos, nullo publico Conſilio relicto, redacti: eique Prætor Henricus Epiſcopus Leodienſis Præfectus. Ager in ſex partes diviſus, ac ſeni Præfecti ſingulis gubernandis ex Germanica nobilitate Præpoſiti, Capitanei, & Valvaſores (70) novi conſtituti. Quibus rebus perfectis reliquas Civitates, quæ aut aperte, aut obſcurè defecerant, aut alia ratione cum Alexandro ſentiebant, armis ſibi petendas, atque ad officium redigendas conſtituit. Itaque cum Placentinos adortus eſſet, Brixiani, ne ſimili mox clade perirent, veriti, Legatos ad eum de pace miſerunt. Data eſt ea lege, ut muris dejectis foſſiſque repletis Præfectum à ſe acciperent, & certam pecuniæ ſummam perſolverent. Qua re cognita Placentini & ipſi Legatis miſſis eiſdem conditionibus VI. Idus Maji ſe obbligarunt. Quo terrore adactæ reliquæ Civitates ultro Præfectos ejus acceperunt, ſeque in omnibus rebus obſequentes præbuerunt. Revocata inde beneficiorum ſuorum erga Bononienſes memoria, ac præſenti defectione, qua pro Alexandro cum Mediolanenſibus ſteterant, vehementius inflammatus, caſtra Bononiam verſus movit, eo animo, ut ſi Bononienſes Imperium detrectarent, perinde in eos, atque in Mediolanenſes animadverteret. Bononienſes vel quod ſe ad tantam belli molem ſuſtinendam impares atque imparatos viderent, vel quod dirum Mediolani exitum ante oculos ſibi proponerent, Friderico cedere ſtatuerunt, atque ei obviam Juriſconſultos ſuos (71) miſerunt, ut

(68) Tantum abeſt Bulgarum hoc A. vita eceidiſſe, quantum eſt infallibile poſtero in alterum ex legatis à Patria delectum, miſſumque ad Fridericum Ænobarbum fuiſſe per *Ghirardacc. p. 1. lib. 3. fol. 84.* ad finem. Porrò *Alidoſ. Dott. legg. Bologn. fol.* 39. ſcribit, denatum eſſe A. D. 1167., aut 1165. ex *Ghirardacc. d. lib. 3. fol. 87*, ſed verè deceſſit de A. 1166. ex *Griffon. col. 107., & Bart. dalle Pugliole col.* 243. humatis oſſibus ad S. Proculum, & cum his concordat *vetuſtiſſ. Kalendar. Archigym. in Januario*, ibi:
„ 31. Anniv. Fun. inſigniſſ. J. C., & Leg.
„ Gloſſat. D. Bulgari de Bulgaris Civ.
„ Nob. Bonon., & pub. Jur. in hoc Ar-
„ chigym. Interp., qui a Frid. Caeſ. Bar-
„ baruſſo fuit cum tribus aliis Conciv.,
„ & hujus Stud. Gen. Colleghis ſuis aſ-
„ ſumptus ad Laudem ferendum ſuper
„ Jur. Imp. quo ad Stat., & condit. Ita-
„ liæ A. 1158. in Conventu hab. ad Ron-
„ calias, itemque rurſus in Conventu
„ hab. Bonon. die 30. Martii 1159. In
„ cauſſa defection. Mediol., ac de A. 1161.
„ fuit miſſus à Pop. Bonon. cum aliis
„ Civ., & Doct. ad eumdem Auguſtum
„ tamquam Legatus pro venia, & pace
„ conſequenda, & demùm meritis, no-
„ mine, & gloria onuſtus, hac die obiit
„ A. S. 1166., deducto funere ad Ædes
„ S. Proculi, ubi apud Majores huma-
„ tus eſt, retento quod jam fuerat adep-
„ tus cognomento, quo appellatus eſt:
„ Os aureum.
Quod verò Sigonio ob hanc repugnantiam *Guido Pancirolus* adhærere non potuerit, ac fortè quia cætera hæc monumenta ſibi fuerunt abſcondita, ſatius hinc duxit à negotio ſe expedire ſcribendo, de tempore obitus, locoque tumuli, quo fuit humatus Bulgarus, ſibi ſatis non conſtare, *de clar. Leg. Interp. lib. 2. cap. 15. §. ult. fol.* 128. Agunt de eodem Em. *Baron. ad A.* 1158. *Reyber. hiſt. jur. univ. cap. 27. §. 2. fol.* 133. *Gravina de Orig. jur. T. 1. lib. 1. §. 146. u. fol. quoque 146., & ſeq.* Fuiſſe autem ipſum Cremonenſem, apertus eſt adeò lapſus, quòd nullà eſt opus Apologià ad vindicandum, quemadmodum ingenioſa magis, & planè ſubtilia ſunt argumenta Piſanorum ſibi, ut eumdem adſcribant, poſtquam noſtra libraveris, quibus nobis nituntur reſpondere apud *Reverendiſſ. Grandi in Epiſt. de Pandectis n. 28. per tot. à fol. 87. ad 97. edit. Florentin. 1727.*

(69) Deſignatus quidem, ac per aliquot de Epiſcopatu Mutinenſi poſtulatus, ut & alter nomine Samuel reperitur à Victore Pſeudopapa ſuffectus in locum Gerardi, qui hoc A. 1161. adminiſtratione ſe abdicavit, & demum A. 1165. die 8. Auguſti deceſſit per *Sigon. de Ep. Bonon. lib. 2. Falcon. eod. tract. fol.* 175. Sed qua ratione aſſenſum poſtulantibus Hildebrandus non dedit (nec enim munus aſſumpſit, vel collatum oppidò dimiſit quod rentur aliqui ap *Ghirardacc. d. lib. 3. fol. 84. ante med., & Falcon. d. fol.* 175., nec ipſe Gerardus Epiſcopatum renunciavit ut putat *Vizan. lib. 2. fol.* 69.) ſuaqua adhærere Mutinenſi Eccleſiæ maluit, quàm reſtituta eidem Mutinæ Epiſcopatus dignitate, & Civitatis nomine, commendatam ab Eugenio III. Pontifice A. D. 1146. accepit per eumdem *Sigon. ut ſupra*. Æquo item marte Samuel a Bononienſibus, qui eum reſpuerunt, nec unquam viderunt, rejectus ideò eſt, quia ab infecti titulo Papæ fuerat nominatus, quem cum pro eo, qui erat, Antipapa ſcilicet, cognoſcerent, pro Schiſmatico quoque Epiſcopum ſibi ab eo præſignatum hunc Samuelem habuerunt, & ita illum tamquam talem nec commemorari paſſi ſunt unquam per *Eguat. ad Ghirardacc. p. 1. lib. 3. fol.* 84.

(70) Sunt Subfeudatarii, Magnates alias, Germaniæ Barones, Primores Caſtellorum, & quondam apud nos Cattanei, quorum eſt frequens in noſtra hiſtoria commemoratio: *Eguat. ad Ghirardacc. lib. 3. fol. 84. poſt init.* Appellantur etiam Vavaſores, & de ipſis late *du Cange in Gloſſar. T. 3. verbo Vavaſores, col. 1262., & ſeq.*

(71) Eoſdem ſcilicèt, de quibus ſupra, nempè adhibitos, vel fortè omnes in Conventu ad Ronchalias, & altero deindè Bononiæ habito, ac quia inter eos fuit etiam Bulgarus; ideò Sigonius, ne quem paulo ſupra expe-

ut ſe pro pattia qua erant auctoritare, & gratia, apud eum interponerent. Qui ad Fridericum profecti „ primo conſtantem „ Civitatis erga illum fidem, ac perpetuam „ obſervantiam propoſuerunt, & Medicinam juſſu ejus ſe obedienter reædificaſſe, „ & bello Mediolanenſi priore auxilia impigre ſummiſiſſe commemorantes; ſumpta inde arma eſſe non adverſus eum, „ ſed adverſus Victorem, idque veteri potius neceſſitudini, qua cum Alexandro „ devincti erant, quam ſuo de tanta re „ judicio eſſe tributum. (72) In ambigua „ Pontificum cauſſa Civitatem idem ſibi licere putaſſe, quod ceteris multo humilioribus licuiſſet, ut alterutrum eorum „ veneraretur, ac coleret. Hoc quando ipſi „ non probaretur, ne ipſos quidem tam „ magnifice de ſe ſentire, ut pertinaciter, „ eo præſertim recuſanre, tueri vellent. „ Quamobrem non eſſe, cur infeſta Civitati ſigna inferret, quæ arma pro ipſo, non „ adverſus ipſum teneret, atque eundem „ advenientem togata, non armata apertis „ portis exceptura eſſet, atque omnia enixe curatura, quæ ille imperaret. Friderici iram multum & Juriſconſultorum verba, & voluntaria hæc deditio leniit. Ut tamen aliquod victoriæ pœnæque rebellantibus debitæ monumentum relinqueret, ac ceteras Civitates inſigni edito ſeveritatis exemplo terreret, muros, qui antiquam Urbem cingentes adhuc ſtabant, decuſſit, foſſamque replevit, &, quod in ceteris Lombardiæ Civitatibus inſtituerat, ſublatis in totum Conſulibus, Præfectum hominem Germanum ad jura moderanda, qui Bocins dicebatur, impoſuit. (73) In agro cum ageret, XI. Kalendas Julii Canonicis DD. Victoris, & Joannis privilegium indulſit, in quo eos à tributo, fodro, & manſionatico liberavit. (74) Inde arma ad Romaniolæ Civitates, quæ Bononienſinm auctoritate defecerant, protulit, atque his rebus geſtis, cunctâ late Lombardiâ pacatâ Papiam ſe recepit. Jam Alexander Genua profectus in Provinciam à Ludovico Rege Francorum ſumma omnia pollicente vocatus tranſierat, atque in Monte Peſſulano comiter, ac benignè ſub Paſcha exceptus fuerat. Qua re Fridericus offenſus trans alpes in Burgundiam uxoris ditionem cum Victore trajecit, atque ad Viſontionem, ſive, ut alii ſcribunt, Divionem oppidum ad Ararim venit: eòdemque Ludovicum eum Alexandro communis colloquii gratia invitavit: verum res mutatis omnium repente conſiliis ad exitum perduci non potuit. Rinaldus Colonienſis Legatus à Friderico in Italiam ad res moderandas eſt miſſus. Poſtero anno quieta 1163 ab armis Italia fuit, verum à Præfectis Friderici immanius per avaritiam, ac libidinem tributorum nomine lacerata. Præcipuè Bononiæ impoſitus contra omnia vetuſtatis exempla Germanus Præfectus graviſſime totius Civitatis animos vulneravit, quam offenſionem Bocius non ſolum moderatione, ac comitare imperandi non minuit, ſed etiam vehementius impotentia, atque libidine incitavit. Nam diverſis in ſpeciem oblatis criminibus alios pecunia mulctare, alios Urbe deturbare, alios morte afficere inſtitit. Itaque quem moderatiſſimè ſe gerentem oculis viſuri æquis non erant, in eum avaritis, ac ſcelere ejus exaſperati ſic odio incitati ſunt, ut ferre non poſſent: cum interea non deeſſent, qui aut publica, aut privata ſtimulante cauſſa, populum in Fridericum, cujus hæc voluntate fieri arguebantur, accenderent. (75) „ Enimvero „ ferendum non eſſe, dicentes, ut libertatis jam per ducenteſimum annum ſummo „ tot Imperatorum beneficio confirmatæ „ tanta repente jactura fiat; quid enim gravius aut acerbius ferri poſſe, ſi obſeſſis, „ aut expugnatis leges imponat? lenius quippe, ſi merita perpendantur, cum Mediolanenſibus actum eſſe, qui totam adverſus eum Lombardiam jam ſæpius concitarint, quam ſecum, qui piam cauſſam „ ſecuti Pontifici ſua ſolum arma præſtitetint. Age enim muros disjecit, foſſam „ complanavit; quid? nonne hæc, ſive ad „ iracundiam explendam, ſive ad notandam „ victoriam ſatis ſuerunt? at etiam novo „ more Præfectum, imò potius tyrannum, „ hominem Germanum impoſuit, qui nos „ ſocios iis detrimentis afficeret, quibus, ſi „ hoſtes eſſemus, acerbioribus non affeciſſet, cum nemo pro certo habere in tanta „ hominis libidine, atque impotentia poſſit, an craſtino die aut fortunis ſuis, aut „ Civitare, aut vita ipſa nſurus ſit: an verò „ militem unum quondam extitiſſe, qui Præ-

„ fe-

expoſuit mortuum, reſurrexiſſe modò ſeribat, ſub ſilentio hìc præterit. *Egnat. ad Ghirardacc.* qui eos nominatim exprimit d. fol. 84. poſt medium: *Dulcin. lib. 4. fol.* 176., & *ſeq. Vizan. lib. 2. fol. 69., & ſeq.*

(72) Quia contra conſcientiam, & per aſſentationem id protuliſſent Bononienſium Oratores, judicio ergò, & pro arbitrio ſuo hæc ponit legatorum in ore verba Sigonius, maximè cum iidem J. Conſulti interrogati a Magiſtratibus ſuper Canonica electione Alexandri, ipſi pro ea reſponderunt, adeòque modò inconſtanter dicere, neque debuerunt, neque potuerunt, quatenus alias ipſos ſe damnaſſent, & Patriam, atque Academiam prodidiſſent: contra verò quia ſciebant, Religionis cauſſam ad regnantium libidinem nullatenus eſſe tractandam, & imò eſſandam potius forti animo pro ea ſuſtinenda animam eſſe, quam vili, puſillanimoque corde quòd unquam aut deſeratur, aut ſimuletur; ipſi ergò tamquam veri Bononienſes, qua erecta fronte Chriſtum fatentur; pari quoq; & eadem conſtantiâ Pontificem Romanum, uti ejus legitimum Vicarium, pro aris, & focis abs Bononienſibus tueri dixerunt, tuendumque contenderunt: *Ochym. de laud. Bonon. § Legati*. Ergò turpem per ſimulationem infandâ injuriâ is gravat Bononienſes, qui pro corpore à tyranno præſervando, pietatis effingit Orationem, qua verè alias violatæ religionis, & peſſundatæ animi ingenuitatis obſcœniſſimum crimen objicit. *Ant. de Alexand. de Bonon. incalp. relig. &c § Ergò turpem*.

(73) Concordant *Ghirardacc. p. 1. lib. 3. fol. 84 ad finem. Vizan lib. 2. fol 69., & 70. Griffon. mem. hiſt. col.* 106. *Bart. dalla Pugliola col.* 243., qui tamen rem ſub A. S 1163. ponit.

(74) Idem refere de *Ep. Bonon. lib. 2. Falcon. de Veſc. di Bol. lib. 2. fol* 171.

(75) Sceleſtiſſimus, truculentiſſimuſque Præfectus ad fundendum cruorem æquè comparatus ſævitia, ac avaritia inſtitutus ad emungendam Civium pecuniam, quam veris, fictiſque coloribus inceſſanter extorquere machinabatur. *Storlit. de multip. Bonon. tyrann. Sect.* 10. *§ Fuda hoc nomine, Mercurin. de fato Prov., & Urb. Ital. lib.* 1. *Cap 6 Egnat. ad Ghirardacc. lib. 3. fol.* 85. *poſt med.*

„ fectum Regis haudquaquam graviora eo- A
„ nantem ſulus oppreſſerit, unde merito pro
„ Deo cultus in vota vocari meruerit; nunc
„ verò (adeò veterem illam animorum ex-
„ tinctam indolem eſſe) neminem, qui ſe
„ ad tantum decus, aut multnrum ducem,
„ aut unius ſocium præbeat, reperiri? His
atque ejuſmodi aliis vocibus incitati pleri-
que ab iis, quos aut ſalutis Reipublicæ, aut
violatorum propinquorum, aut propria cura
tangebat, conſilia Bocii opprimendi inire
cœperunt. (76) Alexander octo poſt Pente-
coſten diebus conventum frequentiſſimum
in Turonibus habuit, ac ſacras adverſus
Victorem, & Fridericum deteſtationes re-
dintegravit. Cum Rinaldus Lombardiâ, & B
Tuſciâ perluſtratâ Civitates facile in officio
confirmaſſet, Fridericus unà cum uxore
Beatrice, & Conrado Archiepiſcopo Mo-
guntino in Italiam Octobri menſe trajecit,
1164 ac poſtero anno Marchiam, & Lombardiam
luſtravit. Demum eum ſe Papiam recepiſ-
ſet, de motibus Veronenſium, Vicentino-
rum, & Patavinorum cognoſcit, qui ava-
ritia, ac ſuperbia Præfectorum Germano-
rum incitati, Venetis auctoribus, conſilia de
repetenda armis libertate inibant. Quod ma-
lum ne latius ſerperet, continuo Legatos
ad eos miſit, atque amicarum Civitatum
Magiſtratus ad ſe evocatos ſacramento ad-
verſus Veronenſes obſtrinxit, atque ita C
exercitu, utcumque potuit, comparato con-
tra Veronenſes perrexit. Verum ubi in
conſpectum hoſtium venit, exiguitate co-
piarum ſuarum in caſum ſummæ dimicatio-
nis venire non auſus, fugienti ſimilis ſigna
retro convertit. Septembri menſe in Ger-
maniam ad delectus habendos, ampliorem-
que conficiendum exercitum tranſiit, novis
Præfectis in Urbibus relictis, per quos Ita-
lia lacerari eſt cœpta. Itaque Gypſenſes
oppidani Legatis miſſis jurarunt „ ſe ca-
„ ſtrum in auctoritate populi Bononienſis
„ retenturos, ac pacem, & bellum cum iis
„ habituros, quibuſcum Conſules aut Præ-
„ tor juſſiſſet, qui pro tempore fuiſſet. (77)
Victor Pſeudo-pontifex Lucæ mortuus, Pa-
ſchalis Tertius à Friderici factione ſubro-
gatus. Vidone inde Canoſſio Prætore, quie- 1165
ſcente à bello per abſentiam Friderici Ci-
vitate, Gerardo Epiſcopo vita functo Joan-
nes eſt ſubſtitutus. Hic D. Petri ædem, quæ
hauſta incendio fuerat, reſtaurandam opere
magnificentiore ſuſcepit. Nomen ejus ob
hanc rem adhuc in columna ædis ſub Con-
feſſione inciſum legitur. Et hoc anno Italia
à Præfectis Friderici direpta. Alexander à 1166
Romanis è Francia revocatus in Italiam re-
diit. Fridericus Alexandri reditu res in
Italia mutatum iri, ac Civitates ad arma
ex ejus auctoritate, ſe præſertim abſente, itu-
ras ſuſpicatus, Rinaldum & Chriſtianum,
illum Colonienſem, hunc Moguntinum Ar-
chiepiſcopum cum exercitus parte præmiſit,
ut Romanis, qui Alexandrum ſuſceperant,
bellum facerent, ipſe extremo anno eum
altera eſt ſubſequutus, &, cum ad Ronca-
lias perveniſſet, conventum Epiſcopis ali-
quot, ac Civitatum primoribus adeuntibus
habuit. Ibi eum Legati Civitatum intole-
randas, quibus à Præfectis ejus afficeren-
tur, injurias iterum docuiſſent, fruſtra ab
eo auxilium implorarunt. Nam in unum
Alexandrum omni cogitatione intentus, bel-
lum adverſus eum decrevit, Legatos irrito
reſponſo dimiſit. Rinaldus interea, & Chri-
ſtianus Romam verſus profecti, primum
Anconitanos obſides dare coëgerunt, dein-
de Romanos parêre recuſantes maximo ad
Montem-Porcum prœlio ſuperarunt. Se- 1167
quenti anno Fridericus Romam ſpectans in
fines Bononienſium tranſgreſſus, agrum latè
inſtituit populari, neque ante vaſtationis
finem fecit, quàm centum obſides eum cer-
ta pecuniæ ſumma dederunt. (78) Quibus
Parmam in cuſtodiam remiſſis ex agro Bo-
no-

(76) Eadem recitant *Ghirardacc. d. lib. 3. fol. 85., & ſeqq. Vizan. lib. 2. fol. 70. Dulcin. lib. 4. fol. 178., & ſeqq.* Ab conſilio autem ad opus deventum, interfectoque Bozzo inclytos per Cives Tyrannidis impatientes A. 1164. præceps de Palatii feneſtris in Forum Cadaver ejus dejectum eſt, quod poſtquam diu in ludo fuit apud populares, demum canibus in fruſta disjectum, eſt relictum, per quos turpiter dilaniatum, devoratumque promeritum ſupplicium tulit, *Storlit. d. Sect.* 10. *ſub §. Fœdo hoc homine. Ochym. de laud. Bonon. §. Eſt etiam, Griffon. col.* 107., *dalle Pugliole col.* 243. Ergo non hoc factum de A. 1167., ut *per Sigon. hoc loco*.

(77) Erat Gypſi Caſtellum non inelegans prope Lavinum amnem, ubi modò villa tantùm adeſt, eodem nomine adhuc appellata, obſcura ceteroquin, & eo ſimplici cognomento dumtaxat cognita, quod à fodina gypſi traxit. *Vizan. lib. 2. fol. 70., & 71. M. Eliſ. Macchiavelli Soror in ſua Hiſtoriog. §. Gypſum*. Deditio autem Caſtri ſequuta eſt die 14. Decembris 1164. *Griffon. col.* 107., *dalle Pugliole col.* 243.

(78) Exemplar en tyranni exquiſitiſſimum, apoſtatæ item, & multiplici cenſura execrati religionis, atque Sedis Romanæ audaciſſimi Prædonis; intentus namque Fridericus ſoli Alexandro internecionem inferre, poſt conflictatas corpore, & ære miſeras Italiæ Urbes, quarum Legatos fruſtra ab eo auxilium implorantes irrito, turpiſſimoque reſponſo dimiſit, en quod Bononienſium erga ſe oblitus meritorum, deſpectâque memoria illius Urbis JurisConſultorum, mille malis poſtquam illam preſſit, tandem & obſides Cives ſecum trahit, & per novam mulctam ingenti pecunia Civitatem exhaurit. *Storlit. d. Sect.* 10. *§. Exemplar*. Triginta autem, & minimè centum datos tunc eſſe Friderico obſides, illi quoque ferunt, qui hanc hiſtoriam ſuſtinent ex *Ghirardacc. fol.* 87. Siquidem omnino diverſam, & fortè veroſimiliorem ex iiſdem infra allegatis à Sigonio circumſtantiis, alii recitant per *Egnat. ad Ghirardacc. d. fol.* 87., *& Vizan. lib. 2. fol.* 71. Hinc *bene idem Ghirardacc. d. fol.* 87. *poſt med.* cum authoritate Cavicelli (neque enim unquam ſine Rethore loquitur) ſcribit, prope Bergomum adhortationem Mediolanenſium Conventum eſſe celebratum inter accitos Veronæ, Vicetiæ, Patavii, Tarviſii, Mediolani, Cremonæ, Brixiæ, Bergomi, Mantuæ, Ferrariæ, Bononiæ, Rhegii, Parmæ, & Placentiæ Oratores, in quo die 7. Aprilis A. 1167. poſt commemoratas injurias à Friderico, & Præfectis ejus acceptas, fœdus inter eaſdem Urbes ſine cunctatione initum eſt, novo conſilio cautum, Bononienſium virtute, & exemplo imitatis, Præfectos è Civitatibus pelli, & arma pro vindicanda libertate capi, pro ut continuò omnes obtemperavere ad narrata per *Sigon.* paulò infra, qui proinde neſcio qua cauſſa hiſtoriam invertat, omittatque inter fœderatas Civitates Bononiam recenſere, quod alias apertè liquet ex *Regeſt. groſſ. ligarum fol.* 29. ab eodem *Ghirardacc. hic* allegato, ac quod palam eſt, & cuique patet in Archivo pub. Bononiæ, niſi fuerit hæc cauſſa fortè, quod nimium

Digitized by Google

nonienſi Romam verſus diſceſſit. Interea
vero dum ille in Romania, Marchiaque
verſatur, Mediolanenſes onerum gravitate
oppreſſi, cum mori potius, quàm tantas in-
dignitates pati decreviſſent, Venetis aucto-
ribus, Legatos Verona, Bergomo, Brixia,
Mantua, & Ferraria VII. Id. Aprilis in
agrum Bergomatum advocarunt, ac com-
memoratis injuriis à Friderico, & Præfectis
ejus acceptis perſuaſerunt, ut ſine cuncta-
tione fœdus iniretur, ac Præfectis Friderici
è Civitatibus pulſis communi conſilio arma
pro vindicanda libertate caperentur. Quo
percuſſo, ſinguli Præfectos ſuos ex Urbibus
ejecerunt. Bononienſes autem globo facto,
B atque armatis dextris in Bocium publicis in
ædibus agentem invaſerunt, & fruſtra ſe
defendere conantem multis confectum vul-
neribus è feneſtris in forum præcipitem de-
jecerunt. Sunt qui in eo tumultu Albari-
mum quoque Scannabeccum à Branca Gri-
ſono, & Nicolaum Aſinellum à Bruſaldino
Rampono, quod ſtudioſos ſe Bocii oſten-
diſſent, necatos tradant. (79) Bocio inter-
fecto Conſules creati Albertus Aldia, Ro-
dulfus Rainerius, Rodulfus Capellus, Pede-
vacca Milancius, Vido Albericus. Hujus
facinoris magnitudo omnium in ſe Lombar-
diæ populorum oculos, animoſque conver-
tit, ut qui iiſdem oppreſſi malis non idem
C tamen ad ea depellenda animorum haberent.
Mediolanenſes autem haud ita multis poſt
diebus ipſi fœderatorum opibus ſublevati
antiquum Urbis ſolum armis repetiverunt:
idque vallis aggeribuſque, ut in præſens li-
cuit, muniverunt, ac Laudenſes armis ador-
ti in partes traxerunt. Fridericus, quan-
quam hæc omnia noverat, tamen Alexan-
drum ante dejicere de Sede ſtudens, ea ſe
contemnere ſimulavit, ac relicta Anconæ,
quam inſtituerat, obſidione, Romam progreſ-
ſus bello perſequi Romanos intendit. A qui-
bus tandem Alexandro Urbe pulſo, & Pa-
ſchali in Sede locato, in Urbem receptus
III. Kalend. Julias iterum à Paſchali una
D

A cum Beatrice conjuge coronatus eſt. Ale-
xandro alienatis à ſe Romanis Beneventum
profecto, fœderati Tricium ſuperioribus an-
nis à Friderico recuperatum acriter oppu-
gnarunt, ac, deficiente Germanis, qui in
præſidio erant, re frumentaria, IV. Idus
Auguſti cum tota pecunia Regia redegerunt
in poteſtatem. Quo detrimento accepto, ac
ſimul peſtilentiæ vi, qua præſtantiſſimum
quemque è ſuis amiſit, Fridericus impulſus,
Româ, Paſchali cum præſidio ibi relicto,
exceſſit, ac magno labore per Lunenſem
oram Papiam III. Idus Septembris pervênit:
poſtridie fœderatas Civitates Edicto Impe-
riali proſcripſit, ac Mediolanenſem ditio-
B nem adortus, fœderatis impigrè ſubvenien-
tibus, haud multum profecit. Itaque cum
multi alii populi ſe Lombardorum fœderi
adjunxiſſent, ac moderatores ejus declaraſ-
ſent, præcipuè etiam Bononienſes eo ſe il-
ligarunt. (80) „ Kalend. Decembris omnes
„ jurarunt, ſe adjuturos omnes homines,
„ & omnia loca, quæcunque fœdere tene-
„ rentur, adverſus omnes homines, qui ſibi
„ bellum facere voluiſſent, aut plus facere
„ imperaſſent, quàm à morte Henrici Re-
„ gis uſque ad Friderici in Italiam adven-
„ tum feciſſent, neque pacem, neque indu-
„ cias, niſi ex communi omnium conſenſu,
„ pacturos, atque hæc ſane ſalvo Regi de-
C „ bito obſequio perfecturos. Itaque Pren- 1168
diparte Prendipartio, & Arteniſo Arteniſio
Conſulibus, cum Fridericus bellum fœde-
ratis Civitatibus moliretur, ingentibus ea-
rum apparatibus deterritus, menſe Martio
amiſſa ipſius prope Italiæ poſſeſſione profû-
git. Eo profecto fœderati populi Urbem
condiderunt, ac Papiæ, quæ una ferè pro
Friderico ſtabat, oppoſuerunt, eamque ab
Alexandro Pontifice Alexandriam appella-
runt, (81) atque his actis III. Nonas Maji
habito Laude Concilio communis ſalutis
cauſſa fœdus novis conditionibus confirma-
runt. (82) Bononienſes præcipuè recuperata
libertate ſimul etiam priſtina cum vicinis
D Ci-

ex adeò grandi decore noſtræ Urbis, oppi-
dum ſuum premebatur tanquam in eo fœ-
dere neglectum, cui ceteroquin ex noſtro
honore nomen facere ſtudet, ac quia alias
emendicata ad rem tantam tegendam ſuæ
hiſtoriæ texturâ, planè illam ſine patula
injuriæ nobis illatæ nota ſuſtinere porrò ſe
non poſſe videbat, adeòque mox infra fa-
tetur ad præconium Bononiæ Urbis, pro
ſublato invicta manu nequiſſimo Bocio,
quòd: *hujus facinoris magnitudo omnium in*
ſe Italiæ Populorum, ac maximè Lombardiæ
oculos, animoſque traxit, & convertit, ut qui
iiſdem oppreſſi malis eſſent, non idem tamen
ad ea depellenda animorum haberent: quod
E pariter refert *Dulcin. lib. 4. fol.* 181. *Storiet.*
ubi ſupra, Amad. Agneſ. Polit. Felſ. n. 72. *Mar-*
chett. de præſtan. Urb. Bonon. §. *Velim quo-*
que. Egnat. ad Gbirardacc. d. fol. 87. *Ocbym.*
de laud. Bonon. § *Etiam eſt illud*.

(79) Aſſeris idem *Gbirardacc. lib.* 3. *fol.* 86. *poſt*
med. Sed caſum in menſem Junium ſub
A. 1161. rejicit. *Bart. dalle Pugliole col.* 242.
& ſeq. Dulcin. lib. 4 *fol.* 181.

(80) Adde, iterum, nam cum antea fœdus per-
cuſſiſſent, non ideo tamquam nunc pri-
mùm ſe illi illigarunt, ſed illud Kal. De-
cembris hoc A. 1167. confirmarunt, rathum
habuerunt, ac inviolabiliter pactas novas
Capitulationes ſervare cum aliis ſpopon-
dere. *Egnat. ad Gbirardacc lib.* 3. *fol* 88. *ad*
princ. Vizan. lib. 2. *fol.* 71. *Amad. Agneſ.*
Polit. Felſ. n. 26.

(81) Bononienſes, ne Alexandria Populo careret,
fœderati colonias ex ſuis uſque ad XV mil-
lia hominum deduxerunt, atque ita ſunt
etiamnum ibidem Familiæ, quæ ob hanc
deductionem ſuam oſtentant à Bononia
originem derivatam. *Ocbym. de laud. Bonon.*
§. *Non ergo. Prud. Marchett. de præſtan. Urb.*
Bonon §. *Obſervandum. Gbirardacc. lib.* 3. *fol.*
88. *Vizan. lib.* 2. *fol.* 71. *dalle Pugliolo col.*
243.

(82) Bononienſes huic quoque Conventui per Ora-
tores, Procuratoreſque ſuos interfuerunt,
ac ligam, ſive fœdus novis conditionibus
confirmarunt, quibus eorum nomine ſub-
ſcripſit Aldefredus Guelfredi ſub die 3. Maji
hoc A. 1168., ut ex Authographo ejuſdem
Ligæ, de quo *Gbirardacc. d. fol.* 88., &
evincitur ex *vetuſtiſſ. Kalend. Archigym. in*
Majo, ibi:
„ 3. Inventionis S. Crucis, & comme-
„ morat. impoſiti nominis. Alexandriæ
„ in gratiam D. Papæ Alex. III. legit.
„ Pont. Max. ol. Pub. Lect. noſtri Ar-
„ chigym., & Bonon. Civ. Urbi novæ
„ per Bononien. eum fœderat. Civit. à
„ fundamentis erectæ A. 1168., quo eo-
„ dem anno, & die hac, rathum habi-
„ tum eſt inter collegat. eaſdem Civit.
„ ſolemne fœdus invicem pactum die 7.
„ Aprilis 1167. inde firmatum Kal De-
„ cembris eod. A. 1167., & confirmat.
„ tum die 10. Octobris 1171., quam die
„ 31. Januar. A. S. 1175.

Civitatibus jura recuperare volentes, fœdus A
eum illis renovarunt. (83) Itaque XVI. Kal.
Julii Faventini jurarunt in hæc verba.
„ Nos Faventini juramus, ſervaturos Ci-
„ ves Bononienſes, Sancaſſianenſes, & Ca-
„ ſtrimolenſes, & res eorum, & bis in an-
„ no ad bellum exituros, ſemel cum toto
„ populo noſtris ſumptibus uſque ad am-
„ nem Scultemnam, ibique per octo dies
„ futuros, iterum cum equitibus, & ſagit-
„ tariis uſque ad Mutinam. Promittimus
„ etiam, & cum Bononienſibus, & ſine il-
„ lis bellum facturos Imolenſibus, ſi invi-
„ tati fuerimus à Bononienſibus, aut San-
„ caſſianenſibus, aut Caſtrimolenſibus, &
„ ſi invitati fuerimus ad Urbem Imolæ ob- B
„ ſidendam, pro Communi poſt octo dies,
„ quàm admoniti fuerimus, acceſſuros, ne-
„ que inducias, aut pactionem aliquam in-
„ juſſu Bononienſium, Sancaſſianenſium, &
„ Caſtrimolenſium facturos, neque ſocieta-
„ tem cum aliquo à Faventia ad Parmam
„ coituros, ſalvo fœdere Lombardiæ. Eo-
demque die Imolenſes hoc ſacramento ſe
obſtrinxere. „ Nos Imolenſes juramus, ſer-
„ vaturos Bononienſes, Faventinos, San-
„ caſſianenſes, & Caſtrimolenſes, & res eo-
„ rum: itemque facturos bellum, & excur-
„ ſiones Bononienſium, ac Faventinorum
„ arbitrio, & conlaturos tributum in noſtra
„ Urbe, cum illi in ſuis contulerint, & bi- C
„ nas mappas ſericas Bononienſibus, binas
„ Faventinis in ſingulos annos Feſto D. Pe-
„ tri daturos, &c, ſi diſcordia inter nos ac
„ Faventinos interceſſerit, rem ad Bono-
„ nienſes rejecturos; ſi inter nos ac Bono-
„ nienſes, ad Faventinos. Alexander Bene-
vento Verulas, Verulis Tuſculum ſe rece-
pit. Hugo Juriſconſultus eſt mortuus, &
1169 apud S. Victorem ſepultus. (84) In ſequenti
anno, quo Reſpublica, ſi plerisque Chroni-
corum Scriptoribus credimus, penes eoſdem
Conſules manſit, repente præter opinionem
omnium maximum, ac memorabile cum Fa-
ventinis bellum eſt initum. Ravennates,
cum à Faventinis, ſociis Forolivienſibus aſ- D
ſumptis, finium cauſſa bello petiti eorum
ſe arma propulſare propriis nixi viribus poſ-
ſe diffiderent, à Bononienſibus auxilium po-
ſtularant. Bononienſes opportune Faventi-
nis irati, quia paulo ante Sancaſſianum, cui
ſe parſuros juraverant, invaſiſſent, idoneam
hanc adverſus eos belli occaſionem nacti,
haud inviti arma junxere. Ita ex Conſilii
Decreto Conſules cum delecto militum ro-
bore egreſſi ad amnem Senium tribus milli-
bus ab Urbe diſtantem proceſſerunt. Ibi
cum obvios hoſtes habuiſſent, extemplo prœ-
lium commiſerunt; cum diu acriter, atque
incerto utrinque pugnatum eventu eſſet,
tandem inclinata re Bononienſes Conſules E

A in fugam ſe dare coacti, ipſi cum quadrin-
gentis Civibus in poteſtatem hoſtium per-
venerunt. Eodem anno Alexander Bene-
venti agens omnia Epiſcopi Bononienſis pri-
vilegia confirmavit, ac Templum, atque
Hoſpitale Cruciferorum extra portam Ra-
vennatem conſtructum privilegio ampliſſimo
decoravit, (85) inde Signiam progreſſus fru-
ſtra pacem cum Romanis tractavit. Inſe- 1170
quenti Bononienſes accepto incommodo gra-
vius irritati bellum cum captivorum reci-
piendorum, tum priſtini decoris recuperan-
di cauſſa majore conatu redinregrant, &
cum cetera accuratius, quàm ante, appa-
rant, tum Carrocium educendum decer-
B nunt. Is fuit currus ingens rotis grandiori-
bus, atque axibus firmioribus ſuffultus, pur-
purea pariter undique veſte conſtratus, in
quo contabulatio quadratæ turris inſtar lo-
cabatur, in medio eximia proceritate malus
excitatus erat, multis à faſtigio rudentibus
ipſi contabulationi ad nautici mali ſimilitu-
dinem alligatus, in ſummo Crux aurea: in-
fra Crucem antemna magna ſuſpenſa, unde
vexillum Civitatis inſigne pendebat. Hunc
currum excellentis formæ boves purpurea
veſte inſtrati trahebant: cura ejus clariſſimo
& genere, & virtute viro committebatur,
qui, ut venerabilior eſſet, inſigni lorica,
enſe, & aureo baltheo, & publico ſtipen-
C dio donabatur. Neque verò Sacerdos abe-
rat cum divinæ rei cauſſa, tum ut eſſet,
qui lethifero vulnere laborantibus ſacra, ſi
opus eſſet, ritu Chriſtiano ſubminiſtraret.
Ad hunc, quaſi ad ſacram aram, acie pulſi
refugiebant, atque inde ferociores in hoſtes
recurrebant, atque id totius exercitus ca-
put eſſe ducebant. Eſt autem inſtitutum,
ne Carrocium, niſi Decreto Conſilii Gene-
ralis, atque Credentiæ educeretur, atque
ut ad ejus cuſtodiam amplius mille quin-
genti legerentur, qui in exercitu ab eo non
recederent, ac lorica, & ocreis ferreis mu-
niti inſignes inſuper halabardas geſtarent,
extra eorum numerum, quibus equi militiæ
D cauſſa eſſent imperati. Ad ceteras autem
conſcriptas copias etiam cohortem validam
Lombardorum adjunxerunt, conflatam ex
iis, qui ſuperioribus annis propter magnas
continentium bellorum calamitates Bono-
niam commigrarant, qui cum benignè in
Urbem accepti, ac multis officiis culti eſ-
ſent, officii contra & ipſi eſſe ſui duxerunt,
ut operam ſuam Bononienſibus offerrent;
& ſe Carrocio cuſtodes profiterentur. Hoc
ergo cum apparatu Conſules Petrus Gariſen-
dus, & Aſinellus, & Rolandinus Rampo-
nus Urbe egreſſi ad pontem Senii, qui nunc
D. Proculi dicitur, Favcatinorum, ut ante,
exercitum invenerunt. Ibi ardentibus utrin-
E que animis pugnæ nulla mora eſt facta.

Primo

(83) Adſtruunt fidem *Ghirardacc. lib. 3. fol.* 88., qui tamen id factum die 17. Julii, & non 16. Junii, ut per Sigonium hic ſcribit, & *Vizan. lib.* 2. *fol.* 71.

(84) Conveniunt *Ghirardacc. lib.* 3. *fol.* 89, *Alidoſ. Dott. Legg. Bologn. fol.* 121., ubi de ejus Gloſſis ad librum Feudorum jam ut ita ornaretur, per Fridericum I. Cæſ. Bononiam miſſum. *Orland. de' Scritt. Bologn. fol.* 257., *& ſeq. Bumald. fol.* 228. *Panzirol. de Clar. Leg. Interp. lib.* 2. *Cap.* 17. *fol.* 130., *& ſeq.*, *Gravina de Orig. Jur. T.* 1 *fol.* 147. §. *item* 147. *Frehor. in Vit. Juriſconſult. fol.* 126. *Rebyer Hiſt. Jur. civ. cap.* 27. *fol.* 111 §. 3., *Tom. III.* & facit *vetuſtiſs. Kalendar. Archigym. in Octobri*, ibi:
„ 23. Anniv. Fun. inſignis. D. Hugolini
„ de Porta Ravennate J. Conſulti, & Lib.
„ Feud. Bononiam à Frid. I. Ænobarbo
„ Cæſare miſſi, Gloſſatoris, ac Pub. Leg.
„ in noſtro Archigym. Interp., & in
„ omnibus Socii D. Bulgari, & alior.
„ noſt. Doct. ut infra ad diem 31. Januar.
„ Oſſa ejus requieſcunt ad S. Victorem
„ in Barbiano, ubi ſolemniter fuit tu-
„ mulatus A. S. 1168.

(85) Idem *de Ep. Bonon. lib* 2. *Falcon. eod. tract. lib.* 2. *fol.* 178. *Ghirardacc. lib.* 3. *fol.* 89.

Primo concurſu Faventina ſuperior eſſe acies viſa, poſtremo incumbente acrios Bononienſi mota loco, atque in fugam verſa ad Urbem ſe recepit. Ni Conſules inſidias aliquas compoſito receptui ſubeſſe ſuſpicati, ſuos ab inſequendo cohibuiſſent, eodem tum impetu capi Faventia potuit. Faventinis in Urbem compulſis, Conſules exercitum mœnibus admoverunt, ac vias omnes, quibus commeatus importari poſſent, obſederunt. Quo facto tantum Faventinis metum expugnationis injecere, ut poſt aliquot dies Legatos de pace miſeriat. Conſules ex Conſilii Decreto pacem his conditionibus dederunt, ut captivos ſine pretio redderent, Ravennatibus ſatisfacerent, ac damna bello accepta reſarcirent. Ita captivis receptis exercitum victorem cum carrocio reduxere.
1171 (86) Poſtero anno Judæi fœnorum iniquitate Civitatem exhaurientes Urbe pulſi. Mulieres duæ de veneficio convictæ in medio foro vivæ combuſtæ. Chriſtianus in Italiam iterum à Friderico præmiſſus, dum quiatæ
1172 in Lombardia res erant, ſequenti Anconitanos obſedit, neque, accurrente Manuelis Conſtantinopolitani auxilio, quidquam pro-
1173 fecit. Poſtero Oſpinello Carboneſio, & collegis Conſulibus, Lombardia novi in belli à Friderico ſuſpicionem adducta, fœderatarum Civitatum moderatores decreverunt, ſocietatem novis conditionibus confirmare. Itaque VI. Idus Octobris Hildebrando Cardinali Legato præſente, cum Mutinæ conveniſſent, frequenti in concione hoc ſacramentum ſuſceperunt. (87) „ Juro me obſervaturum fœdus ictum inter Lombardos, & Marchianos, & Venetos, &c, ſi hoc ſacramentum ſuſceperint, etiam Romaniolos. Et qui Friderici partem tuebantur, de ſedibus ſuis deturbaturum & loca eorum vaſtaturum, privarim neque cum eo pacturum, neque ad eum, neque ad filium ejus literas miſſurum; pro Bononienſibus Oſpinellus Conſul, (88) & fœderis moderator juravit, item. Juro me equites & pedites pro defenſione Alexandriæ imperatos daturum, mulctamque impoſitam ſoluturum & expeditionem ſuſcepturum adverſus eos, qui oppugnare voluerint Bononienſes, & Lombardos inter Parmam & Bononiam ſitos, arbitrio Rectoris Cremonæ, Bononiæ, Mantuæ, Parmæ ab hinc uſque ad Quadrageſimam, ita tamen ut proxima quæque Civitas equi-
A ratum, peditatumque ſummittat, &, ſi Parmenſium, Mutinenſium, Bononienſium, Mantuanorum, aliorumve ab Imperatore aut à Legato ejus, aut Urbi obſidio, aut agris vaſtatio inferetur, me auxilio adfuturum. Bononienſes non niſi XL. ſagittarios in ſingula præſidia dare cogantur. Alexander literas ad Epiſcopum, & Conſules Bononiæ Anagnia dedit, præcipiens, ut jura Nonantulani Monaſterii conſervare, ejuſque bonis parcere vellent. Hildebrandus Legatus Conſules monuit, ut Nonantulanos injuſto à ſe ſacramento obſtrictos exſolverent, & coram ſe convenirent. Franciſcus Andalus Albertum Griſo-
B num Sacerdotem, dum in æde D. Margaritæ ſacris ad aram operatur, novo impietatis exemplo obtruncat; verum cum ſe Bulgarorum in atrium recepiſſet, à Griſonis ſupervenientibus oppreſſus, atque confoſſus; quietæ adhuc Civitatis ſtatum primos fortaſſe ſolicitavit. Fridaricus, qui Lombardiæ rebus prope deſperatis abſceſſerat, ubi tumultus Germanicos alieno tempore
concitatos compoſuit, ſequenti anno ani- 1174
mum ad ulciſcendos eos, qui adverſus ſe conjuraverant, retulit. Qua re in Italiam nunciata magnus repente terror omnium animos occupavit. Eo anno Bononiæ Conſoles fuere Rodulfus Rainerius, (89) Ro-
C dulſus Capellus, Rolandus Petrius, (90) Petrus Milancina, Albericus Aldia. Eorum auctoritate Collegium armorum eſt inſtitutum, quod Lombardorum dixerunt, atque iis præſentibus pridie Kal. Julias incolæ Badali & Baptidici (91) in Conſilio communis jurarunt, ſe finem inimiciriarum facere cum iis, à quibus Imperatoris cauſſa violati fuiſſent, promiſeruntque, ſe caſtra in auctoritate Bononienſium retenturos, ac pacem & bellum cum iis habituros, quibus juſſiſſent Conſules, aut Prætor, aut Prætores, qui pro tempore fuiſſent. Fridericus IV Nonas Octobris in Italiam regreſſus IV. Kalen. Novembris obſidione Alexandriam cinxit, ac Chriſtianum adverſus Bononien-
D ſes, à quibus ſe graviſſimam præter ceteros injuriam accepiſſe exiſtimabat, cum parte exercitus deſtinavit. Id ubi cognovere Bononienſes, quo accuratius omnia domi foriſque curarentur, comitia Conſularia longe diverſa ratione inſtituerunt. Nam & ſeptem Conſules, quot nunquam antea, & Collegiorum lectione, quod tum primum, crea-

(86) Concordant *Matth Griffon. col. 107. dalle Pugliole col. 243*, *Vizan. lib. 2. fol. 74. Ghirardacc. fol. 91. Falcon. de' Veſc. di Bol fol. 180.*
(87) Renovatio fœderis percuſſi primùm de A. 1167., & iterum confirmati A. 1168. ut ſupra: *Ghirardacc. d. fol. 91. Vizan. lib. 2. fol. 74. Falcon. fol. 181.*
(88) Carboneſia gens apud nos ampliſſima, & nulli nomine, dignitate, rebuſque geſtis ſecunda hic verò Oſpinellus demum de A. 1199. in haſtiludio deceſſit per *Dolfi Fam. Nob. di Bol. fol. 243.*
(89) Ex hac perſplendida Familia ad ſuperiorem uſque ſeculum prolata floruit ejus noviſſimus *Valerius Rainerius*, alias vulgo *Ranieri* genere nobilis, & Civis pro rebus de Patria ſcriptis valde illuſtris, quæ MSta adhuc in Bibliotheca Fratrum Eremitarum S. Auguſtini ad S. Jacobum Majorem ſervantur, apud quos denatus die 14. Novembris 1613. eſt in avito majorum tumulo conditus: *Orland. de' Scritt. Bologn. fol. 255. Ipſo quoque in Elog. Script. Hiſt. univ., & partic. Patriæ §. Valerius Rainerius.*
E (90) Ideſt *Petra*, quæ fuit gens Bononiæ ampliſſima, & pluribus nominibus ſplendida, ut paſſim ex hiſtoria noſtra evinci poteſt, & faciunt relata à *M. Elіſ. Sororo in ſuis Ephem. Vir. illuſtr. in S. Domin. de Bonon. quieſcen. fol. 15. 46. 65. 70., & 116.* Tempore porrò civilium bellorum hinc quidam ex eadem familia migravit, & in Patriam Neapolitanà Urbe aſſumptâ, domicilium ibi fixit, ac novam gentem ſuſcitavit, ex qua modò vivit *Emin. Vincentius Maria Petra S. R. E. Card.* verè ampliſſimus, qualam ſua docta Commentaria ad Conſtit. Pontificias probant abs me pluries in his quoque Notis ideo etiam allegata, ut ejus memoriam facerem, mihi per humanitatem ſuam plurima neceſſitudine conjuncti.
(91) *Gherardacc. fol. 92.* horum Oppidanorum deditionem factam, acceptamque die 13. Julii aſſerit hoc A. 1174. ergò non 30. Junii, ut hic Sigonius: facit quoque *Vizan. lib 2. fol. 75. M. Eliſ. Soror in Hiſtoriog. §. Badalum, & §. Battidicum.*

crearunt, Vidonem Perticonum, Rolandos Henricum & Ramponum, Bernardum Vedranam, Petrum Gariſendum, Muſum Aſinellum, & Prendipartem Scozaprevedam.
1175 V. Idus Januarii (92) imminente bello, quod gratum Civitati fuit, Olivetani Legatis miſſis jurarunt, ſe retenturos caſtrum in poteſtate Civitatis, nec paſſuros eſſe in caſtro hoſtes ejus, donec eſſet bellum cum Friderico. Cum autem ex vicinis locis multi Olivetum commigraſſent, placuit Conſulibus, ad allieiendos in tantis rerum aſperitatibus ceteros, novo eos beneficio cumulare; itaque IX. Kalen. Februarias ita decreverunt. „ Nos Conſules Vido Perticonus, „ & Collegæ ex Conſilio noſtrorum Sapien„ tum, qui jurejurando tenentur nobis „ conſilium dare, ſtatuimus, ut omnes, „ qui commigrarunt Olivetum Civitatis „ aſciſcendæ cauſſa, ſint immunes ab omni „ tributo, & functione, & eodem jure „ ſint, quo veteres Oliveti Cives. Interea Bononienſes ſocias Civitates de ſuo periculo admonuerunt, atque, ut ſibi præſto ex fœderis lege adeſſent, rogarunt. (93) Quod autem à Florentinis, Tuſciſque ceteris, qui cum Friderico ſentiebant, periculum ſibi imminere viderent, Sancaſſianum, quod paulo ante, ne ſibi cuſtodiendum eſſet, diruerant, reædificarunt, ut eo munimento objecto Tuſcorum in ſe impetum retardarent, atque octavo Idus Februarias trecentorum peditum præſidio confirmarunt; ob eam rem Chriſtianus, eum exercitum in hæc loca duxiſſet, ab ejus loci oppugnatione bellum ſibi ordiendum putavit, atque ita Imolenſium, Cæſenatum, & Ariminenſium auxiliis ſeptus eò abſceſſit. Verum, cum ipſum, à Prendiparte Conſule cum trecentis equitibus, totidemque peditibus teneri, atque acriter defendi reperiſſet, difficiliorem, quam putaverat, oppugnationem nactus, locum obſidere inſtituit. Interea à fœderatis Civitatibus auxilia miſſa advenerunt, à Mediolanenſibus equites trecenti, à Veronenſibus, Brixianis, & Placentinis ſingulis totidem, à Parmenſibus quadringenti, à Ferrarienſibus duceoti quadraginta, à Regienſibus & Patavinis ſingulis duceni, à Mutinenſibus centum, à Sophia Comite ſexaginta: ſumma omnium duo amplius millia: publico ſumptu comiter omnes præter Ferrarienſes, & Placentinos excepti, qui ſe ſuis ſumptibus aluerunt; ad hæc montani evocati, (94) & Civium, qui arma ferre poſſent, numerus ingens conſcriptus. Cum his omnibus copiis Bernardus Vedrana, & Petrus Gariſendus Conſules auxilio eorum, qui Sancaſſiani obſidebantur, profecti. Eorum adventu cognito Prendipartes haud ſibi dubitandum putavit, quin eruptionem in hoſtem faceret, eumque ancipitis prœlio fortunæ perterrefactum obſidionem ſolvere cogeret. Neque aliter, quam putarat, evênit. Nam irruptione repente facta Chriſtianus, ne circumveniretur, veritus, non ſine aliquo exercitus ſui detrimento caſtra inde movit, atque ad pagum Caſſellarum (95) ſe retulit. Conſules Sancaſſianum, ne ibi præſidium tenendum eſſet, rurſus incenderunt, atque Bononiam verſus copias reduxerunt. In itinere in equites quoſdam, quos Chriſtianus prædatum immiſerat, incidentes, avidius eos inſecuti cum ad Claternam vicum perveniſſeat, repente præter opinionem ab equitatu Chriſtiani opprimuntur, qui forte in inſidiis in ſylvis quibuſdam conſederat. Ibi quanquam fortiter pugnantes uſque ad Idicem amnem ſe receperunt, multi tamen in poteſtatem hoſtium conceſſere. Chriſtianus Medicinam occupavit, & Vetranâ exuſtâ, turrique vicanorum diruta, cum quidquid inter Caſtrum Brittorum, & pagos Ozanum, & Piceiocalvum erat, (96) villis omnibus incenſis, vaſtaſſet, caſtra ad Idicem fecit. Mediolanenſes interea delectibus vicinorum aſſumptis carrocium Alexandrinorum auxilio eduxerunt, qui die Paſchatis cuniculo Friderici obſtructo, eum repente eruptionem ex Urbe feciſſent, Friderici caſtra tanta mole adorti ſunt, ut ipſum ſibi conſulere fugâ coëgerint. (97) Itaque Papiam regreſſus, ac mox ab Henrico Duce Saxoniæ fratris filio derelictus, pacem cum Lombardis, inducias eum Alexandrinis pepigit,

(92) Non hac die, ſed 5. Januarii 1175. deditionem factam narrat *Ghirardacc. d. fol. 92. Vizan. fol. 75.* de Olivetanis verò in ruſticanos, campeſtreſque homines jam redactis, actum alibi ſupra, & facit *M. Eliſ. Soror. in Hiſtoriog. §. Olivetum.*

(93) In Conventu nempè Placentiæ celebrato inter fœderatas Urbes die 31. Januarii 1175. cui pro Bononienſibus Timo Zacharia interfuit eques ſplendidiſſimus, ac qui principem ſe fecerat hoſtilitatis in Ænobarbum, quem ideò depinxit humi proſtratum, & per vulturem extis roſtro, lenta mortis ſupplicio, exenteratum: *Egnat. ad Ghirardacc. fol. 92. poſt med. Vizan. fol. 75.*

(94) Oppidanos intellige a Caſalichio Rheni ſupra, uſque ad Bononienſium Territorii fines, ubi plura, & inſigna pro eo tempore Caſtella, quorum ruinis, atque ruderibus ſparſa loca adhuc conſpiciuntur; Hi cuncti ergo ſub Duce conveniebant, cui titulus, Capitaneus Montanearum militiæ, vir ſtrenuus ſemper, & equeſtri dignitate fulcitus; iiſdem Vexillum, & in eo inſigne, porcus gradiens faſcia candida ſignatus in Campo argenteo, & intra quercum viride ſceptum, quo ſtemmate gens Vizzana uſa eſt, forte vel quia prima dignitatem ſuſtinuit, vel quia ſæpius, atque diu à ſuis geſtum munus eſt: *Egnat. ad Ghirardacc. d. fol. 92., Vizan. fol. 75.*

(95) Eſt locus 3. lapide à Bononia diſtans, qui ob hanc caſtrametationem Caſellarum nomen accepit, ab caſis ibidem ſtramine, & arborum ramis ſubitò conſtructis pro tentoriis, atque ſtationibus militum: *Egnat. ad Ghirardacc. lib. 3. fol. 93. in princ. Vizan. lib. 2. fol. 75. M. Eliſ. Soror Hiſtoriog. §. Caſelle.*

(96) Propriè loquendo appellabis *Puteocervum*, qui eſt longe amœnus locus in colle poſitus non longè ab Idice fluvio, circum quem ſunt pagi hic recitati, de quibus omnibus, ac de Claternæ vico fusè agit *M. Eliſ. Soror in ſua Hiſtoriog. §. Vetrana. §. Medicina &c* eruditè multa quoque cumulat *D. meus Co. Mutius Maria Canonicus, atque J. U. D. Colleg., & Lect. Pub. Grati in Hiſt. Caſtri Britonum*, quam me rogante conſcribet, & concordant *Ghirardacc. Vizan. ubi ſupra, & Bart. dalle Pugliole ſub A. 1175. col. 244.*

(97) Fuſiùs atque enucleatiùs hoc exponunt, *Stor. ist. de moltep. Bonon. tyrann. Sect. 10. § Reconſenda, Egnat. ad Ghirardacc. lib 3. fol. 93., Vizan. lib. 2. fol. 76.* facit etiam *Em. Baron. ad A. 1175. T. 12. n. 3. & 4. fol. 564., & ſeq., & fol. 567.*, ubi de primo dato Alexandrinis Ardaino Epiſcopo, & de ſpoliato Cruce, & Pallio Papienſi Antiſtite addit plura. *Pagi in Brevior. T. 2. fol. 56. n. 85., & 86.*

pigit, & eum Henricum abeuntem ad lacum Comenſem ſubſequutus retinere non potuiſſet, Italia ceſſit. Populus Bononienſis advocata in Curia D. Ambroſii concione venditiones bonorum eorum Civium ratas fecit, qui priore anno, quod cum Friderico
1176 co ſenſerant, hoſtes fuerant judicati. Conſulibus inde Timone Zacharia, Petro Centano, Henrico Fracta, Alberico Scannabecco, Hugone Subio, Buallello Buallellio, & Arimundo Ocelletto menſe Januario novum ſacramentum à moderatoribus Civitatum fœderatarum eſt conceptum, quo ſe Alexandriam tutatoros, neque pacem, neque inducias cum Friderico facturos, &, ſi exercitus ejus in Italiam veniſſet, pro viribus exacturos, & res, atque homines ſocietatis ſervaturos jurarunt. (98) Conſules inde Bononiæ duo adverſus Chriſtianum longe lateque omnia pervaſtantem egreſſi ad Medicinam prœlio conflixerunt; verum turbata acie in fugam verſi multos ex ſuis amiſerunt. Fridericus Junio menſe in Italiam ingenti cum exercitu rediit. Ad cujus rei nuncium Mediolanenſes exciti, ſociis advocatis cum carrocio ad Lignanum ac Barillanum, Seprienſis oppidi vicos progreſſi ſunt. Neque ſegnius Fridericus, uxore Comi depoſita, Papienſibus, & Comenſibus adjuvantibus, adverſus eos proceſſit; verum commiſſo prœlio, cum vim hoſtium ſuſtinere non poſſet, una cum exercitu fugæ ſe dare coactus in maximo ſalutis ſuæ diſcrimine Chriſtianum ex agro Bononienſi cum exercitu revocavit. (99) Eo profecto, Bononienſes Viſanum receperunt, atque caſtro in-

A cendium intulerunt; in incolas, ut in rebelles, animadverſum. Interea cum Fridericus, accepto detrimento, rei pecuniariæ inopia, & conſtanti hoſtium conjuratione permotus ſponte ſua mitiora cogitare, & ad pacis conſilia inclinare inſtituiſſet, facile à ſuis inductus eſt, ut Legatos de pace ad Alexandrum miſerit. Neque Alexandro ingrata ea Legatio fuit; itaque res variis utrinque ferendis poſtulatis extracta tandem pridie Kal. Septemb. ita convênit, ut Alexander Friderico pacem, Fridericus Lombardis inducias in VI. annos concederet, & ut Fridericus Mutinam, Alexander Bononiam communis colloquii gratiâ accederent.
B (100) Interea rebus ad pacem concordiamque ſpectantibus Bononienſes decreverunt, ut incile aquæ, quod multo ante fuerat è Sapina torrente, parato ad id alveo, derivatum ad frumentarias molas circumagendas locaretur; populus frequens in Curia Ambroſiana eam locationem jurejurando per apparitorem publicum concepto ratam fecit. (101) Poſtero anno Pinamon- 1177
te Præturam gerente, (102) Alexander Anagnia, conſcenſis Gulielmi Siciliæ Regis triremibus, Venetias eſt devectus. Ibi Friderici Oratoribus Mutinâ miſſis ſuſpectam colloquio Bononiam arguentibus, ac locum alium congreſſui habendo poſtulantibus, Fer-
C rariam conceſſit, eòque ipſe adiit. Ibi cum eſſet, pridie Nonas Maji Canonicis Bononienſibus indulſit, ut perpetuum habere Syndicum poſſent, prout ex voluntate Epiſcopi, auctoritate Hildebrandi Cardinalis Legati, Conſulum Civitatis, aliorumque Sa-

(98) Repugnat ſibi *Sigonius*, dum paulò ſupra pacem eum Lombardis pepigiſſe Fridericum ſcribit, & porrò hic confirmatum iterum à Civitatibus Ligæ vetus hoſtilitatis fovendæ fœdus notat, quod *Baron. Ghirardacc. Vizan*, & reliqui confirmant. Eſt autem veritas, tractatum de pace inter Cæſarem, & Papam, ac inter Fridericum, & fœderatas Urbes utique fuiſſe, ſed pariter
D tamen nihil fuiſſe decretum atque ſancitum, ut eodem *Baron. T. 2. fol. 574 ſub n. 20.*, proindeque durante, in quo erat ſtatu Ligæ negotio, per novos Conſules, & Urbium Rectores renovatum, ſive melius ratum partæ ligæ fœdus eſſe habitum. *Egnat. ad Ghirardacc. lib. 3. fol. 93*, ubi quod hæc rethi habitio Bononiæ eſt ſolemniter habita in conſpectu omnium Magiſtratuum, & Doctorum Juris Interpretum ſuis palatinis variis, & cum togis purpurais ſplendidè indutorum die 27 Januarii, & adſtipulatur *vetuſtiſſ. Kalend. Archigym. in Januario*, ibi:
„ 27. S. Jo. Chriſoſtomi Ep. Conſtantinop
„ Eccl. Doct., & hujus Archigym. Pro
„ tect. à Celſiſſ. D. Theodoſio Jun. Cæſ.
„ Aug. dat. in ejuſdem Stud. Gen. inau-
E „ gurat. A. S. 430. Vacat quoque in
„ mem. renovat. ſolemnitat per Conſ.
„ Bonon. coram noſtr. Pub. Leg. Interp.
„ juratæ ligæ cum fœderat. Lombardiæ
„ Urb. adverſùs Frid. Ænobarb. in Con-
„ ventu hac die Bononiæ habito pro tuen-
„ da parte Sanctiſſimi D. Alex. III. Pont.
„ Max. quondam hujus Lycæi Lect. pub.,
„ & noſtri Civis, A. S. 1176.

(99) Contigit ejuſmodi ampliſſima victoria, qua Ænobarbus eſt confractus, & penè deletus, die Sabbathi 4. Junii, aut Julii per *Bart. dalle Pugliole col. 244. A. 1176.*

(100) Eſt ſolus ex noſtris, qui de hujus initæ pacis negotio agat, omneſque in poſterum A. 1177. rejiciunt, quamvis verum per *Egnat. ad Ghirardacc. fol. 94.* ad initium, denuò de re, & pace hoc anno actum, ſed æque, ut anteriori, nihil ſtatutum, quia quæ Karolus, & Otho magni Cæſares Lombardis indulſerant, Fridericus auferre mordicus adhuc ſuſtinebat: *Sterlit. Sect. 10. §. Pacis negotium.*

(101) Contigit die 5. Decembris ſub A. 1176. per *Ghirardacc. p. 1. lib. 3. fol. 94.*

(102) Ex illuſtriſſima Brembatum Bergomi gente, ex qua B. ſui nominis Pinamontes, qui colitur, poſtea floruit, vir ſanctiſſimus in celebri Prædicatorum familia. Eques hic ergò togâ, belloque ſplendidiſſimus, poteſtas hoc A. 1177. Bononiæ fuit, quam auſpicatò ita eſt moderatus, ut una cum univerſâ poſteritate ſuâ promeruerit in gratiam benè actæ tal. Bononienſi Civitate fulciri: *Egnat. ad Ghirardacc. p. 1. lib. 3. fol. 94.* ubi, quod eo Prætore aula Conſiliorum in Palatio magno fuit inſtaurata, & pluribus picturis ornata, ſcilicet Imaginibus Sanctorum, Pontificum, & Virorum magis illuſtrium Bononienſium, itemque rebus ad hæc uſque tempora celebrioribus per Bononienſes, aut Bononiæ, vel in agro ſuo geſtis, opere, & manu longè clariorum Pictorum, appoſitâque hac Inſcriptione:

Commodiori Conſiliorum Conventui
Hæc, quæ dudum fuerat aſſignata
Aula,
Modò ſua præ vetuſtate penè collabens
Ære publico
In hanc nobiliorem, elegantioremque formam
Inſtaurata, & reſtituta eſt,
Additis inſuper ad vivum, interjectiſque ſuis coloribus
Sanctorum, Pontificum Rom., & illuſtrium Civium
Depictis affabrè una cum Imaginibus
Clarioribus quoq; uſq; modo aut Bonon., aut ejus in Agro,
Aut per ipſius Municipes
Geſtis rebus,
Ut quæ ornamentum publicum adaugent,
Et optimè de Patria meritorum perennant recordationem,
Nepotes etiam ad imitationem ſpe paris honoris
Trahant, & alliciant
A. S.
CIↃ C. LXXVII.
Pinamontio de Brembate Bergomenſi Bononiæ
Prætore.

Sapientum conſilio fuerat conſtitutum. (103) A Ceterum novis ſuboctis ſuper futuro colloquio loci ipſius gratia controverſiis, demum utriuſque dignitati, & ſecuritati magis convenire eſt viſum, ut Venetiarum in Urbe congrederentur. Ita Alexander ſecundo Pado Venetias eſt reverſus, (104) atque eòdem Fridericus advênit, atque in Patriarchio pacem cum Alexandro compoſuit, Kal. Auguſti inducias cum Lombardis pactas confirmavit, cui cum Prætores Lombardorum adeſſent, inter ceteros pro Bononienſibus Pinamons Prætor interfuit. (105) His actis XI. Kal. Septemb. Prætores Bononienſis, ac Mutinenſis his inter ſe verbis pepigerunt. „ Nos Pius, & Pinamons Prætores „ Mutinæ, & Bononiæ juramus bona fide „ præſtitutos vias induciaſque inter Muti- „ nenſes, & Bononienſes omnibus, præter- „ quam furibus, latronibus, falſi compertis, & utriuſque Civitatis hoſtibus, & „ quicunque latrocinium commiſerit, ne- „ que damnum arbitrio utriuſque Civitatis „ ſarciverit, edicto noſtro perſecuturos. Eo anno durior annona fuit, frumentum ſolidis XXXII. (106) in ſingulos ſextarios ſtetit; cum Alexander numerum Cardinalium adaugeret, Leſchium Craſſum Bononienſem Presbyterum tituli S. Gabinii, & Suſannæ allegit.

B

(103) *Falcon de' Veſc. di Bol. lib. 2. fol. 162.* adhæret, & ſequuntur *Sigon. eod. tract. lib. 2.* atque etiam *Ghirardacc. fol. 94.*

(104) Ingreſſus eſt autem Venetias die 10. Maji 1177., namque VII. Idus Majas exivit Ferrariâ, & fine mora Venetias, ut ſatisfaceret Friderico, qua convenit bonum Paſtorem agere, deperditas oves quærentem, remeavit: *Baron. T. 12. fol. 583. n. 20. Dulcin. lib. 4. fol. 180. Egnat. ad Ghirardacc. d. fol. 94.*

(105) Hanc rem expreſſit fuſiùs Sigonius ipſe in Hiſtorie de Regno Italiæ quam brevibus hic verbis expoſuit; vide etiam *Storiit. de mul. tip. Bonon. tyrann. ſect. 10. § compoſitæ. Egnat. ad Ghirardacc. lib. 3. fol. 94. Vizan. lib. 2. fol. 76. Dulcin. lib. 4. fol. 180. Falcon. de' Veſc. di Bol. lib. 2. fol. 162. Baron. T. 12. A. 1177.* C *fol. 583., & ſeq. n. 20. 22. 23. 27. 28., & 29. Pagi in Breviar. T. 2. fol. 57., & ſeq. n. 92. 93., & ſeq. dalle Pugliole col. 244*, & concordat vetuſtiſs. *Kalend. Archigym. in Auguſto*, ibi:

„ 1. S. Petri ad Vincula Patroni Colleg.
„ DD. J. Conſultorum qui ideò cum
„ ſuis inſignis Palatinis, Variis, & To-
„ gis purpureis deſcendent in S. Petri
„ Eccl. Majorem, & ibi de ſtallis, &
„ banchis apparatis intererunt celebra-
„ tioni Miſſæ in honorem d. S. eorum
„ Protectoris, in cujus honorem D. Prior,
„ vel Decanus, actâ Miſsê, habebit Ora-
„ tionem laudis S. Petri, quemadmo-
„ dum & ita fiet per DD Canoniſtas
„ die 25. hujus menſ., ut infra. Hac
„ die reddita demum Pax eſt Eccleſiæ per
„ recognitionem factam a Friderico I. D
„ Cæſ Ænobarbo de D Alexandro III
„ Cive, & quondam hujus noſtri Stud.
„ Gen. Pub. Lect. in legis. Pontif. Max.
„ apud Venetias A. 1177. coram S R. E.
„ Card. Ep. &c. Imperii Magnat. Baron.
„ &c., & Lombardorum Colligat. Ur-
„ bium Conſulibus, & Rectoribus, cum
„ quibus item ſtabilita paulo ante, &
„ ſcilicet die 6 Julii Tregua ad VII.
„ annos, hodie poſtea publicè, palam,
„ & ſolemniter ſignata, & confirmata
„ eſt, cui pro Bononia, & Bononienſi-
„ bus ſeſe ſubſcripſit D. Pinamontes de
„ Brembate Bergomen. noſtre tunc Præt.,
„ & inde Civ. Bonon. cum totâ ipſius
„ poſteritate in perpet. Poſtò eadem
„ Pax, & Tregua fuit iterum confirma-
„ ta die 16. currentis menſis in Synodo E
„ per eumdem D. Papam Venetiis ce-
„ lebrata, cui interfuerunt iidem Papa,
„ & Imperator, ac conſederunt duo ex
„ Doct. noſtris, & demum die 17. Sep-
„ temb. ejuſdem A. Imperator, & ſui
„ Magnates d. Paci ſe ſubſcripſerunt, &
„ illius chartam ſuis ſigillis munierunt.

(106) Fortè ut ſuperſtitioſius latiuè loqueretur, minus veritatem propius attingere curavit, namque ſolidos memorando, addere debebat, Piſanos; itemque pro frumento triticum, & vice dicendi in ſingulos ſextarios, in ſingulas corbes ſcribere compellebatur. Etenim ſolidi Piſani ad comparationem noſtræ monetæ erant ejuſdem valoris, ac erant noſtri veteres Bononeni argenti, qui in ratione monetæ currentis idem valebant, quod valent hodie X. oboli, ſive Bononeni æris, quorum XX. faciunt liram, ad quam componendam LX. quatreni, ſive CXX. danarii ideales requiruntur ex latè per me firmatis de *Vet. Bonon. arg. Bonon. per tot.* Piſani namque, Turonenſes, Veronenſes, & Bononeni, modò addatur *Solidi*, erant omnes argenteæ monetæ ejuſdem propè ponderis, & ipſiuſmet valoris X. nempè obolorum, ſive Bononenorum æris, qualificatione valoris ſunt hodierni Julii, & Pauli, loquendo de Monetis Romanorum, cum quibus tamen nulla præter eumdem caſualem valorem intercedit communicatio; nam noſtros habemus *quatrenos*, *bagaronos*, à Bagaroto Populi Capitaneo, qui eos primus cudi fecit, item *Bologninos* æris, *liras argenteas*, *Scutos* item *argenteos*, qui valent liras IV. idest VIII. Bononenos argenti, ſive LXXX. obulos, vel Bologninos æris monetæ currentis, & demum Scutos aureos alias Ducatos, ſive Florenos, & Bononenos auri, cum quibus, & ſub quibus noſtræ monetis commercium apud nos agitur, & contrahimus. Quod ſi dicatur ſimpliciter, vel legatur: Piſanos, Ticinenſes &c. aut Nummos Piſanos, Nummos Ticinenſes &c. tunc idem eſt in ratione currentis monetæ ac dicere obolos, ſive Bologninos æris, monetas ſcilicet æreas valoris VI. dumtaxat quatrenorum, & XII. danariorum idealium, quorum CXX. ex ſuprafirmatis liram idealem componunt, prout cetera hac data diſtinctione benè procedit *Gob. de monetis q. 2. n. 46. fol. 287.*

Quia verò hic adeò exiguus monetæ valor nullatenus eſt componibilis cum excedenti eo nimis pretio, quo legimus tunc appretiatum, contractumque in durâ cariſtia, & fame triticum, experientiâque & heu nimis probatum alias, comprobatumque habemus ad ſolam ſuſpicionem, aut ſimplicem etiam rumorem non dixerim jam ſterilitatis, ſed vel minoris ubertatis, eo uſque horreis continuò pro tritico, cellis vinariis pro vino, & ruſticis officinis pro cetuæ combuſtibilibus clauſis, triticum, vinum, ſarmentaque creſcere, quòd ſine miſericordia pauperes fame, & frigore mori coguntur, ac quòd Magiſtratus, ne ita illi occumbant, compelluntur pro ſua authoritate ad cogendos divites, ut venalia, quæ domi habent ſuperflua exponant, illaque humano, diſcretoque pretio vendant; legendus proinde ad concordanda verbo facta, in hac eſt Sigonius: triticum ſolidis XXXII. Piſanis in ſingula corbe ſtetit: hoc eſt in comparatione præſentis monetæ: triticum valuiſſe hoc A. 1177. liras XV. pro qualibet corbe, quatenus hoc uniformatur magis rationi, veritati, & exemplis; rationi, inquam, juxta expoſita; veritati ad relata per *Bart. dalle Pugliole ſub hoc anno col. 244. Ghirardacc.*, & *Egnat. ad eum lib. 3. fol. 94.* exemplis demum, nam de Anno

1648. ex Kalmerio 12. Julii, Fabio Gozzadini Vex. Juſt. Triticum vendebatur pro qualibet corbe ad rationem uſque librarum XX.

1649. ex Kalmerio 6. Auguſti, Marchione Antonio Legnani Vex. Juſt. valuit liras XVI.

1656.

1656. ex Kalmerio 8. Septembris, Georgio Ludorico Bianchetti Vex. Juſt. appretiatum eſt liris XIII

1709. ex Kalmerio 9. Auguſti, March. Franc. de Via Juſt. Vex. vendebatur ad rationem lirarum XIII., & ſol X., & de Anno

1716. qui voluit habere triticum, debuit illud emere pretio lirarum XIV. XV., utque etiam XVI. pro qualibet corbe.

Dicas verò oportet triticum, & non frumentum, propter rationes, de quibus *Kanchder in apparat. propriet. verb. §. frumentum, & § triticum*; apud quem celiqui. Cæterùm quod velim ad hæc obſervent Lectores in materia monetarum Bononienſium ad id ſpectat, Liram nempè eſſe quidem apud nos, ac apud alios vocabolum deſignativum valutæ idealis, quæ conſtat XX. partibus itidem idealibus, ſed non per hoc tamen eſſe ita ſpecificum, vel adeò individuum, quin ſi tot partibus, vel iiſdem ſemper uniformibus, & æqualibus conſtet, adhuc non ſit apud nos vocabulum generale, & videlicet tale quod minimè ſolis 20. Obolis, ſive Bologninis æris componatur ad formam hodiernæ praxis, planè, ſed & etiam tale, quod componi poteſt, ut dudum ſiebat, modo majoribus, & modò minoribus valutis, ſive monetis veris, & realibus, ſalvo quod uniformes ſemper tamen ſint, & n. tantum XX., nec ultra, quemadmodum legimus de liris Bononenorum argenti, & de liris lirarum argentearum, de liris Piccionum, de liris Carrociorum alias Carrocenorum, de liris Columbiorum, de liris Biſcionum &c. Siquidem poſitis eo. ex his monetis in qualibet lira componenda, pro ut ſit de Obolis, & Bologninis æris; qua ratione reſultat, liram Obolorum importare ea. Bononenos æris, ſive 120. quattrenos, & 240. dinarios ideales, ita reſultabit, cæteras liras importare eam ſommam auctam, quam tot monetæ ad rationem valoris cujuslibet ipſarum aſcendunt, adeoque tota ratio computi refertur, ut ſciamus, qui, & qualis valor ſit ſingulæ ſpeciei monetarum, quibus lira effingitur conſtare, nam ſtatim ac id ſit manifeſtum, continuò etiam haberur valor exinde reſultans, non ſecus ac hodiè in more eſt apud Anglos quo ad ſuas liras Sterlingas, de quibus *Gob. d. fol. 287. n. 47.*, & ratio apud majores quare ita ugerent, ſcitur hæc, ut citius ſe expedirent ſcilicet in numerandis magnis ſummis, ad quod facilius inſuper habendum, cudi exindè, & poſtea cœperunt monetæ argenteæ majores, & demum aureæ, atque ita per unum Ducatum auri ſtatim intelligimus liras VIII $\frac{1}{c}$. noſtræ valutæ quod item eſt de Florenis alias Liliatis Florentinorum, de Ungaricis aureis, de Ziglinis Venetis, de Duplis Italiæ, Hiſpaniæ, & Galliæ, quas vocant *Luigi*, quandoquidem juxta præſentes, currenteſque valutas, Florenus, ſive Liliatus apud nos computatur hæc cum ſcribo pro liris X. 7. Ziglinus pro liris X. 10 Ungaricus autem pro liris X. Duplæ Ital. pro liris XVII & Duplæ Hiſpanicæ, & Galliæ pro liris XVIII. ſupplente ita metalli unius monetæ majori bonitate, ulterius metalli inferiorem pretioſitatem; his præmiſſis pro corollario noſtrarum Notarum ad hunc Librum, addimus hic quoque ad eorum ornatum, & rerum noſtrarum uberiorem intellectum ſequentem veterum noſtrarum monetarum Exegeſim, potiſſimum eam poſtquam nullus qui ſciam adhuc omnino ſub oculos poſuit.

EXEGESIS

VETERUM MONETARUM BONONIENSIUM

Alexandro Karoli primum, inde Alexandro Karoli Antonii, atque demum Alexandro Jo. Antonii Macchiavelli F. Authore.

XX. I*Siades etruſci argentei faciunt unam liram Iſiadum argenti, ac quia Iſiadus quilibet argenti fuit valoris V. obolorum, ſive Bononenorum æris monetæ currentis, ideo d. una lira Iſiadum argenti importat liras V. obolorum, ſive Bononenorum æris monetæ currentis.*

Hæc fuit, ut fertur, prima moneta, quæ Bononiæ ſignata per Etruſcos Reges reperitur, Iſiadis nomine ab Iſide appellata, Numine quondam apud nos celebratiſſimo, cujus Icon, Bos nempe, aut Vitulus gradiens ſupra aram conſpiciebatur, contra verò, ac in poſtica facie, litera T. cum ſuperextante angue, qua hyeroglipbico ſalus publica etruſco Simbolo ſignificabatur. Egnat. in not. prælimin. ad Ghirardacc. fol. 5.

XX. *Rhemnii Bojales argentei faciunt unam liram Rhemniorum argenti, ac quia Rhemnius quilibet argenti fuit valoris IV. obolorum æris monetæ currentis, ideo d. una lira Rhemnium, aut Rhemniorum argenti importat liras IV. obolorum, ſive Bononenorum æris monetæ currentis.*

Altera hæc fuit moneta Bononiæ cuſa per Gallos Bojos Rhemni vocabulo, aut à Rhemnio eorumdem Ductore appellata, aut à Rhemnio amne prope Bononiam decurrente, cui ex Gallia ſua id nomen imponere placuit, quamquam poſtea gratioris expreſſionis cauſſa, Rhenus Fluvius dici cœperit. Antica facie nummus caſſidem militarem criſtatam, poſticâ verò gladium porrectum inter medias has literas BO.NA. *præſeferebat, quaſi dimicatione paratos Gallos ad tuenda Bona referrent, vel corroptum ederent Urbis nomen, fermè per notas, Bononia.* Egnat. d. fol. 5.

XX. *Cololælii argentei faciunt unam liram Cololæliorum argenti, ac quia Cololælius quilibet argenti fuit valoris V. obolorum æris monetæ currentis, ideo d. una lira Cololæliorum argenti importat liras V. obolorum, ſive Bononenorum æris monetæ currentis.*

Tertia hæc fuit moneta Bononiæ ſignata exactis per Romanos Gallis Bois, deductâque Bononiam Colonia, authore præſertim C. Lælio Africano Conſule, cujus eſt nomen in voce appellativa Nummi, quæ eſt: Colonia Lælii; Eſt Icon faciei, pileus ſuppoſita jugulo erecto, quæ fuit nota Romanæ libertatis, ac circumſcriptis literis, Col. Bonon. deduct. *Retro faciei porrò Corona quercea, ſive Symbolum Civitatis donata, additis per gyrum verbis:* L. Cor. Scip. Af., & C. Lxl. Af. Coſs. *Vide* Egnat. fol. 5. & 6.

XX. *Trivirii argentei faciunt unam liram Triviriûm argenteorum, ac quia Trivirius quilibet argenti fuit valoris V. obolorum ut ſupra, ideo horum una lira reſpondet liris V. monetæ currentis.*

Quam

Quarta hæc fuit moneta Bononiæ honoris tum etiam, ut crediderim, cauſſa poſt Triumviratum in Agro noſtro ſequutum cuſa, quemadmodum apprimè nomen ipſum Nummi exprimit, in quo ab una facie tria ſceptra ad modum radiorum aderant cum literis per Orbem: C. Jul. Octav. M. Ant., & M. Æmil. Lep. III. Viri, *in altera verò, & adverſa, globus terræ conſpiciebatur æquè in tres partes ſecatus cum inſcriptione:* Imp. Rom. ap. Bonon. diviſ. *per eumdem* Egnat. d. fol. 6.

XX. *Ducati argenti faciunt unam liram Ducatorum argenteorum, & quia Ducatus quilibet argenti fuit valoris VII. obolorum æris monetæ currentis, ideo d. una lira Ducatorum argenti reſpondet valori lirarum VII. obolorum æris monetæ currentis.*

Quinta, ut putamus, hæc fuit moneta Bononiæ per Exarchos cuſa, utpote qui nomine, & loco Cæſarum Orientalium Italiam ſummo jure moderantes, abs erecto hic Ducatu, monetam quoque Ducatos appellarunt, adeòque ſicuti in antifacie Cæſaris imago Regnantis cum ejus nomine, & titulis per gyrum ſcriptis adſpiciebatur, ita in retro facie Exarchus actu præſidens apparebat cum ſuo quoque nomine, ut puta: Jo. Platone Exarcho: Vide Egnat. d. fol. 6., & Storlit. de multip. Bonon. tyrann. Sect. 4. §. Per hæc tempora.

XX. *Cattanis argenti faciunt unam liram Cattaniorum argenti Bononiæ, & quia Cattanius quilibet fuit valoris VIII. obolorum æris monetæ currentis, ideo d. una lira Cattaniorum æquivalet valore lirarum VIII. obolorum, ſive Bononenorum æris monetæ currentis. Sexta hæc fuit Moneta Bononiæ, & à Bononienſibus jure, & privilegio ſibi à Deſiderio Longobardorum Rege facto ſignata circa A. S. 769., quæ conflata erat ex valde puto, puſulatoque metallo, atque ideo ſummo in pretio habita; Ipſi erat facies S. Petronius Epiſcopus, & princeps Patronus Bononiæ cum his literis:* S. Petron. Ep., & Prot. Bonon. *Retrofacies autem Lambarda erecta à duobus ſtochis ſecata, cum Inſcriptione per gyrum:* Cattaniat. Jur. adept. *intellige jura Regalia per Deſiderium Regem largita huic Patriæ, quorum hieroglyphica Hallabarda, & Stochi erant; A Cattaniato igitur adepto, Cattanii nummi appellati.* Egnat. fol. 7. Agneſ. Polit. Felſ. num. 10. Alidoſ. Notiz. delle coſe notab. di Bol. fol. 198.

XX. *Franchiſi argenti faciunt unam liram Franchiſiorum argenti, & quia Franchiſius quilibet fuit valoris VII. obolorum æris monetæ currentis, ideo d. una lira Franchiſiorum argenti reſpondet valori lirarum VII. obolorum æris monetæ currentis.*

Septima hæc fuit Moneta Bononiæ ſub Auguſtis Franchis, & quidem ſub Ludovico II. ſignata circa A. 847., utpote quia optimus hic Cæſar Bononiæ vetera jura Regalia, & præſertim hoc cudendæ monetæ reſtituit, quod exercendi imperii cauſſa Karolus cognomento Magnus ſuſtulerat. Huic ergo Nummo facies Caput coronatum ejuſdem Ludovici cum literis, Ludov. II. Imp. Aug. *retrofaciei autem Crux florita, & hac Inſcriptione:* Vet. Jur. Bonon. reſtit. *Ut obſervant* Egnat. ad Ghirardacc. fol. 7. Agneſ. Polit. Felſ. num. 11.

XX. *Bononeni argenti Bononiæ faciunt unam liram Bononenorum argenti, & quia Bononenus quilibet argenti Bononiæ ex ſupra poſitis reſpondet valori X. obolorum æris monetæ currentis, ideo d. una lira Bononenorum argenti importat liras X.*

De hac Moneta verò minimè hic plura addo, cùm longè de ea diſſeruerim in edito jam libro: De Vet. Bononen. arg. Bonon., *ubi habes etiam illius Icones, ac quidquid ad rem, ut crediderim, deſiderari poteſt.*

XX. *Carrocii, ſive Carrocæi argenti faciunt unam liram Carrocæorum Bononiæ, & quia quilibet Carrocius, ſive Carrocæus argenti reſpondet valori III. obolorum æris monetæ currentis, ideo d. una lira Carrocæorum argenti Bononiæ importat liras III. obolorum æris monetæ currentis.*

Fuit autem Carrocius, ſive Carrocæus Moneta argentea Bononiæ cuſa poſt captum Regem Hentium, devictos Mutinenſes, & confractos eorum auxiliarios A. S. 1249. ad perennandam memoriam tantæ victoriæ, imò ſplendidiſſimi triumphi, eademque ex una parte arma, ſive inſignia Communis, & Pop. Bononiæ habebat, circumſcriptis literis: Bononia Studiorum Mater: *ex altera autem Carrocii Imaginem referebat, quod Rex devictus eques ſequebatur cum his per gyrum verbis:* Hencio Rege capto, hoſteque com. profligato: Egnat. ad Ghirardacc. p. 1. lib. 6. fol. 175., *ubi ait, ſe alteram ex hic monetis conſpexiſſe in Muſæo refertiſſimo D. Joviani Guloſii, cujus non tenuem ſuppellectilem adeptus fuit Cl. Fulvius Capibovius Antiquitatum Bononienſium ſtudioſiſſimus. Meminit etiam hujus monetæ* Agneſ. Polit. Felſ. ſub num. 11.

XX. *Picciones argenti faciunt unam liram Piccionum argenti Bononiæ, & quia Piccio quilibet, ſive Piccionus argenti reſpondet valori IV. obolorum æris monetæ currentis, ideo d. una lira Piccionum argenti importat liras IV. Bononenorum æris monetæ currentis. Fuit autem Piccionus moneta argentea quædam à D. Taddæo Pepoli inter reliquas cuſa tempore ſui gubernii, cumque dominatus eſt Patriæ ab A. 1337. ad 1347., ut in ſpecie loquendo de hac Moneta ſcribit* Alidoſ. Inſtruz. delle coſe più notab. di Bol. fol. 202., & 204.

XX. *Columbii, ſive Græcunii, aut etiam Latunii faciunt unam liram Columbiorum, ſive Græcuniorum Bononiæ, & quia quilibet Latunius reſpondet valori VII. obolorum æris monetæ currentis, ideo d. una lira Columbiorum argenti Bononiæ reſpondet, & importat liras VII. obolorum, ſive Bononenorum æris monetæ currentis. Fuit autem Columbius, ſive Græcunius, aut Latunius monetæ ſpecies quædam à Bononienſibus ſuo ære ſignata, & porrò expendibilis, ſi res promiſſionibus reſpondiſſet, poſtquam inchoatum fuiſſet Concilium generale Bononiæ habendum A. 1438. pro unione Eccleſiæ Græcæ, & Latinæ cum interventu Papæ Eugenii IV., & Joannis Paleologi Græcorum Imperatoris, ac ſi idem Eugenius ſtetiſſet pollicitis, neque poſt extortos ad hunc effectum intuitu ſpecioſo pietatis, religionis, & Fidei Catholicæ promovendæ (qui tituli vix apud Bononienſes prolati, ſatis, ac abundè ſunt ad eos agendos penè dixerim ad impoſſibilia) XXX. mille Scutos, ſive Ducatos aurei in auro de ſingulorum Civium Patrimonio (atque ita Magnif. eques Franciſchinus quondam Egregii Viri, & Equitis D. Collatii J. C. de Macchiavellis impendit de ſuo liras centum per* Valer. Rinier. in Syllabo omnium Civ. Bononien., qui hanc exactionem paſſi ſunt, §. S. Maria delle Muratelle, fol. 41.) *datam fidem deluſiſſet, ac furtim, & ex inſperato clam ſub noctem diei Jovis 23. Januarii 1438. Bononia per Portam Caſtelli Galleriæ aufugiſſet, navemque aſcenſus Ferrariam ſe contuliſ-*

INCIPIT LIBER QUARTUS.

BEllo cum Pontificatu, quo tota
Italia conflagravit, extincto,
novæ deinde curæ ut princi-
pum, ſic civitatum animos oc-
cuparunt. In primis Alexander
nihil antiquius arbitratus, quàm ut Ro-
mam Urbem repeteret; (1) Romanoſque
ſibi obſequeates efficeret, Benevento Ana-
gniam, Anagnia Tuſculum progreſſus, cum
jam Innocentius in locum Caliſti mortui
creatus ſe abdicaſſet, (2) pacem ſe Roma-
nis daturum eſt profeſſus, ſi Senatores
abrogarent, aut certè ſi, antequam Magi-
ſtratum inirent, concepto ſacramento jura-
rent, ſe Eccleſiæ Romanæ fideles futuros,
nihilque adverſus dignitatem ejus molitu-
ros. Qua accepta conditione ſingulari om-
nium voluntate Urbem ingreſſus eſt. Fri-
dericus Parma Genuam, Genua Mediola-
num incredibili omnium favore Populorum
celebratus proceſſit, inde Comenſi itinere
1178 in Germaniam tranſiit. Bononienſes Pina-
monte adhuc Præturam adminiſtrante,
quippe quo præſente Joannes Epiſcopus III.
Nonas Mart. ædem D. Victoris conſecra-
vit, vicinis Populis ad ſocietatem allicien-
dis vacarunt, jampridem bellum Immolen-
ſe coquentes. Itaque Nonis ipſis Martii fœ-
dus cum Faventinis inſtauratum. „ Spo-
„ ponderunt Faventini, ſe homines Bono-
„ nienſes, Sancaſſianenſes, & Caſtrimolen-
„ ſes ſervaturos, bis quotannis arma ſum-
„ pturos, ſemel cum toto Populo impenſis
„ ſuis, iterum cum equitibus, & ſagitta-
„ riis, & ſe cum Bononienſibus, & ſine
„ illis bellum Imolenſibus facturos, & in
„ obſidione habituros, neque inde abſceſ-
„ ſuros Conſulum Bononienſium, & Fa-
„ ventinorum injuſſu. Sancaſſianum com-
„ munibus ſumptibus cum Bononienſibus
„ reſtauraturos, ubi Rectoribus, & utrinſ-
„ que Civitatis Conſilio placuiſſet. Caſtrum
„ Imolæ ſe cum Bononienſibus tutaturos,
„ neque novam ſocietatem à Faventia ad
„ Ariminum inituros. Atque eodem etiam
contra Bononienſes ſacramento Faventinis
ſe obligarunt. Quarto inde Nonas Junias
Lotharius Arbori Comes (3) receptus in
amicitiam. Ille verò Vidone fratris ſui fi-
lio in ſuam ſententiam tracto, Arborum po-
pulo Bononienſi ultro tradidit, atque om-
nes Oppidanos datis obſidibus in verba
1179 Prætoris Pinamontis jurare coëgit. Itaque
rebus ex ſententia conſtitutis ſequenti anno
ex Conſilii decreto Conſules Rolandus Pe-
trius, Petrus Milancius, Jacobus Urſius, &

A Mareſcottus Imolenſes, qui Caſtrum Imo-
læ armis iterum repetebant, & Monbel-
lienſes, qui ſe Imolenſibus junxerant, inva-
ſerunt, atque agros eorum infeſta popula-
tione inieruat. Quo terrore Cianenſes im-
pulſi Mutinæ in Palatio frequenti Conſilio
Bononienſium, ac Mutinenſium jurarunt
ſocietatem. Qui verò Roccavici Principa-
tum tenebant Conſulibus promiſerunt, ſe
caſtrum in poteſtate Bononienſium reten-
turos, atque pedeſtres & equeſtres functio-
nes ad eorum arbitrium obituros. Poſtero 1180
anno manente apud Conſules poteſtate, ac
bello cum Imolenſibus, Monbellienſibuſque
B durante, Comes Lotharius menſe Martio
novo ſe ſacramento obſtrinxit, ſpondens,
„ ſe ſervaturum Bononienſes, & res eo-
„ rum, & præceptis Conſulum obtempera-
„ turum, qui tunc eſſent, & aliorum Præ-
„ torum, qui pro tempore forent, & bel-
„ lum, pacem, inducias ad eorum arbi-
„ trium facturum, & Arborum Conſulibus
„ traditurum, & bellum cum Imolenſibus
„ habiturum, nec pacem ſine Conſulum, &
„ Conſilii voluntate compoſiturum, & hæc,
„ donec foret bellum inter Bononienſes, &
„ Imolenſes, obſervaturum, & Arborenſes
„ in hæc jurejurando adacturum. Jacobus
C Lambertinus Bononia Faventiam Prætor
accitus. Cum autem bellum cum Imolenſi-
bus, & Monbellienſibus cœptum adhuc
prædis potius agendis, quàm juſtis conſe-
rendis prœliis eſſet adminiſtratum, proxi- 1181
mo anno Conſilio placuit, ut ſumma, ſi
quando alias, ope res gereretur. Itaque ob
eam cauſam Conſulibus Vidone Buallello,
Bonacurſio Aſinello, Rolando Ardoino, &
Vidone Acarſio, cum Mutinenſibus, aliiſ-
que vicinis Populis fœdus adverſus eos re-
novatum. Mutinenſes ſpoponderunt „ ſe
„ ad annos unum & viginti auxilio futu-
„ ros Bononienſibus in tota Diœceſi Muti-
D „ nenſi contra omnes homines, inprimiſq;
„ contra Monbellienſes, bis ad bellum in
„ anno exituros, ſemel cum equitibus, &
„ peditibus, iterum cum equitibus, & ſa-
„ gittariis, octo, poſtquam vocati fuiſſent,
„ diebus, &, cum Bononienſes Sancaſſia-
„ num reficere voluiſſent, ſe equites ſuos
„ per quindecim dies pro communi ſuis
„ ſumptibus ſummiſſuros. Atque iiſdem
contra quoque conditionibus ſe Bononien-
ſes Mutinenſibus obſtrinxerunt. Exceperunt
Mutinenſes Parmam, Bononienſes Nonan-
tulam, utrique omnes fœderatas Lombar-
diæ Civitates, contra quas ſe arma ferre,
E te-

(1) Secus ſcribunt Authores rebus præſentes, & eorum temporum, etenim Romani ipſi, ex quo palparent quantis malis premerentur poſtquam ab Alexandro vero, laudatiſſimoque Papa defecerant, ac per conſequens quale, quantum bonum ſibi eſſet futurum, ſi iterum illi ſe dederent; lapidem omnem moverunt, quatenus eos Papa in gratiam reciperet, ipſeque in Urbem regrederetur. Vide *Baron. T. 12. ad A. 1178. fol. 609., & ſeq. n. 1. cum ſeq.*

(2) Quis hic Innocentius à Sigonio confictus ignoratur; namque Guidone de Crema, ali: Paſchale III. vita functo, cui ſuffectus eſt Joannes de Struma ſub nomine Caliſti III. hic idem, & non adductus Innocentius is fuit, qui abs uſurpato Pontificatu cum magna pœnitentia palam, & ad pedes Alexandri III die 29. Auguſti 1178. ſe abdicavit per *Romuald. Arch. Salern. ap. Baron. d. T. 12. fol 610 ſub n. 4. §. A Dominica, & Egnat. ad Ghirardacc. lib. 4. fol. 95. Pagi in Breviar. Tom. 2. fol 51. n 70.*

(3) Fuit quondam Caſtrum, vulgò il Caſtello dell' Albero, propè Caſtrum S. Petri in via Romana, cujus quæ extant veſtigia cognomentum retinent *del Caſtelletto*; *Ghirardacc. lib. 4. fol. 96. Vizan. lib. 2. fol. 76. Griffon. ad A. 1178. col. 107.*

teneri hoc fœdere noluerunt. Dueiani (4) verò, Caſtrimolenſes, Tauſianenſes, Arboſenſes, & Comes Malvicinus ſe Bononienſes conſervaturos, & bellum Imolenſibus pro Bononienſibus facturos promiſere. Quibus fœderibus firmatis, ac Faventinorum auxiliis advocatis Imolenſes graviore conatu, atq; intentiore cura petiti. Bello contracto, Imolenſes ſummo prœlio victi, atque extremi excidii metu graviore perterriti apud Caſtrum Imolæ deditionem in hæc verba fecere. „ Nos Imolenſes ſervabi„ mus Bononienſes, Faventinos, Sancaſ„ ſianenſes, Caſtrimolenſes, & res eo„ rum, reſtituemus captivos, quaternas map„ pas, binas Bononienſibus, & binas Faven„ tinis die D. Petri dabimus; pedeſtres, „ equeſtreſque expeditiones, ac tributorum „ collationes utriſque conficiemus; foſſas ur„ bis antiquæ complanabimus quaternos pe„ des, qua parte murus non eſt, ubi eſt, „ quatuor pedes moliemur, & binas urbis „ valvas Bononiam, binas Faventiam tranſ„ mittemus, obſides dabimus, dum bellum „ erit cum Imperatore. Comiti Malvicino „ poſſeſſiones reſtituemus. Actum apud Ca„ ſtrum (5) Imolæ prope ripam amnis. Cum autem ex fœderum tabulis, actiſque publicis Faventini ſe cum Bononienſibus triennio ante adverſus Imolenſes conjunxerint, ita ut quotannis, & cum Bononienſibus, & ſine illis bellum Imolenſibus ſe facturos juratint, tertio verò anno Imolenſes ſe Bononienſibus, & Faventinis dedideriat, profecto declaratur, nullum interea Bononienſium fuiſſe cum Faventinis bellum, quod Scriptores nonnulli contra actorum publicorum auctoritatem hoc loco interſerunt. Quinetiam Monbellienſes, quos in Chronicis quibuſdam victos, & caſtro incenſo triennio ante deletos, ſcriptum eſt, hoc anno demum ſubactos crediderim. Eodem anno VII. Kal. Septemb. Alexander Pontifex mortuus, (6) in ejus locum IV. Kal.

1183 Lucius tertius eſt ſuffectus. Poſt biennium, Republica conſulibus ad prætorem Antonium Mandellum Mediolanenſem tranſlata, cum dies induciarum cum Friderico pactarum adeſſet, ſuſpenſis de eventu rerum Civitatum fœderatarum animis opportune Fridericus conventum Conſtantiæ habuit, atque ibi Henrici filii precibus fatigatus integram pacem ſe fœderatis populis daturum, ſi legatos ea de re ad ſe miſiſſent, demonſtravit. Quod ubi Civitates cognoverunt, extemplo legatos prætoreſque ſuos Placentiam, quò conventus erat indictus, miſerunt, & cum legatis Friderici præſentibus pacem certis conditionibus tranſegerunt. Quibus pridie Kal. Majas in tabulas relatis poſtridie Kal. ipſi prætores eas ſuſcepto inter ſe jurejurando ſanxerunt. Pro Bononienſibus Antonius Mandellus prætor, idemque fœderis moderator juravit. Quibus rebus tranſactis iidem prætores cum legatis Conſtantiam perrexere, remque cum Friderico, atque Henrico præſentibus confecere. Pro Bonononienſibus idem Antonius prætor, & Rolandus Guarinus, ac Matthæus Rodulphus legati profecti, VII. Kal. Julias (7) una cum ceteris pacis tabulis conſcribendis affuerunt. Hæc pax Conſtantiæ appellata. Ejus hæ præcipuè conditiones fuere. „ Fridericum omnes in„ jurias ſibi à fœderatis Civitatibus factas „ libere condonare, atque eas ut amicas & „ fideles in clientelam recipere. Eundem „ permittere, ut regalia & conſuetudines „ ſuas tam in urbibus, quàm extra urbes „ in perpetuum haberent; extra urbes, ut „ conſuetudines exercerent, quas ab an„ tiquo exercuiſſent, vel exercerent, in „ fodro, nemoribus, paſcuis, pontibus, „ aquis, & piſtrinis, in exercitu, in mu„ nitionibus urbium, in juriſdictione tam „ in cauſis criminalibus, quàm in pecunia„ riis intus, & extra, & in cæteris, quæ „ pertinerent ad commoda Civitatum. In „ ea urbe, in qua Epiſcopus ex privilegio „ Imperatoris comitatum haberet, ſi Con„ ſules per ipſum Epiſcopum Conſulatus „ inveſtituram recipere ſolerent, ab eo re„ ciperent, ſin minus, ab Imper. Poſt verò „ prout in ſingulis urbibus Conſules con„ ſtituerentur, à legato Imperatoris, qui „ eſſet in urbe, vel Epiſcopatu inveſtitu„ ram acciperent, & id uſque ad quin„ quennium, niſi Imperator in Lombardia „ verſaretur, tranſacto quinquennio ſingu„ læ Civitates ad Imperatorem pro acci„ pien-

(4) Ducie Caſtrum eſt inter Imolam & Bononiam in Colle eminens, & valdè conſpicuum, quod ſub titulo Comitis pro ſe, & familia ſua acquiſivit die 21. Martii 1528. à Clemente VII. Laurentius Card. Campegius.

(5) Signatæ ſunt Tabulæ ibi pridie Kal. Septembris A. S. 1182. *Ghirardacc. p. 1. lib. 4. fol. 97. Vizan. lib. n. fol. 77.*

(6) Neque VII. Kal. ut hic *Sigonius*, neque VI. ex *Platina in ejus vita, fol. mihi 279 & Baron. T. 12. fol 640. n. 5.* Sed III. Kal. Septembris, ideſt die 30. Auguſti 1181. ex relatis à *Pagi in Breviar. T. 2. fol. 66. n. 120.* & concordat *vetuſtiſſ. Kalendar. Archygim.* in quo legitur:
„ 30. (Auguſti) Funus Sanctiſſimæ Mem. „ D. Alexandri III Pontif. Max.; Civ. „ Bonon. & quondam hujus Archigym. „ Pub Lect. inſignis., qui obiit hac die „ in Civit. Caſtelli, A. S. 1181. reſtituta „ pace Eccleſiæ, & univ. Italiæ.
„ Ex Decreto Pub edito die 21. Septemb. „ hoc eodem A. 1181. per Magnif., & „ Poten. DD. Conſ. Juſt. Bonon. accedent ſingulis annis de hoc menſe, die „ qua magis placuerit R. D. Archid. Eccl. „ Bonon. tanquam maj. Cancell. hujus „ Stud. gen. DD. Pub. Jur. Interpr. ad „ Anniv. Fun. haben. pro anima d. D. „ Papæ Alexandri III. ære pub. in Eccl. „ Cathed., dicente orat. fun. uno Anno „ juniore ex Magiſt. Sac. Canonum Pub. „ Lect. & alter. A. jun. ex Pub. Leg. „ Interpr. ut ſit nomen illius ſemper „ cum laude, & benedictione.

(7) Hoc clariùs eruitur ex memorato Kalendario ad menſem Junii.
„ 25. Feſt. pub. anniv. Auguſtalis fœde„ ris perpetui Civit. Lombardorum, ſive „ Pacis Conſtantiæ firmatæ hac die A. S. „ 1183. Antonio Mandello de Mediol. „ Bononiæ Prætore, & ejuſd. fœd. antea „ in S. Brigidæ de Placen. acti pridie, „ & inde poſtrid. Kal. Maji d. Anni ju„ rati, Moderatore, cum Repræſentan„ tibus Rolando Guarino pro Communi, „ & Matthæo Rodulphio pro Pop., & „ Artium Collegiis hujus Patriæ, ex „ Reſponſo noſt. J. Conſult.
„ Hinc ad diem 20. Julii Pub. Lect. ad „ Rub. Ordinarias legent alternis diebus, „ & poſtinde Inſtitutiſtæ continuabunt „ pariter alternis diebus, & ſic uſque „ ad Vigil. Aſſumptionis B. M. V.

„ pienda inveſtitura mitterent, inveſtituræ A
„ gratis fierent; Conſules fidelitatem jura-
„ rent Imperatori, antequam inirent. In
„ cauſis appellationum ſi ſumma viginti
„ quinque librarum imperialium exceſſiſſet,
„ provocatio ad Imperatorem fieret. Im-
„ perator legatum in urbibus vel Epiſco-
„ patu haberet, qui de ipſa provocatione
„ cognoſceret; Judex juratus ſecundum le-
„ ges, & mores ipſius Civitatis intra duos
„ menſes à conteſtatione litis, vel à die
„ appellationis receptæ definiret; Civita-
„ tes muros urbibus, & munitiones facere
„ poſſent, ſocios, quos haberent, habere,
„ & dimittere, pactiones: quas timore ſui
„ feciſſent, abrogare liceret. Imperatori B
„ Lombardiam ingredienti ſodrum conſue-
„ tum, & regale, qui ſolerent, & debe-
„ rent, & quando ſolerent, & deberent,
„ præſtarent. Vias & pontes bona fide, &
„ ſine fraude, & integre reficerent; in
„ eundo & redeundo commeatum idoneum
„ ſibi, ac ſuia bona fide, & ſine fraude ſup-
„ peditarent; decimo quoque anno ſacra-
„ menta renovarent. Si qui ex parte ſua
„ juſtis ſuis poſſeſſionibus pulſus eſſet, re-
„ ſtitueretur. Imolæ, & Sancaſſiano gra-
„ tiam reſtituir, conceſſiones ſuperiores
„ haudquaquam indulſit. Ceterum ſacra-
mentum civitatum fuit ejuſmodi. „ Juro ego,
„ me poſthac fidelem fore Friderico Impe- C
„ ratori, & filio ejus Henrico Regi, neque
„ in conſilio futurum, ut ipſi vitam, aut
„ regnum amittant, & ſi quem id moliti
„ comperero, me aut Imperatori, aut Regi,
„ aut Legato eorum indicaturum, auxilio-
„ que futurum, ut regnum teneant, &, ſi
„ amiſerint, recuperent, & pacem ab iis,
„ & ſua parte cum ſocietate Lombardorum
„ factam obſervaturum, & omnes mecum
„ habitantres mares à 16. annis, uſque ad
„ 70. hoc ſacramento obligaturum. Anto-
nius prætor nomine civitatis Conſulatus in-
1184 veſtituram accepit. Poſtero anno, quo eidem
Antonio honor eſt Præturæ continuatus,
læta civitas ob impetratam à Friderico cum D
vetere libertate pacem novo etiam Lucii
Pontificis in Urbem adventu lætior eſt effe-
cta, qui renovata à Romanis ſeditione Ur-
be pulſus ad conventum, quem maximis de
rebus Veronam indixerat, procedebat. In-
genti ſtudio ab omnibus exceptus ad Epi-
ſcopum Joannem divertit. Erat tum forte
ædes D. Petri ipſius potiſſimum Epiſcopi di-
ligentia poſt fœdum ejus, de quo ſcripſi-
mus, incendium reſtituta. Hanc igitur Pon-
tifex, cum melioribus quaſi auſpiciis de in-
tegro VIII. Idus Julii conſecravit, Ara ma-
xima multis ſanctis Reliquiis, atque aureo
ſtragulo inſignita, tum lateritiam turrim
humiliorem ratus, quàm quæ tantæ Baſili- E
cæ conveniret, tribus tabulatis tollendam,
ac marmoreis columnis exornandam cura-

A vit. Quarto inde Idus Mutinam profectus
poſtridie Epiſcopi Ardicionis, Canonicorum,
ac Conſulum Mutinenſium, & Principum
fœderatorum precibus obſequtus magnificam
D. Geminiani Baſilicam ea forte tempeſta-
te perfectam conſecravit. Veronam inde
profectus, Concilium de tranſmarina expe-
ditione ſuſcipienda egit. Ad id Fridericus
quoque ex Germania vênit, &, cum Patri-
monium Etruriæ Eccleſiæ à Mathilde reli-
ctum tanquam ad Imperium pertinens ſibi
reddi, atque Henricum filium coronari, pe-
tiſſet, neutrum impetravit. Prendiparte in- 1185
de Bononiæ Præturam gerente, Fridericus
jampridem Mediolanum profectus Henricum
B filium per Ubertum Archiepiſcopum Regem
coronavit Italiæ, & luſtrata Lombardia Kal.
Aprilis Bononiam vênit, (8) atque anti-
quos Civium erga ſe animos nactus, hinc
per Bertoldum Cancellarium ſuum Faventi-
nos Imperium detrectantes obſedit. Lucio 1186
Pontifici mortuo Urbanus III. ſubrogatus.
Decembri menſe Prætores Civitatum iterum
Placentiæ convenerunt, ac pacem inter ſe
ſanxerunt eodem, quo ante, jurejurando.
Prendipartes Prætor cum Rolando Guari-
no, Buallello Andreæ, & Oſpinello Carbo-
neſio Legatis VI. Kalendas Januarias jura-
vit. Poſtero Fridericus Mediolanum rever-
ſus, ibi nuptias Henrici filii cum Conſtan-
C tia Roberti quondam Siciliæ Regis filia con-
tractas Kal. Februariis magnifico rerum ap-
paratu celebravit. Ad ea ſponſalia honeſtan-
da cum ex omnibus Lombardiæ Civitatibus
Legati frequentes adveniſſent, Cremonenſes
non affuere. Quam rem adeo iniquo ille
animo tulit, ut ſtatim Cremam Oppidum
ante à ſe everſum reſtitui ad eorum inju-
riam juſſerit, &, cum id opus Cremonen-
ſes impedire conati eſſent, Carrocio Medio-
lanenſium educto adverſus eos infeſtus exie-
rit. Qua re comperta Prendipartes Prætor
auxilio illicò expeditas Bononienſium co-
pias miſit. Hildebrando inde Gualfredo Præ-
tore Urbanus Pontifex Hoſpitale Cruciſero-
D rum novo privilegio VI. Kal. Aprilis orna-
vit. Fridericus Italia Henrico filio commiſ-
ſa in Germaniam ad expeditionem Hieroſo-
lymitanam parandam regreſſus. Joannes
Epiſcopus, qui ædem D. Petri refecerat,
idem nobilem quoque in Galeriæ vico ædem
extruxit. (9) Hildebrandus ipſe Sammar-
tini, & Lopoleti (10) colonis Minervellam
ſylvam, quam ſibi per inſolentiam vindica-
rant, ſententia lata adjudicavit, mulctam-
que gravem, ſi quis ei adverſaretur, adje-
cit. Prodigioſa hyems inaudita ante nivis
altitudine fuit. Conſulibus inde Buallello 1187
Buallellio, Ugutione Occellettio, & Maſo
Carboneſio Urbanus Pontifex VI. Nonas Mar-
E tii Veronæ literas ad Gerardum Bononienſis
Eccleſiæ Archidiaconum dedit, quibus Ale-
xandri Pontificis privilegium de poſſeſſioni-
bus

(8) Luculentum hujus adventus teſtimonium perhibet Kalendar. Archigym. in Aprili, ibi: „ 2. Anniv. Confirmationis Stud. Gen. „ Bonon., & privileg. largit. factæ Ar- „ chigymnaſio hac die A. S. 1185. per „ Celſiſſ. Imp. Frid. I. Bononiæ exiſten- „ tem, apud quem communi nomine „ Academiæ, & omn. Doct., Dub. Prof. „ & Scholarium noſtri Lycæi diſertiſſi- „ mè peroravit Cl. Jodocus Klaugbergh „ Bojus, qui laudatiſſimè politiores Li- „ teras tunc Bononiæ docebat.

(9) Intellige Templum S. Mariæ Majoris in via Galleria, quod Collegio Canonicorum cum Priore, & ampla Parœcia decoratum eſt. Vide *Ghirardacc. lib. 4. fol. 99. Vizzan. lib. 2. fol. 78. Alidoſ. dalle Chieſe di Bol. fol. 71.*

(10) Communitatis duæ agri Bononienſis, quarum illa S. Martini in argine, hæc Lupoleti, à frequentia, nidiſque multis Luporum in proxima Minervella ſylva latitantium, appellata fuit. Minervella verò, ſicuti & Minervium, vulgò *Minerbio*, cujus Caſtrum eſt ſub titulo Comitatus de juriſdictione familiæ Senatoriæ Iſolanæ.

bus Eccleſiæ vindicandis, & Gerardi Epiſcopi decretum de ſumptibus euntium ad conventum Ravennatem tollendis confirmavit. Henricus Rex Romanorum Bononiæ agens immunitatem Canonicis Rhenanis à Friderico patre datam XV. Kal. Septembris fecit ratam. (ss) Urbanus Hieroſolymis iterum amiſſis graviter perturbatus matura ejus Urbis recuperandæ conſilia agitaturus, Ferrariam adiit, quò conventum jam edixerat, atque ibi XIII. Kalend. Novembris mortuus poſtridie Gregorium Octavum habuit ſucceſſorem. Gregorius Urbani veſtigia ſequutus Chriſtianos adverſus Sarracenos re bene geſta ſuperbos ſibi ſuſcepit concitandos, ob eam rem cum Piſanos, & Genuenſes ea tempeſtate rei maritimæ laude præſtantes ad ſacram expeditionem momenti plurimum videret allaturos, quòd armis inter ſe decertarent, ſibi exiſtimavit pacificandos; ac propterea Piſas iter ingreſſus Bononiam adiit. Ita in Epiſcopio ex dignitate ſuſceptus, Joanne Epiſcopo mortuo, Gerardum Giſlam (12) civem Bononienſem conſecravit, atque ædem à Joanne in Galeria ædificatam ſub nomine D. Mariæ Majoris magna cæremonia dedicavit. Inde Piſas progreſſus, cum magna pro ſalute Chriſtianorum molitetur, XVII. Kal. Januarias & ipſe intempeſtiva morte occubuit. In

1188 ejus locum Clemens III. octavo idus Januarias ſubrogatus, quo anno Gulielmus Oſſa Mediolanenſis Præturam adminiſtravit. Eo anno Friderico arma ad recuperanda Hieroſolyma in Germania comperante, atque univerſa Italia Clementis adhortatione Crucis ſignum certatim accipiente, Bononienſium duo millia ultro ei ſe militiæ devovere. Principum nomina, quæ maxime illuſtria, hæc fuere, Urſus Caccianimicus, Faccius Gallucius, Scapa Gariſendus, Vido Grifonus, Petrus Aſinellus, Valterus Maccagnanus, Prendipartes Prendipartius, Joannes Donatus Malavolta, Perriconus Caſtellus, Baccalerus Baccialerius, Taurellus Taurellius, Ubertus Chiſellerius, Albertus Blanchettus, Teſta Gozadinus omnes fere equeſtri dignitate ornati. His & ceteris à Civitate viginti millia librarum pio magis, quàm magno munere diſtributa. (13) IV. Kalend. Junii Pragatulenſes ſpoponderunt, ſe Pragatulum in poteſtate Populi Bononienſis retenturos, idque ad arbitrium ejus muro cincturos. III. Nonas Frinianenſes Creſpellanum Gulielmo Prætori pro Communi recipienti tradidere, milites juſtitiæ duo à Prætore miſſi pro Communi poſſeſſionem iniere. Ardente inter Parmenſes, & Placentinos bello, cum Moderatores Civitat. fœderatarum X. Kal. Septembris Placentiam conveniſſent. Gulielmus Bononiæ Prætor, idemque Moderator profectus Placentinis, & Parmenſibus ex reliquorum Moderatorum auctoritate, ut ab armis diſcederent, imperavit. Romani Senatoribus confirmatis tandem pacem cum Pontifice æquis conditionibus fecerunt, atque Eccleſiæ poſthac perturbare ſtatum deſtiterunt. A Prætore inde ad Conſules eſt 1189
reditum, Conſules creati Gerardus Rolandinus, Jacobus Bernardus, Caccianimicus Boccaderuncus, Rambertus Alberus, & Jacobus Urſius. Eo anno Friderico in Syriam trajiciente Henricus Germaniam Truſardo Legato in Italia relicto repetiit. Lotharius Cremonenſis ad leges interpretandas conductus eſt. Veteris conductionis adhuc extat formula his verbis concepta: „ Nos „ Conſules ex auctoritate, & conſenſu to„ tius Conſilii Lothario Cremonenſi pro„ mittimus, neque nos, neque ſucceſſores „ noſtros ipſum aliquo ſacramento adactu„ ros, quo plus Communi Bononiæ ob„ ſtringatur, neque coacturos, ut ſcholam „ in urbe Bononiæ regat. Ego verò Lo„ tharius juro, me nuſquam, niſi Bononiæ, „ legum ſcholas recturum, neque auctorem „ futurum, ut ſchola Bononiæ minuatur, „ &, ſi quem comperero ei rei ſtudere, me „ primo quoque tempore indicaturum Con„ ſulibus, aut Prætori, qui pro tempore „ fuerint; eiſque auxilio futurum. Quam formulam qui profeſſorum conducendorum tum fuiſſe non attenderunt, verbo Regendi decepti, quod pro publice profiteri tum uſurpabant, Lotharium gymnaſii Rectorem creatum eſſe tradiderunt. Nondum autem fuiſſe gymnaſiarchas aut legum, aut artium inſtitutos, qui poſtea fuerunt, ex ſuperiore Friderici conſtitutione cognoſcitur, in qua ſcholares non à gymnaſiarchis, ſed à magiſtris ſuis, quos illi dominos vocabant, vult judicari. Huc accedit, quod primi gymnaſiarchæ non aut legum aut artium extiterunt, ſed nationum; ſiquidem poſt annum milleſimum ducenteſimum duo in gymnaſio Rectores inveniuntur, unus Tranſmontanorum, alter Ciſmontanorum, qui res utriuſque Univerſitatis geſſerunt, quos fortaſſe intellexit Odofredus, cum anno 1262. ſcripſit, ſcholares etſi Univerſitatem conſtituunt, & creare, atque habere Re-

(11) Inſuper confirmavit omnia privilegia Civitatis, & Studii, prout idem refertur a vetuſtiſſ. *Kalendar. Archigymnaſ. in Septembri*, ibi:
„ 17. Anniv. Confirmationis Stud. Gen
„ Bonon., & jur., ac privileg. Archi
„ gym. per Invictiſſ. Cæſ. Henricum VI.
„ Ital., & Rom. Regem, Bononiæ exi-
„ ſtentem factæ hac die A.S. 1187. R. D.
„ Archid. Bonon. Lycæi. nomine acce-
„ ptan, & gratias agente.

(12) Eſt Gerardus de Ghiſellis, quæ adhuc extans, eſt apud nos Familia patritia, utpote aliquando Senatorio ordine decorata.

(13) Fuerunt XX. millia librarum ſolidorum argenteorum Conſtantienſium, alias *Paciocorum*, ſive *Paciotorum*, qui pro ſingulo valebant X obolos æris monetæ currentis, adeoque cum XX. ex iiſdem ſolidis requirerentur ad faciendam unam libram ſolidorum argenteorum Conſtantienſiem, quæ libre proinde juxta currentem valorem, æquivalet libris X, en quod tunc ex publico ære, & ærario largite ſunt in noſtris duo mille Cruceſignatis ducenta millia librarum ex obulis currentibus, tamquam per expoſitum computum correſpondentium XX mille libris ſolidorum argenteorum Conſtantienſium *Egnat. ad Ghirardacc. lib. 4. fol. 100. poſt princ.*, ubi quod hæc moneta cudi juſſa per Urbes fœderatas Lombardorum poſt ſignatam pacem Conſtantiæ, hujus erat formæ, ut in facie eſſent, nempe Capita Friderici Patris cum Diademate, & Henrici filii eam Corona Ituri, & hæc verba per gyrum: *Frid. I. Imp. & Henric. F Rep. Rom. AA.*, ideſt, Auguſti; In retrofacie autem ad modum Crucis quatuor manus ad invicem ſe jungentes, binæ ſcilicet rectæ, & binæ ex tranſverſo, ut vulgo dicitur, *in fede*; additis in Orbem his verbis, *Fœd. firm. Civit. Lomb. in P. Conſtan.* 1183.

„ Rectores poſſunt, tamen jure Rectores le-
„ gere non poſſe, quia diſcipuli ſint Docto-
„ rum, ac Doctoribus potius Rectores cre-
„ andi jus, quàm ſcholaribus, convenire,
„ verùm legibus Bononienſium aliter ob-
„ ſervari. Augeſcentibus diuturna pace reli-
quis Reipublicæ partibus, ſimul etiam nu
merus eorum, qui ad doctrinam accipien-
dam, & liberales cognoſcendas artes con-
fluebant, eſt auctus. Quare cum novæ quo-
tidie controverſiæ ſuper domibus à ſchola-
1190 ribus conducendis exiſterent, ſequenti an
no Clemens Pontifex Canonem edere coa-
ctus eſt, de ædibus ſcholaribus Bononiæ lo-
candis, quæ adhuc in libris Decretalium
legitur. (14) Hoc eſt autem tempus illud,
quo Albericus de Porta Ravennate Juriſ-
conſultus nobilis tam multos Auditores ha-
bebat, ut Odofredus auctor ſit, ipſum in
ſcholis D. Ambroſii in Palatio ipſo Com-
munis profiteri coactum. Tertio Idus Junii
Fridericus in Armeniam cum per æſtum
maximum in flumen lavandi cauſa ingreſ
ſus eſſet, indecora Regi, & Chriſtianis exi
tiabili morte abſumptus eſt. Nuncio mor-
tis ejus accepto Mutinenſes mirificis Bono
nienſium ad potentiam incrementis permo-
ti caſtrum in finibus adverſus eos Sancæſa-
rium muniverunt.

HENRICO V. IMPERANTE.

FRiderico mortuo Henricus filius, qui
Regnum Germaniæ Aquiſgrani, & Ita-
liæ Mediolani vivente patre jam pridem
inierat, quanquam Colonienſibus repugnan
1191 tibus, patri ſucceſſit. Itaque ſequentis anni
principio, ut coronam Imperii acciperet,
& hæreditatem Regni utriuſque Siciliæ per
Conſtantiam uxorem adiret, in Italiam
tranſiit, ac ſecum Conſtantiam ipſam ad-
duxit. Intento Romam verſus itinere pri-
die Idus Januarias venit Bononiam, cum
Agnellus Mantuanus Præturam adminiſtra
ret. Magnifice, comiterque ab univerſa
Civitate in Epiſcopio exceptus, ut hono-
rem ſibi habitum aliquo gratæ benevolen-
tiæ genere compenſaret, Civitatem no-
vo beneficio cumulavit. (15) Id jus mo-
netæ cudendæ fuit. Quod cum Langobar-
dorum temporibus habuiſſet, quemadmo-
dum ex privilegio Deſiderii Regis Viter-
bienſibus dato cognoſcitur, à Carolo Ma-
gno totâ ad ſe traductâ Italiâ, fuerat ſpo-
liata. Id verò privilegium adhuc in Actis
Civitatis ſervatur, his verbis. „ Nos Henri-
„ cus V. Rex Romanorum ſtudio Bononien-
„ ſium moti jus concedimus pecuniæ ſi-
„ gnandæ in urbe Bononiæ, atque Agnel-
„ lum Prætorem hujus conceſſionis mune-
„ re inveſtimus, ut, prout expedire puta-
„ verit Civitati, pecuniam percutiendam
„ curet, modo ne moneta imperiali ſit,
„ aut forma, aut pondere par. Primus num-
mus excuſus eſt is, qui ab una parte Hen-
rici, ab altera Bononiæ nomen habuit, à
qua etiam appellari meruit. (16) Ipſe etiam
Epiſcopus Princeps Imperii nominatus, quem
titulum in hunc uſque diem uſurpat. (17)
Apennino inde ſuperato acceſſit Piſas, ubi
Kalend. Mart. fœdus adverſus Tancredum
Rogerii Regis nepotem ex concubina ſu-
ſceptum percuſſit, qui poſt mortem Guliel-
mi Regis Regnum Siciliæ ardentibus ipſo-
rum populorum ſtudiis nixus invaſerat. In-
terim Clemente Pontifice VIII Kal. Apri-
lis mortuo, poſt triduum Cœleſtinus III.
locum adeptus eſt. Itaque Henricus Ro-
mam profectus conſecrationi ejus interfuit,
atque ab eo XVII. Kal. Maji Imperator co-
ronatus eſt. Profectus inde in Campaniam
bellum cum Populis Tancredi partes fo-
ventibus iniit, in primiſque Neapolim ipſam
Regni caput invaſit, neque ita multo poſt
in peſtilentia, ac Civitatum defectione
perculſus, eâ ne quidquam obſeſſâ diſceſſit
è Regno, ac circiter Idus Novembris Ge-
nuam revectus, inde in Germaniam tran-
ſiit.

(14) *Eſt c. 1. ex reſcripto, de locat., & conduct. lib 3. tit. 18.* ſuper quo optimè *Gonzal. in ejus Canon*, qui putat has Clementis III literas ad Joannem Ep Bonon. fuiſſe datas, ut ibi per cum *n. 1 fol. mihi* 233., at hoc vide fuſiùs in Kalend. Archigym. in Novembri: ibi.
„ 25. S. Catharinæ Alexandrinæ Virg, &
„ Mart. Hac die per ſingulos annos con
„ vocatis de mane in S. Petri de ordine
„ R. D. Archid. Bonon. Pub. Legg. In-
„ terp. cum eorum Scholat., & de va
„ ſpere Pub. Prof Artium cum ſuis pa-
„ riter Audit. iiſdem alta, & intelligib.
„ voce per ſuum Cancellar. legi faciet
„ compilat. in ſummario Conſtit., Pro-
„ viſ., Privilegia, Conceſſiones, &c. Im-
„ perial, item literas Somm. Pontif.
„ Jura etiam per Magnif., & Pot. Comm.
„ & Pop Bonon., & reliquas Reformat,
„ uſque modo fact., conceſſ., ſpectan.,
„ pertinen., & tangen. Pub. Prof., Scho-
„ lares, & univerſim Archigym. recepto
„ poſtea ſtatim à ſing. Lect., & Magiſtris
„ perſonali ſuo ſacramento, quod item
„ præſtabitur à Scholar. per organum
„ eorum Cap. Nation., quæ de more
„ ſingillarim vocabuntur, &c.
„ Item legi faciet literas S. M. Clemen-
„ tis PP. III. ſuper conductione, & in-
„ quilinatu Manſionum, & Domorum,
„ datas Romæ 4. Novembris A. 1190.

(15) Meliùs, ſi ex his, quæ ſubdit, ſcripſiſſet: redintegravit; porrò intellige, reſtituiſſe Henricum hoc jus Bononiæ, eidem poſtquam cetera cunctorum Cæſarum deceſſorum privilegia confirmavit, ac ita illud Studii, & Doctorum Collegiatorum, quos Palatinos Comites, atque Equites iterata Conſtitutione appellavit. *Egnat. ad Gherardacc. lib 4. fol* 101., & poſt eum unanimiter reliqui, & concordat *vetuſtiſſ. Archigym Kalendarium in Januario*, ibi:
„ 14. Confirmat. Stud. Gen. Bonon., &
„ privileg. alias largit. Collegiat. Doct.
„ Comit. Palatin., & Equitr. dignit.
„ facta hodie, A. S. 1191 in compen-
„ ſat., & remunerat. op fideliter Impe-
„ rio præſtita per Celſiſs. Imp. Henri-
„ cum VI. Cæſ Aug Bononiæ exiſtentem,
„ & in Epiſcopio ap. Ven. D. Gerard.
„ Bonon. Ep. hoſpitantem, atque Agnel-
„ lo appellat. *il Todeſchino* de Mantua
„ Bonon. Prætore, tertio die poſtquam
„ ipſe Cæſar magnificè Bononiam intra-
„ vit.

(16) Plura ſuper hac Moneta hic dicere mitto, ne reſcribam fuſius edita in mea *Diſſert. de Vet. Bononen. arg Bonon.* ad quam proinde Lectores remitto. Illud cæterum hic duntaxat refero; Bononenum aliud argenteum, & aliud aureum Bononiæ fuiſſe; Primum æquivalet X. obulis æris monetæ currentis; alterum verò reſpondet Scuto aureo, ſive Floreno, Biſantio, Ducato aureo, Nummo Ungarico, &c. & hæc aurea Moneta primum cudi Bononiæ cœpit A. 1381 ex *Alidoſ. Inſtruz. delle coſe notab. di Bol fol.* 203., *& ſeqq. ubi fol* 205. meminit ejuſdem monetæ, ſed ſub nomine Ducati, & Scuti aurei.

(17) Modeſtius, & verius, ſi dixiſſet: retinet.

ſiit. Eodem anno Bononienſes ornandæ publicis operibus Urbis ſubjit cogitatio. Piſtrina res apprime Civitati utilis pro Porta Soteria poſita, atque ad molas eorum verſandas emiſſarium ex Rheno amne per Pratellum ſuburbanum (18) vicum fluens ex
1192 Conſilii decretò attributum. Inſequenti, Gerardo Epiſcopo propter ſingularem virtutis, atque æquitatis opinionem Prætura delata. Itaque ipſe Albertum Prati Comitem utilem rebus in Etruria gerendis maxime adverſua Piſtorienſes futurum recepit in amicitiam. VII. Idus Februarias ſocietas jurejurando utrinque in hæc verba firmata.
„ Ego Albertus Comes Prati promitto tibi
„ Gerardo Epiſcopo, & Prætori Bononiæ,
„ pro Communi recipienti, ſervaturum
„ homines ex urbe, ſuburbiiſque Bononiæ,
„ ac res eorum per totam Diœceſim uſque
„ ad juga montium in mea ditione, & exer-
„ citum pro eis conſecuturum, & omnia
„ oppida, quæ in mea ditione veſtro Epiſco-
„ patui ſubjecta ſunt. permitto boateriæ
„ præter Bruſculum, Baragantiam, & Ca-
„ ſtelleonum. Ego Gerardus Epiſcopus &
„ Prætor Bononiæ promitto tibi Alberto Co-
„ miti Prati, ſervaturum te, & Comitem Ta-
„ bernariam Conjugem tuam, neq; bellum
„ cum aliqua Civitate injuſſu veſtro ſumptu-
„ rum. Albertus Giſla, & Bonvicinus mi-
„ lites juſtitiæ ſimul jurarunt, ſe id to-
„ tum obſervaturos, & eodem ſacramento
„ Collegas ſuos obligaturos, & apparito-
„ rem Communis illud idem pro cuncto
„ populo dicere juſſuros. XVIII. Kal. Julias idem Epiſcopus ſacras martyrum Theodori, & Marcelli, aliorumque Divorum reliquias ſub Cruce D. Martini repoſuir. Ea æſtate ſævæ adeò cœli tempeſtates fuere, ut vineas, ſegetes, & arbores omnes magna ex parte affixerint. Manente inde apud Gerardum in poſterum annum
1193 Prætura, VI. Idus Maji in oppido Dolioli (19) ipſo præſente, ac comprobante Prætore Societas cum Ferrarienſibus juncta.
„ Ferrarienſes jurarunt, ſe ſervaturos Bo-
„ nonienſes, ac res eorum, & ſi quæ of-
„ fenſæ incidiſſent, emendaturos, neque
„ portorium ullum à Bononienſibus rerum
„ Ferrariam devectarum exacturos, quæ
„ vero alio Ferraria transferrentur, id tan-
„ tum, quod eſſet ex communi ſententia conſtitutum. Eo anno maximum rerum in civitate turbandarum, ac civilium diſſociandorum animorum initium eſt factum. Mali principium ab iis eſt profectum, unde potiſſimum ſalutem, ac dignitatem oportuit expectari. Hic fuit Gerardus Prætor, qui cum proximo anno civitatem ita adminiſtraſſet, ut boni ac moderati Rectoris exemplo eſſe poſſet, nunc demum mutato prorſus ingenio, novis ſtudere rebus, atque aperte plebem amplexari, & ipſos inſectari optimates incœpit. Qua re animadverſa, ac ſæpè in circulis agitata faciendum ſibi Nobilitas putavit, ut ejus conatibus obviam iret. Itaque imprudente illo Conſulum Poteſtatem in Palatio convocata reſtituit, & Conſules duodecim civitatis Principes declaravit, qui extemplo Magiſtratum inirent. Hi fuere Gulielmus Malavolta, Dominicus Ramponus, Thomas Ruſticanus, Petrus Milanciolus, Jacobus Melegottus, Petronius Salviolus, Florianus Acariſius, Thomas Beccatellus, Joannes Boaterius, Nicolaus Sabadinus, Franciſcus Carboneſius, & Philippus Gariſendus. His rebus actis Gerardus hujus conſilii certior factus accurrit, Jacobo Urſio cive potentiſſimo, ac magna clientum caterva ſtipatus, & minitari optimatibus inſtitit, ſi quid extra ordinem ageretur, in quo dignitas, auctoritaſque ſua minueretur. Quibus auditis Specialinus Griſonus, vir diſertus in primis, ac Reipublicæ ſtudioſus.
„ Scilicet hujus dignitatem, inquit,
„ auctoritatemque tuebimur, ſi ipſe Civis,
„ ſi Prætoris partes implevit, qui plebem
„ in nos concitare, atque inveteratum Rei-
„ publicæ, qua per tot annos floruimus,
„ ſolicitare ſtatum non dubitat, ut pravum
„ ſibi ad dominationem aditum patefaciat.
Inde pluribus verbis in mores, & facta ejus invectus. Quibus Conſules accenſi præſenti nobilitatis auxilio ipſum reluctantem è Palatio, Foroque cum ſuis ſatellitibus exegerunt, atq; infeſta perſecutione in Epiſcopium compulerunt. Vehementis homo ingenii eo gravius hac contumelia irritatus, confeſtim amicorum auxilia convocat, atque arma, quacunque poteſt, ratione parat. Id ubi ſenſere Conſules, jam ut in hoſtem Reipublicæ ſeſe accingunt, ac firma nobilium populariumque contracta manu ipſum ſeſe defendere cum ſuis parantem aggrediuntur. Prœlium atrox & peſſimi in futurum exempli committitur. Multis ex utraque parte deſideratis ædes Epiſcopi à Conſulibus expugnantur. Gerardus ſibi conſulere fuga coactus, una cum Jacobo ſe per cloacam ex Epiſcopio, ac paullo poſt mutata veſte, ne agnoſceretur, ex Urbe proripuit. Ea re cognita Conſules, omni in Jacobum ira converſa, ipſum ex Conſilii decreto hoſtem judicant, domum ejus, turrimque deturbant, bonaque in publicum redigunt. Ita civitas maximo in præſens ſeditionis morbo levato. Eo anno Petrus de Bononia Cardinalis mortuus ad D. Mariæ Rhenanæ ſepultus eſt. Inde, cum novi Conſules Rempublicam ſuſcepiſſent, ortis quibuſdam ſuper Ferrarienſi fœdere contro-ver-

(18) Nondum etenim Bononiæ mœnia uſque eò erant, ut hodie protracta, ſed Urbs veteri ſervata murorum dilatatione, intra *Turriones*, ut appellant, continebatur, quorum adhuc nonnullorum ſub Vocabulo *de i Turreſotti* extant veſtigia, puta inter S. Martini de Apoſa, & Bentivolorum Ædes; in via Caſtiliona prope Canoniciſſas regulares Sancti Laurentii, juxta Sanctum Franciſcum de Porta Soteria; ſupra Canalem Rheni citra Sanctum Georgium, &c. Molendina verò ad rem piſtrinam, de qua hic Sigonius, in platea Minoritarum vulgò *la Salicata di San Franceſco*, aderant, & ita juxta mœnia, & Portas Urbis, ut benè in propoſito notat *Vizan. fol.* 80.

(19) Eſt Communitas *Dulium* propriè appellanda, modò in vallem prorſus converſa juncis, & paluſtribus arundinibus poſt Clementem VIII. cum conterminis pluribus miſerandum in modum undique referta; A dominato quondam oppido, Gens Duilia, vulgò *Dugliola* ad nos pervênit, ex qua Sivetrio patre nata fuit clariſſima virgo B. Helena Dugliola inde ab Oleo vocata, quod Benedicto dall' Oglio nobili Civi noſtro nupta fuerit, *ſervata tamen virginitate*.

ſis, novis initis mercium æſtimationibus III. A
1194 Idus Febr. Vidotto Urſio Conſule præſente
antiqua pactio confirmata. (20) Henricus
audita morte Tancredi ad repetendum Re-
gnum iterum excitatus eſt, quod infelici-
bus armis ante tentaverat, ac per Truſar-
dum Legatum ſuum diſcordias Lombardo-
rum expeditioni ſuæ alieniſſimas componi
curavit. Inde Junio menſe ſuperatis alpi-
bus Genuam progreſſus, triremibus eorum
uſus Campaniam adiit, ac Cajeta, Neapoli,
& Saletno potitus Siciliam petit, eamque
haud magno admodum certamine ſibi ad-
junxit. Ceterum Kalendis Juliis, quæ ſubla-
ta videbatur ſeditio Gerardina recruduit.
B Nam factio Prætoris Prætorem honore at-
que Urbe dejectum dolens, principio tumul-
tus ab altercatione ſumpto impetum in
nonnullos adverſæ partis fautores fecit. In
ea riſa Petrus Scanabeccus dextram amiſit,
& Scanabeccus Ramponus lethale vulnus
accepit, multi præterea in Curia S. Am-
broſii cecidere; poſtridie Jacobus Occellet-
tus, & Thomas Tuſcus novo commiſſo cer-
tamine in ædibus publicis ab Hieremæis
occiſi ſunt. Quibu rebus impulſi Conſ. rur
ſus in Gerardum arma ceperunt, cujus potiſ-
ſimum abſentis voluntate hæc geri arbitra-
bantur. Is Urbe abiens cum ſuis Sureſanum
castrum occupaverat, atq; ibi multorum ſe
C præſidio continens malum optimatibus inten-
tabat. Gulielmo Malavoltæ Conſ. id nego-
tii datum. Ille cum cohortibus aliquot ar-
matis profectus caſtrum circumſedit, ac le-
vi negotio potitus, Gerardo dimiſſo, injecto
igne delevit. XIV. Kalendas Auguſti Hen-
ricus decreto, quod adhuc extat, Gerardum
Epiſcopum, quem Principem vocat ſuum,
ab ſacramento calumniæ in omnibus cauſis
liberavit, atque ut per OEconomum, aut
aliam legitimam perſonam ſuas, & Epiſco-
patus cauſſas exercere poſſet, permiſit. Eo-
dem anno Olivarius Gariſendus ob litem
agrariam Thomæ Bulgaro infenſus filio ejus
necem intulit, atque Thoma, & propinquis
D ejus annitentibus in exilium pulſus eſt. Ea
cauſſa fecit, ut rurſus res ad Peregrinum
Prætorem redigeretur. Vido Cinus Piſtorio
accerſitus. Extremo anno cum Faventinis
fœdus in eadem verba, quibus antea, reno-
vatum, illo à Bononienſibus adjecto, ſe
gratia cum Imolenſibus acturos, ne Caſtrum
Imolæ diruant, aut etiam pecunia, ſi utriuſ-
que voluntas civitatis acceſſerit. Vido Præ-
tor eadem via, qua Gerardus, velut Ge-
rardo proceſſiſſet, ingreſſus cum multa in

A multos intoleranda committeret. Jacobus
Bernardius Bononienſis Præturam Vicentiæ
geſſit. Poſtero anno honore depulſus, ac 1195
repetundarum eſt accuſatus, cujus judicii
vitandi cauſſa, dum occulte fugam capeſſit,
ab iis, quos læſerat, in itinere interceptus,
graviſſimum in modum mulctatur, dentibus
præſertim etiam ad cetera detrimenta de-
tractis. In ejus locum Vido Vicomercatus
Mediolano vocatus. Henricus fide violata
in omnes Tancredi neceſſarios duriſſime
conſuluit, atque ex Regno profectus Lom-
bardiam verſus iter intendit, atque ut Pon-
tificem ulciſceretur, à quo ſocietate piorum
erat exterminatus, Ravennam ei eripuit,
B Ducemque Marcoaldum dapiferum ſuum
declaravit, quem eundem quoque Ducem
Ravennæ; & Marchionem Anconæ conſti-
tuit. Philippum vero fratrem Ducem Tu-
ſciæ, & regionis, quæ Comitis Mathildis
fuerat, appellavit, ut Urſpergenſis ſcribit,
Lombardiaque ipſa tota æſtate luſtrata, de-
mum in Germaniam abiit, & hoc anno Ja-
cobus Bernardus Vicentiæ Præturam conti-
nuavit. Poſtero anno Matthæo Corrigio 1196
Parmenſi Præturam adminiſtrante, Gulielmo
Adelardo Principe factionis Ferrariæ mor-
tuo, Azo Marchio Ateſtinus Ferrariæ Ur-
bem inivit. Ceterum Ferrariam duæ tum
factiones tenebant, quarum unam Taurelli,
C alteram Adelardi regebant, inde Salinguer-
ra, hinc Gulielmo ducentibus. Eorum po-
tentiæ monumento fuere caſtra duo, Fra-
cta, & Gulielmum, illud à Salinguerra, hoc
à Gulielmo conſtructum. Mortuo igitur
Gulielmo ac virili ſtirpe ejus gentis extin-
cta, Marcheſella Gulielmi fratris filia om-
nium fortunarum hæres relicta, auctore
Petro Traverſatio Ravennate, ſummæ po-
tentiæ homine, Azoni Marchioni Ateſtino,
ſive, ut tum loquebantur, Eſtenſi in matri-
monium collocata aditum Ferrariam Mar-
chionibus Eſtenſibus patefecit. Nam Azo
Adelardorum hæreditate adita poſthac Fer-
rariam coluit, ac Principem factionis Ade-
D lardorum, & Salinguerræ inimicum præ ſe
tulit, graviaque cum eo certamina factio-
nis tuendæ cauſſa contraxit: quibus poſt
Bononienſium quoque Civitas laboravit.
(21) Joannes Boſianus Cremonenſis Bono-
niæ deceſſit, (22) Juriſconſultus ea tempe-
ſtate, vel eo nomine clarus, quòd Azonem,
qui per hæc tempora floruit, diſcipulum
tulit. Marthæn verò in inſequentem annum 1197
Præturam continuante, Henricus Frideri-
cum filium ſuum puerum ex Conſtantia ge-
nitum

(20) Res acta die 21. Februarii 1194. in Terra
Galleriæ, præſentibus præter Vidottum
Urſium, de quo hic Sigonius, Guidone
etiam Buſlellio, & Aldegerio de Sala eu-
ſpiciali, ſive Aigonum, alias Arionum, &
propriè Ardearum per *Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 103.

(21) Namque per antea infenſos cùm haberet ſo-
los Mutinenſes, poſthac & Ferrarienſes ha-
bere cœpit, quod factis, & hiſtoriæ teſti-
monio peraperiè conſtat. *Storiet. ſoll.* 5. §.
Adelardis.

E (22) Non A. 1196. ut hic Sigonius, ſed quidem
poſtero 1197., ut benè *Pancirol. de Clar. Legg.
Interp. lib.* 2. *fol.* 136. *& ſeq. cap.* 23., *& Egnat.
ad Ghirardacc. lib.* 4. *fol.* 205. addendo, quod
occidit præſtantiſſimus hic Juriſconſultus po-
ſtridie Kal. Januarias Matthæo Corrigia Par-
menſi intrante Prætore, qui aſſociatus fuit
cum Urbis Magiſtratibus, ac cum Pub Lect,
& Scholaribus in gramaliis, & ad luctum
me pub. veſtitis; cadaver ipſius ad ſepultu-
ram in Eccleſia S. Petri ante Sacellum Au-
guſtiſſimæ Euchariſtiæ, ubi poſtera die ſo-
lemne Funus coram iiſdem actum eſt cum
Oratione habita per Cl. ejus diſcipulum
Azonem, in qua laudavit Præceptorem
non minus, quod fuerit auditor, ſed &
imitator ſui famoſiſſimi Magiſtri D. Bulga-
ri, quem inſuper ſi non ſuperavit, æqua-
vit ſaltem in eruditione, loquentia, Dia-
lectica, Philoſophia, ceteriſque artibus, de
quibus, & in quibus opportunè, ac pro
tempore diſſerebat. *Vide vetuſtiſſ. Kalendar.
Archigym. in Januaria*, ibi:
„ 2. Funus Cl. & diſertiſſ. Juriſconſulti,
„ & quondam Pub. Legg. in Archigym.
„ Interp. D. Jo. Boſſiani patria Cremo-
„ nen., & Civ. Bonon. diſcip. D. Bulga-
„ ri de Bulgaris, & Magiſtri D. Azzonis,
„ quod hac die accidit cum ſummo om-
„ nium mœrore A. S. 1197.

nium Regem Germaniæ creandum curavit, atque in Italiam trajiciens, progreſſus ad mare Neapolim, atque Siciliam petiit, atque ibi Fridericum ipſum Regem Siciliæ coronavit. Eum Salinguerra Azoni inimicus adiit, atque opem ejus ad expellendum Ferraria Azonem imploravit. Henricus in Sicilia III. Kalendas Octobris interiit. (23)

NEMINE REGNANTE AUT IMPERANTE.

1198 UBerto inde Vicecomite Placentino ad Præturam accito ſexto Idus Februarias Cœleſtinus quoque Pontifax è vita diſceſſit, in ejus locum eodem menſe Innocentius III. eſt ſubrogatus. (24) Conventus Veronæ à ſeptem Lombardiæ Civitatibus habitus Mediolani, Brixiæ, Mantuæ, Vercellarum, Novariæ, Tarviſii, & Veronæ, ac fœdus omnibus pacis bellique communicatis rationibus eſt ictum adverſus omnes, qui præſentem convellere ſtatum tentarent. Comenſibus Kalendæ Septemb. præfinitæ, quibus hoc ſe obſtringere fœdere poſſent. Cum Marqualdus Dux Ravennæ paulo ante conſtitutus prolatandi imperii cupidus vicinas urbes alias vi, alias ſocietate ex ipſa ad ſe Romaniola traheret, neque mandatis Pontificiis obtemperaret, Innocentius Carſidoniam Legatum adverſus eum cum exercitu miſit, atque Bononienſium auxilium advocavit. Bononienſes delecto maximo habito carrocium eduxerunt. Dux aderat ſtrenuus, ac rei bellicæ in primis peritus Prætor ipſe Ubertus. Quod raro accidit, virtuti fortuna non invidit. Nam omnibus copiis eductis ſtatim Corbariam, Saxatellum, Montem Catinum, Arbotum, Duciam, & Flagnanum Imolenſis agri caſtra, quòd infirmis munitionibus eſſent, primo impetu cepit, atque ſingula certa pecuniæ ſumma mulctavit. Quo terrore perculſi Cornetani, qui ſe paulo ante Ubaldino eorum Præſide auctore dediderant, ſponte in fidem, cum defeciſſent, reverterunt. Inde

A in agrum Imolenſem, Forolivienſem, Foropopilienſem, Brettonorienſem, & Cæſenatem, qui omnes populi cum Marcoaldo ſentiebant, ſigna intulit, ac vaſtatione tantum agrorum oſtentata, omnes ad pacem petendam, & renovanda fœdera compulit, ac præda onuſtus, cum Marcoaldus nuſquam ſe oſtendiſſet, domum repetiit. (25) Sunt qui hoc bellum ſociorum, Cæſenatium cauſa, quos Marcoaldus vexarat, ſuſceptum, neque aliud, quàm liberatos obſidione Cæſenates, perfectum ſcribant. Sed ſive hæc, ſive illa cauſſa fuit, hoc certe bello longius Bononienſium arma prolata, reſque feliciſſime geſta vicinas civitates plus, quam ulla

B alia victoria, terruere. Publicæ letitiæ cauſſa ludi haſtici editi, ad quos ex vicinis civitatibus multi equites militaris experiendæ virtutis cauſſa venerunt. In iis Spinellus Carboneſius Bononienſis, juvenis ſtrenuus, equo incitato temere lapſus perfracto capite miſere periit. (26) Suſpecta inde eſſe Imolenſium fides cœpit. Itaque ad coërcendos eorum impetus Conſilio placuit, caſtrum medio inter Bononiam, atque Imolam itinere ædificare; idque cœptum hoc anno, poſt S. Petri nomine eſt inſignitum. Prid. Non. Julii Corbarienſes, & XV. Kal. Aug. Monbellienſes caſtra ſua populo tradidere. Kalendas Septembris Ubertus Præ-

C tor Montisbelli poſſeſſionem portis claudendis, atque aperiendis inivit, & claves Conſuli caſtri nomine Communis Bononiæ dedit. Pridie inde Kal. Novembris Joanninus Juriſperitus juratus ad leges interpretandas admiſſus eſt. (27) Sacramenti ejus hæc formula fuit. „ Ego Joanninus
„ præceptor juro, me in poſterum nuſquam
„ expoſiturum doctrinam legum Scholari-
„ bus, niſi Bononiæ, nec daturum operam,
„ ut Scholares aliò migrent, aut Schola
„ legum Bononiæ minuatur, & conſilium
„ Prætori, ac Judicibus Communis, ſine re-
„ ctoribus, qui pro tempore erunt, datu-
„ rum bona fide, cum à me petierint. III. 1199

D Kal. Januarias Bandinus Familiatus Piſanus Juriſconſultus, (28) Senenſem alii nominant,

præ-

(23) Quantum benè in anno, tantum malè in die ſue ſe habet Sigonius, namque veram, obiiſſe Meſſanæ in Sicilia Henricum A. 1197. ſed falſum deceſſiſſe 3. Kal. Octobris, quia expiravit in vigilia S. Michaelis, quæ die 28, & non 29. Septembris recurrit, latè *Baron. T.* 12. *fol.* 752 *n.* 4, *&* 5.

(24) Eodem igitur die, quo cunctorum ſub grandi mœrore, maximaque Sanctitatis opinione Cœleſtinus III. eſt vitâ caſſus, mira omnium Cardinalium conſenſione, novo in Eccleſia Dei exemplo, ætate inter eoſdem Cardinales junior Lotharius ex Comitibus Signiæ annos natus 37. inauguratus eſt Summus Pontifex, qui Innocentius III. cognomento Magnus fuit appellatus die 8. Januarii in feria 6. A. S. 1198. ex *Platina ad initium vitæ Innoc. fol. mihi* 291. cum quo concordat *Emin. Baron.* hic claudens ſuos celeberrimos Annales *T.* 12. *fol.* 758. *n.* 1. adeoque corrigendus hic Sigonius, qui pro *Januar.* ſcripſit VI. Id. *Februar.*, quod etiam probatur ex Kalend. Archigym. in *Januario*, ibi:
„ 8. Electionis in Summ. Pontif. CLXXVI.
„ D. Lotharii Annieii, ex Co. Signiæ
„ quondam Archigym. Pub. Decret. In-
„ terp. & Civ. Bonon., ac inde S. R. E.
„ Card, quæ non ſine ſignis, & prodi-
„ giis hac die ſtatim poſt mortem Ven.
„ Cœleſtini III. contigit A. S. 1198. æta-
„ tis verò ſuæ 37., & appellatus eſt In-
„ nocentius III. cognomento Magnus,
„ per quem fuit noſtris Decret. Doct.
„ Lect. Pub., & Collegiatis confirmata
„ vetus Immunitas fori, ut habeantur,
„ & reputari in om. & per om. debeant
„ tamquam Clerici, & perſonæ Eccleſia-
„ ſticæ, prout dictum eſt ſupra in De-
„ cembri ſub die 20.

(25) Actum eſt hoc per Bononienſes, ut cauſſam non minus propriam proſequerentur, verùm & ut votis inhærerent Innocentii III., qui multum in ipſorum virtute, & amore erga ipſum, atque S. Sedem confidebat. *Ant. de Alexand. de Bonon. ſculp. relig. &c.* §. *Ut Marcoaldum.*

E (26) *Griffon in Chron col.* 108. ſcribit, id accidiſſe in die feſto Pentecoſtes hujus A. 1198. idemque memorant *Vizan. fol.* 83., *Dolfi delle Fam. Nob. di Bol. fol.* 243. *Ghirardacc. lib.* 4. *fol* 106.

(27) Joanninus hic, cujus quoque meminit *Ghirardacc. fol.* 107. *ad princ. per Egnat. ad ipſum ibidem*, eſt ille Mag. Joannes, qui poſtea de A. 1216. fuit creatus Canonicus Eccleſiæ Bononienſis, qui etiam Zoanne, & Nannis appellabatur, quæ ſunt corrupta nomina Joannis, & ejus meminit *Aliдоſ. Dott. Legg. Bologn. fol* 92.

(28) Agunt de eo *Ghirardacc. fol.* 107. *ibiq; Egnat.* ubi hæc memorabile de Bandino recitat, nempe per inſidias cùm ſubornatum a Mutinenſibus ſpe multi auri ſe intelligeret, mo-

dò

præſente Lothario juriſconſulto eodem ſe profeſſionis ſacramento obligavit, quo ſe Lotharius ipſe obſtrinxerat, præterquàm quod in conſpectu Conſilii non juravit. Eodem anno Gerardo Giſla Epiſcopo mortuo Gerardus Areoſtus, ſive, ut in aliis eſt Chronicis, Roſſius eſt ſuffectus. (29) Paſcipoverus inſigni bonitate civis ex vita cum maximo omnium mœrore deceſſit. (30) Hugolinus Panicus Bononienſis loco Gulielmi Rangoni Mutinæ Præturam adminiſtravit. Poſt octo inde menſes, quàm Henricus abierat, Uberto Vicecomite iterum Prætore, Principes convenere, ac diviſis ſuffragiis alii Philippo Henrici fratri, alii Othoni Saxoniæ Duci Regnum, Friderico adoleſcente Cæſare deſignato neglecto, detulere, quæ res Germaniam maximis in multos annos tumultibus miſcuit. Quam occaſionem Lombardiæ civitates nactæ, liberius defectiones inire, ac prava inter ſe certamina ſerere perrexere. Quia vero Philippus, dum vixit, Regni coronam rite adipiſci, nedum Imperii, nequivit, propterea in actis civitatis, quæ vivente illo geſta ſunt, nemine regnante, aut imperante geſta ſcribuntur. Debilitatis Henrici morte Marqualdi opibus. Innocentius Pontif. in omnem recuperandæ ditionis amiſſæ occaſionem intentus exercitum adverſus eum miſit, atque Ancone, & Ravenna haud magno admodum certamine deturbavit. Ardebant incredibili jampridem propagandi agri cupiditate Bononienſes, verum Henrici in Italia agentis exterriti opibus tantam rem, eo vivente, aggredi non erant auſi. Ubi illum deceſſiſſe, Philippum fratrem ejus Germanicis tu-

A multibus implicitum res Italiæ reſpicere non poſſe, intellexerunt, uti opportunitate non dubitarunt. Innocentii exemplo Medicinam, & Argellatæ partem, quæ Henrici fuerant, occuparunt. (31) Quin etiam Arborum coloniam deduxere, ac colonos omnes immunitate donavere, & Caſtro S. Petri novis incolis aſſignato, Ubertus Prætor juſſu Conſilii Generalis ſtatuit, ut Cives Bononienſes eſſent, & Conſules; perinde atque alia Caſtra Bononienſium ditioni ſubjecta, crearent. (32) Neque vero interea à Bononienſibus gymnaſii cura neglecta, Juriſconſulti duo, qui poſtea clari evaſerunt, V. Idus Octob. acciti, Gulielmus, B itemque Rufinus de Porta uterque, & Placentinus. Ac neſcio an alter horum Placentinus ille fuerit, qui Summam in Codicem, & Inſtitutiones Juſtiniani ante Azonem ſcripſit, ut Azo ipſe in ſua Summa teſtatur. Hic certe in proœmio ſuæ Summæ, quæ tamen vulgo Azoni quoque, ſed falsò, tribuitur, ſe è patria Bononiam accerſitum à Caſtellis Patriciis Bononienſibus ſcribit, atque in Caſtello per biennium jura tradidiſſe, ac publicorum profeſſorum ſcholas Auditoribus avocandis exinaniſſe deinde, eum in patriam revertiſſe, à civitate Bononienſi revocatum frequentes ſcholas per quadriennium habuiſſe, poſtremo ad Montem Peſſu- C lanum profectum. Cauſſa verò profectionis, ut ſcribit Rofredus, fuit, quod ab Henrico Bailia cive nobili ac potente, armis eſſet appetitus, nimirum offenſo, quod opinionem ſuam (nam & ipſe tunc temporis, ut verbis Rofredi utar, regebat) ex ſuperiore loco damnaſſet. (33) Non omittendum etiam

dò ad eos Juris interpretandi causâ commearet, continuò deluſos, exverecundatosq; rogatores per hæc repuliſſe, etenim tracto de capite bireto, cùm illud ſub oculis volveret, revolveretque ſubridens ait: „ Pileus eſt adhuc mihi iſte bonus, nec auro „ obinde mihi opus pro altero comparan- D „ do, quod facient hæredes me ſepulturi; „ neque enim mori nunc puto, nec modò „ de morte cuto cogitare, anima porrò „ mihi animos, & hæc pollicita habeo bo„ na omnia; ſed jam finite, quæſo, DD. Ora„ tores, caput bireto relegam, ne cantent „ ranæ, quas docent noctuæ, ac ne ſi hæ „ ſupervolitent, in caput ſtercora mittant „ meum, ac ita quòd puſillum ſupereſt ce„ rebrum, in lotium convertant univerſum. Namque hac arte, & per hæc æquivoca alludere Bandinus ad Pileum volebat, cujus infandæ necis nimis recens memoria erat, ſicque ab exploratoribus intelligi, de quibus, & quo negotio pluribus agere notarum brevitas vetet. Addit reliqua de eodem Bandino, aliis Gandino, *Pancirol. de Clar. Legg. Interp. lib* 2. *cap.* 16. *fol.* 129.

(29) Bononiæ reſtitutus, ſuoque Epiſcopatui Ge- E rardus, quod liquet ex conſecrata per eum S. Agathæ Eccleſia, ex *Ghirardacc. fol.* 104 *poſt init. Falcon. de' Veſc. di Bol. fol.* 197. ad finem. Senio demum, aut mavis animi moleſtiſſimo patemate, (truculentiſſimi hujus namque per manus carnificis honeſti, ſapienteſque viri perſæpe funus ſuſtinere) confectos hue Anno 1198. occubuit, ſucceſſore oppidò ſubrogato Gerardo Alberti de Areoſtis, ut omnes conveniunt. *Griffon. col.* 108. *dalle Pugliole*, *col.* 247., qui ambo ibidem illum vocant de Scannebicchiis.

(30) Eadem eſt cunctorum ſcribentium aſſertio, *Griffon. col.* 108. *dalle Pugliole*, *col.* 247. *ad finem. Ghirardacc. lib.* 4. *fol.* 106. *ante med.*, ubi quod hic ille fuit, quo inſtitutore Græcus Eremita Conſtantinopoli Romam profe-

Tom. III.

ctus cum icone B. V. à S. Luca picta, ab Urbe Bononiam fuit miſſus, et illam locaret in Monte Guardia, ut ſuperiùs adnotavi.

(31) Neque Innocentius quod Imperii, neque Bononienſes, quod Henrici eſſet quidpiam, ut per injuriam utroſque notat hic Sigonius occuparunt, ſed pro munere ſuo, & magnus ille Pontifex uſurpatam Rom. Sedis ditionem ſuam à Marqualdo vindicavit, & inclyta Urbs noſtra Medicinam, & Argellatam agri ſui Caſtra, quæ pro arbitrio detrectata obedientia, & fide ſuo naturali Domino, à Bononia defecerant, repetiit.

(32) Non Arborum, quod Caſtrum mens erat tollere propter frequentes defectiones, deducta juxta Sigonium colonia, ſed Arboratæ invitati, allectique per hæc privilegia ſunt in novum S. Petri Caſtrum commigrare, quemadmodum opportunè contigit, atque ita Arboro vix nomen ſupereſt *Caſellerii*.

(33) De his egit etiam *Ghirardacc. fol.* 107., ac de Placentino Gloſſatore fuſius *Fichard. in vit. Juriſconſult. fol.* 127. ac *Panciról. de Clar. Legg. Interp. lib.* 2. *cap.* 20. *fol.* 130., *& ſeq.* Azo quoque Juriſconſultus celebratiſſimus per hæc tempora florebat, & *Papias Lombardus* Rhetor diſertiſſimus antea pro Græcis, Latiniſque literis edocendis, adque Cathedram Eloquentiæ conductus fato ceſſit, dolente mirum in modum Academia, quæ funus ipſius egit, humatis oſſibus in Cathedrali, quod etiam *ex Vetuſtiſſ. Archigym. Kalendar.* confirmatur *in Decembri*, ibi:
„ 27. Funus diſertiſſ. Rhetoris Papiæ Lom„ bardi plur. Lib. Scriptoris famoſiſſ., ac „ Bonon. ad lit. Græc. & Latin. traden. „ nec non ad Eloquen. docen. conducti, „ quod accidit hac die A. S. 1199. cum „ Magno Lycæi, & Civium mœrore, ſe„ pultoque cadavere in S. Petri, Schola„ ſticis aſſociantibus.

M 2

etiam illud, Griſonios hoc anno pecunia ſua hoſpitium pauperibus ægrotis alendis in vico S. Margaritæ conſtruxiſſe, ac propriis fortunis locupletatum S. Bernardi nomine dicaviſſe. Vido Lambertinus civis Bononienſis Regii Præturam adminiſtravit.
1200 Sequutus eſt inde annus ſalutis MCC., qui Rollandum Roſſium Parmenſem Prætorem habuit. Medicina, & Argellata occupatis civitas ab ipſa quaſi rerum ſerie tracta agrum Cæſareum Imolenſem invaſit. Ejus rei hæc occaſio data. Albertus Araldus homo montanus, haud modica hominum facinoroſorum manu contracta, furto Saxarellum occupaverat. Tantam bene gerendæ rei occaſionem dimittendam non arbitratus Conſilium Prætorem eò cum delecto militum robore miſit. Albertus, quod ſe Bononienſi imparem eſſe videret, repente ad ipſum Prætoris adventum cum ſuis in ſpeluncam ejus montis quandam refugit. Id ubi ſenſit Prætor, ad ſpecum quamvis difficili admodum acceſſu perrexit, ac ſtatim ſtramentis accenſis in os ejus injectis Albertum, & ſocios fumo ſpiritus viam intercludente adduxit in poteſtatem. Albertus pede ad arborem ſuſpenſo, ac gravi lapide ad collum alligato miſere vitam finivit. Saxarellum, ne quando aliàs ſimilium hominum receptaculum eſſet, injecto igne combuſtum. Inde ad reliqua oppida Cæſarei juris arma tranſlata, eaque haud magno certamine ditioni Bononienſi adjecta. Auctis inde plurimum intra centeſimum annum Reipublicæ opibus dignitatis ſuæ eſſe Civitas duxit, ut ædes publicas in Foro extrueret, ubi & Conſilia haberi, & jus dici à Prætoribus, & Judicibus commode poſſet. Itaque multis privatorum domibus, quæ prope Forum erant, ære publico emptis, ac deturbatis, Forum
1201 laxatum, ac ſequenti anno Gulielmo Rangono Gerardi filio Prætore ædes alteræ publicæ ædificatæ, idque Palatium Communis novum vocatum. Hæ ædes porticibus, ac columnis multis ſuffultæ in inferiore parte ſpatioſa atria, ſuperiore laxiores aulas habuere. Itaque ut ſuperior pars conſiliis habendis, ſic inferior judiciis exercendis eſt attributa. Turris Albericorum, quæ in Porta Ravennate erat, cum in ædes Aſinellorum proximas forte lapſa procubuiſſet, ingentem ruinam cum hominum prope quadraginta nece miſerabili edidit, qua clade multi admoniti, turres ſuas aut prorſus demoliti ſunt, aut certe, ne tantæ eſſent ruinæ obnoxiæ, depreſſerunt. Eo anno ſociorum cauſſa arma à civitate ſuſcepta, non ſua. Regienſibus, & Faventinis petentibus auxilia miſſa. Regienſes Mutinenſibus arma hac de cauſſa movebant. Amnis eſt Sicla mediâ inter Mutinam, ac Regium viâ, à Plinio Gabelli nomine appellatus, cujus integrum jus ſe Mutinenſes habere, Henrici III. conceſſione, profitebantur. Itaq; cum Regienſes emiſſarium ex eo ad rei navalis uſum derivare pararent, ei rei impedimento ſe priore anno futuros oſtenderant, atque ea de re ad amnem ipſum Marzaliam caſtrum ad conatus eorum coërcendos extruere cœperant. Id ægre Regienſes paſſi, quod jure non poterant, armis ſibi parandum exiſtimarunt, & quod in ſe haud ſatis virium eſſe ad rem tantam ex ſententia conficiendam viderent, à Bononienſibus auxilium poſtularunt. Grata omnibus ea occaſio fuit, qua Regienſes aliquo ſibi beneficio adverſus Mutinenſes obſtringerent. Ea de cauſa auxilia peditum, equitumque ſumma omnium voluntate ſummiſſa. Septembri menſe apud Formiginem amnem acriter ab utraque parte concurſum. Mutinenſes multitudine hoſtium ſuperante in fugam acti, atque uſque ad pratum Tentionis non longe ab urbe compulſi ſunt, multis amiſſis, inprimiſque Prætore ipſo Alberto Lendenario capto. (34) Inde Faventini auxilio ſublevati, quos Forolivienſes, invaſerant. Eadem, quæ adverſus Mutinenſes, belli fortuna fuit. Forolivienſibus prælio victis inſuper Caſtaneolum VI. Idus Octobris ereptum, atque combuſtum eſt. Bualellus Bualellius Bononienſis Regium Prætor advocatus. Se- 1202
quenti anno, Comite Teſta Placentino Prætore, inteſtinæ diſcordiæ cum maxima Civitatis pernicie exarſere. Scannabecci enim, & Aſinelli, cum veteres inter ſe inimicitias exercuiſſent, ſtimulantibus odiis pridie diem Cœnæ Domini in Via majore hoſtili more congreſſi ſunt; magna utrinque ſtrages edita, multis interfectis, ac multo pluribus graviſſime vulneratis. Neque ita multo poſt accenſis privatis offenſionibus animis Joannes Tettalaſina Vidonem Pepulum interfecit. Qua de cauſſa hæ familiæ magnis propinquorum, amicorumque, & clientum præſidiis nixæ poſt per quadraginta annos continuos ſine ulla pacificatione capitali inter ſe odio diſſenſere. Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo, quem in Anglia ab Henrico rege anno MCLIII. crudeliter interfectum Alexander Tertius propter miraculorum claritatem inter Divos retulerat, Hildebrandus Cardinalis aram in æde Canonicorum S. Salvatoris dicarat. Quæ cum minus honeſtum locum videretur tenere, juvenes Angli, qui tum frequentes Bononiæ ſtudiorum gratiâ verſabantur, (35) inſigniori alteram in parte ædi quoque ipſi acceſſione ad-

(34) Triumphus hinc de oppido Mutinâ ſubacto, & de illius Pretore capto præcipuus eſt adeò Bononiæ celebratus, addito & altero de Forlivienſibus confractis, quod in tanta gratulatione viſa ſibi Bononie eſt imperio veluti totius Italiæ potiri. *Vizan. fol.* 85. *dalle Pugliole*, *col* 248., ubi quod prædictus Prætor Mutinæ vocabatur Albertus, & erat Veronenſis, *Gherardacc. lib.* 4. *fol.* 108.

(35) Idem ſuſtinc de aliis gentibus & nationibus, quarum quæque ſuum peculiarem habebat Sanctum Patronum, & ipſi Sacellum in aliqua Eccleſia dicatum, ad quod venerationis cauſſa in die ejus feſto cum certa oblatione, & ſuis Capitibus Nationis accedebant, ut per *Egnat. ad Gherardacc. lib.* 4. *fol.* 109. Habita eſt autem hujus novæ Aræ conſecratio ex mandato Innocentii III. die XVI. Januarii A. 1202., Pretore Magnif. Contio Teſta de Placentia, qui rogatu Anglorum rei interfuit per Egidium Garzoni Bonon. tunc Ep. Mutinæ acta, de qua *Alidoſ. Veſc. Card. &c. Bologn. fol.* 20. *Gherard. fol.* 109. *& ibi Egnat. ſub nut. Falcon. cod. tract. lib.* 2. *fol.* 203., & concordat *Vetuſtiſſ. Kalend. Archigym.* in Januario, ibi:
„ 6. Conſecrat. Altaris in honorem Dei
„ ſub tit. Beatiſſ. Ep. & Mart. S. Thomæ
„ Cantuarien. ſolemniter hac die habita
„ per R. D. Egid. Garzonium Bononien.,
„ & Ep. Mutinen. A. S. 1202. ad inſtan-
„ tiam Magnif. Nat. Anglicæ Bonon. Stu-
„ den., quæ in precioſior. formam illud
„ a quondam Card. Hildebrando conſecra-
„ tum

adjuncta conſtruxerunt. Eam cum Epiſcopus Bononienſis, priore amota, conſecrare abnueret, Innocentius Pont. id muneris Mutinenſi prid. Non. Maji mandavit. Interea Mutinenſes pulſos ſe à Regienſium, ſe Bononienſium copiis indigne, ferentes Ferrarienſes, ac Veronenſes cum carrociis in ſui auxilium advocarunt, ac menſe Junio infeſtis ſignis ad caſtrum Herberiæ in ulteriore Siclæ ripa è regione Marzariæ ſitum contenderunt, &, quanquam Regienſibus, ac Bononienſibus egregie defendentibus, agrum univerſum hoſtili direptione vaſtarunt, atque oppidum manganis (genus hoc tum muralis tormenti erat) admotis magna vi oppugnarunt, ac ſine dubio in poteſtatem adduxiſſent, niſi eodem menſe Vido Lupus Prætor Parmæ, & Conradus de Summo Prætor Cremonæ delecti utrinque arbitri rem compoſuiſſent, poteſtate Regienſibus emiſſarii e flumine derivandi permiſſa. Jacobus Bernardus, & Gerardus Rolandinus Regii Præturam cives Bono-
1203 nienſes geſſerunt. Prætor inde Gulielmus Puſterla Mediolano vocatus. Sedatis domeſticis diſcordiis, aut certe in præſens ſopitis, priſtinas revocare cogitationes, cauſamque belli cum vicinis quærere Civitas cœpit, haud dubiam ſpem gerens, fore, ut quoſcunque armis appeteret, eos levi momento pro rerum præſentium opulentia, atque ipſius interregni diuturnitate ſubigeret. Primum Ferrarienſibus de finib. agri, prædiſque abactis lis eſt intenta, verum ſtatim ſine armis, nova interveniente pactione, ſublata. Gulielmus Prætor cum Salinguerra Taurello ſorte eorum Prætore congreſſus Azone Juriſconſulto adhibito novum fœdus percuſſit, in quo de ſervandis utrinque hominibus, damnis reſarciendis, prædis reſtituendis, & agri utriuſque terminis cavit. Ea re tranſacta rerum quaſi ordine quodam addactis Mutinenſes ipſos placuit adoriri. (36) Itaque Gulielmus Prætor ex conſilii ſententia locos, pagoſque quoſdam cis Scultemnam infra, ſupraque viam Aemiliam ſitos à Conrado Prætore Mutinenſi repetiit. Nomina eorum fuere, S. Andreas, Mandria, Serlia, Golzanum, Montalugnum, Parvillianum, Vallis S. Apollinaris, Caſola, hæ ſupra viam; infra vero Medium ſolium, dimidium plebatus Coccini, S. Martinus de Sicco, S. Joan. de Porto Leare, & S. Maria de Porto. Mutinenſes hac re audita, haud ſatis mirari, cur nunc demum quæ tam longo eſſent à ſe uſu poſſeſſa, repeterentur nimirum id eſſe dicere; „ Civitatem Bononienſem nimia proſperitate „ jam laſcivire, neque domi, neque foris „ quieſcere poſſe. Mortuo Henrico, & „ Marqualdo in lateribus hærente per Pon„ tificem ſublato elatos creſcere ex vici„ norum incommodis cogitaſſe. Imolenſi „ agro Cæſare ſpoliato, certamina opportu„ ne cum Ferrarienſibus commiſiſſe, quæ „ ubi ex ſententia non proceſſerunt, om„ nem in ſe cupiditatis vim convertiſſe, „ agrum eos trans Scultemnam flagitare „ potius, quam repetere, bellumque, ni „ concedatur, minari; ſe ea ſententia eſſe, „ ut ne glebam quidem, niſi armis coacti, „ ſint permiſſuri. Hoc reſponſo relato, nemo omnium è Conſilio fuit, quin agrum armis repetendum eſſe cenſuerit. Ut autem, quam maxima fieri poſſet ope, bellum gereretur, placuit legatos ad ſolicitandos vicinarum Civitatum animos mittere, ſimulque caſtrum in finibus agri ad impreſſiones in agrum Mutinenſium faciendas conſtruere. (37) Legati lecti quattuor, Romaſinus Rainerius, Jacobus Urſus, Vido Tantidenarius, & Apinellus. Hi urbe cum mandatis Civitatis profecti, Regium acceſſerunt, atque in Conſilio Credentiæ à Prætore Iſacio Dovaria dato Regienſes rogarunt, ut, quod ipſi paulo ante contra Mutinenſes ad jus parandum à ſe auxilium accepiſſent, id nunc ſibi ad ſuum recuperandum afferrent. Haud multis ſecum agi Regienſes paſſi, ſubito ſe paratos eſſe ad omnia eorum mandata dixere. Itaque extemplo fœdus in hæc verba conſcriptum. „ Si Bononienſes bellum intulerint Mutinenſibus „ ante Carniſprivium ſive juſſu, ſive injuſ„ ſu Regienſium, Regienſes bellum ſuſci„ piant cum Mutinenſibus, idque omni ope „ ſua gerant poſt quindecim dies, quam „ per literas, aut legatos admoniti fuerint, „ neque pacem, aut inducias faciant injuſ„ ſu Prætoris Bononienſis, aut Conſulum, „ qui pro tempore fuerint. Sin autem poſt „ Carniſprivium arma intulerint juſſu Re„ gienſium, Regienſes non teneantur. „ Quod ſi Mutinenſes bellum priores intu„ lerint, Regienſes utique teneantur. Et, „ ſi dubium eſſet, utri priores bellum in„ tuliſſent, ſtetur jurejurando Prætoris Bo„ nonienſis, aut Conſulum, qui pro tem„ pore fuerint, aut duodecim hominum, qui „ ex Conſilio Bononienſium à Regienſibus „ eligantur. Quod ſi cum aliis bellum ge„ rent cauſſa Mutinenſium, Regienſes non „ teneantur. Maneat autem hæc ſocietas „ uſque ad annos decem, & quinto renove„ tur. Erant duæ illo tempore Civitates maxime Mutinenſium commodis ſervientes, Parma, atque Cremona. Has igitur aut ſibi adjungere, aut à Mutinenſium ſocietate avertere Legati ex Conſilii mandato volentes, eò ire conſtituerunt, & quò res majorem auctoritatem haberet ſecum Prætorem quoque & Legatos Regienſium adduxerunt, ac tertio Idus Junias Parmam profecti Conſilium Credentiæ à Prætore utriuſque civitatis nomine poſtularunt. Prætor erat Matthæus Corrigius. Is Conſilium ſubitò convo-

„ tum refecit, & huic S. Patrono ſuo in „ Eccl. Canon. Regul. Rhenan. dicavit, „ præſente Magnif. D. Contio Teſta de „ Placen. incl. & pot. Pop. Bonon. Præt., „ & Præſtan. Viro D. Oſſa Stheunope „ Theſaurar. ejuſdem Magnif. Nat. Angl. „ curante.

(36) Ne ſuos de confinibus prætergreſſis incuſet Sigonius, retorquet in nos injuriam, & artem. Igitur noſtris haud ſuos placuit ſimpliciter adoriri, quaſi putes forte eos obſecundatos id fategiſſe Bononienſes, et per præpotentiam, & cupiditatem proferendi imperii, bellum in eos movere ſtatuerint; equidem verò juſtitia poſtulante pro occupatis Terris repetendis, vindicandiſq;. *Ghirar. fol. 109., & ibi Egnat. prope finem Vizan. lib. 3. fol. 86., & ſeq.*

(37) Subintellige Caſtrum Plumatii, cùm antea locus, ager S. Columbani vocitaretur. *Griffon. ad hunc A. 1203. col. 109. Vizan. lib. 3. fol. 87. dalle Pugliola, col. 248. prope finem. Ghirardacc. lib. 4. fol. 110. M. Eliſ. Surar. in ſua Hiſtoriog. §. Plumatium.*

Is

vocavit. In eo primum Legati Bononienſes, deinde Regienſes verba fecere, omnium una fuit petitio, ut Parmenſes ſibi in bello adverſus Mutinenſes adeſſent, aut ne eos adverſus ſe adjuvarent. Quibus auditis, ex Conſilii ſententia reſpondit Prætor, ſe ſocietate cum Mutinenſibus vetera junctos eſſe, neque pro jure ſocietatis facere poſſe, quin eos adverſus omnium, qui oppugnare velint, arma defendant. Inde Cremonam progreſſi, eadem in Conſilio Credentiæ petiverunt, pro Othone Prætore (38) Talamatius Judex ejus reſpondit, dolere ſe magnopere, quod tanta inter duas finitimas Civitates diſcordia exarſiſſet; ſeque paratos eſſe, operam dare, ut res inter eos, remotis armis, conveniat. Quod ſi efficere non potuerint, ſe conſilii id capturos, quod honeſtiſſimum judicarint. Hæc cum reſponſa Legati domum retuliſſent, eo intentius domeſticis copiis bellum parandum eſſe, viſum eſt, quo majoribus ſociorum opibus id excepturi eſſe Mutinenſes videbantur. Interea Parmenſes, & Cremonenſes Prætores ſuos rei componendæ cauſſa Bononiam deſtinarunt. Matthæus, & Otho Legatis Mutinenſibus ſecum aſſumptis profecti. Ibi XVIII. Kal. Julias in Conſilio Credentiæ re utrinque agitata, Otho Mutinenſes eſt percontatus, num controverſiam ſuam Gulielmi Prætoris arbitrio permittere vellent? quibus adnuentibus, executus inde eſt, num religioſorum hominum ſtare decreto vellent? Quod cum pariter recuſaſſent, re infecta abierunt. Ea de re ineunte Julio Gulielmus Prætor ex Conſilii ſententia Ardicionem Ruſticanum, & Bonacurſium Alberum Conſules Juſtitiæ Regium miſit, atque eos in Generali Conſilio, quæ inter ſe convenerant, Prætori, & Communi Bononiæ rata fore jurare juſſit. Eodem etiam anno aliæ cum Bergomatibus, & Florentinis pactiones initæ, ſed quæ nihil ad belli ſocietatem pertinerent, contra quam nonnulli præpoſtere tradiderunt. Cum Bergomatibus ita pactum: „ Si quis Bergomas, aut Bononienſis propter æs alienum huc, aut illuc migrarit, ibi tutus „ maneto; qui rationes alienas conturbarit, ejus utrobique captio eſto. Cum Florentinis ita: „ Nemo aut Bononienſis, „ aut Florentinus extra ſuum Forum vadimonium promittito, aut obito, neque ſe „ in aliena Urbe judicii gratia ſiſtito, niſi „ per ſe nominatim aliquid cum cive ſuo „ contraxerit, aut pro alio ſponſorem ſe „ interpoſuerit. Et, cum Brixiani ab exulibus ſuis graviter per civilia arma conflictarentur, Bononienſes Legatos eò miſerunt, atque auctoritate ſua Civitatem ad concordiam redegerunt. Ædes publicæ recens conſtructæ, ut habendis Conſiliis, juri dicundo aptæ eſſent, ſubſelliis, & Tribunalibus ſunt ornatæ, ac Prætor, & reliqui Judices jus ibi reddere, ac judiciales actiones exercere cœpere. Mutinenſes bellico apparatu in ſe Bononienſium cognito hoc anno fines ſuos diligenter per Conradum Sanmartinum Prætorem ſuum cuſtodierunt adverſus eos, qui caſtrum Plumsti (ſic eam vocarunt) in finibus conſtruxere, ac majore conatu ſe in proximum ad impreſſionem eorum excipiendam præpararunt, & Nonantulanos certis ad ſe conditionibus ab amicitia Bononienſium revocarunt. Initio ſequentis anni Uberto Viceco- 1204
mite tertiam jam Præturam gerente, utrique populi, dum idoneum negotii aggrediendi tempus expectant, repente nec opinantibus omnibus ab armis receſſere. Alii Alberti Mantuani Eremitæ facundia ſimul, ac pia oratione ad concordiam redactos, alii Octaviani Cardinalis Epiſcopi Oſtienſis, Pontificis tunc in Lombardia Legati auctoritate rem compoſitam produnt. (39) In actis utriuſque Civitatis rem per compromiſſum tranſactam, extat in hunc modum. Septimo Idus Januarias (40) Bononiæ frequenti in concione Aimericus Dodonus Cremonenſis, Prætor Mutinæ, compromiſſum fecit in Ubertum Vicecomitem Prætorem Bononiæ de omni lite, quæ per Gulielmum Poſterlam Prætorem Mutinenſibus fuerat intentata, & de ſacramentis inter has Civitates concipiendis, ſpondensq́ſe ſtaturum eo, quod Ubertus decreviſſet. Mutinenſium Legati cum Prætore ſuo Aimerico erant in ea concione Gulielmus Rangonus, Guidottus Adelardus, Martinus Procenarius, Vido Papia, & Gulielmus Gunterus. Quæ iſti Bononiæ tranſegerunt, ea poſt ipſum domi Conſilium comprobavit. Ubertus re ad rationem revocata, fines agri Bononienſis, & Mutinenſis ad aquam fere protulit, quæ tunc, ut nunc quoque, Mutia vocabatur, ac ſeptimo Idus Maji pronunciavit. (41) Eo decreto ſtetere Mutinenſes, quanquam injuſte multis ſe pagis fraudatos à Prætore Bononienſi vulgo frementes.

Bellum cum Piſtorienſibus.

Rebus Mutinenſium ex ſententia ſine ulla belli calamitate compoſitis, omnis inde in Piſtorienſes belli cura converſa. Neque verò armorum deerant cauſſæ: quippe aſſiduæ finium controverſiæ, prædæque utrinque abactæ, ac populationes agrorum factæ; ob eam rem Conſilio placuit, cum Florentinis adverſus eos ſocietatem inire. Juncta eſt autem his conditionibus „ ut utrique alterius homines, reſque ſervarent, & „ ad alterius arbitrium adverſus Piſtorienſes „ excurſiones equeſtres in decennium facerent,

(38) Is eo anno Cremonenſium Prætor Otho Meſſa, vel Noxa per *Ariſ. Ser. Chronolog. Prat. Cremonen. ad A.* 1203. *fol.* 3. *Ghirardacc. fol.* 109.

(39) Albertus prædicatione, Octavianus dignitate animos compeſcuit, ac ita res compoſita. *Ghirardacc. fol.* 110 *ad med*, *ubi Egnat. Vizan. lib.* 3. *fol* 87. *dalle Pugliole ad hunc A.* 1204 *col.* 249.

(40) dicas: Februarias, cum *Ghirardacc. d fol.* 110., qui ad id allegat *Reg. nov. fol.* 24, & pro Mutinenſibus compromiſſum juravit Aymericus Dodonus de Cremona, cujus etiam meminit *Vizan. lib.* 3. *fol.* 87., *& ſeq.*

(41) Nempe die 9. Maji, præſentibus inter ceteros Azone, & Ugolino Preti, ſive de Presbyteris Civ. Bonon., & Juriſconſultis Clariſſimis per *Ghirardacc. d. fol.* 110, *ubi Egnat. poſt med. Vizan. fol.* 88. *dalle Pugliole*, *col.* 249. De eodem verò Ugolino *Alidoſ. Dott. Legg. Bonon. fol.* 221. *& ſeq.* Nos quoque alibi, & *Orland. de' Scritt. Bologn. fol.* 253.

„ rent, neque injuſſu alterius pacem, aut A
„ inducias eis darent. Bononienſes Bargam
„ Sambucam, & Stagnum ex ditione Piſto-
„ rienſium excepere, quibus ſe parcere in-
„ tegro fœdere poſſe voluere. XV. Kalen.
Decembris cum Faventinis fœdus in eaſ-
dem, quibus ante, conditiones, Vidone Piro-
vano Prætore Faventino probante, inſtau-
ratum. Quietæ inde cum Piſtorienſibus quo-
que, quæcunque cauſſa fuerit, res fuere.
Mutinenſes arma Frinianenſibus intulere,
atque exercitu in Padullum, regio eſt mon-
tana, inducto Pagum Cadiani combuſſere.
1205 Sequenti anno, quo continuata fuit Uberto
Prætura, orto inter Regienſes, & Mantua-
nos bello, Mantuani equitibus Bononienſi B
bus Regienſium auxilio ſubmiſſis devicti.
Succidani item jurarunt, ſe præceptis ob-
temperaturos Uberti Prætoris Urbani, &
Andali Prætoris Montani, nam ab hoc tem
pore ut Urbs, ſic ditio Bononienſis, per
Prætores regi eſt cœpta. (42) Frinianenſes
à Mutinenſibus coacti liberam ſui deditio-
nem fecerunt.

Leges Gymnaſii.

TRanquilla domi Civitate, Gymnaſii di-
ligens cura ſuſcepta, atque his legi-
bus ejuscommodis, ac dignitati conſultum.
„ Qui profiteri legum doctrinam voluerit, C
„ poſtquàm approbatus erit, profeſſionis
„ initium facere non poſſit, niſi jurarit, ſe
„ poſthac nolla in Urbe ſcientiam legum
„ ſcholaribus traditurum; Prætor hæc apud
„ ſe ſacramenta concipienda curato. Do-
„ mini legum cum aliquo vertendi ob ſtu-
„ dium ſoli cauſſa ne contrahunto, neve
„ ſcholaribus, ut aliò commigrent, auxilio
„ ſunto. Judicibus, & Rectoribus, ſi poſtu-
„ larint, conſilium danto. Ne quis Civis,
„ aut Urbis incola ſe comitem ſcholari
„ aliò ſtudii gratia commigranti præbeto.
„ Ne quis eum aliquo ſcholari extra Ur-
„ bem, & ditionem Bononiæ contrahito.
„ Scholares pro civibus habentor, atque
„ tractantor. Hæc autem hoc tempore dili-
gentius ſanxiſſe videntur, quia in vicinis
etiam Urbibus leges tradi, aliòque magiſtri
mercedis magnitudine avocari erant cœpti.
(43) Jam tanta populi frequentia ſucreve-
rat, ut eam capere Urbs non poſſet. Itaque
Iſacio Dovaria Cremonenſi Prætore ſequen 1206
ti anno Conſilio placuit, Urbis ambitum,
quem D. Petronius muris cinxerat, prola-
tare. Decretumque eſt, ſuburbia Portæ Ra-
vennatis, & Portæ Steriæ, quarum illa ad
Orientem, hæc ad Occidentem vergebant,
lapideis muris amplecti, idque opus hoc
anno incœptum. (44) Homines caſtri San-
ctæ Anaſtaſiæ, cum ſe dedidiſſent, leges,
quibus uterentur, accepere.

Lis Bononienſis tranſacta.

CUm Ferrarienſes agri terminos motos,
confuſoſque fuiſſe arguerent, atque ea
de re litem moviſſent, quatuor Judicibus
arbitrium rei univerſæ permiſſum, à quibus
cum eſſet ad Prætorem provocatio facta,
Iſacius jam iterum Prætor cum Salinguerra
Taurello, qui ſe Principem Ferrariæ, Azo- 1207
ne Eſtenſi Præturam Veronæ adminiſtran-
te, ferebat, collocutus rem totam compo-
ſuit, (45) cautum, ut poſthac duumvirûm,
qui legerentur, extremo judicio ſtaretur.

Se-

(42) Sed Prætor Mantuanus ex Civibus ſeligeba-
tur, hinc memoratus Andalus, vel Anda-
lous, ex præclara gente Bononienſium An-
dalon fuerat prognatus. *Egnat. ad Ghirard. lib. 4. d. fol.* 121. *ante med. Vizan. fol.* 88. D
(43) De iiſdem legibus generaliter latis, atque
modo editis, agit etiam *Ghirardacc.*, *& ibi
Egnat. d. fol.* 121. *ad med.*, ubi quod omnes
promoti ad pub. Magiſterii Cathedras ſacra-
mento vinciri oportebat, ita tamen, ut
Cives illud præſtarent in manibus Archidia-
coni Bononiæ tamquam majoris hujus Stu-
dii Cancellarii, & dicebatur Juramentum
Profeſſionis, quod conſiſtebat in promiſſio-
ne obſervandi Conſtitutiones, atque Provi-
ſiones Archigymnaſii, neque alterandi Ka-
lend. Academicum Lycæi, & item in pro-
miſſione ſuſtinendi fortiter, & ad omne
ſuum poſſe dignitatem, jura, & privilegia
ujuſdem Gymnaſii, opem, operam, neque
conſilium unquam, vel cuipiam dando, un-
de præjudicium vel leviſſimum illud pati,
aut etiam per indirectum eidem advenire E
poſſet ſub pœna amiſſionis Cathedræ, ſeclu-
ſa inſuper ſpe illam unquam recuperandi,
item honorariorum fortè præteritorum, &
infamiæ cum incurſu pœnæ turpiſſimæ pro-
ditorum Patriæ, quam infamiæ notam in-
curret etiam univerſa ipſius Familia in in-
finitum.
Exteri verò, atque conducti ad duplex pra-
ſtandum Juramentum tenebantur, & pri-
mum quidem in manibus Prætoris Comm.
& Pop. Bonon. præſentibus ad minus duo-
bus Conſulibus Juſtitiæ, quod jusjurandum
Juramentum conductionis vocabatur, & potiſ-
ſimum conſiſtebat in his, quæ hic referunt
laudati Sigonius, & Ghirardaccius; alterum
porrò poſt hoc præſtitum, quod erat præci-
puum Profeſſionis, in manibus Archidiaco-
ni, ut paullò ſupra dictum eſt, emittere
tenebantur, obſervato ſemper, quod nul-
lum actum Pub. Lectoris agerent, niſi præ-
miſſo utroque quod ad hoc exteros, & ſuo
quoad Cives proprio Juramento ſub pœna
amiſſæ Cathedræ ipſo facto; *Hinc in Vetu-
ſtiſſ. Kalend. Archigym.* ſæpius allegato *ad men-
ſem Octobrem*, hæc leguntur, ibi:
„ 18. S. Lucæ Evang. Patroni Scholæ De-
„ lineatorum, quæ recepta fuit ſub tut.
„ noſtri Archigym de A S 1105.
„ Ab hac die, Majorum inſiſtendo mo-
„ ribus, & Archigym. conſuetudinibus,
„ intelligetur apertum Studium, ad hoc
„ ut opportunè haberi poſſint actiones
„ Academicæ.
Cetera videantur in eodem Kalendario ad hanc
diem, ne ibidem expoſita repetantur, vel
ne ea fuſa oratione, noſtræ hæ notæ lon-
giùs, quam deceat, abeant.
(44) Authumant *Bart. dalle Pugliole ad hunc A.* 1206.
col. 249. *Ghirardacc. fol* 121. *Vizan. lib.* 3.
fol. 88. *& ſeq.* Hæcque eſt noviſſima Urbis
ampliatio, intra quos terminos adhuc con-
tinetur XII. Portis ſuffulta, quas memorat
idem *Vizan fol* 89. licèt ibi advertas fas
eſt, hodie loco Portæ Pratelli jam clauſæ,
apertam fuiſſe alteram ſub S. Pio V., quæ
ideo Pia, ſive S. Iſaiæ appellatur, ac Por-
tas Maſcharellæ, & Stratæ Caſtellonææ lon-
gè poſt opera, & rogatione eorum incola-
rum fuiſſe apertas, ut ſuis locis noſtri ſcri-
bunt. Scias vero, ſæpiùs mœnia eadem ſuc-
ceſſivè, quo propter diuturnitatem decide-
rent, atque laberentur, fuiſſe reſarcita.
(45) Apud Doliolum eſt res compoſita die 29. Mar-
tii hujus A 1206 Iſacio Dovaria Cremo-
nenſi ſecundo Prætore per *Ghirardacc. fol.*
121. *verſus finem.*

Seditio Civilis.

FLuctuantem deinde veteribus diſcordiis Civitatem recentes exceperunt diſſidiorum procellæ. Olivarius Gariſendus, quem Thomæ Bulgari inimici ſui potentia Urbe pulſum diximus, in Franciam profectus virtute, ac comitate ſua Regis gratiam uſque adeo collegerat, ut ab eo Præfectura ubere ornaretur. Quamobrem facultatem faciendæ pecuniæ nactus, ingentem ad uxorem argenti vim miſerat, eique ut excelſam turrim firmo adverſus inimicos ſuos munimento futuram extrueret, imperarat. Hæc Theodora Honorii Rodaldi filia fuit, magni ſpiritus, atque ingentis indolis fœmina, quæ turrim ad ſpeciem magis, & potentiæ oſtentationem, quàm ad ſecuritatem, & periculi propulſionem pertinere arbitrata, omnem pecuniam à marito miſſam ad infimam plebem per ſpeciem pietatis gratia, atque opportuna largitione devinciendam contulit, ac marito tamen ſe validiſſimam extruxiſſe turrim ſignificavit. Mortuo inde Thoma Olivarius ab exilio revocatus hoc anno domum repetiit. Ibi cum ſtatim ab uxore turrim imperatam repoſceret, illa infinitam clientum multitudinem in atrio domus ſalutandi ipſius cauſſa ſtantem oſtendit, atq; eam veriſſimam, ac tutiſſimam adverſus inimicos ipſius turrim eſſe dixit, opportunis ſibi pecuniæ miſſæ muneribus obligatam; proinde, ſi vir eſſet, eorum fideli, ac prompta opera adverſus eos, a quibus exactus fuerat, uteretur. Quibus vocibus altius, quàm oportebat, in Olivarii pectus adactis repente exiluit, atque ea hominum caterva ſtipatus ad Bulgarorum domum oppugnandam perrexit, ac Thomæ fratrem, cum ſe in via forte obvium obtuliſſet, obtruncavit, occupatamque domum incendio cum univerſa Thomæ familia hauſit. (46) Franciſcus Aſiſias, Vir ſanctiſſimus, is, qui poſtea Divorum in numerum eſt relatus, Divino Spiritu afflatus ſodales, homines ſui ſimiles, habere inſtituit, quos Fratres Minores appellavit, de quibus poſt uberius cum tempus
1208 poſtulaverit. Iſacium inde Prætorem Vido Pirovanus Mediolanenſis eſt conſecutus. Eo auctore, poſtulantibus iterum in ſummo rerum diſcrimine auxilium Regienſibus mature ſubventum. Suzariam in agro Regienſi tentandam ſibi Mantuani ſuſceperant.

Auxilium latum Regienſibus.

ITaque accitis Veronenſium, Ferrarienſium, Cremonenſium, Mutinenſium, & Marchionis Eſtenſis auxiliis eò proceſſerant, ac locum manganis, ac petrariis admotis acriter oppugnabant. Qua re cognita Bononienſes Imolenſibus, & Faventinis aſſumptis carrocium eduxere, atque exercitum ingentem per Mutinenſium ſuburbia ad Suzariam perduxere; quò Parmenſes cum ſuo & ipſi carroclo Regienſibus auxilio venerunt, ſatiſque conſtabat, privatis harum Civitatum opibus majorem nondum, ac firmiorem ad oppugnationem oppidi exercitum conveniſſe. Pugnatum eſt pari utrinque virtutis, atque animorum ardore; victoriæ tamen decus penes Bononienſes fuit; quorum opera egregia, Suzaria obſidione liberata, enituit.

Bellum Piſtorienſe poſitum.

REmiſſa inde adverſus Piſtorienſes iracundia, belli quoque ejus in præſens cogitatio poſita, Florentinis fœdus remiſſum, dataque viciſſim poteſtas pacis cum Piſtorienſibus componendæ. Ita bellicis cogitationibus poſitis operum publicorum cura ſuſcepta.

Rhenus in urbe derivatus.

CArente uſu nautico Civitate curatores fluminum Bonavolta, & Valterus creati conſtituerunt, ut aquæ Rheni pars ex alveo derivaretur, & in urbem publicæ utilitatis cauſſa perduceretur; emiſſarium lintribus Ferrariam deferendis aptum eſt factum. Apoſa torrens receptaculum omnium purgamentorum urbis, cum pro æde D. Mariæ Majoris flueret, ex aperto loco in cloacam occultam operâ eorundem deducta. Murorum adjectæ ad urbem partis conſtructio continuata; opera mirè univerſæ civitati probata, atque accepta. (47) Philippo in Germania X. Kalen. Julii occiſo, regnum haud ambigue penes Othonem remanſit. Azo Eſtenſis Veronæ Prætura Salinguerræ opera priore anno dejectus, exulum Ferrarienſium auxilio Salinguerram Ferraria depulit; is Mutinam ſe recepit. Ramberiinus Buallellus Bononienſis Mediolani Præturam adminiſtravit.

OTHO-

(46) Rem fermè per eadem verba referunt *Ghirardacc. fol.* 111., *& ſeq. Vizan. lib.* 3. *fol.* 89. *Egnat. ad Ghirardacc. loco præcitato*, ubi Theodoræ factum laudibus propemodum infinitis tamquam in Cœlum effert, ac illud, quod ubique celebretur, & in Aulis publicis, inſcripto fuſiori elogio, ſculpatur, ſive depingatur, miris, atque vehementiſſimis votis, ne egregiæ fœminæ ingenium cum Romanis eroibus comparanda à perenni ſit unquam hominum memoria, precatur, & obteſtatur.

(47) Idem unanimiter *Ghirardacc. fol.* 112., *& ſeq. Vizan. fol.* 90., *&* 91., ubi plura de commodis, quæ ex aquæ Rheni amnis deductione Bononia ſuſcipit; *Egnat.* verò *ibidem*, hæc ſubdit: „ Sed etſi his pro tantis commodis decurrente mediam per Urbem „ Rheni deducto aquæ canali tunc adeò, & „ fortè merito jure, gratulatum Bononiæ „ eſt, ſunt attamen tanta, & talia incom„ moda, quæ modò ob ſtagnantes abs Cle„ mentis VIII. imperitatione aquas Rhe„ ni Bononia, præ univerſo jam ammodo „ planitiei agro ſuo ſubmerſo patitur, ac „ univerſa Civitas ingemiſcit, & lachry„ matur, quod anceps eſt procul dubio ju„ dicium, num Rhenus plus contulerit, „ quam abſtulerit; Gallis hæc autem im„ pingenda culpa, quibus fluvio hoc nomen „ impoſitum, infenſi ipſi namque ſemper „ in ſummo nunc luctu jacere nos atque „ eſſe cogunt, qui temporaneo quondam in „ gaudio detinuerunt, ac utinam feroci „ Germanorum fuiſſet, cùm requirerent, „ datus aſſenſus, temporalis namque, „ & aliquorum per ea tempora gemitus, „ planè jam modò, & in commune converſus eſſet, perpetuumque tripudium: „ Adde *Bart. dalle Pugliole, col.* 249.

OTHONE IV. IMPERANTE.

A

1209 OThonem poſt tumultus Germaniæ compoſitos prima, ac præcipua Lombardiæ cura inceſſit, quam poſt Henrici mortem alienatam jura etiam Imperii attrectare auſam, acceperat. Itaque in Italiam trajecturus Legatum de more cum magna poteſtate Volcherum Patriarcham Aquilejenſem præmiſit, ut jura populorum cognoſceret, eoſque ad antiqua obſequia ſibi advenienti præſtanda alliceret, atque omnino aditum ſibi quaſi in Italiam aperiret. Mediolanum primum, deinde Bononiam adiit. B

Legatus Othonis Bononiæ.

HOſpitatus in Epiſcopio Prætorem ad ſe vocavit, ac ſolemne ſacramentum exegit. Eo dato, deinceps oppida, ac poſſeſſiones, quas Bononienſes poſt Henrici mortem Imperio eripuiſſent, repetiit. Prætor erat Giliolus Seſſius Regienſis. Is ex Conſilii ſententia, nam id multo ante præviſum erat, ſummo ſtudio ſe reſtituturum ſignificavit, ac Vidonem Lambertinum Juriſconſultum (48) præſentem ita reſpondere juſſit. „ Quas poſſeſſiones, & oppida habe-
„ bat Hearicus Imperator, cum eſt mor- C
„ tuus, & poſt mortem ejus Bononienſes
„ occupaverunt, quæ ſunt in diœceſi Bo-
„ noniæ, aut in aliis, hæc autem intelli-
„ gimus eſſe Medicinam, & illam partem
„ Argellatæ, quam Imperator tenebat, &
„ agrum Imolæ, has vobis dimittimus in-
„ tegro jure, ſi quod habet Commune
„ Bononiæ vel privilegio alicujus Impera-
„ toris quæſitum, vel conſuetudine vatere
„ comparatum. Atque his dictis ipſe ſurrexit, ſequa ratum habere quod Vido dixerat, dixit, ac bacillum (49) Volchero porrexit. Progreſſus inde in Romaniolam Legatus Caſtrum Imolæ, quod erat juris Imperatoris, Bononienſibus, ac Faventinis cuſtodiendum adverſus Imolenſes attribuit. D

Adventus Othonis in Italiam.

POſt hæc Otho in Italiam trajicit, ac Brixia Mediolanum progreſſus ſummis à Civitate exceptus honoribus die ipſo Reſurrectionis per Ubertum Archiepiſcopum inſigne regium ſumit. Sub Kalend. inde Majas Mediolano digreſſus Laudem, Placentiam, ac Parmam adit, atque in ſingulis Urbibus jus dicit. Mutinam inde progreſſus ad Spilambertum caſtra fecit, inde in agro Bononienſi ad Rhenum. (50) Poſtremo cum Romam acceſſiſſet, exercitum extra Urbem de more reliquit. Ipſe Urbem ingreſſus VI. Idus Octobris coronam ab Innocentio Pontifice imperatoriam cepit. (51) Interim Azonem Suſinello, & Giliolo civibus Ferrarienſibus adjuvantibus Salinguerra Urbe exire coëgit. Petrus Taurellus civis Bononienſis Regii Præturam adminiſtravit. Ubertus inde Vicecomes quartam Præturam inivit. 1210 Ab hoc tempore Lombardia quæ poſt pacem Conſtantiæ factam in fide omnino Imperii fuerat, novis defectionum cauſſis objectis in diverſa ſtudia eſt diſtracta. Auctor tumultuum ipſe Otto Imperator extitit, qui cum diadema accipiens juraſſet, ſe Eccleſiam, & Fridericum Henrici filium, Regem Siciliæ, cujus pupilli Eccleſia tutelam ſuſceperat, omnibus viribus defenſurum, Urbe egreſſus omnia contra datam fidem facere inſtitit. Nam & homines Romam petentes ſpoliavit, atque ipſum Eccleſiæ Patrimonium quondam à Mathilde relictum invaſit, & in Apulia in Friderici hæreditatem quaſi ad ſe pertinentem hoſtiliter eſt invectus. Innocentius Pontifex, cum ſemel atque iterum Othonem, ſed fruſtra, admonuiſſet, ne contra jusjurandum aut ſuam, aut Friderici vexaſſe ditionem vellet, pœnis inferorum devovit. Otho eo

(48) Guido eſt alterius Guidonis filius, Eques auratus, Miles nobiliſſimus, Vir etiam ſua ætate plurimæ dignitatis, & Juriſconſultus non incelebris, ac, qui illud, quod maximum eſt, honoris, & pietatis monumentum gentis ſuæ addidit, domi hoſpitaſſe ſuæ Sanctum Franciſcum de Aſſiſio Seraſici Ordinis parentem ex *Dolfi delle Fam. Nob. di Bol. fol.* 435., *& ſeq. Alidoſ. Dott. Bologn. fol.* 91. Vide quoad reſponſum *Vizan. fol.* 91. *Ghirardacc. fol.* 113.

(49) Virgam ſcilicet juriſdictionis, ad denotandam dimiſſionem ejuſdem juriſdictionis, quam nomine Magnifici, & potentis Populi Bononiæ ſuper his locis, tamquam Prætor exercebat. *Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 113. *ad finem*, ubi ad laudem Vidonis rem in hæc claudit: „ Tanti eſt ergo Vir habitus di-
„ gnitatis, ut per Prætorem conſuleretur
„ a Patria, & Conſulibus, ut Vicarius
„ Cæſaris in eo compromitteret, ac ut neu-
„ ter oraculo ſuo vel quidpiam abnuerit,
„ imò ita reſponſo, ſive laudo ſuo acquie-
„ verit, quòd ad inſtar veterum Sapientum,
„ univerſa ſit illicò cauſa dirempta, & res
„ compoſita.

(50) Imò Bononiam eſt ingreſſus, in quam magnificentiſſimè eſt exceptus, ibique Conventum jam indictum habuit frequentiſſimum Prætorum, Rectorum, Judicum, & Conſulum cunctarum Urbium Lombardiæ, & Italiæ Imperio fœderatarum, ut illum in Cæſarem recognoſcerent, ipſique ſacramentum fidelitatis præſtarent, ut ex *Ghirardacc. Tom. III. fol* 113. ubi, quod idem Otho poſtquam magnam pecuniæ ſummam pro Manſionatico, & Comitatu exegit, Romam profectus eſt Coronam Imperii ab Innocentio III. accepturus; Imò addit hæc *Egnat d. fol.* 113. *prope finem*, quod ob id, & fortè ipſo inſtante Auguſto, feſta, & celebritates multæ, quàm ſolemniter Bononiæ actæ ſunt, prout tradit etiam *dalle Pugliole*, *col.* 250., ac quod rogatu Conſulum, & Prætoris confirmavit Stud. Gen. Bononiæ, & omnia jura, & privilegia Archigymnaſii in die Sanctiſſimæ Crucis hoc A. 1209. pollicitus quoque Urbi confirmatione jurium, & privilegiorum Civitatis, poſtquam Imperii Diadema de manu Pontificis aſſumpſiſſet, idque totum legitur in *Vetuſtiſſ. Kalendar. Archigym. ſub menſem Septembris*, ibi:
„ 14. Anniv. Confirmationis Stud Gen.
„ Bonon., & jur., ac privileg. Archi-
„ gym. per Invictiſſ. Cæſ. Othonem IV.
„ Ital., & Rom Regem, Bononiæ exi-
„ ſtentem factæ in Conventu frequentiſſ.
„ Repræſentantium univ. Urbium, ac
„ Terrar, & Lombard., & Italiæ hic
„ convocat. hac die tunc Mercurii A. S.
„ 1209. Giliolo Seſſio Rhegien. Bononiæ
„ Prætore.

(51) Dominico die 10. Octobris 1209. cum magna celebritate; *Spondan. in continuat. Annal. Baron. Tom.* 1. *fol.* 37. *num.* 2., ubi alios allegat; *Ghirardacc d. fol.* 113. *in fine*; *dalle Pugliole*, *col.* 250. *Griffon. hoc A. col.* 109. *Vizan. lib.* 3. *fol.* 91

E

eo nuncio ictus, ne civitates Lombardiæ à ſe deficerent, veritus, Volcherum Legatum in Lombardiam ad retinendos ſocios in fide remiſit, qui Bononienſes, Cremonenſes, Papienſes, Brixianos, Placentinos, & Medinlanenſes amicos invenit. Nec multo poſt ipſe acceſſit.

Legatio Bononienſium ad Othonem.

AD eum Vercellis agentem Bononienſes legationem miſere, ac veteris privilegii confirmationem tertio Kalend. Julii retulere; (52) „ nempe cauſarum privatarum, „ & publicarum, ordinariarum, & extra- „ ordinariarum cognitionem, Magiſtratuum „ creationem, conſuetudinum ſuarum ob- „ ſervationem, quæ à Friderico, & Hen- „ rico prædeceſſoribus ſuis accepiſſent. „ Rebus in ea parte ea ſententia conſtitutis Ferrariam ſe Azonis exulis cauſſa tumultuantem contulit, atque Bononienſibus adjutandum adhibitis pacem inter Salinguerram, & Azonem conciliavit, ipſumque Azonem reſtituit, veritusque ne quid ab eo ſe abſente novaretur, Hugonem Guariſonium Legatum ibi reliquit, atque ipſe adverſus Fridericum in Apuliam petiit. Pontificis auctoritate permoti Germaniæ Principes Idibus Decembribus Fridericum in Apulia agentem regem legunt, eumque ad coronam accipiendam in Germaniam revocant, Legatis Henrico ad Fridericum, Anſelmo ad Pontificem deſtinatis. Bononiæ cum muri Urbis aliquot in partibus corruiſſent, repoſiti. (53) Incendio ad D. Bartholomæi ædem in Porta Ravennate fortuito excitato ædes in via Majori DD. Stephani, Vitalis, Donati, & Media, dilapſa in vicinas domos ſenſim flamma, miserè deflagrarunt, ex quo caſu vulgo celebrem gypſi ad uſum ædificiorum excogitatam rationem exiſtimant. Joannes Caſtellus civis Bononienſis Urbevetanum Epiſcopatum adminiſtravit. Gulielmus inde Puſterla Præ-
1211 tor iterum Mediolano vocatus. Eo anno Innocentius bellum imminens contemplatus Gerardum Seſſium Epiſcopum Albanenſem in Lombardiam Legatum miſit, ut Populos adverſus Othonem bellum in Apulia ſpreta ſua auctoritate cum Friderico gerentem concitaret, & ſacramento pro Eccleſiæ partibus obligaret. Dum ſingulas ille Civitates adit, Azo imprudentibus adverſariis maximam manum armatorum coëgit, atque ejus auxilio Hugonem Othonis Legatum unà cum Salinguerra Urbe Ferrariæ ejecit, ac ſtatim eorum uterque auxilium à Bononienſibus petiit, Azo ut Ferrariam retineret, Hugo ut recuperaret. Ea de re diverſis in Conſilio ſententiis diſceptatum, aliis Othoni parendum, & ſacramenti in componenda inter Salinguerram, & Azonem pace interpoſiti rationem habendam eſſe cenſentibus, aliis ſacramento ſe illo non teneri, cum pacem Azo non violaſſet, ac Pontificiam execrationem timendam eſſe, monentibus. Dum his diſceptationibus tempus teritur, Gerardus reliquâ luſtratâ Lombardiâ Mutinam venit, ac mox ſe Bononiam item acceſſurum oſtendit. Alienum Legati Pontificii in Urbem adventum Civitas arbitrata, oratores miſit ad eum Azonem Juriſconſultum, Rambertinum Buallellum, Ubertinum Judicem, & Vidonem Scannabeccum. Profecti Mutinam Legatum Civitatis verbis rogarunt, ut Bononiam venire hoc tempore parceret, nam Cives gravi inter ſe diſcordia laborare, cum alii Hugonem, alii Azonem tanta pertinacia cenſeant adjuvandum, ut adventus ejus in Urbem ſævum ſine dubio ſit incendium ſeditionis excitaturus. Legato ab adeunda Urbe deterrito, vicit in Conſilio pars ea, quæ Hugoni, ideſt Imperatori, favebat.

Ferraria obſidetur.

BEllo conflato Salinguerra cum Hugone obſidendæ Ferrariæ cauſſa caſtra ad Doliolum, Bononienſes ad Galeriam poſuere, cum Regienſes ad Sanmartinum, Mutinenſes ad Finale, Ravennates ad Argentam adverſus eum cum ſuis copiis conſediſſent.

Bellum Piſtorienſe.

DUm hæc geruntur, novi cum Piſtorienſibus belli cauſſa oblata. Sanmartiniani, & Lopol tani agreſtes homines cum viciſſim poſſeſſiones ſuas turbaſſent, Prætor rei ejus cognitionem Syndico permiſerat. Eum in rem præſentem profectum, ut in ſuas quenque poſſeſſiones redigeret, Ubertinus Stagninus, Giliſmerius, & Henrigitius à Piſtorienſibus impulſi armata hominum manu imparatos adorti aliquot è Bononienſibus ceperant. Hæc res Bononiæ nunciata tantum irarum adverſus Piſtorienſes excivit, ut repente Conſilium bellum contra eos decreverit, Legatoſque extemplo legendos juſſerit, qui vicinorum populorum animos de conſociandis armis tentarent. Legati lecti Albertus Ruſticanus, Urſolinus Urſius, Hildebrandinus Prendipartius, & Tomaſinus Roſſius, cum VI. Idus Septembris Regium adiſſent, à Conſilio petierunt, ut Ubertinum Stagninum, Giſlimerium, & Henrigitium, ac filios eorum hoſtium loco haberent, ac ſecum adverſus Piſtorienſes arma ſuſciperent. Prætor erat Vido Lambertinus Bononienſis „ is ex Con- „ ſilii voluntate reſpondit, ea eſſe Bono- „ nienſium erga Regienſes merita, ut non „ ſolum Ubertinum, Giſlimerium, Henri- „ gitium, & filios eorum pro hoſtibus li- „ benter eorum gratia habituri ſint, ſed

„ etiam

(52) Non Julii quintilis, ut hic per Sigon., ſed III. Kal. Auguſti Sextilis, ideſt die 30. Julii per *Ghirardacc. fol.* 114. *ad med.*, qui in id allegat *Regeſ. nov. Archiv. Bonon. fol.* 8., & 9., & facit *Vizan. fol.* 92.

(53) Quid *repoſiti*, aut quid *corruentes Muri*, ſi dilatatis foſſis, nova Mœnia conſtruebantur? Igitur veriorem accipe ex *Egnatio* expoſitionem: Ne cum novis amplioribus vel ad Orientem, & ad Occidentem una cingebatur Muris Urbs, veteres cum in reliquis partibus rimoſitate vetuſtatis ſuæ corruebant, interim expoſita ſine antemurali Civitas hoſtibus prodeſſet, qua ut ſatis eſſet cuſtodiæ, Prætoris, atque Conſulum curâ ii pro tempore ſunt reſtituti, non ſecus ac ſtatuis, ut appellant, teguntur hyeme nova ædificia taxillis, quatenus diris reparentur ejus ætatis ab ærumnis. *Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 114. *versùs finem. Vizan. lib.* 3. *fol.* 92.

„ etiam arma adverſus Piſtorienſes ſuſceptuti, & incommodum à Piſtorienſibus in Bononienſes illatum eodem loco habituri, ac ſi in ſe eſſet illatum. „ Gratiis actis Legati poſtridie Regienſium Oratoribus, ut ante, aſcitis Parmam proceſſerunt atq; eadem in Conſilio poſtularunt. Reſponſum à Conradino Prætore datum „ ſe Ubertino, & fautoribus ejus auxilio non futuros, omnibus, qui ſubſidio Bononienſium ire voluerint, liberum tranſitum permiſſuros, haudquaquam ſe æquum cenſere, ut Piſtorienſes, à quibus nulla laceſſiti injuria fuerint, pro hoſtibus habeant, itaque de bello communicando ſe conſilium, quod omnibus utile ſit, eſſe capturos. Inde converſo domum verſus itinere, Mutinenſium quoque animos tentandos rati, Badianum, ubi cum Conſilio Frugerium Prætorem eſſe ad obſidionem oppidi audiebant, iter flexerunt. Cum eadem poſtulaſſent, reſpondit Prætor „ ſe neſcire Ubertinum in ſua ditione verſari, id ſi ſciviſſet, ſe facturum fuiſſe quod ex utriuſque Civitatis dignitate duxiſſet. Quod auxilium adverſus Piſtorienſes peterent, ſe reſponſum reddere certum non poſſe, quia totum ad Badianum Conſilium non adeſſet; ubi Urbem repetiſſet, Conſilio habito reſponſurum. Interim ſe liberum iter omnibus per agrum ſuum eorum auxilio venientibus præbiturum. Legati, cum Bononiam reverſi legationem renunciaſſent, poſt aliquot dies Mutinam petierunt, ac Conſilio à Petro Torſello Judice, & Vicario Prætoris dato poſtularunt, ut ſi auxiliis juvare ſe nollent, ſaltem belli cauſſa arma, atque equos aut mutuo ſumere, aut pretio parare in Urbe ſibi permitterent. Quibus Judex reſpondit ſe Prætore, & majore Conſilii parte ad Badianum ſedente certum reddere reſponſum non poſſe. His de rebus Bononienſes veterum ſociorum auxiliis, propriiſque viribus contenti bellum pararunt. Tributum belli cauſſa civibus, ut adſolebat, impoſitum cum Prætor acerbe exigeret Abbatem Sancti Stephani (54) conſerre recuſantem mulctavit. Abbas ægre paſſus, rem ad Pontificem detulit. Pontifex Civitati Sacra interdixit.

Homines Roccæ Cornetæ ſe dedunt.

HOmines Roccæ Cornetæ ſe edictis parituros jurarunt, quibus populus Bononienſis obtemperaret.

Foſſæ veteres inædificatæ.

CUm foſſæ veteris urbis ſuperinribus annis à Friderico Barbaruſſa repletæ vacuæ adhuc paterent, placuit, eas dominus extruendis attribui, ad eam rem curatores præcipui deſignati viarum ædiumque rationem præſcripſerunt. Imminente Othoniano bello Caſtrimolenſes ſe caſtrum in poteſtate Othonis retenturos à Bononienſibus adacti jurarunt. Inſequens annus Prætores eodem tempore duos babuit, Catelanum, & Gerardum Caponſaccos Florentinos. Cum ejus rei cauſa incomperta ſit, credere libet, id factum, ut eſſet, qui diverſis bellis, quæ gerenda erant, vacaret. Cum Pontifex Othonem tandem Imperio ſpoliaſſet, ac Chriſtianis ſacram expeditionem, quæ jampridem agitabatur, in Syriam indixiſſet, Otho ſibi in Germaniam recedendum ratus, Bononiam venit (55) omni genere bonorum excultus plurimum ludo craticularum in ipſius adventu magnifice commiſſo eſt delectatus, equeſtri concurſu, atque recurſu per nobiles juvenes in foro edito, in quo Hieremias Malavolta currenti equo effuſus repente eſt mortuus. Inde Parmam progreſſus, Genuenſes, Cremonenſes, Papienſes, & Ferrarienſes cnm Azone Eſtenſi proſcripſit. Parma inde Laudem, ac Mediolanum adivit, atque infrequentibus utrobique haud magna cum laude conventibus actis in Germaniam tranſiit. Legatus Pontificis, qui in Lombardia erat, amicos Othonis populos hoſtes Eccleſiæ pronunciavit, atque à Sacris amovit. Eodem tempore Fridericus novis Germanorum precibus victus in Germaniam ad coronam adverſus Othonem accipiendam iter intendit. Ex Apulia Romam progreſſus debitum Pontifici honorem habuit. Romæ ſuſceptum Genuenſes Kal. Maji Genuam triremibus devexerunt. Papiam inde Idibus Julii cum veniſſet, Papienſes armati excepere, ac Cremonenſibus obviam prodeuntibus tradidere. Utrique magnis opibus contra Mediolanenſium impetum defenderunt, atque uſque ad fines Italiæ incolumem deduxerunt. Ab eo, cum in Germaniam penetraſſet, Otho occurrens prœlio ſuperatus, ac de regno dejectus eſt. Bononienſes interea Regienſium, & Faventinorum accitis auxiliis ingentem exercitum in Piſtorienſium fines induxere. Ad Sambucam Auguſto menſe omnis belli vis conſtitit; oppidum maximo labore, præfer-

(54) Azo hic pietate, & doctrina celebris, inca pax proinde læſam intueri immunitatem Eccleſiaſticam, & zelo zelatus cauſam Dei, ad Pontificem aufugit, qui re cognita contemnentem reſipiſcere, Prætorem una cum univerſa Civitate Sacris medio Ubaldo Ravennatum Archiepiſcopo interdixit. *Falcon. de' Veſc. di Bol. fol. 205., & ſeq. Ghirardacc. fol. 115. ibique Egnat. ad finem.* Qui Azo penes Innocentium Pont. Max. tum ſuam, cum ceterorum quoq; exemptorum egit ſaluberrimè cauſam uſque ad confuſionem Prætoris, & ad pœnitentiam per Urbem petendam, agendamque, quam inſuper Innocentius minimè antea admiſit, quàm revocata palàm tamquam iniqua impoſitione, laceratis publicè actis, & *Campione* (eſt verbum apud Exactores publicos uſitatum), & monitione in tabulis publicis adnotata. In poſterum cauſſam ob quamlibet, quamtumcumque magis privilegiatam, ac licèt ſub quibuſcumque amplitudinem ſermonis continentibus effrenatis verbis, Clericos, Monachos, ceteroſque Regulares item Pub. Archigymnaſii Profeſſores, atque Scholares, nec non & Decretorum Collegiatos Doctores, quos pro Clericis haberi, & iterum hac occaſione mandavit, neque contineri, neque pro contentis unquam cenſeri aut poſſe, aut debere ſub pœna anathematis ipſo facto per ſecus attentantes, vel præſumentes incurrenda.

(55) Dicas: *rediit*, & quidem ſub initium anni tempore Bacanalium *Vizan. lib. 3. fol. 93. dalle Pugliole fol. 250. ad fin. Ghirardacc. fol.* 116.

ſertim ſtrenue tuentibus hoſtibus, oppugnatum tandem in poteſtatem conceſſit. A
Piſtorienſes ut pacem haberent, ultro captivos Bononienſium reddidere. Sambucani, & Pavanenſes, relictis ſedibus ſuis, ultro ad Bononienſes tranſivere, ac perpetuo ſe amicos eis fore ſpopondere. (56) Azo Eſtenſis pace tandem cum Salinguerra facta deceſſit. Aldobrandinus filius locum ejus excepit. Salinguerram inde contra fidem datam Aldobrandino inſidiantem Bononienſes iniquitate ejus offenſi deſeruere, atque ad Aldobrandinum ſe contulere. Neque vero belli occaſio defuit. Nam Salinguerra caſtrum in finibus occupavit,
quod Pons-Ducis appellabatur; eoque B
præſidio confirmato inde ſociorum Mutinenſium agrum infeſtum habere inſtituit: Itaque cum Ferrarienſes VIII. Kal. Jan. Mutinenſibus ægerrime id ferentibus promiſiſſent, ſe caſtrum pro ſuis opibus deleturos, neque reædificari paſſuros, Bononienſes præſto fuere, ac caſtrum magno apparatu una cum Aldobrandino, ſed fruſtra, circumſedere. Extremo anno Azo Abbas Gerardo Epiſcopo aſſumpto in Conſilium Credentiæ venit, ac multis verbis de mulcta Prætoria factis poſtremo concluſit, ſe remittere litem Catellano, & Gerardo Prætoribus, atque univerſo Conſilio, quam
ipſe Civitati intenderat, ob mulctam à Gu- C
lielmo Prætore Monaſterio dictam, cujus mulctæ cauſa Civitati à divinis officiis fue-
1213 rat interdictum. (57) Matthæo inde Corrigio Parmenſi iterum Prætore, flagrante inter Othonianos, ac Pontificios bello, Mutinenſes Salinguerræ irati per menſem Majum, Finale adverſus Pontem Ducis munire cœperunt. Kal. Auguſt. Matthæus Prætor per Egidium Conſulem mercatorum, eundemque Procuratorem promiſit Mutinenſibus, ſe de creditis pecuniis ita jus dicturum, ut nemini è Civitate niſi debitori ipſi negotium faceſſeret, idemque Egidio Mutinenſes cum à Finalis munitione
domum opere perfecto redirent, repente D
à Salinguerra ex inſidiis erumpente oppreſſi graves pœnas dedere. (58) Nam Balduinus Vicedominus Prætor eorum cum centum quinquaginta civibus captus, ac lingua fœde mulctatus eſt.

Cum Imolenſibus tranſactum.

IMolenſes, & Caſtrimolenſes, cum acerbis inter ſe odiis flagrantes mutuis ſe detrimentis affeciſſent, atque in ea re dignitatem maxime Bononienſium violaſſent, Giliolus Seſſius Imolæ Prætor Civitatis iracundiam veritus pacem cum Hugolino Albertinello Prætore Caſtrimolenſium pepigit, atque injurias omnes eis remiſit ab eo tempore, quo Patriarcha Aquilejenſis in Romaniolam venerat, promiſitque; Imolenſes neminem ex Caſtro Imolæ in Civitatem, aut in urbem recepturos, donec Bononienſes, aut Faventini tutelam ejus haberent.

Mutinenſibus auxilium latum.

MUtinenſes ſuperiore accepta clade ignominiam non tulerunt, verum nullâ interpoſitâ morâ Parmenſium, Mantuanorum, Bononienſium, & Ferrarienſium auxilis convocarunt, atque cum his copiis Octobri menſe ad Pontem-Ducis proceſſerunt, tantaque vi caſtrum ipſum inſtiterunt oppugnare, ut ſexto Idus Novembris Salinguerram ad deditionem adegerint. Itaque in caſtris Parmenſium hæ conditiones latæ, ut Salinguerra caſtrum daret Mutinenſibus evertendum, & captivos eorum redderet, & juraret, ſe permiſſurum, illud caſtrum everſum manere, prout Aldobrandinus, & alii Ferrarienſes jurarant, & ſi Salinguerra, aut Aldobrandinus cum ſuis partibus Ferraria exacti fuiſſent, ipſi pro arbitrio alterum eorum ſuo juvare auxilio poſſent. Ita Mutinenſes captivis ſuis recuperatis, ac caſtro deleto receſſerunt, ac victoriæ monumento campanam retulerunt, qua in turrim D. Geminiani ſubvecta ejus ictu populo nonam diei horam indixerant. Salinguerra hoc incommodo accepto omnem belli cogitationem ab-

(56) Deditionem excipiente Ucelleto de Occelletis Prætore Mutinano circa Kalen. Septemb. *Griffon. fol.* 109. *dalle Pugliole col.* 250. *Vizan. fol.* 93. *Ghirardacc. d. fol.* 116.

(57) Res compoſita die 20. Decembris exequutis paullò ſupra narratis *Ghirardacc. d. fol.* 116. *ubi Egnat. poſt med. Falcon. de' Veſc. di Bol. fol.* 206. ac ob id indictum, Vacationes natalitias alias exordientes poſtridiè Feſtum S. Thomæ Apoſtoli, hac die impoſterum inchoandas fore in gratiam Publicorum Profeſſorum, quod modò etiam in uſu eſt, & legitur cautum in *vetuſtiſſ. Kalend. Archigym.* ad Decembrem ibi: E
„ 20. Incipiunt Vacationes Natalitiæ in
„ mem. promulg. hac die A.S. 1212 Ge-
„ rardo, & Caſtelleno Ceponſacchiis de
„ Floren. Bonon. Prætt. Ordinatiante per
„ inclytæ mem. Innoc. III. PP. cogno-
„ mento Magnum, & quondam noſtri
„ Archigym. Pub. Prof. latæ, de ampliſs.
„ Immunit. fruen. per Pub. Prof., Scho-
„ lares, & Doct. Decretorum Colleg.
„ Bonon. a quocumque onere perſ., real.,
„ mixt. &c. non obſtante quacunque
„ pub., & argentiſs. cauſ., tit., colore &c.
„ ita quod per hoc habeantur, ac ſi non
„ eſſent de hoc Mundo, & hoc in aug-
„ men. Studior., & honorific. hujus Stu-
„ dii, ſub pœna excommunicat. latæ
„ ſent., & ipſo facto incurren. per om-
„ nes, qui ſecus attentaverint, & con-
„ tra mox memoratos, ac præſertim dd.
„ Pub. Decret. Pub. Lectores præſumpſe-
„ rint directè, vel indirectè coram quo-
„ cumque Judice præter Eccleſiaſt. ex
„ quovis Judic., cauſa, tit., jure &c.
„ procedere, vel eos, quos in omnibus,
„ & per omnia declaravit, & voluit eſſe
„ perpetuò, & in perpetuum, ac nulla
„ unquam obſtante contraria conſuetud.,
„ uſu, abuſu, praxi &c. exæquatos Cle-
„ ricis, & perſonis Eccleſiaſticis, in per-
„ ſona, rebus &c. lædere, moleſtare,
„ inquietare &c. addita quoque per Ma-
„ gnif., & Poten. Pop. Bonon. infamia,
„ & ſupplicio irremiſſibiliter iiſdem con-
„ trafacien. infligen. proditorum Patriæ
„ ad quamcumque inſtan., & requiſit.
„ R. D. Archid. Bonon. tamquam hujus
„ Stud. Maj. Cancellarii.

(58) Nam turpiſſimo ſupplicio propè infiniti ſunt ſublati, ut nec unus, qui latæ cladis nuncius Mutinam rediret ſuperfuerit, eave de cauſa oppidani cum diem memorant, elinguem, & mortis ſolent appellare, etenim ne vel qui peregrinus eorum Prætor eſt captus id poſſet referre, lingua eſt ſecatus. *Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 116. *ad finem, dalle Pugliole col.* 251.

abjecit, atque iterum ad Bononienſium au- A
ctoritatem ſe contulit. Hominis conditio-
nem Civitas miſerata cum Aldobrandino
egit, ut in urbem reciperetur. Itaque III.
Nonas Decemb. Ferrariæ in præſentia Al-
dobrandini ipſe cum nepote ſuo juravit, ſe
Bernardi Roſſii Mutinæ Prætoris, & Com-
munis Mutinæ, quæcunque forent, impe-
rata facturum.

Tuatæ inſtitutæ.

NOn videtur ſilentio prætereundum,
tuatas, id eſt ſubterraneas cellas hoc
anno primum Bononiæ eſſe conſtructas ad
tuenda vina, & alia ad uſum domeſticum B
neceſſaria apprime opportunas, nam ex eo
ipſæ civium ædes multum laxitatis, ac ni-
toris ſunt nactæ, præſertim viliſſimo quo-
que domus miniſterio in infimam partem
rejecto, ac parte ſuperiore univerſa libera-
ta, atqoe uni domioorum, hoſpitumque
habitationi relicta. (59) Ab ea re qui pri-
mi ſtruxerunt cognomen familiæ in poſte-
1214 rum prodidere. Gerardo Epiſcopo mortuo
(60) Henricus Canonicus S. Victoris eſt
ſubſtitutus. Philippo deinde Borgognono
(61) Lucenſi Prætore domi, foriſque ocium
fuit.

Cum Faventinis & Regienſibus fœdus renevatum.

QUartodecimo Kal. Majas poſtulante C
Pagano Egidio Prætore Faventino,
fœdus cum Faventinis senovatum,
&, cum Legati Regienſium Bononiam pro-
fecti Prætoris ſui Iſacii Dovariæ oomine,
fœdus ut inſtauraretur, petiſſent, univer-
ſum una voce Conſilium Rodulfo Præto-
ri, ut inſtauraret, præcepit, inſtrumento
conſcripto Legati jurarunt, ſe effecturos,
ut omnia à Regienſium Conſilio probaren-
tur.

Expeditio terræ Sanctæ.

FErvente inde expeditionis Hieroſoly-
mitanæ apparatu Ubaldus Ravenna-
tum Antiſtes Bononiam venit; atque eam
cauſam in Conſilio Credentiæ ſumma dili-
gentia nomine Pontificis egit. Ubi pero-
ravit, Rodulſus Prætor vivis eorum, qui
in Conſilio aderant, vocibus incitatus Ar-
chiepiſcopo promiſit, ſe illis, qui ad ter-
ram Sanctam recuperandam nomina dede-
rant, quo tempore communis à Chriſtianis
trajectio fieret, vecturam armorum Bono-
nia Venetias, naulumque Veoetiis in Sy-
riam ex ærario ſoluturum.

Hugo Lucenſis Chirurgus.

EOdem tempore Hugo Lucenſis, (62)
Chyrurgus inſignis in Conſilium Com-
munis venit, pollicituſque eſt, ſi ſibi aut
ſuis hæredibus libræ ſexcentæ (63) annuæ
quotannis penderentur, ſe per ſex menſes
Booniæ quotannis, atque etiam amplius
ad arbitrium Prætoris habitaturum, & om-
nes urbanos ac ruſticos ex vulneribus, &
contuſionibus curaturum, ab urbanis nihil,
ab

(59) Intellige Cellas vinarias mira arte apud nos de ſupius terram excavatas, ut putes alteras latere domos, ubi reperiri vix crederes latrinas: Opos planè mirificum, & Bononienſium ſolertia dignum. De iiſdem fusè *Ghirardacc. lib. 4. fol. 117.* Hinc *Canutus* præconia congerens Bononiæ *Epiſt. 21. ad Benedic. Poncetium* ait: „ Peculiarem
„ porrò Bononiæ Urbis in laudem refe- D
„ rendæ continuæ ipſius Porticus poſt Au-
„ guſtum Lycæum ſunt, vaſtam S. Petro
„ nii Baſilicam, altiſſimam lateritiam Aſi-
„ nellorum Turrim, & deformem in mo-
„ dum, arte tamen Magiſtri, obliquam
„ alteram *Gariſendorum*, ac poſt vaſtiſſi-
„ ma Prædicatorum, Conventualiom, Ser-
„ vitarum, Corporis Chriſti, & Olivera-
„ norum in Colle S. Michaelis de Nemore
„ Monaſteria, quæ Caſtra non pauca fa-
„ cilè exæquant. Quale verò, quantum-
„ que commodum hæ Porticus peditibus
„ adferant, itemque venuſtatem, & invi-
„ dendam pee exteros Civitatis ſpeciem,
„ facilè tum ii duntaxat explicabunt, qui
„ aut conſpexerunt, aut pluvia tempeſtate
„ experti ſunt. Exteriori huic verò Urbis
„ formæ addenda continuò & altera eſt, E
„ neque minus ſalutaris familiaribus offi-
„ ciis, quam erectis vultibus pee conſpi-
„ cientes admirande, ſubterranea nimi-
„ rum, & continua altera fornicularia cel-
„ larum ſtructura ad vina conficienda,
„ ſeevandaque, quam adeò vix eſt parem
„ extra Bononiam conſpicias, ut pretio
„ Bononiæ ſingulari adereſcat; hìc tepor
„ optimus hyeme, temperies autem ſum-
„ ma æſtate, & nunquam deferenda re-
„ quies per totum annum; Imò luxuriant
„ aliquibus adeò vinariæ hæ cellæ ædificio,
„ parietum candore, vitriatis luminibus,
„ nitidiſſimiſque aut tinis, aut doliis per-
„ grandis etiam magnitudinis præter ſapi-
„ diſſimos liquores ibi diligentiſſimè cuſto-
„ ditos, quod ſibi ſuperbire hoc faſtu vi-
„ deantur; ſed periculoſæ non minus for-
„ tè ingreſſis Bononiam militibus eædem
„ cellæ, cum tuti deinde Cives facilè oni-
„ verſas copias internecioni adigere poſ-
„ ſint.

(60) Solus in hoc ipſe, imò ipſi ſibi *Sigonius* contrarius; etenim *lib. 2. de Ep. Bonon.* illius vitam in hæc claudit: *atque honore ſe abdicavit*; quæ verba renunciationi certè, & non morti conveniunt; & ita quidem una ſententia, & ore *Ghirardacc. fol. 117. Vizan lib. 3. fol. 94.* latè *Falcon. de' Veſc. di Bol. lib. 2. fol. 206., & ſeqq*, ubi reſpondet contrariis *Griffon. col. 109. dalle Pugliola, col. 251.*

(61) Error eſt in nomine, nam Rodulphus appellabatur, quod paulò quoque infra ipſe aſſerit, *ubi Conſilium Rodulpho Pretori*: atque ita unanimiter Rodulphum vocant, *Ghirardacc. d. fol. 117. Griffon. col. 109. dalle Pugliola, col. 251. Vizan. fol. 94.*

(62) Franciſci filius, & Medicus poſthac Civis allectione Bononienſis, cujus meminit *Ghirardacc. fol. 117., & Alidoſ. Dott. Artiſt. Foreſt. fol 82.*, ubi pro 1214. mendo Typographi legitur 1314.

(63) *Obolendinorum* intellige, quæ XX. Obulis æris conſtent, & æquivalentibus, ſive reſpondentibus litis noſtratibus, ideſt currentium temporum, ita tamen ut VI. aſſes, ſive XII. danarii, qui requiruntur ad conſlandum Obulum, non jam ſex quatrenis, ut hodie, ſed ſolùm IV. conſtarent; ſiquidem Quatrenus, ex quo fit 4. pars Oboli dictus eſt. *Vide Egnat. ad Ghirardacc. d. fol. 117. prope finem*, ubi quod hoc eodem A. 1214. plures Doctores cæperont conducti, vel electi primùm Bononiæ legere, exorditis ſcilicet lectionibus in Novembri præterito, & fuerunt præ aliis *Odo Landrianus* de Mediolano, *Guido Boncambius*, *aliàs Cambius Gratia-Dei*, de qoo *Alidoſ. Dott. Legg. Bologn. fol. 92. Puctius Caſtellanus* ex eodem *Alidoſ. fol. 187. Bonuntendus* per *d. Alidoſ. fol. 40.*, & *Jacobus Balduinus*, *aliàs de Sancto Barbatiano*, omnes Cives Bonon. Sed hic
fuit

ab agreſtibus divitibus plauſtrum fœni, aut lignorum tantum modo exigentem. Ejus conductionis adhuc legitur inſtrumentum, cujus meminiſſe voluit, ut ejus ætatis mores, & copiæ, qui, & quantæ eſſent, cognoſcerentur. Nonis Octob. Albertinus Alamanus Prætor, Ferrariæ legatis Mutinenſium præſentibus, Communi Mutinæ omnia damna remiſit bello adverſus Salinguerram ad Pontem-Ducis geſto hominibus Pontis Ducis illata, aut civibus Ferrarienſibus, qui ibi erant tum, cum caſtrum ipſum à Mutinenſibus eſt exciſum.
1215 Poſtero anno Gulielmus Rangonus Præturam alteram, & poſt eum Viſcontes Vicecomes Placentinus primam iniit. (64) Innocentius Pontifex, ut ſacram expeditionem ad exitum aliquando perduceret, Concilium frequens in Laterano coëgit. (65)

S. Dominicus.

EO' Dominicus Calaguritanus, homo ſummæ religionis, atque doctrinæ, qui poſt Divorum in numerum eſt aſcriptus, ab Epiſcopo Toloſano deductus venit. Cum ſodales ille Toloſæ aliquot, viros eruditos, & probos coegiſſet, quorum opera fidem Chriſtianam multis hæreſibus tentatam fulciret, rem ad Pontificem retulit, atque ab eo inſtituti à ſe comprobationem Ordinis poſtulavit. Pontifex, quòd Dominicus poteſtatem in primis ſibi, ſodalibuſque ſuis Evangelii ex loco ſuperiore populis prædicandi poſceret, difficilem ſe primo ejus petitioni præbuit, mox nocturno quodam viſo commotus, conceſſurum ſe, ſi Regulam aliquam vitæ ſodalibus ſui compoſuiſſet, oſtendit, atque ita illum dimiſit.

Pactum cum Florentinis.

QUieſcente à bello Civitate, Vicecomes Prætor cum Florentinis Legatis pepigit, ut in contractis, & quaſi contractis rebus inter Bononienſes, & Florentinos neuter pro altero teneretur, niſi qui ſocius eſſet, aut Procurator alterius. Res etiam nummaria, de qua Conſules Mercatorum, & Argentariorum cum Civitate contenderant, conſtituta; itaque ſolemni Prætorum ſacramento adjectum eſt, ſe ſervaturos pactum de re nummaria inter Commune, & Conſules Mercatorum, & Argentariorum, Vicecomite Præturam gerente factum. Controverſia inde cum Epiſcopo exarſit. Primum cum Prætor cognitionem maleficii in caſtro S. Joannis patrati exercuiſſet, queſtus eſt Odo Henrici Vicarius, jus Epiſcopi imminui, cui reſpondit Prætor, ſe jus Communis tueri debere. Hominibus inde Sanjoannitanis Prætori non parentibus, Prætor unum eorum prehendi, (66) & in carcerem condi juſſit, qua de cauſſa Epiſcopus Prętorem à Sacris amovit, ac poſtea quoque Pontificem, ut idem adverſus Civitatem faceret, incitavit. Aldobrandino Eſtenſi mortuo Azo frater ejus ſucceſſit. Germani Friderico coronam regni detulere. Vicecomiti, quia integrum annum Præturam non geſſerat, honos in alterum annum continuatus. Eo anno bel- 1216
lum maxime memorabile cum Ariminenſibus Bononienſes geſſere. (*) Ariminenſes, cum prœlio Cæſenatum exercitum profligaſ-

fuit iterum aſſumptus, namque Gulielmi Pusterbii de Mediolano Bononiæ Prætoris violentia uſque ab A. 1211. fuerat Cathedra exturbatus, quodquod aliter ſcribat Pancirol. *de Clar. Legg. Interp. lib. 2. cap. 27. fol. 144., & ſeqq.* Agunt etiam de eo *Fichard in Vitt. JurisConſultorum fol.* 230 *Alidoſ. fol. 92. Gravina de orig. Jur. T. 1. lib. 1. §. 153. fol. 150., & ſeq.*

(64) Abdicare ſe namque a Prætura eſt coactus, anathemate Epiſcopali primum, ac inde etiam Pontificio ictus, propter repreſaleas ad Perſicetum Caſtrum admiſſas, de quibus infra, & *Ghirardacc. fol. 118. ubique Egnat.*; ubi quod ſi per hunc Vicecomitem de Placentia læſa turpiter fuit immunitas Eccleſiaſtica ad incurrenda uſque inferorum dira, per alteram poſtea Vicecomitem, ipſumque Placentinum, Gregorium nempè X. virum Sanctiſſimum, & Pont. Max. fuit inſigniter vindicata, uſque ut Sanctorum albo meruerit adſcribi. *Vizan. fol. 94.*

(65) Fuit Lateranenſe Concilium IV., & generale XII quod inchoatum eſt præſente ipſo Max. Pontifice Innocentio Magno in die Feſto S. Martini, & abſolutum eſt in ſolemnitate S. Andreæ Apoſtoli, cuive ex Græcis, & Latinis Patribus interfuere IↃC. XII. præter abſentium procuratores; adſtitere quoque ex ordine Abbatum, Priorum, Decanorum &c. ultra octingentos & quoq; Legati Imperatorum Orientis, & Occidentis, VI. Regum, plurium Principum, Magnatum, Dinaſtarum atque multarum Urbium: quare fuit Concilium verè univerſale, & frequentiſſimum, eum taſ. & ultra viri dignitate, doctrina, pietate, & literis graviſſimi in eo confederint, & nempe inter eos, duo quoque Oratores hujus Patriæ, & II. J. Conſulti celebriores noſtræ Academiæ, quos ſingulari voluntate invitavit, & ad Sacrum Conventum honoris gratia Innocentius accivit; quod autem maximè cœtum decoravit, intereſſentia fuit S. Dominici Guſmani Albigenſium hæreticorum flagelli, Catholici mei Ordinis Prædicatorum inſtitutoris *Spondan. Annal. T. 1. hoc A. 1215 n. 7. fol. 60.* & plures alii, quos inter *Em Petra ad Conſtit. Apoſtol. T. 2. fol 340. & ſeq.* ubi plura magiſtraliter ad rem, & facit *Vetuſtiſſ. Kalendar. Archigym Bonon. in Novembri*, ibi:
„ 11. Anniv. celebret. Romæ A. 1215.
„ Sacr. Concil. Gen. XII. & Lateranen.
„ IV. ipſo Præſid. P. M. Innoc. III. co-
„ gnom. Magn. qu. hujus Lycæi Pub.
„ Prof in maxima Pat. Orat., & Doct.
„ frequentia, inter quos honoris gra-
„ tiâ ex noſt. invitavit, & accivit R.
„ D. Henric. de fracta Archid. Eccl.
„ Bonon., & D. Hugolinum de Presby-
„ teris famoſiſſ. hujus Archigym. Pub.
„ Jur. Interp., qui ſententiam cum ma-
„ gna author., & ita dixerunt, quod
„ traxerunt ad ſecum contrahendam
„ familiaritatem Mag. Dominicum Ca-
„ laguritanum ibi præſentem, poſtea
„ Ord. Prædicat. Inſtitutorem, & de-
„ mùm inter Sanctor adſcriptum. Cum
„ dd. duobus Doct. Magnif. D. Galiel-
„ mus Rangonus Prat. Bonon. ſuffect.
„ miſit Orat. pro Civit. Bonon. ad idem
„ Concilium Andaloum Andalò ex Co-
„ mit. Caſalichii, & Hugolinum de
„ Urſo Civ. Nob., & Equites Bono-
„ nienſes.

(66) Non unum, at per hæc generaliter hic *Sigonius*, atque etiam *de Ep. Bonon. lib. 2.* ſed unum Presbyterum ex *Ghirardacc. fol. 118.* ubi rem adamuſſim recitat, quare late habes juſtam in Prætorem cauſſam anathematis inflicti, & concordat. *Falcon. de' Veſc. di Bol fol. 219. & ſequ.*

(*) Conveniunt omnes, *Ghirardacc fol. 118. Vizan. fol. 94., & 95. dalle Vigliole col.* 251. ubi

gaſſent, mille octingentos è Cæſenatibus ceperant, eoſque in arcem caſtri S. Archangeli conjecerant, atque ibi Præfecto Antonio quodam Tarentino cuſtodiebant. Cæſenates captivos ſuos recuperare cupientes propriis diffiſi opibus ad Bononienſes confugere, atque ab eis opem duriſſimo ſuo tempore petiere. Bononienſes ad bonorem ſuum rati pertinere, ſupplices ſocios pro viribus ſublevare, præſto ſe ſuturos reſponderunt, & quod Ariminenſes à Piſaurenſibus, Faneſtribus, Urbinatibus, aliiſque adjuvari ſciebant, continuo Regienſium, Faventinorum, & Ferrarienſium Prætores, ac copias acciverunt, atque ex iis, & maximo delectu Civitatis exercitum firmiſſimum contraxerunt, & carrocium educendum decreverunt. Prætor cum hoc apparatu egreſſus VIII. Idus Auguſti ad S. Archangeli caſtrum pervenit, idque omni ope oppugnare inſtituit. Prœliis cum hoſtibus contrahendis, agro vaſtando, atque oppido omni tormentorum genere quatiendo res in exitum menſis extracta eſt. Tandem expugnatum oppidum, muris dejectis, & hoſtibus profligatis in ditionem cum Tarentino pervenit. Kal. Septembris in caſtris ad carrocium pax cum Ariminenſibus his legibus ſcripta eſt. „ Ariminenſes captivos Cæſe-
„ nates, & qui modo de exercitu Bono-
„ nienſium capti ſunt, reſtituunto Vice-
„ comiti Prætori Bononiæ in caſtris, in
„ quibus nunc ſunt Bononienſes, ad carro-
„ cium, aut tabernaculum Prætoris, prout
„ ei placuerit, vexillum Bononienſium in
„ caſtro S. Archangeli poni permittunto.
„ Bononienſes, & Cæſenates captivos Arimi-
„ nenſibus reddunto. Atq; his rebus tranſactis, Otho Mandellus Prætor Ariminenſis nomine Civitatis ſuæ injurias omnes Vicecomiti Prætori Bononiæ, Vidoni Lambertino Prætori Faventiæ, Bernardo Cornazano Prætori Regii, Rodulfo Borgognono Prætori Ferrariæ nomine ſuarum Civitatum recipientibus condonavit. Vicecomes Prætor Bononiæ nomine Civitatis injurias remiſit Ariminenſibus, Faneſtribus, Piſaurenſibus, Urbinatibus; Montis Feretri, & Carpaniæ Comitibus, & omnibus, qui auxilio Ariminenſium fuerant. De Antonio Tarentino capto, ejuſque ſociis extremum ſupplicium ſumptum. Acris Cæſenatum defenſio, ac magnifica de tot tamque longinquis populis relata victoria Civitatis auctoritatem incredibiliter auxit, expreſſaque indubitata confeſſio, ut Mediolanenſes Lombardiæ, ſic Bononienſes Romaniolæ armorum potentia Principatum tenere. (67) Pugnabant adhuc magnis inter ſe viribus Piſani, & Genuenſes. Quorum diſcordiam ſacræ expeditioni adverſam eſſe Innocentius Pontif. ſentiens, eos ante ſibi pacificandos putavit, ac propterea Piſas verſus ire intendit. Verum Peruſiam progreſſus XVII. Kal. Auguſti moritur, (68) in ejus locum Honorius III. ſubrogatur. Hic eadem, quæ Innocentius inchoaverat, perficere aggreſſus, ut Sarracenos, & Othonianos, illos Chriſtianis, hos Eccleſiæ Romanæ infeſtos debellaret, & Crucem Chriſtianis indixit, & Legatos duos Cardinales ad Mediolanenſes miſit, admonitum, ne Othonis foviſſe partes vellent, jampridem Eccleſiæ inimici, atque ab ea jam ſæpius condemnati. Quod cum ſe facturos illi negaſſent, Legati Civitatem Sacris interdixerant. Quæ res Mediolanenſium odium minuere debebat, iram acuit: Nam ſtatim carrocium eduxerunt, ac trajecto Pado, ſociarum Eccleſiæ Civitatum agros, & caſtra invaſerunt. Eodem anno Dominicus Calaguritanus Toloſa Romam revertit, ac ſe antiqua, & probata Regula D. Auguſtini contentum fore aſſeruit. Quam Honorius Pontiſ. approbavit, (69) & Dominico, & ſodalibus ejus, quos ab officii genere Fratres Prædicatores vocabat, ſedes ad D. Xyſti conceſſit. (70) Conſtantia regina Friderici regis uxor, cum ſe ex Apulia in Germaniam referret, Bononiâ tranſiit, atque ad Lambertinos divertit. Petrus Altiſiodorenſis, regis Franciæ nepos, Latinorum Orientis paulo ante

---

ubi devictum ſit caſtrum S. Archangeli die 6. Auguſti hoc A. S. 1216. Viſcontino Vicecomite ad Præturam revocato, etiam per *Griffon. col.* 109. *Leand. Albert. Dec.* 1 *lib.* 9 *fol* 14. Sunt qui rentur, à tanta comparata Bononienſibus victoria, præter quam ſumma quoque gloria, & authoritas ipſis acceſſit, adductum facile Conſilium atque Populum in eorum ſententiam fuiſſe, qui gratias Deo per novi Templi conſtructionem ipſi, & in honorem Sancti Archangeli Michaëlis dicandi agendas proponebant, eo quia prope Forum majus aream juxta veterem ponticulum Apoſæ ad id offerebant Cruſtinus de Agreſtis & Lambertus Fuſarius Cives et ætate inſignis notæ, quod ſatis evincitur ex viis adhuc ab eorum familiis nuncupatis *degl' Agreſti, e de' Fuſari*, ſuper ea fertur itaque probante Epiſcopo, ædificatum hodie adhuc extans S. Michaelis Archangeli ad ponticellum Apoſæ Templum, quod ab immemorabili etiam Parochiale eſt, & Sedes ad plures annos Barnabitarum fuit, qui poſtea de A. 1654. receſſerunt, & in novas S. Pauli decollati Ædes commigrarunt.

(67) A Pado juxta Placentiam metiendus hinc citra hic principatus, iſque continuandus uſque ad Campaneam Romæ, qua de cauſa loco mancipiorum Urbes, & Oppida in tractu contento cenſebantur. *Egnat. ad Gherardacc. fol.* 216. *Ochym. de laud. Bonon.* §. *Padus. Prud. Marchett. de præſtan. Urb. Bonon.* § *Obmuteſcant igitur.*

(68) Hoc etiam probatur ex *Vetuſtiſs. Kalendar. Archigymnaſ. in Auguſto*, ibi:
„ 16. Anniv. Fun. Sanctiſs Innocentii III.
„ cognomento Magni Pont. Max. Civ.
„ Bonn. quondam hujus Gymnaſ. Pub.
„ Prof., & ejuſdem per plures honori-
„ ficentiſs. Conſtit. decoratoris, quod
„ cauſa fidei ſervandæ, & Cathol. Re-
„ lig. promovendæ Peruſium profectus
„ hac die ibi acedit cum magno totius
„ Orbis mœrore A. S. 1216. poſt Oth. IV.
„ Imperio ſpoliatum; Lateranen. IV.
„ Concil. magn. abſolutum, & factam
„ in Hieruſalem ingentem expeditio-
„ nem, cum ſingulari Dei, & Eccleſiæ
„ decore.

(69) Contigit Romæ die 22. Decembris A. S. 1216. *Spondan. Annal. Tom.* 1. *fol.* 66. *n.* 16. *Pagi in Breviar. T.* 2. *fol.* 133. *n.* 7., atque ex tunc communiter Ordo Prædicatorum appellatus eſt, cùm per antea ita ſola pietate hominum ex more concionandi ad populum vocaretur per eumdem *Spondan ad A.* 1215. *fol.* 62. *n.* 15., alios vide ap. *Em. Petra ad Conſtit. Apoſtol. T.* 2. *à fol.* 387. *n.* 1. *& ſeqq.*

(70) Illud hic nota, per id tempus, & uſque ad ingreſſum Reginaldi Decani Aurelianenſis ad Ordinem, uſos Prædicatores eodem Canonicorum Regul. S. Auguſtini Habitu fuiſſe, cujus Regulam aſſumpſerunt, ac

quem

Impetator declatatus, (71) cum è Francia Conſtantinopolim iter haberet, Bononiæ apud eoſdem Lambertinos hoſpitarus, tres equeſtri dignitate donavit, Vidonem Lambertinum, Ludovicum Ramponum, & Teſtam Pterum. (72) Poſt longam cum Epiſcopo diſceptationem ſexto Idus Decembr. Vicecomes Prætor in Conſilio, ipſo præſente Epiſcopo, dixit „ ſe paratum eſſe, „ jura ejus cognoſcere, de quibus inter ſe „ contendebant, & ibi apud Epiſcopum, „ & Priorem Canonicorum S. Joannis ju„ ravit, ſe mandatis Pontificis pariturum, „ quæ injunxerat cauſſa deteſtationis, & „ interdicti lati contra ſe, & Commune „ Bononiæ. Quibus auditis Epiſcopus, & Prior Civitatem Sacrorum interdicto levarunt. (73) Lambertinus è Lambertinis Præturam Vicetiæ geſſit. Vidone inde Canoſſio Regienſi Prætore, Bononienſes in
1217 Sytiam (74) Joannis Columnii (75) Legati Pontificii ductu frequentes trajecere. Viginti libratum millibus ab æratio viatici nomine acceptis, menſe Majo urbe egreſſi ſunt. Sedatis in præſens aut gratiæ reconciliatione, aut pœnæ timore Civitatis diſcordiis, Iſnardus Mancicollus, homo audax, ac turbulentus veteres inimicitiarum labes renovavit, Manfredo quodam inimico ſuo poſt pacem interpoſitam interfecto. Quo facinore Civitas itura ad arma fuit, ni Prætor ſolerti diligentia repente occurriſſet, atque edicto graviore propoſito, omnes abſtinere ab armis coëgiſſet. Quæſitus ad pœnam Iſnardus, ubi prehendi non potuit, bonis mulctatus eſt, decemviri ad id creati ea in ærarium redegerunt. Vix unâ cum Epiſcopo Henrico compoſitâ controverſiâ, ſubito altera erupit. Cum vetere instituto caſtra Bononienſium per Conſules perinde atque urbs ipſa, gubernarentur, placuerat, quando Prætoribus res erat urbana permiſſa, idem in caſtris quoque atque oppidis obſervari. Quare cum Prætores aliis caſtris ex Civitate dati eſſent, placebat etiam eis dare, quæ in Epiſcopi ditione poſita dicebantur. Qui cum ſe id paſſurum negaret, atque iterum fidem Pontificis ſe imploraturum oſtenderet, vehementius pectora Civitatis univerſæ percuſſit. Amicorum tamen gratia, atque auctoritate commotus, rem ad arbitros, Conſilio hoc idem faciente, rejecit. Vido Prætor IX. Kal. Januar. ex Conſilii decreto Procuratores ad id duos conſtituit. Ab his, & ab Epiſcopo Bagarotus, & Hugolinus (76) Juriſconſulti Arbitri ſunt adacti, juratumque ab utraque parte, ſe ab eorum decreto non diſceſſuros. Lex præterea de honore Scholarium lata, quibus probri loco ipſa literarum profeſſio objiciebatur. „ Ne cui „ aut Juri civili, aut alii ſcientiæ vel do„ cendi, vel diſcendi cauſſa operam danti, „ eatenus infamis nomen objicito; ſi obje„ cerit, exilii pœnas dato, nec niſi arbi„ trio ejus, cui objecerit, revertito. Hæc „ lex in perpetuum valeto. (77) Floruiſſe autem hoc tempore Bononiæ ſcholam, non eſt dubium. Vivebat enim Azo Juriſconſultus Boſi an diſcipulus, quo poſt Jus civile renovatum nemo majore cum laude, atque hominum admiratione in ea diſciplina verſatus eſt. Neque enim aſſentiendum eſt iis, qui ipſum ſcribunt anno milleſimo ducenteſimo morte mulctatum, (78) quod Bulgarum Juriſconſultum adverſarium ſuum in diſputatione interfeciſſet, quod & Bulgarus multis ante milleſimum ducenteſimum

quem S. Dominicus geſtabat, qui ex eo Ordine Oxonienſis Canonicus fuit; Hinc mos, quòd Priores locales, & Provinciales Officia ſolemnia quoties habent, Rocheto utuntur, qui eſt Habitus proprius Canonicorum, prout Toga eſt Doctorum, Cuculla Monachorum, &c. *Spondan. d. fol.* 66. *num.* 17 *ad finem*; & facit *vetus Chronicon S. Victoris de Barbiano*, cui innititur *Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 114. *poſt init.*, namque ibi ad A. 1218. ex §. *vuole il Burſello*, ad quem totius rei ſeriem fuſiori calamo diſſerentem, Lectorem remitto.

(71) Defuncto jam 3. Idus Junii 1216. apud Theſſalonicam Henrico Latinorum in Oriente Imperatore, ei ſuffectus hic Petrus Corteniacus Comes Altiſſiodorenſis eſt. *Spondan. Annal. Tom.* 1. *fol.* 64., *& ſeq. n.* 9., *&* 10., ac ipſi poſtero anno per Honorium III. Jolaoteque uxori, illius Imperii eſt impoſita capiti Corona Romæ in Baſilica S. Laurentii extra muros die Dominico 9. Aprilis 1217. per eumdem *Spondan. d. T.* 1. *fol.* 66., *& ſeq. num.* 1., *&* 2., ubi plura ad rem: & faciunt omnes noſtri ubi ſupra, qui una actam rem tamen dicunt A. 1216.

(72) Ponunt pro hoc alii Joannem Scannabichium de Moneta, *Ghirardacc. fol.* 119., ſed maſim adaugendum numerum, atque ita inter illo honore auctos, cenſendos inſuper Guidonem Geremeum, Opizonem, ſive Opizium Ugonis Arcoſti, & Petrum Galluzzi. *Vizan. fol.* 94. *Dolfi fol.* 53.

(73) Acta res in Feſto intactæ Conceptionis Deiparæ Virginis 8. Decembris 1216.

(74) Duces noſtrorum Bonifacius Ubaldini, & Baruffaldinus per *Ghirardacc. fol.* 120., *& ſeq.*, ubi plures ex Crucefignatis memorat, ac Bononia commeaſſe die 10. Maji ſcribit *dalle Pugliole hoc Anno*, *col.* 252. *Vizan. fol.* 95., *& ſeq.*

(75) Ita planè, & non Pelagii Cardinalis jam in Syria denati. *Spondan. T.* 1. *fol.* 67. *n.* 1. *Ghirardacc. d. fol* 120. adeòque corrigendi, *dalle Pugliole d. col* 232, *& Vizan. fol.* 96. Pelagium ſuperſtitem adhuc ſcribentes.

(76) Ille ex Gente Gouffreda, cujus meminit *Aldoſ. Doct. Legg. Bologn. fol.* 39., *& ſeq.*, ac veteri genere, & oriunditate Gallus per *Pancirol. de clar. Legg. Interp. lib.* 2. *cap.* 24. *fol.* 139. Hugolinus verò de Presbyteris, ſive Prettis, de quo alias mentionem habuimus.

(77) Incendium ne ex ſcintillis pergrande erumperet, hæc lex lata, de qua cum aliis in *Vetuſtiſſ. Kalend. Archigym. ad Novembrem*; ibi:

„ 3. Reaſſumptio Studiorum, completis „ vacat. general., & ideo exponitur Edi„ ctum Sociale, Proviſio ſcilicet, quæ „ pro quiete Studii, & ad ſervandam „ bonam concordiam inter pub. Lect., „ & Scholares ad invicem, fuit hac die „ primùm promulg. A. 1217. Guidone „ Canoſſa Rhegien. Bononiæ Præt., cu„ jus ſunt hæc capita præcipua &c.

(78) Ergo corrigendi *Fichard. PanciroI. Gravina*, *Rheyer cap.* 27. §. 5. *fol* 153., ac reliqui exteri, qui nati compleram Æræ annum in lapide ad S. Gervaſium è regione Guaſti Capitulorum, pro abſoluto ſcripſerunt A. 1200. cùm verò ſint obliterati aliquot numeri, prout videre eſt ap. *Aldoſ.*, qui corruptam, ut eſt, affert inſcriptionem, hinc meritò *Ghirardacc. fol* 121. *ad finem* allegando *Sigonium*, quem doctiſſimum appellat, tradit, bene notatum hoc de Azonis funere commentum, cùm longè poſt d. A. 1200. ſuperfuerit. Vide ergo quantum ſit fidendum, deferendumque exteris, cùm de rebus alienis hiſtorias conſcribere inſtituunt, ac potiſſimum ſi ſint abs actis rebus ætate remotiſſimi. *Baron. Annal. T.* 1. *n.* 10.

A ſmum annis mortuus eſſet, & in Actis Civitatis poſt eum annum frequens Azonis Juriſconſulti Bononienſis graviſſimis in legationibus memoria celebretur, quem eundem eſſe titulus ipſe mihi perſuadet, cum ſemper more ejus ætatis Dominus Azo Legum Doctor vocetur, quo modo tum præſtantiſſimum quenque Juris Profeſſorem appellabant. Quia etiam Azonem non judicio, ſed morbo ſublatum ſcribit Odofredus, qui Azonem ipſum eſt allocutus. „ Hunc librum, inquit, pridie feſtum Sanctorum inchoavimus. Quod alias fieri nunquam „ vidi, niſi eo anno, quo D. Azo eſt mortuus. Nam gratia ejus initium pro-
B „ feſſionis in feſtum omnium Sanctorum eſt „ prorogatum. Audivi autem ab eo, ipſum „ nunquam ægrotare ſolitum, niſi per ſtudiorum vacationes, atque ita vacationibus ipſis eſt mortuus. Hujus etiam Azonis, ut opinor, viventis ſuperiore anno in Actis eſt mentio; eſt enim ſcriptum, præſente D. Azone Legum Doctore D. Guicciardinum civem Bononienſem ſolemne profeſſionis ſacramentum apud Prætorem concepiſſe. Quod verò valde memorabile eſt, idem Odofredus alio loco ſic ſcribit: „ Vidi ego Bononiæ ætate D. Azonis, cum „ Scholares poterant vitare forum in cauſſa „ criminali, & aderant eo tempore ferme
C „ decem millia Scholarium. Verum Scholares renunciarunt huic privilegio ætate „ D. Azonis, cum eſſet orta inter Tuſcos, „ & Lombardos maxima rixa, itaut Doctoribus non liceret in eos animadverte-

A „ re. Quare permiſerunt, ut Prætor cauſas Scholarium criminales cognoſceret, „ ſed in civilibus ſuum privilegium retinuerunt. Nunc verò revocata eſt vetus „ conſuetudo. Faxit Deus, ne ſibi invicem „ noceant, nam per Doctores ægre maleficia Scholarium puniuntur. Ceterum hic Odofredus, qui hæc anno MCCLXII. ſcripſit, Joannem Balduinum (79) audivit, Balduinus Azonem, quem etiam eſt inſectatus, Azo Joannem Boſianum, Boſianus Alberici de Porta Ravennate fuit æqualis, ac ſine dubio aut Bulgari, aut Martini, aut primorum Juriſconſultorum auditor. Scripſit autem Azo Summam Juris civilis, ve-
B rum non primus. Prima, ipſomet teſte, fuit Rogerii, ſecunda Placentini, tertia Joannis, quarta ipſius. Quæ idcirco in annales retuli, ut progreſſum Juris civilis poſt inventas à Lothario Imperatore Pandectas, (80) eoſque exponi publice juſſos pleriſque ignotum, neglectumque oſtenderem. Eodem anno ædes D Martini ad Apoſam, quæ poſtea Fratrum Carmelitarum ſedes fuit, conſtructa eſt. (81) Andalus ex Andalis Mediolani, Rambertinus Buallellus Mutinæ, Bernardus Bernardius Regii, Lambertinus è Lambertinis Vicetiæ, Bononienſes omnes Præturas geſſerunt. Sequenti, quo 1218
C Alberghetus Pandemilius Tarviſinus ad Præturam accitus eſt, Otho cum eſſet ad ſacrum bellum recuperandæ Pontificiæ gratiæ cauſſa profectus, quinto Kal. Maji in Syria moritur.

(79) Eſt legendum *Jacobum*; namque ita per omnes appellatur Balduinus hic, de quo agitur. *Eguat ad Ghirardacc. fol.* 122. *ad med.*

(80) Neque a Lothario, neque Amalphi direpta, fuit Pandectæ juxta fabellam Bologninianam repertæ, ſed longe antea, ac quidem Bononiam delatæ ex Conſtantinopoli fuerunt, & hic explicari cœptæ, prout & Codicis leges interpretabantur, præſtantia apud nos Archigymnaſio valde ante A. 1150. ex deductis fusè per laudatum *Cl. Grandi* in ſuis de Pandectis pernoctia lucubrationibus pauliò ſupra allegatis.

(81) Concordant *dalle Pugliole hoc A. col.* 252; *Ghirardacc. lib. 4. in fine fol.* 122, ubi alia ſubnectit. Cùm antea ibi degerent Carmeliſtæ Conventuales primi inſtituti, quos vocant *Mitigatos*, porrò, iis dimiſſis, Senatus authoritate recepti ſunt *Obſervantes* Congreg. Mantuæ.

Explicit Liber Quartus.

INCIPIT LIBER QUINTUS.

FRIDERICO II. IMPERANTE.

NUncio in Germaniam de Othonis morte perlato, Fridericus irerum Rex novis habitis comitiis declaratur. In Italia vero adeo accenſi pravis certaminum ſtudiis populorum ad bellandum animi erant, ut ne Othone quidem abſumpto væſana pugnandi libido reſtincta ſit. In Lombardia Mediolanenſes Placentinis adjunctis cum Parmenſibus, & Cremonenſibus, ingenti ad Gibellum prœlio depugnarunt. In Romaniola Forolivienſes bellum cum Faventinis majore, quàm ante, conatu redintegrarunt. Bononiæ interea ſummum ocium, magna cum dignitate domi, foriſq; Reſpublica adminiſtrata. Cum de vicis quibuſdam Medicinatis agri controverſia cum Medicinatibus eſſet oborta, pridie Kalendas Aprilis re ad publicos Cognitores utrinque delata, lis ſecundum Civitatem eſt judicata. (1) Faventini à Forolivienſibus conflictati rebus ſuis timenres ad Bononienſium expertum ſæpe duris ſuis temporibus auxilium confugerunt. Bononienſes, antequam res ad arma deduceretur, experiri volentes, quantum auctoritate apud utranque Civitatem valerent, miſſis Legatis ab utraque petierunt, ut integram cauſſam arbitrio, judicioque ſuo permitterent. Haud irrita eorum petitio fuit. Ineunte Junio Jacobus Naſus Forolivienſium, & Talamatius Faventinorum Prætores ex utriuſque Civitatis conſenſu promiſerunt, ſe ſtaturos Albergheti Prætoris arbitrio ſuper iis rebus, de quibus armis inter ſe decertarent. IX. Kalend. Auguſti Albergherus utrique Prætori, ac Legatis eorum ad ſe vocatis præcepit, ut inducias inter ſe uſque ad diem III. Kalend. Octobris haberent, atque eo die coram ſe Bononiæ ambo adeſſent. Qui cum dies veniſſet, atque illi paruiſſent, induciarum tempus uſque ad Kalend. Januarias diſtulit. Poſt biduum, ut majus Gymnaſio ornamentum adjungeretur, Benus Florentinus (2) eximius, ut iis temporibus grammaticus ad literas publicè tradendas accitus. Ejus profeſſionis formula ea-
A dem, atque Juriſperitorum, fuit. „ Ego „ magiſter Benus Florentinus juro, me „ nullo modo daturum operam, ut Schola „ Bononienſis aliò transferatur, & ſi quem „ id tentare compereto, me pro viribus „ impedimento futurum; ſin minus, Prætori indicaturum, neque alibi ullo tempore in grammatica arte recturum. Hic autem quantus eſſet, oſtendit Petrus de Vineis, qui de illius morte ſcribens dixit Grammaticæ artis extinctam eſſe lucernam, ac ſiccatum eſſe fontem irriguum, nempe magiſtrum Bene, qui non ab infimo poſitivo, ſed à ſuperlativo meruerat derivari. Eodem menſe XVII. Kalend. Novembris
B Lucenſibus Mercatoribus ſolita portoria pendere recuſantibus, atque ea de re litem Lucenſi Civitate movente placuit, ne quid aſperius eveniret, aliquid de vetere jure remittere, pactumque ut neuter populus quidquam amplius, quàm duodecim ſolidos (3) Bononienſes argenteos in ſingulas ſarcinas exigeret. Extremo anno Vido Canoſſius, cum in locum Albergheti, aut mortui, aut honore profecti, ſuffectus Præturam adminiſtraret, Conſilium Generale rogavit, vellet, juberet ne, Prætorem à ſe in oppidis Epiſcopi, integro tamen jure Epiſcopi, legi? omnes, uti rogarat, juſſerunt. Eodem anno ſuperantibus ne in agro colonis no-
C vum caſtrum extruere viſum. Idque Sancti Pauli nomine decoratum. (4)

De S. Dominico.

FEbruario Ineuare ſocietas cum Regienſibus renovata. Nec multo poſt, cum Faventini privatis offenſionibus incitati infeſtas in fines Imoleaſium copias induxiſſent, Bononienſes pro vetuſto fœdere vocantibus affuere. Dum autem Imolenſium vaſtatur ager, Jacobus Epiſcopus Taurinas, qui ſe Friderici Regis Legatum eſſe dicebat, cum Marchione Montisferrati advênit, ac ſtatim Prætore (5) ad ſe accito, duas ab eo res Friderici nomine poſtulavit,
D unam, ut Bononienſes agrum Imolæ, quem poſt mortem Othonis invaſerant, reſtituerent; alteram, ne Imolenſibus aliquid præbuiſſe negotii vellent. Prætor, ut in re

nec

(1) *Igitur ſub Bononia Medicinates; neque aliter profectò ſuſtinendum, & propterea per eos detrectatum ſemper injuriâ noſtrum Imperium. Egnat. ad Ghirardacc. fol. 124. in princ.*

(2) Præſtitit ſacramentum *Conducta* die 2. Octobris hoc A. 1218. in manibus Prætoris, & Conſulum juſtitiæ. *Ghirardacc. fol. 124. ibique Egnat. poſt princ.* ubi, quod Bononienſes ut eſſet Archigymnaſium undequaque ſplendidum, atque florentiſſimum, eximios per ætatem viros ad ipſas quoque artes liberales tradendas conducebant, Rethores nempe, Grammaticos, Chirurgos, Aſtronomos &c, quod apertè liquet ex *Alidoſ. Dott. Artiſt. foreſt. per tot.*

(3) Leges velim denarios argenti parvos Bononiæ; namque corrupta per hæc eſt reſtituenda lectio, quæ alias vel nullum ſenſum haberet, vel exuberantem ſummam importaret; In primis namque nullus ſolidus argenteus apud nos fuit, niſi fortè intelligas ſolidum, ſed hoc idem erat, ac porrò *Ducatus* argenti, ſive *Scutus*, cujus valor aſt lirarum IV. Obulorum æris monetæ currentis Bononiæ; ergo ut conſtat, ſenſus de his eſſe non poteſt. Porrò ſi pro ſolidis argenteis, Bononenos argenti intellexit loqui Sigonius, en exceſſivum vectigal, namque XII. Bononeni argenti reſpondent hodie valori lirarum VI. Obolorum æris, quod nec poteſt concipi; Igitur legamus ſas eſt, ut ſupra, ſiquidem XII. denarii argenti parvi Bononiæ æquivalent hodiernis Obolis VI. monetæ æris currentis, qua lectione nihil accommodatius. *Egnat. ad Ghirardacc. fol. 124. ante med.*

E (4) Conveniunt *Ghirardacc. d. fol. 124. dalle Pugliole, col. 252. ad finem. Griffon. col. 109.*, & erat ſub Caſtro S. Petri, prope Medicinam, ad eoſdem Medicinates in officio continendos ſeditioni, atque defectioni quam pronos.

(5) Erat hic Prætor Henricus Conti Papienſis ex *Bartol. dalle Pugliole, col. 252. Vizan. lib. 3. fol. 96. Ghirardacc. fol. 125.*

nec opinata deprehenſus, incertus, quid reſpondere deberet, dixit, ſe non credere illum Friderici eſſe Vicarium, proptereaque ſe non ipſi, ſed Friderico agrum Imolæ reddere velle, ad eumque ipſum hac de re provocare. De Imolenſibus autem, Bononienſes eo fœdere cum Faventinis teneri, ut facere non poſſint, quin Faventinis vocantibus præſto adſint. Quibus rebus auditis Jacobus uſque adeo iram non tenuit, ut ſe Civitatem proſcribere pronunciarit, atque hoc dicto illico ſe Urbe proripuit. Eo profecto exercitus uterque ſtatim Imolenſium Urbi admotus. Verùm cum de compoſitione agi poſt eſſet cœptum, Faventinus, & Imolenſis, ut finem armorum facerent, Henricum Prætorem Bononiæ arbitrum adegerunt. Henricus per Ubertum Judicem ſuum in caſtra miſſum exactis obſidibus ab Imolenſibus facile rem compoſuit. Imolenſem inde ſe in Henricum compromiſſum feciſſe pœnituit, ſibique ab eo, & à Bononienſibus injuriam factam expoſtulavit. Quibus rebus Henricus commotus, exeunte Septembri nuncium ad eos ex Conſilii ſententia miſit. Qui Prætoris, & Civitatis nomine cum Conſilium poſtulaſſet, percontatus eſt, num vere, ut ſermo hominum ferebat, Prætorem, aut Civitatem de re tranſacta cum Faventinis arguerent; adjecitque, ſi qua in re ſe Bononienſibus obſtrictos ſentirent, eos ſe ab Kalend. Januariis proximis liberare. Tum Guarinus Prætor eorum, ac præcipui e Concilio reſponderunt, nemini omnium veniſſe in mentem, neque de obſidibus, neque de ulla alia conditione queri, neque abſolutionis denunciationem ſe neceſſariam judicare, cum nulla inter Imolenſes, & Bononienſes de illa re obligatio intercеſſiſſet. (6) Hugolino Legato (7) Pontificio Mediolanenſes, Cremonenſes, Parmenſes, & Bononienſes pacem arbitrio Pontificis ſe cum inimicis ſuis habituros jurarunt, atque ab eo vetere Sacrorum interdicto levati ſunt. Præcipuè Bononienſes & Piſtorienſes, cum diu de agri finibus contendiſſent, ut modum bellorum facerent, omnem controverſiam ad ejus arbitrium detulere, ab eo III. Nonas Octobris ita decretum. „ Bononienſes Piſtorienſibus, „ Piſtorienſes Bononienſibus pacem reddunto, de omnibus bellis, litibus, damniſque ultro citroq; oppidi alicujus cauſſa „ illatis. Bononienſes Foſſatum, Tribum, „ Turrim, Monticellum cum ipſorum juribus Piſtorienſibus, Piſtorienſes pagos, „ caſtraque, quæ ſunt in Diœceſi Bononienſi, Bononienſibus dimittunto. Utrobique „ jus Imperii, atque Eccleſiæ integrum „ eſto. Piſtorienſes Sambucanis injurias „ remittunto, atque in hanc pacem ſucceſ„ ſores Præturum, aut Conſulum ſuorum „ jurejurando adigunto. Ita utrinque ab armis receſſum. Extremo verò anno cum Prætor Bononienſis, ac Piſtorienſis in Montibus conveniſſent ad locum, qui Muſcacla (8) dicebatur, ut compoſitionem hanc confirmarent, queſtus eſt Bononienſis, quod Piſtorienſes in poſſeſſionem oppidorum quorundam injuſſu ſuo miſiſſent; & quod Pavanenſes captos in carcerem conjeciſſent, eo nomine, quod ſe Prætori Montano Bononienſi parituros juraſſent. Piſtorienſis reſpondit, ſe poſſeſſionem eorum oppidorum iniſſe, quæ Legatus decreto ſuo ſibi adjudicaſſet; Pavanenſes autem non Civitatis, ſed Epiſcopi juſſu fuiſſe comprehenſos. Multis verbis utrinque factis, atque inſtrumentis compoſitionis prolatis, res haud longius eſt progreſſa, quam ut decreto Legati pareretur. Eodem menſe Sambucanis eſt conſultum, qui Piſtorienſi bello oppidum deſeruerant, atque ad Bononienſes cum familiis ſuis ſe contulerant. Cum Prætorem adiiſſent, atque omnia ſe illi damna ſua condonare dixiſſent, placuit Conſilio, ut locus eis ad habitandum cum immunitate concederetur, negotiumque Prætori Montano datum, ut eis hominibus Muſcaclam muniret. Extant etiam datæ ſuper ea re literæ. „ Henricus Comes Prætor Bo„ noniæ Romandino Zocolo Prætori Monta„ no ſalutem. Significamus tibi, Conſilium „ Credentiæ & appendicem ejus, ac magiſtros „ artium, & collegiorum, & curiarum ad „ occenium campanæ, ac per nuncios con„ vocatos maximo conſenſu decreviſſe, ne „ Sambucani noſtri Muſcaclam incolant, „ & ibi idoneo tempore caſtrum pro ho„ nore Civitatis conſtituant, & ipſi, cete„ rique, qui eò commigrarint, ſoluti ſint à „ functionibus publicis, perinde ac cives „ Bononienſes ſunt. Quare mandamus tibi, „ ut eos in eo loco conſtituas, prout ipſe „ eſſe è republica judicabis. Profectus indè Romandinus ad Muſcaclam eos nomine Civitatis inſtituit, his quæ tum ſolemnia in rebus omnibus publice inchoandis erant, verbis. „ Quod honori ſit Jeſu Chri„ ſto, & Beatæ Mariæ Virgini Matri ejus, „ & S. Petro, & omnibus Sanctis Dei, & „ Henrico Prætori, & Gulielmo Puſterlæ „ futuro à Kalen Januariis primis uſque ad „ Kalendas Januarias ſequentes, & omni„ bus ſucceſſoribus eorum, & omnibus „ Magiſtratibus urbis Bononienſis, qui pro „ tempore fuerint; Quod item honori, „ magnitudini, & incremento ſit urbis Bo„ nonienſis, ego inſtituo te Albertum „ Gillum, Bondium Zanum, & Benedi„ ctum Moncum Conſules eorum, qui „ exceſſere de Sambuca, & Pavana, & qui „ in fide Bononienſium perſtiterunt, reci„ pien-

(6) Non acquieſcendum huic, ſequentique narrationi per ea, quæ notant *dalle Pugliole col.* 252. *Vizan. fol.* 98., *&* *Eguat. ad Ghirardacc. fol.* 125.

(7) Ex Comitibus Anagniæ de præclara Annitiorum ſtirpe, quæ adhuc *De i Conti* Romæ appellatur, ex qua fuit Innocentius III. cognomento Magnus. Erat hic autem Cardinalis tit. S. Euſtachii, Epiſ. Hoſtienſis, & Honorii Pontificis Legatus cum ampliſſima facultate in Lombardiam miſſus, pro iiſdem populis ad pacem conciliandis. *Ghirardacc. d. fol.* 125. *ad finem*, *Tom. III.* *&* *ſeq. Vizan. fol.* 97., *&* *ſeq. dalle Pugliole col.* 253. *in princ.* demum aſſumptus ad Pontificatum, Gregorius IX. eſt appellatus, ut infra.

(8) Vulgò *Mocaglia*, cujus loci, & alibi eſt memoria in hac hiſtoria. Cuncta recitat *Ghirardacc. fol.* 126., qui non ideo notandus, ſi fortè res levioris pretii ſuæ hiſtoriæ inſerit, quemadmodum ipſi vitio vertere quibuſdam placet, exemplo eſt namque ductus Sigonii, quem doctiſſimum Cherubinus, diſertiſſimum autem ipſe appello Scriptorem. *Eguat. ibidem in princ.*

„ pientes nomine ſuo, & eorum, qui venerint ad incolandam Muſcaclam, ut habitent eum lucum, & ibi ſedeant, & ſint ſoluti à functionibus Communis Bononiæ, perinde ac ipſa Civitas in perpetuum. Atque bis dictis vexillum in eorum manibus collocavit. Eodem anno loca in caſtro S. Pauli privatis hominibus ad domos extruendas per Curatores publicos aſſignata. Hæc foris acta. Domi vero opus longe omnium pulcherrimum inſtitutum. Cum forum boarium longe ab urbe duobus ferme paſſuum millibus ad pontem Rheni in via Aemilia adhuc fuiſſet, empto pecuniâ publicâ de privatis campo ſub urbem ad Galeriam eſt translatum. Ceteris in rebus inſignis annus novo Religioſorum inſuper hominum in urbe adventu fuit clariſſimus. Dominicus quippe Calagurritanus famâ ſanctitatis jam toti Europæ notus, huc venit, ac ſacris concionibus multis in foro habitis univerſum populum ingenti doctrinæ, ac ſpiritus magnitudine in ſe convertit. Aucta eſt inde multo magis ſanctitatis ejus opinio, poſtquam penuria panis aliquando in cœna oppreſſo repente, ut ſodales ejus indicarunt, ab Angelis neceſſaria ſunt omnia miniſtrata, triclinio, quod nunc quoque oſtenditur (9) accumbenti. Quo factum eſt, ut cum ædes Maſcarellæ anguſtiores eſſent, facile propter eximiam civium de ſe opinionem ædem D. Nicolai in vineis impetrarit. (10) Ubi ſede Fratribus laxiore locata, ædem S. Agneti conſtruxit, ac virginibus à ſe inſtitutis attribuit, eoque Cæciliam virginem Romanam ſpectatæ vitæ, ac Dianam Andalam (11) Bononienſem ſummæ nobilitatis, velatas traduxit. Quin etiam Franciſcus Aſiſias vir nova vitæ aſperitate, atque innocentia per ea tempora clarus, aliquot ex Fratribus ſuis hoc anno Bononiam deſtinavit, (12) qui, cum populum ſacris concionibus pariter inſtruere incœpiſſent, & ipſi ſedes ad D. Mariæ Puliolis ad portam Steriam (13) impetrarunt. Florebat hoc tempore in Gymnaſio Tancredus Juriſconſultus, Eccleſiæ Bononienſis Archidiaconus, (14) cujus adhuc quoque Commentarii doctis hominibus inprimis probati leguntur. Ejus viri auctoritate motus, ut reor, Honorius cum publice profeſſionis immodicam coërcere licentiam vellet, eam cognitionem ipſi mandavit, (15) quam hodieque Archidiaconus ob-

(9) Adeſt in Canonica ejus Prioralis Curatæ Eccleſiæ *de Maſcharella* ſuperioribus annis in elegantiorem non minùs, quam valde piam formam per DD de Bianchonis inſtauratam, ornatamque, & quidem pari liberalitate, qua profuſo ære proprio, totum à fondamentis Eccleſiam vetuſtate collabentem, & ius Patronatu ab A. 1709. in perpetuum ſibi quæſito, reædificarunt, & qui ſecus Aram majorem, illam ipſam Menſam perhonorificè denuo locarunt, cui cum S. Patriarca accumberet, D. O. M. per miniſterium Angelorum hic recitatum prodigium peregit, de quo *Vizan. fol. 96., & ſeq. Alidoſ. delle Chieſe di Bol. fol. 87. Sarti eodem tract. fol. 267. Ghirardacc. fol. 128.*

(10) Contigit de A. 1219. nondum S. Patre Bononiam profecto, & habuit ceſſione per Rodulphum de Faventia Doctorem, Presbyterum, & dictæ Eccleſiæ Curatæ Parochum (qui unà Prædicatorum tunicam indutus) facta Magiſtro Reginaldo Aurelianenſi quondam Decano, & tunc Priori Maſcharellæ per *Alidoſ. delle Chieſe di Bol. fol. 27.*

(11) *Lege* Andaloam: Andalom verò Gentis ſplendidiſſimum ſemper apud nos genus, itemque vetuſtiſſimum, ſiquidem ex eo adhuc memorantur Equites nobiliſſimi ante ipſum Chriſti Domini adventum, nec deſunt, qui putent ab Etruſcis in Urbem Felſinam derivaſſe illa conditu, quamquam alii, nec inofficiosè, prognatum ab Antoniorum inclyta familia Romanu ſcribant. Ceterùm illud ad maximum ſemper Andaloorum ſtirpis ornamentum accedit, protuliſſe ipſam Patriæ pietatis, & gloriæ honorificentiſſima ornamenta, & ea quidem propter ſuſceptam S. Dominici clientelam, obque cultam cum Prædicatorum Ordine longè arctam neceſſitudinem, namque Andalous Andalò J. C., & Eques ſtrenous ex Comitibus Caſalichii cum *Brancaleone* filio, inter primos fuit, qui de excipiendis Bononiæ Prædicatoribus egit, item primus, qui obviam advenienti S. Dominico ivit, & demum ejus quoque ceſſionis apud Rodulphum Parochum author, ut ſedes laxior ad S. Nicolaum Prædicatoribus fieret. *Diana* porrò hæc *Andaloa* pietate, qua ferebatur pergrandi in S. Dominicum, velatas inter ſuas Moniales celebratiſſimi hujus S. Agnetis Aſceterii Fundatrix extitit, ac ut ceteros mittam, *Lottharingius* denique *Andalous* princeps promotor apud *B. Bartholomæum Bregançi* de Vicetia fuit inſtituendi A. 1261. nobiliſſimum *militarem Ordinem Equitum S. Mariæ Glorioſæ*, aliàs *de Gaudenti*, quorum veſtis tunicam ipſam, atque habitum Prædicatorum planè univerſim æmulabatur, ut aliàs nos ſub ſua ſede adnotabimus.

(12) Bernardum præſertim de Quintavalle virum ſanctiſſimum, ac modeſtia, & humilitate cumulatiſſimum, cujus imaginem affabrè adeò, & perpulitè *Sigonius depingit de Epiſc. Bonon. lib.* 2., ut nec magis. Conveniens etiam *Ghirardacc. fol.* 128., *& ſeq. Falcon. de' Veſc. di Bol. fol.* 241., *& ſeqq. Vizan. lib.* 3 *fol.* 97.

(13) Legendum meliùs cum eo *de Ep. Bonon.*, & ipſi ſedem in ædibus primùm ad Puliolas, qui locus hodie S. Bernardini appellatur, & deinde S. Mariæ Annunciatæ ad Portam Soteriam impetravit, & aſſignari curavit, in quibus S. Antonius Patavinus rem ſacram primùm habuit; ita namque conveniunt *Vizan. fol. 97. Ghirardacc. fol.* 129. *Falcon.* & alterii.

(14) Omnino verum, floruiſſe per hæc tempora Tancredum eximium Decretorum Doctorem, atque Pub. eorumdem Profeſſorem, imò veriſſimum, floruiſſe uſque ad annum S. 1230. cùm de eo anno vità ceciderit per *Alidoſ. Dott. Legg. Bologn. fol.* 212., ſed porrò falſam, extitiſſe modò Archidiaconum, vel quia vivebat adhuc Bonifacii Archidiaconi in dignitate ſucceſſor Henricus bonus, aliàs *Henrichetus dalla Fratta*, qui eo munere fruebatur, vel quia Tanchredus eſt inauguratus Archidiaconus die 20. Januarii 1226. per eumdem *Alidoſ. d. fol.* 212. Quare legendum puto: *Proarchidiaconus*. Vide *Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 128. *ad med.*

(15) Non intellige duntaxat creandi Doctores, quamquam tum forte Decretiſtæ id in contentionem, quo ad ſe mitterent, nam longè per antea, ac retro, & ſcillicet à Theodoſiano uſque Diplomata hac authoritate pollebat, ſiquidem Cæſar ille Archidiaconum ideò Cancellarium majorem Studii Generalis Bononiæ nuncupavit. *Ghirardacc. lib. 4. fol.* 119., ubi *Egnat. poſt. med. Vizan. fol. 98. Marſil. poſtea Ep. Peruſ. delle prerog. del Cancell. magg. & Archid. di Bologn per tot.*; & ſignatur *a fol.* 21. ſed inſuper, & propriè recipiendi ſacramenti Profeſſionis a novis Pub. Profeſſoribus, priuſquam ſibi commendatam Cathedram inaugurarent, namque per id tempus hoc in

obtinet, ac literas in hæc verba ad eumdedit. (16) „ Cum ſæpe eveniat, ut in „ urbe Bononiæ minus docti ad docendi „ regimen aſſumantur, ex quo & docto„ rum honor minoitur, & profectus impe„ ditur Scholarium cupientium erudiri, nos „ eorum utilitati, & honori conſulere vo„ lentes, auctoritate præſentium duximus ſta„ tuendum, ut nemo ad docendi regimen, „ niſi permiſſu tuo, ac diligenti examinatio„ ne adhibita aſſumatur. Quin etiam alio diplomate jus indulſit, ut ſcelere liberare Doctores, atque Scholares poſſet, qui manus Clericis nefarias injeciſſent. Scripſit item ad Epiſcopum, ut Theologiæ ſtudium in urbe aleret, neque religioſos aut Juri ci vili, aut Phyſicæ operam dare permitteret, alioque diplomate XIII. Kal. Decembris Viterbii dato indulſit, ut injuſtos bonorum Bononienſis Eccleſiæ poſſeſſores à commu nione piorum arcere, atque pro arbitrio in gratiam reſtituere poſſet. Nondum Sambu-

1220 canis bona ſua Piſtorienſes reddiderant. Itaque poſtero anno ineunte Aprili Bagarotus Juriſconſultus, & Tucidanus Gallucius Legati ea Conſilii ſententia Piſtorium à Gu lielmo Puſterla Prætore miſſi à Prætore, Epiſcopoque Piſtorienſium poſtularunt, ut Sambucanis, qui belli cauſa de Sambuca exiſſent, & ad Bononienſes tranſiſſent, om nes poſſeſſiones, & bona reſtituerent, quæ ea Hugolini Legati decreto deberent, atque his dictis Piſtorienſium permiſſu Sambuca nos in poſſeſſiones deduxerunt, ac Piſto rienſibus, ne eorum jura attingerent, indi xerunt. Eodem menſe Fridericus in Italiam trajecturus Conradum Epiſcopum Spirenſem, & Metenſem Cancellarium ſuum cum literis ad omnes Civitates mandatis præmiſit, eique, ut perinde ac ſibi, in omnibus rebus dicto audientes eſſent, præcepit. Qui cum veniſſet, dum ipſe jura Lombardiæ re cognoſcere, eaque ſacramentis accipiendis conſtituere ſtudet, Nuncios Bononiam men-

A ſe Auguſto præmiſit Anſelmum Spirenſem Friderici Mareſcallum, & Hugolinum Parmenſem Comitem, Romaniolæque Rectorem. Uterque à Civitate comiter, ac benigne acceptus. Poſtridie cum Anſelmus, & Gulielmus in aula Palatii conſediſſent, in qua Prætor ſolitus erat cum curia convenire, Anſelmus multis verbis factis à Gulielmo poſtulavit, ut oppida agri Imolæ, & Caſtri Imolæ redderet, quæ Civitas ad Imperium ſpectantia poſſideret. Cui Gulielmus: „ Ego verò, inquit, & Regis, & „ Cancellarii gratia haud invitus facio, ut „ ea dimittam, ita tamen, ut jus retineam, „ quod Civitas in iis propter aliquod pri-

B „ vilegium, aut conſuetudinem habeat. Poſt aliquot inde dies Conradus ipſe accedens ſolemne ſacramentum exegit, atque eximio Civitatis gratulantis erga ſe ſtudio cognito cum ſuperiores mulctas omnes delevit, tum ipſam in gratiam recepit, his verbis: „ Nos Conradus Metenſis, & Spi„ renſis Epiſcopus, Imperialis aulæ Can„ cellarius, & totius Italiæ Legatus ſacra„ mento fidei à Gulielmo Puſterla Bono„ niæ Prætore, & ab ipſa Bononiæ civitate „ accepto, atque eorum fide, & benevo„ lentia erga Fridericum Regem noſtrum „ perſpecta, auctoritate legationis, qua „ fungimur, eximimus Commune Bononiæ

C „ illo banno, quo mulctatum eſt ab Epi„ ſcopo Taurinate tunc regalis curiæ Vi„ cario, & Gulielmo Marchione Montis„ ferrati, & quocunque alio, in quod in„ curriſſe videri poſſet tempore Regis, item „ omni pœna, qua ab eis, aut ab aliis re„ gia auctoritate affecti ſint, remittimuſque „ omnino omnes redditus, fructus, condi„ tiones, uſus, operas, tributa, boaterias, „ mulctas, banna, pœnas, ac res alias uni„ verſas, quas Commune Bononiæ habuit „ de oppidis, & hominibus Imperii, ac „ præcipue de agro Imolæ aliquo ſuperio„ bus annis modo. (17) Poſt paucos inde dies

---

D in manibus ejus fieri Prætor, & Conſules ac facere Medici, reliquive Artiſtæ, & maximè, qui inter eos tunc pullulabant novo quæſito nomine Theologi detrectabant, ut quæſtionem enucleans per hæc diſſeris laudatus *Egnat. ad fol.* 119. *& ſeq.* ubi fusè de Archidiacono, & *fol.* 128, concluditque ſcribendo: „ Ergo Honorii hac ſanctione „ confirmatam, roboratamque Apoſtolica „ authoritate eam ipſam, & eamdem pote„ ſtatem Archidiacono Bononienſi fuiſſe con„ ſtat, qua dudum jam Cæſarea deſtinatione, „ atque largitione fruebatur; & adſtipulatur *Syn. Roſc. de nov. ſtud. inſtaurand* § *ſed quæ Theodoſius*, poſterius Auguſti noſtro Archidiacono conceſſere olim, hæc modo Honorius III. eademmet Pontificia quoque, & Apoſtolica authoritate confirmavit. *Ucbym. de Laud. Bonon.* §. *Malim etiam*.

E (16) Fortè videbitur dediſſe Honorium hoc A. 1219. cujus actas res *Sigonius* tum hic, cum *de Ep. Bonon. lib.* 2. deſcribit; Sed properam, etenim inciduni in A. 1216., quatenus ei reſpondet annus tertius Pontificatus Honorii, ſi Spondano, atque aliis deferimus, cum quibus concordat *Marſil. d. fol.* 21. quare mirandum è eas quod Sigonius ad hunc annum referas, qui datas d. A. tertio Pontificatus Honorii cubitales per numeros tradit *d. lib.* 2., adeoque arguendus *Ghirardacc.* quia eumdem errorem admiſit, poſtquam ritè de re egerat ſub A. 1216. *fol.* 119, *& ſeq.* literas eas hic exemplando; & ponendo ſub A. 1219 *fol.* 128., quæ illuc præter dubium erant reponendæ, corrigendæque. *Vizan. fol.* 98. *& reliqua*, conſideresi minùs quia anteponendum poſtpoſuere negotium *Egnat. ad Ghirardacc. d. fol.* 128., & facit *vetuſtiſſ. Kalendar. Archigym. in Junio*, ibi:

„ 28. Confirmationis facultatum R. D. „ Archid. Bonon., tamquam hujus Stud. „ Gen. maj Cancell. ipſi dudum Auguſt. „ Theodoſiano Diplom. largit., & mo„ dò Apoſtol. authorit. accedente ab „ Honorio III. per ſuas Lit. factæ ſuper „ privativo jure creandi in Urbe, Diœc. „ Territ., & Comitatu Bonon., Bacca„ lau., Licentiat., & Doctores, aut Ma„ giſtros in qualibet Scientia, Facultate, Cenſure, & Arte; Item recipien. „ ab Univ. electis, vel conduct. Pub. „ Lect. Juramentum ſuæ Profeſſ. corpo„ raliter per ipſos in manibus ejus pro„ priis, ſeu Vicarii ejus præſtan., initio „ ſuæ elect. ſive conductæ, priuſquam „ incipiant legere, & Cathedram aſcen„ dere, ſub pœna Excommunic. per ſe„ cus attentan., & appellat. remota in„ curren., Atque abſolvendi Doctores, „ & Scholares à Cenſuris incurſ., pro„ pter injectas ad invicem in ſe, vel „ alias perſonas Eccleſiaſticas viol. ma„ nus, & prout latius in dd. Lit. dat. „ Romæ hac, & ſeq. die A. S. 1216

(17) Adſtipulantur *Ghirardacc. fol.* 129. *& ſeq. Vizan. fol.* 98., *&* 99., *& Egnat. ad eumdem fol.* 130. *ante med.*, ubi, quod abſolutio hæc contigit Kal. Septembris hoc A. 1220. præſentibus præ ceteris Bagaroto de Gottifredis, Jacobo de Balduinis, & Guicciardo, ſive Guicciardino de Guazardis, aut Gazzar-

dies Fridericus ipſe trajecit in Italiam, ac Nonis Septembris Mediolanum progreſſus petiit, ut ſibi urbem inire, & coronam regiam accipere liceret, ut pater, & avus ſuus acceperant, neque id veteribus adhuc manentibus odiis potuit obtinere. Quare ſpe ſua deſtitutus Romam iter intendit, in itinere cum ceteris in locis, tum maxime Bononiæ ingenti favore Civitatis exceptus. (18) Nonis Octobris eum in caſtris apud Bononiam ageret, à Prætore Genuenſi Rambertino Buallello Bononienſi conventus, Conſules, ſive Prætorem Genuenſem tabillionum inſtituendorum jure donavit. Albertus Magdeburgenſis Antiſtes Friderici Legatus Regienſes & Mantuanos ad pacem inter ſe componendam adduxit. Ravennates autem Cremonenſium, ac Mutinenſium legatis præſentibus jurejurando adegit ſe Bononienſibus, Faventinis, eorumque ſociis bellum facturos, ſi Friderico, Legatiſque ejus dicto audientes eſſe abnuiſſent. Fridericus inde Romam progreſſus juſſu Pontificis ab Hugolino Cardinali decimo Kal. Decembris in æde D. Petri aureâ coronâ de more ornatus, (19) eum ſolemni ſe ſacramento Eccleſiæ in perpetuum defendendæ obſtrinxit, tum novo voto Hieroſolymitani regni de Sarracenis recuperandi ſe obligavit, ac Crucis ſignum ad eam expeditionem accepit, ac ſtatim urbe egreſſus eſt. In Monte Malo prope urbem cum ageret, ac nova decoratus auctoritate privilegia populis confirmaret, Bononienſibus Legatis, qui ad coronationem ejus honeſtandam miſſi fuerant, id petentibus facile annuit. (20) Fuit autem privilegium tale.
„ Fridericus ſecundus, Imperator,
„ ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ. Con-
„ ſiderantes eximia, quæ pro honore, &
„ commodo Imperii Gulielmus Prætor, &
„ Commune Bononiæ nobis præſtare poſ-
„ ſunt obſequia, concedimus, & confir-
„ mamus quæcunque habuit, tenuit in
„ juriſdictionibus cauſſarum civilium, &
„ criminalium, ordinariarum & extraordi-
„ nariarum, Magiſtratuum creationibus
„ & ceteris rectis conſuetudinibus, &
„ poſſeſſionibus habitis, aut obtentis tem-
„ poribus avi, & patris noſtri Friderici,
„ & Henrici Imperatorum, quæ nunc habet
„ civitas in Urbe Bononiæ, aut in Diœce-
„ ſi. Henrico vero Epiſcopo Bononienſi

quem pariter Principem ſuum vocavit, privilegium in hanc ſententiam ex eodem loco VII. Kal. indulſit.
„ Concedimus
„ & confirmamus Henrico Epiſcopo Bono-
„ nienſi Principi noſtro, & Eccleſiæ Bono-
„ nienſi ejuſq; ſucceſſoribus in perpetuum
„ bonos uſus, & conſuetudines, quas Ec-
„ cleſia Bononienſis adhuc habuit, item
„ plenam juriſdictionem civilem, & crimi-
„ nalem in placitis, & bonis ripaticis, &
„ pedagiis, & ceteris, quæ pertinent ad
„ juriſdictionem omnium caſtrorum, & lo-
„ corum ejuſdem Epiſcopi, & Eccleſiæ
„ Bononienſis, & nominatim caſtri S. Joan-
„ nis in Perſiceto, Uaciolæ, Caſtri Epiſcopi,
„ Montis Cabalorii, Rochæ Badili, Argi-
„ lis, Maxumitici, Podii, Dolioli, Flexi,
„ Ugiani; Concedimus item terram Centi
„ liberam, & exceptam cum omni juriſdi-
„ ctione civili, & criminali, ſicut & ipſe
„ nunc tenet, & prædeceſſores ejus tenue-
„ runt, ita ut nemo fodrum, aut tributum,
„ aut aliud onus imponere, aut exigere
„ poſſit; in omnibus etiam caſtris prædi-
„ ctis, ac locis, & terris volumus ſupra-
„ ſcriptum Epiſcopum, & ſucceſſores ejus
„ habere, & exercere plenam juriſdictio-
„ nem civilem, & criminalem, non obſtan-
„ te privilegio à nobis Communi Bononiæ
„ conceſſo, aut privilegio avi noſtri Fri-
„ derici Imperatoris Civitatibus ſocietatis
„ Lombardiæ apud Conſtantiam conceſſo,
„ aut legibus ipſis Communis Bononiæ.
„ Concedimus item portum Laveratici cum
„ portorio, & decurſus aquarum, & alveos
„ fluminum in omnibus locis, & terris ſu-
„ praſcriptis, & præcipue regalia, & immu-
„ nias, quas habet in caſtellis, & locis ſuis,
„ & ut liceat ei, & ſucceſſoribus ejus cauſ-
„ ſas Bononienſis Eccleſiæ omnes per Syn-
„ dicum peragere non præſtito juramento
„ calumniæ, & ut nulla præteriti temporis
„ præſcriptio objici, niſi centum annorum
„ poſſit, nec Eccleſiaſticæ perſonæ Diœce-
„ ſis Bononienſis Eccleſiæ compellantur ire
„ ad breve Communis Bononiæ, aut ad
„ comitatum Prætoris, aut in equitatum,
„ aut in exercitum, nec laicus Judex de
„ eorum rebus judicet, niſi prout Sacris
„ Canonibus continetur; præterea confir-
„ mamus privilegia omnia aut à prædeceſ-
„ ſoribus noſtris Regibus, aut à Pontifici-
„ bus, aut ab aliis perſonis tributa; aliena-
„ tiones vero, venditiones, & locationes
„ bonorum Eccleſiæ illegitime factas re-
„ ſcindimus. Jubemus etiam, ut Prætor,
„ & Commune Bononiæ pro exulibus ha-
„ beant, quos Epiſcopus exilio mulctaverit.
„ Demum ipſam Bononienſem Eccleſiam
„ in noſtram clientelam recipimus.

Ex Monte inde Malo in agrum Sutrinum perrexit, atque ibi V. Kalendas Conradum Metenſem Epiſcopum Legatum Italiæ infinita poteſtate, ac pari imperatoriæ decoravit, atque inde in Apuliam petiit, & cum hoſtibus ibi ſuis bellum gerere inſtituit. Eodem anno Damiata in Ægypto à Cruceſigna-

nardis Doctoribus Legum multæ opinionis, de quibus ad rem agit quoque *Alidoſ. Dott. Leg. Bologn. fol.* 39., *&* 92.

(18) Poſtridie Feſtum diem S. Petronii, ideſt die 5. Octob, *Egnat ad Ghirard. d. f.* 130. *Vizan. f.* 99.

(19) Die 22. Novembris 1220. receptâ de manibus ipſius Honorii Coronâ, ut meliùs *Spondan. Annal. T.* 1. *fol.* 77. *n.* 1. *dalle Pugliole, col.* 253., & hic eſt Annus primus Imperii hujus Friderici II. *Ghirardacc. fol.* 130. *Vizan. fol.* 99.

(20) Habita eſt hæc confirmatio die 25. Novembris hoc A. 1220. per *Ghirardacc. fol.* 131., licèt per errorem ibi dicti die 26., ut arguit *Ferrat. ibi ad princ. Falcon. fol.* 225. *Vizan. fol.* 99. Sed & Civitatis Oratorum votis nihil abnuit, æquè Doctorum poſtulatis ſatis, & amplè fecit, cuncta pariter rata, & firma Studio Bononienſi habendo jura, & privilegia per ſuperiores Auguſtos largita, & facta, quare in *vetuſtiſſ. Archigym. Kalendario ad Novembrem* legitur, ibi:
„ 25. Confirmationis Stud Gen. Bonon.
„ & jur., ac privileg Archigym. per In-
„ victiſs. Cæſ. Aug. Frid. II Rom. Imp.
„ Coronat. habitæ in Monte Malo prope
„ Urbem hac die A. S. 1220., & Impe-
„ rii ſui primo, DD. Roffredo de Bene-
„ vento, & Peperato Storlito Juriſcon-
„ ſultis, ac Pub. not. Leg. Interp. ro-
„ gantibus, & Magnifico Gulielmo Pu-
„ ſterla Bononiæ Prætore.

ſignatis capta, (21) atque inter eos, qui egregiam operam navallent, diviſa, & ipſi ſuam partem Bononienſes virtutis adhibitæ cauſſa tulere. Itaque Bonifacius, & Baraſaldinus Cruceſignatorum Bononienſium duces una cum conſilio ſuo cupientes aliquem ad Commune Bononiæ ex victoria ſua fructum pervenire, Urbis, quæ ipſis contigerat, portionem certâ pecuniâ in ærarium Bononiæ referendâ locarunt. Bonifacius Bonconſilius volens in gymnaſio profiteri, juravit apud Fraſſam Judicem Prçtoris, obſervaturum, quæ in conſtitutione de dominis legum continebantur. Quem pariter falsò alii Rectorem fuiſſe gymnaſii fœdo jam nimis errore lapſi prodidere. Accurſius item Florentinus, (22) qui Expoſitiones in Jus civile, quas gloſſas vocant, multo quàm ſuperiores, accuratius, ac copioſius ſcripſit: hoc tempore Bononiæ magna cum laude jus publice cœpit interpretari. Ne quod bellum, aut lis oriretur cum Mutinenſibus, quæ moveri per certos homines videbantur, placuit iterum terminos utriuſque agri inſpicere, eoſque de integro collocare. Henricus Epiſcopus maximum in eo à Civitate ſibi amorem conciliavit, quod Epiſcopium nimia vetuſtate collabens opere illuſtriore refecit, ac propylæum Templi ad meridiem vergens è marmore pretioſo conſtruxit, ac variis figuris affabre factis per Venturam architectum ea tempeſtate nobilem exornavit. Verum hanc gratiam diu retinere non potuit. Nam cum quendam ex caſtro ſuo Bajulino ob cædem in Urbe patratam à Prætore comprehenſum audiſſet, imminutum in eo jus ſuum arbitrarus, Sacra civibus interdixit. Quo facto cum Civitatem haud mediocriter commotam ſentiret Prætor, Guicciardinum Juriſconſul. ad eum de re componenda miſit, cui ille re deliberata reſpondit, ſe, ſi homicida in eum locum, ubi captus fuerat, redigeretur, itaut quæ acta utrinque eſſent, neutram cauſſam onerare poſſent, Sacra Civitati reſtituturum. Quod cum Guicciardinus in Conſilio Credentiæ retuliſſet, Prætor, aſſentientibus omnibus, ut Judex, & Æſtimator Communis hominem in integrum reſtituerent, juſſit. In caſtro Campegii agri Bononienſis floruiſſe dicitur Laurentius, cujus nepos Donatus Hugolini egregii bello Ducis filius Bononiam domicilium traduxit, unde Campegiorum familia fluxit. (23) Hugolinus Legatus ædem D. Mariæ Rhenanæ auctam conſecravit. Gulielmum inde Puſterlam, Giufredus Pirovanus item Mediolanenſis Prætor excepit. Eo anno X. Kal. Februarias Conradus Italiæ Legatus, Bononiæ cum eſſet, Epiſcopum Bononienſem hoc privilegio pro poteſtate ornavit. „ Ut Henricus Bononienſis Epiſcopus, & ſucceſſores ejus in „ perpetuum plenum jus haberent exercendi, & conferendi omnes legitimos, & voluntarios actus, ut adoptiones, manumiſſiones, emancipationes, interpoſitiones decretorum in terris pertinentibus „ ad Bononienſem Eccleſiam, & nominatim in terra S. Joannis in Perſiceto, „ Unciolæ, Caſtri Epiſcopi, Montis Caballorii, Rocchæ Badali, Centi, Podii, „ Maxumatici, Dolioli, Flexi, Ugiani, & „ in Italia ubicunque Epiſcopus præſens „ verſaretur. (24) V. autem Kalendas Honorius Pontifex literis ad Epiſcopum datis nunciavit, ſe paullo ante impoſitâ Friderico Romæ coronâ ſocietate piorum exturbaſſe omnes, qui conſtitutiones, aut conſuetudines libertati Eccleſiaſticæ adverſas aſſervarent; eique mandavit, ut hoc decretum per Diœceſim ſuam divulgandum, ac cuſtodiendum curaret. Idibus autem Junii literis ad Epiſcopum, & Canonicos ſcriptis conceſſit, ut quoties Archidiaconatus vacaret, ipſis Archidiaconi ſublegendi jus eſſet, ſive communi, ſive ſeparato conſilio vellent, prout ipſi facere inſtituiſſent. Eo anno bellum omnium maximum eſt conflatum, quæ aut Eccleſia cum Imperio, aut cum finitimis populis Civitas Bononienſium geſſerit, vel ſi clades ultro citroque allatæ, vel ſi ipſa malorum, quæ inde profecta ſunt, principia perpendantur, quæ tanta, ac tam multa fuere, ut hæc una perdendis Italiæ Civitatibus, ac tyrannis inducendis viam aperuerint. Hinc enim novæ populorum diſſenſiones; hinc inſanæ Civitatum factiones, hinc rerum publicarum mutationes manarunt, quas res nulla unquam ætas ſine maxima privatarum, communiumque fortunarum pernicie vidit. Ceterum cur aut Pontificatus cum Imperio rurſus contenderit, aut Bononienſes ab Imperii auctoritate diſceſſerint, ac bella cum finitimis renovarint, hæ cauſæ feruntur. Fridericus in utriuſ-

(21) *Bart. dalle Pugliole*, *col.* 253. in A. 1219. refert; hoc verò narrat, perplures noſtrates in ſacram Expeditionem iviſſe, quod non probat *Ghirardacc. fol.* 132., ubi quod Damiata die 5. Novembris per Chriſtianos eſt capta; ſed ſi deferimus teſti oculato Jacob de Vitriaco, S. Bonaventura, Sanuto, & aliis apud *Spondan. Annal. T.* 1. *fol.* 74. n. 3 veritas eſt, quod opulentiſſima illa Urbs duodevigeſimo obſidionis menſe, divina magis, quam humana virtute Nonis quidem Novembris, ſed A. 1219. capta fuit.

(22) Cognomento *Gloſſator Legum* Azonis auditor, Boni frater, ac Franciſci, & Cervotti pater, munere porrò, & allectione etiam Civis Bononiæ, ubi firmatâ familiâ deceſſit A. 1229. *Alidoſ. Dott. Legg. Bologn. in append. fol.* 1., & 2. Non hoc autem duntaxat A. 1220., ut per *Sigonium hic*, *atque Ghirardacc. fol.* 132. cœpit Leges Bononiæ profiteri, ſed valde antea, cum eodem Accurſio teſte gloſſis exornatum volumen Authenticorum hoc Anno perfecerit, ut notat *Pancirol. in ejus Vita de Clar. Leg. Interp. lib.* 2. *cap.* 29. *fol.* 147., & *ſeqq. Frebard.* verò id abſolutum A. 1226. ſcribit *fol.* 230. Agit item quàm honorificè de eo politiſſimus *Gravina de Orig. juris T.* 1. *lib.* 1. *fol.* 152., & *ſeqq.*

(23) Non abs *Lojano* Caſtro in via Etruſca multùm Campegii Communitas eſt, de qua hic *Sigonius*, & *Ghirardacc. fol.* 133. *ad finem*, latè etiam *M. Eliſ. Macchiavell. ſoror in ſua Hiſtoriograph.* §. *Campegium*. De Campegiorum verò celebratiſſima Familia privilegiis ampliſſimis decorata, Fendo Marchionali Ducis aucta, Cardinalibus duobus, ac pluribus Epiſcopis honeſtata, ac quæ in Aula ſua promeruit congregare ad ſeſſionem Tridentinæ Synodi Patres, agit poſt alios latè *Dolfi Fam. Nob. Bologn.* à *fol.* 231. *ad* 238., ubi de Marchione, & Senatore Laurentio, qui noviſſimus ex ſtirpe ſummo omnium mœrore, extinctionem ſuo funere illi contulit die 29. Junii A. S. 1728.

(24) Eſt idem apud *Ghirardacc. fol.* 134., qui datum Diploma die 23. Januarii *hoc A.* 1221. *teſtatur*.

A utriuſque Siciliæ Regno multis rebus proſpere geſtis immodice elatus jure quodam, quod antiquitus jactabat Regnum Siciliæ fuiſſe, prætento Epiſcopos per Pontificem conſtitutos removere, alioſq; pro arbitrio ipſe ſubſtituere, atq; omnino Sacerdotio vexando Eccleſiaſticum perturbare ſtatum inſtituit, neque Honorio Pontifici monenti, ac perperam id eum tentare docenti obtemperarit. Quam ob cauſſam ſacra ab eo deteſtatione obſtrictus eſt, atque hinc primæ ſimultatum inter Eccleſiam, Imperiumque origines prodierunt. Bononienſes autem Friderici offenſionem, odiumque hoc pacto inciderunt. Giufredus Prætor, ut cauſſam B Friderici Civitatis nomine tueretur, Legatis ad Imolenſes ex Conſilii ſententia miſſis Rectores Caſtri Imolæ ſacramento adegit, ſe oppidum ipſum, & jura Imperii, & vectigalia, quæ ibi Imperator haberet, pro ipſo Friderico cuſtodituros, neque ea alicui ſoluturos, injuſſu Prætoris Bononienſis, aut ſine permiſſu ipſius Imperatoris. Quo officii genere Imolenſium caſtro illi imminentium animos ita irritavit, ut repente paratis armis Caſtrum ipſum aggreſſi ſint, ac levi admodum certamine potiti, ne quidem Templis conſervatis, everterint, atque incolas Civitate donatos Imolam omnes traduxerint. Qua in re neque Gotifredi C Blanderatæ, ipſius Romaniolæ Comitis, & Friderici Legati rationem habuerunt. Atq; hæc quidem hoc anno ita ſunt geſta. Quo anno quieſcente domi, foriſque Civitate Urbs multis, magnificiſque operibus publicis ad memoriæ commendationem eſt culta. Nam & ædibus D Nicolai Fratribus Prædicatoribus aſſignatis opportuna piorum

A hominum benignitate aliquid (25) eſt acceſſionis adjunctum, & S ipſe Dominicus frequentem alterum Fratrum ſuorum Bononiæ Conventum habuit. (26) Poſt autem Mediolano reverſus cum adhuc de via langueret, per totam noctem cum Ventura Priore, & Rodulfo Procuratore de ſtatu Ordinis conſultavit, ac poſtridie vehementi tentari febri cœpit, quod ut ille ſenſit, vitæ ſibi adeſſe finem intelligens, Fratres advocavit, ac teſtamento facto res religionis compoſuit. Inde ingraveſcente morbo à Fratribus propter Cœli ſalubritatem ad S. Mariam in montem perlatus deterius quoque ſe habuit. Quare ab iiſdem ad Mona- B ſterium relatus, ibi ſtatim eſt mortuus. (27) Exequiæ, ut tanto dignum erat viro, ſummo honore celebratæ. In primis Hugolinus Legatus manibus ſuis Corpus ejus ſepulturæ mandavit, atque ipſum, univerſa præſente Civitate, pro concione laudavit, admiranda de pietate hominis narrans, ac multis ſe ſpectante miraculis Romæ editis ſubinde confirmans. Hoc funus Patriarcha Aquilejenſis, Epiſcopi, atque Abbates plurimi, atque ingens religioſi populi multitudo cohoneſtavit. Mortuus eſt octavo Idus Auguſti. Ab illo uſque ad hunc diem ſepulchrum ejus religionis cauſſa magno in honore eſt habitum. (28) Cum autem Fratres C Minores ædes ſibi attributas civibus adjuvantibus inſtauraſſent, & Franciſcus Bononiam reverſus, ea re audita offenſus urbe abiit, atque omnes Fratres abire mandavit, ne ægrotis quidem poteſtate manendi permiſſa. Cui rei ut impedimentum afferret Hugolinus Legatus, domum eam ſuam eſſe publice prædicavit. (29) Ædes etiam D. Ma-

(25) Ita etiam *Vizan. d. fol 99. Ghirardacc. d. fol. 134, & Egnat. ibi ad finem*; aliquid, inquam, nam Hugolinus Pretus Juriſconſultus laudatiſſimus, & S. Dominico, ejuſque Ordini addictiſſimus conterminam viticæ terræ petiam ſuo ære pro pretio librarum D 100. emptam hoc eodem A. 1221. ipſi Magiſtro S. Dominico Fratrum Prædicatorum ſuorum Priori generali dono dedit ad latius Conventum extendendum, itemque & alii, verùm ſuis ſumptibus, quod ſuit reliquum iidem Fratres compararunt, quod ſatis ex eo emptionis inſtrumento rogat. die Lunæ 7. Junii hujus ipſius Anni 1221. per *Johannem de Arragonia* Imperiali authoritate Notarium conſtat, & evincitur, namque in eo legitur ſtipulatum „ Petrum „ Lavella etiam nomine Antoli alias Andali „ Ipſius filii vendere, & ita aſſignare Magi- „ ſtro Dominico Priori, & ejus Fratribus „ Prædicatoribus tres tornaturas terræ juxta „ Eccleſiam S. Nicolai de Vineis, & juxta „ foſſas veteres Civitatis pro pretio librarum „ 366. 13 o. pro qualibet tornatura, eoque „ pro pretio ſibi numerato finem facere, pa- E „ cem, quietantiam, & ampliſſimam abſo- „ lutionem dd. Magiſtro Dominico Priori, „ ſuiſque Fratribus, re acta in Ora, ſive „ Canonica d. Eccleſiæ S. Nicolai, præſente „ d. Magiſtro Dominico Priore, & Capitulo „ ejus Fratrum: „ Cujus Inſtrumenti authographum mihi ad rem hanc humaniſſimè communicavit Reverendiſſimus noſter Fidei Quæſitor zelantiſſimus *Joſeph Aloyſius de Arduyar*, quem ipſius ſola recordatio abunde commendit.

(26) Primum namque habuit ſuperiori A. 1220., qui etiam primus Generalis Fratrum meorum Prædicatorum Conventus (*Capitulum* ipſi nominant) fuit, in quo ad pervigilium Pentecoſtes Kal. Maji, unanimi Vocalium ſuffragio fuit ipſe S. Patriarcha in primum Magiſtrum generalem ſui Ordinis ad vitam inauguratus per *Spondan. in continuat Annal. Baron. T. 1. fol. 78 n 7. Ghirardacc. lib. 5. fol. 132 ad finem, Falcon de' Veſc. di Bol. lib. 2. fol.* 219

(27) Paullò quidem inde, ſed nullatenus, niſi per Sigonium ſitum, quod per eadem verba tradit *de Ep. Bonon.* Obiit autem Fe- D riâ ſextâ, circa meridiem VIII Idus Sextiles, hoc eſt die 6. Auguſti, & non 5., ut perperam aliqui, hoc A. S 1221. ætatis ſuæ 51., ut per *Spondan. T 1 fol. 81. n 12. Ghirardacc. fol. 135., & ibi Egnat. ad princ.*, ubi, quòd præ mœrore penè inverſa eſt Bononia, licèt univerſa Civitas effuſa ad Eccleſ S. Nicolai ſit, pietatis gratiâ ad acerbum funeris ſparſum rumorem, inſpectura Sanctiſſimum Civem, & aliquid de ejus exuviis in Sacras Reliquias ergo relatura; *Falcon de' Veſc. di Bol. fol. 220. dalle Pugliole, col. 235. Vizan. fol.* 99 cum reliquis ap. *M. Eliſ. Sororem de Cultu S. Dominici ab ejus obitu ad noſtra uſque tempora*, ubi longè fusè, & facit *vetuſtiſſ. Kalendar. Archigym. ad dies 5., & 6. Auguſti*.

(28) Concordant omnes prælaudati, & videndus omnino *Ghirardacc. à fol. 135. ad* 139., ubi E nervoſiſſimè vindicat Corporis S. Dominici Bononiæ ab impugnantibus exiſtentiam, cumque ex Guſmana gente fuiſſe, & reſpondet ad hominem contrariis objectionibus, lapide planè nullo relicto intacto; qua de re ſi cui debet Bononia Civi, & profectò ipſi Ghirardaccio debet, ita, & quam maximè Prædicatorum Familia tanquam Hiſtorico tenetur, quatenus pietatis in S. Dominicum mirificè, & ſolius veritatis amore, & cauſa tantum, cauſam noſtram ſuſcepit tuendam, ſervandamque, & optimè ſuſcepto muneri ſatisfecit.

(29) Aliter *Ghirardacc. fol.* 135. *Vizan. fol* 99.; ac quod mirum, hujus rei, & prædicationis nihil per ipſum *de Ep. Bon*, itemque nihil per *Falcon fol* 224. Utrique tamen concordant auget idæ Scholæ Theologicæ muſæ Bononiæ S. Franciſcum apud Conſilium hu-

Mariæ Alemanorum extra portam Ravennatem eſt dedicata, quæ ab Alemanis, ut opportunum eſſet peregrinis Romam religionis cauſſa petentibus diverſorium, erat extructa. Quin etiam alveus à porta Lamiarum ad Corticellam per tria millia paſſuum ad devehendos Ferrariam, atque inde Venetias, immiſsâ Rheni aquâ, lintres effoſſus eſt, atque ſuper novo Rheni emiſſario XXXII molendina ad uſum publicum conſtituta, & incile aquæ ex amne Sapina, ut in urbem per vicum Caſtellionis deferretur, eſt derivatum. Quæ opera ut ſummas Civitatis commoditates, ſic ingentem populo voluptatem animi attulerunt. (30) Benedictus item Beneventanus Juriſconſultus ſolemni profeſſionis jurejurando concepto conductus eſt. Eodem anno peſtilentiâ in Italia laboratum. Thomas Caccianimicus Urbiveti Præturam geſſit. Verum, ut ad cauſam Bononienſium ab Imperatore defectionis redeamus, Caſtrum Imolæ ab Imolenſibus dirutum maxima Gottifredum Le-
1222 gatum ira accendit. Itaque ineunte Januario Bononiam venit; atque ad Giufredum, cui Prætura in alterum annum continuata erat, acceſſit, ab eoque in aula Prætorii contendit, ut Faventinis adjunctis bello Imolenſes aggrederetur, ut qui cum alias ſibi, atque Imperatori injurias intuliſſent, tum proxime Caſtrum Imolæ diruiſſent, neque ante pacem, aut inducias illis daret, quàm Caſtrum Imolæ reſtituiſſent, & mandatis ſuis obtemperaſſent, atque urbe, & ſuburbiis emiſiſſent eos, quos recepiſſent ab eo tempore, quo Patriarcha Aquilejenſis pro Othone Imperatore in Italiam introiiſſet, ſimul promittens, ſe daturum operam, ut Faventini in gratiam Friderici reſtituerentur, & de tabulis proſcriptorum eximerentur, atque omni ope ſua cum omnibus ſuis Romaniolæ populis bellum internecinum Imolenſibus illaturum, neque pacem, neque inducias injuſſu Friderici facturum, ac Caſtrum Imolæ receptum Bononienſium, & Faventinorum cuſtodiæ relicturum, ac demum ſuper hac re conſilium Credentiæ poſtulavit. Conſilio dato, palam omnibus audientibus eſt teſtatus, ſe eo veniſſe, ut Imolenſes proſcriberet, (hoc illi bannum dare dicebant;) quia caſtrum Imolæ delevisſent, atque inſigni ſe, & Fridericum injuria provocaſſent. Quo poſtulato audito, Giufredus haud mediocriter cum toto Conſilio perturbatus: „ Atqui gratiſ„ ſimam, inquit, rem omnibus nobis, „ Gottifrede, feceris, ſi alibi hanc ſenten„ tiam adverſus Imolenſes pronunciaris, qui „ & vicini ſunt noſtri, & ſæpe de nobis „ haud peſſime meriti. Verum ita te roga„ mus, ut tamen in auctoritate tua futuri „ ſimus. Tum Gottifredus, Atqui æquum „ eſt, vos, inquit, quibus nulli alii Fride„ rico ſunt obſequentiores, mandata ejus „ æquis auribus audire, præſertim vero ad„ verſus Imolenſes, qui quanquam vicini, „ ac bene, ut præfertis, de vobis meriti „ ſunt, hoſtiliter tamen ſe erga illum in „ caſtro ipſi acceptiſſimo evertendo geſſe„ runt. Quare placere ſibi adjunxit ad honorem Imperatoris, & ſuam ſententiam in eos promulgare, ac ſtatim ita pronunciavit: „ Cum Imolenſes Caſtrum Imolæ locum ac„ ceptum Imperio in contemptum Friderici „ Imp. & Gottifredi Romaniolæ Comitis, „ fideliſſimi nuncii ita diruerint, ut ne ſa„ cris quidem ædibus pepercerint, pluſque „ damni Friderico, & Gottifredo attule„ rint, quàm, ſi quodcunque aliud caſtrum „ Romaniolæ deleviſſent; ob eam rem Got„ tifredus Romaniolæ Comes imperatoriæ „ legationis auctoritate, qua fungitur, Im„ peratoris nomine, & ſuo, Imolenſes ho„ ſtes proſcriptos pronunciat, niſi ad ſex „ dies proximos mandatis ſuis obediverint. „ Quos ſi abire permiſerint, de proſcriptis „ eximi nequeant, niſi ſibi decem millia „ marcarum argenti (31) pependerint, & „ omnibus in rebus Imperatori, & ſibi dicto „ audientes fuerint; atq; his ex ſcripto recitatis ad Conſilium converſus ſubjecit. „ Au„ diſtis mulctam, qua à me mulctati Imo„ lenſes ſunt? Si illi ad auctoritatem meam „ ante diem præſcriptam redierint, faciam „ quod ex dignitate Imperatoris eſſe puta„ vero; ſin minus, peto à vobis nomine „ Imperatoris, & pro officio ſacramenti, „ ut eos pro hoſtibus proſcriptis habeatis, „ & bellum inferatis, quacunque ope poſ„ ſitis. His rebus peractis, bellum decretum eſt, ſimulque, ut de eo gerendo cum Faventinis pactio firmaretur, ſtatutum. Quamobrem haud ita multo poſt, Conſilio Credentiæ iterum convocato, cum Leonardo Boccabadata Mutinenſi Faventinorum Prætore, qui Bononiam ea de cauſa accitus venerat, novum fœdus percuſſum eſt, fide ultro, citroque data, „ bellum ſe „ omni conatu Imolenſibus illaturos, ne„ que pacem, neque inducias injuſſu Fri„ derici, aut Gottifredi facturos, neque „ aliquid ſibi de urbe, aut ſuburbiis priva„ tim nolente altero quæſituros, captivos „ ad communem utilitatem reddituros, „ aut inter ſe partituros, in ceteris à ve„ tere fœdere non receſſuros. Neque multo

hujus Civitatis longe vehementer inſtitiſſe, ut S. Antonius Ulyſſiponenſis, jam ex ſuis Minoritis, ad eam Cathedram conduceretur, quemadmodum eſt extemplò factum, qua de cauſa S. Antonium fuiſſe noſtri Archigymnaſii publicum Lectorem, summopere gratulamur. *Sigon. de Ep. Bonon. Falcon. cod. tract. fol.* 225. *Ghirardacc. fol.* 133. *poſt med.*

(30) Plura ſubdit *Ghirardacc. fol.* 139. *Falcon. de' Veſc. di Bol. fol.* 229. *Vizan. fol.* 100.

(31) Etſi pecunia fortè in contractus ſtipulatione memorata, eſt indubio pendenda juxta loci valorem, in quo celebratur; In Edictis attamen loco pœnæ appoſita, id conſequi pretium eſt dicendum, quod in Aula Principis edicentis, vel mulctantis recipit, adeòque cum Friderici imperitatione, & per Germaniam fuerit hæc impoſita Marcharum argenti pœna, non dubitandum de Marchis Germanicis rem eſſe intelligendam. Marca autem, quæ genericè eſt pondus, quod appendit beſſem, ſive octo uncias rei, quæ pondo libratur, & ita eſt medietas libræ Regiæ conſtantis 16. unciis; Eadem in ſpecie, ſive Marca Germanica eſt beſſis ejuſdem libræ, nempe pondus adæquans octo uncias Germanicas. *Ducang. gloſſar. med., & infim. Latinit. T.* 2. *col.* 417., & 438. *Gob. de Monetis q.* 1. *n.* 39. *fol.* 386. Dicas tamen intellige de *Marchis metalli*, & ſic in propoſito argenti infecti, non autem pecuniæ, ſive argenti ſignati, pluris enim ſemper valuit Marca ſignata, quàm infecta, propter rationes, de quibus apud *d. Ducang. allegat. col.* 438. *in fine*, & id quia pœnalia tamquam odioſa ſemper reſtringuntur.

F

to poſt Gottifredus revertit, ac populi A
concionem popoſcit. Concione occentu
campanæ ex more convocata dixit, Imo-
lenſes præſcriptam diem paſſos eſſe abire
in contemptum Imperatoris, ac ſui, roga-
vitque Imperatoris nomine, ac ſoo Giufre-
dum, Leonardumque Prætores, qui in con-
cione aderant, ot pro honore Imperatoris,
ac ſuo, & pro vindicanda Imperatoris in-
juria bellum inirent, atque ita initum eſt.
In Chronicis privatorum invenio (nam quæ
hactenus hac de re ſcripſi, ex Actis publi-
cis omnia ſumpſi) Bononienſes hoc anno
ter in agrum Imolenſium incurriſſe, pri-
mhm Januario menſe, unde poſt biduum
redierint; iterum Martio, quo tempore B
per viginti dies agrum univerſum infeſta
populatione vaſtarint; tertihm menſe An-
guſto, tum vero carrocium una cum Fa-
ventinis eduxiſſe, ac per dies circiter tri-
ginta quinque agrum tectis, arboribus, vi-
neiſque exuiſſe, & Linario, Ceſtula, Caſu-
la, Trentula, & Bagnaria caſtris expugna-
tis demum urbem ipſam circanſediſſe uſque
ad XVI. Kal. Octobris. Dum autem caſtris
ad Santernum amnem poſitis acri urbem
obſidione premant, Deoteſalvus Capellus
Papienſis, ac Prætores Parmæ, & Cremo-
næ cum Brixianorum, Veronenſium, Man-
tuanorum, Regienſium, Mutinenſiumque
Oratoribus in caſtra adveniunt, ac Conſi- C
lium Credentiæ poſtulant. Conſilium con-
feſtim per præcones, nuncioſque in Caſtel-
lario, quod olim Sancaſſiani fuerat, eſt coa-
ctum. Ibi primum Deoteſalvus loqui in-
greſſus, Magdeburgenſis Archiepiſc. nomi-
ne irrogatâ mille drachmarum auri (32)
mulctâ præcepit Prætori, & Civitati Bo-
noniæ, oti obſidionem Imolæ ſolverent,
atque exercitum intra finem menſis, (is
autem erat Auguſtus) inde abducerent.
Ea re audita Giufredus admirationis plenus
palam denunciavit, ſe non credere, eum
Magdeburgenſis Antiſtiis nuncium eſſe, nec
ſibi mulctam dicere poſſe. Quod ſi poſſet,
ſe ad Fridericum Imperatorem, & Hono- D
rium Pontificem provocare. Quibus rebus
dictis, Prætores & Legati Civitatum, qui
aderant, ſubſequuti una omnes voce nomi-
ne Magdeburgenſis ſummis contendere pre-
cibus cœperunt, ot ab obſidione recede-
rent. Exequente inde Giufredo, ſe mirari,
quod cum precandi cauſſa Conſilium poſtu-
larint, mulctam Deoteſalvus intenderit; ex-
cepere illi, ſe ignoraſſe Deoteſalvum mul-
ctam eſſe dicturum, nec ſi ſciviſſent, per-
miſſuros ſuiſſe, & ſe nihil tale eum man-
dati habere putare, atque his verbis factis
abiere. Profectis illis, Giufredus urbi acrius
inſtare, atque omni apparatu aſperius op-
pugnare perrexit. Quo metu Imolenſes per- E
culſi Legatos in caſtra miſerunt, ac per
eos pacem à Bononienſibus petierunt. Tum
vero Giufredus Prætorem Faventinorum

in caſtra adiit, atq; ut ſalvo ſacramento de
pace cum Imolenſibus componenda tractare
poſſet, poſtulavit. Qua re ſimul etiam à
Gottifredo conceſſa Imolenſes ad ſe voca-
vit. Profecti Legati nihil aliud dixerunt,
niſi „ ſe imperata Bononienſium, & Faven-
„ tinorum eſſe facturos, foſſas completu-
„ ros, de agro ſuo tantum utriſq; quantum
„ eis videretur, daturos, exercitum, & ex-
„ curſiones eorum arbitrio conſecturos, atq;
„ cuſtodiam ſui Bononienſibus, & Faven-
„ tinis permiſſuros. Illud tamen ſe eos ora-
„ re, ne, dum exercitus apud Imolam eſſet,
„ foſſæ urbis replerentur, ne qua militaris
„ in urbem irruptio fieret. Conſilio utrinque
agitato acceptæ conditiones ſunt. Adjecere
tantum Faventini, ut homines caſtri Imolæ
Imola exirent, & cives Imolæ eſſe deſine-
rent, & ad ſuas poſſeſſiones redirent, &
præcipue caſtellarium caſtri Imolæ habita-
rent; ſimolque ut in Generale Bononien-
ſium, & Faventinorum Conſilium compro-
miſſum facerent; atque in hæc verba in-
ſtrumentum eſt ſcriptum. Quo facto Giu-
fredus à Coxio Prætore Imolæ, ſuo, & Fa-
ventini Prætoris nomine poſtulavit, ut in
concionem Bononiæ convocandam progre-
deretur, ac ſecum homines de Conſilio
Imole, & Centum de primoribus civitatis
ad pacem jurejurando firmandam adduce-
ret. Negante autem id ſe facturum eſſe,
ac ſe Magiſtratu abdicante Coxio, contra-
que Giufredo, ne abdicaret, intercedente,
tum Imolenſes, qui aderant, interfati, immo
abdicet, inquiunt, ut primo quoque tem-
pore Prætorem Bononienſem, aut Faventi-
num habeamus, ac ſinguli omnia, quæ ſu-
pra dicta ſunt, promiſerunt ſibi rata futura.
Tum Giufredus conſenſu Leonardi obſides
centum quadraginta, neminem puerum,
imperavit, captivos Bononienſes, ac Fa-
ventinos dimitti juſſit, ut intra Kalendas
homines Caſtri Imolæ, qui ab Imperio de-
fecerant, Urbe dimitterent, & in poſſeſſio-
nibus ſuis conſtituerent, & fidelitatis ſacra-
mentum darent, foſſas explerent, valvas
portarum Urbis Bononienſibus, & Faven-
tinis permitterent, imperavit; præterea
mulctas à Gottifredo irrogatas prohibuit.
Imolenſes duobus millibus librarum Bono-
nienſium condemnavit. Atque hæc omnia
acta ſunt in caſtris juxta Santernum in con-
cione militum hoſtiliter apud Imolam con-
ſiſtentium per Præcones Bononienſium con-
vocata ad vexillum carroccii Bononienſis
ibi locatum. Hæc autem ubi Fridericus
audivit (nam ipſo inſciente facta omnia
fuerant) ira percitus fremere adverſus Bo-
nonienſes cœpit, ac Giufredum Prætorem
ad aulam ſuam acciri extempro juſſit. Giu-
fredus haud mediocriter animo perturba-
tus, quanquam nullius ſe affinem culpæ no-
rat, tamen ire noluit, ſed provocatione ad
Pontificem facta, ex Conſilii ſententia Nun-
cium,

(32) Octo Drachmæ ad ſingulam unciam requi-
runtur; *Gob. de Monet. q. 1 n. 36. fol. 286*
Ergo quia hoc computo 100. Drachmæ
æquivalent unciis 12., & alterius unciæ
medietati, jam reſultat, quòd mille Drach-
mæ auri reſpondent 125. unciis auri: Cùm
verò 12. unciæ conſtituant unam libram
pondo auri, proinde eædem 125. unciæ
faciunt libras decem, ultra 5. remanentes
uncias. Porrò quia quælibet libra auri con-
ſtituitur ex 72. aureis legalibus, & quili-
bet aureus legalis valet liras 7. 10. Bono-
niæ; Reſultat quod unaquæque libra auri
aſcendit ad valorem lirarum 540. mone-
tæ currentis, & per conſequens, quod li-
bræ 10. conſtituunt ea ratione ſummam
lirarum 5400. currentium, & additis
liris 225. pro reſidualibus 5. unciis, fit,
quod valor mille Drachmarum æquipara-
tur valori lirarum 5625. monetæ curren-
tis Bononiæ. *Egnat. ad Ghirardac. ubi
ſupra.*

tium, ac Procuratorem Civitatis ad Fridericum deſtinavit, qui ſe, ac Civitatem apud Imperatorem, & Conſilium ejus purgaret, quòd Imolam obſediſſet; nam ſe ex mandato Nuncii ejus egiſſe, neque Deoteſalvum Magdeburgenſis Antiſtitis nuncium eſſe credidiſſe. Fridericus autem neque Prætoris, neque Civitatis excuſationem accepit, verum io iracoodia perſiſtens utriſque minitari acerbius inſtitit. Atque hæc res prima Bononienſium animos, quantum perſpici conjectura licet, à Friderici amicitia alienavit. (33) Interea ſuſpenſa ad harum rerum expectationem Civitate Prætor Septembris initio ex Conſilii ſententia ſanxit, „ ut qui aliunde in Bononienſem agrum „ migraſſent, ad viginti annos à functioni„ bus publicis immunes, ut cives, eſſent; „ ſi oppidum amplius viginti familiarum „ conſtituiſſent, in perpetuum immunita„ te, præterquam boateriæ, fruerentur, & „ Conſules crearent, & Prætorem accipe„ rent, ut alia oppida agri Bononienſis, „ atque in exercitum, & excurſiones irent, „ à prima Prætura Gulielmi Rangoni. Ædes D. Sylveſtri, & D. Teclæ, quia Palatio annonario Communis impedimento erant, aliò translatæ, unumque duobus numinibus fanum dicatum. Eo anno ſævo terræmotu multa ædificia lacerata, quæ omnia pars ejus Palatii ſunt, quod nunc ampliſſimum Magiſtratus Bononienſes inhabitabant, (34) præcipue recens maximi Templi fornix in ipſo Natalium Domini feſto corruit, vix Clericis poſt Divina perfecta templo ipſo egreſſis. Azonem Eſtenſem Salinguerra Urbe Ferrariæ, cum parem ferro non poſſet, opibus factionis exegit

1223 Poſt Giufredum Ubertus Ozenus Mediolanenſis Præturam accepit. Eo anno Imolenſes Gottiſredo ſatisfecere. Bononienſes autem bellum à Friderico timentes, rem militarem accuratius ſibi conſtituendam cenſuere. Itaque quemadmodum antiquitus Urbem in quatuor Tribus diviſerant, ac ſuum cuique vexillum attribuerant, ſic agrum universum in totidem partiverunt, atque ſingulas partes ſingulis quaternarum Tribuum adjecerunt (nomina pagorum, qui in quanque conjecti Tribum ſunt, adhuc in Actis hujus anni leguntur) ad eamque rem Curatores octo creati. Tribus Sieriæ, quæ eadem & Porta nova dicta, cura eſt Hugolino Primadicio, & Lucio Righeto delata; S. Proculi Matthæo Lollio, & Lambertino Clariſſimo; Ravennatis Gerardo Lucio, & Bartholemæo Jacobilichio; S. Caſſiani, quæ nunc S. Petri dicitur, Taruſo Gozolo, & Palmerio Inſangano. Lexque lata „ ut Pa„ gani pariter, atque Urbani tributim ex „ cenſu exercitum alerent, ad hoc Magi„ ſtri quoq; curiarum jurejurando obſtrin„ gerentur, ſe omnibus, qui per ætatem „ ferre arma poſſent, edicturos, ut nomi„ na io militiam darent. Terræmotu iterum tota Lombardia, ſed præcipue Brixia conquaſſata. (35) Joannes Brenna Rex Hieruſalem, cum priore anno ſe ex Syria in Italiam retuliſſet, ac Pontificis auxilium imploraſſet, auctor fuit, ut Honorius Fridericum in gratiam recipetet, atque indicto anathemate liberaret. Fridericus cum Pontifice, Regeque congreſſus novo ſe Pontifici ſacramento repetundorum Hieroſolymorum obſtrinxit, eidemque ſe Jolantam Joannis Regis filiam, quæ erat in Syria, in matrimonium ducturum, ac Regni Hieroſolymitani titulo, quem ſolum Rex retinebat, contentum pro dote futurum ſpopondit, atque in Germaniam regreſſus, Henricum filium Germaniæ Regem coronandum curavit. Joannes Zambeccarius Urbiveri Præfecturam adminiſtravit. Sequenti anno, 1224
Gulielmo Borra Mediolanenſi Præturam gerente, Joannes Rex cum altera filia Blanca Bononiam venit, ibique benigne acceptus domiciliom collocavit, ac multis Civibus equeſtri dignitate ornans, in Franciam ad Regem Philippum auxilii petendi cauſſa diſceſſit. VIII. Idus Junii ſæva adeo grando è cœlo cecidit, ut non tecta ſolùm ædificiorom labefecerit, ſed homines etiam multos afflixerit. Aquâ Sapinæ in Urbem per Caſtelleonem inductâ tinctores uti cœpere, cujus rei gaudio populus in omne ludorum genus effuſus eſt. (36) Salinguetra ab Azone Ferrariæ obſeſſus, cum partem ejus in Urbem, in primiſq; Ricardum Sanbonifacii Comitem Veronenſem, qui ſtuduit Bononiæ, per amicitiam accepiſſet, violata fide comprehenſum in carcerem condidit. Pacio Boccacio Brixiano Bono- 1225
niæ Prætore Fridericus ex Germania Romam progreſſus VI. Idus Maji pacem cum Mediolanenſibus à Pontifice evocatis compoſuit. Bononienſibus autem iratus Gymnaſii jus ademit, Studioſoſque literarum omnium Bononiâ abire, ac Neapolim ſe conferre præcepit, verùm nemo ei dicto audiens fuit. (37) Inde ſponſalibus cum Jo-

(33) Concordant omnes præcitati, & præſertim *Gbirardacc. fol. 142. Mercurin. de fato Provinc., & Urb. Ital. lib. 2. cap. 3. Gentilin. de Var. Ital fortuna, fol. 37. Storlit de multip. Bonon. tyrann. ſect. 10. §. Frederici.*

(34) Hinc reſidentia Excelſorum DD. Antianorum, & Vexilliferi Juſtitiæ, ac DD. Tribunorum Plebis appellatur, & vulgò *il Palazzo*, in quo Senatus quoque convocatur; Adeſt ibi etiam Muſeum celeberrimi Ulyſſis Aldrovandi, & Coſpianum; Armamentarium quoque Civitatis, Curia Civilis, & Criminalis, ac Viridarium Simplicium Medicinalium cum perquam nobili Ciſterna ære publico, ut cetera ſunt omnia, conſtructa. Vide *Aldoſ.* fusè de his ædibus agentem in ſua *Inſtruz. delle coſe più notab. di Bologna*, *fol.* 123., *& ſeq. Falcon. fol* 229.

(35) Conveniunt *Griffon. col* 229. *dalle Pugliole*, *col* 254. *Vizan fol.* 202., ubi plura de prædictione, & prodigiis ad rem per San-ctum Franciſcum Aſſiſiatem Bononiæ actis. *Gbirardacc fol.* 142. *Sigon. ipſe de Ep. Bonon.*, *& Falcon. fol.* 230.

(36) Neque immeritò propter ſumma bona, quæ beneficio hujus aquæ Infectores tum maximè, & univerſa Civitas nanciſcitur, de quibus *Vizan. fol.* 100. *Gbirardacc. fol.* 142. *dalle Pugliole*, *& Griffon. ubi ſupra*.

(37) Unanimiter omnes præcitati, quare non audiendus *Pancirol. de Clar. Leg. Interp lib.* 2. *cap.* 51. *fol.* 169., ubi ſub enormi anacroniſmo habet, ibi: „ Fridericus II Cæ„ ſar Bononienſibus graviter infenſus, quòd „ Encium filium, quem repetant, ſibi reſti„ tuere noluiſſent, illorum Academiam A. „ 1222. Patavium tranſtulit; „ Siquidem translatio attentata hoc A. 1225. duntaxat contigit, ergo non ſuperiori 1222. de quo tempore nulla controverſia aderat inter Fridericum, & Bononiam. Porrò Encius Rex captus A. 1249. demum fuit, ergo ſi nondum captus, quæ quæſtio ſuper nega-

Jolanta contractis, qui eam ad ſe ex Tyro adveherent, miſit, & in Apuliam rediit. Imolenſes pridie Kal. Octobr. à Friderico impulſi muros reficere, foſſas purgare, ſeq; contra Bononienſium impetum munire cœperunt. Quod quanquam ægre paſſi Bononienſes ſunt, tamen peſtilentia ſævieore deterriti, ſibi in præſentia duxerunt negligendum, verum concordiæ civili ſtudentes turrim Bartholomæi Baſacomatris, cum altitudine ceteras ſuperaret, ne propter invidiam ſeditionis aliquid excitaret, ex decreto Conſilii decuſſerunt. Extremo anno Mediolanenſes, ſive veteribus, ſive novis ſimultatibus incitati rurſus à Friderico deſecerunt, atque univerſam adverſus eum Lombardiam, Romaniolam, & Tarviſinam Marchiam concitarunt. Res per Legatos ultro citroque de communi feriendo fœdere miſſos agitari cœpta celari non potuit. Itaq; Fridericus ſive ad eam impediendam, ſive ad hoſtes ulciſcendos venire in Lombardiam decrevit, atque ob eam rem conventum omnium Principum, & Epiſcoporum ſuorum Cremonam in dies Pentecoſtes primos indixit. Biancaleo Andalus patris loco Præturam Genuenſem adminiſtravit.

1226 Poſtero anno Gerardus Rangonus Prætor, Vir diligens, ac rerum gerendarum peritus, ubi Præturam init, populum, & Collegium Lombardorum (38) ſacramento militiæ adegit, & vallis, qua non erant Urbem munivit. Fridericus ineunte vere ex Apulia Lombardiam verſus iter perrexit. Jam ſingulæ Civitates conſiliis habitis Legatos, ac Procuratores publicos ad fœdus pro publica tuenda libertate percutiendum delegerant, Mediolanenſes, Bononienſes, Placentini, Veronenſes, Brixiani, Mantuani, Vercellenſes, Laudenſes, Bergomates, Cremonenſes, Taurinates, Alexandrini, Vicentini, Patavini, & Tarviſini. VI Nonis Martii Vido Tintidenarius, & Scannabeccus Goſur nomine Civitatis cum ceteris aliarum Civitatum Legatis ad vicum S. Zenonis ad Mottum in agro Mantuano convenere, atque communi omnium Conſilio decrevere ſocietatem in annos XXV. jungere, quando ex pactis pacis ad Conſtantiam cum Friderico I. initis, & ab Henrico V., Othone IV., & ipſo Friderico II. confirmatis veteres ſocietates renovare, novaſque adjungere liceret. (39) Itaque hæc eadem ſingulis fœderatorum in Civitatibus poſt jurejurando firmata ſunt. Cum autem ſingulæ Civitates hujus fœderis Moderatores pro ſua parte legerent, qui, quantum quæque ex fœdere Civitas deberet, cognoſcerent, Gerardus Prætor Conſilio convocato centum legit, atque eis poteſtatem omnium, quæ è Republ. futura viderentur, permiſit, eo excepto, ne quam impenſam inconſulto facere conſilio poſſent. Hæc dum menſe Martio agebantur Fridericus in Romaniolam venit, & Ravennæ Paſcha celebravit. Ravenna inde profectus acceſſit Imolam, ac Bononia, quam firmis defendi præſidiis diligenti Rangoni Prætoris cura cognoverat, in præſens omiſſa, Medicinam, ac Sanjoannum eſt prætergreſſus Lombardiæ inde fines incunti Mutinenſes, Regienſes, Parmenſes, Cremonenſes, (40) & Papienſes præſto fuere, atque antiqua officia præſtitere. Poſtremo Cre-

ta reſtitutione; fruſtra enim de exhibendis liberis igitur interdicto, cùm adhuc domi filius alitur, vel in poteſtate eſt. Ceterùm illud verum, ex Bona, cui maximè cenſuit Fridericus Bononiam ſubjicere, pœne, & ſupplicio, ut pejori, graviorique mulctare, neque mulctari hanc Urbem poſſe eam fuit, argumentum erui ſatis grande, & apertum pro evincenda uſque ab ea ætate hujus Archigymnaſii dignitate, & per univerſam Europam opinione, cùm mos ſit Dinaſtis apud ſe reos ea excruciandi pœna, quæ longè exquiſita, atque ſenſibilis ſit, ut ita fortè ſubditi vel reſipiſcant, vel in officio contineri addiſcant; ſed ſue profectò deceptus plurimum opinione hac occaſione Fridericus, relato eidem pro turpi injuria turpiſſimo opprobrio: Tantum etenim obſtat, quod vel minimus Scholaris illius mandatis paruerit, quod ceu non edixiſſet, ac deluſus, quiſquis animo per ipſas quoque vacationes Bononiæ contra morem commoratus eſt, qua de cauſa renovata per Civitatis Conſilium grati animi ergo vetus illa compenſativa proviſio eſt, quæ ſub Sacratæ Ordinationis titulo ſolet allegari; Lectores cunctos publicos, & omnes cujuſcumque nationis Scholares, quibus modò de eligendis ſibi quot ennis citra, ultraque montanis Rectoribus data, factaque poteſtas eſt, habendos fore, & eſſe in omnibus, & per omnia pro Civibus veris, & originariis, exemptoſque eſſe debere pro ſe, ſuaque familia in perpetuum ab omni onere, gravamine, vectigali, & impoſitione, tamquam iis, quibus præcipuè Bononienſium honorificentia conſervatur, & augetur. *Ochym. de laud. Bonon.* §. *illud ceteroquin*, & *facit Egnat. ad Ghirardacc.* hic *fol.* 141. *ad finem*, & *concordat vetuſtiſs. Kalendar. Archigymnaſii ad Octobrem ſub die* 26. *ejuſdem*.

(38) Præſtitum per hanc Societatem ſacramentum die 28 Martii in manibus Prætoris ex *Bartol. dalle Pugliole*, *col.* 255. *Ghirardacc fol.* 143. De hoc Collegio, ſive Societate nos plura alibi, & quo ad ejus continuationem in Urbe Bononia uſque in hæc tempora, faciunt Matriculæ authenticæ nominum, ſive familiarum illi adſcriptarum, quæ adhuc in publico, & in privato ejuſdem Societatis Archivo cuſtodiuntur.

(39) Ergo percuſſum fœdus die 2. Martii 1226. in agro Mantuano, & concordant *Ghirardacc. fol.* 143. *dalle Pugliole*, ubi alia, *col.* 254. & *ſeq. Griffon col* 110. *Vizan. fol.* 103. *Sigon. de Regno Italiæ lib.* 17. *apud Spondan. T.* 1 *fol.* 92. *n.* 1. *Egnat. ad Ghirardacc d. fol.* 143. *ad finem*, ubi quod in dicto Conventu, appellato *la Lega di S. Zenone*, hoc favore Bononienſium eſt præſertim cautum: Fœderatas Urbes perpetuò ſervaturas fore conſervationem Studii generalis in eadem Urbe, uſque ad ultimum ſanguinem, id quod confirmatur etiam per *vetuſtiſs. Kalendar. Archigymnaſ. in Martio*, ibi:

„ 2. Affœderatioonis factæ per fœderatas
„ XV. Urbes Lombardiæ in Conventu
„ per earum Repræſentantes habito in
„ agro Mantuano hac die A. 1226., quæ
„ Lega S. Zenonis, & Societas Lombar-
„ dia appellata eſt, de manutenendo
„ fortiter Bononiæ Studio generali, ne-
„ que de permittendo illud transferri in
„ aliquam ex Urbibus ſuis.

(40) Si ergo Friderico Cremona præſto, quomodo paulò ante inter fœderatas recuſaſſe? forte alterutrum, & ideo modo præſto, ne armis ejus confoderetur; Ceterùm tunc Cremonæ Prætor Gulielmus Lendenaria Veronenſis; teſte *Ariſ. de Prat. Cremonen. fol* 7. ubi, quòd Cremona commigrero Cæſare, Urbs oppidò aliis Civitatibus ipſi Imperatori contractis fœdere ſe copulavit.

A Cremonam progreſſus, conventum, quem indixerat, ſed infrequentem habuit. Cremonâ inde Veronam ſe contulit; cumque Rectores fœderis Aprili, Majo, & Junio menſe coire aſſidue, ac diverſas fœderis leges ſcribere audiret, & ipſe cum Icilino à Romano, & aliis Eccleſiæ hoſtibus conjuravit. Verum mox, ubi ſe novis propterea peritum à Pontifice deteſtationibus ſenſit, conſilium mutavit, ac Pontificis pacem, veniamque rogavit: eâque impetratâ rurſus ſe, quod ille inſtabat, ad bellum Orientis primo quoque tempore profecturum juravit. Junio inde menſe Parmâ, quô ſe Veronâ receperat, ad Burgum S. Domnini Epiſcopo Portuenſe Pontificis Legato comitan-
B te proceſſit, ac Bononienſibus iratus edictum adverſus eos pro ſociis Mutinenſibus edidit, in quo beneficia, fidemque erga ſe Mutinenſium teſtatus pronunciavit, ſe ſententiam, arbitriumque ſuperioribus annis de finibus agri inter Mutinenſes, & Bononienſes per Ubertum Prætorem Bononiæ latum reſcindere, ac Mutinenſes in veterem locorum ſuorum poſſeſſiunem redigere, terminoſque utriuſque agri veteres reſtituere, atque aquarum, & fluminum agri ſui, unde, & quo vellent, ſive ad navalem, ſive ad alium uſum avertendorum, ducendorumque jus dare. Quæ res ubi increbuit, eo vehe-
C mentius animos Bononienſis Civitatis accendit. Longius autem progredi à Mediolanenſibus probibitus, omni ſpe coronæ, cujus præcipue cauſa venerat, accipiendæ lapſus, Auguſto menſe Reate, ubi Pontifex erat, ſe recepit, adverſarios ſuos in eo tantummodo ultus, quòd eos & ipſe hoſtes Imperii pronunciavit, & à ſacris interdixit per Legatum Pontificis. Eo profecto Bononienſes rati, Mutinenſium Civitatem de recuperando agro ſibi à Friderico adjudicato cogitatutam, ut mature ei rei occurrerent, caſtrum in finibus ad Mutiam poſitis adverſus quoſcunque eorum in ſe impetus condidere; idque credo, quia libertatem ſe
D in eo bello ſuam defendere profitebantur, Caſtrum Francum (41) appellavere. VI Idus Julii Gregorius Pontifex diplomate Anagniæ dato Epiſcopo Bononienſi indulſit, ne qua in cauſſa ſive criminali, ſive civili præſtare cogeretur calumniæ juramentum, ſed idoneo defenſori, ſi Eccleſiæ ſuæ id expedire cognoſceret, liceret ejuſmodi officium delegare. (42) Eodem anno IV. Nonas Octobris Franciſcus Aſiſias ingenti miraculorum ſplendore fulgens, Aſiſii eſt mortuus. (43) Septimo Idus Blanca Joannis Regis filia Bononiæ deceſſit, atque in æde D. Petri ſepulta eſt. (44) Civitatem Veronenſem cum duæ factiones, una Sanbonifaciorum, altera Monticulorum teneret, atque illa Azoni Eſtenſi, hæc Salinguerræ Taurello, & Icilino à Romano ſtuderet, Icilinus Monticulorum, quanquam tum exu-
B lum ope urbem occupavit, atque contrariam partem ejecit, ac continuo Prætor à populo declaratus eſt. Ceterum de Icilini origine hæc accepimus. Conrado Secundo regnante Icilinus cognomento Balbus ex Germania profectus non modicis in Patavino agro opes, in primiſque Hoverium ipſum vicum adeptus eſt. Hunc vero Icilinus alter cognomento Monachus conſecutus paternæ ditioni Baſſanum, & Romanum oppida adjecit, ac filios duos reliquit, Icilinum hunc, quem à Romano vocarunt, & alterum Albericum. Icilinus anno MCXCIV. natus ceteris potentia, ac crudelitate præivit. Eodem anno Lambertus Lam-
C bertinus Veronæ, Andalus Andalus, cives Bononienſes Genuæ Præturam geſſerunt. 1227
Sequenti anno, quo Spinus Sureſinus Mediolanenſis Prætor fuit, Fridericus ſive ſponte ſua, ſive Pontificis auctoritate impulſus edictum Catana urbe Siciliæ Kalend. Februariis edidit, in quo præfatus diſcordiam Italiæ Orientali expeditioni obfuturam, de qua Pontifex magnopere cum fratribus ſuis Cardinalibus laboraret, edixit, ſe propterea civitatibus Lombardiæ, Romaniolæ, & Marchiæ, & Comiti Gottifredo, & Marchioni Montisferrati adverſus ſe fœderatis omnes injurias condonare, privatim autem Bononienſibus Gymnaſii jus ereptum reſti-
D tuere. (45) Neque tamen hac benignitate quidquam profecit; ſiquidem XV. Kal. Apr. Honorio Pontifice mortuo Hugolinus Cardinalis in ejus locum creatus, atque Grego-

(41) Eſt condi cœptum in pervigilio Principis Apoſtolorum 28 Junii 1226., & quidem ibi, ubi alias *Forum Gallorum* aderat, ac ubi Ircius, & Panſa Conſules adverſus M. Antonium Triumvirum concertavere. *Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 144. *ad med.* Hodia verò Burgus vix eſt, Archipresbyterali tamen Eccleſia fretus, & muris denudatus, qui ſunt dejecta abs arce Urbana A. 1628. extructa ad Ghirlandinos, quibus imminet, continendos. *Maſini Bolog. perluſtr. p.* 1. *fol.* 500. *M. Eliſ. Macchiavelli. Soror. in ſua Hiſtoriog.* §. *Caſtrum Francbum. Griffon.* tamen *coll.* 110. refert hoc factum in poſterum annum, item *Bart. dalle Pugliole, col.* 255.

(42) Sibi hic contrarius, & veritati Sigonius; *Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 146. *poſt med.*, namque & ibi recte, *de Ep. Bonon.* has literas datas poſtero Anno 1227. ſcribit; Ergo haud hoc A. 1226. Neque aliter, cùm Gregorius IX. Honorio III. denato dia 18. Martii, fuerit die 20. ejuſdem menſis ſuffectus A. 1227. per *Spondan. Annal. T.* 1. *fol.* 95. *n.* 1., *&* 2. *Emm. Petra ad Conſtit. Apoſtol. T.* 2. *fol.* 503. *ſub n.* 1., & per eumdem *Sigon paulò infra ſub A.* 1227., ac obinde eas neque tunc literas, ſed ſequenti dedit Anno ea ipſomet *Sigon. de Regno Ital. lib.* 17. *Falcon fol.* 232.

(43) Cœleſtem ergo Patriam Seraphicus Pater adiit die 4. Octobris 1226., ætatis verò ſuæ 45, & ab Ordinis inſtitutione 18. miraculis, & opinione conſecratus magis quam celebratus. *Spondan. Annal. T.* 1. *fol.* 94. *n.* 21., *&* præcitati *Scriptores*.

E (44) Obiit die 9. Octobris 1226. hæc Blanca Joannis de Brenna Jeruſalem Regis filia, poſtquam plures per menſes Bononiæ immorata eſt, & acto Regio prorſus funere publico ære, in Cathedrali ſepulta eſt. *Vizan. lib.* 3. *fol.* 104. *Ghirardacc. fol.* 144. *Griffon. col.* 110. *dalle Pugliole col* 254.

(45) Vide per extenſum Edictum apud diligentiſſimum *Ghirardacc. fol* 145 *& ſeq.* ibique præſertim §. *Et ſpecialiter Conſtitutionem factam de Studio, & Studentibus Bononiæ &c. Vizan. fol.* 104, & facit *Vetuſtiſſ. Kalendar. Archigym. in Februario*, ibi:
„ 1. Spino Surexinio de Mediol. Bononiæ
„ Prat. per Fridericum II. Imp. facta eſt
„ redintegratio Stud. gen hujus Urbis,
„ de ea tamen neque ipſa Urbe, neque
„ Pub. Lect., aut Scholaribus Archigym.
„ quidpiam curantibus, ut per ejus edi-
„ ctum dat. Catanæ in Sicilia hac die
„ A. 1227.

gorius Nonus vocatus, (46) ſalutis, utilitatiſque publicæ cauſſa rem ad ocium deduci non permiſit. Neque enim alia ſequentis omnium maximi diſſidii cauſſa traditur, quàm quod Fridericus ab ipſo ſtatim admonitus, ut quod Honorio promiſerat, ineunte vere ſacram ad expeditionem contenderet, parêre neglexit; ſiquidem primum morbum excuſans vere ipſo non ivit, poſt autem Auguſto conſcendens haud longe in mare provectus occulte in Regnum receſſit, atque ingentem Pontificis, & omnium Chriſtianorum de ſe expectationem excitatam eluſit. Quamobrem Gregorius ira incenſus Gregorii Septimi exemplum imitatus diras Honorii in eum execrationes renovavit, & Fridericus ab ea re exaſperatus per Fregepanes ſummæ potentiæ cives Romanos ipſum Henrici Tertii more urbe depellendum curavit, atque aperte cum eo, & cum Eccleſia, quique Eccleſiæ partes tuebantur, bellum gerere inſtituit. Itaque ab hoc tempore Italia aperte in duas diſtrahi partes cœpta, aliis Imperii, aliis Eccleſiæ auctoritatem ſequentibus; quorum Guelfi hi, Gibellini illi vocati, quæ factiones per multos poſt annos Italiam tenuere, atque ad ultimum exitium redegere. Hæc nomina ex Germania, ut ajunt, traducta, paucis ante annis in Italia & in Etruria, poſt hoc tempus in Lombardia, Romaniola, & Marchia celebrari ſunt cœpta. Neque vero ſolum aliæ Civitates Imperatorem, aliæ Pontificem ſequutæ infeſtis inter ſe animis decertarunt, ſed in ipſiſmet etiam Urbibus eo furoris, ac væſaniæ proceſſerunt, ut aliis Imperatori, alii Eccleſiæ ſtuderent, atque ſe inter ſe pellere Urbibus, & ſpoliare bonis inexpiabili ſtimulante odio niterentur. (47) Ceterum Pontifex Româ à civibus pulſus Peruſiam ſe recepit, ibique rebus conſulere ſuis haud mediocriter propter infirmam populorum ſuorum fidem, & nimiam Friderici potentiam titubantibus inſtitit, & Joannem Regem (48) ex Francia ad lætum nuncium Orientalis expeditionis reverſum Romaniolæ, & Marchiæ adverſus generum jampridem ſibi inimicum tuendæ præfecit. Eodem anno Bononiæ annona ſimul, & peſtilentia laboratum. (49) Tritici ſextarius tribus libris veniit. (50) Itaque Epiſcopo in Cœna Domini panem pauperibus de more dilargiente tanta mendicorum affluxit multitudo, ut vigintiquatuor in turba eliſi perierint; ſimul etiam maximum nobilium numerum vis peſtilentiæ ſuſtulit. (51) Quinetiam Caſtrum Francum paullo ante belli cauſſa inchoatum val-

(46) Creatus, ut ſupra, die 20. Martii 1227., & non die 18 per errorem *Ghirardacc. fol.* 145., ubi propè infinitis de tanto Pontifice laudes congeris, ſed ſatis dicere; fuiſſe ex *Familia Comitum*, Nepotem Innocentii III., cognomento Magni, Scholarem aliquando, & pub. Decretorum Interpretem Bononiæ, cujus porrò Academiæ ſuum inſcripſit Codicem, ſive Librum Decretalium, item SS. Dominici, & Franciſci ſtudioſiſſimum, quos deinceps Sanctorum albo adſcripſit, atque demum eum, cui idem Seraphicus Pater, (qui illum ab Honorio III. expoſtulavit, & accepit in primum ſui Ordinis Cardinalem Protectorem,) & Leonardus Sanctiſſimus Eremita Camaldulenſis Pontificatum prænunciarunt ex *Spondan. Annal. T. I. fol.* 95 *n.* 2. Gratulatum ergo Bononiæ, quàm maximè, atque ita propemodum, ac ſi patruus Innocentius è mortuis ſurrexiſſet, adeòque jure in *Vetuſtiſſ. Kalendar. Archigymnaſii ad Martium adnotatur*, ibi:
„ 20. Vacat propter Electionem in Summ.
„ Pontificem CLXXX. D. Hugolini An-
„ nicii ex Comm Anagniæ quondam
„ Archigym. Pub. Decrat. Intecp. Libri
„ Decretalium eidem Archigymnaſio per
„ eum inſcripti, & Angelicæ ter per
„ diem recitandæ orationis piiſſimi Au-
„ thoris, aſſumpto nomine Gregorii IX,
„ quæ inauguratio contigit hac die
„ A. 1227.

(47) Hinc Piſtorii partes *Cancellariorum*, & *Panciaticorum*; Florentiæ, *Blancorum*, & *Nigrorum*; Bononiæ autem *Geremeorum* pro Eccleſia, & *Lambertaciorum* pro Imperio, ut fuſius apud noſtros, qui luridam trucis ejus ætatis faciem adamuſſim exhibent.

(48) *De Brenna* ſcilicet, Regem Jeruſalem tunc Bononiæ degentem, in cujus virtute plurimum confidebat. *Vizan. fol.* 104. *Ghirardacc. fol.* 146. *& alii*.

(49) Omnes noſtri authumant unanimiter, quibus adde *Gaſald. de peſte fol.* 15. *ad med.* Ea autem in agro potiſſimum laboratum, ut ſint Caſtra, & Pagi incolis fermè omninò ſpoliata *Ghirardacc. fol.* 146.

(50) Dic *Corbem*, non *Starium*, etenim duo Staria unam Corbem faciunt ex alibi probatis. *Egnat. ad Ghirardacc. lib* 5 *fol.* 146 *ad med.* ubi quod Triticum veniit lir. 3. pro qualiber Corbe; Faba lir. 2. & ſol. 8 pro ſingula Corbe; Spelta lir. 1. & ſol. 4. pro qualibet Corbe; & Melga, ſive Melica ſol. 15. pro quolibet Stario; ac concordant veluti omninò *Griffon. col.* 110. *dalle Pugliole col.* 255. Moneta porrò computabatur ad rationem Ducati aurei, cujus ſucceſſivè apprętiamenti Exegeſim uſque ad A. 1267. hic ad ornatum pro noviter congeſta reddamus.

Nummi aurei, ſive Ducati, poſtea Floreni, & demum Scuti aurei.
Succeſſivus apud Bononiam valor. in A. S. 1267.

1191.	lir.	2.	5.	..	ſive Bononen.	25.	-.
1200.	lir.	2.	6.	-.	ſive Bononen.	26.	-.
1213.	lir.	2.	6	6.	ſive Bononen.	26.	6.
1219	lir.	2.	7.	-.	ſive Bononen.	27.	-.
1221	lir.	2.	7.	6.	ſive Bononen	27	6.
1225.	lir.	2.	8.	-.	ſive Bononen.	28.	-.
1226.	lir.	2.	9.	-.	ſive Bononen.	29.	-.
1229.	lir.	2.	10.	-.	ſive Bononen.	30.	-.
1236.	lir	2.	12.	-.	ſive Bononen.	32.	-.
1241.	lir.	2	10.	-.	ſive Bononen.	30.	-.
1245	lir.	2.	15.	-.	ſive Bononen.	35.	-.
1248.	lir.	2.	14.	-.	ſive Bononen.	34.	-.
1250.	lir	2.	14	6.	ſive Bononen.	34.	6.
1255.	lir.	2.	12.	..	ſive Bononen.	32.	-.
1259.	lir.	2.	13.	6.	ſive Bononen.	33.	6.
1261.	lir.	2	14.	-.	ſive Bononen.	34.	-.
1264.	lir.	2.	15.	-.	ſive Bononen.	35.	-.
1266.	lir.	2.	12.	-.	ſive Bononen.	32.	-.
1267.	lir.	2.	10.	-.	ſive Bononen.	30.	-.

(51) *Egnat. ad Ghirardacc. hic fol* 146. *poſt med.* authumat plurimos adeò peſte ſublatos eſſe, quod non pejus laborari poterat, exturbatoſque proinde ſummopere eſſe cunctos Bononiæ Magiſtratus, atque ipſum Archigymnaſium, ex cujus publicis Profeſſoribus, tradit enecatos uſque ad 16. Viros fuiſſe, ac inter hos *Alexandrum de Sancto Egidio* ſatis nobilem Azonis diſcipulum; *Accurſiam* Accurſii filiam, quæ Franciſcum, & Cervotum fratres in Legibus interpretandis ſuperavit; *Stamnobicchium Raymundi de Ramponibus*, qui ſertoe primus ſalrim magnificè ſepultos apud Minoritas in Porta Soteria; *Bonacoſſus Baſciacomatri*, *Albertucius Borromeus*; *Henricus de Balia* famoſiſſimus Gloſſator; *Jacobus de Ubertis* appellatus a quæſtionibus; *Ordelaſſus* Lanciæ *de Millelanciis*, qui ultimo ſenio jam confectus erat, ac unum præ votis habebat ſæcularis hominis cognomento ornari; *Nicolaus Furioſus*, quem Odofredus pruden-

tem

vallis, itaut defendi poſſet, munitum. Qua re permoti Mutinenſes, caſtrum & ipſi contra id alterum objecerunt, quod Leonnin dixerunt. Prid. Idus Novemb. Bernardus Cornazanus Prætor loco deſignato fundamenta jecit. Joannes Craſſus Petri F. Ur-
1328 bivetum Prætor accitus. Sequitur annus, Uberto Vicecomite Prætore, maxima in Urbe ſeditione, nec minore ſatis bello inſignis. III Idus Februarias Gottifredus Romaniolæ Comes, tum Friderici partium fautor, Mancicolum Romaniolæ (52) caſtrum de Bononienſibus, Præfecto inde dejecto, cepit. Præfectus Bononiam reverſus homines triſti rei illius nuncio per ſe ſatis irritatos multo ſuâ præſentiâ magis exacerbavit. Populus caſtrum illud Prætoris, atque nobilitatis penes quos Reſpublica eſſet, culpâ amiſſum, criminatus, vehementius in ipſum Prætorem, ac totam nobilitatem incenſus eſt, ac duce Joſepho Tuſco ad Prætorium ipſum clamore ſublato accurrit, at-

A que ab Uberto, ut vexillum traderet, & ſe Præturâ abdicaret, poſtulavit. Quod cum ille ſe facturum negaſſet, Joſephus ſub noctem in Prætorium irrorupit, ac refractis oſtiis, ſcriniiſque disjectis, tabulas publicas extraxit, ac campanam percuti, Prætore, atq; militibus fruſtra reluctantibus, juſſit. (53)

De inſtitutione Reip. quæ Populus dicta eſt.

EA res initium mutandæ Reipublicæ, ac Populi inſtituendi fuit. Populum autem appellarunt, Rempublicam in Populi poteſtate poſitam, cui præeſſe voluere Præfectum Populi, Antianos, (54) Conſules
B Mercatorum, & Magiſtros Collegiorum, (55) Antianos quidem in Urbibus Italiæ inſtitutos ſcribit auctor libri de regimine Principum, (56) ut præſidio eſſent plebejis, perinde ac Romæ fuere Tribuni. Ceterum poſt Joſephum ipſum, quem Præfectum Populi crearunt, nemo alius Præfectus, niſi anno mil-le-

tem æquè, ac ſcientem noſcebat, peroptabat. *Pontius Catellani*, alias *Conſiliator*, qui in ſuſtinenda dignitate Pontificis adversùs Majeſtatem Cæſaris Eccleſiam vexantis ſummum in modum, & ideo fategit eſſe tenax, ut fieret quod per novum Pontium, ipſe ajebat, redintegraretur ſaltim Chriſti Vicarius, poſtquam abs altero Pontio ipſe Chriſtus fuit iniquiſſimè timore Cæſaris condemnatus; *Agnellus*, & *Caſſius* fratres Anſaldini *de Anſaldis*, quorum ille Decretum, hic verò Codicem interpretabatur, hique uno die, & hora nati, ſimul etiam doctorati, Cathedra inſigniti, & infirmati, demum quoque una die, & hora peſte ſublati, ac ſuper uno ferali lectulo elati ad *S. Nicolaum de Vineis* tunica Prædicatorum ex voto induti, togaque Doctorali deſuper ornati, cuncta mœrente pro caſu Civitate ſub eadem humo inter Dominicanos conditi fuere. *Ugolinus Pratus*, ſive *de Presbyteris* longè celebris Doctor, & cognomento *Fratrum fautor*, quia apud Prætorem, vel Conſilium, ut rogabat pro Prædicatoribus, ſive Minoritanis, ut iis faverent, facilè intercedebat; & demum inter Artiſtas *Franciſcus de Porta nova* Philoſophus acutiſſimus; *Guiducius de Scopeto* Aſtronomus, qui hanc peſtem, ſed minimè mortem ſuam prænuntiavit; *Manfredus de trivio Carrariorum*, & *Thomas Hoſteſani de Manfredis* Medici multæ opinionis; Horum autem penè omnium, quia mentio eſt in *vetuſtiſſ. Kalendar. Archigym. in Junio, Julio, & Auguſto*, proinde ad illud Lectores remittimus.

(52) Vulgò *Manzolino*, ut omnes prææallegati communiter; *ſed Vizan. fol.* 105. rei exturbationem à Plumatio Caſtro per Mutinenſes impeto ſubito, ſive mavis Rolando, aliis Orlando Formaglini Bononienſium nomine Præfecto, pecuniâ corrupto, invaſo, captoque derivat. Sigonius tamquam ſuis injurioſum eum Manciculi hiſtoris paulò infra confundit. Hinc porrò in forum cum tumultuante plebe die 22. Novembris idem Orlandus pervenit, quæ admiratio ſi populi furore magis quam conjuratione trucidatus, legitur apud eumdem *Vizan d. fol.* 105. *ad finem*, & idem tradunt *Griffon. col.* 110. *Bart. delle Pugliole*, *col.* 255., & *ſeq.*, ac *Ghirardacc. fol.* 148.

(53) *Egnat.* hic ad *Ghirardacc. fol.* 146., & *ſeq.* addit, hanc adeò ſubitam, grandemque in populo ſubortam ex pluribus noxis commotionem; Primò quia Nobiles ſuperiori æſtate cum plebs annonâ ſummopere laboraret, peſtiſque durius eâ ſic depaſceretur, ejus quaſi obliti, vel neutiquam curarunt, ac quanti plurimi poſſent fruges venderent, horrea ſinè miſericordia clauſa retinuerunt, malentes ipſos ſe potius ſentire mori retento tritico, quam fame

elatos pauperes ipſos conſpicere, ſola peſte occumbere; Secundò quia Scholares, etſi non ſunt moti favore plebis tumultuantis, adhuc neque tamen præſtò eſſe voluerunt patritiis tyrannidem affectantibus, quamquam ipſi aliàs plurimum blandiebantur hac fore ope ſibi grande præſidium adventurum; Et tertiò quia imprudenter nimis ſeditio foveri longius permiſſa eſt, &
C ad mortem trahi, cujus & tenebrarum proinde auxilio, ceteri de gubernio Procerum minus contenti, qui diu verebantur cum plebe conjurare, haud erubuerunt ſecum noctu confundi, & per auxilium popularibus multitudine aucta collatum, tamquam ſinè nota, veteris odii tabem evomere, ac quod dudum peroptabant, modò demum adipiſci, formæ ſcilicet guberni commutationem.

(54) Non antea planè memorati *Antiani*, ipſique igitur hac occaſione, & tempore primum Bononiis inſtituti, ſuntque tunc ſeni pro qualibet Tribu, ſive Quarterio aſſumpti, qui Conſulum Juſtitiæ adepti locum, & Magiſtratum, exinde Conſules Antiani vocari cœpere, quemadmodum hodie quoque appellantur, longè quamvis minuti numero, eterum novem cum Juſtitiæ Signifero
D ſunt, viri ſemper nobiles, & ex principe Civium ordine, & propterea aſſecutio hujus Magiſtratus titulum, atque probationem generoſæ, ut ajunt, nobilitatis apud nos facit. *Ghirardacc. fol.* 147. Vide alios proferentem *Collat. fratrem de Bonon. Eccl. & Urb. gub.*

(55) Intellige *Maſſarios Societatum Artium*, qui uniti, ſive conjecti in Magiſtratum Tribunorum ad unum efformandum corpus politicum Urbis, proinde vocari cœpit Magiſtratus *de i Collegj*, ſcilicet Magiſtratus compoſitus ex Tribunis plebis, & Maſſariis Artium, qui adhuc in Urbe perdurat, ac qui illum geſſit, irrefragabilem comparaſſe ſibi titulum civilitatis Bononienſis
E conſtat; Neque enim fieri poteſt, ut pro Cive ampliùs is non habeatur, cui commiſſa Reſpublica aliquando fuit, vel qui aſſumptus eſt ita per Senatum tamquam Civis, ſac ſacramento ſuper hoc recepto, quod intimiora Civitatis negotia pertractanda, moderandaque concrederentur.

(56) Quare hujus Libri authorem reticeat Sigonius, non ſatis compertum, niſi fortè putavit ſuppoſititium eſſe opus Angelici Doctoris S. Thomæ, & falsò illi attributum; ſed ſecus tenet communis opinio, adeòque minimè *Ghirardacc. fol.* 147. *l.* 18. inter Theologos annumeratus, & ejus facultatis Magiſter, veretur opellam ſuo authori tribuere, deque S. Thoma Aquinate expreſſam cum *Dolfin. de ver. Bonon. ſtatu*, *lib.* 5. *fol.* 206. mentionem facere.

leſimo ducenteſ. quinquageſ. quinto credo A
amiſſis rerum commentarius invenitur. Flo-
rentini etiam, & Genuenſes populari Re-
publica per hæc tempora inſtituta eodem
tempore Præfectum, & Antianos io Rem-
publicam induxere, quanqoam non con-
ſtanter ab initio in ſingulos aonos creave-
re. Hæc autem popularis Reſpublica ſuis
& ipſa Conſiliis eſt ſuſtentata, quæ Præfe-
ctus, & Antiani ſunt moderati, ut illa ſu-
periora Prætores, judiceſque Prætorum.
Atque Antiani quidem vigioti quatuor ex
Tribubus ſingulis ſeni creati ſunt. Conſilia
vero duo moderati ſuot, onum parvum di-
ctum, quod Antiani cum Conſulibus mer
catorum, atque argentariorum, magiſtris B
artium, atqoe armorum, vexilliferis popu-
li, (57) atque collegiorum, eorumque con-
ſiliariis iniverunt; alterum magnum appel-
latum, in quo iidem cum majore altero
conſiliariorum oumero convenerunt. Ho-
rum Antianorum, ut etiam Conſulum,
mercatorum, & magiſtrorum collegiorum
in hunc uſque diem uſus in Repub. ma-
net. Ab hoc certe tempore ut utraque
Reſpubl comprehenderetur, Commune,
& Populus Bononiæ dici cœptum eſt. At-
que de ſeditione quidem, unde mutatio
Reipublicæ maxima conſecuta eſt, hacte-
nus. Nunc de bello inchoato dicamus.

Vere ipſo Fridericus tandem ut incon- C
ſulto, ſic non probante Pontifice in Syriam
navigavit, atque eò vix Auguſto ipſo meo-
ſe diuturnâ in Cypro morâ tractâ perve-
nit. Gregorius Peruſiâ Aſſiſium progreſſus
magnitudine miraculorum à S. Fraociſco
mortuo editorum commotus, ipſum meoſe
Julio in oumerum Divorum conſecratione
ſua retulit, (58) ac Fridericum abſentem
io Apulia armis per Joannem Regem ex
Romaniola evocarum oppugnare inſtituit;
cum ipſe eſſet in Marchia Anconitana, &
Ducatu Spoletano graviter à ducibus Fri-
derici vexatus. Rectores fœderis, ubi
bellom inter Pontificem, ac Fridericum
jam jam cootractum vidêre, haud ſibi cuo- D
ctandum putaruot, quio & ipſi in Lom-
bardia Friderici ſocios armis invaderent.
Itaque cum tempus ineundæ com Lombar-

dis ſocietatis Haſtenſibus præſcriptum ab-
iiſſet, Alexandrinis, ut Haſtenſes io nu-
mero hoſtium haberent, Bononieoſibus, ut
Mutinenſes bello aggrederentur, manda-
runt. Ita Booonienſes ſedata ſeditione, ac
levatis ex præſentis æſtatis fructibus ſupe-
rioris anni calamitatibus, arma Mutinenſi-
bus iotulerunt, atque initium ab oppugna-
tione Badiani ſumpſerunt. Badianum ca-
ſtrum (59) eſt ad radicem Appennini, cis
Scultemnam locatum, jam inde à Booifa-
cii Mathildæ Patris temporibus notum, eo
vero tempore in ditione Mutinenſium
ſitum. Ineunte Octobri Joſephus Præfectus
eum carrocio exiit, atque eò & copias ſo-
ciorum, & domeſticum apparatum omnem
adduxit, carrocii curâ Fabio Lambertaccio
(60) erat commiſſa, caſtrum, cum valido
Mutineoſium præſidio teoeretur, maximâ
diligentiâ obſideri eſt cœptum. Hoc nun-
cio accepto, continuo Badiani auxilio Mu-
tinenſes Parmenſium, & Cremonenſium ſo-
ciorum aſſumptis equitibus accurrerunt,
atque noo looge à caſtris Bononieoſium
conſederunt. Dum autem utrique ad Ba-
dianum exercitus ſedent, atque occaſionem
bene gerendæ rei in dies expectant, Bouo-
nienſes miſſis cohortibus, ac turmis aliquot
Vineolam (61) Mutineoſibus, Mutinenſes
re cognita Plumatium Bonooienſibus VI.
Idus Octob. eripuerunt, atque utrique con-
tinuo Badianum reperierunt. Manente au-
tem adhuc obſidione, Mutioenſes extremum
tentare auxilium decrevere. Itaque enixe
adjuvantibus ſociis tantum virtute perfece-
re, ut invitis hoſtibus Badianum novis
præſidiis, commeatibuſque muniveriot. Qua
re lætitia ac cupiditate elati, ſuos, & ſo-
ciorum equites in agrum Bonooienſium
induxerunt, atque villis omnibus eorum
combureodis uſque ad amnem Rheni per-
veneruot, ibique per ocium nemine adhuc
ex urbe occurrente, aquati ſunt. Inde cum
ad Badianum prope ludibundi reverterent,
in pago S. Mariæ in Strata equitatum Bo-
nonienſium, qui eos à Badiano conſectatus
erat, præter opinionem inciderunt. Pri-
mum agmeo Cremonenſium equitum erat,
qui à Booonienſibus receotibus atque iratis
peti-

(57) *Confaloneri* ut quidem populi, non verò un-
quam *Vexilliferi* vocati, ſuntque iidem ac
XVI. viri Tribuni plebis, qui unà Maſſa-
riis Artium, Magiſtratuum, ſive Forum, &
Tribunal componunt, vulgò *de i Collegj*.

(58) Egit id Aſſiſii, præſente corpore, ac cum
magna, inſolitaque ſolemnitate Gregorius
die 16. Julii hoc A. 1228. novis ut ita apud
Deum Eccleſiæ provideretur in tot, tantiſ-
que anguſtiis opitulatoribus. *Franc. Angel.
Coll. Paradiſi lib. 1. tit. 5. per tot. fol. 5., &
6. Pagi Breviar. Pontif. T. 2. fol. 149. n. 12.,
& 13.* Errant igitur graviter, qui Peruſii,
& die 19. Julii actam celebritatem ſcri-
bunt, cùm id non de Canonizatione, ſed
de literis Apoſtolicis ſuper eadem verifice-
tur, ideòque corrigendi *VVadingus* alias
author diligens, *Ciaconius* alias Scriptor ſo-
lertiſſimus, & qui ſunt alii actum cum
actu confundentes. *Em. Petra ad Conſtit.
Apoſt. T. 2. fol. 510. num. 8. Ghirardacc. fol.*
147.

(59) *Baſſianum* intellige, & propriè, vulgò *Baz-
zano*, quæ vilis admodum, & abjecta eſt
hodie agricolarum, & bibulcorum Com-
munitas fuit vix nomine cognita, & Ar-
chipresbyteralis Eccleſiæ titulo freta S. Ste-
phano dicatæ. *Ghirardacc. fol. 147. M. Eliſ.
Soror. in Hiſtoriograph. §. Bazzanum*, ubi,
quod ſi dudum hoc nomine ejuſmodi Ca-
ſtrum clarebat, ac quantum inſignis quon-
dam locus erat, hodie etiam, ac ita, &
longe magis modò hoc cognomento reful-
get ampliſſimus Vir *Matthæus Bazzani* Civis
noſter, Philoſophus, & Medicus Collegia-
tus, Lector Pub., & Anathomes celebra-
tiſſimus Profeſſor, ac Inſtituti Scientiarum
ab obitu *Cl. Lælii Trionfetti* Præſes.

(60) Etſi Joſeph Tuſchus Præfectura populo con-
ferente utens Rempublicam per populum
moderandam, cognominandamque inſti-
tuit, non per plebejos tamen adminiſtran-
dam, ſed per populares regendam voluit,
ut ſcilicet etiam Magnates, & ex Patritiis
Proceres adeſſent, modò ii eſſent, qui Po-
puli partes ſuſtinerent, qua de cauſa No-
biles populares vocabantur; hinc ad du-
cendas copias ejuſmodi, de quibus *Ghirar-
dacc. fol. 147. Vizan. fol. 105.*

(61) Dudum *Vinenia*, qui pagus innoteſcit Cl. Ludo-
vico Antonio Muratorio inde ipſo teſte pro-
gnato. Eſt autem Feudum nobile ſub ti-
tulo Marchionatus noſtræ Senatoriæ Fami-
liæ Boncompagnæ, quæ illud ſibi compa-
ravit die 5. Auguſti 1577. pretio Ducato-
rum 70. millium, per *Galleat. Uom. Illuſt.
di Bol. p. 2. fol. 64. Dolfi Fam. Nob. di Bol.
fol. 199. Sigon. infra ſub A. 1239. Ghirardacc.
fol.* 161.

petiti, cum eorum ſuſtinere impetum non poſſent, in fugam ſe conjecerunt, ac ſine dubio deleti omnes fuiſſent, ni Parmenſes, qui proxime ſequebantur, ſtatim, poſtremo Mutinenſes ſubſidio ſuccurriſſent. Pugnatum eſt autem, ſi quando alias, acriter, nec per hæc tempora pugna alia equeſtris fuit aut fama nobilior, aut ſtrage atrocior. XVI. inde Kal. Decemb. Mutinenſes tœdio diuturnæ ad Badianum ſtationis affecti, Parmenſibus aſſumptis ad Spilambertum acceſſerunt, & caſtrum Montis Budeli captum cremarunt. Quo facto Bononienſes felici ſucceſſu hoſtium perturbati, atque imminentis hyemis difficultatibus territi, ſequenti nocte Badiano receſſere, atque ibi præ aſperitate viarum bellicum omnem & tentoriorum, & machinarum apparatum reliquere. Re haudquaquam ad Badianum ex ſententia geſta, populus Bononienſis tantum iræ contraxit, ut Rolandum Forminum Plumatii Præfectum ſequenti menſe in urbem reverſum, cum Plumatium Mutinenſibus pretio accepto prodidiſſe vulgo argueretur, in Curia Communis invaſerit, ac per tumultum fœde confoderit.

1229 Poſtero inde anno, Aliprando Faba Brixiano Prætore, Fridericus pacem cum Soldano Ægypti, ut Pontifex judicavit, Chriſtiano nomine indecoram, inutilemque compoſuit, atque Hieroſolymorum urbe recepta, ibique Paſchate acto in Apuliam extremo Majo receſſit, atque erepta in Regno oppida recuperavit, & Capuæ conventu peracto de pace cum Pontifice agere rurſus inſtituit. Eodem menſe fœderatæ Civitates Legatos Veronam ad conventum miſerunt, ac communi decreto vetera cum adverſariis populis commercia ſuſtulerunt, ejuſque decreti obſervandi curam Prætoribus Civitatum ſingulis commiſerunt. Bononienſes duo bella, Imolenſe, & Mutinenſe geſſere. Imolenſis obſcurior fama eſt. Illud enim tantum in Actis invenio, Aliprandum Prætorem ineunte Aprili facultatem Carnevario Ozeno Prætori Faventino ineundi Imolenſis agri dediſſe, atque ab eo accepiſſe. Cum Mutinenſibus res geſtæ ut majores, ſic hominum memoriæ commendatiores. Bononienſibus, Badiani oppugnatione omiſſa, caſtrum alterum in eadem regione Sancæſarium viſum eſt adoriri. Itaque exeunte Auguſto advocatis ſociorum auxiliis, & Carrocio educto Prætor eò perrexit, ac majore, quam Badianum, rerum omnium apparatu oppugnare inſtituit. Neque vero Mutinenſibus ad defendendum alacritas defuit, profecti etiam ad ejus rei nuncium propere Cremonenſes, & Parmenſes ſocii animos addiderunt. Parmenſes Carrocium quoque eò ſuum adducere, atque Bononienſi opponere voluere. Prætor cum ſe firmo adverſus hoſtium impetum vallo ita muniſſet, ut ab eis lædi non poſſet, machinis operibuſque admotis tendit, ut paucis diebus in conſpectu hoſtium expugnarit, atque omnes, qui in præſidio erant, in poteſtatem adduxerit. (62) Ejus rei dolore Mutinenſes, ſociique accenſi, ſequenti nocte ultro univerſi in Bononienſes impetum fecerunt, valloque ſuperato ad prælium compulerunt. Ita magno utrinque animorum ardore pugnari cœptum. Bononienſes haudquaquam de ſa veriti jam inde ab initio animis Parmenſium Carrocium ſibi expugnandum deſtinarant, (nam magna pars laudis tum in potiendo Carrocio verſabatur.) Itaque machinas, quas manganellas vocabant, novo exemplo in plauſtra impoſuerunt, atque iis ad Carrocium admotis, tela omnis generis in eos, qui in Carrocio erant, jaculari cœperunt. Quod cum aſſidue per aliquot horarum ſpatium feciſſent, omnes ex eo cuſtodes, præter unum Jacobum Hoverium deturbarunt; is cum à ſuis, ut deſcenderet, periculo mortis demonſtrato, admoneretur, reſpondit ſe nolle deſcendere, ſed pro ſuæ honore Reipublicæ velle patrio in Carrocio mortem obire. (*) Dum autem Bononienſes Carrocium captivum abducere parant, Cremonenſes citato agmine advolant, atque in Bononienſes invadunt, & Carrocium iis, qui tenebant, disjectis, ipſum conſervant. Hos propere Parmenſes ſequuntur, præliumque conjunctis cum Cremonenſibus armis redintegrant, ac machinas Bononienſibus omnes eripiunt. Neque ſegnius Mutinenſes ex altera parte ſe inferunt: &, quòd Bononienſes à Parmenſibus, & Cremonenſibus jam premi, atque in fugam dari videbant, ad Carrocium eorum, tanti parandi decoris cupidi, perguat, atque inclinata jam Bononienſium re, facile in poteſtatem adducunt. Ita Bononienſes machinis, & Carrocio relicto domum ex male re geſta mœſti redierunt. Mutinenſes Sancæſario recepto cum Carrocium Bononienſium nobilis victoriæ monumentu Mutinam perducere vellent, Parmenſium anctoritate permoti deſtitere; cum illi dicerent, illuſtrem Civitatem non eſſe tantâ ignominiâ afficiendam, neque graviore injuris provocandam, ita Carrocium magna ex parte disjectum Plumatii relictum eſt. Parmenſes tamen machinas à ſe partas Parmam devexerunt, eaſque ad Baptiſterium, Epiſcopium, & Templum maximum non obſcuræ gloriæ gratiâ collocaverunt. (63) Quibus rebus haud contenti Mutinenſes, ingentibus Scultennæ amni molib. objectis, atque alveo non perfecto aquam ejus abſciderunt, & in agrum Bo-

(62) Acta res die 4. Septembris, & in poteſtatem adductis univerſis incolis uſque ad 520., Caſtrum igne per Bononienſes ſuccenſum eſt. *Griffon col. 110. dalle Pugliole, col. 256. Egnat. ad Gherardacc. fol. 249. ad princ. Vizan. fol. 107.*

(*) Magnanimitatis planè ſplendidum exemplum, & quod Hoverio tribuatur inſigne virtutis, fidei, & honoris monumentum; quo igitur cum ſecum ipſe lætatur, æque ſumma vecordia iis Mutinenſibus deteſtatur, qui præcipitem nedum fugam arripuere, & ſocios diſcrimini adigerunt; verùm inſuper infamiâ fortiſſimum Equitem fœdari ſatagebant, illum ad deſerendum Carrocium turpiſſimè adhortando. *Vizan. fol. 107.*

(63) Hæc ſed ſolus, & pro Patria Sigonius, quære eadem per alium ſi conſcriberentur, quia maximas, ut credi poteſt, difficultates paterentur, facilè idcirco, qui legit percipit, quæ fides danda Mutinenſi homini lapidem omnem moventi ad nomen oppido, & rebus ejus longè obſcuris mediis Civitatis noſtræ præclaris rebus geſtis alique vel ratione dandum. *Vroarell. obſerv. ad Stript. Hiſt. cap. 4. fol. 28., & ſeq.*

Bononienſem averterunt. His cladibus A
ultro citroque allatis vehementer Grego-
rius Pontifex perturbatus, Nicolao Epiſco-
po Regienſi mandavit, ut has Civitates ad
concordiam aliquam, quoad poſſet, addu-
ceret, literis ad eum in hanc ſententiam
datis. „ Conſiderantes, quàm multa ex
„ bello, quod inter Bononienſes, ac Mu-
„ tinenſes geritur, præter ſtrages corpo-
„ rum, diſpendia fortunarum, & pericula
„ animarum alia præterea immineant de-
„ trimenta, bis Apoſtolicis literis tibi
„ præcipimus, ut utranque Civitatem
„ adeas, eamque monitis, ac precibus ad
„ componendam pacem, aut certe longas
„ paciſcendas inducias adducas. Qui vero B
„ tua præcepta reſpuerint, in eorum Civi-
„ tatem interdictum, in Prætores, ac
„ Conſilium ſacram deteſtationem, appel-
„ latione omni remota, intendas. Peruſiæ
„ tertio Idus Octobris, Pontificatus noſtri
„ anno tertio. Quibus litteris Nicolaus
obediturus, utranque Civitatem adivit, &
cum earum Prætoribus in Conſiliis Gene-
ralibus collocutus, ut ſe præceptis ſuper
hac re ſuis obſequuturos jurarent, evicit
XIV. Kalend. Novembris Aliprandus Præ-
tor Bononiæ, & X. Henricus Mutinæ juſ-
jurandum ſuſcepit. Quibus rebus perfectis
ipſe XI. Kalend. Januarias ita pronuncia-
vit. (64) „ Ego Nicolaus Epiſcopus Re- C
„ gienſis ex mandato D. Gregorii Pontifi-
„ cis ad pacem, aut longas inducias inter
„ Bononienſes, & Mutinenſes componen-
„ das delegatus, receptis à Prætoribus &
„ Conſiliis utriuſque Civitatis ſolemnibus
„ ſacramentis de induciis inter ſe ſervan-
„ dis, & captivis reſtituendis, ex formula
„ compromiſſi dico, præcipio, arbitror, &
„ judico, ut ab hodierno die uſque ad
„ Kalend. Januarias primas à Kal. Janua-
„ riis primis uſque ad octo annos expletos
„ ipſi inducias inter ſe ſervent, ita ut nec
„ ſe inter ſe detrimentis ullis afficiant, &
„ tutos tranſitus præbeant. Legantur etiam
„ ab utraque parte bini, qui lites, ſi quæ D
„ inciderint, judicent, caſtrum nullum
„ novum intra tempus induciarum juxta
„ fines per duo millia paſſuum conſtruatur;
„ exules in finibus verſari non permittan-
„ tur, neque juventur bello qui arma al-
„ teri horum intulerint, ſi bellum in fini-
„ bus erit. Mutinenſes, Parmenſes, &
„ Cremonenſes, qui contra Bononienſes
„ ſteterunt, proſcriptorum numero à Bo-
„ nonienſibus eximantur, itemque Bono-
„ nienſes à Mutinenſibus. Mutinenſes
„ aquam Scultennæ, quam in agrum Bo-
„ nonienſem immiſerunt, coerceant uſque
„ ad Kalend. Januarias proximas, & per
„ ipſum induciarum tempus ſuo manare
„ flumine ſinant. Qui vero non obtempe-
„ raverint, Pontificia auctoritate à com-
„ munione piorum amoveo. Actum ſupra
„ limen ædis S. Egidii ad Muriam, præ-
„ ſentibus Fratre Gualla Legato Pontifi-
„ cis in Lombardia, Raymundo Abbate
„ Nonantulano, Tancredo Archidiacono
„ Bononienſi, Benedicto Abbate S. Petri
„ Mutinæ, Ugone Lupo Prætore Cremo-
„ næ, & Cavalcabove Parmæ, ac Par-
„ menſium, Cremonenſiumque Legatis. Jaco-
bus Balduinus Prætor Genuam eſt accitus.
Extremo anno conventu Mediolani coacto
Prætores fœderatarum Civitatum fœdus ad S.
Zenonem Motii ictum, novo ſacramento fir-
marunt. Quietior inde annus Pagano Petra- 1230
ſanta Mediolanenſi Præturam gerente ex-
cepit, à Christo nato ſupra milleſimum
ducenteſimum triceſimus, ceterum ab aqua-
rum inundatione infeſtior, nam imbribus
continuis amnes ita creverunt, ut agrum
prope omnem obruerint, ſegeteſque corru-
perint. Caſtrum-Francum lapideis muris
cingi cœptum. Lanarii mercatores, qui
pannos conficiendos curabant, nuper in
urbem accepti multis hoc anno privilegiis
ad incitandam eorum induſtriam decorati.
(65) Fridericus Pontificem Anagniæ con-
venit, ac tandem eum eo pacem reconci-
liavit. Veruntamen cum promiſiſſet, cauſ-
ſam ejus adverſus Romanos, à quibus
acrius premebatur, ſuſcepturum, in Ger-
maniam profectus fidem fefellit. Quare
novis eſt ab eo execrationibus oneratus.
Crepacorium caſtrum à Bononienſibus re-
fici cœptum, cum bello eſſet everſum.
(66) Poſtero anno à Friderico Lavellongo 1231
Brixiano Prætore ex Conſilii ſententia
vallis adverſus imminentia bella firma-
tum eſt. Idem nonnullas Lombardo-
rum familias (67) adverſariæ factionis
potentia domo pulſas, cum Bononiam
commigraſſent, in urbem accepit, at-
que Altedenſem, & Minerbianum
(68) agrum pretio duûm millium libra-
rum

(64) Igitur *Laudum* iſtum die 22. Decembris 1229.
Aliprando Fabe Bononiæ Prætore, præſen-
tibus inter alios Hegone Lupo, ex Mar-
chionibus Soragnæ Parmenſi Equite, de
quo *Ariſ. de Prætor. Cremonen. ad hunc An-
num fol. 7. Ghirardacc. fol. 149. ad finem*,
& Fr. Guallo Legato Pontificio, ac tunc E
Priore S. Nicolai de Vineis Bonon. ex Or-
dine Prædicatorum, qui concionibus ſuis
pleriſmùm voluit ad has inducias firman-
das, ac modò ſub Beati titulo veneratur;
de quo *Vizan. fol. 108. dalle Pugliole, col.
256.*
(65) Confirmat *Ghirardacc. fol. 150. ad princ.* Hæc
arx, quæ per plura ſæcula inter Scotici, &
Canabis ulteras, medium locum ad ditan-
dam Bononiam, populumque ipſius occu-
pandum tenebat, & quo aut fato, aut re-
rum humanarum viciſſitudine neſcio, mi-
ſerandum adeò in modum opinione, &
fortuna declinavit, ut ammodò vix no-
mine ſuperſit.
(66) Adhuc Caſtrum ſubſiſtit, & Bononienſium
legibus regitur, alienu licet, quàm Bono-
nienſi ſubſit Antiſtiti. *Ghirardacc fol. 150.
M Eliſ Seror. in ſua Hiſtoriog. §. Crepaco-
rium. Vizan. fol. 108.*
(67) CL. referentur à *Griffon. col. 121. dalle Pu-
gliole, col. 256.*, & à *Vizan fol. 108. Ghi-
rardacc.* verò ampliat uſque ad ducentas,
fol. 150., ubi *Egnat.* tradit, fuiſſe præſertim
ex Cremonenſibus, Laudenſibus, Novoco-
menſibus, Alexandrinis, Mediolanenſibus,
Vicetinis, Veronenſibus, Brixienſibus, Pa-
pienſibus, & Bergomatibus.
(68) Agri prior pars antiquitus *Villa Comitum* vo-
cabatur, dictaque eſt poſtea *Altedum*, quaſi
altius alatæ tecta; ex palude namque ho-
rum colonorum induſtria, ad ſationem,
& culturam ager redactus; Poſterior au-
tem ſylve, & nemus dumetis, & tribulis
referta pari ſtudio ad fruges uberrimè red-
dendas deducta eſt, conſtructo deinde Bur-
go ære Jacobi Card. Inſulani de S. Roma-
na Sede benemeriti, qui oneroſâ proinde
cauſâ in dominium e Conſilio Pop. Bonon.
lo-

rum (69) accepto attribuit, ac loca in urbe ad ædes conſtruendas aſſignavit. Jam enim ſimultates Guelforum, & Gibellinorum ſic exarſerant, ut in una ambo verſari Civitate non poſſent. Atq; hæc peſtis præcipue ſocias Friderici Civitates invaſerat, Mutinam, Regium, Parmam, Cremonam, & Papiam, ex quibus qui Eccleſiæ ſtudebant, potentiâ adverſariorum oppreſſi, tandem ejecti ſunt. Bononienſem vero Civitatem diverſa longe ſeditio fatigavit. Henrico Epiſcopo decimas frugum inveterato jure exigenti Civitati occurrere placuerat. Ea de re Epiſcopus ad Pontificem confugerat, Pontifex arbitrum ad id cognoſcendum Palmerium Canonicum S. Auguſtini à Capaneola dederat. Palmerio autem arbitrium adverſus Civitatem pronunciare cunctante, accidit, ut maleficium in Caſtro S. Joannis in Perſiceto commiſſum ſit. Quod ubi Epiſcopus audivit, continuo miniſtros ſuos ad eam rem inquirendam ire juſſit. Prætor autem, ut jus ſuum retineret, ſuos & ipſe miſit, ac miniſtris Epiſcopi mulctam, niſi incœpto deſiſterent, atque inde recederent, dixit, hominesque amplius centum ex caſtro ad ſe venire, & apud ſe ſacramentum dicere juſſit. Tum Gregorius harum rerum certior factus Idibus Martii litteras ad Palmerium dedit, eumque ſine cunctatione pronunciare juſſit. Quibus de rebus incenſus Fridericus Prætor, ex Conſilii ſententia omnia Epiſcopi caſtra invaſit S. Joannem, Unciolum, Maxumaticum, Podium, Doliolum, Caſtrum Epiſcopi, & alia, itemque ripaticum ei Dolioli eripuit, & hoſpitali pontis novi Rheni rectorem novum, vetere ab Epiſcopo dato remoto, impoſuit, & ne quis laicus in caſtris Epiſcopi pro Epiſcopo Gaſtaldiatum exerceret, &, ne clericis more ſolito nuncii ad repetendas decimas darentur, edixit, ob eam rem Palmerius arbiter in Fridericum Prætorem, & Omnibonum, atque Osbertum de Leno Judices, totamque cohortem ejus; præterea in Conſiliarios Civitatis, Antianos, Magiſtros artium, armorum, & vicorum execrationis, Epiſcopus vero etiam interdicti ſententiam promulgavit, ac Civitatem prorſus, pariterque eidem inviſus circa Kalendas Septembris Regium ſeceſſit. Mediolanenſes nullum tempus de Friderici pernicie cogitandi prætermittentes cum reliquis Civitatum fœderatarum Rectoribus iterum convenere, ac renovandi adverſus eum belli rurſus conſilia contulere. Quod ubi Fridericus accepit, rei tantæ impedimentum, ac moram aliquam allaturus, continuo conventum Ravennam indixit, ac Kalendis eò Novembribus venit, & die Natalis Domini diadema imperatorium, licet abſtentus, geſtavit. (70) Rainerius inde Zenus patricius Venetus Præturam adminiſtravit. Itaque V. Idus 1238
Januarias Gregorius Reate literas ad Legatos ſuos in Lombardia manentes miſit, ut ipſum Prætorem Rainerium, & Commune Bononiæ ad reſtituenda ſua Epiſcopo caſtra cohortarentur, ne ipſe in eos durius conſulere cogeretur; iis autem ille adeo non paruit, ut ex Conſilii ſententia Prætores in omnia ejus caſtra miſerit, atque omni illum juriſdictione ſpoliarit. Quare Gregorius indignatione accenſus III. Nonas Junii Spoleto Parmenſi & Mantuano Epiſcopis per literas imperavit, ut Prætorem Rainerium, & Fridericum, & cohortes eorum, atque totam Bononiæ Civitatem cœtu piorum amoverent, atque amotos in omnibus Lombardiæ, Romaniolæ, Marchiæ, & Tuſciæ urbibus divulgarent, ſimulque ut Scholaribus animadverſionis Eccleſiaſticæ denunciatione mandarent, ut urbe excederent, neque ante feſtum S. Michaëlis redirent. (71) Interim Fridericus Ravennæ uſque ad ſecundam Quadrageſimæ hebdomadem manſit, & cum Prætoribus ſociarum Civitatum, ne poſthac Prætores ex adverſariis urbibus aſciſcerentur conſtituit, ac reliqua belli gerendi conſilia, rationeſque communicavit. Inde, cum fruſtra conventuros Principes expectaſſet, ac Legatos duos à Pontifice ad ſe de pace deſtinatos audiſſet, Pontifici iratus Aquilejam uſque diſceſſit, ibique opportuno Germanicorum Principum occurſu conventum peregit, atque inde paratis triremibus in Apuliam, omni adverſus Lombardos conatu ad nihilum redacto, revertit. Eodem anno muri Caſtri-Franci perfecti ſunt, cujus rei gratiâ populus lætitia elatus omnes rerum capitalium tabulas concitato tumultu in foro exuſſit. Agros vineaſque à locuſtis, & gryllis immenſa multitudine populantibus devaſtatos ſæva grandinis procella prope in totum evertit. Infelicem inde annum multo 1239
infelicior alter excepit, quo Ubertus Vicecomes alteram Præturam adminiſtravit, Civitate cibariorum omnium, ſed maxime vini ad tantam inopiam redacta, ut etiam ſponſalia ſine vino celebrarentur. (72) Manente adhuc Sacrorum interdicto Gregorius Idibus Januarii Epiſcopo indulſit, ut clauſis templi portis, mutiſque campanis, ac vocibus ſummiſſis divina Officia celebran-

locum ſibi, ſuæque Familiæ in perpetuum quæſivit, quam conceſſionem Martinus V. poſtea probavit, & ratham habuit, eaque ab ætate gens eadem Inſulana pluribus nominibus clara, pacifica, perpetuaque in poſſeſſione permanſit. *Fiamelli, Codeborſ. in ſuo Memorial. ad A. 1412., & ſeqq. M. Eliſ. Macchiavell. in ſua Hiſtoriog. §. Altedum, & §. Minerbium.*

(69) Eſt ſumma, æquivalens hodie libris XX. millibus Bononenorum æris monetæ currentis. Concordat *Griffon. col. 111. Bart. dalle Pugliole, col. 256. Vizan. fol. 108. Ghirardacc. fol. 150.*

(70) Ideſt, licèt anathemate irretitus, ac ut flocci Papam per omnem contemptum ſe facere obſcœniſſimè oſtentaret. *Ghirardacc. fol. 151.*

(71) Parère eſt nullus tamen auſus, reclamante Academia, in populo ipſam non contineri, cùm nullam dederit edicto cauſam. *Egnat. ad Ghirardacc. fol. 151.*

(72) Ne aqua tamen uterentur ſimplici, paratus potus ſaccaro, & aromatibus, itemque aceto ſapidiſſimè correcto. *Egnat d. fol. 151. ad finem.* Moleſta planè ea vini inopia, ſed adhuc toleranda, utpote temporanea, ac vitibus ſervatis indemnibus.

branda curaret. Res inde inter eum, & Civitatem, quod ad decimas pertinebat, convenit. Epiſcopus Centum, & Plebem caſtra ab ea oblata, rerum capitalium cognitione ipſi relicta, decimarum loco recepit, ac lite remiſſa ſimul Civitatem interdicto exemit, atque in urbem ingenti populi favore exceptus revertit. (73) Mœſtam interim multis de rebus Civitatem opportunus religioſi hominis in urbem adventus magna ex parte confirmavit. Hic fuit Joannes Vicetinus (74) ex ordine Prædicatorum Theologus, qui concionibus populum erudire ingreſſus adeo homines mira doctrinæ, & ſanctitatis ſpecie cepit, ut brevi univerſam Civitatem in poteſtate habuerit. Neque vero gravis popularium actionum materia deerat, novæ ſcilicet populorum diſſenſiones, inaudita factionum certamina, corrupta in omni genere vetus Chriſtiana diſciplina. quæ indiſertiſſimum quenque eloquentiſſimum reddidiſſent, præſertim vero cum hæc Deo ipſi improbari ſignis manifeſtiſſimis è cælo editis appareret, quibus ſuſpenſæ mortalium omnium merito mentes erant; ſatis enim cunctorum opinione conſtabat, terræmotus, diluvia, peſtilentiam, penuriam in Lombardia nulla unquam ætate graviores fuiſſe. Ex quibus nihil aliud peti declarabatur, quam pœnitentiam hominum, emendationem peccatorum. Itaque cum hæc ab Joanne hominum auribus ſingulari dicendi gravitate, & copia intonarentur, facile eos convertebat ad vota ſuppliciter Deo facienda pro divini numinis ira placanda.

Itaque urbani, agreſtes, artifices, militeſque cum vexillis, & crucibus religionis pleni vulgo eum ſequebantur, ei uni ſedabant, in ejus unius arbitrio ſe eſſe profitebantur, nullaque lis erat, quæ non per eum facile dirimeretur, nulla diſcordia, quæ non ſedaretur. Neque vero privati ſolum homines ultro controverſias ad eum ſuas deferebant, ſed civitas etiam ipſa, & Epiſcopus cum diu inter ſe contendiſſent de capitali juriſdictione exercenda in caſtris Sanjoannis, Unciolæ, Dolioli, Caſtri Epiſcopi, Podii, Maxumatici, Ulciani, Flexi, & Montis Cabalorii, ipſum totius controverſiæ arbitrum adegerunt, ſeque haudquaquam ab ejus ſententia receſſuros mille drachmarum auri ſacramento XIII. Kalend. Maji, præſentibus Tancredo Archidiacono, & Jacobo Balduino ſummis in gymnaſio Juriſconſultis, compromiſerunt. (75) Quin etiam idem carcere patefacto obæratos omnes, ipſo non ſolum patiente, ſed etiam annuente Magiſtratu, dimiſit; novas tabulas æquiſſimis creditorum animis intulit; egregia inſtituta multa in Civitatem induxit, quorum memorabile illud, ut in omnibus ſalutationibus familiaribus ſalus à Deo ipſo nunciaretur; ut matronæ limbos aureos, & ſerta laſciviora, & pretioſa redimicula dimitterent, ac capite velato prodirent. Leges Civitatis conſenſu ejus correxit, (76) pridie Idus Maji ſupplicationem per urbem ſolemni cum pompa agens univerſam ſecum Civitatem traxit nudis pedibus incedentem, (77) poſt biduum cum in Conſilio ſtaret, atque ibi verba

(73) Contigiſſe hanc concordiam die 6. Julii A. 1232. ſcribit *Bartol. dalle Pugliole ſub A.* 1231, itemque *Vizan. fol.* 109. *Falcon. fol.* 217. *Sigon. idem de Epiſc. Bonon. Ghirardacc. lib.* 5. *in fine, fol.* 152. *ibique Egnat.*, ubi quod ſi Epiſcopus habuit hæc Caſtra, eadem loco Decimarum habuit ex cauſa onerosa, vel quaſi, & proinde quòd non niſi per violentiam potuit ea ſpoliari.

(74) Noſtri communiter, & præſertim *Bart. dalle Pugliole, col.* 257., *& ſeq.*, ubi fuſe. *Sigon. de Ep. Bonon. Falcon. eod. tract. fol.* 237., *& ſeq. Vizan. fol.* 209., *& ſeq. Ghirardacc. fol.* 151., *& ſeq. lib* 6. Hinc appellatus communiter *Pacificator*, & *Apoſtolus Lombardiæ*, ſuiſque per noſtros Magiſtratus, qui plurimum ſententiæ ſuæ detulere, ac voluntati ejus nihil abnuerunt, Civitate Bononienſi donatus, juxta morem gratiſſimorum eorum temporum, ideòque ſe vocare, ac ſubſcribere ſolebat: *Ego Fr. Joannes de Bononia nunc, qui olim fui de Vicentia oriundus*: Et erat de Familia *Schiorum*, ſeu *Sichiorum*, Vicetiæ. Vide *Burſell. in Chron. & Ghirardacc. d. fol.* 153., ubi inter alios, quos recitat allectione creatos Cives Bononiæ, memorat *S. Dominicum* Ord. Prædicatorum Inſtitutorem, allectum die 3. Maji 1221. *S. Vincentium Ferrerium* occaſione, qua concionibus, & miraculis longè claruit Bononiæ de A. 1415. Hunc *B. Joannem Skirum*, cognomento *Pacificatorem*; *B. Manfredum de Vercellis* ſub A. 1419. *B. Bartholomæum Bragantium* Ordinis Equitum S. Mariæ Glorioſæ Inſtitutorem de A. 1261. *S. Franciſcum Aſſiſiatem* Minoritarum Fundatorem; *S. Thomam de Aquino* Angelicum Doctorem de A. 1266. *S. Antonium Patavinum*, cognomento *Taumaturgum*, & Pub. Theologiæ, ac fuit Aquinas, Profeſſorem, & alios miſſis *S. Bernardinum Senenſem* ſub die 20. Maji 1443., qui etiam die poſtea Aquilæ in Veſtinis, nunc Aprutio, ſequenti A. 1444. ætatis vero ſuæ 66. ſanctiſſime deceſſit, per *Spondan. Annal. T.* 1. *fol.* 911. *num.* 12.

(75) Signatæ Compromiſſi tabulæ die 19. Aprilis 1233. ex eodem *Sigon. de Epiſc. Bon. Ghirardacc. fol.* 154., *&* 156., ubi *Egnat.*, qui ſubdit; *Beatum Joannem* detrectaſſe à ſe ſolo *Laudum* ferre, cùm ſciret Theologos in hac re minus peritos, adjunctos autem poſtulaſſe *Tancredum*, atque *Balduinum*, & quia ipſe habebat multam opinionem de illorum ſcientia, & conſcientia, ac quia nollebat facere hanc injuriam primæ Academiæ Orbis, maximèque Legum matri, quod coram ipſius Doctoribus, & in frequentia ſuorum Legum celeberrimorum Interpretum, neſciens, ajebat, in hac re literaturam, tantum diſſidium aſſumeret per ſe dirimendum. *Falcon. fol.* 238. *Vizan. fol.* 210.

(76) Omnes, qui ſupra, nemine penitus diſcrepante, adhibuitque Viros doctrinà graviſſimos, quorum conſilio bene re expleta, correctum Codicem in manibus Prætoris, & Antianorum collocavit, qui admirati primùm ejus diligentiam, ac inde prudentiam in emendatione, quanta ſide ſpoponderunt à conſtitutis per eum legibus non recedere, tantum intellexere veriſſimum eſſe, quod per vulgus jam certò credebatur, ipſi Angelum res ſuggerere, prout ſuggerentem conſpexiſſe plerique fatebantur. *Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 154.

(77) Ab Eccleſia S. Nicolai de Vineis egreſſa ſupplicatio, progreſſaque eſt ad IV. Sacella Crucis per S. Petronium, quondam erecta, ac inde in Metropolitanam declinavit, è qua benedicente Præſule plebi ſuæ reverſa eſt in Ædes Prædicatorum, ubi Joannes poſtquam zelo prope divino efficaciſſimam habuit concionem, Cruce interim ſuper caput ejus fulgidiſſime micante, unictos benedictione ſua Concives in contritione multa, & lachrymis largita, & acceptam, pollicitiſque identidem ſucceſſive per tempora Apoſtolicis Dei miniſtris, qui Populum vel in fide continebunt, vel per miracula ad pœnitentiam reducent, potiſſimum autem conterraneum ſuum Bartho-

lo-

verba de civium concordia faceret, viſus eſt à fronte crucem effundere, quod divinitatis argumento accepium multo magis auctoritatem ejus adauxit. (78) Alio die pro concione cum in fœneratores agere inſtituiſſet, ita vehementia, atque aſperitate orationis ſuæ populum incitavit, ut mox tumultu facto ad ædes Landulfi cujuſdam fœneratoris inſignis advolarit, eaſque malum Landulfo imprecans diſturbarit. (79) Cum oſſa B. Dominici humili atque obſcuro in loco recondita haudquaquam eam ſedem tencreot, quæ creditæ de homine ſanctitati conveniret, auctor fuit, ut inde eruerentur, ac lapideâ arcâ quadratâ conſpicuo maxime in loco reponerentor. Ante diem decimum Kalen. Junias ea translatio magna cæremonia, & celebritate Civitatis peracta. (80) XII. Kalend. Jul. in Conſilio Generali & Speciali, Conſulibua argcutariorum, & Magiſtria artium, & armorum advocatis arbitrium ſecundum Civitatem adverſus Epiſcopum pronunciavit, (81) atq; urbe profectus ſuſcepto in Lombardiam itinere inter Caſtrum Ftancum, & Caſtrum-Leonum longam habuit ad milites utriuſque loci præſidiarios concionem, & cum à populo retineretur, tamen Patavium eâdem pervecturua ſe contulit. (82) Per eoſdem dica floruit & Frater Gerardua Rangonua Mutinenſis ex eodem ordine tantæ integritatis & innocentiæ vir, ut propterea à Parmenſibus ad Civitatem ſuam adminiſtrandam aſciſceretur, ac multa in Chriſti nomine ſigna patrarer, quem familiariter uſum eſſe S. Franciſco ſcribit Salimberiua hujus ætatis æqualis. Ceterum quæ pietatis cura Bononienſes hoc anno cepit, eadem reliquorum etiam animis Italicorum objecta eſt, cum multi in omnibus Civitatibus concionatores ex novis Dominici, Franciſcique familiis exiſterent, qui labentea populos ſuſtinerent, erranteſque ad pœnitentiam, ingentibus, atque aſſiduia clamoribus revocarent. Quorum vocibua matutinia, & pomeridianis incitati, ac tacita quadam religione perfuſi, in urbibus, caſtris, agriſque omnium ætatum, ſexuum, ordinumque homines laudes divinas per vias incedentes canebant, ac Deo gratias agebant, cruces, & vexilla præferentes, ac ramos, & candelas accenſae tenentes. Ex quo hic annus vulgo generalis devotionis annua. Prætore 1234
inde Vidone Raulo Faventino hiems frigoris immanitate ac diuturnitate ſæviſſima fuit. Nam vina ita conglaciarnnt, ut ne ipſo quidem perfracto cado liqueſcerent; pania gelu ſic obduruit, ut non niſi ſecuribus frangi, aut maximo igne reſolvi potuerit; ex quo maxima pecudum arboremque pernicies conſecuta. Unde inopia, & inopiam peſtilentia gravis excepir. Monſtrum in montibue natum, gemini pueri corporibus ad umbilicum inter ſe nexi, quorum alter ſimul ac natus eſt, alter poſtridie mortuus eſt. Lupi eriam urbea ingreſſi, capti, ac ſuſpenſi ſunt. Albertus Lambertaccius Gabricle Sanctio inimico ſuo in foro occiſo, ingentem in urbe tumultum excivit, & quanquam Alberto in exilium à Prætore miſſo levata ſeditio in præſena eſt viſa, hæc tamen res magnis, quæ poſtea eruperunt, diſcordiis initium attulit. Eodem anno fœderati Fridericum ab Icilino & Cremonenſibus excitatum in Lombardiam iter parare certiores facti, bellum cum Friderici ſociis renovarunt. Inprimis Bononienſea, antequam tempua induciarum exiret, cum exercitu in fines Mutinenſium incurrerunt, & Carrocio Samodiæ in ripa relicto, Badianum, & Sancæſarium petierunt, ac tractum illum univerſum igne, ferroque, exeunte Junio, miſcuerunt; neque tamen caſtra ipſa, quod validis cuſtodiri præſidiis cernerent, aggredi voluerunt. Mediolanenſes autem Placentinia, & Brixiania accitis Julio menſe in agrum Cremonenſium induxerunt exercitum. Utrinque, cum Carrocia ſociarum Civitatum adeſſent, ad Zeoevultam pari robore animorum, armorumque concurſum. Pacis mentione nequidquam illata induciæ convenere. Novembri inde menſe Frinianenſes ſive terrore perculſi, ſive pecunia corrupti, ſive utrunque, à Mutinenſibua ad Bononienſes defecerunt. Frinianum in Apennino regio eſt (hi quondam Friniates Ligures videotur fuiſſe) ex multis caſtria montanis conflata, cujus poſſeſſionem Mutinenſea anno MCCV. ſibi ipſorum deditione armis expreſſa pepererant.

lomæum Bragantium, Vincentium, Valantinum, Manfredum Vercellenſem, Bernardinum de Senis Jeſus nominis propagatorem ſanctiſſimum, atque alios in magna cordium conſolatione dimiſit; cujus rei ideo in memoriam conſuevere poſtea Prædicatores uſque ad A. primi Jubilæi 1300. parem quot annis hac die 14. Maji ſupplicationem ad eadem inviſenda ſacratiſſime Sacella inſtituere.

(78) Crux ſupra caput ejus aurea, quod ſæpe contingebat, radiis adeò fulgida, & coruſcans apperuit, quòd ſplendidiſſimum cœleſte Sydus æmulans, neminem permittebat diu oculos in ipſum figere, hocque tunc potiſſimum factum eſt, die ſcilicet 16. Maji 1233. cùm inſtare apud Magiſtratus cœpit, ut Corpus S. Dominici de humili in digniorem locum referretur; *Sigon. de Epiſc. Bonon. Gherardacc.*, *& Egnat. poſt alios*, *fol.* 154.

(79) *Griffon. col.* 111., & *Bart. dalle Pugliole*, *fol.* 257. hoc ponunt ſub A. antecedenti 1232. *Sigon. verò de Ep. Bonon.*, *& Gherardacc. fol.* 154. hoc A. 1233., & ex concione B. Joannis id contigiſſe tradunt.

(80) Capitulo generali convocato, à B. Jordane Teutonico II. Mag. Gen. Ordinis intereſſente, cum Prætore Uberto Vicecomite, Antianis Conſulibus, & quampluribus aliis viris graviſſimis, effoſſa de primo humili ſepulchro ſub veſperam diei 23. Maji 1233. Oſſa Sanctiſſimi Patris ſunt, dieque poſtera 24. in novo marmoreo tumulo ad id parato, per Archiepiſc. Ravennatenſem, & Epiſcopos Bononien., Brixien., Mutinen., & Tornacenſ., ad rem per Gregorium IX. Papam delectos, piiſſimè repoſita, præcitatis ſemper præſentibus, fuere, commendatis area clavibus Prætori una, Magiſtro Generali altera, & tertia Priori Provinciali Fr. Stephano de Hiſpania. *Gherardacc. fol.* 155. *dalle Pugliole*, *col.* 258. *Sigon. de Ep. Bonon. Falcon. fol.* 239., *& ſeq.*, ubi pro die 9. Junii legas velim, ac apud *Gherardacc.* 9. ante Kalen. Junii, namque ita res veriteti adnectitur. *Egnat. ibi d. fol.* 155. *poſt med.*

(81) Die 22. Junii per *Gherardacc. fol.* 156., qui ad rem allegat *Regiſtr. nov. fol.* 232., *& ſeq.*

(82) Abiit ergo die 28. Junii, prout communiter noſtri teſtantur, *dalle Pugliole*, *col.* 258. *Gherardacc. fol.* 156. *Vizan. fol.* 110.

rant. Hugolinus Frignanus, & Gualandus Gualandellus nomine omnium capitaneorum Friniani Bononiam cum veniſſent, Vidoni ipſi Prætori, & Viviano Syndico promiſerunt „ ſe in perpetuum „ in auctoritate, arbitrioque Bononienſium „ futuros, bella eorum voluntate geſturos, „ oppida ſua & munita, & non munita „ daturos, hoſtes eorum pro hoſtibus ha„ bituros, pro boateria, & binis bobus „ quotannis tres ſolidos ſoluturos, nec „ quenquam, niſi nobilem, immunem eſſe „ paſſuros. Prætor autem, & Syndicus nomine Communis promiſerunt, „ ſe Fri„ nianenſes homines, & res in perpetuum „ adverſus quencunque, & præcipue ad„ verſus Mutinenſes ſervaturos, damnaque „ eorum omnia præſtituros. Atque hæc eadem in Conſilio à ſingulis Conſiliariis, & poſt à Capitaneis Frinianenſium ſingulis ſolemni jurejurando ſancita ſunt. (83) Gregorius Pontifex Dominicum Calagurritanum Sanctorum in numerum pia conſecratione
1235 redegit. (84) Bonas inde hoc anno res meliores quoque Carnevario Ozeno Mediolanenſi Prætore ſunt conſecutæ. Duobus in locis res cum hoſtibus proſpere geſta, primum adverſus Forolivienſes, deinde cum Mutinenſibus. Faventini à Forolivienſibus bello vexati auxilium à Bononienſibus poſtularant. Continuo Ravennas, & Proculeja Tribus egreſſa Solarolum, quod ex diœceſi Faventina à Forolivienſibus fuerat occupatum, recepit, atque ingenti inde præda abducta, ſimul Forolivienſium bello Faventinos liberavit. Inde Faventinis aſſumptis, adverſus Mutinenſes majore animorum alacritate perrectum. Ibi nuſquam acie dimicatum, excurſionibus, ac populationibus res eſt univerſa confecta. Primum montes adiere, ibique Maranum, Cilianum, & Plebem Trebii vaſtavere, deinde in campos digreſſi, Nonantulano, & Panſanenſe agro percurſo, ac populato terrore fugaq; omnia replevere. Poſtremo Scultemna amne trajecto, ac Mutinenſibus ad Foſſam altam duobus ab urbe millibus in fugam conjectis, uſque ad Siclam amnem effuſa excurſione penetravere. Quibus rebus offenſus (85) Mutinenſium populus, Parmenſium, Cremonenſium, Placentinorum, & Pontremolenſium auxilio foſſam apud Sabinianum inſtituit, in eamq; Scultemnæ aquam, novis flumini ſeptis objectis, induxit, eo conſilio, ut recto curſu delata in Caſtrum Francum impeteret, atque illud ipſo torrentis ex alto decurrentis impetu deturbaret; cui tanto ſtudio incubuerunt, ut nemo ullius conditionis exciperetur, qui non aut fodiendæ, aut egerendæ terræ vacaret. (86) Neque ſegnius adverſus Frinianenſes, qui rebellaeant, ſe geſſere. Nam Moncioni caſtrum ex iis unum, quæ ſe Bononienſibus dediderant, obſederunt, tandem receperunt, pœnamq; de ſex Capitaneis proditoribus gravem ſumpſerunt. Quibus de rebus gravius irritati Bononienſes poſthac bellum diligentiore ſibi cura, ac majore conatu gerendum ſtatuerunt, ejuſque rei cauſsâ tributum urbanis, atque agreſtibus imperarunt, cum jam Fridericus ex Apulia in Germaniam ad novos ab Henrico filio excitos tumultus compeſcendos abiiſſet. Petrus Andalus Genuam Prætor adminiſtravit. Jacobus Balduinus clarus in Gymnaſio Juriſconſultus exceſſit è vita, cujus mortem Petrus de Vineis in epiſtolis deploravit. (87)
Sequutus eſt inde annus, quo primum 1236
Compagnonus Poltronus Mantuanus, (88) oin-

(83) Conveniunt *Griffon col.* 111. *dalle Pugliole*, *col.* 258. *Ghirardacc. fol.* 157. *ibique Egnat.*, ubi, quòd Friniates Bononienſibus ideo ſe dederunt, quia ita meliùs ipſis erat, ac quia non poterant ampliùs ſuſtinere nimias Mutinenſium oppreſſiones, qui uſque graviter eos tractabant, quòd non emungebant ſolum, verùm quidem deglutiebant, & quod pejus erat, has extorſiones eatenus faciebant, ut poſſent ſuperbiæ eorum favere, ſuumque ambitum fovere, bellandi nempe cum Bononienſibus, & ligam manutenendi cum Parmenſibus, & Cremonenſibus, ad quod nunquam fuerant à natura vel comparati, vel inſtituti. Igitur falsò Friniatibus defectio, & nota corruptorum pecuniâ Friniatum nobis per Sigonium aut objicitur, aut impingitur; tortus enim contra pacta tributis, qui è fœdere pactionato reſiliit, non deficere, ſed ſe reintegrare, & priſtinum ſuæ libertatis ſtatum ſibi vindicare dicitur. *Vizan. fol.* 111.

(84) Non Perusii, ut perperam multi, & ipſe *Sigon. de Ep. Bonon.*, ſed Reate, & die 3 Julii A. 1234 *Falcon. fol.* 241 *Ghirardacc. fol.* 157., *ubi Egnat. poſt med. dalle Pugliole*, *col.* 258. *Vizan. fol.* 110. *Pagi in Breviar. T.* 2. *fol.* 156., *& ſeq.* § 32. *Em. Petra ad Conſtit. Apoſtol. T.* 2. *fol.* 348., aliiſque miſſis, *Echard. de Script. Ord. Præd. T.* 1. *fol.* 70. Hujus verò Canonizationis Bononiam relato nuncio, quæ ſolemnia, atque feſtivitates per triduum, & ſcilicet diebus 24. 25., & 26. Julii hujus A. 1234. acta, celebrataque ſint, non facilis eſt negotii repetere; equidem fuere eadem ſplendidiſſima, ac Urbe Bononia, & tanto Sancto Cive digna; Per id autem tempus in Protectorem Urbis poſt S. Petronium aſſumptus eſt, & *Beccariorum* Societas pariter in Patronum ſibi præfecit, quem ſingularibus officiis proſequitur. *Luminoſ. de Apoſa in collectan. rer. memorab. Bonon. ad hunc A.* 1234. cum quo procedit *M. Eliſ. Soror. de Cultu S. Dominici ab ejus obitu in hæc uſque temp.* § 1214.

(85) Terrore ultimo, nempe ex Caſtro-Leone ſubverſo perciti, ac quò ſe verteret, imminente ad mœnia hoſte, neſciunt. *Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 158. *Vizan fol.* 111., *& ſeq. dalle Pugliole*, *col.* 258. *ad finem*.

(86) Adeout, (crediderim tamen vel per jocum, vel ad emphaſim ſcriptum,) Prætor cultro dignitatis ſuæ inſigne terram effoderet, effoſſam autem ſuus Epiſcopus in Mitram injectam abinde deferret. *Egnat. d. fol.* 158. *ante med.*

(87) Noſtri ad A. 1240. referunt; *Ghirardacc. fol.* 163. *Alidoſ. Dott. Bologn. fol.* 92.

(88) Neque *Poltronus* ille, & *Mantuanus*, ſed *Paltronus*, & *Pontremulenſis*; Neque iſte Ubertus *Placentinus*, ſed *Mantuanus*; Quia tamen nondum ſolemne ſui officii ſacramentum Paltronus præſtiterat antequam moreretur, hinc non mirum, ſi publicum, quo aliàs par erat, funus non habuit; Etenim licèt vocatus, aut extractus, deſignatuſque ad Magiſtratum, continuò recipiat jus ad illum, atque ita debeat perfrui cunctis honorariis, & exemptionibus perſonam ſequentibus, ſicque nequeat ab eo momento in jus vocari, & contentioſa judicia ſecum inſtructa, in ſuſpenſo maneant uſque ad reportatam abſolutionem a ſyndicatu poſt depoſitum munus; non tamen nanciſcitur honorificentias, & jura dignitatis, quæ Magiſtratum actu gerentem ſequuntur, & ita, qui ſolemnem ingreſſum fecit, & ſimul juramentum præſtitit; namque hic Magiſtratum gerere, ille autem deſignatus ad Magiſtratum gerendum ſolummodo dicitur. *Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 158. *Griffon col.* 111. *Vizan. fol.* 112.

deiode eo mortuo Ubertus Surdus Placentinus Præturam geſſere. Eo anno graviſſimum in Lombardia bellum inier Imperatorem, Eccleſiamque rediniegraium; Fridericus enim compoſitis Apuliæ rebus fidele ſe Lombardorum obſequium amiſiſſe, quod majores ſui habuiſſenr, ioique paſſus, ſimul etiam à ſois, io primiſque ab Icilino à Romano incitatos, io Lombardiam & maxime Veronam cum maximo copiarum apparatu Septembri meoſe trajecir, & Cremonenſium, Papieoſiom, Parmeoſium, Regienſium, & Mutinenſium, qui præcipue io officio permanebaot, ad ſe auxiliis acceſſitis, arma ex Icilini ſenteoiia fœdsratis civitatibus Eccleſiæ auctoritatem ſequentibus inferre conſtituit. Tum Robertus Sbeſolerius (89) Bononienſis Prætor Patavii exercitum, & Carrocium Patavinorum in agrum Verooenſem adduxit, ni Friderici aoimum ab adoriendis Bononienſibus avocaret. Fridericus autem collectis auxiliis ſuis agrum Maotuanum populabundus ioiit, atque inde Cremonam ſe cootulit, ibique Octobri menſe tranſacto, impulſu Icilini Vicetiam prodiit, eamque proditione Kalend. Novemb. recepit, atque inde in Germaniam domeſticis ſeditionibus evocatus receſſit. Bononieoſes totum anoum in conficienda pecuoia, (90) & sparando bello, & auxiliis adverſus Fridericum ſociis civitatibus ex fœdere ſummittendis conſumpſerunt. (91) Icilinus meoſe Februario Patavium Eccleſiaſticæ parti ademit, ac pro libidine ſua nomine Cæſarii Vicarii adminiſtrare ioſtituit. Interim Fridericus rebus, Germanis compoſitis, Tridentum atque iode Veronam aeceſſit, ac dedeotibus ſe civibus Mantuam ipſam recepit, atque opportuois ab eis auxiliis acceptis multo validior factus ad caſtrum Montis Clari in agrum Brixiaoum ſe cootulit; atque io ditiooem adduxit. Poſtremo circa Idus Novemb. ad obſidionem Pontevici proceſſit, adverſus quem Mediolaneoſes ſo-

A ciorum maximum cum Carrocio exercitum eduxetunt, atque ad Cortem-Novam prœlio duriſſimo conflixeruot, ac Carrocio amiſſo ingeniem cladem acceperunt. (92) Ibi ioter ceteros Bononienſes, qui auxilio aderaot, magna ex parte capti, ac nonoulli quoque deſiderati ſunt. Hac victoria parta Fridericus Cremonam ſe contulit. Interea vero Bononienſes, oe hunc etiam, ut ſuperiorem, anoum ſegnem, ocioſumque traducereot, & ut vires hoſtium io plores partes diſtraberent, bellum adverſus Mutioenſes redintegrarunt, atque Badiaoo, & Sancæſario in præſens omiſſo, Caſtrum-Leooem ſibi oppugnaodum ſuſceperunt.
B Prætor VII. Kalend. Decemb. cum ingenti tormentotum apparatu egreſſus eò duxit, admotiſque machiois (93) locum taota vi verberare intendit, nt poſt dies octo in poteſtatem cum omnibus, qui in præſidio erant, adduxerit. Quo facto casttum ipſum à fundamentis continuo diruit, ac materiam omoem in Caſtrum-Franeum traduxit, captivoſqoe Bononiam in cuſtodias miſit. Erat ibi lateriria turris altiſſima, hanc, cum io terram deturbata procideret, tanto in aquas foſſæ incubuiſſe impetu feruot, ut ex ea iouſitatæ magnitudinis io viam lucius piſcis evaſerit, qui ad Prætorem delatus ſit. (94) Hujus caſtri adhoc humilia
C veſtigia Æmiliâ viâ eunti ſe offerunt. Ceterum qui ad Caſtrum-Leonem erant, tantæ de Mutioenſibos victoriæ compotes facti uſque ad flumeo Scultemoæ procurrerunt; & converſo io dextam itinere, Pootem alierum, qui Pons navicularum dicebatur, non ſine aliqoorum, & maxime Rolandi Gatti ſtrenui militis jacturâ, occuparunt, & trajecto flumine pagos omoes ulteriores fœde diripuerunt, atque vaſtatunt. Ubertus inde Corrigius Parmenſis 1238
Præturam accepit. Eo anno magni Faventiæ motus inſtitutarum factioonm cauſſa fuere. Albergheti qnippe, qui & Manfredi
D dicebantur, Eccleſiæ partem, Acariſii vero

Im-

(89) Abſconditum apud nos nomen; ſatiùs ergo legendum, *Lambertus* Hugolioi *de Gbiſolerus*, qualem hoc A. 1236. Patavii Prætorem nobis exhibet inter Prætorer ſuæ Patriæ *Portenar. della felicità di Padova lib* 4. *cap.* 7. *fol.* 134. *in fine*. *Dolfi dalle Fam. Nob. di Bol. fol.* 352., ubi pro 1237. ſcribere debebat 1236.

(90) *Argenteo*, & ideo cuſi Bononeni, quorum anterior facies, Stemma Communis, & Populi, inſcripto per gyrum verbo *BONONIA*; poſterior verò, ſive averſa, manus duæ in fœdere, ſive mavir fide, eum verbo deſuper *DOCET*; inferius autem *SOC. LOMBARD. RENOV.*, ideſt Societate Lombardim, aut Lombardorum, renovata. *Egnat. ad Gberardacc. fol.* 158. *ad finem*; *dalle Pugliola*, *col.* 259. *Aldoſ. Inſtruz. delle coſe più notab. di Bol. fol.* 200., ubi dicit ſignatam pecuniam a die 22. Aprilis, ſed porrò corrige: *per far guerra a Federico Imperatore, e ſovvenere quei della Lega, a fuſſe Società de i Lombardi*.

(91) Legendum *inſumpſerunt*; conſumere namque eſt perdere, & terere, quod injuriâ dicitur de domeſticis rebus componcotibus; ſed neque in hoc tantum inſumpſerunt, cùm in novis edendis virtutis monſtris Bononia occuparetur, nempe in edendis, producendiſque de imbelli quoque fœmineo ſexu Jureconſultis, ne poſt Accurſiam denatum, altera deficeret; Hæc celebratiſſima Bithiſia Amatoris Gozzadini fuit, quæ die Martis 3. Junii 1236. per Archidiaconum Tanchredum Doctor in Jure creata eſt, ac oppidò Cathedrâ inſignita, de illa publicè cœpit Leges interpretari die Jovis 23. Octobris ejuſdem A. 1236. ex *Egnat. ad Gbirardacc. hic fol.* 158. *Karol. Anton. Macchiavell frat. latiſſimè in toto ſuo Op. de Mulier Doctorat.*, & facit vetuſtiſſ. *Kalendar. Archygim in Octobri*, ibi:

„ 23. Hac die, A. autem S. 1236. Celeberr. D. Bithiſia filia D. Amatoris de Gozzadinis jam Doctor in Jure creata die 3. Junii hujus ipſius anni, cœpit publicè legere quam plur. Scholar. eum magna admiratione, & doctrina, ut videretur portentum, ad incomparabilem honorificentiam Archigymnaſii.

(92) Authumant *Griffon. col.* 111. *dalle Pugliola*, *col.* 259., qui profectò, ac reliqui nihil de iis, quæ ponit hic Sigonius, vel ſcribit. *Gbirardacc. fol.* 159., ubi peremptos, atque ex noſtris captos ſingillatim recenſet.

(93) Manganos intellige, Baliſtas, Bricolas, Arietes, &c., quorum tormentorum bellicorum machinas affabrè delineatas ſub oculos affert *Portenar. della felicità di Padova lib.* 5. *cap.* 5. *per totum*.

(94) Rem adnotat eamdem *Gbirardacc. fol.* 159., *& ibi Egnat. prope med.* ubi, quod delatoribus hinc nomen gentis *dal Luzzo* venit, cujus adeſt Bononiæ hoc nomine adhuc inſignita via, quæ inter vias ſtratæ majoris, & S. Stephani intercedit.

Imperii tuebantur. Cum autem prævalente Guelſorum factione, Acariſiorum pars ſemel Urbe eſſet exacta, Vido Raulus domo eum factione pulſus hoc anno ad Urbem eum ſuis revertit, ac præſidio interfecto Urbem recepit, & inimicos ſuos, in primiſque Alberghetum Hugonis ejecit; verum haud diuturna en lætitia fuit, nam paullo poſt ab Albergheto per vim in Urbem reverſo ipſe cum Acariſio eſt comprehenſus, atque in carcerem conditus. Fridericus autem ſecunda victoriæ principia perſecutus ad Brixiam obſidendam acceſſit, eamq; cum ſociis ſuis per tres menſes oppugnavit, neque eâ tamen potiri potuit, nimirum fœda Papienſium clade à Mediolanenſibus illata deterritus. Neque hoc anno ſegniter interea ſe Bononienſes geſſere. Cum Frinianenſes à Mutinenſibus ſolicitati in fidem rediiſſent, exercitum in Frinianum duxerunt, & vaſtata regione, Cilianum inſuper, quod Mutinenſes munivetant, miſſis per noctem militibus receperunt, atque illato incendio conſumpſerunt, (95) & quod Fridericum Urbi Bononiæ inhiare compererant, Urbem vallis, quæ
1239 infirmiora erant, ſepſerunt. Sequenti anno Ardicionem Luſcum à Ponte Carali Brixianum, & Ubertum Vicecomitem iterum deinceps Prætores fuiſſe invenio. Fridericus Veronâ Vicetiam, atque inde Patavium venit, atque ibi Paſcha celebrans ſe à Gregorio Pontifice in Cœna Domini novis exectationibus obſtrictum accepit. Quippe Gregorius diuturno bello, quod à Friderico in Lombardia gerebatur, aliquando modum imponere cupiens, Fridericum omnibus perſequi opibus ſtatuit. Itaque ipſum in Cœna Domini pœnis inferorum nova execratione devovit, Principibuſque omnibus, ne ei parerent, denuncivit, deinde fœdus cum Venetis, ut communibus armis Apuliam aggrederentur, percuſſit, ac Legatum legit Gregorium Montelongum Protonotarium, ut in Italia populos concitaret, & quacunque ope poſſet, bellum ipſi, atque amicis ejus inferret. Hujus adhortationibus Bononienſes impulſi, bellum eo vehementius Mutinenſibus, quos Pontifex jampridem cum ſociis eorum à Sacris arcuerat, facere decreverunt. Maxime autem ante oculos verſabantur Frinianenſes à quibus deſerti erant. Eam ob cauſſam Uberto Vicecomite Prætore ſtatutum, „ ut „ poſthac Prætor, ubi Magiſtratum iniſſet, „ recuperaret à Guallandellis, & Frinianenſibus, qui proditionem Communi Bononiæ fecerant, totam pecuniam, quam „ ab eo acceperant nomine Societatis initæ „ inter Commune, & ipſos Guallandellos, „ ac Frinianenſes, ab eis ſi poſſet, aut ab „ eorum prædibus, eamque auferret ab „ eis, aut eorum ſucceſſoribus, & poſſeſ„ſiones exigeret, quas habebant tempore „ contractus, eoſque exilio mulctaret, ne„que reſtitui poſſent volente, neque invi„to Conſilio: Quinetiam, ut major pecu„niæ copia haberetur, ſanctam, ne quis „ paganus in poſterum à tributo conſe„rendo immunis eſſet, aut ab aliis fun„ctionibus publicis eo nomine, quod ha„beret equos pro honore ſuo, aut alio „ modo, niſi eſſet ei impertatus equus à „ Civitate, & ſi quod Conſilii decretum, „ aut ſi qua ſententia ſuper eo reperire„tur, ne valeret. Quibus rebus decretis equites, Jacopino Prendipartio duce, in Frinianum progreſſi, Montem Turturem occuparunt; (96) inde digreſſi in campos uſque ad Portas Mutinæ excurſionibus effuſis evecti nemine prohibendi cauſſa occurrente, ſuburbio Portæ S. Petri incendium intulerunt, multiſque hominibus neci datis domum redierunt. (97) Tanti incœpti in præſens omittendi cauſſam credo Faventina oppugnatio attulit. Nam Gibellina factio, ut Vidonem Raulum, alioſque ſuæ partis primarios homines è carceribus Faventiæ liberaret, Gibellinoſque reduceret, Comites Mutilianæ, & Balneocaballi, ceteroſque Gibellinos ſolicitaverat, ac multis millibus hominum contractis ad Faventiæ oppugnationem acceſſerat. Guelfi autem, qui Faventiæ erant, cum, quanto in periculo verſarentur, animadverterent, ſubito auxilium à Bononienſibus petierunt. Bononienſes ſummo ſtudio tres Tribus cum Carrocio emiſere. Quæ ad hoſtes profectæ continuo acie conflixerunt, atque ipſis ſuperatis homines ducentos ceperunt, in primiſque ipſum Mutilianæ Comitem Aginulſum, omneſq; Bononiam quaſi in triumpho duxerunt. Ferociores deinde re bene utrobique geſta effecti, Societate cum Paulo Traverſario Ravennate factionis Guelſæ in ea Civitate principe juncta, bellum Mutinenſe intermiſſum ſibi repetendum cenſuerunt, ac pridie Nonas Auguſti trajecto Scultemna copias in Friniani fines induxerunt, ac Maranum, & Balugolam, cum modicis præſidiis tenerentur, ceperunt. Neque longius procedendum rati, ad Vineolam ſe retulerunt. Vineola antiquum oppidum fuit, quippe cujus etiam mentio per bella Berengariorum apud Liutprandum inveniatur, in colle poſitum. Quam his

(95) *Cilianu* nedum, quam *Malagrati* Caſtra combuſta die 14. Septembris, deductique Bononiam incolæ, ex quibus plures domicilium hic figentes, minime incelebres Familias inſtituerunt, præſertimque Malagrati a ſuo Caſtro appellati, quos quia defeciſſe pro Lambertaciis poſtea eſt creditum, *Ingrati* ergo nuncupati; quod ſi verum, ergo hi poſtmodum *Grati* vocati, unde originem trahant, habes. *Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 160. *ad med. Griffon. col.* 112. *dalle Pugliole*, *col.* 260., qui tamen occupatum Anno poſtero die 3. Julii Malagratum ſcribit operâ accolarum Caſtrorum *S. Agathæ*, & *Crepalcorii*. *Vizan. fol.* 112., *& ſeq.*

(96) Ita etiam *Griffon. col.* 112. *Vizan. fol.* 113. *Ghirardacc. fol.* 160. Eſt autem nunc *Montisturtaris* ruderum maſſa, incomptumque ſpectram ſuæ conditionis, ut noctuis apprime in caveam, & ſpecus ſit comparatum; *dalle Pugliole*, *col.* 260. *& ſeq.*, ubi quòd id accidit die 12. Auguſti 1239.

(97) Unanimiter omnes præcitati, qui prodigii loco habent, ac ſub admirationem cenſent, quare abolitum tunc infenſiſſimum, contumaxque ſuperis, & hominibus oppidum non ſit. *Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 160., & *Storlit. ad hunc Annum*, ubi per hæc concludit: „ Sed hoc crediderim factum a Do„mino eo inacceſſibilis providentiæ ſuæ con„ſilio, ut ipſis dilato ſupplicio, reſipiſcere „ ſi vellent, aliquando poſſent, ac ut Bo„nonienſes per illorum duram contentio„nem, exquiſitius & exercerentur, & pro„barentur.

his annis ab Alphonſo II. Ferrariæ Duce titulo Marchionis accepit, juvenis clariſſimus, nec minus literarum, quàm armorum ſtudiis deditus Jacobus Boncompagnus, cujus humanitate, ac liberalitate nos plurimum ad hæc ipſa non tam colligenda, quàm conſcribenda profecimus. Hanc igitur omni machinarum genere, cum ſe ſponte non dederet, manganis nempe, & gattis, & briccolis quatere ab omni parte ante exitum Septembris cœperunt. Interim Fridericus Patavio Vicetiam, Veronamque conceſſit: Et cum Albericus Icilini frater occupato Tarviſio ſe ad partes Eccleſiæ contuliſſet, eò accurrit, neque tamen quidquam profecit. Inde Cremonam reverſus motis Bononiam verſus caſtris, agros ejus campèſtres vaſtare inſtituit, & Caſtrum Plumatii oppugnatum negotio haud magno recepit; quippe vallo ligneo, quo uno munitum erat, incenſo, inde ad Crepacorium duxit. Quod cum cepiſſet, pariter Septembri menſe evertit, (98) ac V. Idus Septembris Mediolanum, ubi rei bene gerendæ ſpes certior oſtendebatur, revertit, ac per XXIV. dies agrum Mediolanenſem eſt populatus. Tandem ad Padum delatus, ibi Octobri menſe imbribus continuis detentus repentino fluminis incremento maximum periculum adiit; inde incolumis Cremonam evaſit. Interea Mutinenſes Vineolæ ſuccurrere volentes, Parmenſium, ac Ferrarienſium auxilia advocarunt, ac VI Non. Octobris eò pervenerunt, neque ullâ interpoſitâ morâ magna vi ſe in ipſas copias Bononienſium incitarunt. Quorum impetum ubi ſe ſuſtinere non poſſe Bononienſes viderunt, illico machinis omnibus relictis præcipites ſeſe fugæ mandarunt, magnamque partem exercitus amiſerunt, aliis in prœlio deſideratis, aliis in flumine, quod fortè imbribus intumuerat, raptim trajiciendo (99) ſubmerſis. Fridericus inde ex Lombardia exercitum abduxit, ut maturè Neapolitano Regno, quod vexabatur à Venetis, ſubveniret. Cum autem ex itinere caſtra Romam admoviſſet, tantum terrorem Romanis injecit, ut Pontifex periculi deprecandi cauſâ pias ſupplicationes indixerit, ac capita Apoſtolorum ad divinam, ut in extremis rebus, implorandam opem in pompa tulerit. (100) His de rebus eò vehementius Pontificia factio furere, in primiſque Montelongus Legatus vir acerrimus inſtare, ut bellum ſumma ope continuaretur, haud dubia ſpe fretus, profecto è Lombardia Friderico occaſionem rei bene gerendæ non defuturam. Et quoniam ferendum non putabat, Ferrariam, quæ ditionis erat Pontificiæ, à Salinguerra occupatam, contra Eccleſiam ſtare, ab ea oppugnanda initium ſibi ſumendum exiſtimavit. Bononiæ Legislatores creati Pr. Kal. Januar. leges duas in tabulas retulerunt juſſu Uberti Prætoris, & Moderatorum fœderis, & Conſilii Generalis, unam, ne Moderatores fœderis, aut alius ex fœderatis Cremonenſem, aut Papienſem aliquem, aut omnino ex parte Friderici reciperet; alteram, ne cui ex Civitatibus fœderatis Præturam gerere apud adverſarias Civitates liceret, utrique exilii pœnâ, & mulctâ bonorum indictâ. Montelongus armis cum Azone Eſtenſi, Venetorum Senatu, Alberico Icilini fratre, Tarviſium tenente, & Paulo Traverſario Ravennate, & fœderatis populis, ipſiſque in primis Bononienſibus collatis, ſequenti anno Rainerio Zeno ite- 1240
rum Prætore bellum aggreſſus eſt. IV. Nonas Februarias omni terreſtri, ac navali apparatu Ferraria obſideri eſt cœpta, ac per quatuor inde menſes continuos acerrime oppugnata, verùm à Salinguerra, Mutinenſibus, Regienſibus, & Parmenſibus omni ope defenſa. Demum capta, cum Salinguerra ad colloquium de compoſitione evocatus conditiones accepiſſet. Quibus non ſervatis, ipſe ætate jam exacta ſenex Venetias eſt delatus, ibique brevì poſt mortuus. Azo Eſtenſis pro Vicario in Urbe relictus, Stephanus Badoarius Venetus Prætor impoſitus; IV. Non. Junias Bononienſes, qui id bellum viris, armis, opibuſque omnibus juverant, ac maximum ad victoriam

(98) In Junio, Julio, & Auguſto id factum, *Bart. dalle Pugliole ſcribit col.* 261. *Ghirard. fol.* 161., ubi quòd prima hoſtilitas, ac obſidio per Henricum Regem aggreſſa fuit. *Vizan fol.* 113.

(99) Oratore fortaſſis, Hiſtorico autem minimè conveniens dicendi, ſcribendique forma, maximè quia à veritate devias, & totius hæc perniciei ratio quadraginta hominum jacturam non exceſſit. *Egnat. ad Ghirard. fol.* 161.

(100) Conveniunt *Spondan. Annal. T.* 1. *ad hunc A.* 1239 *fol.* 135., *& ſeq* n. 11., *&* 12., ubi de addita certis diviorum rei horis Antiphona *Salve Regina*, & *Pagi* fermè iiſdem verbis, in *Breviar. Pontif. T.* 2 *fol* 163. *ſub* n. 51. Et atri de felici ex his precibus exitu teſtantur, quod etiam ſcribit *Ghirard. fol* 261., ibique *Egnat. ad med.*, qui non incongruè ſcita digna hæc ſubdit, & nempe, quod cùm per Gregorium Pontificem ſuerit hæc devotiſſima actio, & ſupplicatio habita circa medium Decembrem Romæ, ac nuncios hinc inde oppidò ex Regularibus ablegaverit in Urbes ipſius partes ſuſtinentes, noveritque quantum Bononienſes ipſi ſuerint, promptique eſſent ad pietatem, & potiſſimum erga intemeratam Dei Virginem Matrem, cui ſub titulo Roſarii amplum, ditemque Sacellum in S. Dominici apud Prædicatores conſtruxerant, quod poſtea in melius ſemper reformatum, noſtris diebus nihi elegantiſſimum, magnificentiſſimumque conſpicitur, Bononiam propterea continuò expedivit Ven. Fr. Joannem Theutonicum jam Epiſcopum Boſnenſem, & ab Anno ſuperiori 1238 Provincialem Lombardiæ, virum pietate inſignem, & doctrina celeberrimum, qui ne habebat in mandatis, perventus Bononiam ante Feſta Natalis Domini cum ſociis Fr. Philippo de Caniſio Vercellenſi, & Fr. Jacobo de Varagine, die ſequenti ingreſſus eſt ad Prætorem, ceteroſque noſtræ Patriæ Magiſtratos, ac per eximiam Apoſtolico modo dicendi orationem aperta Pontificis mente de habendis publicè precibus, atque ſupplicationibus pro divina naniſcenda ope in præſenti tanta Romanæ Sedis, & illius fautorum calamitate, tantam dicendo, & perorando, zelo, & loquentia apud eos valuit, & potuit, quòd nihil voluntati ejus abnuendo, continuò, & prorſus diſpoſitioni ſententiæque ſuæ uno voto ſeſe accommodarant, publicis ſupplicationibus circumlata Deiparæ Imagine, fuſiſque ad Deum precibus; nec non indicatis grati animi in eoſdem præclariſſimos Nuncios teſtimoniis; quæ omnia, ne Notarum limites me exceſſurum vererer, ſuſiùs adnotatem.

riam propter vicinitatis opportunitatem (101) momentum attulerant, cum Ferrarienſibus, Prætore ipſo præſente, pepigere, ut Ferrarienſes omnes Eccleſiæ inimicos, præcipuè verò Mutinenſes, & Parmenſes hoſtium numero haberent, atque eis bellum ſecum inferrent. Poſtridie à Ferraria diſceſſum. Genuenſes à Friderici amicitia diſceſſere. Hac re accepta Fridericus furere ira cœpit. Itaque Apuliæ bello Præfectis commiſſo, in Marchiam Anconitanam adverſus populos Eccleſiæ infeſtis ſignis revertit, atque Aſculo capto in Romaniolam tranſiit, compertoque Paulum Traverſarium adverſariæ partis principem mortuum, Ravennam invaſit, eamque haud magno admodum certamine ſibi adjunxit. Poſtremò ad Faventiam menſe Auguſto progreſſus, acriter in reliquum anni ſine ulla intermiſſione obſedit. Narrant, cum pecunia ei deeſſet, nummos è corio factos, & ſigno ſuo notatos (102) præſtito poſt bellum confectum detrimento juſſiſſe accipi, & pro bonis expendi. Quibus malis Gregorius Pontifex motus, ut his mederetur, Romam Concilium advocavit. Bononiæ Henrico Epiſcopo ſumma Civitatis voluntate abdicante, Octavianus Ubaldinus locum obti-
1241 nuit. (103) Poſtero anno Othone Mandello Mediolanenſi Prætore Pontifex duos Legatos Jacobum Epiſcopum Prænestinum, & Othonem S. Nicolai in carcere Tulliano Cardinales trans alpes miſit, ut Epiſcopos ad Concilium accirent, & Reges contra Fridericum ſolicitarent. Is, cum Faventiæ obſidionem in hunc annum continuaſſet, tandem XVIII. Kalendis Maji in poteſtatem adduxit, nec, cum ſe dediſſent, fidem ſervavit. In agrum inde Bononienſem tranſgredi cogitans, cum urbem, quæ diligenter cuſtodiebatur, attingere non eſſet auſus, in arbores, vineas, ædificiaque deſæviit, atque iterum Civitatem, ut ſcribit Blondus, antiquo Gymnaſii jure publico edicto privavit, eoque Patavinum inſignivit. (104) Cumque audiſſet Legatos Cardinales, atque Epiſcopos ex Francia, & Anglia maritimo itinere Romam ad Concilium proficiſcentes, Henrico filio ex pellice genito duce, quem Hencium Germanico more vocatum Regem partis Sardiniæ fecerat, Piſanorum operâ, V. Nonas Junias comprehendit; ad extremum Romaniolâ univerſâ ditionis ſuæ factâ in Marchiam recurrit, ac Piſauro, Fanoque direpto in Ducatum tranſgreſſus, Tudertum, Narniamque recepit, atque inde in agrum Romanum tranſiit, ipſo Hencio filio Legato in Lombardia relicto. Harum rerum nimio Gregorius dolore confectus XI. Kalendas Septembris eſt mortuus (105) in ejus locum Cœleſtinus III. creatus poſt XVII. dies & ipſe diem ſuum obiit. Bononienſes quanquam bellicis curis impediti, haud tamen urbani decoris obliti, vias urbis, cum ſilicibus ſtratæ eſſent, lateribus ſternendas curarunt. Cardinalibus, qui creandi Pontifi- 1242
cis cauſsâ Conclave inierant, queſtis ſe libera comitia habere non poſſe, dum ille ad urbem cum exercitu eſſet, & duo Legati, quos ille in cuſtodia habebat, abeſſent, Fridericus obtemperavit. Siquidem exercitum ex Romano agro abduxit, & Legatos liberavit (106). Cardinales ubi Legatos

(101) Inofficioſus planè ſcribendi modus, & ad virtutis minuendum pretium quæſitus; etenim planè vel noſtrorum armorum causâ capta Ferraria, & Pontifici vero, ſupremoque Principi ſuo reſtituta; neque profectò aliud expectandum, adjuvante Deo vires noſtras, qui contra uſurpatores, & anathemate irretitos pro Vicario ejus miſerandum in modum conflictato agebamus. *Aut de Alexan de Bonon. incult. relig. § Per ea tempora, Egnat. ad Ghirardacc. fol. 162. poſt princ.*

(102) Ex una facie, capus ejus coronâ radiatâ redimitum apparebat cum his verbis per gyrum: FRIDERICUS II. IMP. AUG. Ex altera verò inſigne Cæſareum proſiliebat, Aquila nempè roſtro ſagittam, ſive fulmen gerens Ghibellinorum ſymbolum, & ſtemma, additi per orbem inſcriptione: ITALIA RECUP. ET HOST. PROFLIG. *Egnat. ad Ghirardacc fol. 162. Spondan. Annal. T. 2. fol. 138. n. 3. ad finem.*

(103) Electum fuiſſe 21. Februarii hoc A. 1240. ſcribit *dalle Pugliole col.* 261. Cæterùm quo ad illius abdicationem, atque hujus electionem conveniunt *Griffon. col. 112. Sigon. de Ep. Bonon. Falcon. eod. tract. fol 241. Vizan fol. 115. Ghirardacc. fol. 162. ad finem.*

(104) Ita quoque ex *Blondo Spondan. Annal. T. 2. fol. 146. ſub n. 10. Vizan fol. 116. & Ghirardacc. fol. 163. ad med. ubi Egnat.* ſubdens, tantum potuiſſe apud Academicos hoc edictum, quantum promerebatur; ſed nihil valebat, quia ab excommunicato Cæſare, & ſolius hoſtilitatis vitio profluebat; ergò in Doctorum, Scholariumque animis nihil potuit, quinimò accepta paucis antea annis a Gregorio IX. nova ſuarum Decretalium compilatione, adeò geſtire viſi ſunt, ut omninò deluſus Deo, & hominibus invitus ſe dereceſ abierit. Vide inſuper ad rem *Vizan. f.* 116. Dixi verò: *paucis antea annis*; namque licet Decretales fuerint compilari commiſſæ de A. 1230. per Gregorium S. Raymundo de Pennia-forti ex *Gonzal. ad Jus Canon. in Apparat. T. 1. ſub n. 52. fol. 19.* fueritque Opus abſolutum d. A. 1234. per *Spondan. eod. Anno in Annal. T. 2 fol. 117. n. 6* ac Innocentii III. & Honorii quoque III. exemplo illas Academiæ Bonon. Gregorius inſcripſerit, per eundem *Gonzal. ubi ſupra*; Ad hoc receptus Liber dumtaxat eſt de A. 1235., Octaviano Ubaldini nomine Archigymnaſii recipienſe, qui in locum Tancredi interea vitâ functi fuerat Archidiaconus ſuffectus, & porrò de A. 1241 tantùm decreta peculiaris Cathedra ad illum Scholaribus exponendum, ut apertè conſtat ex *Vetuſtiſſ. Kalendar. Archigym in Majo ad diem* 21.

(105) Igitur die 22. Auguſti 1241. centenarius propè, & laboribus feſſus premium æternum pro ærumnoſa vita conſequuturus è vita migravit mœrentibus Catholicis, & honeſtis omnibus viris. Bononiæ actum funus inſigne, ac notata dies obitus publicis in tabulis. *Egnat. ad Ghirardacc. fol. 163. ad finem, Spondan. T. 2. fol. 144. & ſeq. n 14. dalle Pugliole col. 262 Vizan. fol. 116. Pagi in Breviar. Pontif. T. 2. fol. 164. n 53.* ubi ponit ejus mortem ſub die 21. Auguſti; facit quoque *Vetuſtiſſ. Kalendar. Archigym. in Sextili*, ibi:

„ 22. Anniv. Fun. Sanctiſs. Gregorii IX.
„ Papæ Civ. Bonon., & q hujus Lycei
„ Pub Prof ad quod etiam miſit ſuam
„ inſignem Compilationem Decretalium,
„ de qua ſupra, ac quod accidit Romæ
„ hac die A. S. 1241.

(106) Si quæ nobis Sigonius de Friderico exponit vera eſſent, non inficior, mos Altarium honoribus cumulandum, ſanctioremque habendum Dominico, & Franciſco; ſed veritas eſt, quòd Sigonius ſibi libenti animo hæc imponi à Pariſio, ſive alias Abbate Stadenſi paſſus eſt, ut ad rem teſtatur *Spondan. Annal. T. 2. fol. 145 n 17 Egnat. ad Ghirardacc. fol. 164. Vizan. fol. 117. & ſeq. Pagi in Breviar. T. 2. fol. 166. n. 2.*

gatos adventare ſenſerunt, obviam ad Anagniam prodierunt, atque ibi Comitia Pontificia habere cœperunt. Henricus Rex in Lombardia Legatus Ronchajellum caſtrum Placentinorum obſedit. Mediolanenſes Lucinum, aliaque ex agro Comenſi caſtra receperunt. Bononienſes ab armis quieſcentes, turrim in paludibus adverſus Ferrarienſes conſtruxerunt, quam Ocellini vocarunt. (107) Caſtrum Monteſii in Friniano

A

ad fidem Mutinenſium rediit. Sequenti anno, Azone Pirovano Mediolanenſi Prætore, VI. Idus Maji ædes D. Mariæ ad Puliolas ab Epiſcopo Comaclenſi, jubente, ac præſente Octaviano Epiſcopo deſignato, eſt conſecrata, & ab utroque ſolemni indulgentia inſignita. VIII. Kalendas Julii Sinibaldus Fliſcus Genuenſis ad Pontificatum evectus, atque Innocentius IV. eſt appellatus. (108) 1243

(107) Conveniunt *Griffon. col.* 112. *dalle Pugliole col.* 262. *Vizan. fol.* 116. *ad finem. Ghirard fol.* 163. *ad finem.* Eadem porrò Turris de A. 1448. per Nicolaum V. fuit data in Feudum Ludovico Doctori ol. Joannis de Mariſcotis, per cujus deſcendentes adhuc poſſidetur: *Dolfi Fam. Nob. di Bol. fol.* 525. *& ſeq.*

B

(108) Inauguratus ergò P. Max. in ipſo Feſto die natalis S. Joannis Baptiſtæ 24. Junii 1243. univerſa exultante Eccleſia propter demum repletam Rom. Sedem, ex quo diu Paſtore ſuo Friderici tyrannide viduabatur. *Spondan. Annal. T.* 1. *fol.* 148. *n.* 3. *Pagi in Breviar. T.* 1. *fol.* 166. *n.* 3. *Em. Petra ad Conſtit. Apoſtol. T.* 3. *fol.* 2. *n.* 1., *& ſeq. Griffon. col.* 112. *Vizan. fol.* 118. *Ghirardacc. fol.* 164.

Si quando autem Bononiæ gratulatum, profectò hac occaſione eſt, promoto ad ſupremam Petri Cathedram Synibaldo hoc Fliſco, qui Bononiæ Azonem jam Senem, & Accurſium, Jacobumque Balduinum audivit, nec imò veritus fuit Scholam Bithiſiæ Gozzadinæ ingredi, quam pro ſingulari claritate in explicandis Juribus, ſummoperè conſiderabat, & porrò Cathedrâ & ipſe decoratus, ibi ſummo cum honore eſt profeſſus. *Pancirol. de Clar. Leg. Interp. lib.* 3. *cap.* 5. *fol.* 409. *& ſeq. Fichard. Vit. Juriſconſultor. fol.* 431. *Ego in Apolog. Theodoſ. Diplom. fol.* 32. *ad finem*, & alibi non ſemel alleg. *Vetuſtiſſ. Kalendar. Archigym. ad diem* 24. *Junii.*

Explicit Liber Quintus.

INCIPIT LIBER SEXTUS.

A INnocentio Pontifice declarato, nemo omnium extitit, quin rem cum Friderico brevì conventuram, diſſidiumque omne facile ſublatum iri putaret, cum eundem Cardinalem rebus Friderici ſumme ſemper ſtuduiſſe meminiſſet. Verùm longe ſecus evenit. Nam Innocentius ſimul cum Pontificatu Pontificium quoque ad vetera tuenda Eccleſiæ jura ſtudium nactus, nihil ſibi prius faciendum, quam ut ditionem Eccleſiæ repeteret à Friderico conſtituit, ac confeſtim exercitum ad recipiendum Viterbium miſit. Qua re cognita Fridericus haud mediocriter perturbatus, B & ipſe propere in Patrimonium ad eadem defendenda ſe retulit. (1) Ex quo ruſſus tota eſt ad arma Italia conſternata. Bononiæ tranquilla foris Republica, graviſſimè domi tumultuatum. VII. Idus Auguſti Ameus quidam Vidutium Griſonum inimicum ſuum medio adeptus in ſoro confodit, captuſque ac ſupplicio affectus varie animos civitatis affecit. XVIII. verò Kal. Octobris Azo Bonacurſii Frignani filius ſocio fratre ſuo aſſumpto Gibertum, & Barufaldinum Caſtelnovos occîdit, & cum in caſtrum Rufini ſe recepiſſet, ibi magna exulum contracta manu ſe communivit. C Quam rem Prætor omni puniendam induſtria ratus, ex Conſilii ſententia cohortes eò aliquot miſit, & caſtro levi momento expugnato omnes in poteſtatem adduxit, ac prodendi exempli cauſa ceteris reſte ſuſpenſis, Azonem in quatuor partes fœde diſcerpſit, caſtrum ipſum, ne exulibus poſthac perfugium fieret, muro munitum. (2) Neque verò meliorem fortunam, quamvis rem honeſtiorem aggreſſi, habuere Henricus Zachus, & Boniſacius Panicus exules Bononienſes, qui Veronam, ut Icilinum a Romano aſperrimum Eccleſiæ hoſtem conficerent, atque ejus facinoris D gratiâ patriam recuperarent, perrexerant. Nam ſor e deprehenſi, graves pariter Icilino pœnas dedere. Suſpenſa interea ad impendentis, ut omnes judicabant, gravioris belli cogitationem civitate, tributum ex Conſilii ſententia urbi, agro, caſtriſque ditioni Bononienſi ſubjectis eſt imperatum. Et, cum ceteri omnes lege in militiam cogerentur, Doctoribus tamen, ac Scholaribus, ne à ſtudiis ſuis avocarentur, publicæ utilitatis gratia temperatum; verba legis ejus hæc ſunt. „ Ut habeatur

„ major copia Magiſtrorom, gratiaq; Scholarium, conſtitutum eſt voluntate Conſilii Specialis, & Generalis Azone Pirovano Prætore, ne domini legum, qui regunt, aut rexerunt, teneantur ire nec pro ſe mittere in exercitum, aut excurſionem, aut ad cuſtodiam alicujus caſtri, vel loci, vel hominis, aut cum equites, & pedites mittentur ad commodum alterius; nec referantur in decimas equitum, nec in vigintiquinquenas peditum, vel in alium numerum peditum, aut equitum, tributa tamen, quæ imperabuntur pro operibus urbis, & cuſtodiis caſtrorum, vel aliis de cauſſis, ſolvere teneantur, perinde atque alii cives. Eadem lex valeto in magiſtris Grammaticæ, Dialecticæ, Phyſicæ, Notariæ, & Dictatoriæ facultatis, qui regunt, aut rexerunt continue. Scholares autem cives, qui docent alios extra ordinem, & alii cives, qui audiunt dominos legum aſſidue, poſſint impune mittere pro ſe alium in exercitum, & excurſionem, cui non ſit imperatus equus à civitate, aut qui equum honoris ſui cauſſa non alat. Catellinus Carboneſius Præturam Mediolani, Albertus Angellolus Urbiveti geſſit. Flagrante inde, Ardoino 1244
Conſallonerio Placentino Prætore, ipſo inter Fridaricum, atque Innocentium bello, ſumma cura de concilianda pace à principibus Chriſtianis eſt agitatum; Balduinus Imperator Conſtantinopolitanus, & Comes Toloſanus ob id è Græcia in Italiam profecti Pontificem Romæ juſſu Friderici adiere, & de conditionibus conſilia inire cœpere. Quæ cum manente Romæ Pontifice convenire non poſſent, data opera eſt, ut Pontifex, & Fridericus communis colloquii gratiâ ad civitatem Caſtellanam accederent. Ea de cauſſa Innocentius ineunte Junio Roma diſceſſit. Verùm, dum res miſſis ultro citroque nunciis impotentius agitatur, Innocentius in ſuſpicionem inſidiarum adductus novo capto conſilio Sutrium, atque inde occultè Civitatem-Veterem adiit. Ibi triremes paratas Genuenſium IV. Kal. Julias nactus, Genuam ſe deferri curavit. Genua inde Octobri menſe provectus, terreſtri itinere Lugdunum in Franciam abiit, ac ſtatim Concilium, quod Romæ celebrari à Gregorio non potuerat, cum ejus rei cauſſa veniſſet, indixit. Fridericus, ubi tacitam profectionem Pontificis ſenſit, omni-

E (1) Acta res tamen ingenti cum diſcrimine, ni Fridericus pro lucro captando, at Innocentius pro damno evitando, & provocatus egerit; Porrò ille violentus occupatis, ut adderet ſibi, ac ni Summum Pontificem conſiſtaret; Sed Innocentius legitimus poſſeſſor, ne quidpiam Eccleſiæ adimeretur, utque bona, quæ Dei ſunt, ſarta tecta illi ſervaret, id quod inſuper non niſi laceſſitus, atque demum fecit, poſtquam omne ſtudium ad Imperium Sacerdotio Eccleſiæ ſummo, comiter conciliandum interpoſuit. *Spondan. in Continuat. Annal. T. 1. ad A. S. 1243.*

(2) Vulgus appellat *la Rocca di Roffeno*, à Gente Ruſa cognominata, quæ in altiſſimo cacumine poſita, montibus ipſis provectioribus imminet, quam præ loci ſive aſperitate, & ſitus difficultate, ſive ex miro ipſiuſmet ædificio, ſi conſideres, non ambigendum, illam in ſe intuentium admirationem trahere, qualem fuiſſe me profiteor, primùm cum ad inviſendam de Tullero ma contuli. *Bart. dalle Pugliola col. 262. Ghirardacc. lib. 6. fol. 164. Vizan. lib 3. fol. 197.* Abs loci dominatu Gens apud nos ampliſſima *Roffena*, ſive de *Ruffeno* eſt progenita, quam præ cæteris pietate illuſtravit *Nicolaus* Gandulphi ol. Jo: Baptiſtæ *Roffeni* ſanctiſſimè denatus Romæ 20. Junii 1703 Doctrina verò, & Medica Arte adhuc illuſtrat *Antonius* Joachymi, & Floriani pater, quos in Album auditorum meorum legum ſtudio operam dantium retuli; ſed plura congerit *M. Eliſabeth Soror. in ſua Hiſtoriograph. §. Ruſenum; Dolfi Fam. Nob di Bologn. fol. 654., & ſeqq.*

mnibus oppidis Patrimonii communitis, Pi-
ſas ſe contulit, & , quòd Innocentium
multos Parmæ habere affines ſciebat , nam
ibi ſorores aliquot nuptui dederat , Lega-
tum ad res eas confirmandas miſit, ac tan-
dem rebus Tuſciæ ex ſententia conſtitutis,
in Campaniam rediit . Sub id tempus gli-
ſcentibus in dies civilibus Bononiæ ſimul-
tatibus , opportunè frater Vincentius Vi-
cetinus Ordinis Prædicatorum Theologus
in Urbem venit , atque auctoritate ſua
Epiſcopo etiam , & Prætore ſumma ope
cives orantibus, ut Remp. privatis odiis
poriorem habere vellent, pacem inter fami-
lias haſce conciliavit, Delfinos , & Malataſ-
cas, Taurellos, & Andalos, Griſonos, Arte-
niſios , & Caſtrobrittos, Gallucios, & Car-
boneſios, Lambertinos , & Scannabeccos ,
Pepulos, & Tettalaſinas. (3) Hi cum qua-
draginta annos acerbas inter ſe geſſiſſent
inimicitias, nunc demum hominis auctori-
tate commoti non ſolum libenter in gra-
tiam redierunt, ſed arcta etiam affinitate de-
vincti ſunt , Blaſia Tettalaſina à Romeo
Pepulo in matrimonium ducta , ex quibus
poſtea Joannes, Thaddæus, Gerra, Andreas,
& Tarlatus ſunt procreati . (4) Incolumita-
te civium, ſedatis in præſens inteſtinis di-
ſcordiis, conſervata, Scholarium inde ſaluti
quoque enixè proviſum . Ardoinus Prætor
ex voluntate Conſilii Generalis petente
Joanne Tincto Rectore Ultramontanorum,
& Pactolo Venecio Rectore Citramonta-
norum ſtatuit , ut ſi quis ob cædem , aut
debilitationem alicujus Scholaris exilio
mulctatus eſſet , is reſtitui ne permiſſu
quidem ipſius civitatis poſſet , niſi pacem
à propinquis ejus, qui violatus eſſet, obti-
nuiſſet. Et cum diuturnis bellis ærarium
exhauſtum eſſet , bellumque in dies magis
immineret , tributum & ipſe urbi, agro, ca-
ſtriſque imperavit . Ceterum hoc anno ſe-
cundam Antianorum populi mentionem in-
venio, qui populari inſtituto ſub hæc , ut
ſupra ſcripſi, tempora, Reip. præpoſiti duo
potiſſimum illius, ut ſcripſi, conſiliis mode-
rati ſunt. Mentio autem eorum eſt in quo-
dam pacis compromiſſo his verbis : „ Cum
„ compromiſſum factum ſit in Octavianum
„ Epiſcopum deſignatum , & Ardoinum
„ Confallonerium Prætorem, & ipſi arbitri
„ arbitrium pronunciarint pro communi ſa-
„ lute civitatis, quia conducit Reip. in præ-
„ ſenti concordiam eſſe inter cives , placuit
„ univerſo conſilio, vocatis ad id Antianis po-
„ puli, & Conſulibus mercatorum , & ar-
„ gentariorum , & magiſtris vicorum , &
„ Vexilliferis collegiorum, ut omnia, quæ
„ ab eis decreta ſunt , in perpetuum vale-
„ rent , & ſervarentur . Eodem anno IX.
Kalend. Januar. Innocentius Lugduni Con-
cilium inchoavit , (5) cumque Cardinales
allegeret , Octavianum etiam Epiſcopum Bo-
noniæ cooptavit. Eo vero Epiſcopatus ho- 1245
nore ſe abdicante, Frater Jacobus Boncam-
bius civis Bononienſis ex Ordine Prædica-
torum eſt ſubſtitutus , cum jam Philippus
Ugonus Brixianus Præturam urbis admini-
ſtraret . (6) Fridericus interea, cum Con-
cilium Lugduni ab Innocentio haberi audiſ-
ſet , nihil magis , quàm ne quid durius
ſtatueretur adverſus ſe , veritus, Paſchate
Capuæ acto in Patrimonium, & Viterbienſi
agro vaſtato Piſas conceſſit. Inde per Lu-
nenſem oram VII. Kalend. Jul. Parmam,
Parmaque Veronam contendit , ibique
Legatis ſummis viris (7) ad Pontificem de
pace componenda , Hencio vero , & Fri-
derico filiis adverſus Placentinos cum exer-
citu miſſis, celebrem Principum , populo-
rumque agere Conventum inſtituit , cui
præcipue Conradus filius Rex Germaniæ
deſignatus , & Imperator Conſtantinopo-
litanus Balduinus interfuere . Eo vero
per-

(3) Conveniunt *Ghirardacc. fol. 165. ad finem . Griffon. col. 112. & ſeq. , dalle Pugliola col. 261. in fine. Vizan. fol.* 118.

(4) A Romeo namque Thaddæus JCtus, Eques, & Princeps Patriæ auſpicatiſſimus prodiit, à quo recta deinceps, intactaque lineè propagati ſunt ſuperſtites *Co: Cornelius* Senator, *Co: Sicinius* , Domnæ Eleonoræ Colonna-vis , atque *Co: Odoardi* pater ; *Marchio Antonius* Camilli filius, Domnæ Juliæ Rangonæ conjux, & *Joſephi Marchionis* genitor ; *Marchiones Guido, & Lucretius* ol. Marchionis Franciſci, & Domnæ Aureliæ Gonzaga filii , horumque patrui *Marchiones Karolus Philippus , Fabius , & Jo: Paulus Pepoli*, de quo alias non ſemel egimus . Etſi verò univerſi fermè Scriptores de hac ſplendidiſſimà Gente fusè egunt , latiſſimè tamen ſcribit *Dolſi delle Fam. Nob. di Bologn. à fol.* 584. *ad* 605.

(5) Duas licet alias inter ſe longè diſſitas, confundit hìc Sigonius actiones, Cardinalium nempe promotionem , & Concilii OEcumenici Lugdunenſis primi aperitionem ; Ad Concilium quod ſpectat , tantum abeſt, quòd hoc tempore illud Innocentius inchoaverit, ut duntaxat apertum fuerit die Lunæ 25 Junii A. poſtero 1245., & quidem in Monaſterio S. Juſti in Civitate Lugduni per *Spondan. Annal T. 1. fol. 155. & ſeq. nu. 10. & ſeq. Bail. in Summ Concil. T. 2. fol.* 438. *Battagim. eod. tract. T. 2. fol* 275. *num.* 11. *Natal. ab Alex T. 7. notit. Eccl. ſæc 13. diſſert. 5. per tot. Emin. Petra ad Conſtit. Apoſtol. T. 3. fol.* 188. *nu.* 4. Ad Cardinales verò quòd ſpectat , hi ut quidem in Vigilia Nativitatis Domini 24. Decembris hoc A. S. 1244. in numero XII. renunciati ſunt , quibus primus Galerum purpureum ad Offertorium Miſſæ ſequenti die ſolemnitatis Dominicæ Nativitatis ſub ſpecioſiſſima pompà, & majori myſterio contulit, cum quo, & veſte jam veteri coccineà ſuæ dignitatis inſigne conſederunt poſtea in allegato Concilio ſequenti anno Lugduni celebrato . *Platina in vit. Innocen. IV. Spondan. ubi ſupra fol.* 151. *nu.* 4., qui de ejuſmodi erroribus Sigonium ideò arguit , quia ſtudioſior Cæſarei favoris , quam veritatis , ultrò libenti animo imponi ſibi per Pariſium complacuit Pontificiæ poteſtati vel maximè infenſum , *fol. 154 nu. 9 in fine , Egnat. ad Ghirardacc. fol. 166 ad med.*

(6) Rectè hic , quamvis contrarius ſibi *de Ep. Bonon.* ubi fecit illum Epiſcopum , antequam eam dignitatem obtinuiſſet , nempè de A. prætérito 1244. occaſione conciliatorum ad invicem Civium . *Egnat. ad Ghirardacc. fol. 166. ad finem, Vizan. fol.* 112. *Falcon. lib. 3. fol.* 251.

(7) Taddæus ſcilicet de Sueſſa Judex (intellige Doctor legis) ſui Palatii , qui calliditate præſtabat æquè , ac Fridericus, & repertus quo ad mandatum in fraude ſuit , Vualterius de Ocra , ac Ricopertus Mutinenſis, vel & forte acceptus Sigonio Petrus de Vineis , cujus graphicè depictam habes imaginem apud *Pancirol. de Clar. Leg. Interp. lib. 3. ſub cap. 5. fol. 410. & ſeq. Spondan. T. 1. fol 171. ac 442. n. 1. Quo ad priores vide Bail. T. 1. fol. 438. & ſeq. Ghirardacc. fol.* 167. Ad dictum Thaddæum quod pertinet , trucidatum eum in everſione Urbis Victoriæ propè Parmam A. 1248. aſſerit *Spondan. d. T. 1. fol. 168. ſub n.* 1.

peracto Cremonam adiit, atque iter, recepto in amicitiam Bonifacio Montisferrati Marchione, Lugdunum verſus, ut Concilium adiret, intendit. Verum cum perveniſſet Taurinum, Innocentium, XI. Kal. Julii ſententiam adverſus ſe pronunciaſſe accepit. Sententia verò graviſſima fuit, Fridericum quippe inferorum pœnis ſolemni execratione devovit, Imperium abrogavit, omneſque homines præſtito obedientiæ ſacramento exſolvit, aliumque in ejus locum ſubrogari Cæſarem juſſit, cauſſis ſubſcriptis, quod pacem inter Imperium, & Eccleſiam violaſſet, Cardinales prodeuntes ad Concilium captivos feciſſet, nefariis de fide imbutos opinionibus eſſet, in Regno Siciliæ Sacerdotes impotenter exterminaſſet. Addidit etiam, cum conſtaret, eum per novem annos tributum Eccleſiæ debitum Regni Siciliæ cauſsâ non pependiſſe; ſe cum Fratribus ſuis Cardinalibus de Regno illo viſurum. (8) Hoc nuncio accepto Fridericus animo concidit, ac copiis ſociorum accitis, propere ſe Taurino in fines Mediolanenſium retulit, & poſitis ad Ticinum caſtris, atque Hencio ad diverticium Abduæ miſſo, ancipiti bello Mediolanenſes, ac reliquas amicas Eccleſiæ civitates in reliquum anni fatigavit. Quo bello Hencius à Mediolanenſibus captus pro Simone duce ſuo eſt permutatus. Hencius erat quoque Rex Turrium, & Galluri duarum Sardiniæ partium conſtitutus. Quin etiam Mutina, Regio, & Parma omnes Guelfi ejecti. Ita Regio Roberti, Foliani, ac Lupiſini ab Seſſis, Mutinâ Aigoni, & Rangoni à Graſulfis, & eorum factione expulſi ſunt. Idemque de Gerardo Corrigio, & Bernardo Roſſio, Pontificis affinibus factum eſſet, niſi ipſi re prævisâ aliquanto ante cum amicis ſuis urbe ceſſiſſent. Atque hæc quidem geſta ſunt peregre. Bononiæ verò incumbente in ſtudium conficiendæ belli cauſsâ pecuniæ civitate, Prætor Philippus tributa Azone, & Ardnino Prætoribus imperata, quæ nondum integrè exacta fuerant, omni cura exigere ſtuduit. Pridie Idus Mart. cum Conſilium Generale, ac ſpeciale vocaſſet, occaſionem oppidanorum Epiſcopi vacationem tributorum, functionumque præferentium nactus, quid fieri placeret de Monbellienſibus, aliiſque populis immones pariter ſe eſſe jactantibus retulit. Decretum eſt ex auctoritate parvi Conſilii, ut ſeni judices ad omnium populorum jura cognoſcenda, & advocatus unus ad ea defendenda deligeretur. Lecti in Conſilio Odofredus, & Rolandus Gypſios (9) nobiles juriſconſulti, re cognita Monbellienſes, Olivetanos, homines Altedi, Roccævici, & Caſi certam habere vacationem judicarunt, reliqui, qui jus præferebant, univerſi rejecti. Pridie verò Idus Junias multis Centum ditionis Epiſcopi oppidum immonitatis parandæ cauſsâ migrantibus, Jacobum Epiſcopum Prætor, ne id in fraudem Reip. fieri pateretur, oravit; Epiſcopus neminem ſe recepturum promiſit, qui tributa Communi ſolveret, aut alias publicas functiones obiret, aut ab eo mulctatus exilio eſſet. (10) Neque verò interea opera urbis publica idem Prætor neglexit.

(8) Hæc benè, ſed non æque dies lata perhorrendæ ſententiæ, quæ etenim per ipſum dies 21. Junii adſertur, neque tempori convenit, neque actibus Conciliaribus reſpondet; non tempori, quatenus ea dia cingitur abſolutum, quod nondum erat inchoatum, Concilium, cujus exordia contigere poſt Feſtum Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ; non actionibus porrò Conciliaribus, propterea quia hæc apertè diem afferunt XVII. Kal. Auguſti, nempè 16. Julii ex *Bail. T. 1. fol. 442. ante med. Spondan. d. T. 2 fol. 156 n. 15. in fine & fol. 157. col. 2. ante med. ſub n 19. Vizan. fol.* 119. Sed magis admirandum, quare Sigonius non adhæreat ſaltim Stadenſi, à quo declinare viſa ſibi ſemper religio, qui rem actam in Feſto die S. Jacobi, hoc eſt 25. Julii, ſcribit, ad relata per laudatum *Spondan. d. fol. 156 n. 16.* Res hæc ceterùm à dubio remota, Innocentio authore, Bononiam delatum ejuſdem ſententiæ authenticum exemplar fuiſſe ſub dat. XVII. Kal. Auguſti A. 1245. rem ne dum gratam ut partes ſuas ſuſtinenti Civitati faceret, ac ut per Italiam hoc medio, ſuam, Conciliique Generalis deliberationem divulgaret, quæ legitur etiam in *c. ad Apoſtolicæ, 2. de ſent., & re jud. in 6.* quam ut nobiliſſimæ, & apud omnes populos in maxima opinione habitæ ſemper Academiæ teſtimonium referret ſuæ item de eâ opinionis, adeò quod obſecundante & ipſa, nemo non altiùs in ſententia confirmaretur extremæ neceſſitatis, in quam ipſe Innocentius ſeactus fuit hoc peragendi, quæ proinde fuit cauſa ex *Egnat. ad Ghirardacc. fol. 167. ad med.* quare Bononia, repudiata in Imperatorem recognoſcendi Friderici opinione, legem de bello adverſùs eum tanquam tyrannum, & apertum Eccleſiæ hoſtem tulit, elatis inſuper exemplo Vexillis antiquis ſtemmate Pop. & Communis Bononiæ ſuffultis, poſtice autem uno Leone radente, ac ſuperioribus pedibus mitram Papalem ſuſtinente, de qua cum fulmen præceps decideret, illud miserè ictam, proſtratamque Aquilam concutiebat, inſcripto lemmate: RELIGIONE, ET FIDE, ut ita Cives exprimerent, fore oppido Fridericum anathemate ictum propter peſſundatam religionem Imperio, & regnis indignum imò prope ad internecionem eſſe hominum quoque Conſortio propter trucem ejus tyrannidem exturbandum, itemque ſectatoribus, ſive mavis ſatellitibus, ex Fide Pontifici data denudandum, quod etiam non ineleganter attigit *Ochym. de laud. Bonon. §. quod autem. Starlet. de multip. Bonon. tyrann. fol. 30. Ant. de Alexand. de Bonon. incup. relig. §. eſſet modò; Prud. Marchett. de præſtan. Urb. Bonon. § neque mittenda.*

(9) Si delectus Odofredus, ergo ſuperſtes adhuc, ergo nondum mortuus, & planè ita, cum obierit duntaxat A. 1265. ex inſcriptione Sepulchrali; *Egnat. ad Ghirardacc. fol. 164. prope finem, fol. 166. ante med., & fol. 167. ad finem.* De Gypſio autem Decretorum Doctore, & S. Petri Canonico, loquitur *Alidoſ. Dott. Legg. Bologn. fol.* 202.

(10) Id, quod Sigonius hìc ſcribit, refert quoque *de Epiſt. Bonon.* idemque teſtantur *Falcon. eod. tract. fol. 252. & ſeq. & Ghirardacc. lib. 6. fol.* 168. Supereſt tamen, quod obiter moneam, peculiarem nempe Dominicanæ Familiæ morem hunc eſſe, adeòque compoſitionem à Boneambio Antiſtite expectandam, ex germanæ Thomiſticæ Scholæ ſententiâ, qua de cauſa eos in graviſſimâ rerum omnium Annonâ de A. 1529. novimus, Dominicanos videlicet tantùm, qui pro levandis egenorum truculentiſſimis, quibus premebantur, ærumnis, pretioſas ſupellectiles, & argentea ipſa quoque vaſa Sacra liberaliſſimè Senatui obtulerint, ut æs in plebem gratis ſpargendum ſignaretur, quo ſibi de pane comparando poſſet conſulere. De hac verò argentea moneta, cujus, quæ extant Numi, ſplendidiſſimum adhuc atque unicum caritatis, & honoris adſo-

gleait. Nam curatores publicos ad viaa intra, & eatra urbem terminandas legit; & Palatium Communis novum, ut eſſet ſedes Antianorum inchoavit; quod deinceps multis acceſſionibus auctum, nunc demum reliquam urbis magnificentiam facile tueri videmus; (11) & Gibellinis à Brixianis urbe exactis, cum Bononiam commigraſſent, benigne aceptis molendina Tuatarum pro ſumptibus aſſignavit. (12) Eodem anno ſpina è corona Domini à Fratribus Prædicatoribus Ludovici Francorum Regis dono in urbem delata, ac magno plaudentis ad tantæ rei ſpectaculum civitatis occurſu in æde D. Dominici poſita, eique octava dies poſt Paſcha celebranda dicata eſt. (13)
1246 Sequenti vero, quo Otho Viceçomes præturam accepit, Fridericus ex Lombardia relicto ibi Hencio filio abiit, atque in Apuliam ad res ejus Regni componendas conceſſit. Lantgravius Turingiæ Rex Germaniæ in locum Friderici abdicati anno priore ſublectus Conradum Friderici filium Regem item Germaniæ III. Nonas Auguſti prœlio in Germania ſuperavit, ac poſt brevi mortem oppetiit; in ejus locum Gulielmus Holandiæ Comes eſt ſubſtitutus. Hencius Friderici patris in Lombardia Legatus bellum cum adverſariis ſuis gerere perſeveravit, in primiſque factione Bernardi Roſſii Parmâ depulſa exercitum adverſus Brixianos adduxit. Regienſes caſtra duo ex agro ſuo Roſenam, & Felinam Uberto Palavicino Marchione duce receperunt. Bononienſes autem arcem Scaricalaſini in Apennino adverſus Florentinos Friderici amicos (14) conſtruxere, & captivos ſuos in prœlio ad Vineolam factos à Mutinenſibus, & Par-

adferunt Ordini Prædicatorum monumentum, loquitur inter alios *Alidoſ. Nota. delle coſe più notab. di Bol. fol.* 206., & ſub ejus ære inciſâ perbellè icone per Philopatriorum Societatem meam, ſcripta hæc Elogiaca, quæ ſequuntur, verba leguntur, videlicet:

ARGENTEUS HIC NUMMUS

„ Leandro Alberto, & Cherubino Gherardacio Hiſtoriæ Bononienſis communi Literatorum hominum conſenſione principibus Scriptoribus longè charus, & apud Fulvium Capiborium, & Ulyſſem Aldrovandum celebratiſſimos Cimeliarchas, quam diligenter cuſtoditus, ac nuperrime de antiquitatum patriarum ſtudioſorum Muſeo erutus, qui ſplendidum, perrarum, & perantea penes nos inauditum pietatis erga egenos Monumentum præſeſert, perenne idem quoque, ac inobliterabile unius Venerabilis Prædicatorum Ordinis teſtimonium ſinceræ charitatis erga Bononienſem Populum eſt; ſiquidem eo pretioſa ſupellectile, vaſiſque Sacris Magiſtratibus liberaliter omninò collatis, Ære ſignato, cuſàque Moneta, hanc, & illud Dominicana una Familia Parente imitato, Præſidenteque huic Conventui Thomâ Coſpio Concive pariter piiſſimo, ac laudatiſſimo Viro, diſperſit, & dedit pauperibus, ad eos de ſumma rerum pene omnium inopia, qua graviſſimè de A. S. CIↃ. IↃ. XXIX. laboratum eſt, levandos, adjuvandoſque, modò, qui acciperent ſaltem Dominico, Mercurii, atque Sabbathi una die in Ædes S. Dominico Sacras ideò ſe conferrent, preces ad Aram majorem primùm coram Sacratiſſimâ Euchariſtiâ offerendo, juxta ritum per Sanctos Concives, & Ordinis Sodales quondam inſtructum, S. Thomam Acquinatem nempe de A. D. CIↃ. C. C. LXIV. Urbano IV. indicente, & Ven. Alexandrum cognomento Collacinum de Cruce Azzurea A. CIↃ. ƆIↃXXXI. Eugenii IV. Ablegatum; porrò in Sacello Auguſtiſſimæ Deiparæ Virginis, Sacratiſſimi Rolarii titulo inſignito, Antiphonam Salve Regina piè recitando juxta morem per Beatos Joannem Theutonicum, & Jacobum de Varagine inductum, cum ex mente, & juſſu Gregorii IX. A. CIↃ. C. C. XXXIX. eamdem Sacram Salutationem Bononiæ promulgarent. Namque coram Prætore, Antianis Conſulibus, cæteriſque omnibus Magiſtratibus, & in frequentia effuſæ prorſus totius pietate intimâ commotæ Civitatis recitata tunc primùm ſub veſperam pervigilii Nativitatis Domini fuit; atque demum orando ante Corpus S. Dominici ſiſterent, hujus Urbis Patroni, Civiſque per allectionem creati die III. Maji A. CIↃ. C. C. XXI., ut ita imploratâ cœleſti ope, Patria veteri felicitate uteretur, quemadmodum continuò miſertus Dominus, glorioſè ei contulit, ac pietatis tantæ poſtero A. CIↃ. IↃ. XXX. certior factus Cæſar Carolus V. Auguſtus, ex Gente Auſtriaca, occaſione, qua idem Dominicanorum Templum adiit, poſtquam ſolemniter a Clemente VII. fuit coronatus Imperator, & in amplo Roſarii Sacello Ouronæus Lateranenſis eſt inauguratus, ne inſignem adeo liberalitatem perperam admiratum ſe fuiſſe recordando facto teſtaretur. Poſt inviſas, cultas, deoſculataſque S. Dominici pretioſas exuvias, Auguſtâ prorſus dignatione firmavit, auxit, atque decoravit, rathem, ſcilicet, habendo Cæſaream largitatem Caroli IV. Imperatoris Auguſti, qui abs venerato eodem Sacro S. Dominici Corpore die Lunæ 16. Julii A. D. CIↃ. C. C. C. LXIX. aureum torquem, quem ſuo de pectore detraxit, Prioris Conventus collo impoſuit, ampliſſimèque ita ornatum, illum, ac ſucceſſores quotquot ſuos in perpetuum Equites, & Imperialis Aulæ Conſiliarios nuncupavit. Id quod ergo argenteus hic Nummus perhibet, & in medium adducta nobiliſſimæ Monumenta confirmant, ut æternis quoque officiis, perpetuâque grati animi ſignificatione erga Ordinem Prædicatorum adeo de Bononia benè meritum Philopatrii Socii pro dignitate explicarent, ſignandum lapidem curarunt A. C. Æ. CIↃ. IↃ. C. C. XXXIII.

(11) Concordant *dalle Pugliole col.* 263. *nam Griffon.* ponit A. ſequenti *col.* 113. *Vizan. fol.* 119. *Gherardacc. d. fol.* 168. & videnda ſunt alibi in his notis per nos ad rem ſcripta.

(12) Omnia confirmantur ad fidem Sigonio conciliandam ab *Ochym. de laud. Bonon.* cum reliquis in his *notis ſupra expoſitis*. Adde *Griffon. col.* 113. *Gherardacc. fol.* 168. *Vizan. fol.* 119.

(13) Anachroniſmo turpi 163. Annorum notatur hæc hiſtoria, referenda idcircò in A. S. 1408. authore *Gherardacc. fol.* 168., quare corrigendus etiam *Vizan. fol.* 118 *in fine*, ſed priùs *Borſell. in Chron. Leand. Albert. in Hiſt. Bonon. lib.* 10. ex quibus *Maſius Bologn. perluſtr. p.* 1. *fol.* 64. quem librum eum Clemens Maria Saſſi Typographus Cameralis recudendum aſſumpſerit, nos quoque addenda addere, emendanda componere, & amovenda tollere pro accommodatiori ipſius impreſſione ſtudio noſtro cogati adaptavimus, quod ſuperi faxint proſperè contingat.

(14) Ad injuriam Ghibellinorum, eorumque Patroni ita appellatum Caſtrum, quod hodie vicus eſt; & burgus ſupra Loyanum in via Etruſca, cui quid nominis Monaſterium Olivetenotam præbet. De Anno autem 1590. Clemens VIII. per ſuas literas, ut appellant, Breves datas Kal. Auguſti, conceſſit Communitati dicti vici facultatem inibi habendi per ſingulas hebdomadas die Jovis Mercatum, ſinguliſque Annis ad Feſtum S. Michaelis in Septembri, nundinas, quemadmodum patet ex edicto Pauli Card.

& Parmenſibus recepere, atq; illorum eis reddidere; nec Brixianis interea ab Henrico oppugnatis opportuna ſummittere auxilia deſtitere. Ceterum, quia fraus committebatur ab iis, qui Bononiam civitatis aſciſcendæ cauſſa ex pagis aſſidue commigrabant, & agri cultoribus deſerebantur, lex lata, ut qui citra quinquennium demigraſſent, ad priſtinas ſedes redirent, & tributa conferrent, & alia paganorum munera obirent, & nemo in poſterum demigrare, aut pro cive ſe gerere poſſet; qui commigraſſent, eis neque urbem habitare, neque in Conſilium legi, neque aliquem Magiſtratum capere jus eſſet. (15) Fridericus belli diuturnitate defeſſus tumultibus Apuliæ utcun-
1247 que compoſitis poſtero anno, Vidone Vicecomite Prætore, in Lombardiam revertit, captoque rurſus gratiæ cum Eccleſia reconciliandæ conſilio, Lugduni iterum convenire Pontificem ſtatuit, atque honeſtiſſimo Togatorum comitatu aſſumpto Cremona profectus Taurinum acceſſit; (16) ibique alterum conventum inſtituit. Cui rei dum intentius ſtudet, Hencius Brixiano bello continuato ad caſtrum Quintiani obſidendum progreſſus eſt. Interea exules Parmenſes, qui Placentiæ verſabantur, occaſione admoniti, conſilium recuperandæ patriæ inierunt, ac multis Friderici hoſtibus, Eccleſiæque amicis fortunæ in ſocietatem aſcitis, Placentia egreſſi, Gerardo Corrigio duce ſibi delecto, Parmam frequenti agmine perrexerunt, atque Henrico Teſta Prætore occiſo, & parte Gibellinorum, quæ occurrerat, prœlio profligata, facile urbe potiti, ac benignè à populo accepti Gerardum ipſum Prætorem deſignarunt; nobiles, qui Friderico favebant, ſub eorum adventum ſe cum rebus ſuis ex urbe proripuere. Hoc ubi Hencius accepit, extemplo Quintiani obſidionem reliquit, ſeque trepidus Cremonam recepit, ac poſtridie mane Cremonenſibus cum Carrocio Parmam verſus eductis, caſtra ad Tarum mortuum poſuit, patrem

A è Taurino ad hujus cladis nuncium recurrentem opperiens. Dum ille advenit, Parmenſibus ſubſidia à Pontificiis acceſſere. Nam poſtridie Ricardus Comes Sanbonifacii Veronenſis accurrit, atque urbem à parte ad Occidentem vergente cuſtodiendam ſibi aſſumpſit; itemque quadringenti equites Placentini, quibus pars à glarea fluminis attributa eſt; tertio die Gregorius Montelongus Legatus Pontificis, & Bernardus Roſſius cum mille equitibus Mediolano venerunt, deinde cum expeditis copiis Bononienſes, ac Ferrarienſes, atque omnes caſtra extra urbem ad occidentem locarunt, eaque vallo foſſaque adverſus quoſcunque hoſtium impetus diligenter fir-
B maverunt. Tandem & ipſe Fridericus advenit, atque in ea parte, quæ dicitur Grola, non longe ab ipſa urbe conſedit, firmo animi decreto ſuſcepto, ſe Parmenſes ad deditionem aut voluntate, aut vi ſubacturum. Itaque acrioris obſidionis inſtituendæ cauſâ caſtra ampliſſimo terræ ſpatio comprehenſo ad juſtam urbis magnitudinem vallo, foſſaque munivit; eamque à nomine Sancti Victoris Victoriam appellavit, (17) atque eo theſaurum ſuum, & omnia rectè inſtitutarum civitatum opificia tranſtulit, ipſeque cum Germanis, & Hencius cum Mutinenſibus ibi ſtativa locavit. Auxiliis in-
C de ab omnibus partibus accerſitis, primus venit Prætor Papienſium Hugo Boterius Parmenſis, qui quamvis ſororis Pontificis eſſet filius, nulla tamen ratione averti à Friderici amicitia potuit; deinde Icilinus à Romano, tum ex Cremonenſibus, Regienſibus, Bergomatibus, & Tuſcis, qui partibus Imperii ſtudebant, poſtremò ex Apulia, & Sicilia ingens militum numerus; ex quibus exercitus ſexaginta millium eſt confectus. Rebus Friderici hunc ſtatum ad Parmam obtinentibus, Bononienſes ab occaſione invitati, (18) bellum ſibi cum Mutinenſibus inſtaurandum exiſtimarunt; ſcilicet, ut aut Fridericum in apertum
D ami-

Card. Sfondrati tunc Bononiæ Legati, & Velent Lupari Juſtitiæ Signiferi, in cujus vim tunc primùm eo anno die 24. Septembris habitum eſt Mercatum, & ſucceſſivè die 29. celebratæ fuerunt pro prima vice nundinæ ad relata per *Bianchett. in Chron. T. 4. fol. 297.* Vide etiam *M. Eliſ. Matthiavell. in ſua Hiſtoriog. §. Scaricalaſinum. Griffon. col. 115. dalle Pugliole col. 262.*

(15) Sanctiſſimam legem appellat *Amod. Agneſ. Polit. Felſ. n. 14.* eamque dignam perinde frequenti renovatione, ſeveriſſimâque obſervantiâ, ut ſubdit *Egnat. ad Ghirardacc. fol. 168. ad finem.*

(16) Non gratiæ cum Pontifice reconciliandæ causâ, ut cum Fridericianis animo deceptus *Sigonius hic, & de Regn. Ital. lib. 18.* ſcribit, ſed ad invaſionem, & oppreſſionem Pontificis vafer, & verſipellis anathema Cæſar id conſilium cepit, ſupatiori aſtutiâ rem detegente, & Catholicis probatiſſimis Scriptoribus adnotantibus apud *Spondan. hoc A. 1247. T. 1. fol. 165. n. 4.*

(17) En nitidum, ſed a Sigonio ſimulatum alterum calliditatis ſuæ, quod ſolent pariæ furfuris homines, argumentum, pietatis ſcilicet, atque religionis ſub pallio, ſimplicioribus imponere, deteſtabilioremque malignitatem, & perfidiam colorare; Victoriam enim tamen imperat vocari, ac cum nummos ejus S. Patroni imagine una facie, nomineque Victorinos ſignat, ipſum ſe adhuc tamen altera facie, brachio fulmen projicientem oſtentat, ut jam ne quid ad animi indolem conoſcendam deſideraretur, quam longè detegit ornatiſſimus *Spondan. Annal. T. 1. fol. 166. ſub n. 6.* Qui Chriſtus fulmine verò confregit cornua unius ipſum contemnentis, facile, & ex inſperatò, vana quoque hujus faciet fulmina Apoſtatæ, ejuſque Vicarii deluſoris, imò de ſuâ perverſus Victorinus ipſe injuriâ, ultionem quam citò ſumet, triumphum nempè de Victoriâ ſplendidiſſimum agendo. *Mercurin de fato Provinc. & Urb. Ital. lib. 2. cap. 6. Griffon. col. 113. dalle Pugliole col 261, & ſeq.*

(18) Non ut putes invitatos, fortè propter diverſionem hoſtilium armorum, propemodum ac ſi crederet aliàe timerent rem aggredi Bononienſes, & ita obſecundantis caſuè quòd uti flagrarent occaſione; neſcius etenim artis ejuſmodi vilis, & in palæſtrâ inclytæ pietatis comparatus, inſtitutuſque Bononienſium eſt animus, præſertim eamdem cum ideò aſſumpſerint actionem, multis in opem Parmenſium expeditis lectiſſimis copiis, ut quanto proximiorem Cæſarem, tanto etiam contemptiorem ſe illum habere, ſibique Fridericum eſſe ſignificarent; Profectò ſed ut agnoſcas, virtutis excelſioris perhibendæ causâ ſe ea occaſione rei tum propriè vindicandæ, cum virium ſuarum oſtendendarum titulo viderentur invitatos, ac potiſſimùm ut Friderico ejus ſub oculis teſtarentur, quantum vellent pro Innocentio, quantum poſſent pro fœderatis, quantumve parum inſtructiſſima illius arma, & frequentiſſimum LX. millium

amittendæ, ſi negligeret, Mutinæ diſcrimeu adducerent, aut, ſi opem enixè ferret, copias ſuas diduceret, ac Parmam minoribus opibus oppugnaret. Ita dum Mutinenſium exercitus à Friderico vocatus paucis iu præſidio ſiuium ſuorum relictis abeſt, Vido Prætor cum carrocio, & Jacobo Lambertaccio carrocii Præfecto ad Badianum acceſſit, quod infelicibus ante armis tentatum aſſiduè ante oculos verſabatur, atque omnis generis machinarum expedito apparatu acerrimè oppugnare inſtituit. Hoc nuncio accepto Mutiuenſes, qui in caſtris Friderici erant, ſtatim Icilino, & copiis ejus aſſumptis, ad Badianum recurreruut, verùm multitudine copiarum Bononienſium territi, caſtris poſitis quieverunt, Hencium majore cum ſubſidio aduenturum opperientes. Bononienſibus interea acrius iu dies oppidum oppugnantibus, Badiauenſes, & Mutinenſes, qui in præſidio erant, cum ſe ſuſtinere non poſſent, neque Hencianum ſubſidium aſſure in tempore exiſtimarent, conſiliũ ſui dedendi cepêre; ac poteſtate colloquii facta iu hunc modum cum Bononienſibus pepigere „ Pridie Nonas Julias juxta
„ foſſam Badiani prope portam, Vido
„ Prætor & Conſules mercatorum, atque
„ argentariorum, qui ibi aderant, promi-
„ ſerunt Vidotto Gerarduccio, & aliis ex
„ Badiano præſentibus, ſe ſervaturos res
„ mobiles eorum, eiſque quoquo vellent,
„ ire liberè permiſſuros; qui Bononiam
„ cummigrare, aut in agro habitare vo-
„ luiſſent, omnium onerum, præterquam
„ militarium, vacationem daturos, omneſ-
„ que poſſeſſiones, quas haberent in agro
„ Bononienſi, reſtituturos, ueque ſe pa-
„ cem cum Mutinenſibus illorum injuſſu
„ facturos, niſi reſtituti à Mutinenſibus
„ eſſent; præterea ſe ædi D. Stephani par-
„ ſuros, captivos dimiſſuros, res Commu-
„ nis Mutinæ trans Scultemnam impenſis
„ Communis Booouiæ tranſlaturos; ſi quis
„ de caſtro vellet primùm Mutinam ire,
„ deinde Bononiam redire, poteſtatem fa-
„ cturos; poſtularunt autem, ut ipſi intra
„ biduum bona ſua omnia, ædiſque D. Ste-
„ phani ex caſtro extracta haberent, & ne
„ Mutinenſes per tres dies propius caſtrum
„ trium millium ſpatio eſſe poſſent, darent-
„ que operam, ut caſtrum Badiani in po-
„ teſtatem Vidonis Prætoris primo quoque
„ tempore perveniret. His actis Badiauenſes cum ducibus Mutiueuſium collocuti fide accepta, fore quæ promitterentur à ſua parte rata, eodem die cum rebus ſuis exieruut, atque alii Bouoniam, alii Mutinam, ut cujusque tulit animus, abieruut. Prætor inde caſtrum ingreſſus, ipſum exercitu Mutinenſium aſpectaute combuſſit; & continuò, antequam Hencius adveniret, nocturno tempore in Mutinenſes invaſit, eoſque in fugam haud magno admodum negocio compulit, inde circumlatis ad caſtra eorum armis, Moutelongum, Sabinianum, & alia quædam occupavit; atque ingenti præda potitus victorem domum reduxit exercitum. Ibi recitatis, quas geſſerat, rebus ad Conſilium Generale, ac Speciale tulit, ut pacta cum Badiauenſibus, & cuſtodibus, qui ibi erant, cum oppidum iu ditiouem conceſſit, ſervarentur, atque iu legum tabulas referreutur, & quotannis per Prætorem, qui tunc eſſet, & per populum jurarentur, & ut in feſto D. Eſaiæ, nam illo die ea facta deditio fuerat, quadraginta cerei per Prætorem, & Curiam ad Divi Eſaiæ deferrentur. (19) Dum autem hæc acta ſunt, Fridericus ex Victoria urbem Parmæ obſidione acerrima preſſit, ac crebra cum egredientibus Parmenſium ſagittariis prœlia miſcuit, & mœnia ſæpe invaſit. Verum cum iriti omues conatus cecidiſſent, uſque eò furere ira cœpit, ut omnes adverſæ partis captivos maximis, atque exquiſitis ſuppliciis

ſa

lium cum Mutinenſibus militum exercitum curarent, & quantum denique facerant literas domi operose colere, negotia cum exteris pacto animo agere, & tamquam pro joco bellum foris, & illud duplex, cum fœderatis unum, ac cum eorum hoſtibus alterum placidiſſimè in ipſius conſpectu ſuſtinere. *Vivarell obſ crit. ad Script. Hiſtor. fol. 19. Ochym. de laud. Bonon. §. ſi qua eſt; Prud Marchett. de præſtan Urb. Bonon. §. ad eamdem.*

(19) Concordant *Griffon. col. 113. delle Pugliole col. 263. Vizan fol* 121. *Egnat. ad Ghirardacc. fol. 170. poſt med.* ubi quod fuit res acta die 6. Julii hoc Anno 1247. lamentationes inde non leves addendo ſuper pio ſublato more faciendi his oblationes, & per hæc concludit. „ Sed fateamur oportet, ſupe-
„ rioribus ideò ſeculis tantum noſtram auctam
„ eſſe gloriam, atque fortunam, quantum
„ religio, pietas, & juſtitia, vel increbuit,
„ vel ſervata eſt; contra verò noſtris æque
„ declinaſſe tantum temporibus, quantum
„ vitius illa tepeſcens minuta, & rabeſcens
„ propè exinanita eſt; igitur deperditionis
„ illius ſi ipſos nos facimus, atque ſentimus
„ authores, quì fit in nobis tantus animi
„ torpor, tanta ſegnities, ut feralem demum
„ aliquando hanc non excutiamus ſtupiditatem, animiſque confirmatis, quid eſt cur
„ experiri per liberaliora in ſuperos, & in
„ pauperes officia haud nitimur, utrum ut
„ antiquitus, ita & noſtris fieri hoc poſſit,
„ Patriæ decus denique erigi, ac quod felici-
„ tas tunc adeò celebrata hujus Urbis vel
„ aliquantulum, commodoque noſtro inſtau-
„ retur, atque reſloreſcat? Cæterùm illud
„ abſolutum, à religione exordiendum, per
„ pietatis officia inde progrediendum, egre-
„ diendumque poſtremò ab omni negotio il-
„ læsâ Juſtitiâ; alias vanus, inaniſve alter
„ quilibet conatus, tamquam non veris, adeò-
„ que inſtabilibus fundamentis innixus, quia
„ vera Urbium, & Imperiorum requies in-
„ de dumtaxat dimanat, & uſque eò perdu-
„ rat, quouſque, & noſtra illam promeren-
„ di ratio quoque perdurat. Et hæc quidem eadem ſunt verba, quæ apud nos prædicatione ſucceſſiva, mures ſcilicet noſtros agnoſcendo, recitarunt, & inceſſanter inculcarunt *Bernardus Quintavalles, Franciſcus Aſſiſius, Dominicus Guſmanus, Joannes Schius, Albertus* cognomento *Magnus, Alexander Macchiavellus,* vulgò *il Collaxmo*, qui innocentia morum, prudentia, & dexteritate in rebus agendis, gratiâ, ſcientiâ rerum, & infuſa veluti cognitione ſcientiarum omnium, tantum potuit, quantum modeſtiâ, animi moderatione, venuſtiſſimique voltus ſpecie, ad trahendum, rapiendumque homines plurimum valuit: item *Joannes Theutonicus, Jacobus de Voragine, Thomas Aquinas, Bartholomæus Bragantius, Raymundus Penafortius, Jacynthus, & Ceslaus fratres Poloni, Vincentius Ferrerius, Manfredus de Vercellis, Catharina virgo Senenſis, & Bernardinus Senenſis*, quos ſingulos aut origine, aut allectione lætamur ſortitos eſſe Cives. *Codiberſ. in Memorial. fol. 23.*

in conſpectu Parmenſium diverſis diebus occiderit. (20) Bononienſes victores, cum ſociorum in caſtra ſe retuliſſent, Ferrarienſibus, & Mantuanis aſſumptis pontem ſuper Padum ad Brixillum à Cæſarianis factum V. Kalend. Novembris in poteſtatem adduxerunt, & Colurnum progreſſi magnam comeatus vim Parmam ad ſuſtinendam obſidionem introduxerunt. (21) Nec multo poſt Montelongus Legatus cum ſuis copiis fruſtra renitente Friderico urbem ingreſſus, variis artibus titubantes Parmenſium animos confirmavit, ſpe ſubſidii mox affuturi objecta. Superveniente hyeme ſociorum copiæ domum pleræque in hiberna dimiſſæ, Aigonis, qui Mutina à Graſulfis fuerant propter factionum certamina exturbati, Bononienſes Sabinianum, quod paulò ante
1248 ceperant, dederunt incolendum. Ineunte inde anno, quo Bonifacius de Carro Placentinus Præturam geſſit, Fridericus gravi morbo tentatus eſt, ex quo cum convaluiſſet, recreandi animi cauſsâ, XIV. Kal. Martias Victoriâ cum magno ſuorum comitatu aucupatum egreſſus eſt, rerum omnium ab hoſtibus prope ſecurus. (22) Tum Montelongus Legatus vir acer, ac vigilans, & Philippus Vicedominus Prætor occaſione uſi, urbe cum omnibus copiis adverſus eos, qui Victoriam tenebant, eruperunt, iiſque ante quàm Fridericus recurrere auxilio poſſet oppreſſis, Victoria cum ingenti præda potiti ſunt; nam & Coronam Regiam, & theſaurum, & ſupellectilem omnem pretioſam Friderici, & Carrocium Cremonenſium pepererunt, & Victoriam demum ipſam à fundamentis ſimul irâ lætitiaque elati diruerunt. (23) Fridericus cum mature ſuis ſubvenire non potuiſſet, Victoria excluſus Cremonam conceſſit, atque inde agrum Parmenſem hoſtilibus populationibus infeſtum reddere inſtituit. Hencius cum Icilino Veronam, Montelongus cum Mediolanenſibus Mediolanum ſe retulere. Parmenſes prædâ regiâ partim divenditâ, partim in ærarium relatâ, Carrocium Cremonenſium rei monumento ad Baptiſterium collocarunt. Hac victoria erectus Pontifex, continuò Octavianum Ubaldinum Cardinalem, qui Bononienſis fuerat Epiſcopus, Legatum Bononiam deſtinavit, mandavitque ut Bononienſes ad bellum, quam maxima poſſent, ope continuandum adhortaretur. Cum eo ergo de belligerendi ratione conſultum, atque ex communi ſententia decretum, ut reliqua Mutinenſis agri caſtra ſæpius parum proſpero ſucceſſu tentata, primum peterentur, deinde Romaniolæ urbes, quæ in poteſtatem abierant Friderici, repeterentur. Nam cum exploratam, ac certam fractis ad Victoriam Friderici opibus de utroque bello victoriam oſtendit, tum antiquæ ſtudiorum egregie à Bononienſibus cultorum gloriæ illum haudquaquam ſpernendum recentis decoris titulum adjici, ſi Eccleſiam jus ſuum in Romaniola armis Bononienſium recuperaſſe, apud poſteros fama haud quaquam falſa ferretur. (24) Ita Prætor ineunte Majo firmiſſimum in fines Mutinenſium exercitum introduxit, ac Nonantulam ultro ſe poteſtati permittentem, Panſanum, & Sancæſarium reſiſtentia ipſo præſente Octaviano in ditionem adduxit, & tecta eorum omnia diſturbavit. Inde univerſo cis Scultennam populatu, ac pervaſtato agro, domum reverſus continuo equites, & populum Bononienſem in Romaniolam cum Carrocio duxit, & Ducia, ac Flagnano momento expugnatis inde ad oppugnationem Imolæ properavit. Imolenſes cum ſatis parati ad tantam belli tempeſtatem ſuſtinendam non eſſent, facile ad conditiones accipiendas adducti ſunt; VII. Kalen. Junias res jurejurando per Jacobum Epiſcopum, & Bonifacium Prætorem, Octaviani, ac civitatis nomine agentes in Prætoriu

(20) Sed non ſolum immanis tyrannus adverſæ partis captivos paſſim trucidavit, verùm inſuper Eccleſiaſticos quotquot, Clericos, Regulares, & ſanctiſſimos inſuper Epiſcopos omnes, quos per inſidias poteſtati ſuæ mancipare potuit, in odium Ordinis, Eccleſiæ, atque Pontificis truculentiſſimo martyrio, fœdiſſimoque ſupplicii genere conſecravit. Inter hos autem S. Marcellinus Aretinus Epiſcopus præſertim recenſetur, qui poſtea miraculis claruit. *Spondan. Tom.* 1 *fol.* 168 *n* 2.

(21) Ubi ulterum pro teſtanda Bononienſium virtute non adeſſet monumentum, profectò hoc ſatis, quod eſt ampliſſimum, & inobliterabili recordatione ſignandum. *Ochym. ubi ſupra*, & facit *Spondan. d. To.* 1. *fol.* 168. *ſub nu* 3. *in fine*, & concordat *Ghirardacc. fol.* 171 poſt quem reliqui.

(22) Non hac ratione quidem, ut notant Fridericiani, plenè verò altera effrenis libidinis, ut ſcortorum fuſo grege licentioſiùs per nemora uterctur, ad tradita per oculares teſtes, quos refert *Spondan. d. Tom.* 1. *fol.* 168. *n.* 2. cui adhæret *Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 171. adeòque corrigendi reliqui, tanquam omnium per aſſentatores decepti.

(23) Non ergo pecuniâ corruptis cuſtodibus, neque proditione, ut diffamavit Fridericus, perdita Victoria, & ipſe confractus eſt Cæſar, judicio ſed utique Dei, opeque Deiparæ, cujus imago in Vexillis Fœderatorum coruſcabat, & jure cauſæ, ac militum auxiliariorum virtute partâ victoria, & de Auguſto latus triumphus, quo celebrior via alter. *Spondan. d. fol.* 168. *n.* 3. & 2. ubi alii; *Griffon. col.* 113. *dalle Pugliole*, licèt re confuſa cum rebus ipſo anno geſtis, *col.* 264. *Ghirardacc. fol.* 171. ubi *Egnat. poſt med.*, qui dicit contigiſſe hoc die Martis 16. Februarii 1248. quare confeſtim Bononiam relato nuncio medius ex captis quibuſdam Vexillis, & aliis ſpoliis, quæ deinde appenſa ſunt in Ædibus Baſilicæ S. Stephani ad ſepulchrum S. Petronii, S. Nicolai de Vineis ad Sarcophagum Sancti Dominici, & Minoritarum, lætatum eſt, actæque per populum ſunt præcipuæ feſtivitates, quarum non levia extant adhuc in publicis tabulis veſtigia; imò idem teſtatur vetuſtiſſimum Archigymnaſii Kalendarium ſub die 16. Februarii.

(24) Ut nempe poſſit ſemper Bononia cuilibet objicere, quod S. Sedes haud quaquam differret fateri, Bononiam nullo præter Religionis, & propriæ ingenitæ virtutis nexum Urbi obſtrictam titulo, Quiritibus calamo, & gladio, cruore, & ære, ac omni magnanimitatis, & ſinceræ Catholicæ Fidei ſtudio erga legitimos Chriſti Vicarios ſuperatis, Religionem impollutam in ſuo candore, & Romanam Cathedram in majeſtate ditionis ſuæ, nullo nec accepto, nec petito mercedis præmio, ſuis duntaxat vel Academiæ Doctoribus, vel Civibus, & armis vindicaſſe, inſtauraſſe, defendiſſe, atque ſartam tectam, ut ajunt, feciſſe. *Luc. de Lambert. de ingrat. anim. retrib. fol.* 19. *Ant. de Asex. de Bonon. incult. relig.* §. *de Victoria Urbe*; *Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 171.

totio Imolæ his eſt firmata conditionibus , A
„ Imolenſes ſpoponderunt , ſe ſocietatem
„ cum Bononienſibus habituros , & Com-
„ mune , & homines urbis , antiqua con-
„ ſervaturos. Bonifacius vero Prætor pro-
„ miſit, ac Stephanus præco civitatis jura-
„ vit , Bononienſes urbem Imolæ ſervatu-
„ ros , quandiu fidem Romanæ Eccleſiæ
„ præſtitiſſet. Quibus rebus tranſactis Con
ſilium Generale , ac Speciale in caſtris eſt
coactum, ubi homines utriuſque Conſilii, &
Conſules mercatorum, atque argentariorum,
& Antiani populi , & Magiſtri Collegiorũ,
& Vexilliferi Communis , prædictorumque
Collegiorum convenerunt, ibique recitatis
conditionibus , ſuffragiiſque initis placuit, B
ut eæ , perinde ac recitatæ eſſent , inte-
gre , atque inviolabiliter ſervarentur . His
rebus ad Imolam geſtis , inde ad Faven-
tiam , & Bagnacavallum , Forum Po-
pilli , & Forum Livii perrectum ;
omneſque hæ civitates imperata Eccle-
ſiæ , ac Bononienſium facere Auguſto ipſo
menſe coactæ . Itaque adverſariis factio-
nibus exactis, Prætores, & Præfectos Bono-
nienſes accepere, & ſe cuſtodiæ , & clien-
telæ eorum tradidere. (25) Quo terrore
Cervienſes impulſi, non expectato bello, ul-
tro quod poſtulatum eſt conceſſerunt . Pri-
die Idus Auguſti Rolandus Valentinus Cer-
vienſium Procurator , & Vido Lamberti C
nus Antianus populi Bononienſis, idemque
Procurator pacti ſunt , ut Cervienſes da-
rent ſalem præſentem, & futurum ad decem
annos ſub certo pretio, portoriis integris ,
& viginti quinque homines reciperent ad
cuſtodiam ſalis, nec per decem annos pro
mitterent aliis . Et quanquam pactiones
cum ſingulis civitatibus initæ , conſumptis
negligentia tabulis non reperiuntur , ſatis
tamen conſtat, hoc anno , atque hac victo-
ria Romaniolam felicibus Bononienſium
armis eſſe receptam ; ſiquidam antiqua lex
adhuc extat in hæc verba. „ Ut homines
„ ex agro Imolæ, qui ſunt in ditione Bono-
„ nienſium, tributa pendant , & alias fun- D
„ ctiones publicas obeant cum iis homini-
„ bus , quiſcum aſſueverant , antequam
„ Bononienſes recuperarent Romaniolam
„ Bonifacio de Catio Præturam admini-
„ ſtrante. Pridie Nonas Septembris Boni
facius domum reverſus, Imolenſes in Con
ſilio jurejurando adegit, ſe defenſuros Bo-
nonienſes adverſus omnes , & præcipuè
Fridericum . Eodem anno Rambertinus Bu
alleius Prætor Genuam advocatus . Prætu-
1249 ra Bononiæ inde Philippo Ugono iterum
data . Kal. Januar. cum ſeditio Imolæ exar-
ſiſſet inter Britos & Mindulos, quæ capita
factionum erant, veritus Prætor , ne ea-
res civitatem ad partes Imperii traheret , E
Bononiam utroſque accivit, jurareque apud
ſe juſſit, ſe præceptis ſuis obtemperaturos
ab eo die uſque ad Kal. Januarias primas,
ac viginti locupletes fidejuſſores dare , &,
cum dediſſent , pacem inter ſe intra præ-
ſtitutum tempus habere , nec Bononiâ in-
juſſu ſuo diſcedere. Extant etiam ex utra-
que parte nomina ſingulorum. „ Tulit in-
„ de ad Conſilium Generale, & Speciale,
„ ut Medicina, & duæ partes Argellatæ, &
„ quicunque ibi habitarent , à tertia Præ-
„ tura Uberti Vicecomitis tributa ſolverent,
„ & functiones publicas obirent , perinde
„ atque alia caſtra, pagique Bononienſes, &
„ ſi qui ab eo tempore Bononiam commi-
„ graſſent, ne jure civium fruerentur, ſed
„ cum eo pago conferrent, unde veniſſent.
„ Qui verò ex duabus partibus Argellatæ
„ in tertiam commigraſſent, nullo privile-
„ gio gauderent , ſed ſimul cum vicinis
„ ſuis conferrent . Eodem menſe Frideri-
cus Lombardiæ rebus prope in perpetuum
deploratis per Etruriam in Apuliam ire
contendit ; Hencius filius Regii , Mutinæ-
que, quæ Parmenſium , Bononienſium , &
Ferrarienſium infeſtis erant armis objectæ,
ut eas cuſtodiret, ſervaretque relictus . O-
ctavianus interea Legatus nullum tempus
de bello cogitandi prætermittere, & fauto-
res Eccleſiæ aſſiduè ad arma ſolicitare , ac
ſingulos, ut oblata inimicorum ſuorum ul-
ciſcendorum occaſione uterentur, identidem
admonere . Cujus vocibus incitatus Simon
Manfredus Regio extorris , Novum , Aro-
lam, & Sanſtephanum caſtra in finibus Re-
gienſibus occupavit, ac multos ad ſe à Gi-
bellinis pulſos illexit , oppidaque præſidiis
operibuſque firmavit . Quam rem Hencius
non negligendam ratus continuò ad Aro-
lam cum Regienſibus advolavit , & qui
intus erant, ſuſpendio ad terrorem cetero-
rum affectis, arma inde ad reliqua contulit.
Interea Octavianus animos Bononienſium
ſtimulare , ne ſemel oblatam occaſionem
abire paterentur , quam, ſi tum ceſſaſſent ,
nequicquam poſtea quæſituri eſſent . „ No-
„ bis enim , inquit , hoc tempore illud ſin-
„ gulari ſummi Dei beneficio datum eſt ,
„ quod hoc miſero , teterrimoque bello
„ nunquam ſperavimus , ut amicis noſtris
„ conſervatis, & Pontificia ditione recupe-
„ rata Fridericum propria prope deſperata
„ ſalute Lombardiæ finibus abſcedere coë-
„ gerimus. Hencius autem, in quo uno ad-
„ verſariorum ſpes ſitæ omnes ſunt, vix ad
„ caſtra Regienſium tuenda ſatis nervorum
„ habere videatur . Quin igitur , quando
„ felicibus auſpiciis veſtris Romaniola ad
„ Eccleſiæ, veſtrumque imperium redire
„ coacta eſt, arma adverſus Mutinenſes re
„ monente vertuntur, & quando omnia eo-
„ rum loca cis Scultennam veſtra virtute
„ in ditionem redacta ſunt, Scultenna tra-
„ jecto, urbs ipſa petitur , atque dum ipſi
„ cladibus ſuperioribus perculſi urbe exire
„ non audent, dum Hencius exiguis copiis
„ ſeptus bello alio detinatur, eadem inten-
„ tius oppugnatur , atque aut , ſi bellum ex-
„ pectare noluerit, ad partes Eccleſiæ tra-
„ hitur, aut ſi impetum perferret , vi ſub jus
„ imperiumque ſubjungitur ? Quæ cum di-
xiſſet, facile omnibus perſuaſit. Itaque de-
creto , quam occultiſſime fieri potuit, bello
auxilia ex Marchia & Romaniola dili-
gentiſſimè accerſita . Quæ ubi convenere
Philippus Prætor unà cum ipſo Octavia-
no Legato educto Carrocio exivit , atque
cum ingenti urbanarum , & ſocialium co-
piarum, ſi quando unquam aliàs apparatu
rectà ad flumen contendit . His de rebus
Mutinenſes admoniti jampridem certiorem
Hen-

(25) Vide quæ ad rem ſcribit *Fuercher. obſ. for. in tit. de clauſ. & cautel. num. 27. & ſeqq. Egnat. fol. 172. Griffon. col. 113. dalle Pugiole col. 264. Vizan. fol. 122. & ſeq.*

Hencium fecerant, atque ab eo dubiis ſuis in rebus auxilium implorarant. Neque ille rem tantam neglexerat, verum Papienſium & Cremonenſium copias accerſiverat, ſimulque Parmenſium, & Ferrarienſium exules advocarat. Qui cum ſegnius fortaſſe, quam res poſtulaſſet, conveniſſent, moram aliquam maturæ expeditioni attulerunt. Hencius Bononienſium expeditione comperta ſociis omnibus aſſumptis cum Regienſibus, ac firmo Germanorum exercitu citato agmine Mutinam venit, ſperans ſe in tempore ad flumen occurrere poſſe, atque ibi ſaltem Bononienſibus tranſitum impedire. Verùm conjectura ſefellit. Nam eodem tempore, quo ille Mutinam acceſſit, Bononienſes ad Scultemnam pervenerunt, amnemque trajicere inſtituerunt. Qua re audita, nullam ille ſibi moram interponendam putavit, quin extemplo accurreret, ac, ſi poſſet, in tranando flumine occupatos eos, atque palatos invaderet, ſtatimque nullo laxamento ad quieſcendum equis, aut hominibus, dato, Mutinenſium agmine præcedente adverſus eos egreſſus eſt. A flumine ad Mutinam tria paſſuum millia ſunt. Eo tempore flumen ponte inſigni lapideo jungebatur, qui S. Ambroſii dicebatur; inde longe à ponte mille paſſuum intervallo, torrens, quem ut nunc quoque Foſſam-altam dicebant; deinde pari prope intervallo in conſpectu ferme urbis Noſocomium S. Lazari. Ad Foſſam igitur altam quanquam accelerans, vix cum ſuo exercitu occurrit Bononienſibus Hencius, atque, ut erat ira fervidus, & ætate naturaque ferox, continuò prœlium commiſit. Is erat dies VII. Kalen. Junias D. Auguſtino ſacer, non Hipponenſi Epiſcopo, qui Auguſto menſe colitur, ſed ei, qui Anglis Gregorii primi juſſu evangelium nunciavit. (26) Pugnatum eſt ergo utrinque acriter; pugnaque variante victoria uſque ad noctem perducta. Tandem pars Mutinenſium ſuſo, fugato, ac prorſus profligato exercitu ceſſit; paucis ſylvæ, atque urbs ipſa perfugium fuit; plerique

A in acie aut cæſi ſunt, aut capti; inter ceteros, qui plurimum Bononienſium virtutem, atque hanc victoriam illuſtravit Rex Hencius captivus eſt factus, & Boſo Dovaria Cremonenſium Princeps. (27) Nam Vido & Seſſius Regienſium caput, cum temere per noctem fugâ arreptâ uſque ad Noſocomium perveniſſet, incaute equo in cloacam impulſo, ibi eſt ſuffocatus. Gerardus Pius, & Thomaſinus Gorzanus Mutinenſes equites illuſtres ad canale Mutinæ in ditionem venerunt; præterea maxima Mutinenſium, aliorumque equitum, ac peditum turba capta; ut ſatis conſtaret illo bello maximo ſcilicet, ac periculoſo B aut cladem majorem illatam, aut victoriam inſigniorem partam non eſſe. Re proſpere geſta, Octaviano, atque Philippo placuit domum reverti. Ita cum inſigni triumpho, ac veterum ſeculorum triumphis prope æquali urbem iniere. His obviam effuſa civitas victoriam gratulari, ac nobilium captivorum ingentem numerum admirari; inter quos eminebat Rex Hencius, quippe maximi, ac potentiſſimi ea tempeſtate Regis, atque Imperatoris filius, & cum dignitate ſua, tum ætate ac forma conſpiciendus; nam nondum vigeſimumquintum annum ætatis attingebat, & ſpecie oris, ac ſtatura corporis omnes ea tempeſtate C longe ſuperabat. Ex quo maxima civitatis lætitia, miſericordia quoque pleroſque afflictæ præcellentis juvenis fortunæ quædam tangebat. Rex, ac reliqui captivi in cuſtodias conditi. Conſilio inde ſuper hac re habito, lege ſanctum, ne Rex ullo unquam tempore dimitteretur, ſed uſque ad exitum vitæ in cuſtodia ſumptu publico aleretur, & ut tanti beneficii ſe gratos Deo oſtenderent, per annos quinque die feſto D. Auguſtini, quo tam præclara parta victoria eſſet, centum corbes frumenti Virginibus Auguſtinianis extra portam Ravennatem agentibus præberentur. (28) His conſtitutis rebus tum Medicinates & D Argellarenſes, qui immunes à publicis functio-

(26) De quo *Ven. Caſ. Card. Baron. in Martyrolog. Rom.* ad diem 26 Maji, & quo ad diem hujus pugnæ celeberrimæ, victoriæque ſplendidiſſimæ, imò regalis omnino triumphi, conveniunt *Griffon. col.* 113. *Ghirardacc. fol.* 175. *ad princ. Dulcin. de var. Bonon. Statu lib.* 5. *fol.* 215., & quo ad factum, licèt erret in die, *dalle Pugliole col.* 264. *propè finem*, & ita cæteri, inter quos, & *Spondan. Annal. T.* 1. *fol.* 172. n. 3.

(27) Qui ergo ſummoperè Bononienſium hunc Triumphum præſentiâ ſuâ nobilitavit, hic Rex Entius Friderici Cæſaris filius per noſtros captos, fuit, utpotè qui alter Achilles Ghibellinorum erat, conſequenterque Guelphorum ad arat juratus hoſtis; itaque in catenas ipſo recto, quantum acerbius nullum poterat Friderico patri ſupplicium infligi, fcteilitibuſque ſuis terror incuti, tantum profectò lætius nullum, aut magis glorioſum contingere Innocentio Papæ, ſuæque Sedi, Eccleſiæ item, & ſequacibus factum poterat, per quod Bononienſium virtute, & armis proſtratus tum fuit hoſtis, cum enervatus illius exercitus, itemque Ghibellinorum confractus animus, & Italiæ in tuto poſita ſalus. *Ochym. de laud. Bonon. § ergo qui. Gentilm. de var Ital. fort. fol.* 51. *Prud. Marchett. de præſtan. Urb. Bon. § Dimum illud; Luc. de Lambert. de ingrat. anim. retrob. fol.* 28 *Prendipart. de preſſo, excuſſoque per Ital. barbar. jugo §. Friderico in ea; Anton. de Alexand. de Bonon. ſculp. relig. § Reliquis ſilentio; Jord. Cuzzerb. de lurida Ital. facie A.* 1249. *Spondan. alios allegans d. T.* 1. *ad A.* 1249. *fol* 171. *& ſeq. n.* 3. *Sigon. de Reg. Ital. lib.* 18. *Falcon. de' Faſc. di Bol. fol.* 256. *Vizan. lib.* 3. *fol.* 124. *Dulcin. lib* 5. *fol* 209. *& ſeqq. Griffon. col.* 113. *dalle Pugliole col.* 264. *Ghirardacc. fol.* 175. ubi *Egnat.* *fusè ad mod. Collat. Macchiavell. Frater de Bonon. Eccl. & Urb. guber. ſub hoc Anno*, & facit *Vetuſtiſſ. Archigym. Kalend. in Majo ad diem* 26.

(28) Res eadem ap. *Ghirardacc. fol.* 175. ubi *Egnat. propè finem*, qui longè hanc populi Bononienſis promptam in egendis Deo, ſuperiſque gratiis obſervantiam, & in exercendâ E erga egenos liberalitate, munificentiam extollit, quam præcipuam explicat cauſam ceteris gloriæ Bononienſium, ſimulque partæ adeo grandis, ſplendidiſſimæque victoriæ, quâ profectò nec clades major illata, nec victoria inſignior habita per antea unquam eſt, ut egregiè hic Sigonius, quo loquentior planè nec ornatior alter ad eam deſcribendam, recitandamq; ſubſequentem triumphum ſuperiorum ætatum veteribus triumphis æqualem, neque quæri, neque inveniri poterat. *Falc.* verò *de evid. Mariæ V. Deip. protect. ergà Bonon. cap* 7. ob indicata generali ejuſdem triumphi celebritate, ad habitam per artium Collegia, quæ non levem contulere opem, deſcendit, ſcribitque illas poſt ſolemnes ſupplicationes ad ſepulchra Urbis Patronorum, Petronii, Flo-

ctionibus erant, oppreſſi; (29) de quibus cum IIII. Nonas Junias ad Conſilium Generale, & Speciale relatum eſſet, placuit, ut inter Paganorum numerum, quos illi Fumantes adhuc vocant, cum hominibus oppidi ſui referrentur, ac tributa conferre, & in expeditiones ire cogerentur. Rebus Mutinenſium prœlio ſuperiore acciſis, expeditior jam urbis ipſius expugnatio oſtendebatur; quam ad rem cum Octavianus, & Bononienſes de integro animum adjeciſſent, cum Parmenſibus tacitè compoſuerunt, ut ipſi Regium aggrederentur; nam ſe interea Mutinam invaſuros; ſic enim haud magno negotio utranque urbem in poteſtatem venturam, cum ceteris remotis auxiliis, ne ipſæ quidem ſe inter ſe oppartunis juvare auxiliis poſſent, quod ſuas quæque res reſpicere, ac ſua tueri mœnia cogerentur. Septembri igitur menſe ineunte, Parmenſes Regium, Bononienſes Mutinam ſunt adorti. Verùm gravior conſtitit ad Mutinam rerum, ac copiarum omnium apparatus, cum eò & Legatus Pontificis, & Carrocium Bononienſium cum Prætore acceſſiſſent, atque infinita tormentorum bellicorum vis, ingenſque ſociorum, & civium numerus eſſet adductus. Quibus Aigoni quoque cum ſua factione, quæ Mutina extorris erat, ſe adjunxere. Ac Parmenſes quidem cum Regium aggreſſi pontem S. Stephani, & pontem, ſuburbiumque portæ Bernonis, ac ſuburbium omnium Sanctorum combuſſiſſent, haud ultra tentarunt. Bononienſes autem Mutinam non acri ſolum obſidione cinxerunt, ſed etiam graviſſimè ab omni parte oppugnarunt. Mutinenſes cum omnibus deſtituti ſubſidiis ſe mœnibus, valliſque, quibus urbem jampridem muniverant, continerent, neque in aciem prodire aperto, atque æquo Marte auderent, ſæpe tamen ex urbe procurrebant, ac levia cum Bononienſibus prœlia commiſcebant. Tandem circa foſſas compreſſi cum multos amiſiſſent, exire deſtitere, atque ad mœnia una viriliter propugnanda incubuere. Bononienſes interea obſeſſis, atque incluſis illudere, atque omnia probra ingerere, & variis detrimentis afficere, ut, ſi poſſent, aliquo pacto ad pugnam elicerent. Nam & ſuburbia in conſpectu eorum concremarunt, & cadavera jumentorum vi machinarum in urbem jecerunt. In primis autem aſini cadaver ſoleis argenteis per noctem projectum dicitur, quod cum forte in fontem, quibus multis urbs abundat, cecidiſſet, celebre ei nomen apud poſteros prodidit. (30) Qua ignominia generoſus populus irritatus, continuò ſe foras ejecit, ac tanta vi in apparatum machinarum ſe intulit, ut briccolam, qua aſinum jaculati erant, vi eripuerit, in urbemque detulerit. Harum machinarum tantum ea tempeſtate artificium erat, ut vaſti etiam molares in ſublime earum impetu jacerentur. Satis enim conſtat, Turcarum Imperatorem avorum noſtrorum memoriâ, dum Chalcidem oppugnaret, equorum cadavera putreſcentia intra urbem eadem ratione jeciſſe. Poſtremò, ubi omnia vana eſſe Bononienſes ſenſerunt, cuniculos ad foſſas egerunt, ſive ut aquam exhaurirent, ſive ut commodius mœnia ipſa ſubruerent. Quibus malis conflictati Mutinenſes, ac ſimul omni ſpe auxilii deſtituti, cum conditiones pacis à Legato, & Prætore ferrentur, acceperunt, ac Decembri tandem menſe cum Bononienſibus pepigerunt. Extant adhuc veteres pactionum tabulæ, in quibus rem ita actam eſſe præſcriptum eſt. VI. Idus Decembris in Prætorio novo Mutinæ in Conſilio Generali, in quo affuerunt Magiſtri Artium, & capita quinquagenarum, Hengeranus Procurator ad pacem conponendam eſt lectus, & poſt triduum à parte Aigonorum extorre Vidortus Peregrinus, & Rolandus Ganacetus. XIV. vero Kalen. Januar. Bononiæ in Prætorio veteri in Conſilio Generali, & Speciali, in quo affuerunt Antiani populi, & Conſules mercatorum, atque argentariorum, Magiſtri Artium, atq; ar-

Floriani, Dominici, atque Proculi, ſua depoſuiſſe in S. Barbaræ non longè a Cathedrali Vexilla, in quibus intemeratæ Dei Genitricis imago depicta aderat, graphicè abs altera decerpta eaſdem per Artes ſub titulo Salutis in d. S. Barbaræ Eccleſia præcipuis officiis cultâ, & quam coram, & ante, ſigna illa cum locarent, gratiiſque lætabundi cum perſolverent, Rythmum hunc tanto pium, quanto incomptum, & ante Annum 1000 ſalutis per quem neſcio in earum artium gratiam compoſitum, canere rurſus cœperunt, quem vetuſtatis ſuæ, pietatiſque noſtræ gratiâ nec pudet, nec doles alias ineditum hic referre:

Alma Cœli, Terræque Domina,
Ave & Maris Patrona ſingularis,
Orbis quoque Regina ſalve,
Cui Sydus fulgens tuum,
Salus et, atque Præſidium;
Quoque nata æterni vale Patris,
Ver ique Parens intacta Virgo,
Et Sancti Sponſa Paraclits,
Lectum ave, magnumque Trinitatis Opus;
Urbis hujus noſtræ ſalve decus,
Cui præſto ut ſis, & auxilium,
Omnes pie rogamus cernui,
Ut, quæ literis eſt per Te jam celebris,
Fiat quoque magis potens armis,
Ad hoſtes pellendos reliquos,
Quos Tu adſtans, & fortis nobiſcum
Bellans, ſemper fregiſti ſævos,
Utque Urbe diſtent longius Tibi dicata,
Ne Petri ultrò perturbent inferi,
Sanctam quam tuemur Sedem.
A lue nos defende, diràque peſte,
Ab igne quoque truci, infeſtoque imbre,
Neque inſecta ſine noſtros depaſci
Agros, in quos illa fortè induxit culpa,
Tuique minantis iræ Filii;
Ergo læta ut ſit ætas noſtra,
Noſtræque ut ſingulæ agant Artes,
Quæ Te ſuam ritè Salutem prædicant,
Noſtris, quæſumus, clemens annue votis;
Sicque pia nos ne deſeras Maria,
Sed cum Bonis Civei auges multis,
Et nos per proſperam duce viam,
Cœli cunctos fac nos attingere Sedes. Amen.

(29) Non vi, ut videtur, & præſentis fortunæ elatione, ſed in pœnam præmeditatæ ſæpiùs, & modò nunc detectæ ad deficiendum illicò conjurationis, ſi magis Cæſari, quam Bononiæ Belli ſors, & exitus obſecundaſſet. *Egnat. ad Ghirardacc. fol. 175.*, ubi quod pœna fuit omnino promerita, cum non pactis dediti Medicinates, & Argelatenſes Bononiæ eſſent, ſed Comitatus incolæ, & ideo exemptione donati ad eos in fide tutiùs continendos, quia finitimis Romaniolæ cultoribus ſunt contermini. Adi *M. Eliſ ſororem in ſua Hiſtoriog. §. Medicina*.

(30) Eamdem refert Hiſtoriam *Vizan lib. 3. fol. 125.* item *Griffon. col. 113. dalle Pugliole col. 265. Egnat. ad Ghirardacc. fol. 176. ad med.*

armorum Vexilliferi Communis, eqoitum
& peditum, & Collegiorum, ad eandem
rem lecti ſunt Hugolinus Tancredinus, &
Albertus Preodipartius, eodemque die in
foro concione advocata, prædicti trium
partium Procuratores conveneruot, atque
inter ſe rem in huoc modum compoſue-
runt. (31) „Commune Mutinæ ſocietatem, &
„ amicitiam com Communi Bononiæ ſervet,
„ & amicos inimicoſque eoſdem in perpe-
„ tuum habeat; pace belloque Octavianum
„ Cardinalem Legatum, & Bononienſes
„ adverſus omnes homines juvet, neque
„ cum aliquibus ſocietatem coëat injuſſu
„ Octaviani Cardinalis, ſi aderit, aut Præ-
„ toris Bononienſis, qui nunc eſt, aut poſt-
„ hac fuerit, & Antisnorum popnli, &
„ Conſulum mercatorum, argentariorumq;
„ qui nunc ſunt, aut poſthac erunt, &
„ Communis ipſius Bononiæ. Loca omnia
„ Epiſcopatus Mutinæ citra Scultemnam
„ everſa, in perpetuum everſa remaneant;
„ integra, everti poſſint pro arbitrio eorun-
„ dem. Incolis eorum locorum liceat ibi
„ domos reponere, modo ne intra loca,
„ ubi caſtra continebaotur. Si Friderieus Im-
„ perator abdicatus, aut alius pro eo in
„ Diœceſim Regienſem, aut Mutinenſem
„ pro urbe Mutinæ recuperanda venerit,
„ tum par numerus Aigonorum, & Graſul-
„ forum. qui viſus erit Cardinali, Prætori,
„ ceteriſque & ad eos fines qui eiſdem pro-
„ babuntur, teneantur veoire ad urbem
„ Bononiæ, aut in agrum impenſis Com-
„ munis Mutinæ, & ibi eſſe ad eorum ar-
„ bitrium, ita ramen, ut poſt octo dies,
„ quam hic motus factus erit, poſſint do-
„ mum redire. Commune Mutinæ reſtituat
„ omnes Badianenſes, & qui erant Badiani
„ tum cum venit in ditionem Bononien-
„ ſium, atque ſuas illis poſſeſſiones reddat.
„ Idem incile aquæ è Scultemna derivari ad
„ Caſtrum Francum per agrum Mutinen-
„ ſem, & ſuper id molendina conſtrui ſi-
„ nat. Mutinenſes, qui ſunt in urbe & qui
„ ſunt foris de factione Aigonorum legant
„ communi conſilio Prætorem ex urbe
„ Bononienſi, prout placuerit Cardinali,
„ Prætori, Antianis, & Conſulibus, ant
„ qui ſunt in urbe legant unum, qui foris,
„ alterum, aut demum Cardinalis, Prætor,
„ Antiani, Conſules dent unum, duoſve,
„ quos velint. Qui per Cardinalem, Præto-
„ rem, Antianos, & Conſules mittentur ad
„ cuſtodiam urbis, arcium, & portarum,
„ alantur impenſis Communis Mutinæ;
„ quas arces, portas, idem Commune Mu-
„ tinæ reneatur libere dare Cardinali, Præ-
„ tori, Antianis, & Conſulibus; & præ-
„ ſidia, quæ mittentur, ex eorundem vo-
„ luntare, recipere. Mutinenſes equites,
„ & pedires Mutinâ extorres ex parte Ai-
„ gonorum reſtituantur, & in bona ſua
„ redigantur. Pax fiat inter partem Gra-
„ ſulforum, & Aigonorum ad arbitrium
„ Cardinalis, ſi aderit, Prætoris, Antia-
„ norum, & Conſulum. Contra vero Com-
„ mune Bononiæ pacem habeat cum Com-
„ muni Mutinæ, & parte Graſulforum, &

A „ eos in perpetuum conſervet, ac defendat
„ adverſus omnes homines integro fœdere
„ Lombardorum, & partem utramque
„ in civitate retinear, & ſi una pars pel-
„ letur ab altera, Prætor, Antiani, Con-
„ ſules, populus, & Commune Bononiæ
„ illam reducant, ac bello alteram perſe-
„ quantur, expulſamque recipiant. Mutinen-
„ ſes in agro cis Scultemnam jus habeant
„ colligendi fructus, ſicut ante habebant.
„ Jura Nonantulæ ſint Mutinenſium, ſicut
„ erant, antequam Nonantula ditioni Bono-
„ nienſium ſe permitteret; modo ne nego-
„ cium Nonantulanis exhibeant eo nomine,
„ quod illorum ſe poteſtati tradiderunt.
B „ Prætor Bononiæ, qui nunc eſt, aut poſt-
„ hac erit, Antiani, Conſules, qui nnoc
„ ſunt, aot poſthac erunt & Commune,
„ populuſqoe Bononiæ dent operam pro
„ viribus, ut precaria, feuda, emphiteoſes
„ eorum nulla lite turbentur, vi decreti ab
„ Innocentio Pontifice interpoſiti, quo fau-
„ tores Friderici his juribus ſpoliavit; o-
„ mnia prædia Eccleſiaſtica Sacerdotibus
„ Mutinenſibus reſtituantur, quibus ſen-
„ tentiâ Pontificis ſunt exuti. Ferrarien-
„ ſes, qui capti fuerunt ad canale Mutinæ,
„ cum captus fuit Gerardus Pius, & Tho-
„ maſinus Gorzanus, & qui capti fuerunt,
„ dum urbs obſidebatur, liberè dimittan-
C „ tur. Gulielmus tamen Aldrarte, & ſocii
„ ejus tandiu retineantur, donec Corvoli-
„ nus Caſtellus, & ſocii fuerint dimiſſi.
„ Captivi Bononienſes, qui Mutinæ, aut alio
„ loco cuſtodiuntur à die quo fuit prœlium
„ inter Commune Bononiæ, & Communo
„ Mutinæ, ac Regem inter Mutinam, &
„ Scultemnam VII. Kalendas Junias, &
„ captivi Mutinenſes liberè dimittantur.
„ Commune, & populus Parmæ, Commu-
„ ne Mediolani, & alia Communia Lom-
„ bardiæ Eccleſiæ ſectam ſequuta, ac de-
„ mum ipſe Pontifex, hanc pacem ratam
„ habeant. Atque hæc inter ſupraſcriptos
procuratores ultro citroque promiſſa, ac
D pax mutuis oſculis in conſpectu civitatis
conciliata eſt. Relinquebatur controverſia
de Friniano, quod utraque ſibi civitas vin-
dicabat. Ea res ne paci moram afferret,
Parmenſes Mutinenſibus dediti effecere, qui
Hugone Sanvitali Legato ad id miſſo po-
ſtridie Cardinali, Antianis, & Conſulibus
promiſerunt, ſe daturos operam, ut Sex-
tula Bononienſium eſſet, ſicut erat, cete-
ra verò loca Friniani Mutinenſibus trade-
rentur, & ne Commune Mutinæ mole-
ſtum Frinianenſibus eſſet, &, ſi lis move-
retur, effecturos, ut Judex ad eam Ponti-
ficis arbitrio legeretur. Itaque XIII. Kal. Ja-
nuarias Octaviano Cardinali, & Jacobo Epi-
E ſcopo Bononienſi præſentibus, civitatis utri-
uſque procuratores certâ interpoſitâ pœ-
nâ compromiſerunt in Hugonem, & Syn-
dicos à Communi Parmæ datos de omni
lite, quæ inter Bononienſes, ac Mutinen-
ſes ſuper Friniani poſſeſſione poſſet exiſte-
re, jurantes ſe ſtaturos ſententiæ, arbitrio-
que Communis Parmæ, quod Prætor, aut
alius Rector urbis ejus tuliſſet. His rebus
tranſ-

(31) Itaque demum Pax hæc ſignata Bononiæ die 19. Decembris Mercurii quatuor temporum A. S. 1249. per *Griffon. col.* 113. *dalle Pugliole col.* 265. *Vizan. fol.* 125. *& ſeq. Ghirardacc. fol.* 176. ubi *Egnat. poſt med. & ſeq.* qui refert, inter cæteros ex Antianis Conſulibus, qui huic Paci ſubſcripſere, fuiſſe Paſſipoverum, & Oddofredum Legum Doctores.

tranſactis poſt biduum Conſilium Generale Mutinæ eſt advocatum, atque Matthæo Gorzano, & Alberto Bazoario Rectoribus urbis relatum, num placeret, ſupraſcriptis conditionibus pacem cum Bononienſibus confirmari; omnes ita, ut fuerant rogati, juſſerunt. Hoc decreto Bononiam perlato, duo Prætores per Octavianum Cardinalem, ac Procuratores Mutinenſes, qui erant Bononiæ, lecti ſunt, unus, qui jus diceret parti Aigonorum, alter, qui Graſulſorum, Bonifacius Caſtellanus, & Comes Prendiparſius, ac poſtridie ab Epiſcopo Mutinenſi Mutinam ſunt deducti. Eodemque die divinæ ceremoniæ civitati reſtitutæ, quibus à Pontifice fuerat interdictum; & Conſilio Generali coacto ſinguli jurarunt, ſe præcepta Eccleſiæ ratione ſacræ deteſtationis obſervaturos, & pacem, ac concordiam ratam ſuperioribus conditionibus habituros. Pridie vero Kalend. Januar. Jacopinus Rangonus cum parte Aigonorum in urbem ingenti civitatis gratulatione reverſus eſt. Eodemque tempore Manfredi Faventiam, cuſtodibus Bononienſium parum caventibus receperunt Bononienſes de cuſtodibus pœnas ſumpſere. Fridericus accepto de filii clade nuncio minaces literas ad Bononienſes, niſi ipſum dimitterent, miſit, quas ipſi magno animo contempſerunt, atque Heacium intentiore cura cuſtodiendum curarunt. (32) Eodem anno Rambertino Buallelo Genuæ Prætura abeunte Albertus Malavolta ad eum hono-
1250 rem evectus eſt. Poſtero autem, qui ſuis ſalutis ſupra milleſimum duceteſimus quinquageſimus, Ricardus Villa Bononiæ Præturam accepit. Tum vero XVII. Kal. Feb. Rangoni, & Rodiliæ cum Gorzanis Mutinæ in Prætorio, præſente Generali Conſilio, & Octaviano Cardinale agente, in gratiam rediere. Cum autem Parmenſes ab gravibus ſuperiorum annorum cladibus ſummis annonæ anguſtiis premerentur, Bononienſes eorum vicem ſoliciti VI. Idus Junii Regienſium aſſumptis exulibus uſque ad Cruſtulum Regienſis agri torrentem proceſſerunt, ac direpto late eorum agro XVIII. Kal. Julias magnam commeatus vim in urbem Parmæ miſerunt, & civitatis tum in amicitia manentis egregie inopiam ſublevarunt. Regienſes ad Novum progreſſi, ſuburbium incendêre, ac multos homines, & jumenta inde avertere, &, cum ad Campaneolam excurriſſent, in poteſtatem redegere. Cum priore anno IX. Kal. Januar. Hugo Sanvitalis Carpos per ſimulationem amicitiæ profectus, caſtrum, quod erat Mutinenſium, ab Archipresbytero, & ejus factionis ceteris acceipiſſet, ibique nomine Eccleſiæ juriſdictionem exercere inſtituiſſet, Antiani populi Mutinenſis irati, Carpenſes hoſtes judicarunt, mox adverſus eos armato exercitu exituri, niſi Hugone expulſo ambæ factiones ipſorum ſe facturos imperata juraſſent, ac XVIII Kalend. Septembris Præfectos à Mutinenſibus accepiſſent. Fridericus demum à minis ad preces verſus, & auri tantum, quantum ad cingenda circulo ipſa urbis mœnia ſatis eſſet, pro filii redemptione civitati, ut ajunt, pollicitus, nihil profecit. (33) Itaque cum conſtitutis Apuliæ rebus ac pecunia comparata bellum adverſus Bononienſes ingens moliretur, in ipſo rerum apparatu Idibus Decembris eſt mortuus. (34) Eodem anno ædes D. Apollinaris, quæ erat in Curia Communis, diruta, ac Palatio Antianis dicato acceſſio eſt adjuncta. Catellanus Carboneſius Præturam Parmæ adminiſtravit.

NEMINE REGNANTE, AUT IMPERANTE.

Bonifacio inde Sala Brixiano Prætore 1251
lex III. Kalend. Junias lata ,, ut in
,, qualibet mercatu Rheni menſe Auguſto,
,, & S. Proculi menſe Majo, aut iis diebus
,, quibus mercatus haberi ſoliti erant, red-
,, deretur jus ex conſuetudine fori, aut ex
,, voluntate Conſilii, & ob id quatuor vi-
,, ri legerentur ex tribubus ſingulis ſinguli,
,, quorum duo eſſent judices, & duo equi-
,, tes, itemque ſinguli ſcribæ pro ſingulis
,, tribubus, qui jus redderent, neque alius
,, per eos dies jus diceret. Pridie verò
Kalendas Junias latum ,, ne Commune
,, Medicinæ Conſilium habere in fraudem
,, Bononienſium poſſet, niſi Prætor, aut Ju-
,, dex, aut ſcribæ pro Communi Bononiæ
,, adeſſent, & ſi quis Sacris interdictus, aut
,, pœnis inferorum devotus eſſet, cauſsâ
,, conſtitutionum factarum, aut facienda-
,, rum de Medicina, aut Argellata, damnum
,, eis à Communi Bononiæ præſtaretur,
,, atque idem etiam valeret in agro Imolæ,
,, inque ſingulis oppidis ipſius agri, quæ
,, teneret Commune Bononiæ. Statutum
etiam ,, ut Quæſtor quotannis cum duo-
,, bus ſcribis ſorte legeretur, iſque accep-
,, ta è publico mercede ſingulis noctibus
,, teſtudinatas Prætorii porticus, in quibus
,, jus diceretur, accenſa lampade illuſtraret.
In-

(32) Eſt idem apud *Ghirardacc. fol.* 179. *ad finem*, ubi *Egnat* qui dicit tantum commeatum eſſe in Urbem miſſum, ut victualia de maximis ad minima pretia deſcenderint, atque ideò in adagium profluxiſſe in ea Urbe dici, ennona Bononienſis, id quod refert etiam *Ocyım. de laud. Bonon.* §. *Ex fœdere; dalle Pugnole col.* 265.

(33) Bononienſium nomini, & gloriæ æmuli, vel argentum id fuiſſe jactant, vel ſuppoſititiam rem eſſe univerſam; falluntur tamen, ſynchronis eos fallentibus Scriptoribus, quorum authoritati, famæ, & communi opinioni conjunctæ, magis eſt deferendum, quam recentioribus quibuſdam cenſoribus: ſed illud exploratum, perperam aurum Bononienſibus offerri loco gloriæ, cum putent ipſi ingenitæ virtutis ſtimulo moti, ad avaritiæ ſordem labilem pecuniam accedere, ipſa quamvis ingens ſit, & maxima; contra verò permanens eſſe decus, quo in ævum prædicabitur de Rege nedum capto, quam regaliter alito, eoque penes ſe auguſto in carcere uſque ad funus retento, Bononienſes tantum lætari, quantum egiſſe hæc gratulantur prece, & pretio, minisque truculentiſſimi Cæſaris patris per magnanimum animum conſtantiſſimè neglectis; *Ochym. de Laud. Bonon.* §. *ſed illud; Prud. Marchett. de præſtan. Urb. Bonon.* §. *Domine illud; Spondan.* apud quem alii *Annal. T.* 1. *fol.* 172. *ſub n.* 3. *Vizan. fol.* 126. *& ſeq. Ghirardacc. fol.* 179. *& ſeq.*

(34) In pago Florentino Apuliæ hac dia 13. Decembris 1250 ætatis autem ſuæ 57. homine vel uno querente, imò univerſis gratulantibus, qui antea in corde ſuo habebant illum tamquam inferorum miniſtrum. *Spondan.* latè ubi ſupra *fol.* 177. *& ſeq. n.* 16. *& ſeqq.*

Innocentios Pontiſex cum Friderici morte comperta Lugduno relicto Italiam repetiſſet, menſe Majo Genuam venir. Cum omnium ſociarum civitatum legationes obviam prodiiſſenr, Mutinenſes non Legatos ſolum, ſed Prætorem etiam alterum Loderengum Andalum Bononienſem miſerunt. Qui Idibus Juoii cauſſam Civitatis apud Pontificem agere ingreſſi, cum beneficia à ſe Parmenſibus pro commodo Eccleſiæ data commemoraſſenr, poſtremò injnſtè ſe in diſceptationem de Friniani regione vocari, ac poſſeſſione per Bononienſes ſpoliari conqueſti ſunt, atque ut Legatis Frioianenſium præſentibus priſtioum indiceretur obſequium, poſtularunt. Innocentius inde Mediolanum progreſſus ibi per ocium rebus Lombardiæ conſtituendis vacavir, ac VI. Idus Septembris Mantuam, & Mantua Ferrariam prodiit; ubi ex Epiſcopio ad populum in ſoro ſtantem coocionatus memotabile illud in extrema oratione ſua poſuit. „ Cuſtodivit me dominus „ Italia cedentem, cuſtodivir Lugduni agen„ tem, cuſtodivit inde tedeuotem, ergo ipſe „ ſit benedictus in ſecula, ſimulquo adjecir: „ Hæc urbs mea eſt; rogo ut pacem agite„ tis, quia mortuus eſt Imperator, qui „ perſequebatur Eccleſiam. Ferrariâ inde VIII. Idus Octobris ibi Bonooiam pertexit; adventus ejus totius civitatis, quæ cum Carrocio honoris cauſſa obviam prodiit, ſtudio ingenti, ac ſingulari frequentia virorum ac mulierum celebratus; ipſe ad Epiſcopom, Cardinales ad Prendipartios, & Ramponos divertere. (35) Quod in tanto adventu memoria dignum videtur, is ædes duas recens conſtructas, unam Fratrum Prædicatorum, alteram Fratrum Minorum conſecravit, atque illam D. Dominico, hanc D Franciſco dicavit. (36) Itaque ab illo tempore civitas hos divos tutores ſibi apud Deum conſtituit. Utriuſque etiam Ordinis Fratres tanta abhinc eſſe apud cives auctoritate cœpere, ut paſſim ad arcana civitatis conſilia trahetentur, & cuſtodes tabularum, ac graviom fere actionum omnium teſtes adhiberentur. Innocentius poſt dies octo Boſone Dovaria captivo è carceribus dimitti juſſo, urbe diſceſſit, civibus hand modice offenſus, quod Medicinam, quam vi tenebanr, à ſe flagitaſſent. Cum Peruſia ad Conſilium, & Prætorem ſcripſiſſet, ne cogetent, Fratres Pœnitentiæ militare, latum, ut Fratres Pœnitentiæ vacationem haberent exercituum, atqoe excurſionum, & ut Prætor eorum nomina omnia à ſuo Magiſtro tradita, inque tabulas relata haberet. Fratres autem Pœnitentiæ dicti, qnos extra Cœnobium certa diſciplina vivere Divi Dominicus, & Franciſcus inſtituêre, qui vulgo ounc Tertii Ordinis nominantur. (37) Eodem anno Conradus Friderici filius Rex Germaniæ, morte patris accepta, io Lombardiam trajecit, & Verona ac Cremona aditis, comiter ab uno Icilino acceptus Novembri menſe maritimo itinere in Apuliam tranſiit. Rinaldus Azonis Eſtenſis filius olim ab Icilino obſes in Apuliam miſſus, ibi eſt mortuus, relicto filio Azone puero, qui poſt Azonis avi hæreditatem adivit. Bonifacius Sala ob Præturam egregiè adminiſtratam Bononienſi civitate donatus Bononiæ domicilium poſuir. (38) Inſequente 1252 anno, quo Henricus Morra Præturam geſſit, Octavianus Legatus Innocentii juſſu Procuratores, ac Legatos civitatum, Principumque fœderatorum Brixiam advocavit, atque VIII. Idus Martias conventum omnium in Epiſcopio babuit, cui Henrigettus Caſtel-

(35) Ingreſſus eſt autem Bononiam pridiè, ut quidem nonae Octobres, 1251. per *Ghirardacc. fol.* 181. et minimè poſtea, ut per Sigonium hic, obviâ cæterùm universâ penè Civitate cum hymnis, & canticis, effuſiſque univerſis Magiſtratibus, unà cum Carrocio ad unanimiter itadite per *Griffon. col.* 114. *Falcon. de' Veſc. di Bol. fol.* 157. *Sigon. eod. tract. Ep. Bon.*

(36) Hæc Conſecrationis ſolemnitas die 8. Octobris 1257. ſub grandi pompâ acta eſt, Jacobo Boncambio Antiſtite rogante & Bonifacio Sali Prætore cum reliquis Magiſtratibus præſente, quibus ut poſtulabant, indulſit, colere Urbem in poſterum pro Patronis ſuis Sanctos Dominicum, & Franciſcum Aſſiiatem poſſe, eos veteri S. Floriano, & poſtea aſſumptis S. Petronio, & S. Proculo addendo per ea, quæ concordi calamo ſcribunt *Griffon. col.* 114. *Burſell. in Chron. ad hunc Annum; Sigon. de Ep. Bonon*, *& Falcon. loc. proximo allegat. Vizan. fol.* 107. *& Ghirardacc. fol.* 181. *propè finem*, ubi qood Boſium Dovariam captivitate eximi obtinuit, fide per eum datâ, de non prœliando amplius adversùs Eccleſiam, & Populum Bononiæ, ac quòd idem Pontifex confirmavit omnia jura, & privilegia Studii Generalis Bononiæ, itemque ratam habuit approbationem omnium Statutorum ſuperiori anno ex ſua commiſſione reformatorum per D. Archidiaconum Bononiæ, & per Fr. Danielem ex Ordine Prædicatorum; quam rem tradit etiam idem *Ghirardacc. fol.* 180. *in fine*, & conſtat ex *vetuſtiſs. Kalend. Archigym. in Octobri ad diem* 11.

(37) Quo ad Tertiarios S. Dominici, iis veſtie planè ſimilis illi Fratrum Prædicatorum, niſi quòd Scapulare, ut appellant, non deferebant, & Cappa ferruginei, & minimè atro nigri coloris erat. In grandi autem numero Bononiæ aderant, ac in Sancti Nicolai de Vineis, nunc S. Dominici, ſingulis diebus feſtis conveniebant ad decretas precee habendas, utque ſacris, ac divinis tum Myſteriis, cum Officiis intereſſent, neque ampliſſimi Equites, aut ſplendidiſſimæ Matronæ eam profiteri vivendi rationem, tunicamque geſtare erubeſcebant, conſule *Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 181. *in fine*, *Falcon. de Ep. Bonon. fol.* 252.

(38) De hac re, & Familiâ non pauca *Ghirardacc. fol.* 282., ubi quòd cum ea, qui poſtea Ferrariam commigrarunt, Confalonerii ſunt appellati; ſed & apud nos Gens *de Sala* in ultima uſque tempora ſuperfuit, viris magni nominis referta, de quibus non ſemel habetur in rebus patriis honeſtiſſima mentio. *M. Eliſ. Macchiavell. Soror. in ſua Hiſtoriog. §. Sala. Vizan. fol.* 107. Ad mentionem interea verò, quæ de Familiis Sala, & Confaloneriorum fit, cum oppido eorumdem cognominum mihi occurrant amiciſſimi viri, quorum gratiâ utor tantum, quantum ipſorum intimâ fruor conſuetudine, eorumdem propterea partibus, ideſt quibus poſſum officiis, ut reſpondeam benevolentiæ, hic non poſſum quin in medium proferam, ac nempe *Hyacintum Andream Sala* oriundum Mediolanenſem, Civem autem originarium Bergomatem ex meis Prædicatoribus, & hominem in hiſtoria, ac in eruditione longè verſatum, & *Julium Confalonieri* Beneventanum ex dilectiſs. Clericis Regul. quem ſi origo, & fumoſum genus explicant, pietas pariter, literatura, comitas, & inſignie candor celebrant, atque commendant.

ſtellus, & Petrizolus Oeelletrus Bononienſium nomine affuerunt, omneſque ſe fœderatis Lombardiæ, Marchiæ, & Romaniæ pro opibus affuturos, & amicos pro amicis, hoſtes pro hoſtibus habituros jurare juſſit, quin etiam equites ſexcentos indixit, atque eorum trecentos Eccleſiæ, reliquos ſociorum ſtipendiis ali, ac trecentos citra Padum, totidemque ultra Padum ad arbitrium Legati Pontificii ſubſiſtere voluit; ſexaginta alendi Bononienſibus attributi, quadraginta tres cum tribus equis, alii cum duo bus, iiſdemque quatuor millia librarum Bononienſium æſtimata. (39) Loci etiam, qui cuſtodiendi eſſent, definiri. Eodem tempore, cum Monachi ex agro Mantuano Benedictini litem Bononienſibus ſuper everſione Sancæſarii, cujus Eccleſiam ab Innocentio II. acceperant, intentarent, Innocentius, X. Kal. Maji literas ad eos Aſiſio miſit, præcipiens, ne Prætori, & Communi Bononiæ eo nomine præbere negotium vellent, quòd Sancæſarium diruiſſent: nam id everti, Eccleſiæ interfuiſſe, quòd à Mutinenſibus Friderici amicis teneretur, atque id Octaviani Legati ſui mandato perfectum eſſe. IX. inde Kal. Julias latum, ut Prætor, & Præfectus ſexto quoque menſe ad Caſtrum Francum mitteretur, ea ratione lecti, qua ceteri Magiſtratus ordinarii legebantur, extra quam quod ſinguli à ternis electoribus forte id juris adepti dicerentur. Item cautum de ceteris Prætoribus agri Bononienſis, & Imolenſis, unde ſumptum haberent, & ut ſcribæ Bononienſes in caſtris Magiſtratus gerere poſſent. Epiſcopus portam ædis ad meridiem vergentem ſeonibus pretioſo è marmore miro artificio factis ornavit. Apud Romanos Brancaleo Andalus Bonon. de quo diximus, Senatoriam dignitatem obtinuit. (40) Mediolanenſes turbata civitate ex cæde Petri Veronenſis Fratris Prædicatoris ab hæreticis indigne patrata (41) reliquis abrogatis Prætoribus, quaſi ejus ſceleris contagione pollutis (42) Benum Gozanum Bononia accerſiverunt, Mutinenſes vero Nicolaum Bacialerium, & Jacopinum Bujonum; Senenſes autem, cum primum Præfectum populi creaſſent, eumque honorem Ogerio Bignolo Bononienſi detulerunt, atque egregia ejus in bello adverſus Florentinos opera uſi ſunt. Poſtero anno Petrus Grillus Prætor 1253 eſt factus, atque eo poſt tres menſes vita functo Alemanus Turrianus Mediolanenſis. Ceterum hoc Præturam gerente jus aliquod in urbe Ravennæ paratum eſt; ſiquidem, quæcumque fuerit cauſſa, tertio Idus Junias fœdus cum Philippo Ravennate Archiepiſcopo ictum eſt in has leges. „ Cives Bononienſes, & qui ſunt ex agro ejus non „ alio loco erunt, quam cives Ravennates, „ & Argentani, quod ad ſolvenda portoria „ pertinet. Bononienſes pacem in urbe Ravennæ conſervabunt, & jura, quæ illi „ habent Cerviæ, tuebuntur, ab iis, qui „ uſurparunt, citra diem III. Kal. Octobris „ recuperabunt pro arbitrio Philippi Archiepiſcopi, atque Alemanni Prætoris, & „ Ravennam, atque Argentam, agroſque „ earum in eo ſtatu tuebuntur, in quo „ ante XXV. annos fuerunt, eo modo, „ quo Eccleſia tenuit tempore Salingueræ. Iidem dimidium portorii ſalarii, portuum, & cathenarum Ravennæ, & Cerviæ integro jure Eccleſiæ colligent. Utrique autem mutuo ſe, ſi opus erit, auxilio ſublevabunt. Hæc à Prætore, Antianis, & Conſulib. jurabuntur, atque in „ legum tabulas referentur. Quia verò Petro

(39) Adſtipuletur *Ghirardacc. fol. 182. ubi Egnat.*, & *Sitrlit de multip Bonon. tyrann. §. A galeatis ad Calvatos &c.*

(40) Renovato ita Patriæ ſummo honore, apud quam eſt minimè memoria, id vel alterum ex noſtris ſimiliter geſſiſſe per hoc intervallum, quod intercedit in hanc ætatem ab A. D. 1160. quo pariter fuit decoratus piiſſimus, inclytuſque Paſſipoverus de Paſſipoveris; *Griffon. col. 114. dalle Pagiole col. 266. Ghirardacc.*, & *Egnat ad eum fol. 183. Spondan. ad A. 1253. fol. 182. n. 1. fol. 197. n. 3*, & *fol. 202. n. 1.*

(41) Hoc quidem A. 1252. per *Baron. in Martyrolog. ad diem 29. Aprilis. Spondan T. 1. fol. 183.* & *ſeq. n. 8. Sigon. de Regn. Ital. lib. 19.* Trucidatus verò per Catharos Petrus cum Sodali die 6 Aprilis eſt, ipſo ab Urbe Como Mediolanum abeunte, cujus necis maximè lachrymatum Bononiæ, quod & noſter publicus fuerit Scholaris, & habitum Prædicatorum de manibus eorum Sanctiſſimi Inſtitutoris Bononiæ aſſumpſerit per *Sigon. de Ep. Bonon. Falcon. eod. tract. fol. 219. Em. Petra Conſtit. Apoſtol. T. 3. fol. 90. n. 1.* & *ſeq.* ubi plura de eo, & ipſius Canonizatione celebrata Anno poſtero per Innocentium IV. ut ex Bulla data Peruſii 24. Martii 1253. & facit *Vetuſtiſſ. Kalendar. Arbiqym. in April*, ſub die 29. ejuſdem Menſis.

(42) Dandum & hoc ergo illud laudi Bononienſium, intactam cuſtodire ipſos Catholicam Religionem, (qui cœleſtis favor ab alrero proculdubio ritè cultarum literarum eſt repetendus) abve iiſdem petendos per gentes, populoſque, & Academias errore pollutas Cives, atque Doctores ſuos, quarenus candore propriæ doctrinæ, devios illuminare, corrigere, emendare, & repurgare poſſint, indeque ſanâ doctrinâ reformatos, in rectam ſalutis viam deducere. *Ocbym de laud. Bonon. § Dandum. Egnat. ad Ghirardacc fol 183. ad med* Igitur hac ratio, quare Patavini de Archigymnaſio Theologiam hic tradentem *Hieronymum Bendandum* Ravennatem, & Sancti Benedicti Monachum ad ſuum expurgandum Lycæum abducere, & in Philoſophum aſſumere opus aliquando ſuit, neinpe minimè, ut qui Theologos Bononiæ inſtituerat, (quod non ſatis integrè aſſeritur in *Hiſt. Gym. Patavin. T. 1. cap. 31 n. 139. fol. 367.*) tyronibus inde Patavini ſinu m ſcientiarum, atque veſtibulum aperiret; profectò ſed autem quia congruebat, ac ſingularem prorsùs in modum quoniam fuit hujus viri neceſſarium a Bononia derivandum remedium, quò ſcilicet corruptæ, fœdatæque Academiæ Patavinæ tunc temporis opiniones, ſuæ priſtinæ ſinceritati, & Religionis candori reſtituerentur; quare manifeſta ſupremi Numinis providentia, & opportuna cum utilitate Gymnaſticæ juventutis hoc factum, ut hominis nempè hujus delectu, quam ſenſim, & non unicus ejus Profeſſor aſſeverat hæreticam de animarum mortalitate clam palàm ſententiam, hanc Bendandus ex puriſſimâ Academia prudentiſſimè aſſumptus profligaret, ac in univerſum inde depelleret, quemadmodum fortiter, & probè ita inſectatus eſt, ut planè contriverit; ſunt verba intorta *Nicol. Papadop. d. cap. 31. ſub n. 42. fol. 368.* qui perperam ſcribit, quòd Bendandus ab noſtro Gymnaſio ob celeberrimam vetuſtatem jam dudum obſoleto, ad Magnificam Patavini Studii lucem accitus eſt; *d. fol. 367.*

tro Grillo Prætore vivente, & poſt obitum ejus quædam oppida injuſte immunitate donata dicebantur, lex lata, ut quæ vacationes per Judicem Petri Grilli Prætoris alicui oppido, aut caſtro conceſſæ reperirentur, protſus eſſent irritæ. Nec minus clarus novs judiciorum ſeveritate fuit annus. Nam Rainerius Conſalonerius, & Petrus Aſinellus, quòd Germanum captivum cum Rege Hencio factum è cuſtodia emiſiſſe convicti eſſent, ille capite, hic exilio, fortuniſque mulctatus eſt. (43) Petrus autem Sanguineſius, cum nepotem in puteum projeciſſe confeſſus eſſet, in dolium ferreis clavis præfixum conjectus, ac per urbem revolutus claro diri ſupplicii exemplo apud poſteros extitit. (44) Ceterum eodem anno maximus Petro Veronenſi è Prædicatorum familia honor, decreta ejus nomine ſupplicatione, eſt habitus, cum poſt mortem miraculis fulgens ab Innocentio inter Divos eſſet relatus. Philippus Aſinellus cum Alvaro Præturam Mu-
1254 tinæ adminiſtravit. Sequitur inde annus Cervienſi bello commemorandus, quo Ubertus Uzenus Mediolanenſis Præturam adminiſtravit, Miniſtris Bononienſibus Cerviam exportandi ſalis cauſâ ex fœdere profectis Cervienſes arrogantius obſtiterunt, ac propterea à Bononienſibus bello petiti ſunt. Id ubi illi ſenſere, de ſe actum arbitrati, confugerunt ad Venetorum auxilium. Nec Veneti opem implorantibus defuere. Verùm Bononienſium virtus opportunis adjuta opibus tanta fuit, ut, licet Venetis ſummo conatu auxiliantibus, Cervienſes ad deditionem compulerint. Tum verò Prætor Cervienſibus dari cœptus eſt, prout ceteris caſtris dabatur, quæ in ditione Bononienſium erant. (45) Inde rebus ad civitatis voluntatem fluentibus diligens, ut decuit, religionis cura ſuſcepta. VI. Idus Junias ſanctum, ut Prætor ac familia ejus, & quilibet de Conſilio Credentiæ, ac Generali, feſto die Petri Apoſtoli ædem majorem viſeret, ad eamque cereos ex publico paratos geſtaret. (46) Eademque ratione diebus feſtis Divorum Ambroſii, Dominici, Franciſci, Jacobi, atque Petronii Prætor cum ſua familia cereos quadragenos offerret. (47) Jacobi tum ædem ad Sapinam Fratres Eremitani ſervabant, Petronii aram, nondum ipſo templo conſtructo, in æde D. Stephani populus adhuc colebat. (48) Cumque duæ Templi Franciſcani teſtudines forte procubuiſſent, ac Fratres ipſos incautos partim oppreſſiſſent, partim fœda ruinæ ſtrage debilitaſſent, ceteris mœſtum ſilentium tenentibus, atque in conſpectum hominum præ pudore prodire non audentibus, Prætor quadam religione perfuſus accurrit, atque illorum utcumque animis confirmatis, quidquid erat damni factum, ex publico reſarciendum curavit. (49) Et Epiſcopus, ne pietatis ſtudio vinceretur, turrim ædis ſuæ plumbeis ad ornamentum laminis cooperuit. (50) Cum Lambertinus Samaritanus, & Caſtellanus Andalus Prætores Mutinæ propter ipſorum in decernendo diſcordiam non minimum tranquillitati civitatis obeſſent, ab Antianis, & Conſilio Credentiæ Mutinenſium rogati, ut aut concorditer Magiſtratum adminiſtrarent, aut ipſum deponerent, VIII. Idus Aug. penes Antianos depoſuerunt. Ab iis Albertus Caccianimicus, & Albertus Vidonus ex decreto Conſilii ſubrogati in inſequentem annum continuarunt. Conradus Rex Germaniæ XI. Kal. Junii mortuus. Extremo anno Innocentio Pont. VIII. Idus Decemb. Neapoli

(43) Eatenus verò non capite ut Conſalonerius, qui Placentinus hic Scholaris erat, eſt Petrus mulctatus, quia fugam arripuit, teſte *Ghirardacc. fol.* 184. Vide etiam concordes *Griffon. col.* 114. *dalle Pugliole col.* 266.

(44) Legitur idem apud *Griffon. d. col.* 114. & *Bart. dalle Pugliole col.* 266. quis autem hic Petrus Sanguineſius, nemo patefacit; crediderim tamen legendum, *de puteo S. Agnetis* per ea, quæ colligi poſſunt ex contextu eorumdem Scriptorum.

(45) Conveniunt omnes noſtri, *Griffon. col.* 114. *dalle Pugliole col* 266. *ad finem*, *Vizan. fol.* 128. *Ghirardacc. fol.* 185.

(46) Idem, qui ſupra, addente *Egnat. ad Ghirardacc. ibi ad finem*; quod hæc ſanctio edita die 18. Junii hoc A. 1254. fuit facta causâ habendæ in ævum gratiæ Deo, & Principi Apoſtolorum pro inſigni relatâ Cervienſi Victoriâ, ac pro aſſecurato Sale huic Patriæ, quæ ideò ex tunc cœpit eſſe proviſa cunctis planè rebus neceſſariis ad ſui frequentiſſimi Populi ſuſtentationem, vino nempe, canabe, ac ſarmentis ad ignem, ex proprio agro; frumento, & Bladis reliquis, ex Romaniola ſibi devincta; Sale ex Cervia deditâ; oleo, & piſcibus ex Ravennâ fœderata; calce, & leguminibus ex Langobardiâ amica, denique ceteris rebus ope negotiationis, ex commercio florentiſſimarum noſtrarum artium, quæ per eam ætatem ad ſummam potentiam, atque opulentiam pervenerant. De inſtituto ob id etiam Bravio, loquitur *Vizan. fol.* 128. quorum Braviorum cura omnis, juriſdictio, & adminiſtratio penes Excelſos DD. Antianos Conſules tantùm, atque privativè quo ad quemcumque alium, reſidet, ut teſtatur *Collat. Macchiavell. Frater de Bonon. Eccl. & urb. gub. fol.* 56. *& ſeq.* §. *Inter cetera*; ubi alii.

(47) Quare addat: *Jacobi*, non video, & certè *Ghirardacc. fol.* 185. quantumvis ex Auguſtinianis degentibus ad S. Jacobi, ejus non meminit, imò neque mentionem facere debebat, cum non eſſet, ut alii, ex Patronis Urbis; *Falcon. de' Veſc. di Bol. fol.* 250.

(48) Quæ enim ingens, vaſta, & ampliſſima Baſilica S. Petronio ſacra modò aſſurgit in foro magno, illâ ære publico cœpit erigi de A. D. 1390. jacto ſolemniter primo benedicto lapide die Martis 7. Junii per Reverendiſſimum Bartholomæum Gardini Bononienſem ex Minoritanis, & Epiſc. Dragonerii per *Alidoſ. delle Chieſe di Bologna*, *fol.* 101. *& ſeq. Sarti eod. tract. fol.* 387. *Maſini Bol. perluſtr. p.* 1. *fol.* 109. *& ſeq. ac fol* 337. *& ſeq.* relatis porrò in ejuſdem Baſilicæ Sacellis illarum Eccleſiarum titulis, quæ demolitæ fuerunt pro eodem amplo Templo ædificando; adde prælaudatis *Griffon col.* 200. ubi per errorem actam rem ſcribit die 30 Junii; *Vizan. lib.* 5. *fol.* 248. *Sigon. de Epiſc. Bonon. lib.* 3. qui VIII. pro VII. Idus Junii jactum lapidem dicit; *Falcon. eod. tract. lib* 4. *fol.* 409. Inſtituto porrò in eâdem Baſilicâ de Anno 1460. Canonicorum Collegio, eos inter primos *Blaſius* quoque *Macchiavellus* ex gentilibus meis conſedit, qui demum vitam cum morte commutavit die 20. Januarii A. S. 1464.

(49) Recitant ſimiliter hiſtoriam *Griffon. col.* 114. *dalle Pugliole col.* 266. *& ſeq. Ghirardacc. fol.* 185 *in fine*, *& ſeq. Sigon. de Ep. Bonon. lib.* 2. *ad finem*, *Falcon. eod. tract. fol.* 260.

(50) Idem præcitati Scriptores, & *Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 186. tradit rem actam opere quorumdam Bononienſium artificum, qui ſuperioribus annis de Palæſtinâ reduces, hanc artem tegendi plumbeis ſubtilibus laminis Ædium tecta importarunt.

poli mortuo, (51) Alexander Quartus die ipſo natali Domini locum obiinuit. Rodolfus Graidanus civis Bononienſis Genuenſib,
1255 Prætor jus dixit. Aucta eſt inde Riccardo Villa iterum Prætore novo Magiſtratu Reſpublica. Placuit enim, ut quemadmodum Reipublicæ Optimatium, quam Commune vocabant, præerat Prætor, ſic popularem, quam Populum nominabant, moderaretur Præfectus, qui multis ante annis inſtitutus poſtea fuerat intermiſſus. Is vulgo Capitaneus populi nuncupatus eſt; ex Conſilii auctoritate lectus eſt Jordanus Lucius; nec deinde ab hoc Magiſtratu creando ceſſatum eſt, partitaque inter Prætorem, ac Præfectum ita Reip. munera, ut Prætor juriſdictionem urbanam haberet, & Conſiliis Communis præeſſet, Præfectus foris quidem bella adminiſtraret, at domi populi Conſilia gubernaret, & res cum Antianis agendas communicaret. (52) Nondum de poſſeſſione Friniani tranſactum cum Mutinenſibus erat, cujus rei judicium ad Prætorem Parmæ ex compacto rejecerant. Itaque VIII. Kal. Junias Gibertus de Gente Prætor Parmæ nunciis Bononiam miſſis Riccardum Prætorem, Antianos, Conſiliumque rogavit, ut aut Frinianum Mutinenſibus remitterent, aut Procuratores Parmam ad jus ſuum docendum, & Mutinenſibus reſpondendum mitterent. Qua re audita Bononienſes primum à Mutinenſibus per Legatos poſtularunt, ut jura ſua apud ſe potius, quam Parmæ exponere, & ſuo potius, quam alieno beneficio Frinianum recuperare vellent, &, cum nihil impetraſſent, XVII Kal. Jun. novo Parmam nuncio miſſo Gibertum orarunt, ut arbitrium pronunciare differret. Verùm cum interrogatus nuncius, num mandatum ad reſpondendum haberet, ſe habere negaſſet, ne arbitrii quidem dilationem poſtulare poſſe eſt judicatus. Itaque inſtante Mutinenſi, ut arbitrium ſtatim pronunciaretur, Gibertus iterum Riccardum admonuit, ut intra certam diem Procuratorem idoneum miſiſſe vellet, qui ſua jura doceret, & Mutinenſibus reſponderet. Quare imminente extremi judicii die Riccardus, ne ſecundùm Mutinenſes judicaretur, veritus, ex voluntate Conſilii Generalis, & Specialis Bartholomæo Picciolpaſſo Procuratore conſtituto mandavit, ut Mutinam adiret, atque à Prætoribus, & Conſilio peteret, ut diem judicii proferri paterentur, ac Procuratorem, quem Parmam miſerant, revocarent; nam hanc rem ſe comiter per communes amicos tranſigere velle. Quod ſi ſe facturos abnuerent, tum verò denunciaret, ut caſtra citra Scultemnam diruerent, quemadmodum ex pacto deberent; inde Parmam adiret, & Gibertum Prætorem, ac Conſilium Parmæ rogaret, ut pronunciare differrent, locumque aſſignarent, in quem tuto Advocati Bononienſium poſſent venire, & jura civitatis exponere, neque enim ſecurum ſibi Parmam iter à Regienſibus eſſe. Prætori procurator paruit, ac IV. Idus Aug. Mutinæ primum Alberto Prætori, & Communi ipſi, deinde Conſilio Antianorum, ac quadraginta Sapientum, poſtremò Conſilio Speciali, ac Generali mandata edidit. Poſtridie Parmam progreſſus à Giberto Prætore petiit, ut judicii diem proferret, cui ille reſpondit: poſtridie mane rediret, nam ſe ſuper hac re velle conſilium capere; ubi verò ille horâ indictâ revertit, tum ut tertio die ſe conveniret, ſignificavit, nam ſe poſtridie propter feſtum Aſſumptionis ei officio vacare non poſſe; atque eo demum die ſe poſt octavum judicaturum denunciavit; cum autem Mutinenſis inſtaret, ut primo quoque tempore pronunciaret, Bononienſis diem longiorem, ac locum tutum ad diſceptationem cauſſæ poſtularet, ille interfatus tertium ab eo diem conſtituit, qui erat XVI. Kal. Septembris futurus. Qui ubi venit, petitionem Bononienſis de loco tuto præſtando rejecit, loquens, Legatos Bononienſes aliàs Parmam veniſſe ſecure, & fidem à Regienſibus impetrare haud difficile poſſe, aut per limites remotiores tuto tranſire. Quo reſponſo Bononienſis confuſus, iterum Conſilium Generale & Speciale popoſcit; eumque ibi cadem repetiiſſet, Prætor ejus petitionem repudiavit, atque Generali Conſilio advocato XIII. Kalend. utriuſque civitatis Procuratoribus, verum Mutinenſi tantum præſente, ita pronunciavit. „ Nos Gibertus de Gente Prætor Parmæ arbiter inter Commune Bononiæ, & Commune Mutinæ ſuper Friniani diſceptatione delecti, juris ſolemnitate ſervata, pronunciamus, Frinianum, homines, oppida, loca cum eorundem juriſdictione ad Commune Mutinæ pertinere, & ſine ulla exceptione illi à Communi eſſe Bononiæ dimittenda; præcipimusque eidem Communi Bononiæ, ut ea intra menſis ſpatium libere dimiſſa habeat, alioquin mulctam in compromiſſo expreſſam perſolvat. (53) Manfredi vero cum paulo ante Faventiam reverſi rixis cum adverſariis aſſidue ferendis omnia permiſcerent, juſſi ſunt à Bononienſibus contundendæ ſuperbiæ gratiâ partem foſſarum urbis explere. Eodem anno Philippus Aſinellus Præturam Mediolani adminiſtravit. Quod cum feciſſent, ocita quidem quietem egere,
verum Kal. Januariis Manfredo Marengo Ale- 1256
xandrino Præturam, & Jordano Lucino (54) populi Præfecturam tenente, tumultum excita-

(51) Obiit ergò Fridericianorum, eterodoxorum, & hæreticorum obex, atque malleus exquiſitiſſimus in pervigilio Conceptionis B. M. V. longè ab eo culti, & Feſto de Octava Nativitatis in Concilio generali Lugdunenſi honorati, die ſcilicet 7. Decembris 1254 Neapoli, ac ibi cum magno gemitu honeſtorum, atque Catholicorum hominum fuit ſepultus in Eccleſia S. Laurentii Fratrum Minorum per *Spondan T. 1. fol.* 188. n 4. *& ſeqq. Sigon de Regn Ital. lib.* 19. per quos itaque corrigendus *Bart. dalle Pugliole col* 267. qui cum aliis demum ſcribit in Septembri, & facit *Vetuſtiſſ. Archetypum. Kalendar. in Decembri* ad diem 7. ejuſdem menſis.

(52) Capitaneus Populi hinc primùm ergo lectus, ut concordant *Vizan. fol.* 128. *& ſeq. Ghirardacc. fol.* 186. Jordanus autem Luchini de Lucinis è Cuneo eſt primus electus ut tradita per eoſdem, quos præcedunt *Griffon. col.* 114. *dalle Pugliole col.* 267.

(53) Vide *Vizan. fol.* 129. *Ghirardacc. fol.* 187. *ibique Egnat. ad med.*

(54) Sigonium ſi excipias, cæteri Boniſfactum, ſive Bonacurſium Soreſinum de Briata afferunt; *Griffon. col.* 114. *Vizan fol.* 129. *dalle Pugliole col.* 267. *& Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 187. *poſt med.*

citavere; cujus tumultus contagione ſeditio quoque in oppido Bagnacavalli exarſit, civitatem turbantibus Azone, Rogerioque Comitibus. Quæ cum Bononiæ nunciata eſſent, ac nonnulli exercitum eò extemplo mittendum cenſerent, Jordanus Præfectus VIII. Idus Jann. Conſilium populi advocavit, eumque quid fieri placeret, rogavit; placuit, ne quis in præſenti exercitus mitteretur, verum Faventini, qui Faventiam obtinerent, lato exilio mulctarentur, & populus juraret, niſi Faventiam ſibi toto Januario tradidiſſent, ſe exercitum adverſus eos ab eo die ad Kalend. Majas primas miſſurum, idemque adverſus eos fieret, qui Bagnacavallum tenerent; atque ita per Vivianum præconem populi nomine ſacramento concepto juratum eſt. Quo facto eodem die Manfredus Prætor Conſilium Generale, & Speciale habuit, ac decreto populi recitato, quid fieri placeret, rogavit, omnes ita, ut populus juſſerat, decreverunt. His rebus cognitis Bagnacavallenſes territi III Kal. Februarias Gibellinum Lugienſem Procuratorem Bononiam miſerunt, ac per eum Bagnacavallum tradiderunt, aſſignaveruntque Prætori, & Præfecto Populi Jordano, Antianis, Conſulibuſque præſentibus. Ea inde de re conſultus Populus juſſit, ut Bagnacavallus in ditionem reciperetur, & ibi Prætor cum præſidio imponeretur, reformareturque ex judicio Populi Bononienſis, & ut de his rebus referri ad majus Conſilium Communis Bononiæ poſſet per Præfectum, & Antianos, & Conſules, quoties oportuiſſet. Qua re confecta Manfredus Kal. Febr. Conſilium Generale, ac Speciale vocavit, & quid de decreto Populi ſuper re Bagnacavalli fieri placeret, rogavit; omnes ſcitum Populi confirmarunt, modo id fieret ſalvis legibus, ac ſacramento Prætoris. III. Nonas Febr. Præfectus retulit, quid de Bagnacavallo reformando placeret, & qua ratione ea inſtituenda res eſſet; placuit, ut Prætor Bagnacavalli ex Urbe Bononienſi in hunc modum deſignaretur. Ut XII tabellæ notatæ cum aliis albis in urnam conjicerentur, & ad ſortem tabellarum irent Antiani, & Conſules argentariorum, & mercatorum, eorumque Conſiliarii, Magiſtri artium & armorum, eorumque Conſiliarii, & qui notatas XII. tabellas tuliſſent, illi jus legendi Prætoris haberent, quique ab omnibus, aut à majori parte eorum lectus fuiſſet, ille optimo jure Prætor eſſet, & ut hæc omnia referri ad majus Conſilium Communis Bononiæ poſſent per Præfectum, Antianos, & Conſules, aut aliquem ipſorum, quoties oportuiſſet, dummodo nulla lex Populi adverſaretur. (55) Interea Faventini tumultibus domeſticis conflictati, atque diſcordiis exercendis defeſſi, III. Kal. Mart. ſe Bononienſibus tradidere, ad eos in hæc verba ſcribentes. „ Prætori, Præfecto Populi, „ Antianis, & Conſulibus Urbis Bononiæ, „ & Conſilio, & Communi, Gulielmus „ Goſus Prætor, Rainerius Liazarus Præ„ fectus Populi Faventiæ, Conſilium, & „ concio, & Commune S.P. Veſtra poten„ tia, ac ſapientia freti, quos loco domi„ norum habemus, ad vos confugimus, „ cumque pars una Civitatis in alteram ad „ perniciem ſæviat, ac ſævitura ad ultimum „ exitium videatur, petimus à vobis, tan„ quam à patribus, & dominis noſtris, ut „ nobis ſubvenire velitis, atque Urbi Fa„ ventiæ opitulari, quæ veſtra eſt; pro „ certo habentes, nos paratos eſſe manda„ tis veſtris obtemperare, & ut Urbem in „ ditionem accipiatis, vobiſque ſubjiciatis. „ Quod ſi facere ceſſaveritis, ſcitote Urbem „ funditus perituram. Cum autem Bononienſes exercitum mittere Faventiam diſtuliſſent, Acariſii à Manfredis Urbe exacti ſunt, Goſus Prætor cum familia violatus, Azo, qui cum Manfredis ſentiebat, Bagnacavallo, ne patriæ exitio eſſet, Rogerio domi relicto, egreſſus; atque ita Manfredi Faventiam, Rogerius Bagnacavallum obtinuit. Manente ergo in fide Bononienſium Bagnacavallo, Odoricus Abaluſſus Procurator pridie Idus Martii à Manfredo Prætore, & Conſilio Generali, Specialique delectus, Bagnacavallum ab eorum Procuratore recepit, cum poteſtate exercendæ juriſdictionis ibi æque, ac Bononiæ in cauſſis privatis, & publicis, in imperandis exercitibus, excurſionibuſque, non aliter, ac Communi Bononiæ jus eſſet in ſuo agro. Poſt autem cum Bonacurſus Sureſinus Mediolanenſis Præfecturam Jordani loco iniſſet, III. Kal. Aprilis Legatus à Marchione Eſtenſi venit, atque à Bonacurſio Conſilium poſtulavit, &, cum ille voluntate Antianorum, & Conſulum in Palatio Communis, ubi Conſilium Populi cogebatur, Antianos, Conſules mercatorum, atque argentariorum, Magiſtros Collegiorum, artium, atque armorum, & omnes eorum Conſiliarios tam parvi, quàm magni Conſilii convocaſſet, ad eos introductus, primum egregiam Marchionis voluntatem erga Commune, Populumque Bononienſem expoſuit, deinde poſtulavit, ut omnia, quæ Bonacurſius ſuper re Faventina ſtatuiſſet, Commune, populuſque Bononienſis ita rata haberet, ut ea ad Conſilium parvum, magnumve referre, neceſſe non eſſet. Sic enim fore, ut qui modo tenerent Faventiam, illam protſus in manibus Præfecti remitterent ad honorem Communis, Populique Bononiæ. Quibus auditis, Præfectus Conſilium, quid fieri placeret, conſuluit; placuit omnibus, ut Faventia reciperetur, ſi liberum ſui arbitrium Præfecto permitteret, & ut, quod Præfectus ſtatuiſſet, ratum haberetur, verum id referretur ad Conſilium Generale per Præfectum, Antianos, & Conſules, & aliò, ſi neceſſe eſſet. Quæ cum Faventiam eſſent, ac Bagnacavallum delata, VIII. Idus Aprilis Conſilium Faventiæ, & Bagnacavalli Procuratorem ſuum conſtituerunt Beltalim Juriſperitum ad compromiſſum in Bonacurſium faciendum de omni injuria, pace violata, damnis, & maleficiis illatis inter Manfredos, & Commune Faventiæ ab una parte, & Accariſium, & ſa-

(55) Prorſus idem apud omnes præallegatos, ac vide præſertim *Vizan. lib. 3. fol. 130. & ſeq.* ubi plura de dignitate, atque opinione, in quam a Rege Hencio capto, Bononia penes omnes aſcenderat, & maximè à pago S Archangeli Romam versùs, uſque Mediolanum, quod admittit etiam noſter Sigonius hic, & infra uſque ad verba: in tabulas referrentur; *Ghirardacc. fol. 190. poſt med.*

factionem ejus ab altera, & ad tradendam urbem Faventiæ in ditionem Præfecti, & mandata ejus explenda, item de omni injuria, pace violata, damnis illatis inter Azonem Comitem, & Manfredos, atque amicos eorum ex una parte, & Comitem Rogerium, & Accariſium, & factionem ejus ex altera. Compromiſſo à Beltali VI. Idus Aprilis utriuſque civitatis nomine interpoſito, poſtridie Judex ad Conſilium de ratione eundi Faventiam retulit, decretumque eſt, ut Præfectus ea Antianis, & Conſulibus, quos illi placuiſſet, & pediſes, & baliſtarios, quot vellet, educeret, factaque poteſtas, Faventinos, & Bagnacavallenſes extorres compellandi, quos vellet, eaque duobus ſequentibus diebus omnia in Conſiliis Faventiæ, Bononiæque firmata ſunt. Bonacurſio inde Faventiam profecto, poſtridie, qui fuit Idibus Aprilis, apud Pidianum in Curia Bajoli Accurſius ex voluntate Faventinorum extorrium, qui Conſilio aderant, & Azo Procuratores legerunt ad compromiſſum faciendum de omni lite, injuriaque ſuperiore in Bonacurſium, ac poſtridie ipſi Procuratores liberè ſe in poteſtatem ejus pro ſe, & pro Communi, ac populo Bononienſi recipientis tradiderunt. Poſt autem cum Procuratores à Prætore, & Conſulibus Bagnacavallenſibus, itemque Comite Rogerio conſtituti eadem ratione compromiſiſſent, tum XVI. Kalendas Aprilis Bonacurſius Conſilium Faventiæ habuit, rogavitque num ſuperiora omnia comprobarent, vellentque ſe habere poteſtatem pœnarum, & legum, & pellendi urbe, quos vellet, omneſque juſſerunt, atque hoc idem poſtridie Conſilium Bagnacavalli, ac ſequenti populus in concione ſancivit. Quibus rebus confectis Bonacurſius pronunciavit arbitrium, & quos placuit, utrinque expulit, & civitati conſtituit, & Conradum Sureſinum (56) Prætorem impoſuit. Qui XI. Kalen. Junias Bononiam profectus in foro in concione ſuper Carrocio ſacramentum ſolemne concepit his verbis. „ Ad honorem Dei, & Sanctæ Eccleſiæ, & „ Communis, populique Bononiæ juro „ ego Conradus Sureſinus Prætor Fa„ ventiæ, me recturum civitatem hinc ad „ Kal. Martias primas bona fide ad hono„ rem, & commodum Communis, populiq; „ Bononiæ, atque Faventiæ, & ad arbitrium „ Prætoris, Præfectiq; Bononiæ, & manda„ ta eorum obſervaturum. Reſtabat controverſia Gulielmi Goſii componenda; hic autem VI. Idus Maji compromiſerat item in Bonacurſium de omnibus damnis illatis ſibi, & familiæ ſuæ ratione Præturæ. Itaque VII. Kal. ille ita de re ejus pronunciavit, ut Commune Faventiæ Gulielmo libras Ravennates mille ſexcentas ſolvere imperarit. (57) Neque vero interea quietæ res erant Forilivii, atque Foropopilii, verum iiſdem tumultibus, ſævis ſtimulantibus factionum odiis, agebantur. Quibus auditis Prætor, & Præfectus Populi Bononienſis Prætorem, & Præfectum Populi utriuſque Civitatis Philippum Giringellum, & Lambertinum Samaritanum apud ſe compellari juſſerunt, ut pro poteſtate ei incommodo remedium aliquod adhiberent, ob eam rem IX. Kal. Junias Fori-Popilii Boldus Judex Philippi Prætoris ex voluntate Conſilii Generalis conſtituit Procuratorem Hugonem, ut permitteret Prætori & Conſilio Communis Bononiæ, Præfecto Populi, & ipſi Populo liberum arbitrium ſtatuendi quæcumque expedire Communi Fori-Popilii ducerent, ſuper iis rebus, quas poſtulaſſent; poſtridie vero Fori-Livii Matthæus Judex ejuſdem Philippi ex voluntate Conſilii Generalis Procuratorem conſtituit Joannem, ut adiret Prætorem, Præfectumque Populi Bononienſis, Antianos, & Conſules, juraretque ſe mandata eorum edita curaturum. Atque ita cum Philippus Prætor, Lambertinus Præfectus, & Joannes & Hugo Procuratores Bononiam veniſſent, poſtridie in foro concione advocata ſuper Carrocio nomina Civitatum prædictarum jurarunt, ſe in auctoritate Prætoris Præfectique Populi fore. Poſt autem cum Manfredus Prætor ex voluntate Bonacurſii pro ſe, & Præfecto, & Communi Populoque Bononienſi illis præcepiſſet indictâ quinquaginta marcarum argenti mulctâ, ut ſibi dicto audientes eſſent, IV. Kal. Septembris Bononiæ in concione Benvenutus Procurator Forolivienſis Americo Procuratori Bononienſi promiſit, ſe ſervaturum mandata omnia, quæ injungerentur Communi Forilivii à Prætore Communis Bononiæ, & Præfecto Populi, Antianis, & Conſulibus, & Communi, prout ipſi interpretati eſſent, atque hanc promiſſionem à Communi ſuo faciendam pro eorundem arbitrio curaturum. Quibus rebus adminiſtratis IV. Idus Septembris Manfredus Prætor, & Bonacurſius Præfectus, & Antiani, Conſuleſque argentariorum, & mercatorum permiſſu Conſilii Generalis, ac Specialis præceperunt „ ut cives Forilivii „ pacem inter ſe haberent, & ſi una pars „ alteram exegiſſet, ea damna alterius re„ ſarciret, eamque in urbem reciperet, & „ impenſas reficeret, quas Commune Bo„ noniæ pro ea reducenda feciſſet, & ne „ Commune Forilivii bellum injuſſu Com„ munis Bononiæ faceret; præterea com„ mercium præberent civibus Bononienſi„ bus ſine ſolutione portorii; bellum, at„ que incurſiones inferrent, quibus Com„ mune Bononiæ præcepiſſet; arma equoſ„ que in urbe & agro imperarent, cum „ imperata Bononiæ eſſent; amicos & ini„ micos eoſdem haberent; pecunia Bono„ nienſi uterentur, neque alia contractus „ obirent; quotannis Prætorem & Præfe„ ctum, ex Bononiæ urbe acciperent, ſi „ modo Præfecto uti vellent; neque hæc „ lex aut abrogari, aut derogari, aut ob„ rogari poſſet injuſſu Communis, populi„ que Bononiæ. Atque ita jus in Romaniolæ urbibus, atque imperium auctum. Quare ne tantæ rei memoria interiret, lege ſanctum eſt, ut pactiones hæ cum Imolenſibus, Faventinis, Forolivienſibus, Foropo-

(56) Erat ejuſdem Bonacurſii frater, ac homo in agendis negotiis multæ dexteritatis, ut per *Egnat. ad Gerardacc. fol. 189. ad med.*, ubi quòd ideo facilè gratiam Civium ſibi quæſivit, atque conciliavit.

(57) Fortè jam enim ea pecunia apud Ravennam depoſita, cum de ſignatâ monetâ propriâ Ravennate non conſtet; ſed nullius, vel levis certè res hæc momenti; *Egnat. d. fol.* 189.

popilienſibus, & Cervienſibus quotannis fideli ſcribarum manu deſcriberentur, legumque in tabulas referrentur. Eodem anno res alia memorabilis acta. Homines quippe, qui ſervitutem ſerviebant, perſoluto dominis pretio à populo liberati, atque inter Fumantes, quos vocabant, relati; ea vero res in hunc modum eſt acta. VI Kal. Julias Bonacurſus Præfectus populi, Antianos, Conſules, & Magiſtros artium, atque armorum cum omnibus Conſiliariis tam parvi, quàm magni Conſilii convocatos rogavit, vellent juberent ne, ut ſervi & ſervæ ad Commune, & populum Bononiæ pervenirent, ita ut omnes incolæ tam urbis, quàm agri liberi eſſent; omnes ita ut rogarat, juſſerunt; ſcitumque factum, ut ſi qui ſervos, & ſervas habebant, eorum vendendorum arbitrium ad Prætorem Præfectumque populi vellent deferre, Commune ac populus eorundem emendorum poteſtatem eiſdem permitteret, ac pretio ab iis conſtituto emeret. Compromiſſo utrinque facto VII. Kalend. Septemb. Prætor, & Præfectus in Conſilio Generali, & Speciali pronunciarunt, ut ſervi annorum XIV. denis libris ſinguli emerentur, minores verò octonis, eaque pecunia ex ærario trib. deinceps penſionibus dominis ſolveretur, & ut ſervi liberati Fumantum in codicem referrentur, ac ſubirent onera Communis, ut liberi. Omnium, qui tum ſervitute exempti ſunt, nomina adhuc in tabulis publicis numerantur. (58) Interea verò dum hæc agebantur, Bononienſibus arbitrio Giberti de Friniano dimittendo non obſequentibus Pontifex aſſiduis Mutinenſium fidem ſuam implorantium precibus motus has ad Epiſcopum Mantuanum ſuper hac re literas dedit. „ Prætor, & Commune Mutinæ nobis ſignificarunt, Bononienſes arbitrio Prætoris Parmæ ex formula compromiſſi ſuper lite Frinianenſi inſtituta nolle obtemperare. „ Itaque mandamus tibi, ut Commune „ Bononiæ ad hoc arbitrium ſervandum per „ pœnam in compromiſſo expreſſam, omni „ dempta appellatione compellas, modò ne „ in univerſitatem eorum execrationem, „ aut interdictum intendas, niſi præcipuum „ à nobis ſuper hac re mandatum accipias. „ Viterbii VII. Idus Auguſti, Pontificatus „ noſtri anno tertio. Eodem anno Fratres Pœnitentiæ Jeſu Chriſti per hæc tempora inſtituti Bononiam venerunt, ac ſedes ad portam S. Mamantis poſuerunt; ii à ſacco, quo induti victum corrogabant, Saccati dicti. (59) In ſummis rei frumentariæ Etruſcorum anguſtiis, Florentinis, & Lucenſibus opem petentibus benigne ſubventum. (60) Hæc domi acta. Nec minus claræ res militiæ geſtæ fuere. Sequenti Præturam Bona- 1257
curſio Sureſino, Præfecturam Gregorio Fridido gerente, pridie Non. Martii in Conſilio Speciali, & Generali Bonacurſius Prætor arbitrium pronunciavit ſuper Bagnacavallenſibus „ ut utraque pars eorum communiter ſtuderet commodis, rationibuſque „ civitatis Bononiæ, ac Bagnacavalli; amicos & inimicos eoſdem haberet; arma „ & equos, quæ imperarentur, parata haberet, donec videretur Communi Bononiæ; foſſas expletas haberet, ut tunc eſſent, neque repurgare injuſſu Communis „ populique Bononiæ poſſet; commercia „ ſine profeſſione mercium obire poſſent, „ ſed annona aliò, quàm Bononiam, deportari non poſſet. III. inde Nonas Junias decretum, de ſervis liberatis inter leges à Legislatorib. eſt relatum; agreſteſque manumiſſi, certa frumenti ſumma quotannis perſolvenda in capita mulctati; eaque attributa Prætorib. eſt tunc primum inſtitutis; qui Prætores à ſacco appellati eodem modo, quo caſtrorum Prætores, ſunt deſignati. (61) Leges autem hæ recitatæ, & probatæ ſunt in Conſilio populi convocato, ut moris erat, ſono campanæ Communis mediæ, ubi populus ad Conſilium cogebatur. Mutinenſes ſuper re Frinianenſi fruſtra Pontifice fatigato, ad civitates Lombardiæ ſe contulerunt, cum æqua poſtulare judicati fuiſſent, Mediolanenſes, Brixiani, Mantuani, Ferrarienſes, Parmenſes, & Regienſes Legatos miſerunt, qui cum, Prætoribus, & Legatis Mutinenſium aſſumptis, Bononiam proceſſiſſent, atque in Generali Conſilio cauſſam Mutinenſium diligenter egiſſent, nullum tamen reſponſum tulerunt. (62) Eodem anno publicis quoque operibus eſt vacatum. Pons novus ſuper Rhenum amnem lateritius in via Æmilia, Romanæ nimirum opus magnificentiæ, poſt multos annos tandem perfectus eſt, qui in hodiernum uſque diem manens ſua & longitudine, & firmitate inſigne prætereuntibus præbet ſpectaculum. (63) Ei tuendo prædia plurima attributa. Portæ quoque veteris urbis, cum prolatis muris, & ſuburbiis comprehenſis, tamen ſingulis noctibus clauderentur, ita ut qui in adjecta parte habitarent, extra urbem adhuc eſſe viderentur, clauſtris liberatæ ſunt, unaque demum Urbs

(58) Res Acta 26. Auguſti 1256. Populo, ut quàm maxime inſtante, ne proceres demum in populares nullâ, quam caſus, culpâ reos, durâ ſervitute, ut in more erat, agerent; adeòque appellata Sanctio Sancta, & Proviſio humana; *Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 190. *& ſeq. ac fol.* 193. *cum ſeq.* concordant *dalle Pugliole col.* 268. *Vizan. fol.* 131. *Falcon. de' Veſc. di Bol. lib.* 3 *fol.* 260.

(59) De ipſis, & eorum origine, ſede &c. *Falcon. de' Veſc. di Bol. fol.* 158. *Sigon. eod. tractat. dalle Pugliole col.* 267. *ad finem*.

(60) Ad Florentinos miſſæ XL. mille Corbes tritici ad rationem Bononenorum argenti 8. pro qualibet corbe, & ita juxta præſentem valorem, lib 4. obolorum æris monetæ currentis pro ſingula corbe. *Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 191. *dalle Pugliole col.* 267. *ad finem*.

(61) Adhærent *Ghirardacc. fol.* 193. *ad finem, dalle Pugliole col.* 268., ſed Anno ſuperiori; *Vizan. fol.* 131.

(62) Idem apud *Ghirardacc. fol.* 194. Ratio hæc autem, quia Bononienſes petebant refectionem expenſarum belli in eos acti, cum captus fuit Rex Hencius. *Egnat. ibi ad medium*.

(63) Formatur ex fornicibus, porrigitur longitudine per 870. pedes, & eſt latitudine extenſus pedibus 13. *Ghirardacc. fol.* 193. *ubi Egnat.*, qui magnanimitatem, & liberalitatem Bononienſium in hoc maxime conſiderat, quòd cum manutentio d. Pontis ſit valde ſibi diſpendioſa, exteros adhuc prætereuntes nullo vectigali mulctat, & eadem liberalitas non ſolùm quo ad hunc, ſed inſuper quo ad cæteros omnes Pontes, qui ſuper viis regiis in territorio noſtro perplures reperiuntur.

Urbs facta, quæ duplex antea videbatur. (64) Albertus Malavolta Genuam, & Benus Gozanus Mediolanum, Liazarus Liazarius cum Peregrino Mutinam Bononiæ Prætores acciti, ex quibus Albertus, cum Gulielmum Buccanigram civem Genuenſem populari tum primum inſtituta Rep. Præfectum populi creatum, ac collegam imperii ſibi datum præter opinionem videret, Magiſtratu ſe abdicavit. Benus, cum tributorum, quæ civitati impoſuerat, reddere rationem non poſſet, publicè pœnas perſolvit. (65) Cumum in Romaniola caſtrum à Collegio, quod dicebatur Armorum, eſt captum, cumque Imolenſes ab amicitia defeciſſent, ac Montem-Catinum per inſidias occupaſſent, armis ad obſequium redire, & caſtrum inſtaurare compulſi ſunt. (66) Jacobus Albertus Epiſcopus Tabulas publicas civitatis, Regiſtrum vulgo appellant, ratum fecit, ſalvo jure Epiſcopatus, atque Eccleſiarum ſtatum, (67) Bonacurſio Sureſino, & Gregorio Frigido Prætore, & Præfecto. Ann. 1267. 1267
mortuus eſt B. Pariſius (68) Bononienſis ex Voragine. Non prætermittendum etiam illud, cum duorum popularium ludicrorum per hæc tempora certa veteribus in legibus memoria celebretur, ut veroſimile videri, ea per hos annos, elata tot ſecundis bonarum rerum ſucceſſibus civitate, inſtituta, ſive ut honor Deo meritus haberetur, ſeu ut non ingratum laſcivienti jampridem populo ſpectaculum pararetur. Hi vero bini fuerunt equorum curſus, alter in feſto D. Petri, alter in feſto D. Bartholomæi quotannis ineundus, præmio ille panno coccineo, hic manno, atque accipitre decoratus. (69)

(64) Erant portæ veteres medii ambitus Bononiæ per S. Petronium ampliatæ ad inſtar aliarum ſupeeextantium vulgò *li Torreſotti di ſtrada Caſtiglione, da S. Vitale, da S. Giorgio, da S. Martino, da S. Franceſco &c. Griff. col.* 115. *dalle Pugliole col.* 269. *Vizan. fol.* 132. *Ghirardacc. fol.* 195.

(65) De fœdo Mortis ſupplicio vide *Ghirardacc. fol.* 190. *poſt med. & fol.* 195.

(66) Lege *Cumum*, itemque *Montem Cadinum*, non *Catinum*, per ea, quæ notant *Egnat. ad Ghirardacc.* ſem hanc ſubtacentem, *fol.* 195. *Griffon. col.* 115 *Vizan. fol.* 131. *& ſeq.*

(67) Idem refert *de Epiſc. Bonon. lib.* 2. *Falcon. oud. tract. lib.* 3. *fol.* 261.

(68) Monachus Cœnobita Camaldulenſis, & Civis Bononiæ cum per annos 77. Monaſterio Virginum S. Chriſtinæ Tarviſii ſanctiſſimè præfuiſſet, ibidem die 11. Junii hoc anno 1267. ætatis verò ſuæ 116, ut fertur, eſt mortuus, per eumdem *Sigon. de Ep. Bonon. lib.* 3. *poſt quem noſtri reliqui omnes.*

(69) Idem repetit *de Epiſc. Bonon. lib.* 3. ſed neutrum his temporibus convenire facilè monumenta Patriæ evincunt; namque illa primi Bravii inſtitutionem ad A. S. 1254. referunt occaſione ſubactæ Cerviæ, & relatæ de Venetis, qui rebellium in opem convolarant, præclaræ victoriæ, ut apertis literis ſcribit *Vizan. lib.* 3. *fol* 168. Alterius verò exordia ad A. 1281. dumtaxat conjiciunt, cauſâ devictæ Faventiæ, confractorumque in die Feſto S. Bartholomæi Lambertacciorum, ut redargutis ſecus ſcribentibus tradit *Ghirardacc. lib.* 6. *in fine, fol.* 195. qui inſuper *fol.* 258. notat, quòd ob id etiam eſt ex tunc mos inductus agendæ popularis feſtivitatis, per vulgus appellatæ *della Porchetta*, quam eum miſſilibus, ut ſub delectatione Magiſtratuum eam ſibi rapiant populares, conſuetudo eſt jam firmato, imò ea occaſione, eoque veſpere ipſis licitum eſt impunè pugnis concertare, & pulvere ſibi ad invicem oculos ferire, prout etiam authumant *Vizan. lib.* 4. *fol.* 150. *& ſeq. Griffon col.* 127 *Bart. dalle Pugliole col.* 291. *& Egnat. ad Ghirardacc. &c. fol.* 195. *ad finem.*

F I N I S.

Ad laudem, & gloriam D.O. M., *Verbique Æterni, intemeratæ Deiparæ Virginis Mariæ, atque SS. Petronii Epiſcopi, Dominici, & Thomæ Aquinatis Confeſſorum, necnon BB. gentilium ſuorum Alexandri Eremitæ Carmelitani, & Alexandri alterius ex ſuo Prædicatorum Ordine, has ſuas ad univerſam Cl. Caroli Sigonii Hiſtoriam Bononienſem Notas abſolvit Alexander Advocatus Macchiavelli J. U. D. Colleg. Philoſophus Platonicus, Pub. in Archigymnaſio Divini Juris Interpres, Academiæ Curioſorum, Philopatriorum &c. ac Inſtituti Scientiarum Bononiæ Socius, Sanctiſſimæ Inquiſitionis Conſultor &c. &c. Die hac Sabathi* 3. *Januarii A. C. Æ.* 1733. *horâ quartâ noctis, poſtquam provinciam hanc tantam, ſuiſque viribus longè superiorem aggreſſus die* 4. *Octobris A. præterito* 1732. *eamdem noctu potiſſimùm eſt proſequutus, divertentibus diù ſcholaſticis, forenſibus, Muſæi, atque Amicorum frequentiſſimis negotiis, itemque neque ſemel officientibus corpuſculi importunis à pueritia contractis, & fortè ab aſſiduo ſtudio ægritudinibus, quæ in animos impetentes, carnem noſtram non eſſe æneam fateri ſimul, ac ad dicendum cogunt: Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Cæterùm author, quemadmodum ſe quondam, ita & modò has ſuas Notas quàm demiſſè, & per ſummam reverentiam cenſuræ, ac infallibili judicio S. Apoſtolicæ Romanæ Sedis ſubmittit, quatenus ipſi obſequi glorioſum, atque ſalutare tantum intelligit, quantum Deo ſervire, cujus eſt vicaria Cathedra, regnare eſt; ac porrò, quæ Notis lux eſſe poteſt, ſi nox eſt homini ambulanti in tenebris, niſi lux illa ipſi illuceſcat, quæ per Deum, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum derivata in Pontificem Maximum, cunctum irradiat Orbem, & univerſas hominum mentes illuſtrat? Notas igitur has noſtras ipſe corrigat, pro arbitrio emendet, atque adeò, vel ita ipſis utatur, quòd cum pro ſuis habeat veluti rebus, extemplò etiam quiſque intelligat, gratioſiorem hæc nullam potuiſſe ipſam, aut poſſe rem facere, quàm ſi iiſdem ſanctam, ſacramque manum apponat, aut ſi putet per obſervantiam noſtram oblatis officiis, nobis prodeſſe, Notas eaſdem ex ſententia ſua in melius reformando, quas auctas, limataſque hac die Sabathi* 25. *Auguſti* 1733. *in Feſto Sacratiſſimæ Aſſumptæ in Cœlum Deiparæ tandem abſolvimus poſt meridiem, Clemente XII. Catholicam Eccleſiam ſapientiſſimè moderante.*

ALEXANDRI MACCHIAVELLI

JURISCONSULTI COLLEGIATI BONONIENSIS &c.

SUPPLEMENTUM

Eorum, quæ in Sigoniana Rerum Bononienſium Hiſtoria deſiderantur

AB ANNO 1257. AD ANNUM USQUE 1267.

MONITUM.

CUm præcipiti nimis oratione, & rebus pluribus non infimæ notæ miſſis, duxerit hic Sigonius Hiſtoriæ Bononienſi finem imponere, planè nec video, nec intelligo, præſertim poſtquam ſilentio præterit per hoc intervallum, ab Anno ſcilicet 1257. ad 1267. quæ contigere plura, eaque ampliſſima, ideſt ſummopere nobis decora, ſplendida, & æternâ memoriâ, ſuoque eloquio digna, nempe talia, atque tanta, Lycæum ſive ſpectes, ſive ipſam Urbem, quæ ut proferrentur, ſuâ vel ex dignitate promerebantur, ut mittam tum modò reliqua ad Eccleſiam Bononienſem ſpectantia, fortè vel quia de iis Sigonius agit in altero de Epiſcopis Bononienſibus libro, cui ut quæ ad noſtra uſque tempora deſunt, qui ſuis deſcriberet, adderetque, ſi Civem fortè onus aſſumere fieret, is opportunam longè, & omninò neceſſariam rem, eamque gratiſſimam faceret. Adveniet is ſuſpicor autem, ac eâ ætate, quæ non ſit præſens tempeſtas, id fiet, cum inſtauratis Publici, privatique ſententiis, tantum ſe alteri conferre unam ſociorum partem intelliget emolumenti debere, quantum contribuit altera ſtudii, & operæ, ipſa ut inter ſocios neceſſaria æqualitas ſervetur.

Dolet tum verò ob id maxime hìc ſuum clauſiſſe Opus Sigonium, quatenus tanti viri nobis deeſt authoritas, vel ad multa comprobanda, quæ etſi ſunt manifeſta, animo tamen, & per apertam injuriam ideò nobis contenduntur, ac in dubium vertuntur, quia à concivibus recitantur, vel ad eos evincendos per externum relatorem de fœdâ injuriæ labe, qui noſtra merita ſuperbo ſupercilio propter præſentem obſecundantem fortunam reſpuunt, ac nobiſcum quondam contracta debita, maleficiis planè infandis compenſant, quæ profectò deteſtandâ, injuſtaque agendi ratione, nos tum præſertim ii inſequuntur, qui Bononiam, ejuſque velint nolint celebratiſſimum Archigymnaſium de Religione, Eccleſiâ, Apoſtolicâque Sede, & ejus Pontificum difficilioribus temporibus ſervatâ verbo, ſcripto, authoritate, opinione, ære, vitâque, & ſanguine potiſſimum noſtro, legitimitate, & majeſtate, quàm maximè bene meritum, oderant, atque ideò oderunt, quia nobis ſe debere, & quidem plurimum conſcientiâ objiciente, intelligunt, adhuc ſed tamen nollent debere, imò neque patiuntur, aut ſuſtinent argui ſe debere, & inſuper ad maximam animi moleſtiam referunt, ſibi vel recordari, ipſos ſe nobis debere: Stosht. de multip. Bonon. tyrann. in Præf. §. etſi ſunt.

Quod tamen ejuſmodi in tanto animi angore vel non parum erigit, & recreat, ex honeſtorum, doctorumque hominum opinione, & judicio dimanat, qui temporum viciſſitudinibus quantum ſit tribuendum, & hominum effreni malitiæ, facilè intelligunt, optimè cæteroquin de Regiâ Urbe, auguſtâque Academiâ ſentiendo; imò tum vel ipſius, ac ejuſdem Apoſtolicæ Cathedræ ad ſingularem fiduciam conducit ratio, atque natura, quippe quæ juſtitiæ mater, & cultrix æquitatis cum ſit, ſinet nunquam per invidos, atque malevolos Urbem hanc tantam, tantumque Lycæum Civico ære alitum, & noſtro duntaxat ſtudio ſervatum, per injuriam proſterni, aut inter villa mancipia confundi, præſertim ipſa poſtquam conſuit, Civitatem hanc cognomento nobili primogenitæ ſuæ decorari, eamque pro Matre ſtudiorum cognoſci, & ideò eſt, quia ut Jus ſuum pro dignitate ſervaretur, illud univerſum Archigymnaſio inſcripſit, atque gloſſis exornandum commendavit: Ochym. de laud. Bonon. §. ſed imò.

Sed jam his præfatis, quæ Sigonius præcox ſilentio miſit ad hoc decennium ſpectantia, habes hìc, Lector humaniſſime, ſequentia.

1257 SUlpitia Gonzaga Jo. Petri Gallutii conjux, fœmina ſuperioris ſibi animi, ad oſtendendam gentis Gallutiæ potentiam, ejuſque generis ſplendorem, ac Carboneſiorum audaciæ ut, vel majorem timorem incurreret, vel ſummo terrore quateret, Viro latitante, longè altam Turrim intra lares extulit, quæ ædibus poſtea licèt dirutis populi licentiâ, adhuc extat, quam modò A Dulphii poſſident juxta viam S. Mamæ. *Ghirardacc. lib. 6. in fine fol.* 195. *Griffon. col.* 115.

Prætore Alberto Greco, homine ſeverioris indolis, ac Legum adſervandum vigorem planè nato; is die 5. Aprilis in Foro Magno, nullo conceſſo excuſationi loco, captum in conflictu Raymundinum de Janua Scholarem capite extemplò obtruncari voluit, propter violatam, leviſſimo 1258

quam-

quamquam ictu, perſonam Nicolai ol. Petri de Leonibus tunc Conſalonerium populi agentis, & ſuam juriſdictionem exercentis. *Griffon. col.* 115. *dalle Pugliole col.* 269. *Ghirardacc. lib.* 7. *fol.* 197.

Interea Brancaleon Andalous Eques, & JCtus eximius, dum Senatorem Romæ agit ſummo omnium ordinum mœrore, quinto Præfecturæ ſuæ anno, eſt mortuus, ſuffecto ſtatim, dulcis ipſius memoriæ cauſa, Catellano filio, qui prudentiâ, & magnanimitate parentem optimum referebat. *Ghirardacc. fol.* 198. *ubi Egnat. ad med. Spondan. Annal. T.* 1. *fol.* 202. *nu.* 1. Oliverius quoque Aſinellus Præturam apud Ravennam ingenti opinione, & populi conſenſione ſuſtinebat, ac Imolenſes, ut ibi poſtero anno præeſſet, in Prætorem Philippum Ligapaſſeri ſtrenuum Equitem aſſumpſerunt, qui ſingulariter prudens habebatur. Sed & Fratres Eremitani S. Auguſtini ad SS. Philippi, & Jacobi de Sapina degentes, qui Antiſtiti, & Canonicis noſtræ Cathedralis cum Bononiam primùm venere pacto inito, & ſub ſeveriori ſacramento ſpoponderant, electo in Priorem Conventus non antea juriſdictionem largiri, quàm fuiſſet ille per dictos Epiſcopum, & ejus Capitulum confirmatus, atque ſolemniter inſtitutus, hoc anno, illis inauditis, ſubque ſpecie inſitam ſibi libertatem à jactata adeò gravi ſervitute redimendi, per Alexandri IV. Pontificis diſpenſationem obtinuerunt, ut ipſi ajunt, liberari, quod *Torrell. in ſuis Secul. Auguſtinian. ad hunc annum* teſtatur.

1259 Rebus domi pacatis, compoſitiſque Laudo Jacobi Rangonii Prætoris Bononiæ, in quem fuit compromiſſum, diſſidiis inter Balneocaballenſes, & Comites Cunii vertentibus, annus infenſiſſimo pro ſublato tyranno Icilino de Romano celebris evaſit, ac univerſa Italia gratulata eſt, qui vulnere in prœlio per ignoratam manum ictus, indeque captus die 27 Septembris, & Soncinum delatus, ibi poſt undecim dies fœdam animam, fœdiſſimè quoque blaſphemus, anathemate irretitus, atque deſperatus evomuit. *Griffon. col.* 116. *dalle Pugliole*, licèt per errorem in ſequentem annum referat, *col.* 272. *Ghirardacc. fol.* 198. *& ſeq. Sigon. de Regn. Ital. lib.* 19. *Spondan. t.* 1. *fol.* 205. *num.* 4.

Sed ſi jucunda univerſæ Italiæ mors hæc infenſiſſimi Tyranni fuit, neque minus grata profectò cunctis noſtris civibus honeſtate, & probitate commendatis, ſancta, & ſummopere neceſſaria proviſio per hæc tempora promulgata evaſit, quam à Tribunis Plebis apud Prætorem, & Magiſtratus rogatam, deque Academiæ Juriſconſultorum ſententia, & conſilio formatam, ſuoque ſtudio extenſam, preco de roſtris per ſolemne bannum die 21. Junii religiosè obſervandam propoſuit; Hujus cauſa, jurgiorum, inſectorumque contractuum, qui per pecunioſos, fœneratores, & avaros perfido judæorum more adverſus anguſtiis domeſticis preſſos, debitores, viduas, pupillos, orphanos, filios familias, & hujuſmodi miſerabiles perſonas committi ſolebant, intolerabilis frequentia fuit, quorum igitur ad eliminandam, profligandamque impunem tantam craſſationem, Sacerdotibus clamantibus, & foro ipſo abhorrentem, hæc ſeverioribus, ut par erat, ſub pœnis conſtitutio prodiit, quæ ex vulgari dicendi more, & à nomine hujus furfuris fœdis contractibus impoſito, *la Proviſione ſopra, e contro gli Stocchi, e Badanagli*, appellata eſt.

Quo Prætor conſedit hic Lanfrancus 1260
Uſus-maris nobiliſſimus Januenſis, eamdem aſſumpſere ex noſtris dignitatem Philippus Aſinelli, apud Urbem-veterem, & Viduccius Ramponus Senis, quo Prætore ingens, atque truculentum ad Arbiam amnem commiſſum eſt Senenſes inter ipſos, & Florentinos prœlium die 4. Septembris cauſa partium Guelphorum, & Ghibellinorum, quo ſæviùs vel eſt nullum per antea auditum, miſſis ex rogatu tum, & noſtris in opem Florentinorum copiis, ne quod vetus intercedebat fœdus, læſum, aut labefactatum videretur. *Spondan. t.* 1. *fol.* 210. *ſub num.* 7 *ubi alii, dalle Pugliole col.* 273. Macellum ergo Guelphis, potius res illa, ex quibus tria millia in acie tunc cecidere, amiſſo inſuper ad cladis majorem ignominiam Carrocio, Theſauro, & Vexillis, cum infanda poſtremò quatuor & ultra millium Guelphorum captivitate, qui in Ghibellinorum poteſtatem venere. Hoc verò excidio territi adeò ſunt ſuperſtites, & ſumma confuſione obruti, quod ne ludibrio popularium, aut plebi per furorem, & ſubitum impetum mactandos ſe exhiberent, animo in Patriam revertendi depoſito, lares propterea alteros ſibi tutiores, fortunatioreſque quærere cœperunt; Ideo Lucam divertere multi, multi ſed & etiam Bononiam commearunt, quos inter, Scriptorum omnium conſenſione, fuit quoque Lentius Eques Macchiavellus Gentis meæ apud Bononiam ſtipes, *Ghirardacc. fol.* 200.

Verùm illuſtris quoque annus ſodalitiorum ſpiritualium vulgo *de' Battuti* primâ inſtitutione, cauſa ducta à pœnitentia, quam cœpit ſaluberrimè prædicare Peruſinus homo Eremita magnæ ſanctitatis, quem frequer[illegible]anus populus per Urbes veluti per ſupplicationes, quò iret, ſequebatur, rerum omnium penuriâ, gravique peſtilentiâ preſſus, quo calamitoſo flagello eſt per hanc tempeſtatem laboratum adeò, quòd plurimi mortem oppetebant. Imolenſes erga Bononiam, Bononienſes vero Mutinam die 19. Octobris clamando, & orando iere, ac B. Raynerii Etruſci de S. Sepulchro, hominis profeſſione Minoritani, Confratria S. Mariæ de vita eſt prima Bononiæ fundata, quæ pietatis cauſa amplum Noſocomium ægrotis curandis aperuit, non ſecus ac poſtea divulſi ex ea quidam, Societatem S. Mariæ de Morte appellatam inſtruxerunt, qua non diſpar opus pro infirmis, Epiſcopo probante, juxta plateam fuit inauguratum. Confratria autem utraque nobilis, & ſplendida, primoribuſque ex civitate referta. *Bart. dalle Pugliole col.* 271. *Ghirardac. fol.* 200. *Falcon. de' Veſc. di Bol. fol.* 262. *& ſeq. Spondan. ann. Eccl. t.* 1. *fol.* 211. *n.* 12. *& ſeq.* Demum Civitatis luctum propè immenſo mœrore refuſæ, mors trium celebratiſſimorum virorum adauxit, *Accurſii* nempè, qui Gloſſatoris Legum cognomento eſt appellatus, peſte, ac ſenio ultimo confecti die 11. Janu locato cada-

vere ad S. Franciſcum, eaque ſub adhuc extante nobili pyramide clauſo; *Dalle Pugliole col. 271. Ghirardacc. & ibi Egnat. fol. 200. Alidoſ. Dott. Legg. fol. 241. & in Append. fol. 2. Spondan. T. 1. fol. 212. nu. 16. Vizan. fol. 135. & facit Vetuſtiſs. Kalendar. Archigym. in Junio die 11. Guillelmi* item quondam Guidonis *Zagni* generoſi Militis, ac Viri Nobilis literatiſſimi die ultima dicti menſis Junii, quem ſummo funeris, & Baldichini honore cenſuit Patria honeſtandum, propterea quia laudatiſſimè primus ex decreto publico fuit munere functus Conſervatoris Jurium Patriæ, ad quem veluti ad unicam ſalutis publicæ anchoram, Patria univerſa, cunctique ipſius Magiſtratus confugiebant occaſione habendi pro opportunitate notiones; utque ipſis abditas res aperiret, adferret, & de illis oppido inſtitueret, quod maximum quale quantumque ſit commodum, caſus cum advenitur, ac quò tunc ſit vertendum cum ignoratur, apprimè evincunt; Zagnio igitur, ut pro merito juſtitiæ, & juxta dignitatem Patria tunc grata, & ideò felix, reſponderet, illum tum in primis recitato magnificentiſſimo titulo honeſtavit, ac porrò aſſignato ſtipendio Cathedrâ ornavit ſub onere patrium Statutum explicandi per *Egnat. ad Ghirardacc. d. fol. 200. ante med.*, & faciunt *Griffon. col. 116. & Kalendar. Archigym. ad diem 30. Junii*. De honore verò Funeris publici, & Baldichini, videantur *Ghirardacc. fol. 200., & Collat. Macchiavell. Frat. de Bonon. Eccl., & Urb. gub. fol. 66., & ſeqq.*

Et demum die 3. Decembris hoc eodem A. 1260 noſtri Epiſcopi Jacobi Boncambii ex meo Prædicatorum Ordine, qui infeliciſſimo caſu cum eſſet Maxumarici, ſchalis domus fortè prolapſis, continuò eſt mortuus; Relato autem in Urbem cadavere totâ congemiſcente Patriâ, inſignis ope pompæ funus ei actum, & cinis penes ſuos in S. Dominici ante aram magnam locatus eſt, conſequuto interim atque ſtatim abs univerſis propter eximiam ejus probitatem Beati titulo, ſub quo adhuc veneratur *Griffon. col. 116.* ubi de illi ſuffecto Octaviano juniore Ubaldino: *dalle Pugliole col. 271. Sigon. de Epiſc. Bonon. lib. 2. & ſeq. Falcon. eod. tract. lib. 3. fol. 264. Vizan. lib. 3. fol. 135. Ghirardacc. lib. 7. fol. 201.* cum quibus concordat *Vetuſtiſs. Kalendar. Archigym. in Decembri ad diem 3. ejuſdem menſis.*

1261 Bononiam interim ex condicto, & Alexandri IV. juſſu profecto Octaviano Card. Ubaldinio cum & recèns creato Epiſcopo noſtro, ſuoque ex Jacobo fratre ejus nepote Octaviano item juniore Ubaldinio, ac Bononienſibus univerſis, qui Romæ fuerant detenti, tum oppido etiam è carcere miſſi quotquot ex Romanis Bononienſes ideo captivos retinebant, ut ita Romæos ad noſtros quoque, quos ex impetu in Brancaleonem Andaloum Urbis Senatorem facto, fœdè in carcerem truſerant, compellerent dimittendos. *Spondan. Annal. T. 1. fol. 197. nu. 3. & fol. 204 num. item 3.*, tum levata interdicto Urbi, cui ob eam cauſam fuerat à Papa ſubpoſita, ipſi quia noſtri audacter negaverant captivos vel antea dimittere, quàm Bononienſibus apud Romam captivis libera, quò vellent eundi poteſtas fieret, id quod Romam miſſis Legatis noſtris Alexander indulſit; Sacra exinde igitur ſimul reſtituta, itemque obliterata charta ſublati Bononia per eumdem Papam Studii, quòd primus inter Pontifices ipſe, re tamen infectâ, & nullo ſubſequuto effectu, attentavit; porrò ſolemniter conſecrata Ara major Cathedralis, ingenti adhibitâ pompâ, & ritu longè ſolemni, ac univerſa demum gratulante Civitate. *Griffon. col. 117. dalle Pugliole col. 274. Spondan. T. 1. fol. 210. n. 9. Sigon. de Regno Ital. lib. 19. Falcon. de' Veſc. di Bolog. lib. 3. fol. 267. Ghirardacc. lib. 7. fol. 201. & ſeq.*, ubi *Egnat.*, qui notabilem ad propoſitum hanc ſubdit notionem, videlicet per hoc ipſum tempus Alexandrum Pontificem ad reconciliandam ſibi gratiam Pub. Legum noſtri Archigymnaſii Interpretum, per Apoſtolicum ſuum reſcriptum teſtatam definitamque ipſorum præeminentiam, debitamque eiſdem præcedentiam ſuprà quoſcumque alios Pub. Profeſſores Univerſitatis feciſſe, incluſis quoque Theologis, qui fortè per hoc tempus nitebantur eamdem præcedentiam ſibi quærere, ſed perperam, ac immeritò, nam, ut ait Summus Pontifex „ Univerſitas Bononienſis quia
„ potiſſimum pro legibus interpretandis inſtituta eſt, fuitque ſemper in hoc ſtudio
„ florentiſſima, & adeò celebris, quod
„ apud omnes populos Monarchiam obtinet, ejus propterea J. U. Pub. Interpretibus primus locus debetur, cæteris verò
„ etiam Theologis ſecundus, quatenus ob
„ adductam rationem, ibi reliquæ omnes
„ ſcientiæ, & facultates, Theologiâ ipſâ
„ incluſâ, tamquam per acceſſionem advenìunt, & ideò acceſſoriæ ſunt, & porrò
„ Jurium quoque inſita præſtantia hanc
„ eamdem præcedentiæ prærogativam, &
„ dignitatem poſcit, & erogat; ſiquidem
„ origine, & naturâ quamquam ſunt ipſi
„ Juriſtæ Angelis minores, exercitio tamen,
„ & authoritate majores illis ſunt, eoſque
„ ſuperant, quippè Angeli ſibi ab Omnipotenti Deo commiſſa miniſteria apud
„ homines implent, Juriſtæ verò abſolutè
„ in terris illud ipſum, quod in Cœlis Deus
„ agit, agunt, judicium ferre ſcilicet, &
„ deffinire, præmia conferre, & pœnia ſontes plectere, juſtitiam adminiſtrare, &
„ jus ſuum unicuique, vitâ ipſa, & nece
„ hominum in manibus ipſorum collocatâ,
„ tribuere.

Porrò hortatione Bartholomæi Bragantii è Vicetia ſummi per ea tempora Theologi, atque Concionatoris ex meâ Prædicatorum familiâ, ac qui deinde poſt mortem miraculis refulgens, populorum communi ſuffragio eſt Beatus appellatus, ut Orphanis, Viduis, ejuſvè generis miſerabilibus perſonis, qui opitularentur præſto eſſent viri, genere, literis, ac probatâ pietate conſpicui, itemque ut adeſſent, qui Civium concordiæ ſtuderent, eoſque fortè diſſidentes ad pacem allicerent, adigerentque, Ordinem novum ſub datâ Regulâ, & certis conſtitutionibus, hoc Anno Bononiæ auſpicatus eſt, quem Equitum S. Mariæ Matris Dei glorioſæ vocavit, cujus porrò tanta fuit utilitas, ut extemplò ſit univerſas propemodum per Italiæ Urbes propagatus, maximèque Bononiæ floruerit, in qua Ur-

be

be per accitos à Bragantio, primùm exordia ſumpſit, nempe Lodorengum Andaloom, Caſtellanom Malavolta, Gravamenzem Caccianimicum, Ugolinum Capretium Lambertini, Peregrinum Caſtelli Bononienſes, Scblaneam Liazari Regienſem, Raynerium de Adelardis Mutinenſem, alioſve Longobardos, quorum porrò omnium etiam operâ, tum vivens Bartholomæus eſt hac civitate donatus, cùm vitâ Vicetiæ functus die 20. Maji A. S. 1268. jam abdicato eo Epiſcopatu, eſt in Ordinis Patronum aſſumptus. Re itaque bene ad invicem compoſitâ, negotioqoe Antiſtiti propoſito, ipſe, Bragantii landatâ Inſtitutoris pietate, atque Equitum Sodalium ſententiâ, opus ratum habuit, & ex lege ad Ædes Prædicatorum, miniſtrante ipſo Bartholomæo, ob tectis iis per manos ſuas in die Sacratiſſimo Annuntiationis 25. Martii hoc A. S. 1261 tunicâ ſubalbida, & cinericiâ cappâ cum Cruce purpureâ io campo albo, & duabus anreis hinc inde ad latera ſuprapoſitis Stellis per inſtituram deinde ſupplicationem, ad comparatas Ædes in Burgo auri repoſuit, in quibus continuò celebrato Conventu, Loderengum in Ordinis Magiſtrum ſibi aſſumpſerunt, approbante rem poſtea univerſam Urbano IV. tunc ſedente Romano Pontifice, ut liqoet ex ipſius Bulla data Viterbii X. Kal. Januarii Pontificatus ſui A. primo, & ſcilicet die 23. Decembris 1261., quæ Bulla legitur per extenſom apud *Ghirardacc. t. 1. ad finem, in Indice, ſub litera F. verbo Frati della Milizia à fol. 64. ad 67.* Namque Urbanus eſt renunciatus Pontifex die 29. Augnſti hoc eodem A. 1261. per *Spondan. Annal. T. 1. fol. 213. num. 3.* Qui licèt loquatur de hoc ordine ſub A. 1235. tamquam fortè tunc auſpicato, quod confuſis rebus alii quoque ſcripſere, ut apud eum *fol. 114. num. 8.* Per hæc attamen à nobis modò adducta indubitata monumenta, quæ per eumdem afferuntur, apertiſſimè evincitur, rem eſſe hoc Anno 1261. ſequutam, inſtitutumque per Bononienſes ſplendidiſſimum Ordinem, & quidem Bononiæ fuiſſe, authore laudato B. Bartholomæo Braganzi origine Vicentino, allectione antem Bononienſi, ex ſuperiùs notatis, & adſtipulaatur *Tamburin. de Jur. Abbat. T. 2. diſp. 24. q. 4. num. 96. fol. 367. Barboſ. Apoſtol. deciſ. collect. 320. per tot. fol. 317. & de Jur. Eccleſiaſt. T. 1. cap. 41. num. 172. fol. 561. Cotton. controv. jur. celebr. lib. 4. controv. 2. cap. 2. num. 174. fol. 460. Sigon. de Regn. Ital. lib. 19., & de Epiſcop. Bonon. lib. 3. Falcon. eod. tract. fol. 268. Cavallieri Galler. Dominic. p. 1. rent. 1. fol. 2. & ſeq. ac in Appendic. fol. 693. Bonann. Catalog. Ord. Equeſtr. cap. 75. Andr. Guerin. orig. e fondazione di tutte le Relig. e Milizie di Cavalieri fol. 29. Vizan. lib. 3. fol. 135. Alidoſ. Cavalieri Bol. fol. 20. ad 30. Griffon. col. 117. dalle Pugliole col. 274. ad finem; Collat. Macchiavel. Frat. de Bonon. Eccl. & Urb. gub. fol. 31. Ghirardacc. lib. 7. fol. 201.* Miſſiſque aliis, facit *vetuſtiſs. Kalendar. Archigym. in Majo ad diem 20.*

His per hunc annum geſtis accedat oportet, Fratres Servos S. Mariæ, quos Alexander IV. proximè confirmarat, Bononiæ eſſe primùm exceptos, capto Populo novi Ordinis nomine Deiparam referente.

Balduinus Orientis Imperator Conſtanti- 1261
nopoli pulſus anno ſuperiori per *Spondan. Annal. T. 1. fol. 213. & ſeq. n. 8. & ſeqq.* & Italiam ingreſſus, ut Romam ad Urbanum Pontificem perendæ opis causâ proficiſceretur, Bononiam venit, exceptuſque magnificè eſt, & ære publico ſplendidè hoſpitatus. *Ghirardacc. fol. 204.*

Prætore Jacobo Tavernerio Parmenſi, 1265
Imolam exercitus cum defeciſſet ſtudio Lambertaciorom, eſt expeditus, quo in fugam tracto Petro Pagano facinoris authore, continuò etiam Civitas eſt recuperata, quæ ne iterum ad ſeditionem rediret, tum repletæ foveæ, cum dejecta mœnia, & ſublatæ portæ, ac everſa quoque Arx funditus, quam dudum Fridericus Cæſar conſtruxerat; Rebus per hæc igitur compoſitis, tranquillè imperium ſuper univerſa Romaniola eſt ſervatum, imò ampliatum, Bretenorenſibus ſui nobis deditionem facientibus, juxta quod publicæ tabulæ referont. *Ghirardacc. fol. 205. & ſeqq. Falcon. 273. Griffon. col. 118. dalle Pugliole col. 275. Vizan. fol. 136.* Cum verò Urbani Papæ hortatione eſſet in Italiam Carulus Provinciæ Phocenſis Comes, & Andegavenſis, ac S. Ludovici Galliarum Regis frater profecturus, Eccleſiam tum maximè ut liberaret à tyrannide ſæviſſimi Manfredi, tanti proinde Principis gratiam ſibi præconciliaturi Bononienſes Cives ampliſſimæ notæ quatuor ad eum Legatus miſerunt, Alexandrum Aſinellum, & Antonium Prendiparrium Equires, ac Joannem Buccadicanem, & Petrum Guelfi de Griffonibus, quos Carolas adeò humaniter excepit, ſecumque de Bononia egit, quòd non ſolum gratiam ſpopondit, verùm inſuper creatis Equitibus Joanne, & Petro, hos, & ſocios in patriam muneribus quoque auctos munificentiſſimè remiſit. *Griffon. col. 118. dalle Pugliole col. 275. Ghirardacc. fol. 205.* Sed qui rentur Octaviani Antiſtitis juſſo delectos Prædicatores ad Roſarium feſtivis quotquot veſperis recitandum in Salicatis, ut appellant, Quarreriorum, quo abſoluto mos iiſdem fuit Apoſtolico ritu Catechiſmalem habendi ad populum concionem, ſunt ipſimet, qni inſuper tradunt, per hæc tempora morem inductum fuiſſe, tom quod laudati Fratres Dominicani ſuis io ædibos qootidie Roſarinm ad veſperam pro tranquillitate hujus Patriæ recitarent, quæ ſanctiſſima conſuerudo adhuc perdurat, cùm etiam quòd nulli in via facultas eſſet Deiparæ iconem ſculptam, vel depictam exponendi, niſi unà ſponderer ſimul lampadem ante illam qnolibet Sabbathi veſpere, cunctiſque Virgini dicatis feſtivitatibus per totam diem manutenendi accenſam, ac quòd contratæ incolæ ſe obligarent iiſdem diebus Roſarium ante eaſdem imagines recitare, quemadmodum opportunè refert *Anonym. Chroniſta Bonon. fol. 52. & 53.* quo authore conſtat, vix alteram ſuis temporibus appsruiſſe Bononiæ viam, in qua Beatiſſimæ Matris Dei Virginis Mariæ non adoranda appareret imago, ante quam præcipuis officiis cultam æque lampades plures ardebant, ac recitatis præſertim diebus, Roſarinm, & pia carmina longè piè per vicinos recitabantur, quæ ratio eſt, quate Bo-

Bononia adhuc Mariæ Urbs celebratur.

Minoritani tum denique hoc anno magnificentiſſimæ Eccleſiæ ſuæ Sancto Franciſco ſacra opus, gratulante Civitate, abſolverunt, *dalle Pugliole col.* 275. quod nunc etiam ſi adſpicias, ſua ipſa veteri ſimetria decorem augente, formoſum, ac pernobile ſummum in modum eſt, atque apparet.

1264 Andreolo inde Zeno Veneto Præturam aſſumente, Lazarus Liszzari Eques Bononienſis ad Januenſem gerendam, moderandamque eſt accitus; ſedatis paulò verò poſtea apud Imolam novis quibuſdam ſubortis diſſidiis, placuit Bononienſibus iis amplius Prætorem dare, ſed cautum quòd Bononiæ Prætor cauſas item ſuas cognoſceret, modò eidem Imolenſes quingentas liras Bononenorum ſolverent mercedis ergo. Ab exilio quoque revocati plures, ac præſertim Carboneſii, tuncque ſancitum, ſingulis annis per Prætorem, unà cum Antianis Conſulibus, recurrente feſto S. Ambroſii veteris Bononiæ Patroni, eſſe cultus, & honoris publici gratia in ejus ædes divertendum, qui mos ſuperioribus annis reſtitutus, ſanctè adhuc ſervatur, facta item oblatione cereorum ad valorem lirarum decem æris monetæ Bonon. *Egnat. ad Ghirardacc. fol.* 207. *Griffon. col.* 118. *dalle Pugliole col.* 276. *Vizan. fol.* 136.

1265 Sed cum hæc aguntur Prætor conſedit Guillelmus Seſſa de Regio vir auſpicatiſſimus, qui ideò tamen poſt ſeptimum menſem abſolvi poſtulavit, quoniam domeſtica negotia ut componeret peſſimè periclitantia poſt familiam per Robertos fœdè à Patria pulsam, vocabant; Ergò ejus eſt Prætura Philippo Bellino, ſive Beligno Veneto delata, cui neſcio cauſam, cognomentum erat Canis; Ne interim tamen afflicto Seſſio afflictio adderetur, imò ipſi quàm doleter diſceſſus, ut gratus, æquuſque Populus Bononienſis ſignificaret, tum illi ſtatum ſolvi integri anni Salarium, ac ſi munus impleviſſet, mandavit, cùm inſuper liras mille pro munere dari juſſit, ac poſtremò ſummi honoris gratia, ipſum cum universâ Familiâ in album Civium retulit. Interea cum per cruentas hoſtilitates Cives, tumvè maxime proceres ad invicem digladiarentur, Magiſtratus triumvirum ſub titulo Memorialium eſt ideò inauguratùs, quem ut gererent delecti, aſſumptique Fratres Loderengus Andalous, & Catrellanus Guidonis Malavoltius, ex ordine Equitum S. Mariæ glorioſæ, ac Lambertinus Ramponus JCtus.

Carolo at verò Andegavenſi in Italiam advento, Manfredum tyrannum, & Friderici nothum proſperè ſi impeteret, ut Siciliæ Regnum ex condicto Pontificis conſequeretur, ac eodem in pervigilio Pentecoſtes renuntiato Romæ tum ejus Urbis Senatore, cùm Siciliæ Rege per *Spondan. Ann. l. T.* 1. *fol.* 223. n. 3. *& ſeqq.* ſimulque per Gottifridum Bundelmontem Sulmonæ Præſulem, ac Legatum Pontificium indictâ Clementis IV. juſſu, & delegatione per univerſam Etturiam, Romaniolam, & finitimas partes adverſus eundem Manfredum Cruciatâ, ſive mavis bello Sacro, cum impertitâ inſuper plenariâ, ut appellant, peccatorum indulgentiâ iis, qui arma id aſſumerent, quod Bundelmontius ex Suggeſtu in Cathedrali Bononiæ ad Apoſtolorum Principis diem Feſtum, & adeò quidem nervosè egit, ut de Spiritu Dei loqui viſus, quatuor millia Bononienſium extemplò in Crucesignatos ſe Legato dederint, civicis ſub tamen ſuis vexillis, & aſſumpto pro Duce Vido Antonio Lambertino ſatìs ſtrenuo, nobiliſſimoque milite, qui de Antiſtitis porrò manu accepto majori Vexillo, & collato copiis non levi ex publico theſauro per Antianos peculio, cum nobili hoc commeatu laudatum Legatum eſt ſequutus, paulò poſt Bononia diſceſſit, Romamque ad Decembrem venit, ubi cum reliquis Ducibus in conventu de re ſequenti anno agendâ habito conſedit, ſententiam dixit, viditque datum frequentiſſimo exercitui per Clementem majus Vexillum supernè Cruce purpurea ſignatum, infernè autem Aquilâ coccineâ in campo albo draconem ſibi ſuppoſitum acutis unguibus calcantem, cum inſcripto lemmate: *Fac Domine Signum in bonum:* quemadmodum poſtero quàm proſperè contigit anno: *Spondan. fol.* 223. *ad* 227. *Ghirardacc. fol.* 208. *& ſeqq. Griffon. col.* 118. *& ſeq. dalle Pugliole col.* 276. *Vizan. fol.* 137. Sub finem poſtremo anni Odofredus J. C. celebratiſſimus eſt mortuus Honeſti filius, & per eum Offredi, ſive Odofredi ſenioris ex Roffredi Liberis nepos, relicto filio Alberto, qui Abavum, Propatruum, ac Patrem ipſum benè in noſtrâ legali philoſophia æmulavit; namque Roffredus Benevento Bononiam profectus, & inde ad leges tractandas promotus, nepotem ex fratre Riccardo reliquit Offredum, ſive Odofredum ſeniorem, qui denatus A. 1244. ex Fratre Honeſto, cum quo eſt Bononienſi Civitate donatus, hunc Nepotem Odofredum protulit, longè illis celebrem, & hominem doctiſſimum, à quo deſcendentes ſunt de Odofredis appellati. Hac autem datâ genealogiâ, quantum cautè ſint Scriptores legendi, facilè conſtat, neque enim ſine perplexitate ſcribunt, vel ſub ea rerum confuſione, quæ alienigenas potiſſimùm ſequitur, qui de rebus à patria externis conſcribere monumenta ſuſcipiunt. Obiit ergò Junior hic Odofredus die 3. Decembris hoc A. S. 1265. condito Cadavere apud Patruum in Cæmeterio Minoritarum: *Ghirardacc. ad A.* 1244. *fol.* 166. *ubi Egnat. propè med. & fol.* 210. *ad princ. Pancirol. de Clar. Legg. Interp. lib.* 2. *cap.* 35. *fol.* 154. *& ſeq. Alidoſ. Dott. Legg. Bol. fol.* 182. *& ſeq. ac in Appendic. fol.* 47. *Gravina de Orig. Jur. T.* 1. *lib.* 1. *fol.* 153. *& ſeq.* miſſiſque aliis, facit *Vetuſtiſſ. Archigym. Kalendar.* quo ad allegatos Roffredum, Offredum, & Odofredum *in Auguſto ad diem* 13. *in Octobri ad diem* 14. *& in Decembri ad diem* 3. *ejuſdem menſis.*

Porrò ad Joannem Dandulum Venetum 1266
eſt Prætura delata, quemadmodum Petrus Guelfi de Griffonibus Senenſem, Petrus Paulus Ramponus Patavinam, & Philippus Alberti de Aſinellis Urbevetanam aſſumpſit adminiſtrandam. Florentini quoque pro reformanda Urbis ſuæ gubernii formâ, Loderingum Andaloum, & Catrelanum Malavolta aſcivere, qui pro opinione communi expectationi reſpondere, ac inde Bononiam reverſi, oppido iis collata ſumma poteſtas rem hanc publicam moderandi,

ut

ut maximè gliſcentia inter Cives trucia odia evaderent, quod prudentia, & dexteritate uſque ad omnium admirationem præſenti, poſteroque anno egerunt.

Intereà Carolus Andegavenſis initio anni ac ipſo Epiphaniæ die in Regem Siciliæ quam ſolemniter jam Romæ coronatus, cum ampliſſimam Victoriam mediis & noſtris Croceſignatis adverſus tyrannum Manfredum die Veneris 26. Februarii obtinuiſſet, qui in ipsâ acie proſtratus, ac mortuus, aſininam demum, prout excommunicatum decebat, ſepulturam retulit, ſecum vel ut de eâ noſtri gratularentur exemplo fœdera rotum, vel ut ſibi magis de ipſius gratia caverent, longè honorificam legationem ad eumdem deſignarunt, quam ipſe humaniſſimus accepit, gratiis, & laudibus à Clemente etiam Pontifice deinde reportatis qui ea occaſione oratores ad eum quoque pari ratione profectos, magnificentiſſimè habuit, ac poſtquam fuſam longè per Orationem Urbis regiæ, & Auguſtæ Academiæ præconia, atque merita penes totum Orbem, ac potiſſimum erga Romanam ſedem extulit, & recitavit, quam tunc, & toties tutam dixit, ac celebravit, quoties Bononienſium virtuti in aſylum ſe daret, & apud Doctores Archigymnaſii commendata reperiretur, illos demum honoribus, & gratiis maximis auctos, cumulatoſque in Patriam remiſit, præſertim verò confirmatione omnium jurium Epiſcopalium, & Exemptionum à foro laycali Publicorum Profeſſorum, & Scholarium hujus Lycæi, quod ſe vel maximè libenter agere rum addidit, ut palam aliquando iteratum teſtimonium referret nomine Romanæ Sedis, de eo quod ipſa preſſa undique hoſtibus, virtuti Urbis noſtræ, & authoritati Academiæ Bononienſis debet, cùm ut Bononienſes ad ſuum colendum, augendumque Gymnaſium, per quod Legum ſtudium, cujus erat ipſe Pontifex callentiſſimus, viſum eſt ſuam aſſumpſiſſe dignitatem, invitaret magis, maximeque alliceret, prout rei hujus fidiſſimus eſt fidejuſſor *Vetuſtiſs. Kalend. Archigym. in Aprili ad diem 5. ejuſdem*. Sed quod præſentem Annum longius decoravit, ac Urbis dignitatem pariter, quàm Academiæ noſtræ hiſtoriam adauget, & nobilitat, aſſumpti ad docendum de Cathedra publicè, Thomæ Aquinatis Angelici Doctoris narratio dubio procul eſt, namque licet antea plurimos Sanctitate, & doctrinâ clariſſimos Profeſſores Archigymnaſium habuerit, viſum eſt tamen ſuæ valuri eminentiæ tunc complementum accepiſſe, cum poſt homines ad Angelos aſcendit, quos haberet Doctores, ac quia Thomam ſolummodò memoraſſe, eſt ſatis ſanè, & laudaſſe eum prolixius, & maximum dediſſe honeſtato per eum Lycæo decoris monumentum; *Spondan. Annal. T. 1. A. S. 1275. fol. 250. n. 2. Guil. Cave de Script. Eccl. Sæc. Scholaſt. fol. 636.* & poſt alios *Altamura Biblioth. Ord. Præd. centur. 1. fol. 35.* & noviſſime *Jacob. Echard. de Script. Dominic. T. 1. fol. 272.* Cauſa verò ea tùm maximè, ut noſtri tradunt, aſſumendi S. Thomam in Publicum Profeſſorem fuit, ut Bononienſes palam teſtarentur quanti unquam parùm facerent vaniloquia Pariſini Doctoris Guillelmi de S. Amore reſpuentis, damnantiſque aſſumptionem ad publicas Cathedras Regularium, & Mendicantium, quos per faſtum dedignabatur in Academia habere ſodales, aſſerebatque ſummopere Magiſtros eſſe, aut vocari dedecere, præſertim poſtquam is libellus ab Alexandro IV. fuit Anagniæ die 5. Octobris An. 1256. proſcriptus in vim vel fortè Apologiæ pro Regularibus in adverſum ſcriptæ per S. Bonaventuram ex Seraphica Familia, & per eumdem S. Thomam in *Opuſc. 19. contrà impugnat. Relig. art. 6.* ut tradit etiam *Spondan. T. 1. ad. A. 1255. fol. 193. n. 8. Em. Petra ad Conſtit. Apoſtol. T. 3. fol. 118. & ſeq. per tot. ac præſertim n. 7.*

Reliqua ad hunc annum, quæ ſpectant, fuit venditio, quam de duobus ſuis Caſtris Lojano, & Biſano pretio librarum 4500. Ubaldinus Otthocherii ex Dominis de Lojano Civitati Bononiæ ſub die 5. Junii hoc anno fecit, Magiſtratibus quàm valde id peroptantibus ad illud factionariis ſubtrahendum longè munitum aufugium, utque via Etruſca cunctis liberè pateret, & proinde, qui mediator venditionis ſe interpoſuit Jacobus Panzacchina ex colonis Roncaſtaldi, grati ergo animi causâ, & civitate eſt cum deſcendentibus in infinitum donatus, & per præcipuas immunitates compenſatus, quibus jus eſſet, quòd adamuſſim ſuperſtites fruerentur. Agunt de hac venditione *Gherardacc. p. 1. lib. 7. fol. 210. Dolfi Fam. Nob. di Bol. fol. 468.* & de Caſtris Lojani, & Biſani *M. Elis. Macchiavell. Soror. in ſua Hiſtoriograph. §. Riſanum, & §. Lojanum*. Mors demum Neapoleonis Gozzadini accidit, geminorumque ejus filiolorum, quæ 15. dierum ſub intervallo, quia repente, & ex inſperato contigit, vocem ideo, atque rumorem in vulgus excitavit, ac de viru propinato ſuſpicionem, quod fit ſemper ac inſolita hæc admittuntur, nempe ut prodigium, vel præſtigium, ſive maleficium interpoſitum divinetur, aſſerente *Lucretio lib. 1.*

Qui multa in terris fieri, cœloque tuentur
Quorum operum cauſas nulla ratione videre
Poſſunt, ea fieri divino numine rentur.

Quòd ſummoperè verò doleret Bononia, præcox, importunumque ob hoc funus, planè fatendum, poſtquàm conſtat præclaram operam Civitati Neapolusium contuliſſe: *Griffon. col. 119. dalle Pugliole col. 278.* Sed nec mittendum quod vetera monumenta ad hunc annum referunt, ſollicitudinem videlicet Fratrum Prædicatorum in prædicandâ, propagandâque Sacratiſſimi Roſarii in honorem Deiparæ quotidiana vel in Eccleſiis poſt Completorium, vel inter privatos Fidelium lares ante cœnam recitatione.

Sed confirmato Joanne Dandulo Præto- 1267
re, neque ſunt pauca, eave neque levia, quæ poſterum annum conſequuta ſunt; namque in carcerem injuriâ, ut opinatum eſt, truſo Carolo Naſcimbenio Cordoanerio, juvene optimo, & honeſto, quòd juſto dolore actus, violantem Parentium de Butrio formoſulam ſponſam in fragranti repertum tranſverberaverit, & de eo turpi ſupplicio mox palàm afficiendo rumore inter ſocios ſparſo, Calceolariorum frequens

fo-

ſodalitas ut ignominiam ſibi inferendam averteret commota, tum & bonoris ſui cauſa ſervandi acta ſtudio, ac amoris, quo Carolum proſequebatur, impetum extemplò in Curiam atque Prætorem fecit, quæ neque antea à ſeditione deſtitit, quàm vindicatum Collegam repetiit, quem omni crimine abſolutum, & pœna, per Urbem veluti in triumphum circumtulit, ac familiæ ſuæ corpore, & decore incolumem reſtituit; ob hunc rumorem ſuſpenſa Prætoris juriſdictio eſt, quam Antiani pleniſſimam in ſe aſſumpſere, eâque Civitatem rexeront; ſedatis verò rebus, iterum poſt 22. dies, prior gubernii forma reſtituta fuit.

Poſtea gliſcentibus inter proceres odiis, quia eſt compertum depoſituros illa non fore ipſos amica, quàm ſi coram altero, præter maleficiorum Prætoris ſiſterentur judice, & tribunali; Conſilii propterea decreto res omnis, avocatâ ſuper hoc à Dandulo juriſdictione, in Loderengum Andaloum, & Cattelanum Malavoltium rurſus delata eſt, qui profectò prudentiâ, & dexteritate, ad quas exercendas ſummas virtutes viſi ſunt comparati, bene adeò, ac bono publico, & privatæ tranquillitati conſuluerunt, ſuoque muneri, ac conceptæ de ſe opinioni, expectationique reſponderunt, quòd tum res omnes compoſitæ, cum pacata Reſpublica eſt, quam dilaniandam dixiſſes, perdendamque aſſumpſerant invicem obverſantes Scanabicchii, & Lambertini, inter quos die Dominico 13. Maji cruentè adeò dimicatum eſt, quòd enecati plures, multique vulnerati ab utra ex parte ſunt. Inde verò pacis origo, quia Mantuam Lambertini, Scanabicchii autem Florentiam relegati fuere, ut eâ vel pœnâ pertæſi, aut temporis beneficio correpti, ab hoſtilitate declinarent. Prudens planè conſilium, rebuſque componendis accommodatiſſimum, etenim impatientes forenſi judicio Equites, niſi per hoc temperamentum ſedatus fuiſſet tumultus, exaſperati ipſi, tum in deterius deflexiſſent, & Patriam univerſali planè calamitati adegiſſent; ſed ita contingit toties, quoties civica pietas primum ad commiſerandam Patriam locum obtinet, neque forenſium quæſtus cura, aut ſtudium ambitus cor mancipat, & mentem præoccupat. Quos verò Andalous, & Malavoltius ad pacem redegere, habes, Gozzadinos cum Arientis, Guidozagnos cum Principis, Urſios cum Calamatonis, Sangiorgios cum Blanchetis, Pizzigotios cum Aſinellis, Bottrigarios cum Magarotis, ejuſmodique alios plures, inter quos inſuper ſolidioris fœderis cauſa laudati Præſides contrahi nuptias obtinuerunt.

Si tamen Civibus hæc otilis Andaloi, & Colleghæ opera placuit, proptee minutam ſibi tamen poteſtatem Dandulo Prætori ſummum in modum diſplicuit, qui non neglectâ injuriâ impetus adverſus ſe per Cerdoanerios, ut paulò ſupra expoſuimus, facti, ac per Bottrigarios, & Magarotos præſertim iterati, à munere abſolvi, & poſtulavit, & illico cadente Majo obtinuit; cui ſubinde ſuffectus Arvius, ſive Aurelius aliàs Recco Allamanni de Turri Mediolanenſis, qui poſtero item Anno ob id Præturam continuavit, electuſque Populi Capitaneus Guido de Pontecharali à Brixia, qui ſibi aliquando ægrotanti concivem Opitium Karanzonum hominem egregiæ indolis ſubſtituit.

Horum itaque ſententia Raynerius Gallucius, & reliqui de Familia propter homicidium ad Forum majus audacter perpetratum, in bannum pulſi ſub pœna librarum bis mille, populique furore ſunt prope continuò eorum Ædes populatæ, everſæ, & exuſtæ, quare loco, ſive areæ nomen impoſitum Guaſti Galluciorum. *Griffon. col.* 119. *dalle Pugliole col.* 278. *& ſeq. Vizan. fol.* 139. *& ſeq. Ghirardacc. fol.* 212., quem tamen *fol. præced.* 211. quo ad captos per Carolum Siciliæ Regem Conradinum ex ampliſſima Sueviæ Ducum ſtirpe noviſſimum fulcrum, & Fridericum de Auſtria adoleſcentulos annorum circirer 18. eoſque ſecuri palàm Neapoli percuſſos, nolim Lector res veluti hoc anno ſequutas, ſed propter hiſtoriam ſuam ibi complexas intelligat narrantem, cum cæteroquin parta Carolo victoria illa tanta ſequenti ſolùm anno fuerit die Jovis 23. Auguſti 1268. paullòque inde nobilliſimi ii adoleſcentuli ſint capti, & in carcerem pee Carolum truſi, & de anno poſtea tantum 1269. die 26. Octobris non minus ſævo, quàm truci ſpectaculo fuerint capite, ipsâ vel perhorreſcente naturâ, obtruncati, ex *Spondan. Annal. T.* 1. *fol.* 232. *num.* 3. *fol.* 234. *num* 13. *& fol.* 273. *num.* 7., ubi de immani, reucolentiſſimoque hoc ſupplicio ſatis neſcit conqueri.

Verùm à turbulentis his ad lætiora noſtra ſeſe aliquando convertat oratio, quod cum agimus initium à jacto primo lapide Eccleſiæ S. Jacobi Majoris Fratrum Eremitarum S. Auguſtini ſumimus, qui anxii Sedem intra Mœnia locare, cum uſque modò ad Sapinam degiſſent, vel iterum, & ſeriò hoc tempore Ædes ſibi in via S. Donati aperuere, Cœnobio, & Templo ſucceſſivè conſtructo ampliſſimo, atque tali propter æs quoque publicum per Magiſtratus collato, ſuffragante Civitate, ut ſatis, Fanum, & Clauſtra illa poſtquam ingreſſus fueris, tibi conſlet, opus eſſe quidem [illegible], atque tantum, quod apertè, ac continuò magnificentiam Populi Bononienſis ad auguſtas prorſus res moliendas comparati, ut ait *Ochym. de laud. Bonon. §. quod ſi Sacra* oſtentat. Emptis per hos itaque Fratres domo, turri, & reliquis à Guidone olim Bartholomæi alterius Guidonis Zagni ædificiis, quæ ibi poſſidebat, pretio librarum 3500. Bononenorum argenti, & effoſsâ pro fundamentis humo, res, ut ſacro ritu haberetur, ſub hac celebritate abſoluta eſt, ſcilicet quod erecta ſuper loco magnificè Ara, & accito Octaviano Ubaldino noſtro Antiſtite, ipſe, qui ſupplicatione Cleri inſtitutâ ad eundem ſe contulit, rem quoque Sacram deſnpee parato Altari habuit, ac benedicto lapide ſub ſolitis cæremoniis, illum Fratri Jacobo de Bononia, tunc Priori Provinciali Eremitarum commendavit, ut novis in fundamentis ſuis jaceret manibus, quemadmodum ſanctè, & reverenter continuò explevit; contigit hoc autem die Lunæ 25. Maji hoc A. S. 1267. ad eelata pee *Ghirardacc. lib.* 7. *fol.* 213. *Falcon. de' Viſ. di Bol. lib.* 3. *fol.* 270. *& ſeq.* poſt quos plura qui deſiderat *Torellum* adeat in ſuis *Sec. Ago-*

Digitized by Google

geſtmian. Adde interim duntaxat, eſſe Cœnobium hoc S. Jacobi inſigne plurimùm, ac de Bononia noſtra longè meritum, ſiquidem ſingulas per ætates Viros pietate, & doctrinâ celeberrimos nobis contulit, qui ex Sugeſtu, ac de Cathedra Divinum cultum apprimè promoverunt, & Archigymnaſium perbellè nobilitarunt; Imò adeò politicâ quoque in re, vel œconomicâ poſſe huic Patriæ proficere ſunt Eremitani viſi, quòd ingredi Conſilium & Magiſtratus facta eſt ipſis poteſtas, ac fidei, dexteritatique illorum ſæpius ſunt publica negotia commendata, quæ ſeitè adeò fuerunt ab ipſis conſummata, ut publicis in monumentis, patriâque in hiſtoria laudari promeruerunt.

Porrò Prædicatoribus apud Conſilium, & Urbis Magiſtratus inſtantibus de nimis humili in pretioſius Sepulchrum Parentis eorum, ac Civis, & Bononiæ Patroni, quod S. Dominici corpus transferretur, quia uſque ab A. 1262. admiſſis precibus, & collato ære publico, collectiſque ex populo largis eleemoſynis, quæ conſtrui, & celari cœperat ex candidiſſimo marmore Arca, eadem per hæc tempora abſoluta eſt mirifici planè operis, & artificii; Placuit propterea ad translationem ſacri pignoris progredi, quæ per præcipuam admodum celebritatem in die Feſto Pentecoſtes 5. Junii acta eſt, namquè rogati, qui intererant Philippus Ravennas Archiepiſcopus, Ubaldinius Antiſtes noſter, Thomas item Ubaldinius Jmolæ Præſul, & Bartholomæus Bragantius à Vicetia ſuæ Patriæ Epiſcopus, allectione autem, ut aliàs eſt dictum, noſter Civis ex Ordine Prædicatorum; Hi ſuis manibus de veteri non celato, in novum hunc Sarcophagum oſſa S. Dominici obſequentiſſime tranſtulere. Adfuere hos verò præter, Aurelius de Turre Prætor Urbis, Antiani Conſules, & frequens Procerum, Civiumque cœtus, quibus omnibus cernuis proſtratis, exuvias videntibus, atque venerantibus, eædem in eorum conſpectu tum intus Arcam locatæ ſunt, cùm ipſa capſa ternis clavibus clauſa, & ſigillo magno Civitatis munita eſt, impertitis interim per laudatos Præſules pluribus à peccatis Indulgentiis piè viſitanti plebi Sepulchrum, & ad illius pedes vota, & preces pro incolumitate Eccleſiæ & hujus Urbis fundenti, ſeque ſe ita, & Civitatem apud S Dominicum commendanti, quemadmodum inceſſanter ut ageret, de Sugeſtu extrà fores Eccleſiæ locato, per doctiſſimam ad Clerum, & Populum habitam concionem, præfatus Bartholomæus Bragantius vir multæ Scientiæ, pietatis, & eloquentiæ hortatus ea die eſt, nempe tunc, cum priuſquam Arca clauderetur, ad dicendum de loco inſurrexit; Quod tamen honorabiliorem actionem fecit, ac identitatem oſſium Sanctiſſimi Parentis comprobavit, illud ad non levia, ipſaque non pauca prodigia refertur, quæ magis ſingularia ſunt ejuſmodi, repentina videlicet ægrotis, & ſubitò reſtituta valetudo, odor item ſummus, præternaturalis, ignotus, & planè cœleſtis, qui uberrimè diffuſus, ad omnes pervenit ac ſyderis fulgidiſſimi apparitio ſuper eam Eccleſiæ partem, in qua Sacrorum oſſium fiebat translatio, quæ Stella

A cunctis cernentibus, atque rem novam admirantibus per nutus, voces & ſigna indicantibus, tandiù firmiter coruſcavit, palam exuviis extantibus, quandiù illicò ſplendeſcere ceſſavit, & evanuit, illis in Arca clauſis, ut certò micaſſe propter eas nec poſſet in dubium revocari, id quod pariter, & aliàs de A. 1233. in Feſto Pentecoſtes die 23. Maji contigit, occaſione quòd primum de humo in lapideam elevatam Arcam, tunc fuit Sacrum Corpus elatum, ac rurſus de A. 1244. die Martis Pentecoſtes 24. Maji, cum idem ſacrum Corpus de lapidea illa Arca in rudem, & non celatum marmoreum Sarcophagum fuit B translatum. Denique religioſiſſimam fecere rem ex omnibus planè linguis, atque nationibus fortè ad Ordinis habendum Conventum, ſivè ut appellant Capitulum generale tunc Bononiæ congregati frequentiſſimi Prædicatorum Familiæ Alumni, ſuoque intereſſente VI. Magiſtro generali Ven. Joanne de Vercellis, quo authore ad res Ordinis componendas is cœtus, & indictus, & celebratus eſt, adeoque minimè, ut Comitia generalia pro electione Magiſtri generalis haberentur, cum uſque ab A. 1264. in Capitulo generali Pariſienſi fuiſſet ipſe Joannes electus ex *Cron. Ord. Præd. fol. 31. & 32.* quare in hoc corrigendi *Ghirar-* C *dacc. fol. 212. & Falcon. fol. 274.* qui ignorando res alterius Ordinis Capitulum generale pro Comitiis generalibus uſurparunt. Poſt hæc duo non prætereunda ſubnecto, quæ ad controverſiam revocata, quorumdam ingenia fatigarunt, ac quorundam aliorum animos recrearunt; Namque ſolemni Sacræ rei pro more, noſtræ Civitatis cum neſcio qua die Magiſtratus, & inter Magiſtros Artium Cæſar Offa Salſamentariorum, ac Raynerius de Apoſella Lanionum adeſſens, qui privatâ ex diſſenſione veterem inimicitiam fovebant, accidit propter antianitatis in ſedendo ſervandæ caſum, quod juxta ſitum Eccleſiæ oſculum D debuerit pacis vicino ſibi Offæ Raynerius dare, quem per amplexum, ut ſolet, Cæſar accepit; Verum poſtridiè quia obvium Apoſellanum Offa nec leviter pugione vulneravit, hunc ideò ille apud Maleficiorum Judicem Sylvium Botti Brixienſem nedum vulneratorem, quàm pacis fractorem, irreligioſumque violatorem detulit. Hinc inſtructo criminali judicio, diſſidium inter utrinſque partis cauſæ patronos ſubortum, quippe pro Apoſellano poſtulatores fœdè ruptam pacem allegabant; Contra verò Patrocinantes Offæ, fractæ pacis omnem vel opinabilem titulum excludebant, ac quia primi pacem in oſculo dato, receptoque in E actione publicâ reponebant, cum debuiſſet percuſſor abſtinere, nec ſint hominum libidine, aut nequitia divina inſtituta, Eccleſiaſticique ritus contemnendi, fruſtrandi, iniquoque perſonatu animo adversùs ejuſdem Eccleſiæ intentionem violandi, quæ dubio procul minimè contenta eſt merâ extrinſecis, ſolùmque apparentibus actibus, ſed exigit per hæc externa ſigna, quæ figenda ſunt animo, corde, & mente, idem quoque fieri, & intrinſecus ergò conciliari homines ad invicem, quo conciliatos ſe explicant per mutua data, receptaque extrinſeca oſcula, & amplexus; idcircò reponebant

bant alii ad puram, ſimplicemque cœremoniam actum referri eumdem, qui idcircò fœdus nullum evincit, maximè poſtquàm ad conſilium id ſpectat, nec proinde quodpiam continet præceptum, ac porrò Magiſtratus cauſa, cum hic Cliens rei Sacræ interfuerit, & propterea mori, & ritui ſe accommodaverit, laudandus imò quàm damnandus in hoc, oſculum quia recepit, amplexumque quia ſereno vultu, atque ideò dedit, ne ſi aliter vel abnuiſſet, ſcandalo eſſet, pejoremque primo errorem admitteret; His illi addebant nec minus ingenioſa alia, atque ita negotium in longum abiit, ſed quæ pro Oſſa deducebantur rationes, tamquam validiores ſatis cum tandem apud Bottum Judicem fuerint, Oſſam propterea ſi non virtutis titulo, meritò ſaltim tamen cauſæ à violatæ pacis nota, & pœna liberarunt.

Porrò Infectores pannorum de confligendo cum Pictoribus idcircò in anſam provecti, quia præter tabulas, pannos vel etiam coloribus obnubunt, in Judicium ſummam per petulantiam ſunt illos hoc tempore audiri vocare, ſiſtere quoque coram Judice, & cauſam adverſus ipſos obſcœniſſimè inſtruere, haud nimirum verentes, eam ob cauſam præſumere, Pictores ſibi habere devinctos. Verùm licet inſoleſcere adeò, correpti aut rei arrogantiâ, aut communi præ rumore in eos excitato, quo in Fabulam verſos ſeſe agnoverunt, audaciâ prætenſionis, infimæ quoque plebeculæ animos ad nauſeam, & ſtomachum provocante, paulò vel inde deſierint, nempè inſtantiam ad picturarores reſtringendo; Placuit penicillum attamen ad pingendum adhibentes univerſos ſub clientelam Doctoribus noſtris in Academia Legum interpretibus recipere, imò magis declarare ab A. uſque 1105. receptos, adeoque Doctores iidem facilè poſtquàm conſequuti ſunt, Tinctores inter Mechanicam, ſordidamque artem exercentes conjici, ac de foro abjici, Pictoribus inſuper quibuſcumque indemnem declarari ſervatam libertatem exercendi liberalem artem ſuam eatenus obtinuerunt, quatenus ingenio magìs, atque præſertim vi intellectus, quàm ſimplici manu, divinumque opus agere eos probarunt, ac materiam minimè, ſed diverſam agendi formam in una abs altera diſtinguendâ arte,

A ipſæ quantumvis mechanicæ ſint, attendendam eſſe vel de jure communi, vel ex veteri hujus Patriæ obſervantiâ, & praxi magiſtraliter evicere.

Tandem abs his productis, pro corollario rerum hoc anno geſtarum replicamus obitum tam B. Bartholomæi Bragantii jam Civis, & Epiſcopi Vicetini ex Ordine meo Prædicatorum, & Equitum S. Mariæ Matris Dei Glorioſæ promotoris, noſtrique per allectionem Civis Bononienſis, qui Vicetiæ accidit die 20. Maji acto ipſi poſtea per eoſdem Equites longè ſolemni funere in S. Dominici Kalendis ſequentibus Juniis, quemque præ miraculis B clarum continuò inter Beatos relatum, ſibimet extemplò quoque in Patronum aſſumpſerunt, quemadmodum apertiſſimè ex Collectâ probatur, atque evincitur, quæ de eo, agendoque de Anniverſariis illius ſolemniis legitur apud *Egnat. ad Ghirardacc. hoc A. D.* 1267. quæ tantum ne pereat carie vel abſumptum, denteque livido temporis penè vel corroſum, ac de remotioris vetuſtatis cryptis noviſſimè erutum pium æquè, ac nobile monumentum, in medium per nos hic idcircò profertur, quæ eſt ejuſmodi. „Oremus: Populum hunc tuum, Domine, ità apud Te B. Bartholomæus Confeſſor, & Epiſcopus tuus commendet, C „ut quo charitatis Zelo ipſe de noſtra in terris tranquillitate ſollicitus, nos verbo, „& exemplo inſtruxit, ac novi Ordinis „ſub glorioſæ Virginis Matris tuæ nomine peculiari præſidio munivit, pari nunc „quoque nos de Cœlis, eâve protectione „tueatur, ut ſingulari hac fiducia roborati ad eum recurrentes, cœleſtis tuæ „non minus efficiamur opis ſecuri, quam „ad ſecum tuam fruendam requiem ſperemus pervenire æternam, per Dominum „noſtrum &c.

De S. Pariſio Concive noſtro, & Monacho Cœnobita Camaldulenſi, cujus mors accidit Tarviſii die 11. Junii hoc A. S. 1267. D *ex Vitan. lib. 3. fol.* 138. *Falcon. lib. 3. fol.* 275. *Sigon. ipſo de Ep. Bonon. lib.* 3. plura hic eſſent tractanda; quæ tamen repetere non vacat, cùm integra ejuſdem Vita ſupra in hoc eodem Tomo recuſa fuerit, cura & ſtudio celebris Editoris Concivis mei, cujus ne modeſtiam offendam, ab ejus laudibus prorſus abſtineo.

F I N I S.

CLARISSIMORUM VIRORUM

CARDINALIS S. XISTI,

POSTEA PONT. MAX.

GREGORII XIII.

APPELLATI,

CARDINALIS SIRLETI,

ET AMALTHEI

IN HISTORIAM BONONIENSEM

CAROLI SIGONII

CENSURÆ

Cum ejuſdem SIGONII Reſponſis,
ac Correctionibus;

Omnia nunc primùm luce donata.

PHILIPPI ARGELATI
AUGUSTISSIMI IMP.
A SECRETIS
LECTORI MONITUM.

BOnonienſem hiſtoriam à Carolo Sigonio *ſcriptam inter alia ejus opera editurus, ut pro viribus ornarem, id in ipſo editionis initio excogitavi, ut peritum antiquitatum virum ad excutiendos Libros eos invitarem, ac bene Literariæ Reipublicæ conſultum puto, cum eruditiſſimum J. C. C. noſtrum Alexandrum Macchiavellum pari mecum amore in communem Patriam certantem ad opus hocce ſanè graviſſimum excitavi, quod ille pro ſua diligentia, & rerum noſtrarum peritia optimè implevit, ut initio præfabar.*

Jamque typis noſtris ſuppoſueramus ipſam hiſtoriam, additis in calce pro more Macchiavelli Animadverſionibus, cum ad nos dono doctiſſimi viri allatus eſt liber earumdem hiſtoriarum, Bononiæ impreſſus cum primum ab Auctore ſuo in vulgus prodiit, ab ipſo Sigonio multis in locis manu ſua vel emendatus, vel aliam in formam compoſitus, quodque Literato viro, cui librum percurrendum tradidi, apprime placuit, addideras in calce illius idem Sigonius aliquot folia, in quibus adnotationes varias tranſcripſeras, à tribus Viris dignitate ac doctrina clariſſimis in ſuam hiſtoriam factas, Eminentiſs. nempe Ugone Cardinali S. Xiſti, qui mox ad Pontificatum Max. evectus Gregorii XIII. nomen ſumſit, Eminentiſs. item Cardinali Sirleto; ac poſtremo à doctiſſimo Amaltheo, atque ad earum ſingulas, reſponſiones ipſe ſuas ſubjecerat.

Tantorum virorum illuſtria nomina illico perſuaſerant, gratiſſimum omnibus futurum, ſi adnotationes illæ cum ſuis reſponſionibus publici juris fierent; indolem namque ſingulorum virorum in alienis Scriptis examinandis diſtinctius quiſque cognoviſſet, & Sigonii mentem nonnullis in locis à reſponſione ſua facilius penetraret. Quamobrem dolebam luſiſſe mecum ſortem, & ſero nimis nactum fuiſſe me MSS. lucubrationes eas, qua ſuis locis appoſitæ, delectationis plurimum, & non parum utilitatis attuliſſent; res enim acta eſt inter homines literis & hiſtoria exercitatiſſimos. Ne itaque perirent, quæ diu latuerant literariæ illæ concertationes, ſtudui quoquo modo poſſem eiſdem in editione noſtra locum dare, non tamen extra eborum, ne ab eluxatione partium, earum pretium minueretur; eaque de cauſa curavi, ut in ordinem diſpoſitæ, atque ad numeros paginarum noſtrarum reſpondentes, in calce hiſtoriæ imprimerentur, quo præſto eſſent Lectori, & nulla in inveniendo loco ſupereſſet hæſitatio.

An ipſo petente Sigonio in ſua percurrenda hiſtoria criticam lucernam adhibuerint ii tres clariſſimi viri; an ſponte ſua voluerint amicum, quem plurimi feciſſe innumera illius temporis monumenta demonſtrant, incertum adhuc, nam ne verbum quidem in margine impreſſi libri, quem ſupra indicavimus, neque in ipſis adnotationibus, neque in Sigonii reſponſis, neque demum in pluribus eorum epiſtolis, quas data opera perlegi, me rei geſtæ modum invenire potuiſſe ingenue fateor. Conjectari ergo liceat cuique pro ingenio ſuo, ego namque à re incerta, mihique Bononienſi homini periculi plenas manum cohibere conſultius puto.

Quod verò ad Sigonium pertinet, facilem ſe monitis Vir eximius ita præſtabat, ut mireris in minimis etiam rebus, in quibus eum Eminentiſs. Sirletus admonuerat, ac tertio quoque verbo pene torquebat, patientem animum non exuiſſe. Contra verò acutiſſimam aciem ejuſdem Cardinalis in propria ſcripta ſuſtinere quemque vix poſſe fatearis; nihil enim prætermiſit, vel rerum, vel verborum, quod ad libellam non revocaverit homo Pontificiæ dignitati addictiſſimus, cuncta, ut Cardinalem decebat, vigili oculo perluſtrans, & in rem Romanæ Curiæ diſponens, ad quem etiam ſcopum alios etiam oculos intendiſſe tute ipſe, Lector humaniſſime, cognoſces, tuumque peto de ſingulis judicium, cui me ferendo imparem profiteor.

CENSURÆ
IN HISTORIAM BONONIENSEM,
ET CORRECTIONES.

FOlio Edit. hujus 22. B. *Falſò Majeſtatis crimine accuſatus*. Notaverat Cardinalis Sirletus: *Rectius videtur apponere verba Scripturæ, quia* FILIUM DEI SE FECIT, *vel quia* SE REGEM FECIT, *prout in Evangelio*. Contra repoſuit Sigonius: *Dica Regem ſe facere, & eo nomine ſeditionem in populo concitare, crimen fuiſſe Majeſtatis, D. de L. Julia Majeſtatis; ſi erga Chriſtus ſe Regem faciebat Judæorum, nimirum Majeſtatem Tiberii Caſ. lædebat, unde illa ſunt in Evangelio: Omnis, qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari; item: non habemus Regem, niſi Cæſarem. Parebitur tamen*; & in typis impreſſo exemplari hæc verba manu ſua ita compoſuit: *Nonodecima Imperii Tiberii anno à Judæis, quia ſe Regem Judæorum aſſereret, accuſatus &c.*

Col. 22. C. *poteſtatem ad ſalutem animarum permiſerat*. Em. Sirletus hæc animadverterat: *Potius dicendum, commiſerat, vel tradiderat; nam cum hic agatur de re ſacra, ſolet id verbum permiſerat apud Eccleſiaſticos authores ſonare in malam partem, ut, Deus permittit peccatores &c.* Contra Sigonius ita ſe excuſabat: *Ego non ſum Eccleſiaſticus, nec ſcribo rem Eccleſiaſticam, neque Eccleſiaſtica oratione. Cicero vero accepit in bonam partem; in Verrem*: IN CENSU HABENDO POTESTAS OMNIS PERMITTITUR ÆSTIMATIONIS HABENDÆ CENSORI. Et DE LEGE AGRARIA *item*. Paſſus tamen ſe vinci, addidit. *Parebitur tamen*, & in margine codicis impreſſi pro verbo *permiſerat* ſubſtituit *tradiderat*.

Dicto fol. 22. D. linea penult. ad verba *aliquandiu præfuiſſet*. Sirletus: *Tollendum id* ALIQUANDIU; *nam nimis modicum tempus videtur oſtendere, quod faveret Hæreticis*; in quam ſententiam ultro concedens Sigonius, pro ALIQUANDIU repoſuit *diu*.

Item paullo infra, nempe in calce col. 22. & initio 23 verba CLETO, LINO, CLEMENTE delevit in impreſſo codice Sigonius, quòd Em. Sirletus hæc notaverat: *in Canone Miſſæ dicitur, Lino, Cleto, Clemente, aut tollatur hoc, quia non neceſſarium*.

Ead. col. 23. A. *in crucem actus deceſſit* Sirletus: *Hic addi debet aliquid de S. Paulo, qui eodem anno & die, & tempore Neronis, & Romæ occiſus fuit; nam ſemper hi Sancti conjunguntur ab Ireneo, Tertulliano, Lactantio, S. Auguſtino, Hieronymo, & aliis*. His vero minime attentis nil mutatum voluit Sigonius, hæc reſpondens: *Dica me omiſiſſe mentionem S. Pauli, quia Chriſtus non commiſit ei Eccleſiam; quod ibi trado, ut initium Romani Pontificatus oſtendam, de quo ſæpe dicendum erit*.

Col. 25. B. in verbo *detrimentum* Sirletus. *Non dicitur id* DETRIMENTUM *in Chriſtianis hominibus. Potius calamitates paſſus, aut quid ſimile*. Sed vix Latinorum dicendi formulæ renunciavit Sigonius, qui hæc ſubjecerat: *Cæſar & Livius* DETRIMENTUM *pro clade uſurparunt. Cæſar: tanto ſub oculis accepto detrimento. Item quod detrimentum culpa & temeritate legati ſit acceptum: erant autem plurimi interfecti*; nihilominus repoſuit *magnam calamitatem*.

Col. 26. A. Cenſores habuit duos Sirletum & Amaltheum iis nempe verbis, *ut à piis hominibus creditur* in hanc ſententiam excuſſis Sirletus: *Nimis extenuatur; dicendum, ut multi probatæ fidei Scriptores tradiderunt, aut quid ſimile*. Amaltheus *verba illa* UT A PIIS *&c. omnino tollerem, ne donatio à Conſtantino facta, quæ certiſſima eſt, in dubium revocari videatur*. Sed ab amicorum auctoritate impoſitum ſibi noluit Sigonius, ac dato reſponſo: *Aut removebo mentionem donationis, ut minime neceſſariam, aut in univerſum dicam: inſigni donatione affecit. Non enim hos Scriptores legi, qui Italiam, & Occidentem donatum dicant nominatim, neque mentio hujus donationis ibi eſt neceſſaria*. Revera typis impreſſum librum ita correxit: *ac Pontificem inſigni, & memoranda, quæ adhuc Græce ſcripta extat, donatione affecit*. Cuncta vero de donatione prius deleverat, addito in margine ſequenti lemmate: *tollatur, quia ad rem non pertinet, & in gratiam erat ſcriptum*.

Paullo infra Sirlet. verbo LABIS: *Nimis leve verbum in tanto ſcelere, & tam nefario hæreſiarca*. Mox in verbo *opinionem excitavit: dicendum* HÆRESIM. Sed nihil immutavit Sigonius, contentus hæc replicaſſe. *At Cicero vocavit Verrem prædonem juris Urbani, & perniciem Provinciæ Siciliæ &c.*

Col. ead. B. *Filium minorem Patre eſſe aſſeruit*. Locum hunc ita exegit Sirletus: *Nos etiam fatemur minorem, quatenus homo fuit, juxta illud*: PATER MAJOR ME EST. *Dicendum*, QUIA CREDEBAT ESSE CREATURAM. Contra vindicavit Sigonius: *Sic Auguſtinus in expoſit. in Evang. Joannes tractatu XVIII.* ARRIANI HÆRETICI DICENTES, NON PER CARNEM, SED ANTE CARNEM FILIUM IPSUM, QUI SUSCEPIT CARNEM, MINOREM ESSE, QUAM PATER EST. *Sic in Decreto cap. de auct. & num. Canon. Apoſtol. diſtinct.* 26. PRIMA SYNODUS NICÆNA CONTRA ARRIUM, QUI TRES INÆQUALES GRADUS IN TRINITATE ASSEREBAT, PATREM SCILICET MAJOREM, FILIUM MINOREM, ET SPIRITUM SANCTUM CREATURAM, AC SERVUM; itaque ſenſu ſuo explicato nil niſi tempus verbi aſſerere immutavit, atque poſuit *aſſerebat*.

Deinde ad eamdem col. 26. C. in verbis *omni gradu dignitatis æquavit*, dubium excitavit Sirletus per hæc verba: *Videndum*

an

en id verum, quia ſemper primus honos tributus Romæ, & illa SECUNDA ROMA dicta eſt, & illius Patriarcha poſt Epiſcopum Romanum ſemper locum tenuit, ut in Concilio Conſtantinopolitano I., & Calcedonenſi. Solvit Sigonius, his reſcriptis: QUÆ A ME ſcripta ſunt, à Veteribus ſumpta ſunt; nam CP., ut traditur ab omnibus, NOVA ROMA eſt appellata, ut paritas dignitatis ſignificaretur. Et Eutropius ROMÆ æmulam factam ſcribit; & Euſebius ROMÆ IMPERANTI ÆQUALEM factam; & Oroſius adeò à Conſtantino eſſe provectam, ut ſola ROMÆ forma, & potentia poſſet ÆQUARI: æquatam autem intelligo dignitatibus ſecularibus, nam in utraque fuere Præfecti Urbis, Pratorio, Illyrici, Conſules, Conſulares, Præſides, Correctores, & alii, qui collecti ſunt in eo libro, qui dicitur: Notitia utriuſque Imperii. De Patriarcha verò intelligi nullo modo poteſt, nam ſero, id eſt Theodoſio Imperante, conſtitutum eſt, ut poſt Pontificem Romanum proximum locum haberet Patriarcha CP., quem Alexandrinus eo uſque tenuerat, & lites Patriarchæ cum Pontifice multo poſteriores fuere. In ſua verò editione unico verbo nodum ſolvit, ſcripſitque: Romæ ipſi omni gradu PROFANÆ dignitatis æquavit, & ne ſcrupulus aliquis remanere poſſet, omnino delevit verba illa, quæ paulò ante leguntur: atque Eccleſiæ à Petro Apoſtolo Romæ inſtitutæ.

Col. 27. A. Verbo errorem Arrianum ſcriptum mallebat Hæreſim Arrianam, & licèt Sigonius ſcripſerit: nihil intereſſe puto, errorne an hæreſis Arriana dicatur, morem geſſit erga doctiſſimum Cardinalem, & errorem in Hæreſim, mutavit.

Col. 27. in fine Confirmatus eſt Amaltheus. Hæc vellem explicari paullo uberius, atque illud præſertim commemorari, quod de puero ſcriptum eſt, qui Ambroſium Epiſcopum divinitus exclamavit; cujus voce Catholici itemque Arriani permoti, & in unum conſenſum conſpirantes, Ambroſium Epiſcopum elegerunt; de quo Paulinus in Ambroſii vita. Ambroſius, inquit, perrexit ad Eccleſiam; ibique cum alloqueretur plebem, ſubito vox fertur infantis in populo ſonuiſſe Ambroſium Epiſcopum, ad cujus vocis ſonum, totius populi ora converſa ſunt, Ambroſium Epiſcopum acclamantis. Sigonius: Reſpondeo me anguſte narraſſe hiſtoriam S. Ambroſii, quia non ſcribo hiſtoriam Mediolanenſem, ſed Bononienſem.

Col. 31. A poſt narratum genus S. Petronii Em. Hugo Card. S. Xiſti hæc animadverterat. Videtur omittendum quod narratur fol. 25. (edit. nempe Bononienſis) cum reprobetur & Genealogia S. Petronii cum officio ejus debet concordare. Ad hæc Sigonius Vulgaris opinio de genere S. Petronii nullum habet auctorem, & eſt falſa, & contra illam ſtat Eccleſiaſtica hiſtoria, & Gennadius; quare neceſſario reprebenſa, ne temere videatur relicta. Genealogia vero S. Petronii non convenit cum officio vetere falſo, ſed cum novo vero.

Col. 31. A. Perfidiam in Hæreſim, juxta monitum Sirletanum correxit; mox ea verba delevit, quæ ita leguntur: Qui duabus in Chriſto perſonis diſtinctis inter ſe poſitis veram Trinitatis Unitatem tollebat, ad quæ Amaltheus: Neſtorius veram Trinitatis naturam idcirco non tollebat, quod in Chriſto duas perſonas diſtinctas poſuit, ſed tollebat veræ Incarnationis myſterium; nam quod humanam perſonam in Chriſto cum divina poſuit, Deum factum hominem & Deum eſſe hominem vere dici negavit. Sigonius ita mentem ſuam explicavit: In Decreto, ubi de Hæreticis Neſtorius non unum Chriſtum in Verbo Dei & carne credidit, ſed ſeparatim atque disjunctim, alterum filium Dei, alterum filium hominis, quibus perſuaſus nihil deinde mutarum voluit a prima lectione.

Col. 33. in fine confirmatum ſe gloriatur habere legebatur in prima edit. ibique Cardinalis S. Xiſti: Se gloriatur habere quaſi dicat: licet verum non ſit quod habeat. Ideo hæc verba eſſent mutanda, & dicendum ſimpliciter habuerunt. Contra Sigonius. Pro GLORIATUR SE HABERE, quod Civitatis Rectores exegitarunt, ſcribam HABET, ut ſatisfaciam, non quod ita ſentiam.

Col. 38. D. verba Conſecratur à Pontifice minimè placuerant Sirleto, notanti: Sanctorum Cathalogo adſcriptus; nam id verbum CONSECRATUS non accipitur pro canonizatione; quod negavit Sigonius per hæc verba: Conſecrare pro in Divorum numerum referre, uſus eſt Lactantius, qui dixit lib. 1. Romani Cæſares ſuos conſecraverunt, id eſt Divos fecerunt, ſic ſæpiſſimè Cicero de Legibus, & de Nat. Deor. At hic etiam Doctiſs. Cardinali placere voluit, ſcripſitque Numero Sanctorum adſcriptum.

Col. 42. B. Caſſini Abbatem, inquit Sirletus, addatur: Monaſterii Caſſinatis, ſive Caſſinenſis. Sigonius reſpondit: Caſſini Abbatem dixi, quomodo Veteres Abbatem Nonantulæ, Fuldenſem, Viſſemburgenſem, Vallis umbroſæ, Claravallis, dixere, & quomodo dicunt: Epiſcopum Romanum, Ravennatem, Mediolanenſem; & non ſemper Eccleſiæ Romanæ, Ravennatis &c.

Col. 48. A. Latania &c. Sirlet. Litaniæ quas Proceſſiones vocamus, ſeu Græci Litanias Eccleſiaſtica Proceſſiones appellant; mox verbis: ætate, gradu, ſexuque addidit: dicendum nominatim de Clero; poſtremo verbis ſunt inſtitutæ hanc notam appoſuit: Litaniæ ſeptiformes, de quibus extat Epiſtola S. Gregorii, illæ ſunt ab eo inſtitutæ; nam aliæ Litaniæ erant antiquiores. Legenda Epiſtola S. Gregorii. Manus victas dedit Sigonius, hæc reponens: LITANIÆ ſcribetur, & Clerus nominabitur, qui tamen in voce GRADU continetur. Johannes Belethus in Rationali ſcribit, Sanctum Gregorium inſtituiſſe Litanias majores in feſto B. Marci Evangeliſtæ. Idem ſcribit S. Gregorius in P. 11. Epiſtolarum. De cæremoniis conſtitutis à S. Gregorio ſilebitur; quamobrem in libro emendavit: Litaniæ ſeptiformes in Eccleſia Romana, quæ ſupplici voce ab omni ætate, gradu, ſexu, totoque Clero per urbem concinantur &c.

Paulò poſt, verbo Cærimonias maxima ex parte conſtituit, monuit Sirletus: Potiùs magna ex parte, nam Cærimoniæ ſunt antea inſtitutæ, & per traditionem Apoſtolorum. Hoc totum potiùs omittendum de Cærimoniis, quia favet Hæreticis; vel dicendum: Cærimonias antiquitus traditas diligentiſſimè obſervavit.

Mox verbo non dubia opinione. Non eſt opinio, ſed Eccleſiæ auctoritas, miraculis ejus, & aliis adductis rationibus.

Poſtremò pro Divorum poſuit Sirletus omni loco Sanctorum, ſed Sigonius de Cærimoniis conſtitutis à S. Gregorio ſilentium pro-

promittens, ita de cæteris rationem reddidit: *Quod dixi non dubia opinione eruditionis, & vitæ, cauſſa eſt, quia putavi, Pontifices antequam aliquem numero Sanctorum adſcribant, adduci certa opinione integritatis ejus, quem adſcribere volunt; cæteros verò ad eum colendum moveri auctoritate Pontificum, ideſt Eccleſiæ, quæ non adſcripſiſſet indignum*; & ſanè, deletis in impreſſo Codice iis verbis, quæ ſunt poſt *institutæ* uſque ad *Phoca*, amicorum arbitrio concinnandam periodum remiſit, ſcriptis in margine verbis, faſtidientis fortaſſe ſtomachi motu incitatus: *emendent ſuo arbitrio*.

Deinde, *Divos vocarunt Latini homines in numerum Deorum relatos. Sic Græci Eccleſiaſtici dicunt ἅγιος μαρτυρας, & οἱ θεῖοι μαρτυρες pro eodem. Sic in Catechiſmo Divi vocantur Sancti. Sic Divus Auguſtinus, Hieronymus, Eucherius, ſcriptum*.

In Bononienſi Editione col. 44. legebatur: *Pontifex Imagines, Concilio Conſtantinopoli coacto defendit*. Ad hæc notavit Sirletus: *Hic Pontifex defendit quidem Imagines, ſed non in Concilio illo; nam aliud id fuit in Nicæna II. & Conſtantinopolitana III. longè poſt hoc tempus. Dicendum etiam: Imagines ſacras*. Et ſanè profuit Sigonio monitum; omnia enim emendavit, ut in Editione noſtra.

Col. 49. A. *Felix Ravennas Archiepiſcopus* ſequebatur in prima edit. col. 47. *cum pecuniam anguſtiorem, quam ex obſequii pacto debebat, ad Pontificem miſiſſet, neque aut Pontificis, aut Exarchi monitis &c.* ibi Em. S. Xiſti notaverat: *quod dicitur de Felice Archiepiſcopo, quod non ſolvebat pecuniam pactam Pontifici, dicerem* DEBITAM; quamobrem Sigon. hæc reſpondit: *Sumptum eſt ex Blando, qui non intellexit apud Anaſtaſium quid eſſet facere cautiones in ſcrinio, neque de pecunia vel pacta, vel debita eſt intelligendum, ſed de obedientia præſtanda*, atque ut ſe nodis omnibus expediret manu ſua deleverat ab impreſſo Codice integram hanc narrationem, additâ cenſurâ *tollatur quia parum ad rem*, ſed ultimam adhibens limam, hiſtoriam ſervavit verbis parumper immutatis.

In eadem Bonon. Editione col. 51. in noſtra col. 53. C. legebatur: *Nam Exarchatus Civitates, ut ſcribit Blondus, (neque enim locupletiorem hujus antiquitatis alium habeo teſtem.)* Ad hæc animadvertit Sirletus: *Sunt alii Auctores graviores & antiquiores; & quando alii deeſſent, ſatius eſſet hoc prætermittere, quia Exarchatus nititur majoribus argumentis, nec eſt adeò recens inventum, aliàs multum detraheretur rebus Eccleſiæ*. Reſpondit Sigonius: *Dico me non agere de donatione Exarchatus, ſed de adminiſtratione ejus inſtituta à Pontifice. Proferre verò Auctorem Blondum, quia tum non habebam Anaſtaſium*, eumque Blondo in Wecbeliana Editione ſubſtitutom legimus.

Col. 54. A. *Carolus à Leone III. &c. Imperator appellatus eſt*. Sirletus: *Videndum quemodo id ſe habeat, ut apud Anſelmum Lucenſem, & C. Venerabilem de electione. Nihil enim hic dicitur de translatione Imperii*. Sigonius: *Carolum Imp. appellatum eſſe à Leone, omnes & veteres, & recentes Scriptores tradunt*.

Col. ead. B. *Conceſſionem Romanæ ditionis &c., exarchatuſque Pontifici factam &c.* Sirletus: *Hoc videtur detrahere donationi Conſtantini ob id verbum* FACTAM, *aut tollendum id verbum*, EXARCATUS. Sigonius: *Verba confirmationis extant in Decretis*: EGO LUDOVICUS CONCEDO PER HOC PACTUM CONFIRMATIONIS NOSTRÆ TIBI SANCTO PETRO; *& paulò poſt de Carolo patre, & Pipino avo, qui donarunt, appellat* DONATIONIS *paginam, &* DONATIONIS *ſcriptum. In reliquis Privilegiis Ottonum, & Vidonis, & Henrici nominatur pactum* CONFIRMATIONIS; *ſic præterea locutus eſt Ado, Anaſtaſius, Leo Card. Oſtienſis, & alii*.

In edit. Bonon. col. 54. quæ reſpondet noſtræ 55. B. ubi legitur: *Lotharius Lodovicum filium in Italiam cum exercitu miſit*, hæc ſequebantur: *ut quemadmodum Sigebertus vetus Chronicorum Auctor affirmat, Sergium nuper deſignatum Pontificem confirmaret*. Ad hæc notaverat Sirletus: *Tollendum id verbum* VETUS, *quia circiter à quatuorcentum annis, & dicendum* SIGEBERTUS MONACHUS. Ita ſe purgavit Sigonius: *Ego cum Sigebertum* VETEREM *nominavi, non omnino veterem intellexi, ſed reſpectu rei, de qua loquor; ago enim de re anni DCCCXLIV. & Sigebertus vixit circa ann. MC.* nihilominus in impreſſo Codice manu ſua delevit Sigeberti teſtimonium, & quæ ſequebantur de Confirmatione Pontificis; ac in margine repoſuit ſequentia verba: *ut Coronam Auguſtalem à novo Pontifice Sergio ſumeret*, quæ ferme conveniunt cum noſtra Editione.

Ead. col. C. *Volaterrani*. Sirletus: *tollatur mentio Volaterrani, quia levis eſt auctoritatis*. Sigonius: *Volaterranum nominavi, quia tum Anaſtaſium non habebam*; & ſanè, deleto in impreſſo Codice Volaterrani nomine, ſubſtituerat illud *Anaſtaſii*; & utrumque in Vvecheliana editione, minus accurate fortaſſe, deſcriptum legitur.

Paullò infra: *Bononienſes Scriptores*. Sirlet. *tollatur verbum* BONONIENSES, *nam iis detrahitur, & dicatur* EOS SCRIPTORES; *nam ſunt alii etiam, qui hoc ſcribunt*. Reſpondit Sigonius: *Ego Bononienſium Hiſtoriam ſcribo, non laudationem*, & judicio Doctiſs. Viri obſequutus, EOS SCRIPTORES in Codice ſuo emendavit.

Col. 56. D. *Imperator eſt conſecratus* legebatur in Edit. Bonon., quod ita caſtigavit Sirletus: *An hic loquendi mos receptus ab aliis Scriptoribus Eccleſiaſticis? potius dicendum* CONFIRMATUS. Contra Sigonius: *Dico conſecrare Regem & Imperatorem, pro ordinare rectè dici, cùm benedictio & inunctio Pontificalis adhibeatur; & verbo conſecrandi uſum eſſe Pontificem Innocentium in C. Venerabilem, de Elect. „ Jus & auctoritas examinandi perſonam electam in Regem, ac „ promovendam ad Imperium ad Nos ſpectat, „ qui eam inungimus, conſecramus, & coronamus. Si pro* CONSECRARE *ponemus* CONFIRMARE, *detrahemus Pontifici, qui non confirmat Imperatorem, ſed facit. Electores enim eligunt Regem promovendum in Imperatorem; Pontifex promovet. Itaque in C. Venerabilem vocatur Rex promovendus in Imperium*. Quibus rationibus ſibi perſuaſit, ut verbo *Conſecratus* ſupponeret *Coronatus*, quod legitur in noſtro.

Col.

Col. 61. A. *Inſitâ ingeniorum ferociâ &c.* Sirletus: *Ferocia non videtur convenire Italis, & maximè id* INSITA, *unde aliter appellanda*. Paulò poſt: *in fide officioque contineri non poſſe*: *Detrahitur nimiùm Italis*. Sigon. *De ferocia Italorum, qua uſi ſunt per hæc tempora, legant Luitprandum Ticinenſem, Scriptorem ejus ætatis, diſcent, quàm inquieti, ſeditioſi, infideles tum fuerint, & ſemper duos Reges habere voluerint*.

Paulò infra C. *Regibus verò controverſiarum cognitionem reſervavit &c.* Sirletus: *Diſſentit Petrus Damiani in Lib. Defenſor Romanæ Eccleſiæ; nam id reſervabatur Pontifici, aut hæc pars tacenda*. Sigonius: *De reſervata cognitione poſſum probare mille teſtimoniis, ſed quia nihil ad me, ſilebitur*. Novis verò curis fortaſſe motus, in margine Cod. impreſſi ſcripſit: *Si hoc eſt falſum, falſa ſunt omnia, quæ ſequuntur ad jus Imperatorium in Italia pertinentia, neque hanc Hiſtoriam ſcribere attinet*. His verò non obſtantibus veterem lectionem immutare noluit.

Col. 62. A. *Speciosis dignitatum titulis inſignire*. Sirletus: *Hoc pertinet etiam ad Papam, ideo temperandum*. Sigon. *Quod etiam Papa poſſit inſignire ſpecioſis titulis, nihil ad me*.

Col 66. A. poſt verba à *Gregorio V. Pontifice* legebantur in editione Bononienſi hæc duo *propinquo ſuo*, ad quæ Sirletus: *Tollatur id verbum* PROPINQUO; *quoniam quidam ajunt id factum in gratiam*. Contra Sigonius: *De Othone propinquo Gregorii omnes loquuntur. Sed hoc totum ſilebo*. Et revera in Vecheliana editione non legitur.

Sequebatur in Bononienſi editione periodus de lege lata à Gregorio Pontif. ut poſthac ſeptem Principum Germanorum ſuffragiis Rex Germaniæ legeretur, qui deinde Regnum Italiæ, & Imperium Occidentis &c. iniret, cujus legis lationem parentheſis, UT FAMA EST, temperamento debilitaverat Sigonius, quod male paſſus Emin. Sirletus hæc notavit: *Tollatur*, UT FAMA EST; *nam graviſſimi Authores, & Germani ipſi, qui ſcribunt, hoc fatentur; & ſunt hæretici, qui hoc negant, veluti Aventinus, quibus ita aſſentire videremur*.

Deinde verbo LEGERETUR idem Sirletus. *Addendum approbante Pontifice; & ſumetur quod traditur in cap. Venerabilem de electione*. Quibus omnibus à Sigonio perpenſis ſatius duxit narrationem integram prætermittere, ut manu ſua notavit in citato Codice, *tollendum, non corrigendum videtur*.

Col. 67. B. *Canonicis Bononienſis Eccleſiæ ſupplicantibus* Sirlet. *Non videtur congruum, quod Imp. hoc concedat, & Canonici petant. Eſt temperandum*. Sigon. *De privilegio ab Imp. Canonicis Bononienſibus dato ita eſt ſcriptum in ipſo diplomate, quod mihi dedit Epiſcopus Bononienſis, & miror hoc incongruum videri, cum omnes Eccleſiæ ejuſmodi privilegia habeant*.

Paullo infra B. *cæli tempeſtatibus*, legebatur in edit. Bonon. *cæli contumeliis*, ubi hæc Sirletus: *Quamvis id verbum cæli &c. latinum ſit, tamen hoc loco non videtur convenire, ut dicatur contumeliis cæli, cum loquatur de ſepulchro Martyrum, quorum animæ ſunt in cælo*.

Infra poſt C. *Martyrum oſſa* Sirletus: *Sanctorum Martyrum oſſa, aut reliquiæ*. Sigon. *Si ſemper Sancti Martyres, & ſacra oſſa ſunt dicenda, erit in re non neceſſaria nimis religioſa oratio*.

Mox *Civium pompa*. Sirlet. *proceſſione, ſupplicatione*. Sigon. *Pompa apud Latinos eſt quod dicitur barbarè proceſſio*.

Poſtremo prope D. verbo SODALITIO ſuppoſuerat Sirletus ORDINE, at Sigonius minime paſſus eſt mutationem, hæc reſpondens: *Sodalitium pro ordine vulgo dicunt omnes Jeſuitæ, nec reprehenduntur. Apud antiquos erant Sacerdotes quidam Sodales dicti. Tacitus lib. primo: Idem annus novas cæremonias accepit, addito Sodalium Auguſtalium Sacerdotio, ut quondam T. Tatius Sabinorum ſacris Sodales Tatios inſtituerat*.

Pag. 68. A. *Sanctitatis ſuæ opinionem*. Sirlet. *Non eſt opinio, cum agitur de Sanctis*.

Et paulò poſt verbo *conſecratus* idem Sirlet. *Sanctorum catalogo adſcriptus, aut quid ſimile*. Ad quæ Sigonius: *Dico ſanctum accipi duabus ſignificationibus; una cum loquimur de homine vivente, cujus vita probata hominibus ſit; altera cum de eo, qui poſt mortem inter Sanctos Dei relatus eſt. Opinio Sanctitatis eſt de vivente; certitudo, ut ſignificant, de mortuo, idque propter auctoritatem Eccleſiæ, quæ divinum cultum ei attribuit. Ego vero dixi Bononium miraculis editis confirmaſſe opinionem, quam homines habebant de Sanctitate ſua, dum viveret, unde meruit in Sanctorum numero adjungi conſecratus. Supra reſpondi Lactantium uti hac voce in hac ſignificatione*.

Col. 68. C. verbis *rata fecit*. Sirlet. *Non pertinet hoc ad Imperatorem dicendum, quod eos perhumaniter, & liberaliter &c.* In impreſſo Codice periodum integram Sigonius in gratiam monentis deleverat, & ſequentia verba deſcripſerat. *Ergo Canonicos Bononienſes in eorum privilegiis confirmandis benignè ſe geſſit*, ſubjungens, *ſi non placet, deleatur*. Sed veritati deinde ſtudens hæc reſpondit: *Incendantur ergo tabularia, non ſolum Eccleſiæ Bononienſis, ſed etiam omnium Eccleſiarum Italiæ. Qui hæc mutanda cenſent nimium amici ſunt Pontificis contra veritatem, aut certè non legerunt diplomata Imperatorum, ut hoc præſens*.

Paullo poſt lit. D. verbis *poſtero ineunte* Sirletus: *Obſcurum an de anno, aut menſe, aut die*. Sigonius. *Etiam cæco apparet de anno intelligi, cum duobus antè verſibus anteceſſerit* MILLESIMO QUADRAGESIMO SEXTO ANNO.

Col. 69. B. *ad Cardinales Clerumque traduxit*. Sirlet. *Videndum quid in decreto contineatur, quia obſcurum*. Sigon. *De Nicolai II. inſtituto ſcriptum eſt ex decreto ejus*.

Col. 70 A. *Ferraria à Joanne XIII. Pontifice donatus*. Sirlet. *Fuit feudum, & cum cenſu, & conditionibus*. Sigon. *Hæc donatio Ferrariæ non eſt illa, qua Eſtenſes obſtricti ſunt Eccleſiæ, neque invenitur inſtrumentum, & ideo ſatis eſt dicere, quod alii dicunt donaſſe; nam ſi feudum fuiſſet, Mathildis poſtea non donaſſet, ſed jure feudi ceſſiſſet. Attamen dicitur Mathildis donaſſe Ferrariam Eccleſiæ*.

Col. 70. A. D. *Benedicti nomini*, in editione Bononienſi legebatur *numini*, ibique Sirletus notaverat: *Potius nomine; nam Deo dica-*

dicatur, ſed nomine S. N. ut apud Auguſtinum. Sigonius verò reſpondit: *Sive nomini, ſive nomine, parum refert; ſic loquuntur omnes, ut ego*.

Infra lit. C. *furto occupavit*. Sirletus: *Tollendum id verbum* FURTO, ad quod Sigonius: *Furto eſt clam, occulte, ſic Latini, & ſic factum eſt ab illo Antipapa*.

Col. 72. B. *dira deteſtatione pœnis inferorum devovit*. Sirletus: *Dicendum potius ab Eccleſiæ communione ſegregavit; nam devovere accipitur in perpetuum, & præſertim addendo pœnas inferorum*. Se patiturum ſcripſerat in reſponſo Sigonius, & in ſuo impreſſo codice ita emendaverat: *ab Eccleſiæ communione ſegregavit*; nihilominus prior lectio habetur adhuc in Vecheliana editione.

Col. 74. B. *inſtitit*. Sirletus: *An inſtituit?* Cui Sigonius: *Sic Cæſar, ſic Livius, tertio quoque verbo, hanc quæſo mihi curam relinquite*.

Paullò poſt *Fortuna*. Sirletus: *Mutandum verbum* FORTUNA. Sigonius: *Fortunæ nomen exterminabimus, præſertim cum ſit tam infeſta*; quod minime fecit.

Col. 75. A. *Simultatum*. Sirletus: *Tollendum; nam fuit Pontifex Sanctiſſimus*. Sigonius: *Tolletur, quamquam quadrat hiſtoriæ illi*, &c. ob hanc fortaſſe rationem nihil deinde mutare voluit.

Col. 80. B. *apud Claromontem*. Sirletus: *Addendum in Concilio, & fiat mentio Urbani II.* primam hujus moniti partem exegit Sigonius addita Concilii mentione, quæ non legebatur in prima editione, alteram, quæ ad memoriam Urbani II. pertinet, minime implevit.

Infra C. *Crucis nota*. Sirletus: *Id verbum accipitur in malam partem. Dicendum, quos Cruce Signatos vocamus*. Sigonius: *Nota non accipitur in malam partem pro Signo. Feſtus & Lactantius inquit lib. VII. „ Signabuntur „ ab eo tamquam pecudes; qui autem recuſa„ bunt notam oris, necabuntur*.

Deinde verbis *Crucem ipſam inſcriptis*. Sirletus: *An cum accuſativo? Apud Poëtas tantum licet*. Sigonius, aliquantiſper iratus. *Hæc ſit mea cura poëtice, an oratorie loqui velim*.

Col. 81. A. *Pontificatum obtinuit*. Sirlet. *Hoc verbum innuere poteſt per malas artes eum aſcendiſſe*. Sigon. *Obtinere Pontificatum, aut Magiſtratum dixere veteres etiam de iis, qui bonis artibus adepti ſunt. Sed non pugnabo*. Et ſane in ſuo impreſſo exemplari pro *Pontificatum obtinuit* ſcripſerat *Pontifex factus*, ſed à Vechelio primæva lectio ſervata eſt.

Paullò poſt *Mathildis*. Sirlet. *An Mathildæ? quia ſupra dicitur Mathildæ, & fol. 82.* (Bonon. edit.) *idem*. Sigon. *Mathildis, & Mathilda dicitur in diplomatibus ejus temporis*.

Col. 81. edit. Bonon. narrationem Concilii à Paſchale habiti excipiebat hiſtoria de Irnerio Juriſconſulto, cujus teſtem producebat Sigonius Ab. Uſpergenſem his verbis, *quod Uſpergenſis vetuſtus Chronicorum Scriptor prodit*. Ad hæc Sirletus. *Addendum* ABBAS, *&* VETUSTUS *tollendum*, quia *recens author*. quod juxta monitum in impreſſo Cod. manu ſua correxerat. Sed inde ſuſpicio forſan accuratiſſimo viro excitata

A eſt, ob eamque cauſam cum librum iterum poliret, integram hiſtoriam prætermiſit.

Col. 83. B. *Per 100. ferme annos Romanam infeſtus Eccleſiam divexarat*. Sirletus: *Tollendi hi anni, quia ſemper fere id ab eis factum. Nec placet id verbum* DIVEXARAT, *ſed quod non obedierat, & contumax fuerat, aut quid ſimile*; deinde verbis *plurimum detraxit de ejus authoritate* Sirlet. *Non convenit illi Archiepiſcopo; nam hæc auctoritas eſt in Papa. Dicendum eſt quod Papa voluit comprimere ſuperbiam, & proterviam illius, & quod exemit &c.* Sigon. *Quæ de Archidiacono Ravennate ſcripſi, vera ſunt; nam Archidiaconi Ravennates centum* B *ferme ante Paſchalem II. annos, cum legerentur ad nutum Imperatoris, non ſolum obtemperarunt Eccleſiæ, ſed & bella ei maxima concitarunt, ut fecit Gibertus ille, qui Henricum III. incitavit adverſus Gregorium VII. & ſe contra eumdem fieri Pontificem juſſit, & cum Roma expulit, & ſucceſſores reliquit, qui etiam Paſchali infeſti fuerant. Addo etiam Paſchalem non ſolum voluiſſe comprimere ſuperbiam Archiepiſcopi, ſed etiam dignitatem minuere, quod apparet in privilegio Gelaſii Pontificis, qui reſtituit omnia Gualterio Archidiacono, quæ erepta fuerant prædeceſſoribus ejus, cum eſſet canonice creatus, & ad obedientiam Eccleſiæ reverti*ſſ*et. Sic enim ait* C ECCLESIA RAVENNAT. PER MULTA JAM TEMPORA AB APOSTOLICÆ SEDIS UNITATE DISCISSA MULTAS EIDEM SEDI APOSTOLICÆ PERSECUTIONES INTULIT &c. Ceterum ut monenti Cardinali facilem ſe præberet, ita periodum pauliſper immutaverat: *inſolentia Archiepiſcopi Ravennatis commotus, qui centum ferme annos Romanæ infeſtus fuerat Eccleſiæ, plurimum &c.* quod minime factum eſt in Vecheliana editione.

Col. 92. C. *quam communem vocarunt*, hæc verba Sigonius edit. Bonon. addidit: ſed peccavit Vechelius in verbo *communem*, pro quo ſubſtituendum, ut ſcripſerat author, D *Commune* Italis noſtris ea ſignificatione notiſſimum.

Col. 102. B. *eximia pompa*. Sirlet. *inſigni & ſacra pompa, ut diſtinguatur à profana*. Sigonius ita in margine ſcripſerat.

Col. 105. A. *à morte & conſecratione*. Sirlet. *Addendum & canonizatione, nam conſecratio poteſt pertinere ad tempus, quo conſecratus Epiſcopus*.

Mox *præcipua religione*. Sirlet. *Non convenit Sanctis; dicendum, ut ejus patronum*. Sigon. *Conſecrationem accepi pro canonizatione, ut ſupra, non pro ordinatione; & Bononienſes præcipua religione dico veneratos eſſe S. Petronium præ aliis Sanctis, non præ Deo*.

E Tandem verbo *feſto*. Sirlet. *In neutro numquam forte apud Ciceronem & bonos authores*. Sigon. *Feſtum in neutro dixit ſæpiſſime Ovidius in Faſtis, & Lactantius in primo*.

Ibid. *aqua luſtrali*. Sirlet. *Dicendum aqua ſancta, vel aqua benedicta, & pro* EXCEPTI, ASPERSI. Sigon. *aqua luſtrali. Sic Belethus in Rationali, ſic Jeſuitæ in ſuis libris*.

Col. 106. A. *Scholares* Sirlet. *An latine? Primus Boetius dixit de diſciplina Scholarium*. Sigon. *Proferant meliorem auctorem quam Boetium, qui aliter loquutus ſit*.

Col. 125. *in Capitolio obſediſſet*. Sirlet. *Hoc totum videtur indignum potius; ideo conſideretur*

vetur an aliter enarrandum. Sigon. Probatiſſimis Scriptoribus certum eſt Lucium Pontificem Senatores in Capitolio obſediſſe, & in prælio lapide percuſſum fuiſſe. Quod ſi eſt indignum, non eſt in verbo indignitas, ſed in facto.

Col. 128. Gratianus Monachus. Quæritur quid certi compertum ſit a D. Sigonio de hoc Gratiano, & an fuerit Bononienſis; & addatur aliquid verbo Doctorum libris. Sirlet. Poteſt nominari Burcardus, Ivo &c.

Poſtremo verbis à Pont. comprobato. Sirlet. Aut addatur nomen Pontificis, ſi fuit Eugenius, prout ait Tritemius &c., aut ſi quis alius. Sigon. Gratianum Bononienſem fuiſſe numquam legi. Addetur autem nomen Eugenii, qui tum vixit: & ita in ſoo Codice ſcripſerat, ſed in Vechelnano non legitur.

Col. 134. D. Vetera privilegia ademit. Eminentiſs. Card. S. Xiſti: Videtur tollenda illa ſententia lata ſuper civitatibus Italiæ pro Imperatore, cum ſit contra donationes factas Sedi Apoſtolicæ. Sigonius: Non placet Civitati, ut tollatur ſententia lata, quia affert honorem Civitati, ſed modus adhibeb tur, ut ſatisfiat utrique. Sane deleveeat ea veeba; quibus eſt initium ILLI, & finis INDULSIT, aliam fortaſſe periodum ſuppoſiturus, ſed nihil deinde mutatum eſt.

Col. 137. A. & B. Armis decertavit. Sirlet. Non videtur convenire Pontifici. Aliter eſt dicendum. Rurſus vero diſtractis, idem Sirlet. Parum decens videtur; & illud potius eſt opus Dei, & adſiſtit Spiritus Sanctus. Sigon. Expreſſi vocem Eccleſiæ ſchiſma, quæ dicitur ſciſſura, Pelagius Papa in Decreto, ſchiſma eſt ſciſſura, quæ in unitate eſſe non poteſt, quemadmodum neque in ſciſſura unitas eſſe poteſt. Anaſtaſius: Symmachus ſub contentione ordinatus eſt uno die cum Laurentio, ex qua diviſus eſt Senatus, & Clerus &c.

Ibid. veeb. XXIII. Rolandum Bendinellum, V. Octavianum Monticellum legerunt. Amaltheus. Rem aliter alii enarrant. Plures enim Alexandrum duorum & viginti Cardinalium ſuffragiis Pontificem creatum eſſe ſcribunt. Victori tres tantum Cardinales aſſuiſſe. Sigon. mutabitur, & emendaverat in margine libri ſui: XXII. Rolandum Bendinellum, tres Octavianum, & cauſam ignoramus, cur Hannovienſes deteriorem lectionem retinuerint.

Col. 139. C. Lucæ, ut ferebatur; Sirlet. Tollendum id UT FEREBATUR, & infra, UT FAMA EST; nam detrahit rei, & extat Bulla Innocentii III. de imaginibus S. Lucæ, quæ erant in templo S. Sophiæ Conſtantinopoli &c. Et Simon Metaphraſtes idem &c. Sigon. Dico UT FEREBATUR, quia non conſtabat, an S. Lucas pinxiſſet illam imaginem, quam tum heremita ille homo ignotus Bononiam deferebat, neque enim adhuc miraculis ipſa Virgo ſe declaraverat.

Col. 143. A. veteri potius neceſſitudini Sirlet. Imo quia erant verè Catholici. Item verbo ambigua. Non erat ambigua quod verum Pontificem; aut hoc omittatur. Sigon. Si ita, ut moneor, dixiſſet, offendiſſet Fridericum, ad quem placandum acceſſerat; nam eum ſchiſmaticum appellaſſet. Ambigua tum erat cauſa Alexandri, cum dimidium Chriſtianorum eſſet cum Victore, ac Imp. & plerique Regum. Quid autem ineptius, quam ſi Bononienſes tantam cauſam contra Imp. & coram Imperatore dijudicare voluiſſent?

Col. 146. A. Pſeudopontifex. Sirlet. Id verbum compoſitum ex græco, & latino, an inveniatur apud bonos authores? Sigon. Pſeudopontifex dictus eſt in hoc genere ab aliis ante me, ut Vitruvius pſeudourbana ædificia, pſeudoporticum. Et certe melius eſt quàm Antipapa.

Col. 167. D. fœdum incendium. Sirlet. An congrue? Sigon. Livius l. 24. fœdum incendium per duas noctes, ac diem unam tenuit.

Paullo infra melioribus auſpiciis conſecravit. Sirlet. Non convenit id melioribus auſpiciis. Nam conſecratio eſt eadem; & id verbum AUSPICIIS non probatur à S. Auguſtino. Sigon. Lact. l. p. Quod nunc auſpicio tuo. C. . . . Conſtantine. Ego vero addidi QUASI molliens verbum, & ſimilitudinem aucupans.

Col. 168. A. Patrimonium Hetruriæ. Sirlet. Addatur quæ Hetruria hæc ſit. Sigon. Sic Anaſtaſius in Zacharia Pontif.

Ibid. D. Hoſpitale Cruciferorum. Sirletus: Videndum an hæc religio ſit adeo vetuſta? Sigon. Legi Bullam mihi datam à Cruciferis Bononiæ.

Col. 169. Bononiæ agens. Sirlet. An latine? Sigon Tacitus l. 11. Quod cum Rhodi agentem nullo officio coluiſſet.

Col 171. A. quæ reſpondet 180. edit. Bon. poſt verbum ſervare periodum integram decurtavit Sigonius, in quam verba Caſſiodori contolerat, ut probaret Moderatorem Schularum antiquum Magiſtratum fuiſſe, ea autem ſic legebantur: Siquidem Caſſiodorus ſcribit: Gotibus rerum potentibus Magiſtrum nomen dignitatis fuiſſe, qui curam Palatii geſſerit, idemque inſolentium Scholarium mores procelloſos moderationis ſuæ terminis proſpere differenarit. Ad hæc Sirlet. Magiſter nomen dignitatis juxta illud: Vos vocatis me Magiſter, & Domine. Uſurpantur hæc nomina abſolute &c. Mox differenarit. Id verbum TERMINIS non videtur convenire huic metaphoræ, nam termini comprimunt motus, non ſerenant. Adverſus quæ Sigon. Sunt verba Caſſiodori quæ cito. Cumque fortaſſe minus ea poſt monitum probaſſet omnino rejecit.

Col. ead. B. lavandi cauſa ingreſſus eſſet, indecora Regi &c. Sirlet. An verum quod lavandi cauſa, an potius tranſeundo flumen? Et id verbum, indecora, minus aptum videtur. Sigon. De ſuffocatione Friderici, Uſpergenſis Abbas, & alii. INDECORAM dixi, ut Vergil. de Miſeno indigna morte peremptum. Indecoram eſſe ſuffocationem in aqua, etiam Ariſtot. in Etic.

Col. 172. B. à qua etiam appellari meruit. Sirlet. Obſcurum eſt an loquatur de moneta, an de Bononia. Sigon. A qua, ideſt Bononia, appellari meruit Bologninus, nihil obſcuri.

Ibid. C. adeptus eſt. Sirlet. Optaretur hic alius loquendi modus, quam adeptus locum, cum agatur de Sum. Pontifice. Sigon. Mutabitur ſi diſplicet; ſed certe caret vitio, & manu ſua in margine ſcripſerat locum tenuit.

Col. 175. C. verbo permiſit. Sirlet. Videndum privilegium quo verbo utatur; nam hoc verbum permiſit, accipitur quandoque in malam partem, ut ſupra alias. Sigon. Si diſplicet PERMISIT, reponetur CONCESSIT.

Col. 180. C. tunc temporis. Sirlet. An latine? ET ID UT VERBIS ROFREDI UTAR non videtur neceſſarium. Sigon. Tunc tem-

temporis uſus eſt Juſtinus hiſtoricus, ut Rofredi verbis utar dixi propter verbum illud regeliat, quod illic accepi pro publice profitebatur.

Col. 182. C. *pridie diem*. Sirlet. *An recte? Mox à Rege crudeliter interfectum Rex non fuit conſcius cædis, & culpa caruit, prout in Breviario novo, & in proceſſu Canonizationis S. Thomæ conſtat. Thomæ S. Thomæ.* Sigon. *Ut prid. Kal., & prid. ejus diei, ſic prid. diem. Thomas Cantuar. non erat Sanctus, ideſt inter Sanctos relatus, cum eſt interfectus. Ergo non debet dici S. Thomæ. Scribit Gulielmus Neubrigenſis, qui vixit ætate S. Thomæ, Regem infamatum fuiſſe ob necem ejus, & pœnitentiam egiſſe à Pontifice injunctam.*

Ibid. *in æde Canonicorum S. Salvatoris*; legebatur in edit. Bonon. *in æde D. Soteris, Salvatorem latine reddito vocabulo tum appellabant*. Ad hæc Sirlet. *Tollatur id verbum latine, nam repugnat Cicero in V. Verrina, qui ait, latine uno verbo id reddi non poſſe, quod græce dicitur σωτὴρ; nam ſi hæc vox Salvator latina eſſet, poſſet uno verbo id exprimere, quod Cicero negavit.* Sigon. *De Salvatore Lactantius lib. IIII. „ Hemanuel nun„ quam vocatus eſt, ſed Jeſus, qui latine di„ citur Salutaris, ſive Salvator.*

Col. 188 A. poſt verb. *cœpti* in edit. Bonoo. impreſſum erat. *Nam J. C eorum temporum æquales, idemque non ignobilis Pileus ſcribit, ſe ſtipendii gravitate permotum, Bononia Mutinam petiiſſe, ibique jus profeſſum eſſe, juriſque ſummam conſcripſiſſe.* Ad hæc Sirletus: *Poteſt omitti quia detrahit Bononiæ, & extollit Mutinam, & non videtur neceſſarium.* Repoſuit Sigonius: *Eſt neceſſarium, ut probetur id quod dixi tum eveniſſe. Adde quod hiſtoriam ſcribo Bononiæ, non encomium*; deinde perindum hanc ita ſcripſerat in margine libri ſui, *Pileus ſcribit ſe Mutinæ magno ſtipendio jus profeſſum eſſe, ibique juris ſummam conſcripſiſſe.* Poſtremo ut Bononienſibus blandiretur, omnino ſuſtulit.

Col. 189. D. verba DIVORUM, & SODALES motaverat Sigonius juxta monitum Sirlet. in *Sanctorum*, & *Socios*, ſed Vechelius reliooit primam lectionem.

Col. 192. *Reſurrectionis*. Sirlet. *Adde Dominicæ*. Sigon. *ut dies Aſcenſionis, Aſſumptionis, & Purificationis dicimus abſolute, ſic poſſumus dicere Reſurrectionis, neque enim niſi una eſt Reſurrectio.*

Col. eadem poſt verbum CEPIT in prima editione hæc ſequebaotur: *Eodem anno Bononienſes à Ferrarienſibus petierunt, ut pecuniam ad formam, & pondus Parmenſis ſignare ſalvo fœdere poſſent, idque impetrarunt.* Ad quæ Sirletus: *Hoc non eſt neceſſarium in præſenti hiſtoria, & videtur omittendum.* Sigooius vero reſpondit: *De poſtulato Bononienſium a Ferrarienſibus extat in Archivo eorum, & niſi poſtulaſſent, fœdus fregiſſent*; idemque in margine firmaverat ſcribens *hoc & ejuſmodi alia multa ſunt in Regiſtra Bononiæ*. Sed tandem in ſententiam venit Eminentiſſimi Sirleti.

Col. eadem poſt verb. *inivit* erat in edit. Bononien. *Otho cum apud Cluſium eſſet, Azonem Eſtenſem Marchionem Anconæ Pontifice conſentiente inſtituit.* Ad ea Sirlet. *Advertendum, quia dicitur fuiſſe Pontifex, qui Marchionem inſtituit.* Contra Sigonius: *Pigna profert privilegium Othonis Imp.* & in marg. Ex Pigna, *ſed ſi non placet tollatur*, ut factum eſt.

Col. ead. D. verbo *vexaſſe*. Sirlet. *An latine pro vexare vellet? Quis videtur poetice dictum.* Sigon. *Poſſum innumera exempla proferre Livii, ſed eſt forma edictorum veterum. Gell. l. 3. c. 14.* NE QUIS MAGISTRATUS MINOR DE CÆLO SERVASSE VELIT. *Macrob. l. 2.* OBTINUERANT UT ÆDILES EDICERENT, NE QUIS IN ARENAM NISI POMUM MISISSE VELLET.

Col. 193. C. *Henrico ad Fridericum, Anſelmo ad Pontificem*. Sirlet. *Adde quis fuerit Anſelmus, videtur Epiſcopus, & idem de Henrico*. Sigonius: *Henricus, & Anſelmus ſine cognomine ſunt in Archivo.*

Col. 195. D. *ut adſolebat*. Sirlet. *Tollatur id verbum*, UT ASSOLEBAT, *quia innuit etiam à Clericis ſolitum exigi tributum. Potius addendum, quod præter jus ille Prætor &c., & quod Abbas ille jure recuſabat.* Sigonius, UT ASSOLEBAT, *intelligendum eſt imponi Civitati à Prætore, non exigi à Clericis.*

Col. 196. B. *omni honorum genere &c.* Sirlet. *Non videtur verum, quia alii authores ajunt, Bononienſes adhæſiſſe Pontifi.is; aut omittatur, quia ſi Pontifex illum ſpoliaverit, non convenit Bononienſes ſecus egiſſe; & ſi Legatus Papæ excommunicavit populos, qui faverant Othoni, cur non etiam Bononienſes? Et tamen Bononienſes in hoc non nominantur.* Sigonius. *Othonem à Bononienſibus honoratum tradunt Chronica Bononiæ, quibus neſcio cur in hac re fidem non habeamus, in aliis habeamus. Bononienſes verò adhæſiſſe in hoc bello Pontifici, nemo, quod legerim, tradit. In Archivo Bonon. extant conſultationes, & legationes ſuper hac re, neque aliquid eſt certius, quam eos cum Othone fuiſſe, non cum Pontifice. Si quis voluerit hoc mutare, hiſtoriam multorum annorum corruperit; neque ego unquam adducar, ut rem tam falſam ſcribam, ſed me abdicabo potius hoc officio.*

Ibid. C. *Debitum Pontifici honorem habuit*; legebatur in Bonon. edit. *Pontificem ſalutavit*; ibique Sirlet. *Parum id eſt, augeatur hoc*; eique tale reſponſum dabat Sigonius: *Convenire videtur, quia obiter, & ex itinere, & aliud agens id fecit. Sed dicamus etiam adoraſſe, & ſi quod eſt verbum gravius excogitemus. Non enim me hoc lædit.*

Col. 199. A. *tuatas, ideſt, cellas &c.* Sirletus. *Adde, quas vulgo vocant*, vel *ſic enim vocant; nam verbum ideſt, non congruit hic, cum nomen* TUATÆ *aliud ſit*. Et ſane in marg. libri impreſſi deleto verbo *ideſt* ſcripſerat *ſic enim vocant* Sigonius. *Sic Cicero de leg. Agr. Sic eſt in Regiſtro.*

Col. 200. B. *vivis vocibus incitatus*. Sirleto minus probatus dicendi modus; ſed *terram Sanctam* pro *Crucem Domini*, ut legebatur in edit. Bonon., emendavit Sigonius monente Sirleto.

Col. 201. B. *Concilium frequens*. Sirletus: *Addatur numerus Prælatorum, qui ſunt poterit ex Abbate Uſpergenſe.* Sigonius: *Hiſtoriam Bononienſem ſcribenti, cur neceſſarium eſt apponere numerum Prælatorum, qui in Concilio Lateranenſi fuerant?*

Ibid. paullo poſt: *Summa Religionis ac doctrina*. Sirletus: *Doctrina, ac Religionis, ut oratio creſcat*. Mox verbo *Sodalibuſque*, Sirlet.

les. *Fratribuſque ſuis* ; *& addendum videtur quod ait Archiepiſcopus Florentinus Papam ſcripſiſſe quaſdam literas Magiſtro Dominico, & qui cum eo ſunt Prædicatoribus &c. Inde retinuiſſe hoc nomen in Religione ſua.* Sigonius. *Ego in S. Dominico propoſui religionem doctrinæ, quia religio eſt initium Sapientiæ. Sic diſtinct. 63. ut Epiſcopi eligantur ob vitæ meritum, & ſapientiæ donum, ut exemplo, & verbo ſibi ſubjectis prodeſſe poſſint juxta illud : Quæ cœpit Jeſus facere, & docere.*

Col. 204. A. *Principatum tenere*. Sirlet. *Advertendum propter Exarchatum*. Sigon. *Principatum tenere armorum potentia non eſt dominari, ſed opibus, & armis ceteros antecellere, nec nocet Exarchatus.*

Col. ead. D. *Petrus Altiſiodorenſis*. Sirlet. *Addatur, quod Imperator fuit creatus à Papa, & reliqua in regiſtro Honorii III., & non tantum Occidentis, ſed & aliorum locorum Imp.* Sigonius. *Cur pertinet ad me narrare de Petro Altiſiodorenſi tam diligenter?*

Col. 210. B. *honore profecti*. Sirlet. *honore perfuncti*. Sigon. *Ut abire honore, ſic proficiſci.*

Infra *ſuperantibusne*. Sirlet. *Obſcurum, aut mendoſum*. Sigon. *Locutio eſt Taciti lib.* 4 CETERUM TIBERIUS PER OMNES VALETUDINIS EJUS DIES NULLO METU, AN UT FORMIDINEM ANIMI OSTENTARET.

Col. 213. B. *novo Religioſorum*, quod in edit. Bonon. legebatur. *Duo Religioſorum hominum ordines in urbem accepti, Humiliatorum, & Prædicatorum*. Et ad ea Sirlet. *Nulla fit hic mentio Ordinis S. Franciſci*. Sigon. *Fiet mentio Ordinis S. Franciſci alio loco, id eſt ſuo*. Sed re perpenſa utriuſque Ordinis mentionem conjunxit, amota ab hoc loco Humiliatorum memoria.

Ibid. B. *oppreſſa* Sirlet. *Videtur nimium*, & infra *judicaverant*. *Tollatur id verbum, quia detrahit fidem*. Sane in marg. libri Sigon. *laborante* pro *oppreſſa*, & *menſæ*, quæ, pro *triclinio quod ſubſtituerat*. Hæc addens: *Jacobus de Veragine hoc Romæ eveniſſe ſcribit, itaque nol m hæc affirmare*. At iterum re conſiderata, omnia delevit, & priſtinam lectionem retinuit.

Col. 214. *nova vitæ*. Sirlet. *Mira vitæ. Nam non fuit nova, cum Sancti Patres olim, & S. Baſilius, & alii aſperiorem vitam egerint, ut apud S. Gregorium Nazianzenum in orat. pr. contra Julianum, & in primo ſuo poimate*. Sigon. *Nova, non abſolute, ſed eo ſæculo.*

Ibid lin. ult. *hodieque*. Sirlet. *Hodie quoque*. Sigon. *Livius lib. pr.* HODIEQUE IN LEGIBUS FERENDIS USURPATUR IDEM JUS. *Cic.* pro Flacco. HODIEQUE APUD DECIANUM EST. Pro domo ſua HODIEQUE VOLATERRANI FRUUNTUR. Verbo *Archidiaconus*. Sirlet. *Ubi agitur de Archidiacono, addatur privilegium etiam conceſſum Epiſcopo, & Capitulo ab Honorio III. Addantur & alia privilegia ab eodem conceſſa*. Sigon. *Addetur privilegium Canonicorum, ubi nactus fuero, non enim adhuc in illud incidi.*

Col. 215. *Scelere liberaret*. Sirlet. *Abſolveret à Cenſuris*. Cumque Sigonius monito paruiſſet, à Vechelio nihil eſt immutatum.

Col. 218. D. *infinita poteſtate*. Sirletus :

A *Neſcitur quæ fuerit hæc poteſtas*. Sigonius : *Poteſtas legati Italiæ explicatur in diplomate Imperiali, quod eſt in regiſtro*. In ſuo vero impreſſo codice unico verbo rem expreſſit *legatum Italiæ declaravit*.

Col. 227. B. *duobus numinibus fanum*. Sirlet. *Sanctis*; *nam numen ſoli Deo tribuitur*: DIVENDUM DUORUM SANCTORUM NOMINE TEMPLUM DICATUM, & ita Sigonius manu ſua correxerat.

Col. 228. B *indicto anathemate*. Sirlet. *Tollatur id verbum* INDICTO. Sigonius : *ut Tacitus dixit l. 3. indicere pœnam, ſic ego anathema.*

Col. 229. A. *decuſſerunt*. Sirlet *Videtur*
B *dici de rebus exiguis*. Sigon. *lib. 25.* MURUS, TURRESQUE QUÆDAM CUMIS NON CITÆ MODO FULMINIBUS, SED ETIAM DECUSSÆ.

Ibi l. B. *in dies Pentecoſtes primas*. Sirlet. *Dicendum clarius, an de prima, vel ſecunda, aut quomodo*. Sigonius : PRIMOS, *id eſt proximos, ut ad Kalend. Januarias primas. Sic enim Romani locuti ſunt.*

Col. 232. A. *Aſſiſii eſt mortuus*. Sirlet. *Migravit in cœlum, aut quid ſimile. Amplificetur*. Sigonius : *Dico homines vidiſſe Franciſcum morientem, ignoraſſe verò an migraret in cœlum; noſſe autem poſtquam Eccleſiæ accedente auctoritate poſt aliquot annos in nume-*
C *rum Sanctorum eſt relatus.*

Col. 233. A. *ira incenſus Gregorii VII. exemplum imitatus* Sirletus : *Tollatur quod per iracundiam factum videri poteſt*. Sigon. *Iratus Pontifex non placet, at iraſcitur Deus, & furore excitatur, ut dixit David.*

Ibi B. *aliis Imperii, aliis Eccleſiæ auctoritatem ſequentibus*. Sirlet. *Dicendum alias Imperii partes, alias Eccleſiæ authoritatem ſequentibus; nam verbum authoritas, non convenit Imperio*. Sigonius : *Cur effugiamus Imperium, aut Imperiales ſine cauſſa? cum tam partes dictæ ſint Eccleſiæ, quam Imperii, & Velforum, & Gibellinorum. Quæ partes, ſi damna æſtimentur, vere Italiam perdiderunt.*
D Col. 236 B. *Auctor libri de regim. Principum*. In Bonon. edit. legebatur : *D. Thomas Aquinas*, ibique notaverat Sirletus : *Addatur locus ubi hoc ſcribit S. Thomas; vel omittatur nomen S. Thomæ, qui fuit Scholaſticus & non Hiſtoricus.*

Col. 237. C. *S. Franciſco mortuo*. Sirlet. *Mutetur id verbum mortuo, & hoc totum augeatur*. Sigonius: *Cur diſplicet dici Franciſcum mortuum, cum dicamus Chriſtum mortuum & ſepultum?*

Col. 238. D. *in ſtrata, equitatum* legebatur *in ſtrata, in equitatum*, ut correxerat Sigonius in ſuo codice.

Col. 240. D. *Baptiſterium, Epiſcopium,*
E *& Templum*. Sirlet. *Videtur deeſſe aliquid*. Sigonius. *Baptiſterium, Epiſcopium, & Templum maximum tria ſunt ædificia ſeparata Parmæ.*

Col. 243. A. *inveterata iure*. Sirletus : *Tollendum id verbum* INVETERATO JURE *& quod ſequitur etiam videtur ſileri poſſe*. Sigonius. *Lis inter Epiſcopum & Civitatem ſumpta eſt ex regiſtro, & ſi prætereatur, detruncat multas actiones; neque hæc ſola ſunt, ſed multa alia, quibus omiſſis hiſtoria erit jejunior.*

Col. 244. A. *die Natalis Domini*. Sirletus : *die Natali Domini*. Sigonius: *Natalis*

abſo-

abſolute dictus Cic. VII. ad Attic. ITA AD URBEM III. NONAS NATALI MEO. *Plin. in epiſt* CUM MIHI CONTIGERIT NATALI TUO IN PROVINCIA CELEBRARE.

Ibi B. *indignatione accenſus*. Sieletus: *Non convenit Pontifici: juſta indignatione permotus*. Sigonius. *Supra de furore Divino*.

Paullo infra: *cœtu piorum amoverent*. Sirlet. *Id verbum amoverent, indicat actum corporis. Potius dicendum, interdicerent, aut ſegregarent*. Sigonius. *Cœtu piorum amovere, ut Senatu movere, quod eſt jure Senatorio ſpoliare, & ne in Senatum veniat prohibere*.

Col. 245. C. *Solemni cum pompa*. Sirlet. *Solemnem ſupplicationem*. Sigonius: *Pompa: ita Latini proceſſionem*.

Col. 251. A. *Icilino à Romano*. Sirlet. *An latinè?* Sigon. *ut Livius l. p.* TURNUS AB ARICIA, *id eſt Aricianus; Virg.* PASTOR AB AMPHRYSO.

Col. 256. A. *capita Apoſtolorum*. Sirlet. *Hoc quamvis à Martino Polono tribuatur Gregorio IX. tamen in regiſtro Honorii III. anno II. in epiſtola 739. dicitur:* CONVOCATI IN BASILICA SALVATORIS ATQVE INDE AD VENERANDAM GLORIOSÆ MATRIS EJUS ECCLESIAM, PRÆLATIS CAPITIBUS BEATORUM APOSTOLORUM PETRI ET PAULI, NUDIS PEDIBUS PROCESSIONALITER IVIMUS &c. *Hic Honorius III. præceſſit Gregorium IX. &c. Ideo poterit inſeri hoc totum cum mentione quod ſumptum eſt in Bibliotheca Vaticana*.

Paullo infra A. *in pompis tulerit*. Sirlet. *alius loquendi modus adhibeatur in hac re ſacra*. Sigonius. *Cic. Tuſc.* SOCRATES IN POMPA CUM MAGNA VIS AURI FERRETUR HINC POMPARUM FERCULA *pr. de offic.*

Col. 265. *omnes homines*. Sieletus *omnes homines videtur nimium*. Sigon. *Scilicet qui juraverant*.

Col. 272. C. *in feſto D. Eſaiæ*. Sirlet. *Die feſto qui celebratur die ... menſis N.* Sigonius: *Hoc eſt Kalendarium ſcribere, non hiſtoriam*.

Col. 277. C. *Non Hipponenſi*. Sielet. *Hæc verba videntur ſuperflua, quia ſatis id notum eſt; ſed poſt verbum* SACER *dicatur, qui Anglis &c. & non ſolum nunciavit Evangelium, ſed convertit eos ad fidem*. Sigon. *Non* HIPPONENSI *dixi, ut tollam errorem Bononienſium Scriptorum, qui hanc victoriam in Auguſtum referunt*.

Col. 278. A. *Noſocomium*. Sirlet. *An apud aliquem latinæ linguæ authorem inveniatur?* Sigon. *Noſocomium uſurpavit S. Hieronymus, & Anaſtaſius in Gregorio II.* GERONTOCOMIUM. *Sed ſi non ſit latina. Eſt græca*.

Mox. *incaute equo in cloacam impulſo*. Sirlet. *incaute impulſo*. Sigon. *Significatur equum quidem impulſum eſſe, ſed non in cloacam niſi incaute*.

Col. 283. B. *cerimoniæ reſtitutæ*. Sielet. *Non ſatis eſt ad oſtendendam abſolutionem ab excommunicatione; non enim conſiſtit id tantum in ceremoniis*. Sigon. *In Regiſtro* DIVINA OFFICIA *Latini cerimoniis uſi ſunt pro Sacris. Tacit.* IDEM ANNUS NOVAS CERIMONIAS ACCEPIT ADDITO SODALIUM AUGUSTALIUM SACERDOTIO. Sed ut placeret Cardinali in margine correxerat *divina ſacra reſtituta*.

Ibidem C. *vicem ſoliciti*. Sielet. *An latine?* Sigon. *Livius* l. 28. UT QUISQUE NON SOLUM REIPUB. ET EXERCITUS VICEM VIDERETUR ESSE SOLICITUS.

Col. 284. A. *quod erat Mutinenſium* Sirlet. *Immo erat Eccleſiæ Romanæ, aut tollantur ea verba*. Sigon. *Carpi erant tum Mutinenſium ex Chronicis; nec ſemper eodem ſtatu res fuerunt; alioquin totus occidens eſt Eccleſiæ, & quis hoc negarit donationi Conſtantini detraxerit. O rem duram ſcribere hiſtoriam!*

Col. 286. A. *hos divos tutores* Sielet. *hos Sanctos ſibi patronos & interceſſores*. Sigon. *Tutor idem eſt ac patronus*.

Col. 288. A. *cæde Petri Veronenſis*. Sirlet. *Nimis tenue nam fuit Sanctus & Martyr*; & infra pag. 289. B. *decreta ſupplicatione*. Sielet. *obſcurum quando habita hæc ſupplicatio* Sigon. *Nolo addere* SANCTO, *quia vivebat, nec canonizatus erat. Supplicatio verò decreta eſt eo anno*.

Col. 290. A. *diebus feſtis divorum &c.* Sielet. *Præponatur nomen S. Petronis poſt S. Jacobum, aut ſervetur ordo qui in litaniis*.

Item B. *præ pudore*. Sielet. *Non erat cur puderet*. Sigon. *Servo ordinem in nominandis Sanctis, qui ſervatur à Civitate in ſtatuto. De pudore Fratrum, ſic Chronica*.

Col. 292. B. *Feſtum Aſſumptionis*. Sirlet. *Extendendum latius*. Sigon. *Cur latius dicatur, ſi hoc eſt ſatis ad intelligendum?*

Ibid. C. *Nos Gibertus &c. arbiter &c. delectis*. Sielet. *Arbiter delectus, aut totum mutandum. Videnda verba decreti, ne error*.

Col. 294. A. *Faventia opitulari, quæ veſtra eſt*. Sielet. *Faventia erat ſub Exarchatu, & hic videtur ſubjici Bononiæ*. Sigonius: *Verba Faventinorum talia ſunt in Regiſtro*.

Col. 298. C. *Prætores à ſacco*. Sirlet. *Obſcurum*. Sigon. *Vulgo: le Podeſtarie del Sacco*.

Col. 300. A. *honor Deo meritus haberetur*. Sirlet. *Tollendum quia id non convenit, ut diebus feſtis ludi habeantur, idque non tantum à SS. Patribus, ſed etiam ab Impp. Martiano, Leone, & N. prohibitum*. Sigon. *In ſtatuto eſt ita, & hodie quoque ita fit in die feſto. Ego vero ſcribo de facto, non de jure*.

F I N I S.

Digitized by Google

CAROLI SIGONII

DE

EPISCOPIS BONONIENSIBUS

LIBRI QUINQUE,

CUM NOTIS

CLARISSIMI VIRI

CAROLI CONSTANTII RABBII

BONONIENSIS,

AUGUSTINIANÆ CONGREGATIONIS (ut vocant) LOMBARDIÆ

LECTORIS,

Et ejuſdem Continuatione uſque ad præſentem diem ;

Additis ſuo loco nonnullorum Antiſtitum Vitis ab eodem SIGONIO fuſiori calamo exaratis .

Digitized by Google

IN CAROLI SIGONII
DE
EPISCOPIS BONONIENSIBUS
LIBROS QUINQUE
CAROLI CONSTANTII RABBII
BONONIENSIS,
AUGUSTINIANÆ CONGREGATIONIS (ut vocant) LOMBARDIÆ,

PRÆFATIO.

ETſi Carolus Sigonius plurimum & ingenio, & eruditione valuit, atque permagna, ut idem ipſe profitetur, diligentia in eruendis è veteribus mooumentis Bonooieoſium Epiſcoporum nominibus, atque actis uſus ſuit, nihilominus aliqua illi fuere iocomperta, aliqua non ſatis diſtincte ipſe explicuit, quædam etiam non prorſus ad veritatis normam exegit. Quapropter operæpretium me facturum exiſtimavi, ſi nobilem librum elegantiſſimi Scriptoris hiſce nævis liberaſſem, atque luce, quantum per me fieri poſſet, perfudiſſem. Quam quidem curam eo libentius alacriuſque ſuſcepi, quoniam ab ampliſſimis Viris, & dignitare ac nobilitate conſpicuis ea mihi fuerit demandata. In id vero initio ſuſcepti laboris potiſſimum mihi iocumbendum duxeram, ut teſtimonia è lapidibus chartiſque ineditis proferrem, quibus Sigonii opus aut emendaretur, aut illuſtraretur. Verum ubi ad rem præſtandam acceſſi, inviam ſemitam me ingreſſum eſſe deprehendi. Quandoquidem quæcumque reperire potui, illa vel ab Auctore indicata, vel ab aliis, præcipue à Ferdinando Ughellio, relata comperi: quæ vero his ignota, fruſtra ego perveſtigavi. Quin amicorum aliqui retulerunt, paucis antea annis, dum Sanctorum, quorum ſacras memorias quotanois Bononienſis Eccleſia recolit, hiſtoriæ, atque acta perquirereotur horariis precibus ioſerenda, ſtudioſiſſimos Viros diligeotiſſime tabularia omnia excuſſiſſe, atque eos tandem poſt longam multamque perſcrutationem aut nihil ad rem inveniſſe, aut pauciſſima, eaque incerta; idcirco totum negotium penitus intercidiſſe. Tum vero ſpem meam omnem atque uoa conceptum conſilium abjeci prorſus, meque ad alia converti, quibus & ſuſcepto munere ſacere ſatis, & deſiderio. Nimirum aptius cenſui temporum rationes expendere, nomina & cognomina, ſicubi deeſſent, addere, ritus, moreſque iodicatos diſtinctius explicare, rerumque ſummam, & ſucceſſiones non ſolum ad Civitatem noſtram, verum etiam ad alia ſpectantium referre, omnia tamen paucis, ut Notarum ratio requirit, ac citatis ſere ſemper auctoribus, à quibus acceperim. Ex his omnibus tameo apparebit cenſeo, quaotum Sigonius noſter antiquarum rerum ſtudiis, & notitiis fuerit cumulate inſtitutus, & quam vere profeſſus fuerit, ſe in hoc opere conficiendo multum laboris induſtriæque poſuiſſe: cum hac noſtra ætate, qua in tanta eruditionis luce verſamur, pauca in ejus opere reperire liceat, quæ lima egeant, aut lumine. Quapropter hiſce meis cum additionibus, tum emendationibus tantum abeſt, ut quicquam gloriæ eximio auctori detractum putem, quin potius ex iiſdem plurimum illius laudibus crediderim acceſſurum.

AD ILLUSTRISSIMUM, ET REVERENDISSIMUM
IN CHRISTO PATREM

DOMINUM GABRIELEM
PALÆOTUM

S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM,
ATQUE
ARCHIEPISCOPUM BONONIENSEM, ET PRINCIPEM

CAROLUS SIGONIUS.

Qui ſingularum Eccleſiarum Epiſcopos noſſe, ac diſtinctas eorum ætates, actaque diligenter percipere cupiunt, Illuſtriſs. & Reverendiſs. Domine, ii pie inprimis, ac Catholice admodum ſeſe gerunt. Etenim antiqua dignitatis Epiſcopalis in Urbe aliqua inſtitutio vetuſtam ſane Chriſti fidelium in ea floruiſſe copiam arguit, & continuata Antiſtitum in eadem per ſingula temporum intervalla ſucceſſio haud dubie perpetuo, & nunquam interrupto tenore fidem ibi Catholicam eſſe celebratam oſtendis adverſus eos, qui temere vetuſtum hunc doctrinæ ordinem perturbare, & diverſa aliquando, atque nunc, in Eccleſia tradita eſſe dogmata, docere contendunt. Itaque priſci illi Sanctæ Eccleſiæ Proceres, viri longe omnium prudentiſſimi non ſine ratione ſanxerunt, ut eis maximè Civitatibus Epiſcopi traderentur, apud quas multitudo fidelium ſuccreviſſet, & quia continentem Catholicorum Antiſtitum ſeriem ad confutandas hæreſes in primis pertinere putarunt, non ſolum nomina ſingulorum in tabulas Baſilicarum referri, ſed etiam eorum imagines in ſuis effingi Epiſcopiis voluerunt. Neque id ab re: ſunt enim Epiſcopi loco Apoſtolorum, quos Eccleſia filios quidem genuit, verum à populis coli loco parentum inſtituit, ut quamvis Apoſtolos non viderent, tamen Apoſtolis omnino ſe non carere ſentirent. Unde S. Auguſtinus ad Eccleſiam dixit: Ne putes te deſertam, quia non vides Paulum, quia non vides Petrum, quia non vides illos, per quos nata es, de prole tua crevit tibi paternitas: (*Pſal.* 44) pro patribus tuis nati ſunt tibi filii, conſtitues eos principes ſuper omnem terram. *Quis autem dubitat, crebra recordatione, conſpectuque parentum filios ipſos ad honeſtam eorum imitationem incitari, & ſalutarem ſimul æmulationem accendi? Quamobrem ſic ſtatuo, Reverendiſſime Pater, Pietatem veſtram cum in ceteris Epiſcopalis officii partibus hucuſque diligentiſſime, tum vero in hac prudentiſſime ſe geſſiſſe, quòd deceſſorum ſuorum monumenta ſibi indaganda, eaque poſteris prodenda exiſtimavit. Neque enim ſolum Eccleſiæ ſuæ ſaluti vetere Sanctorum Patrum memoria renovanda proſpexit, ſed etiam dignitati Patriæ ſuæ conſuluit: ſiquidem ſatis conſtat, quibus in Urbibus antiquitus Præfecti Epiſcopi ſunt, eas tum haud modicas Civitates, incelebreſve fuiſſe. Etenim decreto Pontificio* (1) *cautum erat, ne Civitatibus niſi fidelium copia affluentibus Epiſcopi præberentur, ne dignitas eorum vileſceret, quam inter omnes ſplendeſcere oporteret. Bononia vero cum floreat omni genere laudis, tamen hanc habet eximiam, quòd à primis temporibus Epiſcopalem dignitatem adepta eſt. Quod vero Pietas veſtra hoc mihi potiſſimum negotii dederit, ut eos è veteribus monumentis eruerem, ac literis cuſtodirem, officio me illo quidem honeſtiſſimo, verum longe omnium graviſſimo, oneravit. Itaque ut mihi perhonorificum eſſe arbitror, me ab Amplitudine veſtra operarium non inutilem judicatum, qui in ſancta hac Domini vinea laborarem, ſic dolore maximo angor, me ei potiſſimum parti colendæ eſſe præpoſitum, cujus inculta aſperitas omnem prope vinitoris diligentiam, ſtudiumque repudiet. Quanquam*

(1) Vid. Can. Episc. dist. 80. & ad eum D. D.



CAROLI SIGONII

DE EPISCOPIS BONONIENSIBUS LIBER PRIMUS INCIPIT.

A ECcleſię Bononienſis magnum jam inde ab initio decus,(3) ac sūma dignitas fuit. Nam & Civitas fidem Chriſtianam vix dum ortam arripuit, Epiſcopoſque antiquitus, & quidem ſingulari ſanctitate præditos, habuit, & Eccleſia multis Martyribus, ac Confeſſoribus honeſtata, ac præclaris ſubinde Pontificum, atque Imperatorum decorata beneficiis fuit, quibus non modo commodis ejus, ſed etiam ornamentis eſt opportune conſultum. Sacrum porro Evangelium Bononienſibus primum tradidiſſe S. Apollinaris putatur. Is enim S. Petri Principis Apoſtolorum diſcipulus, atque ab eo Roma Ravennam Epiſcopus deſtinatus, CHRISTUM primus in Æmilia prædicavit, in qua præcipue Bononia fuit, ut docuerunt, (4) qui vitam ejus memoriæ prodiderunt, quam ille anno Chriſti ſeptua-
geſimo quarto, imperante Veſpaſiano X. 74
Kal. Auguſti ſacro martyrio terminavit. Quæ vero S. Apollinaris fundamenta fidei jecit, ea poſt alii à Romanis, ut aſſolebat, Pontificibus miſſi altius eduxerunt, quouſque B populus ad juſtum numerum Chriſtianorum provectus, dignus, qui à propriis Præſulibus regeretur, eſt judicatus, à quibus demum Eccleſia ad id, de quo dicturi ſumus, dignitatis faſtigium eſt elata. Ceterum Chriſtianam Eccleſiam initio jam inde ab Apoſtolorum memoria ducto Clerici tantummodo tenuerunt, qui ſacra fidelibus miniſtrarunt.

(3) Baron. ad an. Chr. 272. Tom. 2. Edit. Rom. in addition. aſſerit: *Cum nequaquam mihi perſuadere poſſit, nobiliſſimam Italiæ Civitatem (Bononiam) ingenti ſemper populo refertam tribus ferme ſæculis à Chriſti adventu dilapſis caruiſſe Eccleſia, & qui ei præficeretur, Epiſcopo; cum conſtet nonnullas alias Italiæ Civitates dignitate, & frequentia populi longe impares jampridem fuiſſe Epiſcopalibus ſedibus illuſtratas.*

(4) Mombritius ejus vitam ex antiquis MSS. edidit: ex quo alii: V. Bolland. Continuator. ad d. 23. Julii.

runt. Clero inde adjecti Monachi ſunt, qui meditationibus divinis intenti ſolitaria ſibi plerunque extra Urbes vitæ domicilia comparatunt (quorum diffluentem denique diſciplinam arctis admodum legibus S. Benedictus aſtrinxit.) Poſt autem Canonicos (5) regula ſeverioris vitæ devinctos Sanctus, ut fertur, Auguſtinus induxit, qui ſe quoque Monachorum exemplo in Cœnobia retulerunt. Atque hi quidem ordines cum ſoli ferme per mille amplius annos Eccleſiam obtinerent, ſœcundum ut Pontificum Romanorum, ſic Epiſcoporum quoque ſeminarium extiterunt. Unde jure Severus ſcripſit, ſe pleroſque ex Monachis S. Martini ſociis Epiſcopos conſpexiſſe. Primos autem Urbium Epiſcopos ipſi pro poteſtate Romani Pontifices allegere; deinde, permiſſu Pontificum, Clerus, Populuſque ſublegit, quorum maxime vitam, doctrinam que laudavit, haud ferme quenquam niſi è Clero, & Cœnobiis ſumens, quæ tum majore ex parte ipſi locorum incolæ celebrabant. Cujus rei documento cum illa comitia ſunt, quibus S. Ambroſius Mediolani Epiſcopus à populo declaratus eſt, de quibus Presbyter ſcripſit Paulinus, (6) tum ea, quibus Eccleſia Turonenſis S. Martino mandata eſt, de quibus ſic Severus: *Sub idem tempus Martinus ad Epiſcopatum Turonicæ Eccleſiæ petebatur, ſed cum erui à Monaſterio ſuo facile non poſſet, Ruricius quidam unus ex Civibus uxoris languore ſimulato ad genua illius provolutus ut egrederetur, obtinuit. Ita diſpoſitis jam in itinere Civium turbis ſub quadam cuſtodia ad Civitatem uſque deducitur; mirum in modum incredibilis multitudo non ſolum ex illo oppido, ſed etiam ex vicinis Urbibus ad ſuffragia ferenda convenerat; una omnium voluntas, eadem vota, eademque ſententia, Martinum Epiſcopatu eſſe digniſſimum, felicem fore tali Eccleſiam Sacerdote; pauci tamen, & nonnulli ex Epiſcopis, qui ad conſtituendum Antiſtitem fuerant evocati, impie repugnabant, dicentes ſcilicet, contemptibilem eſſe perſonam, indignum eſſe Epiſcopatu hominem vultu deſpicabilem, veſte ſordidum, crine deformem; ita à populo ſententiæ ſanioris hæc illorum irriſa dementia eſt, qui illuſtrem virum dum vituperare cupiunt, prædicabant.* Ex quibus efficitur, Bononiæ item Epiſcopos priſcis temporibus à Clero, Populoque, & quidem aut ex Clero, aut ex Monaſteriis, id eſt, ex ipſa plerunque Civitate, fuiſſe lectos. Eos vero haud ulla ferme literarum monumenta, verum ipſamet nobis potiſſimum Eccleſia tradidit, dum annua illorum natalitia pie celebrare perrexit; verum annos, dieſque ſedium, aut intervalla ordinationum non prodidit, quæ iis temporibus ſæpe magna interceſſerunt. Verum & hæc, & ejuſmodi alia detrimenta æquo animo patiamur, ut aliquando tandem ad extrema, quæ ut certiora, ſic nobiliora ſunt, veniamus.

S. ZAMA.

IMperante igitur Gallieno anno Chriſti ducenteſimo ſeptuageſimo, (7) Zama à S. Dionyſio (8) Pontifice ordinatus, Bononiam primus omnium (9) venit, ac benigne a Chriſtianis, qui tum erant, exceptus Sede in ſuburbio poſita, ad eum, ut fertur, locum, (10) ubi poſtea ædes Sancti Felicis condita fuit, diſciplinam, fidemque Chriſti inter Gentiles, quoquomodo potuit, propagavit; mortuus autem creditur ante annum trecenteſimum, cum Confeſſor vocetur: quia ſi ad trecenteſimum primum ſpiritum produxiſſet, ſine dubio in perſecutione Diocletiani inter primos excruciatus ſacro Martyris nomine inſignitus fuiſſet. Humatus certe (11) in eodem loco eſt, ubi conſedit Dies ejus ab Eccleſia IX. Kal. Febr. celebratur. 270

PERSECUTIO DIOCLETIANI.

VAcaſſe inde Sedes per annos ipſius perſecutionis exiſtimatur. Hæc vero crudeliſſimo Diocletiani, & Maximiani Imperatorum imperio anno trecenteſimo primo incœpta (12) uſque ad trecenteſimum undeci- 301

(5) Itemque Monachos; imo, ſi multis fides, Monachos arctioris vitæ legibus devinxit, antequam Canonicos: V. Vitam S. Auguſtini ex ejus operibus concinnatam, Tom. XI. Edit. Mon. S. Maur. lib. 3. cap. 5. Conf. etiam cap. 2. lib. 4.

(6) Conf. etiam, quæ fuſius habet Baronius in vita S. Ambroſii à ſe collecta & ejus operibus præfixa non longe a principio ſub an. 374.

(7) In antiquo MS. legi an. 263. Baronius vero an. 272.

(8) Philippus Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ ad d. 24. Jun. ubi de S. Zama, id fieri potuiſſe negat, tribuens ſcilicet Dionyſio cum Auctore libri Pontificalis qui fertur fuiſſe Damaſus PP. ſex, vel, ut liberaliſſime agat, novem annos Pontificatus. Cum ergo fuerit creatus Pontifex an. 259. ad 270. non pervenit. Nihilominus cenſendus Sigonius propius veritatem attigiſſe; non quod tribuamus S. Dionyſio annos 11., & menſes aliquot, cum Ciaconio, ſed cum ſederit annos 10 menſes 5. d. 4. juxta accuratiores Chronologos (V. Pagium Critic. in Annal. ad an. 271. num. VII. VIII.) potuit ordinare Zamam in fine an. 269., legitur enim in libro Romanorum Pontificum, eum habuiſſe ordinationes per menſem Decembrem: Tum Zama Bononiam ſe contulit anno utique 270.

(9) Quorum notitia ad nos pervenerit. *Sed mea ſententia quod incendio Diocletiani combuſta ſint antiqua Eccleſiaſtica monumenta, nullius alterius Bononienſis Epiſcopi mentio habetur, qui Zamam præceſſerit, ſed ipſe primus, cujus certa teſtataque memoria eſt, ordine collocatur.* Baron. in prætermiſſis Tom. 2. ad an. 272.

(10) Extat ibi modo Eccleſia SS. Nabori, & Felici ſacra, addito Monaſterio ſub initio ſæculi quinti, quod poſtmodum S. Benedicti Monachi incoluerunt, præſertimque Gratianus celeberrimus, qui inibi inſignem Decreti Librum plurium annorum opus compoſuit. Nunc vero ab an. 1502. tenent Virgines S. Claræ, quibus Civitas locum, ſibi a Julio II. Pontifice ex cauſa datum, conceſſit.

(11) In Eccleſia inferiori.

(12) Initium hujus perſecutionis Baronius, & Petavius ſtatuunt an. 302. Valeſius autem in Euſebium lib. 8. Ricciol. Chronol. ref. an. 303. atque hæc ſententia apud Eruditos jam obtinuit. Eam ſequitur, & pluribus firmat Pagius ad an. 302. qui etiam ſub num. V. obſervat, incœptionis diem fuiſſe 23. Februarii, quo Terminalia celebrabantur ex Varrone, ac proinde fer. 3. Quamquam alii Terminalia celebrata putent die 20, vel 21 ejuſdem menſis. Sunt, qui cenſeant perſecutionem deſæviſſe per an. 20, & amplius; ſed, qui in rationes temporum diligentius inquiſiſſe creduntur, tenent eam finem habuiſſe in Occidente quidem an. 312. in Oriente vero an. inſequenti. V. Pagium L. L.

çimum ſævit, atque interim univerſa Eccleſia fuga, pavore, planctuque referta, cum multos alios, tum præcipoe Bononiæ Hermetem, Agæum, & Cajum, Proculum, (13) Vitalem, & Agricolam homines præ ceteris Chriſtum conſtantiſſime profitentes, extinxit. Omnium meminere Beda, & Uſuardus. Proculi vero, Vitalis, & Agricolæ S. Paulinus Epiſcopus Nolanus, qui anno quadringenteſimo triceſimo primo obiit, Natali IX. his verſibus.

His ſocii pietate, fide, virtute, corona
Martyres Agricola, & Proculo Vitalis adhærens.
Vitalem, Agricolam, Proculumq; Bononia condit.
Quos juraſa fides pietatis in arma vocavit,
Proque ſaluteferis tenis victoria palmis.
Corpora transfixos trabalibus inclyta clavis.

Ceterum exitum SS. Vitalis, & Agricolæ S. Ambroſius hoc modo expoſuit: *Cum S. Vitalis cogeretur à perſequentibus, ut Chriſtum negaret, & ille amplius profiteretur Dominum Jeſum Chriſtum, omnia tormentorum genera in eum exercentes, ut non eſſet in corpore ejus ſine vulnere locus, orationem fudit ad Dominum, dicens: Domine Jeſu Chriſte, Salvator meus, & Deus meus, jube ſuſcipi ſpiritum meum, quia jam deſidero, ut accipiam coronam, quam Angelus tuus ſanctus mihi oſtendit. Et completa oratione emiſit ſpiritum. Sanctus vero Agricola mitior habebatur moribus, ut ab ipſis etiam inimicis diligeretur. Ideoque differebant ejus paſſionem. Sed hæc perſecutorum honorificentia omni erat immanitate acerbior, quia invidebat martyrium. Denique ubi non acquievit S. Agricola, crucifixus eſt, ut advertamus, illas blanditias eorum, non ſedulitatis fuiſſe, ſed fraudis: ſupplicio ſervi dominum terrere voluerunt*, & poſt: *Collegimus Martyrii clavos, ſanguinem triumphalem, & Crucis lignum*. Sancti vero Proculi finem ſic vetus prodit hiſtoria à S. Aotonino in Chronicis repetita, licet res non in Diocletiani, ſed in Juſtini tempora referatur. Sed Paulini (14) apud omnes potior eſſe debet auctoritas: *Cum Marinus ab Imperatore Bononiam ad exercendam in Chriſtianos perſecutionem miſſus rem pro poteſtate crudeliſſime gereret, Proculus miles Chriſtianus rei indignitate permotus, ſecuri ſub veſte recondita ſub noctem domum illius adit, ac ſecrete admiſſus, ſermone, quem poſtularat, omiſſo, ſecurim in caput ejus adigit, atque eo proſtrato tacitus abit. Nece inde comperta, Proculus indicio cujuſdam Hebræi proditus, ac deprehenſus, cum ſe illius cædis auctorem fuiſſe gloriaretur, & ipſe gladio obtruncatus eſt. Quod autem mirabile fuit, ſurgens, caput ſuum manibus dicitur collegiſſe, atque uſque ad eum locum detuliſſe, ubi poſtea ædes ei cum Monaſterio eſt conſtituta.* Hermes, Agæus, & Cajus, pridie Nonas Januarii paſſi ſunt, Proculus Kal. Junii, Vitalis, & Agricola pridie Nonas Novembris, atque ita dies eorum Eccleſia celebrat. Corpora eorum inſciis Chriſtianis inter ſepulchra Judæorum fuere projecta; Monſtrantur adhoc (15) loca Crucibus lapideis ad perennem rei memoriam inſignita, ubi ſinguli ſacro martyrio eſſe dicuntur affecti.

S. FAUSTINIANUS.

ANno inde tercenteſimo duodecimo Con- 312
ſtantinus Imperator Maxentio tyranno
deleto (16) Italiam, ac Romam in poteſtatem adduxit, ac Chriſtianus effectus lucem tandem pacis optatiſſimæ attulit. Itaque, ut ſumma erat pietate ornatus, non ſacras ſolum Deo ædificari Baſilicas juſſit, multiſque ipſe in locis extruxit, ſed magno etiam in honore ipſos Baſilicarum Antiſtites habuit. Quare ut reliquæ Civitates, ſic Bononia quoque, ſæva perſecutionis tempeſtate defuncta, Epiſcopum ſibi aſcivit. Hic vero S. Fauſtinianus fuit, qui reliquias Chriſtianorum ſuperiore Eccleſiæ naufragio diſſipatas judicatur undique collegiſſe, ac Conſtantini inſtituto ædificandam Baſilicam præparaſſe. Fieri etiam poteſt, (17) ut idem Synodo Romanæ inter centum ſexdecim Epiſcopos interfuerit, quos S. Julius Pontifex ad confirmandum Nicænum Concilium
contra Arrium anno tercenteſimo triceſimo 137
ſeptimo advocavit. Situs eſt autem in eodem monumento, quo Zama, quod adhuc ad S. Felicem cum hoc titulo viſitur. *Hic requieſcunt corpora Zamæ primi Epiſcopi, & Fauſtiniani ſecundi Civitatis Bononiæ*. Memoria agitur III. Kal. Februarii. (18)

S. BASILIUS.

SInde Baſilius celebratur, quem conjicere
poſſumus circa annum tercenteſimum 350
quin-

(13) Nomen Bononiæ tum frequens, ut ex lapidibus apud Carolum Malvaſiam. Ab eo appellata porta Civitatis, quæ nunc vulgo S. Mammæ.

(14) Recte: vetus enim illa narratio incertæ prorſus eſt fidei. Idem viſum quoque Lugdunenſibus editoribus Chronicorum S. Antonini, dum Tom. 3. pag. 803. in margine hanc notam appoſuerunt: *facinus inauditum, vix ut puto credibile*. Rem Chriſtiane magis refert Petrus Galeſinius in Martyrologio ad Kalendas Junias, *Proculus .... Marini Præfecti juſſu ob Catholicam fidem variis excruciatus, demum ſecuri percuſſus coronatur*. Sed & illud haud dubio falſiſſimum, paſſum fuiſſe Proculum temporibus Theodorici Regis, ut olim vulgo putabatur: neque enim potuiſſet ejus meminiſſe Paulinus, qui Theodorici tempora longe præceſſit.

(15) Extra portam S. Mammæ columna viſitur, in cujus ſtylobate marmor antiquis characteribus exculptum teſſabatur, eo in loco S. Martyri amputatum caput, quod Sanctus idem ſuis ipſe manibus ſuſtulit, atque illuc, ubi modo intra Civitatem extat Eccleſia ejus nomini ſacta, geſtans detulit. Marmor antiquitate, & injuria temporum eroſum paucis retro annis ſublatum eſt, atque inibi aliud poſitum Inſcriptione eadem, ſed forma characterum prorſus Romana.

(16) Ruina pontis Milvii quem Tyberi impoſuerat, periit, dum victorem Conſtantinum fugit die 24. Septembris hujus anni. Inde ſumptum Conſtantinianarum Indictionum initium. Ricciol. Chronol. cap. 16. l. 4.

(17) Sed obſtant aliqua. Primo ſiquidem incertum, an hæc Synodus habita. Pagius ad an. 337. n. 8. cenſet puram putam farraginem collectam ex Tripartita ab Iſidoro Mercatore. Deinde incertum pariter, an Fauſtinianus ad hæc uſque tempora vixerit.

(18) Poſt Fauſtinianum ab Alidoſ. & Ughellio ponuntur Domitianus circa an. 338. & Joannes I. circa annum 344.

quinquageſimum (19) iniiſſe. Hic potuit
inter quadringentos Catholicos Occidenta-
lis Eccleſiæ Epiſcopos Arimioenſi Concilio
intereſſe anno tercenteſimo quinquageſimo
359 nono, qui ab Arrianis illuſi ſunt. Idem
etiam Baſilicam (20) aut inchoavit, aut
certe à Fauſtiniano inchoatam perfecit, ac
SS. Petro, & Paulo Apoſtolis, Conſtan-
tinum imitatus, dicavit in campo extra
Urbem, qui nunc Platea S. Stephani nomi-
natur, ut alio loco probabitur, atque ibi
fortaſſe conditus fuit, neque enim alibi me-
moratur. Diem ejus Eccleſia celebrat VIII.
Idus Martias. (21)

S. EUSEBIUS.

370 S. Euſebius inde circa annum tercenteſi-
ſimum ſeptuageſimum, Eccleſiam cre-
ditur accepiſſe, non ſolum S. Ambroſii Epi
ſcopi Mediolanenſis æqualis, ſed summa
etiam cum eo familiaritate conjunctus. Am-
broſius autem Liguriæ, atque Æmiliæ Con-
ſularis à Valentiniano Imperatore præpoſi-
tus Mediolani anno tercenteſimo ſexageſimo
nono (22) ſedebat, cum Cives ſtudiis inter
ſe de Epiſcopo ſublegendo certabant. Cum
autem res convenire non poſſet, tum Am-
broſius, quanquam adhuc Catechumenus,
puero præeunte, à populo acclamatus, Ec-
cleſiam, licet invitus, accepit, atque io ea
adminiſtranda egtegium ſe poſtea virum,
ac præclarum Antiſtitem præbuit. Tulit au-
tem, vel effudit potius ætas illa ingentem
numerum Epiſcoporum virtute, ac ſanctita-
te præſtantium, quos, ut verbis utar Am-
miani: *tenuitas edendi, potandique parciſſime,
vilitas indumentorum, ſupercilia humum ſpe-
ctantia perpetuo Numini, veriſque ejus culto-
ribus ut puros commendabant, & verecundoe.*
Ejuſmodi vero fuit quoque S. Martinus, de
quo Epiſcopo Turonenſi creato ſic ſcribit
Severus: *Idem conſtantiſſime perſeverabat, qui
prius fuerat, eadem in corde ejus humilitas,
eadem in veſtitu ejus vilitas erat, atque ita
plenue auctoritatis, & gratiæ implebat Epi-
ſcopi dignitatem, ut non tamen propoſitum
Monachi, virtutemque deſereret, aliquandiu
adhærente ad Eccleſiam cellula uſus eſt; dein-
de cum inquietudinem frequentantium ferre
non poſſet, duobus extra Civitatem millibus
Monaſterium ſibi ſtatuit.* Hujus vero Mona-
ſticæ Epiſcopi vitæ auctor præcipuus San-
ctus Euſebius Vercellenſis Epiſcopus exſti-
tit, qui, ut Sanctus Ambroſius in epiſtola
ad Vercellenſes ſcriptum reliquit, *primus*
A *in Occidentis partibus Monaſterii continentiam,
& Eccleſiæ diſciplinam, diverſa inter ſe, con-
junxit, ut & in Civitate poſitus inſtituta Mo-
nachorum teneret, & Eccleſiam regeret jeju-
nii ſobrietate.* Ceterum Ambroſius acriter
prædicare puellarum ſacratam Deo virgini-
tatem aggreſſus, præcipue Bononienſes ipſos
permovit; ſiquidem Euſebio Epiſcopo au-
ctore viegines ipſi ſuas paſſim Mediolanum
velandas miſerunt. Cujus rei ipſe ſic me-
minit io lib. de Virginibus, anno tercente- 372
ſimo ſeptuageſimo ſecundo, (23) id eſt,
triennio, ut ipſe inquit, poſtquam Epiſco-
pus fuerat deſignatus. *De Bononienſi ſacran-
dæ virgines veniunt, ut hic velentur; ma-*
B *gnam rem videtis, hic tracto, alibi perſuadeo.*
Item. *Quid de Bononienſibus virginibus lo-
quar, fœcundo pudoris agmine, quæ munda-
nis ſe deliciis abdicantes, Sacrarium virginita-
tis incolunt, ſine contubernali ſexu contubernali
pudore provectæ ad vicenarium numerum, &
tricenarium fructum, relictoque parentum
Hoſpitio, tendunt in Tabernaculis indefeſſæ mi-
lites caſtitatis?* Significat inde Euſebium ſuæ
ſententiæ ſuffragium, cum addit: *Adeſt
piſcator Eccleſiæ Bononienſis aptus ad hoc pi-
ſcandi genus.* Inde anno tercenteſimo octua- 381
geſimo primo Euſebius Synodum Aquilejen-
ſem una cum Sancto Ambroſio iniit, ac
contra Arrianos quoſdam (24) hanc ſenten-
C tiam dixit: *Non ſufficit, quod Filium Dei
unigenitum confiteris, nam hoc omnes confi-
tentur; ſed hoc movet, quod Arrius dixit,
Dominum ſolum Patrem, ſolum verum, ne-
gavit Filium Dei Dominum verum, tu ſim-
pliciter Filium Dei verum confiteris.* Poſtero 382
(25) Sanctus Ambroſius Eugenium tyran-
num impium cavens Bononiam vênit, atque
hic divinitus monitus, Corpora Sanctorum
Martyrum Vitalis & Agricolæ, adhuc Chri-
ſtianis ignota, inter ſepulchra Judæorum in-
vênit, eaque in Baſilica condidit. De hac
vero re ſic ipſe in Exhortatione ad Virgines
ſcripſit: *Bononiæ Martyris exuvias require-
bamus, tanquam inter ſpinas roſam legentes,*
D *circunfundebamur Judæis, cum ſacræ Reli-
quiæ veherentur; aderat populus Eccleſiæ cum
plauſu, & lætitia, dicebant Judæi: Flores
viſi ſunt in terra, cum viderent Martyres,
dicebant Chriſtiani: Tempus inciſionis adeſt,
jam qui metit, mercedem accipit, alii ſemina-
verunt, & nos metimus Martyrum fructus.
Iterum audientes Judæi vocem plaudentis Ec-
cleſiæ dicebant inter ſe: Vox turturis audita
eſt in terra noſtra, unde bene lectum eſt: Dies
diei eructat Verbum, & nox nocti indicat ſcien-
tiam.*

(19) Vereor ne ſic conjiciendo erremus. Nam
Martyrologium Romanum refert, S. Euſe-
bium ordinatum à S. Sylveſtro Papa. Is
vero extremum diem clauſit an. 335. ulti-
ma die Decembris. Quod ſi verum, non
ergo Euſebius iniit Epiſcopatum an. 350.
Ex quo etiam, quid de conjectura Aucto-
ris S. Epiſcopum Ariminenſi Concilio ha-
bito an. 359. intereſſe potuiſſe opinantis
ſentiendum ſit, nihil monere oportet. At
ſi auctoritate Romani Martyrologii ſtemus
(nihil autem melius, cui ſtemus, reperire
potui) aliter Epiſcoporum ſeriem ordina-
re poſſumus, videlicet; poſt Fauſtinianum
Baſilius circa an. 330. exinde Domitianus;
tum Joannes I., poſtea Euſebius circa an. 370.
quamquam Bollandiani obitum Baſilii re-
ferant in an. 350.

(20) Eam, quam paucos poſt annos S. Ambroſius
conſecravit, ex lamina plumbea ſuper Re-
E liquias in Altari S. Jacobi ejuſdem Eccleſiæ
repoſitas inventa an. 1636., & quam initio
ſæculi decimi Hungari incenderunt. Nunc
una eſt ex 7. Eccleſiis Baſilicæ S. Stephani.

(21) Sed Martyrolog. Romanum ejus memoriam
habet pridie Nonas Martias, & hac ipſa die
Bononienſis Eccleſia ejus Feſtum celebrat.

(22) Ceteri fere omnes Chronologi hoc partium
in populo Mediolanenſi ſtudium, ejuſque
occaſione Ambroſii ordinationem referunt
in an. 374. Quam ſententiam egregie tue-
tur Baronius tum in Vita S. Ambroſii ab
eo collecta, tum in annalibus, ubi opinio-
nem, quam noſter ſequitur, fuſe refellit.

(23) Anno 377. juxta modo ſtatuta Ambroſianæ
ordinationis tempora.

(24) Contra Palladium potiſſimum. In actis Con-
cilii legere eſt plura ab Euſebio dicta.

(25) Et longe quidem poſtero, nam Bononiam ſe
contulit an. 392.

tiam. *Dies dici, Chriſtianus Chriſtiana, nox nocti, Judæus Judæo. Indicabant ergo Judæi, quod haberent ſcientiam Martyrum, ſed non ſcientiam Verbi. Nos legimus Martyris clavos, & multos quidem, nam multo plura fuerunt vulnera, quàm membra. Clamare Martyrem diceres ad populum Judæorum, cum clavos ejus colligeremus, mitte manus tuas in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis; collegimus Martyris clavos, ſanguinem triumphalem, & Crucis lignum.* Inde Florentiam profectus, aliquot horum Martyrum Reliquias ſecum delatas Julianæ (26) ipſarum, ad quas ſcribit, Vieginum matri donavit, atque in Æde, & Altari ab ea conſtructis repoſuit, Templumque dedicavit, ut ipſe inquit: *Qui ad convivium magnum invitantur, apophoreta ſecum referre conſuerunt. Ego ad Bononienſe invitatus convivium, ubi Sancti Martyris celebrata tranſlatio eſt, apophoreta vobis plena ſanctitatis & gratia reſervavi. Apophoreta autem ſolent habere triumphos Principum, & hæc apophoreta triumphalis ſunt. Chriſti enim noſtri Principis triumphi ſunt Martyrum palmæ. Nec vero huc dirigebam iter, ſed quia à vobis petitus ſum, debui mecum deferre, quæ aliis parabantur, ne minor ad vos venirem, ut quod in me minus eſt, quàm præſumebatur, in Martyre plus inveniretur; Martyri nomen Agricola eſt, cui Vitalis ſervus fuit ante, nunc conſors, & collega martirii,* inde ſubjicit: *Detuli ergo vobis munera, quæ meis legi manibus, id eſt, Crucis trophæa, cujus gratiam in operibus agnoſcitis; nos legimus Martyris clavos, collegimus ſanguinem triumphalem, & Crucis lignum. Hæc Sanctæ viduæ negare non potuimus poſtulanti. Munera itaque ſalutis accipe, quæ nunc ſub ſacris Altaribus recondantur. Ea igitur vidua Sancta eſt Juliana, quæ hoc Domino Templum paravit, atque obtulit, quod hodie dedicamus,* & ad extremum. *Te nunc Domine precor, ut ſupra hanc domum tuam, ſuper hæc Altaria, quæ hodie dedicantur, quotidianus Præſul intendas.* Hæc autem ita accipienda eſſe docuit etiam Paulinus Presbyter in vita ejus, qui ita ſcripſit: *Ambroſius relicto Mediolano migravit Bononiam, atque inde Faventiam uſque perrexit, ubi cum aliquantis degeret diebus, invitatus à Florentinis ad Tuſciam deſcendit, qua Civitate Baſilicam conſtituit, in qua depoſuit Reliquias Martyrum Vitalis, & Agricolæ, quorum Corpora in Bononienſi Civitate levaverat, quæ cum deponerentur ſub Altari, quod in eadem Baſilica conſtitutum eſt, magna illic totius plebis ſanctæ lætitia, atque exultatia fuit, pœnæ dæmonum, confitentium merita.* Eodem etiam tempore Euſebius exemplum S. Ambroſii ſequutus Monaſterium unum SS. Vitali, & Agricolæ (27) creditur erexiſſe, itemque alterum S. Proculo Martyri, nam Reliquiæ Sanctorum Hermetis, Agæi, & Caji ad Crucem Sancti Vitalis collocatæ feruntur. Idem etiam cum aliis Æmiliæ Epiſcopis adeſſe potuit Synodo à S. Ambroſio Mediolani anno tercenteſimo octogeſimo ſeptimo (28) habitæ adverſus eos, qui temere Sacrarum Virginum connubia inducebant, quam etiam Sanctus Geminianus Epiſcopus Mutinenſis inivit. 387

Eodem ſedente anno tercenteſimo nonageſimo ſexto ſepulti ſunt in Baſilica duo pueri Chriſtiani cum bis verbis in lapide ſculptis, qui adhuc ibi extat: *Hic requieſcent duo fratres innocentes Conſtantius Neofitus, qui vixit annis VIII. menſ. II. dies VI. depoſitus. Id. Nob. Conſ. DD. NN. Arcadi. & Honori. Augg. Juſtus Fidelis, qui vixit annis VII.* in qua eadem ipſe, ut opinor, humatus eſt. 396

S. FELIX Mediolanenſis.

EUſebio Sanctus inde Felix (29) ſucceſſit. Hic Mediolanenſis fuit, Diſcipulus, & Diaconus Sancti Ambroſii, & Condiſcipulus Sancti Venerii, ac morti S. Ambroſii anno tercenteſimo nonageſimo ſeptimo (30) 397
affuit, poſt autem eo tempore Bononienſem Eccleſiam rexit, quo Mediolanenſem S. Venerius, qui S. Simplicianum Sancti Ambroſii ſucceſſorem excipiens anno quadringenteſimo primo iniit, atque longius 401
illo vitam, S. Zenobio Eccleſiam Florentinam adminiſtrante, produxit; ſic enim ſcripſit Paulinus: *Cum in extrema parte porticus, in qua jacebat S. Ambroſius, in ima poſiti Caſtus, Polemius, Venerius, & Felix tunc Diaconi ſecum tractarent voce ita repreſſa, ut vix invicem ſe audirent, quis poſt obitum illius*

(26) Aliam à Bononienſi putant Pellicionus (in Vita S. Julianæ) Sylvanus Razzius, aliique pauci. Sed unam eandemque ſenſere graviores hiſtorici, Baronius, & omnes fere Bononienſium rerum Scriptores. In hanc quoque ſententiam inclinat Bollandus, atque eam tamquam certam ſtatuit Ferrarius. Argumentum eſt præ ceteris, quia hæc ipſa eſt quam commendat S. Ambroſius. Nam in Chronicis MS. Baſilicæ S. Stephani, ubi recenſentur reliquiæ SS. dum agitur de S. Juliana, additur: à D. *Ambroſio plurimum commendata*. Adde ſpecialem cultum ac venerationem ejuſdem Matronæ erga D. Laurentium; cui Baſilicam Florentiæ extruxerat; at noſtea quoque ſpeciali pietatis affectu S. Martyrem proſequebatur, teſte Pellicione in ejus Vita lib. 1. c. 5., per quem, ne ſterilis eſſet, impetravit; filiumque impetratum Laurentium appellavit. Illud etiam ad hæc facere videtur, quod Civi Bononienſi Bononienſium Reliquias Ambroſius detuleſſit: ſed neque prætermittendum, quod fateatur Razzius, Florentinis ignotum locum ſepulturæ hujus, quam ſuam Civem, ſanctitate alias, multiſque dotibus inſignem dicunt. Bononienſis ergo eſt hæc Juliana, tum Florentiæ degens, unde poſtea Bononiam rediit, atque hic ſanctiſſime obiit. Illam antiquæ hiſtoriæ filiam aſſerunt Julii de Banciis & Facundæ uxoris; Banciorum vero illuſtris familia adhuc claret.

(27) Virorum utrumque, at nunc illud Virgines Ordinis S. Benedicti incolunt ſub cura Archiepiſcopi, eſtque a longiſſimo tempore retro Eccleſia Parochialis de Juecpat. earumdem Sanctimonialium.

(28) Reponendum ann. 390. Ambroſ. Epiſt. 28. Baronius, & alii plures.

(29) Ante Felicem ponendus D. Euſtaſius circa an. 396. Neque enim hoc anno, aut ſequenti potuit Felix ſedere Bononiæ Epiſcopus, qui Mediolani Diaconus adſtabat S. Ambroſio.

(30) Henſchenius exercitatione præfixa Tom. 1. SS. Aprilis, S. Ambroſium obiiſſe contendit an. 398., ut verus ſit diei character, fuit enim dies Sabbati Sancti. Verum hoc adverſus omnia Martyrologia, & Eccleſiarum Romanæ & Mediolanenſis fidem nequaquam admittendum. Levia Henſchenii argumenta videſis ſoluta à Pagio Tom. 2. Critic. ad Annum 397. n. VI. VII.

lius Epiſcopus ordinandus eſſet, atque tum de nomine Sancti loquerentur Simpliciani, Ambroſius, tanquam intereſſet tractatui, cum longe poſitus ab ipſis taceret, approbans exclamavit ter, Senex, ſed bonus. Defuncto autem eo, non alius ei ſucceſſit in Sacerdotio, cui Simpliciano Venerius ſucceſſor fuit. Felix vero nunc uſque Bononienſem regit Eccleſiam. Hic creditur Monaſterium unum Sanctis Gervaſio, & Protaſio, (31) alterumque Sanctis Felici, & Nabori (32) Martyribus, quorum incognita corpora S. Ambroſius Mediolani eruerat, extruxiſſe, ac S. Paulino Epiſcopo Nolano Reliquias Sanctorum Proculi, Vitalis, & Agricolæ permiſiſſe, quibus ille Nolanam Baſilicam exornavit, ut ipſe Natali IX. ſupra citatis verſibus prodidit. Inde à Joanne (33) Imperatore, qui biennio rerum poſt Honorium Ravennæ potitus eſt,
424 anno quadringenteſimo viceſimo quarto Monaſterium Sanctæ Mariæ in Monte Palenſe accepit, qui nunc mons Ovalus dicitur, atque ita ante annos quadringentos in veteribus tabulis nominatur. Neque alia Imperatoriæ donationis huic Eccleſiæ factæ vetuſtior memoria reperitur, cujus conſuetudinis, quanquam nullum ante Reges Longobardos in tabulariis Italiæ animadverti veſtigium, fit tamen, ut ejus antiquiorem fuiſſe auctorem Conſtantinum exiſtimem, quem conſtat omnium erga Eccleſias fuiſſe
429 liberaliſſimum. Felix anno quadringenteſimo viceſimo oono mortuus in æde Sanctorum Felicis, & Naboris à ſe condita (34) ſitus eſt. Honos ei anniverſarius pridie Nonas Decembris babetur.

S. PETRONIUS Conſtanrinopolitanus.

MOEſta interim de tanti Epiſcopi obitu Civitate, ac valde de alterius ſubrogatione ſolicita, cum nemo reperiretur dignus, qui Felici ſufficeretur, ejus rei judicium ad Cœleſtinum Pontificem eſt rejectum, atque eo nomine Romam legatio miſſa. Erat ea tempeſtate apud Theodoſium Petronius Civis Conſtantinopolitanus, (35) Petronii, ut ſcribit Gennadius, (36) clariſſimi viri, quippe qui Præfectus Prætorio fuerat, filius, vir magna vitæ ſanctitate præditus, & in Monachorum ſtudiis mirifice jam inde ab adoleſcentia exercitatus. Siquidem vitas Patrum (37) literis erat perſecutus eorum, qui in Ægypto vitam egiſſent, quas velut ſpeculum, & normam, inquit, profeſſionis ſuæ Monachi amplectuntur. Hunc igitur Petronium Theodoſius (quemadmodum in Commentario Vitæ ejus antiquiſſimo Bononiæ legitur) ſpectatæ fidei, atque prudentiæ virum, ac ſibi & ipſius, & Patris nomine carum, Legatum Romam deſtinavit, (38) cum Pontifex de hæreſi à Neſtorio Epiſcopo Conſtantinopolitano excitata eſſet monendus, qui duas in Chriſto perſonas confingebat. Forte autem accidit, ut quo tempore Legati Bononienſium Epiſcopum poſtulantes Romam advenerunt, eòdem Petronius quoque à Theodoſio miſſus acceſſerit. Fertur res auditu miranda, atque occulta divinæ voluntatis ſignificatione maxime memorabilis, ante horum adventum Pontificem per quietem à Sancto Petro Apoſtolo admonitum, ut quando Felix Bononiæ Epiſcopus à Deo ad ſe eſſet vocatus, in ejus locum Petronium Legatum propediem à Theodoſio Imperatore venturum ſubrogare ne cunctaretur: nam neminem commodius Felicis munere perfuncturum, ac juſtum Bononienſium deſiderium expleturum. Quo viſo commotus Pontifex, cum jam & Petronius, & Legati Bononienſes adeſſent, ac ſua utrique poſtulata expoſuiſſent, quæ per quietem acceperit, demonſtravit: atque Bononienſibus Petronium idoneum Felicis ſucceſſorem ſe dare pronunciavit. Gratiis, quantum res poſtulabat, utrinque actis, Petronius, quanquam primo renitens, Pontificis voluntati obtemperavit, ac

(31) Anno 428. (Maſin.) Nimirum Præſul natione Mediolanenſis, SS. Martyribus, quorum Corpora Mediolani paulo ante a S. Ambroſio inventa, anno ſcilicet 386., Monaſteria dicavit. Crediderim hoc datum Virginibus, quamquam plures inter virorum Monaſteria illud numerent. Modò certè Moniales Ordinis S. Benedicti ibi degunt, quas inter noſtra ætate vixit Domna Maria Scholaſtica Muratoria Civis Bononienſis, ſanctimonialis ſingulari pietate, cæteriſque Chriſtianis virtutibus quam inſignis, cujus vitam habemus nuper Typis editam in 4. obiitque ſub magna ſanctitatis opinione die 28. Julii 1726.

(32) Martyribus Mediolanenſibus, de quibus S. Ambroſius Epiſt. ad Marcellinam Sororem. Quidam hos Mauros putarunt: ſed V. C. Jo. Antonii Saxii Diſſert. Apologetic.

(33) Iſte Scribarum Præfectus capta occaſione ex abſentia Gallæ Placidiæ, quæ Conſtantinopolim cum puero Valentiniano receſſerat, Imperatoris nomen, & auctoritatem ſibi uſurpavit an. 423. Titulo ac dignitate ſimul cum vita privatus an. 425. Ejus mentio habetur in Privilegio Greg. VII. inf. memorato ubi appellatur Joanninus; aut Principum poſtulatione, aut vulgi appellatione in viri contemptum.

(34) Condita, quod ad Monaſterium attinet; nam ædes a S. Zama dudum fuerat extructa.

(35) Genera Italus tamen ex familia Petronia, de qua Val. Max. l. 4. cap. 7.

(36) Recte opinatur Baronius in Not. ad Martyr. ad diem 4. Octobr. hunc illum eſſe, qui an. 406. Conſulatum geſſit cum Arcadio, in quibuſdam Faſtorum Tabulis dictus Sextus Anicius Probus (apud Panvin. in Faſt. legitur: *Sexto Petronio Probo Aniciana Domus*. Sed eandem fuiſſe Aniciam & Petroniam gentem alii demonſtrarunt). Recte, inquam, Baronius cenſet; nam qui Conſulatum geſſit, idem fuit Præfectus Prætorio, ut reſcripta Imperatoris ad ipſum reſtantur; at noſtri Petronii Pater fuit Prætorio Præfectus ex Gennad. cap. 41. de Vir. Illuſtr.

(37) An quas habemus? Heribertus Roſvveidus illarum editor & illuſtrator non cenſet. Prolegom. 4. §. 7. Alphonſus Ciaconius in tract. Cardinal. S. Hieron illi adſcribit opus de Vitis & Apophtegmatibus Patrum. V. Aubertum Miræum Schol. ad l. l. Gennadii. Ejus fertur eſſe liber de Ordinatione Epiſcopi; quamquam, ut ſcribit citatus Gennadius, a nonnullis tribuatur Patri *viro eloquentiſſimo & eruditiſſimo in ſecularibus literis*, Gennad. l. l., eo quia auctor aſſerat ſe fuiſſe Prætorio Præfectum. Sed cum ex D. Eucherio ſciamus, noſtrum quoque Petronium *ex pleniſſima mundanæ poteſtatis ſede præfectura ſcilicet in Sacerdotii nomen adſcendiſſe*, cui non ei, niſi aliud obſtet, laudatum opus adjudicabimus? Minime vero crediderim ſcripſiſſe Petronium librum de viris illuſtribus, licet id aſſerat Petrus de Natalibus, & multo minus Satiricon, opus non niſi impuro homini aſſricandum.

(38) An. 430.

ac literis ad Theodoſium miſſis, Roma cum Legatis profectus primo quoque tempore Bononiam venit. Ibi effuſa omnium ætatum, atque ordinum gratulantis Civitatis multitudine exceptus, in ornanda, ac provehenda Eccleſia ſuperiores Epiſcopos omnes longe ſtudio, ac diligentia ſuperavit; ſiquidem ad partes optimi Paſtoris implendas, & commoda Civium procuranda converſus, primum doctrina, atque exemplis Civitatem inſtruere, atque hæreſis Arrianæ reliquias Sancti Ambroſii exemplo extirpare, & fidem rectam inſerere inſtitit; deinde Parochias multas ſummo Bononienſium conferentium ſtudio ædificavit, quas Sancto Bartholomæo (39) Apoſtolo, S. Marco Evangeliſtæ, Sanctis Fabiano, & Sebaſtiano Martyribus, Sancto Martino Confeſſori, & Sanctæ Agathæ Virgini conſecravit. Quin etiam tria Templa noo longo inter ſe intervallo, unum Sancto Stephano Diacono Protomartyri, alterum Sanctæ Theclæ Virgini ac Protomartyri; tertium Sancto Joanni Evangeliſtæ, & quidem magnis divinarum rerum, ſacrorumque Myſteriorum ſignificationibus addidit. Etenim in Æde Sancti Stephani, Montis, in quo Chriſtus Dominus noſter Cruci fuit affixus, & Sepulchri, in quo mortuus eſt ſitus, expreſſit imaginem, atque ei Monaſterium adjecit, quod Hieruſalem appellavit, ubi ipſe inter Monachos (40) habitavit, mora à Sancto Euſebio Vercellenſi Epiſcopo inſtituto, atque à Sancto Martino Turonenſi retento. Ut autem Baſilicæ Ædem Sancti Stephani, ſic Ædi Oratorium S. Joannis Baptiſtæ adjunxit, in quo Baptiſterium excitavit. Unde in Diplomatis Gregorii VII., & Alexandri III. Pontificum ſcriptum eſt: *Monaſterium Sancte Stephani, quod vocatur Hieruſalem, quod Divus Petronius Epiſcopus ædificavit ad uſum ejuſdem Eccleſiæ cum mercate Sancti Joannis Baptiſtæ, quod ibidem fit.* In Æde autem Sancti Joannis Evangeliſtæ, quam io Monte ex tumulo terræ de induſtria aggeſto conſtruxit, Montem Oliveti effinxit, in quo Chriſtus, poſtquam eſt ſuſcitatus à mortuis, cum Diſcipulis ſuis ſtans, ipſis aſpectantibus io Cœlum aſcendit, qui locus nunc aucta jampridem Æde in medio ipſo Templo Cruce lapidea ſignatus inviſitur. Quæ vero inter hæc duo ſana loco ſummiſſiore planities intercedit, ea celebrem Joſaphatis vallem repræſentavit, in qua Idem judicium de vivis, & mortuis ultimo die facturus creditur, atque hæc omnia ad eorum locorum eaemplum fecit, quæ ipſe Hieroſolymis ſpectaverat tum, cum eas regiones pietatis ergo ſtudioſiſſime perluſtravit. Idem etiam (41) præcipuos auctor Imperatori fuiſſe prædicatur, ut Urbem reſtitueret, quam ætate ſoa unà cum vicinis oppidis ſemirutam fuiſſe Sanctus refert Ambroſius: (42) cladem nempe notans, quam bello Maxentiano unà cum reliquis Æmiliæ Urbibus à Conſtantino accepit. His operibus editis tum Conſtantinopolim ſive privati, ſive publici Officii cauſſa petiit, ac pro ſumma apud Theodoſium Imperatorem auctoritate, ſacras inde reliquias multas extraxit, quibus Bononiam reportatis cum alia Templa, tum in primis ipſum Sancti Stephani decoravit, inter quas Corpora fuiſſe feruntur Sancti Floriani, Sancti Hadriani, & Sanctæ Nataliæ Martyrum, quorum ille in Æde Sancti Stephani, hi in Æde Sancti Felicis hodieque ſervantur. Demum mirandis multis virtutibus clarus, imperantibus adhuc, ot ſcribit Gennadius, Theodoſio, & Valentiniano, anno quadrin- 450
gentesimo quinquageſimo, (43) magno ſui deſiderio omnibus relicto, IV. Nonas Octobris migravit ad Dominum, in Æde Sancti Stephani ſepulturam adeptus. Hoc autem tempore Eccleſiam Bononienſem ipſum adminiſtraſſe Petronium, declarat etiam Divus Eucherius, cum in epiſtola, quam anno Urbis Romanæ milleſimo centeſimo octogeſimo tertio, id eſt, Chriſti quadringenteſimo triceſimo tertio ad Valerianum ſcripſit, ita inquit: *Hilarius nuper, & in Italia nunc Antiſtes Petronius, ambo ex illa pleniſſima, ut ajunt, mundanæ poteſtatis ſede, unus in Religionis, alius in Sacerdotii nomen aſcendit.*

(39) Exſtant adhuc, ſed mutata adeo facie, ut videatur nihil aliud antiqui remanſiſſe, niſi nomen. Quin a duobus primis Eccleſiis jamdudum Epiſcopi jus ac titulum Parochiæ in alias Eccleſias tranſtulerunt.

(40) Cujus inſtituti? Certe Ægyptiorum Patrum, quos fertur S. Petronius adoleſcens pietatis cauſſa inviſiſſe, & a quibus in Italiam manarat Monaſticus Ordo. Sed cum non eadem fuerit omnibus diſciplina, nam alii Antonii, alii Pachomii, alii aliorum ſtatuta obſervabant, opinor regulæ S. Pachomii eos adſtrictos, namque ea ætate in Italia frequens erat, ac celebre atque expetitum à multis ejus inſtitutum ex D. Hieron.

(41) Pauciſſimis plura indigitat Auctor, cujus ſacra tantum hoc in opere proſequentis non erat diſertius ſingula, quæ ad Urbis decorem ac privilegia pertinent, exponere. Ceterum poterat hic memorare auctam ædificiis amplificatamque Civitatem (pomœriis tum primum intra Urbis ambitum receptis) decoratamque ampliſſimo Studii univerſalis (ut vocant) privilegio cujus veritas, a quibuſdam recentioribus in dubium vocata, firmiſſimè, & eruditiſſime nuper aſſerta eſt imo verius dixerim, ad evidentiam demonſtrata à Cl. V. Alexandro Macchiavello publico LL. in Archigymnaſio Interprete, cui proinde *ſalutis Archigymnaſii, ſecuritatis* ampliſſimum Cognomentum S. P. Q. B. cuſo Numiſmate A. 1726. merito jure tribuit.

(42) *Nempe de Bononienſi veniens Urbe à tergo claternam, ipſam Bononiam . . . . . derelinquebas, & florentiſſimorum quondam populorum Caſtella conſiderabas, atque affectu relegebas dolens. Tot igitur ſemirutarum Urbium cadavera terrarumque ſub eodem conſpectu expoſita funera &c.* D. Ambroſ. Epiſt. 61. Quiſnam miſerandæ vaſtationis crudelis Auctor? Quidam Theodoſium primorem culpant, recitantque neſcio quam excommunicationis ſententiam latam a D. Ambroſio: legitur in Chronica S. Stephani edita a Franciſco Patricellio anno 1575. Reum alii faciunt Maximum Tyrannum; ſed & hos, & illos redarguunt Hiſtorici Bononienſes ferè omnes Ghirardaccius, Vizanius, Bombacius; & ejus opinionis homines Teſſalonicenſium cladem, cum hac Bononienſium calamitate confundere oſtendunt. Quapropter recte noſter Urbis vaſtitatem in Conſtantini tempora refert.

(43) Videatur Baronius in notis ad Martyrolog. ad diem IV. Octobris egregie ac ſolide refutans eos, qui apud Proſperum in Chronic. ſcripſerunt, S. Petronium obiiſſe anno (ut ibi legitur) 306.

dit. Memoriam inde (44) ejus eximio quotannis honore Eccleſia celebravit; Civitas vero ipſum cum Sancto Proculo præcipuum ſibi apud Deum Patronum aſcivit, quomodo S. Zenobium Florentia, S. Geminianum Mutina; multæque aliæ Civitates ſuos tum optime de ſe meritos Epiſcopos, adoptarunt. Per eoſdem dies (45) Epiſcopi Æmiliæ, Bononienſis, Mutinenſis, Regienſis, Parmenſis, & Placentinus, qui ad Synodos Mediolanenſes ire inſtituerant, Joanni Archiepiſcopo Ravennæ ordinandi ſubjecti ſunt, Valentiniano III. Imperatore id decus Urbi Ravennæ quærente, quam cum Placidia matre tum Imperii ſedem aſciverat.

MONITUM.

Alteram Sancti Petronii Vitam *Sigonius conſcripſit, quam ex probatis Auctoribus, & vetuſtis Monumentis ſe excerpſiſſe profeſſus eſt, & edita primò fuit in Opuſc. à Gabriele* Paleoto *S. R. E. Cardinali reſtituto, deinde eam Laurentius Surius in Vitis Sanctorum recudit ſub diem 4. Octobris. Hanc igitur hic addere libuit, tum ne quid hujus doctiſſimi Scriptoris licèt exiguum opus omitteretur, tum etiam ut Lectoribus morem gererem, qui uno obtutu utramque Sancti hujus Antiſtitis Vitam commodè poſſint perluſtrare. Addidi ad calcem Hymnos aliquot in laudem ipſius Sancti Petronii compoſitos, ac Miſſam ejuſdem propriam, utpote Corollarium ad epigraphem iſtius Vitæ à Sigonio conſcriptæ, atque hæc deſumpſi ex Vita ejuſdem S. Epiſcopi à Presbytero anonymo Italicè ſcripta, & luce donata Bononiæ anno 1721. Id eo potiſſimum fine peregi, ne quid prætermiſiſſe videar, quod redundare valeat ad laudem ac honorem Sancti Pontificis Patriæ meæ cariſſimæ celeberrimi Protectoris.* Argelatus.

VITA S. PETRONII
ab eodem Sigonio conſcripta.

Petronius Bononiæ Epiſcopus, patre natus eſt Petronio, Cive Conſtantinopolitano, viro clariſſimo, & homine literatum diſciplinis egregiè erudito. Nam cum is Præfecturam Prætorii geſſit, quæ dignitas apud Imperatores ampliſſima fuit, tum Librum de Epiſcopi Ordinatione conſcripſit, plenum doctrinæ, & chriſtianæ pietatis. Hic igitur ut græcè, & latinè doctus erat, ſic filium Petronium erudiendum, Chriſtianiſque moribus inprimis, atque optimarum artium doctrina inſtituendum curavit. Itaque Puer brevi in magna rerum cognitione progreſſus, in ſanctè vivendi inſtitutis ita profecit, ut frequenti civium ſermone ejus ſanctitas celebraretur. Spiritu enim Dei ductus, cùm rei omnis initium ab oratione fieri oportere intelligeret, nihil aggredi ſolebat, niſi primò Eccleſiam ingreſſus, ſanctioribus precibus rei agendæ auxilium à Deo imploraret, ad eum unum referens cogitationes, actiones, & ſtudia ſua.

Confirmata jam ætate, ardore quodam Chriſtianæ religionis vehementius inflammatus, Monachorum in primis amore flagravit, quorum eo tempore diſciplina erat in Ægypti ſolitudinibus quàm florentiſſima.

Quare etſi quæcumque illi piè, religioſèque agerent, ab aliis ipſe cognòrat, tamen cum ad inſtituti ſui rationem non ſatis eſſe putaret, ea auribus percepiſſe, oculis perluſtranda exiſtimavit, tum loca, tum cætera omnia, quæ ſtudioſe audierat. Itaque in Ægyptum vênit, ubi in intimam eremum penetrans, ſingulorum colloquio uti non deſtitit, quoad planè cognovit ſancta eorum vitæ inſtituta; inde domum reverſus, illam diſciplinam tam vehementer amavit, ut literarum monimentis tradiderit Monachorum vitas, quas religioſè conſcriptas, valdèque probatas, iidem Monachi amplexi ſunt, quaſi certas quaſdam regulas, in quibus maximè eluceret omnis optima Monaſtici inſtituti ſui ratio.

Omni igitur cura, & cogitatione vir religioſus defixus in ſanctiſſimis Chriſtianæ Fidei inſtitutis, quò magis indies contemplatione accenderetur, Ægypti ſolitudine jam peragrata, Hieroſolymam peregrinari ſtatuit. Ubi peractæ Redemptionis noſtræ impreſſa veſtigia Chriſtus reliquit verus Deus, & Homo. Itaque cùm ad eam Urbem vênit, totus meditationis ſtudio exardeſcens, Domini Sepulcrum inprimis, & reliqua illius ſacra rerum geſtarum monimenta, ac ſingula loca, quæ abſens intima animi pietate coluerat, præſens veneratus eſt ſanctè & religioſè. Cùmque omnia tandem perluſtraſſet, incredibili quodam mentis ardore, quo tamen magis ad contemplationem fixa in animo illa hærerent, ſingu-

(44) Quamquam non pari ſemper cultu, ac celebritate. Seculo quippe duodecimo tepuerat aliquantum populi fervor, cum anno 1147. de menſe Octobri in Baſilica S. Stephani reperta fuerunt plura SS. lipſana, atque inter ea S. Petronii Corpus. Tum læta Civitas omni celebritatis ac pompæ genere feſtos dies agere inſtituit. Verum, ut omnium, quæ mortales agimus, viciſſitudo eſt, refrixerat iterum pietatis fervor; cum noſtra ætate accenſus iterum, imo inflammatus zelo optimorum quorundam Civium; quare modo, ſi quando umquam alias, feſtum S. Petronii cognomento Patris Patriæ dubio quovis procul omninò decorandi, ſolemni ac frequentiſſimo totius Civitatis cultu celebratur.

(45) Accidit hoc an. 426. ſi fides antiquo documento, quod eſt ſuſpectum tamen Baronio ad an. 432. Verum quidquid de eo ſentiendum ſit, res aliunde conſtat. Nimirum Valentinianus ſtudio decorandæ Sedis Ravennatenſis exarſerat, Ea propter ut in Archiepiſcopalem erigeretur conatu omni contendit; & obtinuit à Romano Pontifice Cœleſtino. Sed obſtitit Mediolanenſis Præſul, ne plures Æmiliæ ſibi auferrentur Eccleſiæ. Pendente itaque lite Joannes Epiſcopus Ravennas hujus nominis primus, & Angeloptes, ſeu qui Angelum vidit, nuncupatus, eo quia dum ſacra faceret in Eccleſia S. Agnetis, ſæpe Angelum viderat, hic, inquam, Joannes Metropoliticum jus pacifice obtinere non potuit. S. Petri Chryſologi vero curæ ac labores vicerunt tandem conatus obſiſtentium, ex ſermone ejus 175., atque ab illius ætate Ravennatenſis Eccleſia Archiepiſcopale faſtigium tenuit. Rem omnem diligenter proſequutus eſt Jo. Paſtritius in explicatione Parcnæ myſticæ S. Petri Chryſologi. V. præſertim cap. 6. § 3. S. Petronio ſucceſſit S. Adrianus circa an. 449. Huic S. Marcellus circa an. 450. Alidoſ. Ughell. Bombac. ſed Adrianum non jure Epiſcopis adnumerant; fuit enim Eques, non Epiſcopus. V. Ghirard. p. p.

gulari etiam diligentia eorum ſitum, ac rationem notavit. Quamobrem meritò quidem Theodoſii minoris, qui tum imperabat, religioſiſſimi Principis gratiam, & amorem ſibi ita conciliavit, ut is ſanctitatis opinione, non minùs auctoritatis apud illum obtineret, quàm Pater obtinuiſſet rerum gerendarum induſtria.

Nam pietate ad Dei religionem attentiſſimi Viri, & prudentiâ cognitâ, Theodoſius ejus operâ uti voluit in rei graviſſimæ tractatione. Conabatur enim eo tempore Neſtorius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, divinarum literarum ſtudio intemperanter abuſus, ſanctiſſimam Catholicæ Fidei doctrinam violare perverſo dogmate: ei rei Pius Princeps Theodoſius maturè occurrendum arbitratus, univerſæ Eccleſiæ Paſtorem, & Gubernatorem Pontificem Romanum ſibi conſulendum exiſtimavit. Itaque Petronium virum ſibi probatiſſimum Romam Legatum miſit, qui rem cum Pontifice Cœleſtino diligenter ageret. Factum eſt autem Dei conſilio, ut à quo tempore is à Theodoſio miſſus Romam vênit, Legati quoque adeſſent, quos, mortuo Felice Bononiæ Epiſcopo, qui intimus S. Ambroſii Mediolani Epiſcopi ſodalis extiterat, Bononienſes Pontificem rogatum miſerant, ut in illius locum ſucceſſorem ſibi Epiſcopum ſubſtitueret.

Paulo autem ante, quàm ii Legati Romam adventaſſent, divina voluntate à Sancto Petro Apoſtolo in ſomnis Cœleſtinus Pontifex admonitus eſt, ut quando Felis Bononiæ Epiſcopus è vita hac migraſſet, Petronium, qui Legatus à Theodoſio Imperatore miſſus ad Urbem propediem adfuturus erat, Bononienſibus Epiſcopum præficeret; cùm neminem eſſe idem affirmaret, qui & Epiſcopatus munere religioſiùs perfungeretur, & Bononienſium deſiderium ſane juſtum expleret. Qua quidem re commotus Pontifex, cùm jam Petronius ſimul, & Bononienſes adeſſent, ac ſua utrique poſtulata expoſuiſſent, quæ per quietem acceperit eis oſtendit, atque Petronium idoneum Felicis ſucceſſorem ſe dara pronunciavit. De re autem Neſtoriana, quam ille Theodoſii nomine retulerat, collaudata primùm religioſi illius Principis pietate, privatim ei reſpondit, ſe, ne ea peſtifera hæreſis latiùs ſerperet, œcumenicam, ut moris eſſet, Synodum indicturum, quæ Synodus Epheſi prior ſequenti anno celebrata eſt, frequenti ducentorum Epiſcoporum conventu.

Divinæ igitur voluntatis ſignificatione declaratus à Pontifice Bononiæ Epiſcopus Petronius, ut is, qui cerneret, Epiſcopale onus grave eſſe, neque facilè ſuſtineri, niſi ſingulari quadam divinarum virtutum præſtantia, id primò recuſare contendit; at cognita conſtanti voluntate Pontificis, qui divinitus delatum ei munus planè repudiari nolebat, illius juſſui obtemperavit. Itaque datis, ut Pontifex juſſerat, ad Theodoſium literis de Synodo contra Neſtorium Epheſi convocanda, Bononiam Româ profectus eſt unà cum Legatis Bononienſibus. Ubi verò ad Urbem acceſſit, effuſa omnium ætatum, atque ordinum gratulantis Civitatis multitudine exceptus, Baſilicam Sancti Petri, quæ tum extra Urbem Sedes Epiſcopi erat, ingreſſus, Deo, ut ab incunte ætate inſtituti ſui erat, religioſis precibus gratias egit. Inde ad explendas optimi Paſtoris partes, & commoda Civitatis procuranda ſe contulit.

Quo autem tempore Bononiam vênit, ad Paſtoralem Eccleſiæ ſuæ Sedem, cùm hæreſis Arrianæ reliquiæ nondum prorsùs extinctæ erant, tum nefaria eorum impietate, ac Barbarorum ſimul, qui proximè in Italiam irruperant, immani feritate Eccleſiæ multæ everſæ, ac proſtratæ jacebant. His malis in primis, cùm is zelo Domus Dei accenſus, ſibi occurrendum exiſtimaret primùm doctrina, & ſanctæ Vitæ officiis Civitatem inſtruere, propoſitoque Sancti Ambroſii Mediolanenſis Epiſcopi exemplo, Fidem Catholicam, Arriana perfidia violatam, reſtituere ſummopere contendit. Deinde Templa Dei diſturbata, atque everſa refecit, & alia item nova, quò major ad Dei cultum in dies acceſſio fieret, ſummo Bononienſium ſtudio ædificavit. Quorum unum Bartholomæo Apoſtolo, alterum Marco Evangeliſtæ, tertium Fabiano, & Sebaſtiano Martyribus, quartum Martino, quintum Barbatiano Confeſſoribus, ſextum Agatæ, ſeptimum Luciæ Virginibus, & Martyribus conſecravit.

Quin etiam templa duo non longo inter ſe intervallo disjuncta, magnis rerum divinarum ſignificationibus dedicavit, unum Stephano Protomartyri, alterum Johanni Evangeliſtæ. In hoc, quod in monte, ex tumulo terræ de induſtria aggeſto, conſtruxit, religioſè effinxit montem Oliveti, ubi Chriſtus Dominus, poſtquam reſurrexit à mortuis, ſtans, diſcipulis videntibus, aſcendit in Cœlum. In illo, quod Sancto Stephano dicatom, cum Eccleſia Sanctorum Petri, & Pauli à Beato Ambroſio conſecrata conjunxit, diligenter expreſſit imaginem, & montis, ubi in Ara Crucis Dominus Sanguinem, pro generis humani ſalute effudit, & Sepulchri, in quo idem mortuus conditus eſt. Quæ verò inter hæc duo templa planities loco ſubmiſſiore intercedit, ejus ſitu celebrem illam, quæ Joſaphat vocatur, Vallem repræſentavit.

Ut autem ſolicitus Paſtor gregis ſui mentes vehementiùs etiam excitaret ad ardentem Dei caritatem, propoſitis, quas colerent, ſacris Imaginibus ad ſimilitudinem eorum locorum, quæ ipſe jam præſens Hieroſolymis veneratus erat, in Eccleſia Sancti Stephani, hæc ſanctè exprimenda, atque effingenda curavit: Columnam, ad quam Chriſtus Dominus flagellis eſt verberatus: Crucem, cui eſt affixus, Triclinium, in quo idem cum Diſcipulis diſcubuit: Locum item, quo Petrus Apoſtolorum Princeps, poſtquam ſe Chriſti Diſcipulum eſſe negavit, peccati ſui pœnitens ſeceſſit: & Cubiculum præterea, in quo Gabriel Angelus, de Cœlo miſſus, Deiparam Virginem ſalutavit. Quæ omnia ſanctiſſimæ religionis monimenta adhuc magna Bononienſis Populi pietate coluntur, auguſtioremque reddunt ipſam Sancti Stephani Eccleſiam, quam ille Hieroſolymæ nomine appellavit, eamque ob cauſam vicus nunc etiam eidem Eccleſiæ conjunctus, Hieruſalem nominatur.

Dum autem Eccleſia ipſa conſtruitur, mirificè operis in Dei nomine edendi, occaſio eſt oblata. Nam faber quidam non tam viribus

ribus corporis, quàm ingenio fretus, obnixè columnam marmoream, operis, & inſtrumentis adjuvantibus, erigebat: ſed funibus, quibus columna tollebatur, effractis, ille repentina columnæ ruina oppreſſus interiit. Ea re audita, Beatus Petronius accurrit, orationeque ad Deum habita, fabrum, qui mortuus jacebat, ad vitam divinitus revocavit, omnibus, qui aderant, cum rei admirabilis ſpectaculo obſtupeſcentibus, tum Petronii Epiſcopi ſanctitatem certatim inter ſe collaudantibus.

Quin etiam rogatu Sanctæ Julianæ Viduæ, Eccleſiam Sanctis Vitali, & Agricolæ conſecravit, quam exædificandam eo loco pecuniâ ſuâ curarat, ubi illi Martyres excruciati fuerant. Ne verò quid offitii, quod à ſe proficiſci poſſet, erga Populum Bononienſem prætermitteret, Theodoſii Imperatoris, cui cariſſimus erat, & Civium Bononienſium, quos unice in Christo diligebat, auxilio uſus, Urbis ambitum auxit; his igitur operibus perfectis, Beatus Petronius Epiſcopus Conſtantinopolim reverſus, pro ea, qua multum apud Theodoſium valebat, auctoritate, ſacras multas ex ea Urbe, aliiſque locis Reliquias transferendi facultatem impetravit. Quibus Reliquiis mox demum inde regreſſus, cum alia Dei templa à ſe constructa, tum in primis ipſam Sancti Stephani Eccleſiam, ac ſacella ad Cruces quatuor, quas idem erexerat, collocata religioſè, pièque ornavit.

Cùm ergò, quod ex literarum, ſanctæque vitæ ſtudiis, jam adoleſcens Petronius prudenter, ac piè conceperat, id Epiſcopus, tanquam populi ſui Parens, & Magiſter exemplo vitæ, pietatiſque operibus, atque omni paſturalis ſolicitudinis offitio, comprobaſſet, Eccleſia Bononienſi aliquot annos adminiſtrata, mirificè profuit, & Civitatis pietati, & Urbis ornamento. Demum cùm in morbum incidiſſet, quo in dies ingraveſcente, obitus ſui tempus inſtare ſentiret, Clericos ad ſe ſuos vocavit, eiſque Eccleſiam, ac Fidem Orthodoxam, quàm graviſſima potuit oratione commendavit. Paulo poſt cùm omnia Sacramenta religiosè percepiſſet, Deum ſanctè precatus, Theodoſio, & Valentiniano, Imperatoribus, migravit ad cœlum, qui multis etiam poſt obitum miraculis clarus, ut præcipua à Bononienſibus coleretur religione, prometuit. Ejus Corpus in Eccleſia Sancti Stephani ſepultum eſt, quod multis poſt ſeculis, divino conſilio, civitati ignotum, Innocentio ſecundo Pontifice, inventum eſt, dum ſacras Reliquias Henricus Epiſcopus recenſeret, quas in ea Eccleſia extare, à majoribus traditum erat. Itaque invento Beati Epiſcopi Petronii corpore, ſancitum eſt, ut quo die illius obitus, eodem coleretur inventio, biennii indulgentiâ in octo ſequentes dies conceſſâ. Quam ob cauſam Canonicarum horarum Offitium, jamindè ab eo tempore in ejus honorem ſanctè inſtitutum, illis octo diebus, piè, religioſèque perpetuò celebrat Eccleſia Bononienſis.

HYMNUS AD MATUTINUM.

AUdi, Redemptor optime,
Tibi preces, quas fundimus,
Et quas tuo PETRONIO
Laudes canentes dicimus.
A Neſtoriana Nuncius
Ab uſque Thraeum litore
De Peſte miſſus, tu Chriſti
Vicem gerentem conſulis.
Edoctus ille ſomniis
Nil cogitantem te Gregi,
Noſtris rogatus Patribus,
Bononienſi præficit.
Relicta rollis protinus
Sectæ Arianæ ſemina,
Cujus profano diruta
Furore Templa conſtruis.
Sopita morte Corpora
Virtute Chriſti ſuſcitans,
In ſepta cujus aurea
B Oves reducis devias.
Te noſtra ſupplex Civitas
Colit, rogatque, luminum
A Patre nobis impetres
Remiſſionem criminum.

DE HYMNO AD LAUDES.

ROgamus inde te, Pater,
In veſte pura ſupplices,
Tuo dicatam nomini
Ædem benignus aſpice.
Tu ſacra, tu noſtras preces
Tu vota præſens accipe,
Peſtem, famemque, & prœlia
C Noſtris repelle finibus.
Tu Civitatem candidæ
Innecte pacis vinculo,
Sancto fruens ut ocio
Se tota Chriſto dedicet.
Sit Trinitati gloria,
Deo Patri, atque Filio,
Cum Spiritu Paraclito
In ſæculorum ſæcula. Amen.

Antiphona.

Qui magna fecit in omni terra, ſuſcepit Beatum Petronium Sacerdotem magnum, & beatificavit illum in gloria.

℣. Ora pro nobis, Beate Petroni.

℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

D *Oremus.*

EXultet, Domine, Populus tuus in Sancti PETRONII Confeſſoris tui, atque Pontificis commemoratione, ut, cujus votivo lætatur officio, relevetur auxilio. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

HYMNUS AD VESPERAS.

UT via Cœlum facili teneres,
Sancte Petroni, procul à paternis
Sedibus, Nili peragrata curſu
Antra petiſti.
Alloqui Sanctos tibi cura Patres,
Corpus & victu tenui domare,
E Et ſacris almæ documenta Vitæ
Tradere chartis.
Impulit magnæ pietatis ardor
Celſa te Chriſti juga preſſa plantis
Viſere, & Cœlum, puer unde lumen
Hauſit amatum.
Nec ſemel juvit tepidis rigare
Lachrymis Sanctum Domini Sepulchrū,
Quæque Divinum tetigere Corpus,
Saxa vereri.
Nunc tuas multo veneramur aras,
Thure ſolemnes, ferimuſque Cœlo,
Hic ubi Vita frueris beata
Carmine laudes.

Præ-

Præſulem quiſquis ſolio ſedebit
In tuo, lectos famulos, Patreſque
Supplices, per te, Deus, atque alumnam
Proſperet Urbem.
Hoc pius præſtet Pater, atque Natus,
Quique procedens ab utroque Sanctus
Spiritus, mira bonitate cunctum
Temperat Orbem. Amen.

Antiphona.

In ſanctitate, & juſtitia ſerviamus illi, qui dedit nobis tam pium Patrem, & ſollicitum Paſtorem non ſua, ſed, quæ Chriſti ſont, quærentem.

℣. Ora pro nobis &c.

℟. Ut digni &c.

Oremus.

Exultet Domine &c. ut *ſupra*.

M I S S A
IN SOLEMNITATE
SANCTI ANTISTITIS
PETRONII

Præcipui Civitatis Bononiæ Patroni.

INTROITUS.

STatuit ei Dominus teſtamentum pacis, & Principem fecit eum, ut ſit illi Sacerdotii dignitas in æternum.

PSALMUS.

MEmento, Domine, David, & omnis manſuetudinis ejus. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Quo finito repetitur Statuit, *uſque ad* P*ſalmum.*

OREMUS.

OMnipotens ſempiterne Deus, ſolemnitatem hujus diei propitius intuere, & Eccleſiam tuam interceſſione Beati PETRONII Confeſſoris tui, atque Pontificis, perpetua fac celebritate gaudere. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Lectio Libri Sapientiæ.

ECce Sacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo, & inventus eſt juſtus; & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio. Non eſt inventus ſimilis illi, qui conſervaret legem excelſi. Ideò jure jurando fecit illum Dominus creſcere in plebem ſuam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, & teſtamentum ſuum confirmavit ſuper caput ejus. Agnovit eum in benedictionibus ſuis; conſervavit illi miſericordiam ſuam, & invenit gratiam coram oculis Domini. Magnificavit eum in conſpecto Regum: & dedit illi coronam gloriæ. Statuit illi teſtamentum æternum, & dedit illi Sacerdotium magnum: & beatificavit illum in gloria. Fungi Sacerdotio, & habere laudem in nomine ipſius: & offerre illi incenſum dignum, in odorem ſuavitatis. Deo gratias.

GRADUALE.

Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo.

℣. Non eſt inventus ſimilis illi, qui conſervaret legem excelſi. Alleluja, Alleluja.

℟. Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Alleluja.

Sequentia Sancti Evangelii ſecundum Joannem.

IN illo tempore: Dixit Jeſus Phariſæis: Ego ſum Paſtor bonus. Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis. Mercenarius autem, & qui non eſt Paſtor, cujus non ſunt oves propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit; & lupus rapit, & diſpergit oves. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ovibus. Ego ſum Paſtor bonus, & cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ. Sicut novit me Pater, & ego agnoſco Patrem: & animam meam pono pro ovibus meis. Et alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient; & fiet unum ovile, & unus Paſtor.

Dicitur Credo, *& per totam Octavam.*

OFFERTORIUM.

INveni David ſervum meum, oleo Sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

SECRETA.

HUjus, Domine, ſacrificii munus tuam petimus manu contingi: quod Beati PETRONII Confeſſoris tui, atque Pontificis feſtivitate offerimus exultantes. Per Dominum &c.

COMMUNIO.

BEatus ſervus, quem, cùm venerit Dominus, invenerit vigilantem: amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

POSTCOMMUNIO.

BEati Confeſſoris tui, atque Pontificis PETRONII, Domine, gaudia votiva celebrantes: da, quæſumus, ut, per hæc ſancta, quæ ſumpſimus, miſericordiæ tuæ auribus ipſe commender. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, &c.

S. PATERNIANUS.

INde Sanctus Paternianus excepiſſe Sanctum Petronium dicitur, ſuffragiis, ut arbitror, Cleri, Populique delectus; ſiquidem Sanctus Leo, qui tum Pontificatum geſſit, epiſtola octogeſima ſecunda ſic ſtatuit: *Cum de ſummi Sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur, quem Cleri, plebiſque conſenſus concorditer poſtulaverint, ita ut ſi in aliam ſorte perſonam partium ſe vota diviſerint, Metropolitani judicio is alteri præferatur, qui majoribus & ſtudiis juvatur, & meritis: tantum ut nullus invitis, & non petentibus ordinetur, ne Civitas ipſum non optatum aut contemnat, aut oderit, & fiat minus religioſa, quàm convenit, cui non licuerit habere, quem voluit.* Hoc ſedente (46) ſuſpicari licet, Monaſterium Sancti Michèlis

(46) Recte. Nam eo ſeculo, ſi ullo alio umquam, paſſim & ubique Monaſteria ædificabantur. Claudius Rutilius Numantianus religione gentilis Monachorum multitudinem inſectatur. Itiner. præcipue a v. 439, ubi Capraria Inſula ab eo dicitur: *Lucifugis Inſula plena viris*. V. D. Aug. eo tempore ſcribent. de motib. Eccl. lib. p. cap. 31.

chaëlis (47) in fando pateroo fuiſſe ædificatum, cum fuerit antiquiſſimam. Hæc Monaſteria cum in dies magis in Diœceſibus cteſcerent, neque certas leges, (48) qui-
453 bus regerentur, haberent, anno quadringenteſimo quinquageſimo tertio (49) Concilio Arelatenſi tertio ſanctum eſt, ut ad eum Epiſcopum pertinerent, in cujus conſtituta territorio eſſent. Per eoſdem dies inſignia aliquot ad ſepulchrum Sanctorum Vitalis, & Agricolæ miracula edita ſunt, à Sancto Gregorio Turonenſi libro de Gloria Martyrum conſignata, quæ hoc loco inſerenda putavimus, ut populus Bononienſis addiſcat, quantum, & quàm antiquum apud ſe theſaurum Sanctitatis contineat. *Agricola*, inquit, *& Vitalis apud Bononiam Italiæ Urbem pro Chriſti nomine crucifixi ſunt, quorum ſepulchra, ut per relationem fidelium cognovimus, quia nondum ad nos hiſtoria paſſionis advenit, ſuper terram ſunt collocata. Quæ cum à multis, ut fit, vel tangerentur manu, vel ore oſcularentur, admonitus æditus Templi ut immundi ab iis arcerentur, quidam audax, & facinoroſus operiorium tumuli removet, ut ſcilicet aliquid de ſacris auferret cineribus, miſſoque introrſum capite, oppreſſus ab eo, vix ob aliis liberatus confuſus abſceſſit, nec accipere meruit, quod temerario auſu præſumpſit, ſed cum majori deinceps reverentia Sanctorum adivit ſepulchra. Alius quoque tributa publica deferens ſacculum pecuniæ, dum iter ageret, negligenter omiſit; appropinquans autem Civitati, recognoſcit ſe amiſiſſe publicum, quod ferebat; tunc proſtratus coram ſepulchris Beatorum cum lacrymis deprecatur, ut perditum eorum virtute reciperet, ne ipſe, conjuxque, ac liberi ob id captivati ſubigerentur, egreſſus autem foras in atrium, virum, qui hanc pecuniam in via jacentem repererat, nactus eſt, ſcrutatuſque diligenter, illius horæ tempore hunc ſacculum inveniſſe ſe dixit, quo iſte Martyrum auxilium flagitavit.* His rebus S. Paternianus claro Epiſcopatu adminiſtrato mortuus ſepulturam in Æde S. Felicis accepit, Sanctitate ſua meritus, ut diem ejus quotannis IV. Idus Julias Eccleſia celebrarit.

S. TERTULLIANUS. (50)

470 INde circa annum, ut exiſtimatur, quadringenteſimum ſeptuageſimum S. Tertullianus eſt ſubrogatus. Hic Monaſterium vetuſtiſſimum Sanctæ Helenæ, aut conſtruxiſſe, aut conſtructum probaviſſe putatur, in pago, qui nunc Sancerni nomine inſi-
477 gnitur. Idem anno quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo (ſic enim ratio temporum poſtulare videtur) Namatio Arvernorum Epiſcopo SS. Vitalis, & Agricolæ Reliquias ea tempeſtate virtutum magnitudine celebratas ad novam ſuam illuſtrandam Baſilicam depoſcenti conceſſit, eaſque Namatius per Sacerdotes ad id miſſos, Arvernos eximio cum honore non ſine magna occurrentium populorum admiratione traduxit. Quam rem item S. Gregorius hiſtoriarum libro ſecundo, & libro de Gloria Martyrum prodidit. *Sanctorum Vitalis, & Agricolæ*, inquit, *Reliquias Namatius Arvernorum Epiſcopus devote expetiit, ut ſcilicet eas in Eccleſia, quam ipſe conſtruxerat, collocaret; direxitque unum illuc Presbyterum, qui abiens cum Dei gratia, quæ petierat, detulit, regreſſuſque cum ſociis, in quinta ab Arverna Urbe milliario revertentes metatum accipiunt, & ad Epiſcopum miſſos dirigunt, ut eis quid agant, jubeat ordinare. Mane autem facto, Sacerdos admonitis Civibus cum Crucibus, & cereis ad occurſum Sanctarum Reliquiarum devotiſſimus properat. Cumque ei Presbyter offerret, ut Beatas Reliquias adſpiceret, ſi luberet: & ille mihi, inquit, magis eſt hæc credere, quàm videre; ſic enim in ſcripturis legimus Sanctis, quia ipſe Dominus eos Beatos judicat, qui eum cum non viderint crediderint. Hac itaque Sacerdotis fide pollente, Dominus Sanctos ſuos glorificat in virtute. Nam venientibus illis ſubito contenebratum eſt Cœlum, & ecce imber umbroſus, atque teterrimus ſuper eos deſcendit, & tanta pluvia ibidem eſt diffuſa, ut flumina per vias illas currere cernerentur. Verumtamen circa ſancta pignora per unum valde jugerum, neque una gutta viſa eſt cecidiſſe, & abeuntibus illis, pluvia eos à longe quaſi præbens obſequium ſequebatur populum fovens, geſtatores autem pignorum non attingens. Hæc videns Pontifex magnificavit Dominum, qui fidei ſuæ ſic favens talia ad Sanctorum gloriam operari dignatus eſt. Congregatis vero Civibus cum magno gaudio, atque devotione Sanctam Eccleſiam his illuſtratam pignoribus dedicavit.* Idem etiam cum ceteris Æmiliæ Epiſcopis reſtitiſſe Joanni (51) Ravennati Archiepiſcopo creditur, qui Gregorium quendam invitum Epiſcopum Mutinenſem legibus adverſantibus ordinaverat. Quam rem ut Simplicius Pontifex comperit, juſta ira incenſus non modo improbavit, ſed etiam ſcriptis ad eum literis ſic poſt multa denunciavit: *Quod ſi poſthac tale aliquid præſumpſeris, & aliquem talem, ſeu Epiſcopum, vel Presbyterum, vel Diaconum invitum facere poſſe credideris, ordinationes tibi Ravennatis Eccleſiæ, vel Æmilienſis noveris auferendas.* Humatus eſt in Æde Sancti Felicis, Eccleſia feſtum diem ejus V. Kal. Majas agente. Hoc ſedente anno quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto ODOACER Rex Herulorum in Italiam armatus ingreſſus, Momyllo (52) Imperatore Occidentis abdicare coacto, Regnum Italiæ non ſine magna Eccleſiarum perturbatione invaſit.

S. JO-

(47) De quo Greg. VII. infra citatus.
(48) *Erant enim formulæ ſeu privatæ inſtructiones particulares ex tempore, aut data occaſione*. Luc. Holſten. præf. ad Codic. Regul. Vid. tum Regulas ipſas; tum Noriſ. Hiſt. Pel. l. 2. cap. 3.
(49) An. 455. Labb. aliique.
(50) Ante Tertullianum S. Joachim circa an. 455. Alidoſius ex ſupplici libello Monachorum SS. Naboris & Felicis ad Urbis proceres anno 1304., ut ſolemni ritu celebrarentur Feſta SS. Marcelli, Adriani, & Joachim Epiſcoporum.
(51) Joanni hujus nominis II., qui ab an. 450. ad uſque 491. ſedit. Ex literis autem Simplicii cognoſcimus, Eccleſias ſubditas tunc Archiepiſcopo Ravennati.
(52) Alias Augustulo. Poſtremus iſte Imperatorum Occidentis, ut Odoacer Regum Italiæ primus hoc ipſo an. 476.

S. JOCUNDUS. (53)

485 S. Jocundus inde iniiſſe putatur circa an-
num quadringenteſimum octogeſimum
quintum, cujus tempore conjicere poſſu-
mus Monaſterium Sancti Barbatiani, qui
paullo ante cum Placidia Auguſta Raven-
næ ſanctitate claruerat, eſſe conſtructum.
Situs eſt in Æde Sancti Felicis, memoria
ejus inſtauratur XVIII. Kal. Decemb. Eo-
dem ſedente Theodoricus Rex Gottborum
493 anno quadringenteſimo nonageſimo tertio,
victo Odoacre (54) Rege, Regnum Ita-
liæ occupavit; verum, licet Arrianus, ſeſe
erga Eccleſias mitiſſime geſſit. (55)

LAURENTIUS.

500 LAurentius inde ante annum quingente-
ſimum, Epiſcopatum adeptus eſt. Hu-
jus unum tantum monumentum, ſed locu
pletiſſimum, reperitur, quod anno quin-
501 genteſimo primo duabus Synodis (56) Ro-
manis à Symmacho Pontifice habitis unà
cum Petro Ravennate Archiepiſcopo affuit
contra Laurentium, qui ſibi temere digni-
tatem Pontificiam aſciſcebat. Hoc Eccle-
528 ſiam obtinente anno quingenteſimo viceſimo
octavo S. Benedictus nobiliſſimum Caſini in
Campania Monaſterium excitavit, atque
ibi Monachos Occidentales legibus vitæ ſe-
verioribus obligavit.

S. THEODORUS.

530 POſt hunc S. Theodorus circa annum
quingenteſimum triceſimum, Eccleſiam
creditur tenuiſſe, Athalarico pacate Re-
gnum Italiæ poſſidente. Huic Agapetus (57)
Pontifex omnia ſupra commemorata Mo
naſteria, Abbates, Monachos, Presbyte-
ros, Diaconos, & Clericos in Diœceſi Bo
noniæ ſitos ſubjecit, nempe Monaſterium
SS. Vitalis, & Agricolæ in Arena, S. Pro-
culi, SS. Felicis, & Naboris, SS. Gerva-
ſii, & Protaſii, S. Stephani in Hierusalem, S. Joannis in Monte Oliveti, Sanctæ Mariæ in Monte Palenſe, S. Michaëlis in fundo Paterno, Sanctæ Helenæ, & S. Barbatiani. Incidit inde graviſſimum bellum, quod Juſtinianus Imperator Orientis Gothis per ducem Beliſarium intulit, quo bello ipſa cum Eccleſiis prope eſt deleta Italia. Eo tempore Totila Rege Arriano furente, Proculus Syrus Epiſcopus Interamnæ Bononiæ paſſus eſt. Res ex vetere hiſtoria repetita à Sancto Antonino refertur, ſed ita ut Totilam, non tanquam Hæreticum, ſed tanquam Gentilem, & plane à Chriſto averſum agnoſcere videatur, ſic enim inquit: *Proculus de Syria veniens Valentino Epiſcopo Interamnati ſucceſſit. Interim qui præſidebant Spoleti viri infideles, ægre ferentes Chriſti fidem dilatari, ſtatuerunt, ut Proculus cum ſuis caperetur, ſed Dominus apparuit in viſu Proculo admonens, ut inde recederet cum ſuis, quia capiendi eſſent, & pergeret Bononiam ad evangelizandum ibi Regnum Dei, quod & fecerunt inde recedentes. Bononiam profectus in domo cujuſdam Civis Theodori nomine hoſpitatus eſt, cujus unicum filium habentem manum aridam plene ſanavit, propter quod cum tota domo ejus baptizatus eſt. Totila Rex Gothorum, ut audivit, quòd per B. Proculum idolorum dimitteretur cultura, ac Chriſti creſceret nomen, quaſi leo ſæviens Bononiam veniens fecit Proculum perquiri, & vinctum ad ſe perduci, & demum mandavit eum decollari die Kal. Januarii. Accedentes viri timorati, quos ipſe baptizaverat, tulerunt corpus ejus, & extra Civitatem deferentes, cum aromatibus ſepelierunt. Sepulto Proculo, puer mortuus juxta eum poſitus eſt, moxque membra Sancti mortua ubi attacta ſunt à pueri cadavere reſuſcitatus eſt. Corpus vero poſtmodum inventum cum capite junctum nulla læſionis ſigna habens.* Corpus ejus (58) in Æde S. Proculi Bono-

(53) Jucundus aliis, & modo in Kalendariis paſſim, ut & antiquis Codicibus ſcribitur per u. An rectius? ſed u & *o* promiſcue antiqui utebantur, V. Voſs. Etymologic. Verb. Jucundus. Malebat Bembus, Jocundus ſcribi, cenſens deductum à Joco; et fortaſſis adhæſit noſter.

(54) Indigno victoriæ genere; Odoacrem enim ad epulas invitatum proditorie occidi juſſit Procop. de bello Got. l. 1. at proditionem Caſſiodorus in gratiam Theodorici, cui erat ab Epiſtolis, & Jornandes in gratiam ſuæ gentis, ſilentio prætererunt; quin hic cauſſam etiam quamdam prætendit; *deinde* inquiens, *ac ſi* ſuſpectum Ravennæ in palatio jugulans, Regnum gentis ſuæ & Romani Populi principatum prudenter & pacifice per triginta continuit annos: L. 1. de Regnor. ſucceſs.

(55) S. Jocundo ſucceſſit Julianus circa an. 493. Alid. Ughell.

(56) Hoc loco Ughellus (Tom. 2. col. 11.) Gerardum ponit: expungitque Laurentium: *fallitur enim* (inquit) *Sigonius. Nam cum reperiſſet ſcriptum Laurentius Bobienſis Epiſcopus, ſuſpicatus in eam ſcripturam irrepſiſſe mendum, pro Bobienſis Bononienſis repoſuit. At hic Laurentius Sarſinæ Epiſcopus fuit, quæ per id tempus ac deinceps per multos annos etiam Bobium eſt appellata; hodieque Sarſinæ Epiſcopus Comitis Bobienſis titulo inſignitur. Eodem errore tenetur Baronius &c.* Ego in diverſis exemplaribus diverſas lectiones vidi. Quæ edidit Surius Coloniæ impreſſa habent tum pag. 331., tum pag. 336. *Bojanenſis*. Quare cum potiſſimum fundamentum aſſerendi Laurentium Bononiæ Epiſcopum ſint acta Synodorum, & hæc variam habeant lectionem, arbitror adhærendum Ughello harum rerum peritiſſimo, & qui forte emendatiora exemplaria vidit.

(57) Ex Privilegio Greg. VII. inf. memorando.

(58) In facie Arcæ, in qua S. Martyris oſſa recondita ſunt, hæc leguntur:

✠ *MCCCLXXXX. die XVII. Februarii fuerunt poſita in iſta Arca Corpora Beatiſſimorum Proculi Epiſcopi, & Martyris, & Proculi Militis & Martyris de Bononia, quæ latuerunt in iſto loco circa quingentos annos, & in iſto monumento fuerunt reperta tempore Reverendi Patris Domini Fratris Joannis Abbatis dicti Monaſterii ſic per eum collocata, ut videtur.*

fertur paſſus an. 546. prima die Decembris; alius videtur hic Proculus ab eo item Interamnenſi, cujus Corpus repertum illic anno 1605., qui numquam forte fuit Epiſcopus. Sed de noſtro agentes; Arca tranſlata fuit præcedenti ſæculo in locum decentiorem; de qua tranſlatione late Comes Valerius de Zanis apud Bollandianos Continuatores ad diem primum Junii. Quibus ſi fides, inſerendus hic S. Proculus, aſſumptus ex ipſo Bononienſis Cleri Corpore circa an. 540. Cadaver humatum prope Palatium olim de Ruinis, nunc de Ranuciis; & poſt varias tandem tranſmigrationes ad Eccleſiam S. Proculi delatum: quæ, ſi admittantur, poſt Theodorum ponendus Proculus. Tum Luſo circa an. 550., & qui notatur litera N . . . Theodorus II. Alid. Ughell.

Bononienſis conditum eſt, atque eodem,
quo illius, die memoria, nempe Kal. Junii
celebratur, Interamnæ vero Kal. Decem-
bris. Demum JUSTINIANUS Imperator
victis vario certamine Gothis, per Narſetem
Italiam occupavit, ac per eum adminiſtrare
inſtituit. S. Theodorus ſepultus eſt in Æde
S. Felicis. Honos ei annuus inſtauratur V.
Nonas Maji.

N......

NInde Epiſcopo Pelagius Pontifex pro-
ximum Agapeti Pontificis privile-
556 gium poſt annum quingenteſimum quinqua
geſimum ſextum de ſubjectis Monaſteriis
renovavit. Eo ſedente nova Italiam invaſit
568 peſtis. Quippe anno quingenteſimo ſexage-
ſimo octavo LONGOBARDI ex Pannonia
in Italiam irruperunt, & citeriorem ejus
partem Juſtino Imperatori eripuerunt. Bo-
nonia tamen cum Flaminia in ditione Im-
peratoris remanſit, (59) quæ ab Exarcho
ejus adminiſtrata, Exarchatus nomen inve-
nit. Longobardi ab initio Gentilitatis erro-
re imbuti, deinde Arrianiſmi labe infecti
ſingulis in oppidis ferme binos Epiſcopos,
unum Catholicum, Arrianum alterum ha-
buerunt. Quo morbo (60) etſi Bononia ca-
ruit, nunquam tamen ab eorum armis ocium
habuit, quibus Exarchatus infeſtus aſſidue
fuit.

N...... (61)

AT vero N. ſedente S. Gregorius Ma-
595 gnus Pontifex anno quingenteſimo no
nageſimo quinto Synodum in Laterano de
moribus Eccleſiæ habuit, cui cum Mari-
nianus Archiepiſcopus Ravennas affuerit,
etiam Bononienſis adeſſe Epiſcopus potuit.
Hoc item tempore Epiſcopi in provincia
Ravennate à Clero Populoque, ut pridem,
ex Pontificis auctoritate deligebantur. In-
dicat ipſe Gregorius ad Marinianum ſcri-
bens: *Viſum eſt nobis Ariminenſi Eccleſiæ de-
bere Epiſcopum ordinari. Eò datis ex more
Clerum, plebemque ejuſdem Eccleſiæ non deſti-
timus admonere, ut ad eligendum ſibi Antiſti-
tem concordi proviſione concurrant.* Quin etiam
cum Clerici in Eccleſiis Archiepiſcopo Ra-
vennati ſubjectis, in quibus tum erat quo-
que Bononienſis, Monaſteria à ſuperioribus
Pontificibus Agapeto, & Pelagio Epiſcopis
ipſis ſubjecta, occaſione regiminis, quaſi
poſſidere cœpiſſent, Gregorius ea de re
certior factus, anno quingenteſimo nonage- 597
ſimo ſeptimo ſic Mariniano eidem mandavit.
*Dudum (62) ad nos pervenit, Monaſteria in
Ravennæ partibus conſtituta omnino Clericorum
veſtrorum dominio prægravari, ita ut occaſio-
ne quaſi regiminis ea velut in proprietate poſ-
ſideant. Hortamur ergo, ut omni mora, &
excuſatione ſubmota, ita Monaſteria ipſa ab
ejuſmodi ſtudeatis gravamine ſublevare, ut
nullam deinceps Clerici habeant, niſi orandi
tantummodo cauſſa accedendi licentiam, aut ſi
forte ad peragenda ſacra Miſſarum fuerint in-
vitati myſteria.*

N...... (63)

JAm vero N. Epiſcopus poſt annum ſex- 616
centeſimum ſextum decimum, Monaſte-
rium S. Columbani conſtruxit; neque
enim ante licuit, cum S. Columbanus anno
ſexcenteſimo ſexto decimo (64) mortem
obierit; hoc autem Monaſterium in privile-
giis ſequentium Pontificum nominatur. Ne-
que vero quidquam horum aſſeveranter af-
firmo, ut quorum nullum exactæ memoriæ
teſtimonium habeam; ſed tantum, quò me
conjectura ducat ad opinandum, oſtendo.
Sunt enim hæc tempora cœcis adeo tene-
bris vetuſtatis offuſa, ut lynceus plane ſit,
qui in tanta nocte lucis aliquid agnoſcere
poſſit. Hoc tempore (65) S. Iſidorus Epi-
ſcopus Hiſpalenſis per Æmiliam iter faciens
Bononiæ mortuus fertur; certe hodie quo-
que ſepulchrum ejus in Baſilica SS. Petri,
& Pauli poſt Altare majus oſtenditur, quæ
Capella SS. Petri, & Pauli vulgo dicitur.
(66)

LUMINOSUS.

INde Luminoſus Epiſcopus circa annum
ſexcenteſimum quadrageſimum, Epiſco- 640
patum accepit. Is ſine dubio (67) anno ſex-
centeſimo quadrageſimo octavo interfuit cum 648
ce-

(59) Ad annum uſque 727. quo eam Luitprandus, ſeu, ut alii, Liutprandus Rex Longobardorum occupavit, quibus reſtiterat per annos ferme 150. Sigon. de Regn. Ital. lib. 3.

(60) Magnum profecto Divinæ pietatis erga nos argumentum: & ſi quid merito Civium tribuendum, magna illorum laus, qui commeruerunt, ne in tanta fidei, ut ita loquar, vaſtatione: Epiſcopus hæreſi infectus ipſis præeſſet.

(61) Eldurenſis circa an. 595. Alid. Ughell.

(62) Quibus forte permotus fuit S. Pontifex ad ſtatuendam Monachorum exemptionem an. 601.

(63) Petrus I.

(64) Alii anno 615.

(65) Diem ultimum obiit Sanctus Iſidorus an. 636. Siquidem teſte Redempto ejus diſcipulo, ex hac vita migravit d. 4. Aprilis Æra 674., nemo autem eruditorum neſcit, Æram Hiſpanicam præceſſiſſe vulgarē epocham annorum Chriſti annis 38. Pia Civium credulitas adhuc veneratur S. Epiſcopi Reliquias in Eccleſia SS. Petri & Pauli juncta Eccleſiæ S. Stephani, in ſepulchro marmoreo conditas; caput autem ejuſdem in ſacro cymelio aſſervatur. Atque ita, ut dixi, pia credulitas; reapſe autem ea lypſana ſacra quidem, & Iſidori fortaſſis, ſed alius ab Hiſpalenſi cenſenda: quippe eruditis, graviſſimiſque Auctoribus approbantibus, iſte Hiſpali deceſſit. V. Baron. Not. ad Martyrol. ad d. 4. April.

Recte autem conjecit, imo quantum per antiquitatem licet, oſtendit Conſtantinus Cajetanus ad Vitam S. Iſidori Hiſpalenſis, hunc, qui mortuus fertur Bononiæ per hæc tempora, fuiſſe S. Iſidorum in Sicilia Epiſcopum.

(66) Plures hoc loco recenſent Epiſcopos Alidoſius, aliique Auctores ſupra laudati, en ſeries.
Germanus circa an. 620.
Conſtantinus circa an. 629.
Julianus II. circa an. 630.
Deuſdedit circa an. 634.
Juſtinianus circa an. 638.
Luminoſus circa an. 640.

(67) Ita profecto: legitur enim ſubſcriptus. Sed hæc Synodus habita, S. Martino Summo Pontifice anno 649., menſe Octobris die 5. quo tempore erat inchoata Indictio VIII. atque hæc appellata generalis, & ab antiquis collectoribus *excellentiſſima* cum ob numerum P P; interfuere enim Epiſcopi 105., imo, ſecundum alios, etiam plures, tum ob cauſſæ gravitatem. Alia quidem
Sy-

ceteris Æmiliæ Epiſcopis Synodo Romanæ contra Monotheletas S. Martino Pontifice, qui ut unam naturam, ſic unam voluntatem, in Chriſto temere ſtatuebant: actum Eccleſiam vehementiſſime perturbabant.

VICTOR.

LUminoſum inde Epiſcopum Victor cir-
675 ca annum ſexcenteſimum ſeptuageſi-
mum quintum excepit, qui anno ſexcente
680 ſimo octogeſimo Concilio Lateranenſi contra eoſdem Monotheletas cum Theodoro Archiepiſcopo Ravennate interfuit, atque ei, Pontifice Agathone, ſubſcripſit.

N......

716 SUcceſſit inde N. circa annum ſeptingenteſimum ſextum decimum. Hic à Gregorio II. Pontifice poſt hunc annum confirmationem privilegiorum Pelagii, & Agapeti Pontificum de ſuperiorum Monaſteriorum ſubjectione obtinuit, atque anno ſe-
732 ptingenteſimo triceſimo ſecundo, Synodo ejus (68) Lateranenſi pro retinendo cultu ſacrarum Imaginum habitæ potuit inter nonaginta tres Epiſcopos unà cum Joanne Archiepiſcopo Ravennate adeſſe.

N.....

SEquutus eſt inde N. qui, Rachi Rege
744 Regnum anno ſeptingenteſimo quadrageſimo quarto adepto, Diœceſim cum Epiſcopo Mutinenſi hac ratione diviſit. Facta inter ſe ſponſione (69), ſinguli delecti utrinque juvenes ſunt, viribus corporis, ac pedum pernicitate æquales, quorum unus Bononia, alter Mutina eodem die, horaque profecti, curſum quam velociſſime intenderunt, atque ubi inter ſe obvii fuerunt, ibi communes terminos utriuſque Eccleſiæ poſuerunt. Hujus rei vetus monumentum extat in Actis Civitatis, neque eſt aliud illo vetuſtius. Anno ſeptingen-
teſimo quinquageſimo ſecundo Aiſtulfus Rex, 752
Catholicus ille quidem, ſed mira prolatandæ ditionis libidine inflammatus, Imperatori Exarchatum eripuit, quem deinde Pipinus Rex Francorum auxilio à Stephano Pontifice advocatus recepit, atque Romanæ Eccleſiæ tradidit. Eodem anno Anſelmus (70) Aiſtulfi ſororius, cis Scultemnam amnem in loco, qui jam tum Nonantula dicebatur, ampliſſimum Monaſterium condidit, atque Abbas conſtitutus ſacra eò S. Sylveſtri Pontificis oſſa Roma, ipſo permittente Stephano, deportavit.

PETRUS.

PEtrus inde circa annum ſeptingenteſi- 770
mum ſeptuageſimum accepit Epiſcopatum. Hoc ſedente rurſus reſpirare ab aſſiduis malis Eccleſiæ incœperunt. Siquidem CAROLUS MAGNUS Rex Francorum in Italiam ab Hadriano Pontifice adverſus Deſiderium Regem Romæ, ac toti ditioni Pontificiæ vehementius incumbentem accitus,
illo exacto, Regnum Italiæ anno ſeptingen- 774
teſſimo ſeptuageſimo quarto inivit. Eccleſiâ univerſâ in clientelam acceptâ, victoris more veteres Epiſcoporum conſuetudines, ac poſ-

Synodus coacta Romæ an. 438. adverſus Monothelitas, ſed Theodoro Pontifice.

Luminoſo è vivis erepto ſucceſſit Domninus circa an. 660. Hunc excepit Eliſeus ab Auctore notatus litera N.

(68) Non Gregorii II., qui extremum diem clauſit anno præcedenti die XI. vel, ut Martyr. Rom., XII. Februarii Indictione 14. (liber Pontifical.) eſt ergo Gregorius III.

Poſt hunc ſedit Gaudentius circa an. 729 Tum Clariſſimus notatus lit. N. an. 744 ſic Alidoſ. aliique. Verum opinor, Gaudentii loco ponendum Barbatum ex monumento mox referendo: namque hic Sedem tenuiſſe videtur tempore Liutprandi Regis, at hic regnavit ab anno 712. ad 744. Monumentum autem eſt hujuſmodi.

Humilibus vota ſuſcipe Domine D. Dominorum Liutprante Imperante Regibus & Domino Barbatu Epiſc. Sancto Eccl. Bononienſis. Hic JESUS ſua percepta obtulerunt unde uno vas impleatur in Cœnam Salvatoris & ſi quis Munac Minueri. DSRQ.

Sic legitur Gothicis characteribus, etſi antiquitate & injuria temporum valde eroſis exciſum circum extimam oram ſuperiorem prægrandis vaſis marmorei hemiſphærici poſiti in medio ejus Eccleſiæ S. Stephani, quam *Atrium* appellant. Refertur à pluribus Bononienſium rerum Scriptoribus, quos inter Co. Carolus Malvaſia Vir ingenii ſolertis, diligentiaque in rebus patriis exponendis valde clarus, (opere, cui Titul. Marmora Felſinea) illud exponit. Ughellus etiam idipſum affert T. 2. Ital. Sac. quibuſdam tamen varietatis. P. Antonius Caſalius Abbas Cœleſtinus, in libro Baſilica S. Stephani Italice, teſtatur, Gaſparem Bombacium nobilem noſtrarum rerum Scriptorem ſibi dubitanti ob minus rectam Latinæ linguæ rationem, an Monumentum cenſendum eſſet legitimum, & conſequenter, an Barbatus ille referendus eſſet inter Epiſcopos Bononienſes, ſibi inquam eum oſtendiſſe Codicem Conſtitutionum Eccleſiæ Bononienſis ſcriptum ab an. 1310 ad integrum Octobrem an. 1316. à Rugerio Cacia de Placentia Vicario Huberti Epiſcopi, in quo de hoc Barbato fit mentio. Quamquàm barbara &, ut ita loquar, Langobardica phraſis condonanda ſeculo illi plane Langobardico; ac potiſſimum cum per eos annos Bononia in poteſtatem Luitprandi venerit. Satis congruenter tamen inſcriptio mihi videtur exponi poſſe; at notæ digreſſionem hujuſmodi non admittunt. Illud addam, vas marmoreum everſum diu ſolo jacuiſſe; donec initio ſeculi ſextidecimi juſſu Joannis Cardinalis Medicæi tum S. Stephani Abbatis Commendatarii, ac non multo poſt ad Summum Pontificatum evecti nomine Leonis X., fulcro marmoreo impoſitum. Hac de cauſa inſignia Mediceæ gentis anaglyptico opere eodem fulcro cælata viſuntur.

At (quod propius ad rem ſpectat) ſeries Epiſcoporum hoc ordine, arbitror, texenda.

Victor I ad an. uſque 690.
Eliſeus ad 726.
Gaudentius ad 720.
Barbatus ad 740.
Clariſſimus notatus ab Auctore litera N..

(69) Ne id tamquam fabulam rideamus, vetant Civitatis acta. Porro rem perſimilem narrant antiquæ Hiſtoriæ de Philenis Fratribus. Valer. Max. l. 6 An ſuſpicabimur Epiſcopos dirimendæ controverſiæ rationem inde accepiſſe? An potius id medii elegiſſe Langobardorum in his regionibus per hæc tempora late dominantium inſtigatione, aut imitatione quadam? Certe hujuſmodi natio ad talia inuſitata remedia finiendarum litium propenſa erat. Ab ea ſeu ortum, ſeu incrementum traxerunt judicia armorum &c. quibus perſæpe cauſæ etiam negotiorum civilium ab iis definirentur, ab iis quoque uſus variorum generum purgationis vulgaris. *Tunc* (ſeculo 7. & 8.) *uſus purgationis vulgaris cœpit*. Aug. Nicolas Diſſert. en tortura ſit medium ſecurum ad probationem criminum occultorum.

(70) Giſeltrudæ Uxoris Aiſtulphi Frater, qui Monachi habitum anno præcedente induerat, & apud Fananum Montem Diœceſis Mutinenſis Monaſterium fundaverat.

Clariſſimo ſucceſſit Romanus circa ann. 758. tum Petrus II.

poſſeſſiones reſcriptis edendis confirmare inſtituit, ac, prout erat pietatis Catholicæ ſtudioſus, eiſdem petentibus nova jura (71) indulſit. Itaque inter ceteros ab Epiſcopo Bononienſi Petro rogatus Bononienſem Eccleſiam inſigni rerum ſuarum conceſſione donavit: inde anno ſeptingenteſimo octogeſimo eidem una cum Apollinari Epiſcopo Regienſi, Geminiano Mutinenſi, & Anſelmo primo Abbate Nonantulano cauſſam de quibuſdam Oratoriis Eccleſiæ Regienſi cognoſcendam commiſit.

780

N . . . . . . (72)

789 **N**Inde Epiſcopo ſedente anno ſeptingenteſimo octogeſimo nono, idem Aquis in conventu Epiſcoporum legum multarum Eccleſiæ ſalutarium auctor fuit, quarum tres ad ea, de quibus agimus, pertinentes hic intexere libuit. Unam de ratione legendi per Clerum, populumque Epiſcopi, alteram de vita Cleri canonicè traducenda, tertiam de Clericis, Monachiſque ab Epiſcopo gubernandis. Ac de creando quidem Epiſcopo ſic ſcripſit: *Sacrorum Canonum non ignari aſſenſum Ordini Eccleſiaſtico præbuimus, ut Epiſcopi per electionem Clericorum, & populum de propria Diœceſi, remota perſonarum, & munerum acceptione, ob vitæ meritum, & ſapientiæ donum eligantur*. De Clero ita: *Qui ad Clericatum accedunt, quod nos nominamus canonicam vitam, volumus, ut illi canonicè ſecundum ſuam regulam omnimodis vivant, & Epiſcopus eorum regat vitam, ſicut Abbas Monachorum*: & alibi: *Decrevimus, ut Canonici Clerici canonicè vivant, & nihil ſine licentia Epiſcopi ſui, vel Magiſtri eorum compoſitè agere præſumant, in uno quoque Epiſcopatu ut ſimul manducent, & dormiant, & ſingulis diebus mane ad lectionem veniant, & audiant quid eis imperetur; ad menſam vero ſimiliter lectionem audiant, & obedientiam ſecundum Canones ſuis Magiſtris exhibeant*. De Monachis ita: *Didicimus, nonnullos Epiſcopos in gubernandis Congregationibus ſibi ſubjectis, Canonicis videlicet, Monachis, & Sanctimonialibus, hactenus valde negligentes extitiſſe, quos & fraterno, & Synodali conventu admonendos eſſe duximus, ut ab hac negligentia deinceps ſe cohibeant*.

N . . . . . . (73)

NInde Epiſcopatum tenente, Carolum
814 anno octingenteſimo quarto decimo mortuum (74) Ludovicus filius cognomento Pius excepit, ac Regnum Italiæ adminiſtravit, idque deinceps (75) Lothario filio tradidit, quo cum filio Ludovico regnante Crux lapidea ad Plebem Butrii à Petro Presbytero cum his verbis eſt dedicata: *In N. Domini noſtri Jeſu Chriſti imp. Dn. N. Hludovico, & Hlotario ejus filio, an. Imperii eorum, Chriſto juvante, quartodecimo, & ſexto, die octavo menſ. Novemb. per Ind. ſexta Petr. Presb. fieri rogavi*. Hic autem numerus in ann. incidit Chriſti
octingenteſimum viceſimum octavum. (76) 828

N . . . . . .

INde N. Epiſcopus, Lothario, & Ludovico
adhuc regnantibus anno octingenteſimo 855
quinquageſimo quinto cum reliquis Lombardiæ Epiſcopis Synodum Ticinenſem, credo, iniit coram Ludovico Rege habitam de corruptis Eccleſiæ moribus emendandis. Ejus Synodi capita aliquot recitabo, quia ſuperiorem conſuetudinem Eccleſiarum, & Monaſteriorum attingunt, ac primum quidem de intermiſſo prædicationis Officio ſic Epiſcopi confitentur: *Doctrina, & prædicatio in populum partim Epiſcoporum, & reliquorum Sacerdotum, partim vero populi negligentia, non ſicut neceſſarium eſt, procuratur, & Sacerdotum quidem incuria nullatenus eſt excuſanda. Quidam vero laici, & maxime potentes, & nobiles, quos ſtudioſius ad prædicationem venire oportebat, juxta domos ſuas Baſilicas habent, in quibus divinum audientes Officium, ad Majores Eccleſias rarius venire conſueverunt*. Quod ipſum Bononienſi maxime conſuetudine comprobatur, ubi adhuc multi Tituli (77) ſunt, à Familiarum nomine appellati, quas fama eſt antiquitate præſtare. De Monaſteriis inde Monachorum, & Canonicorum ita pergunt: *De Monaſteriis Virorum, ſeu Fœminarum, quæ ſecundum Regulam S. Benedicti, vel ſecundum Canonicam Auctoritatem diſpoſita eſſe debent: quod jam maxima ex parte Ordinem ſuum amiſerint, omnibus eſt manifeſtum, quòd ad priſtinum ſtatum ſunt reducenda. Et quidem Monaſteria, quæ adhuc ſtatum ſuum retinent, ... Epiſcoporum, in cujus Parochia conſtituta ſunt, providere oportet, utrum Ordinem ſuum teneant. Quod ſi aliter invenerit, ... Rectore Monaſterii corrigere debebit*. De Decimis inde Eccleſiis perſolvendis hoc modo: *In ... Canonibus præfixum eſt, ut decimæ juxta Epiſcopi diſpoſitionem diſtribuantur, quidam autem laici ſuas Clericis pro ſuo libitu tribuunt*. (78)

JOANNES.

JOannes inde Epiſcopus circa annum
octingenteſimum ſexageſimum, Ludovico, 860
& Carolo Calvo Imperatoribus, Carolo-

(71) V. Auctorem ipſum de Regno Italiæ lib 4.
(72) Huic nomen Vitalis.
(73) Martinus I.
(74) Die 28. Jan. hora diei tertia æt. a. 72. regni 47.
(75) Anno 822.
(76) Imo in an. 827. Hic enim à menſe Januarii eſt 14. Ludovici, ac a menſe Auguſti ſextus Lotharii. Deinde, cum Indictiones incipiant menſe Septembri die 24., jam anno 828. menſe Novembri erit Indictio ſeptima: ſi ergo ſexta eſt Indictione dicata Crux, id factum fuiſſe dicendum an. 827.
Scio Eruditos (Mabillonium ante alios) demonſtraſſe, Indictionum exordium promiſcuè tum a Kalendis Septembribus, tum ab octavo Kalendas Octobres deductum. Verùm Indictiones ſignatas in lapide memorato oportet auſpicari a die 24 Septembris: quippe poſt *Carolum Magnum*, qui, ut notum eſt, deceſſit anno 814., conſuetudo incipiendi ab hac die Indictiones jam obtinuerat. Vide, quæ eruditi editores Operum Noriſianorum adnotarunt Tom. 4. pag. 83. edition. Veronen., ſeu eædem Indictiones Conſtantinianæ, ſeu alio nomine appellari debeant. Quamquam ſi a prima Septembris die earum initium ducas, nihil cauſæ noſtræ officies. Porrò hoc loco nequiquam intelligi poſſunt Indictiones Pontificiæ, ad quas Sigonium reſpexiſſe certiſſimè puto. Quamvis enim ſæculo nono in uſu eſſe cœperint; ne cenſeamus tamen ad eas Petrum Presbyterum attendiſſe, cogunt nos anni Imperii ſignati; nam ſexta Indictio Pontificia de menſe Novembri, nec quartodecimo anno Imperii *Ludovici* congruit, nec ſexto *Lotharii*.
Martinum excepit Chriſtophorus an 832.
Tum Theodorus III. notatus litera N...
(77) Habemus S. Mariam de Bulgaris: S. Andream de Anſaldis, alioſque quamplures.
(78) Hic tres Epiſcopi inferendi juxta laudatos ſæpe Auctores. Martinus II. an. 836.
Petrus III. an. 857.
Urſus an. 859. exinde
Joannes III.

lomanno Rege, & Carolo Craſſo Imperato- A
re regnantibus geſſit Eccleſiam. Hoc tem-
pore Joannes Archiepiſcopus Ravennas ſuf-
fraganeos Æmiliæ in primis inhumanè tra-
ctabat. Etenim ſecundo quoque anno Epi-
ſcopia eorum cum ferme quingentorum ho-
minum, equorumque numero perluſtrabat,
ac tamdiu in ſingulis moram trahebat, do-
nec omnis, quæ ad fructus Epiſcopi, ali-
mentum Clericorum, & pauperum, ſuſce-
ptionem peregrinorum, atque inſtaurratio-
nem Baſilicarum pertinerent, cum magna
illa multitudine conſumpſiſſet, neque ante
recedebat, quàm ab Epiſcopo ducenios ma-
nicoſos (79) ſibi, familiaribus vero ſuis
dona non modica exegiſſet: idem tres, aut B
quatuor equos perpetuo alendos, agros fo-
diendos, vineas paſtinandas quotannis ſuf-
fraganeis ſuis, tanquam prædiorum ſuorum
Procuratoribus, vel invitis attribuebat.
Plebes, Titulos, & Monaſteria ad Epiſco-
pium eorum pertinentia adminiſtrationi eo-
rum ſubtrahebat, & ſibi ipſi ſubjiciebat: ne-
ceſſitatem eis imponebat, ut Eccleſiis ſuis
deſertis more Presbyterorum ſingulis men-
ſibus Ravennæ miniſtrarent, & ſe decem
aut viginti diebus Ravennæ tenerent, per
quos nulli Clerico ſuo equo vehi per Ur-
bem injuſſu ipſius ſine magno diſcrimine
ſuo licebat, ac demum Epiſcopos ire Ro-
mam ad limina Apoſtolorum amplectenda, C
& Sedem Apoſtolicam viſitandam more præ-
deceſſorum ſuorum non permittebat. Qui-
bus rebus offenſi Epiſcopi rem ad Nicolaum
Pontificem detulerunt, qui anno octingen-
861 teſimo ſexageſimo primo Synodum in Late-
ranum advocavit, atque eò adeſſe ipſum Ar-
chiepiſcopum cum omnibus Æmilienſibus
Epiſcopis juſſit. Ibi factâ accuſandi copiâ
ipſi hæc præſenti Joanni ſingula objecerunt,
ac ſe teſtibus confirmaturos dixerunt. Qui-
bus Joannes ne uno quidem verbo auſus eſt
contradicere. Quamobrem cum ab univerſo
Concilio illa omnia contra leges facta eſſe
decretum eſſet, Pontifex ad Joannem con-
verſus dixit: *Epiſcopos per Æmiliam ne con-* D
ſecrato, niſi à Clero, populoque electos, & li-
teris ſuper ea re à Pontifice miſſis. Eoſdem
Epiſcopos, quotieſcunque ad Apoſtolicam Se-
dem venire voluerint, ne prohibeto, & nullam
ab iis pecuniam, niſi quæ legibus continetur,
872 *exigito*. Poſt annum inde octingenteſimum
ſeptuageſimum ſecundum Joann. VIII. Pon-
tifex Joanni Egilulſo Mantuano, Eicardo
Vicetino, & Viatori Ferrarienſi Epiſcopis
negotium dedit, ut de cauſſa quadam in-
ter Epiſcopos Veronenſem, & Tridenti-
num cognoſcerent. Eodem quoque ſe-

dente Synodus Ticinenſis, (80) & Ponti-
goncaſis eſt habita, in quibus ſanctum
eſt, *ut Epiſcopi proximum Eccleſiæ clauſtrum*
inſtituerent, in quo ipſi cum Clero regula-
riter Deo militarent, & ut decimæ collabo-
ratiomum, & animalium ſecundum ſacra præ-
cepta ſine fraude Eccleſiis offerrentur. Anno
octingenteſimo octogeſimo ſeptimo (81) Re- 887
gnum Italiæ à Francis, ſub quibus recreari
Eccleſiæ cœperant, ad Italicos, aut quos
Italici advocarunt, eſt translatum, qui per-
petuis ſeditionibus ocium Italiæ, atque Ec-
cleſiæ per multos annos ſolicitarunt.

N . . . . . . (82)

DEinde N. Epiſcopus à Formoſo Ponti-
fice poſt annum octingenteſimum no- 891
nageſimum primum, novum privilegium de
Monaſteriis, & Eccleſiis ſubjectis elicuit,
atque octingenteſimo nonageſimo octavo 898
(83) Synodo Joannis IX. Pontificis Raven-
næ habitæ, in qua Formoſi acta ſunt con-
firmata, interfuit. Eodem anno Berenga-
rius Rex Bononiæ cum eſſet, multa Eccle-
ſiis munera tradidit. Nongenteſimo tertio 903
inſignis Lombardiæ Eccleſiis, & præſertim
Bononienſi, calamitas accidit. Quippe Hun-
gari, gens illa ætate in Pannonia ferociſſi-
ma, per Forum Julium in Lombardiam
populabundi ſe intulerunt, ac cum alia loca
occurrentia devaſtarunt, tum in primis Mo-
naſteria omnia extra Urbes poſita incende-
runt, præcipue autem Nonantulæ S. Sylve-
ſtri, & Bononiæ S. Stephani cum adjuncta
Civitatis Baſilica concremarunt, atque ut
alias hujus Provinciæ Eccleſias, ſic etiam
Bononienſem graviſſimis incommodis affe-
cerunt, & ad ſummam inopiam redegerunt.
Itaque Leo V. tum Pontifex re audita, mi-
ſericordia percitus, ſtatim Clero Bononien-
ſi privilegium dedit, ut poſthac ab omni-
bus tributis, & vectigalibus pendendis eſ-
ſet immunis. (84)

JOANNES Ravennas.

HUic inde malo alterum pernicioſius eſt
adjunctum, nempe corrupta vetus ip-
ſius Eccleſiæ diſciplina; ſiquidem Reges
ereptis Clero Populoque comitiis ipſi, Epi-
ſcopos removere, ac pro libidine ſufficere
inſtituerant. (85) Qua re nihil excogitari
potuit fœdius. Hoc morbo cum aliæ Ec-
cleſiæ, tum etiam Bononienſis ipſa tentata
eſt. Etenim Joannes (86) Ravennas Diaco-
nus

E
(79) Legendum puto *Mancuſos*; Mancuſus, ſeu Man-
cuſa certum monetarum pondus idem ac
Marca, ſeu Semilibra Catholicon lauda-
tum a *Du Cange* in Gloſſar. Verb. Mancuſa.
Vetus Chronicon laudatum à Spelmanno;
Et ſciendum, quod Mancuſa, & Marca pro
eodem tunc temporis accipiebantur.

(80) An. 876. Quæ vero ad diſciplinam pertinent,
in aliis Conciliis decreta reperiuntur, potiſ-
ſimum in alio Ticinenſi an. 855., Indi-
ctione 3., (non 13. ut legitur in exemplaribus
Colonienſibus Surii) & Moguntino an. 888.

(81) V. ipſum Sigonium lib. 6. Regn. Ital. in fin.
Joanni ſucceſſit Severus an. 887.

(82) Mambertus, ſive, ut alii, Alambertus.

(83) Alii anno 904.

(84) Sedem Alamberti morte vacantem occupavit
Petrus IV. an. 910.

(85) *Hæc prima cauſſa ut in eadem Eccleſia eſſent ſi-*
mul plures Epiſcopi. Ellies Du-Pin.

(86) Baronius ad an. 912. inter Epiſcopos Bono-
nienſes eum numerat ex Luitprando.
Aliam vero Epiſcoporum ſeriem init P.
Papebrokius in Propilæo SS. Maji in Notis
ad Landonem PP. Nimirum cenſet, Joan-
nem in Pontificem electum curaſſe loco
ſui Bononienſi Eccleſiæ Petrum præficien-
dum. Quare qui ſequenti libro primus ſi-
gnatur nota N, ille eſt Petrus IV. Alido-
ſio, Ughellio, Maſinio; Joannes autem
Ravennas, quia ſtatim ac electus fuerit,
abdicaverit, e numero ac ſerie Bononien-
ſium Epiſcoporum expungitur.

909 nus anno nongenteſimo nono, Epiſcopo Bononienſi mortuo, Theodoræ Matronæ Romanæ favore eſt ſubſtitutus, ut Luitprandus Diaconus Ticinenſis ſcriptum reliquit, homo hujus ætatis æqualis. Verum ante- A quam conſecraretur, ad Archiepiſcopatum Ravennatem traductus eſt. Inde poſt quadriennium Pontifex Maximus Landoni ſubrogatus Joannis X. nomen edidit.

Explicit Liber Primus.

IN-

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

QUi Epiſcopi poſt acceptum Chriſti Evangelium Civitatem Bononiam obtinuerint, quibuſque Plebibus, Titulis, Baſilicis, Monaſteriis, ac Sacris Reliquiis Eccleſiam exornarint, quouſque Baſilica ab Hungaris hoſtili direptione fuit incenſa, ſuperiore libro retulimus, quoad in tanta rerum obſcuritate, ac temporum vetuſtate potuimus. Nunc quæ à refecta Baſilica uſque ad generalem Civitatis, atque Italiæ, quam dixere, devotionem, contigerint, quo tempore univerſa Eccleſia conſtituta, ac ſacris multis Religioſorum Ordinibus aucta eſt, exequemur, quæ ut multo nobis propiora, ſic multo etiam certiora, atque ad uſum præſentem accommodatiora fuerunt.

N...... (1)

910 IGitur N. Epiſcopo Eccleſiam poſt annum nongenteſimum decimum obtinente, Bononienſes, ut vetere ſe Baſilica multis ſanctis monumentis auguſta nudatos ab Hungaris conſpexerunt, quin ipſam pro viribus primo quoque tempore reſtituerent, haudquaquam ſibi dubitandum putarunt. Verum hoſtiles incurſiones ſi eam extra mœnia habere perſiſterent, metuentes, ſimulque dignitatis, ac commoditatis rationem ſibi habendam eſſe cenſentes, non ubi ante fuerat, ſed ubi nunc eſt, in Urbe ſcilicet media conſtruxerunt, eamque, ut ante, nomine S. Petri dedicaverunt. Unde porta Urbis ad Baſilicam vergens, cum prius S. Caſſiani nuncuparetur, poſt S. Petri nomen invênit, quo nunc etiam tota illa Urbis regio inſignitur; ſervata eſt tamen priſca conſuetudo, ut Epiſcopi conſecratione affecti, porta S. Stephani, ut prius, Urbem inirent, & ad Ædem S. Stephani accedentes, ibi ſolemnia quædam peragerent. Quippe Epiſcopus (2) portâ illâ ingreſſus per eandem viam equo inſidens, toto occurrente cum inſigni, atque eximia pompa Clero, ac Populo, uſque ad Ædem S. Stephani prodit; ibi ex equo deſiliens ab Abbate, & Monachis Cruce, & cereis præcedentibus comiter ſub umbella exceptus eſt, atque in Ædem introductus, pretioſum ante Aram maximam ad ipſius ornatum Aræ pallium obtulit, & ſolemnem rite precationem adhibuit, ac continuo poſt Aram ſecedens, in ſella ejus rei gratia præparata conſedit. Tum præſto Abbas affuit, qui genibus calceos, & caligas ei detraxit, & pedibus lotis, atque abſterſis oſculum pacis impreſſit. Quibus rebus rite confectis Epiſcopus ſurrexit, ac caligas calceoſque ibi relinquens, pedibus ſine calceis reliquum viæ confecit, & cum eodem pompæ apparatu ad Baſilicam adiit, ut ſcriptum apud Monachos S. Stephani reperitur.

N...... (3)

IInde N. Eccleſiam capeſſente anno Agapeti Pontificis primo, ideſt Chriſti nongenteſimo quadrageſimo ſexto, Aimericus, & Franca Marchiones multa prædia Eccleſiæ duriſſimis præſertim ejus temporibus elargiti ſunt. Etenim Berengarius II. Rex, homo rapax, & inquietus, Deſiderium Regem, cujus deterreri exemplo debuit, imitatus, Eccleſias omnes infeſto animo (4) divexabat, ita ut ne Romanæ quidem parceret, neque Pontifici ſæpe, ut nefario hujuſmodi conatu deſiſteret, admonenti obtemperaret. Quo factum eſt, ut brevi debitas temeritatis, atque impotentiæ ſuæ pœnas dederit; ſiquidem Regno, ac Regia dominatione orbatus (5) ipſe cum ſua familia turpiter exulavit. Italiæ vero, atque Eccleſiæ occaſionem priſtinæ recuperandæ ſecuritatis, ac dignitatis aperuit. Quare ut ceteræ Eccleſiæ, ſic ipſa quoque Bononienſis acerbiſſimis adhuc caſibus afflictata ab hoc tempore caput tollere, & poſt diuturnas quaſi tenebras, lucem aliquam aſpicere firmæ incolumitatis incœpit. Hujus rei præcipuo illa documento exiſtunt, quod Epiſcopus abhinc, ut dignitatem tueri ſuam poſſet, non ſolum decimis frugum omnium, quæ in Diœceſi naſcerentur, inſtructus; ſed etiam variis Pontificum, atque Imperatorum privilegiis ad ornamenta, & commoda ſua amplificanda munitus eſt. Clerici vero Canonicam ex lege vitam agentes, haud ſecus multis & ipſi beneficiis ab Epiſcopis ſuis, Pontificibus, & Imperatoribus cumulati. Hoc autem tantum boni illi ſibi hac ratione comparaverunt. 946

AL-

(1) Petrus IV.

(2) Conſuetudo hæc, de qua iterum Auctor in Aimerico Chatto obſervari fecit, donec Monaſterium S. Stephani in Commendam (ut appellant) tranſiit; tranſiit autem tempore Nicolai V. Quippe, ut paucis rem totam referamus, ab anno circiter 430. ad 542. illud incoluere Monachi Orientales, ſeu Baſiliani, ſeu alterius inſtituti; ut dictum eſt ſupra in notis; tumque dicebatur Hieruſalem. Ab an. 542. ad 1447. Caſſinenſes, quibus recedentibus, admiſſi Cœleſtini, qui tamen vix ingreſſi, mox dimiſſi, iterum vocati anno 1669. die 14. Januarii, confirmati an. 1513. eo ſcilicet ipſo anno, quo Abbas Commendatarius Joannes Card. Mediceus ad Pontificatum evectus fuit, dictuſque Leo X. pro Cœleſtinis Breve expedivit. Confirmati rurſus a Clem. VII. alio Brevi dato anno 1528, die 25. Februarii; atque iterum ſub Gregor. XV. an. 1621. Tunc in clauſuræ (ut ajunt) poſſeſſionem admiſſi; hique ab eo tempore Monaſterium pacifice poſſident. Sed de conſuetudine dicamus. Mos erat Epiſcopis, quem noſter deſcribit ſervatus ad annum 1447. deinceps ſatis illis fuit Urbem ingredi per Portam S. Stephani, ingreſſu Baſilicæ omiſſo. Denique ab an. 1566., quo Cardinalis Gabriel Palæotus ſedit, etiam ingreſſus per Portam S. Stephani omiſſus, penituſque deletum antiquiſſimæ vetuſtatis veſtigium.

(3) Joannes III.

(4) *Jo. XII. à Berengario, & Adalberto ejus filio indigna omnia paſſus &c.* Ciacon. in Jo. XII. V. Baron. ad an. 960. Sigon. de Regn. Ital. an. 953. & 960.

(5) Ab Othone Magno, à quo ad deditionem Montis Feretri, quò ſe receperat, compulſus an. 964., atque in Bajoariam ductus, ac Bambergæ relegatus moritur anno, ut multi volunt, 966.

ALBERTUS.

JOanne XII. Pontificatum gerente, Albertus Eccleſiam Bononienſem adminiſtravit. Hic anno nongenteſimo ſexageſimo
961 primo, Berengario Rege impotenter, ut dixi, adverſus Eccleſias debacchante, unà cum ceteris Lombardiæ Epiſcopis, & Joanne ipſo Pontifice OTHONEM MAGNUM Germaniæ Regem, virtute, atque opibus illa ætate præſtantem auxilio in Italiam advocavit. Quorum juſtis Otho ſtudiis ob-
962 ſecutus, poſtero anno, validiſſimo cum exercitu Alpes trajecit, ac Berengario pulſo Rex Italiæ coronatus, ac poſt Imperator Auguſtus à Joanne Pontifice appellatus eſt; neque ita multo poſt, temporibus ita poſcentibus, à Leone VIII. (6) eo jure donatus, *ut ſi quis à Clero, & Populo eligeretur Epiſcopus, niſi ab ipſo, & ſucceſſoribus ejus laudaretur, & inveſtiretur, non conſecraretur*. Cum autem victoria parta exemplo Caroli Magni privilegia Civitatibus, atque Epiſcopis renovare aggreſſus eſſet, Albertus quoque eum adiit, atque ab eo illius comprobationem privilegii abſtulit, quod Carolus primùm Italiâ in poteſtatem adductâ indulſerat, quo poſſeſſiones, jura, & conſuetudines Eccleſiæ ratas permanere conſtituit. Clerus vero primò Pontificem Rom. deinde Imperatorem convênit, atque utrunque pro juribus ſuis confirmandis, atque amplificandis oravit. Pontifex fuit Jo-
967 annes XIII. qui Concilio Ravennæ anno nongenteſimo ſexageſimo ſeptimo habito, petenti Clero, antiquum Leonis V. Pontificis beneficium de immunitate hoc diplomate dato redintegravit: *Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Cum ego Joannes Sanctæ, & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ XIII. Papa reſiderem in Ravennate Civitate unà cum meis, & Italicis Epiſcopis, affuerunt præſentiæ noſtræ Religioſi Presbyteri, & Diaconi Sanctæ Bononienſis Eccleſiæ, ac pro univerſa Clera Canonicæ Congregationis humo proſtrati noſtros oſculantes pedes obtulerunt Epiſtolam tuitionis ſanctæ recordationis D. Leonis V. Papæ, ut nullam dationem, vel reditum publicum facerent; unde compuncti divinâ miſericordia ad eorum petitionem commodavimus ſenſum, & ideo à præſenti X. Indictione omnibus Ducibus,* (7) *Marchionibus, Comitibus, Judicibuſque, & univerſo populo à magna uſque ad parvum Bononienſi oppido commorantibus, dilectis fidelibus noſtris notum eſſe volumus, ut omnes Bononienſis Eccleſiæ filii, ideſt Sacerdotes, & Levitæ, ſeu cunctus Clerus ingeſſerunt noſtro Apoſtolatui, vim ac violentiam perpeti in ſuis facultatibus, & rebus, & poſſeſſionibus, & publica ab illis exigi ſervitia tam in Eccleſiaſticis, quam & in ſuis mobilibus, & immobilibus ſubſtantiis, quod contra omnium ſtatuta Sanctorum Patrum, & Canonicam auctoritatem eſſe cerneretur. Quare illorum calamitatibus condolentes, per has noſtras literas omnino interdicimus, & prohibemus eorum nihil ab eis, vel ſucceſſoribus illorum exigi ab aliqua magna, parvaque perſona, quæ illis jure, & legaliter competunt, inſuper interdicimus, ut nec portaticum,* (8) *neque ripaticum, aut teloneum, ſive oſtaticum, nec paratam,* (9) *vel ſacramentum,* (10) *quod dici nefas eſt, faciant, ſed ſine aliquorum hominum publicas ibi gerentium actiones perturbatione, atque moleſtia perſiſtere ſecuri quietique nullam ſuſtinentes violentiam in ſuis facultatibus, vel omnibus rebus tam mobilibus, quam immobilibus, tam de ſuis propriis, quam & de Eccleſiaſticis, ſed in Dei ſervitio, & laudibus quieti & pacifici perſeverent, quatenus pro nobis, & cuncto populo Chriſtiano ſecuri Dominum quotidie exorent. Datum XVIII. Kal. Maji, Pontificatus noſtri anno ſecundo, Othonis Imperii anno ſexto, Indictione ſupraſcripta.*
Otho autem anno nongenteſimo ſexageſimo 969
nono à Presbyteris in Calabria obſecratus jura Canonicorum hoc reſcripto firmavit: *Otho Imperator. Omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrarum, ſcilicet præſentium, ac futurorum noverit induſtria, quoniam interventu Presbyterorum Sanctæ Bononienſis Eccleſiæ, ſcilicet Petri, aliuſque Petri, Joannis, & Bonizonis, qui nobis in exercitu militiæ in Calabria ſervierunt, cunctum Clerum jam dictæ Eccleſiæ cum omnibus rebus, & poſſeſſionibus eorum per ſingula loca, & territoria conſtitutis, ſeu cum liberis hominibus, ſervis, & ancillis utriuſque ſexus, vel libellariis, ſeu reſidentibus, diverſiſque famulis per hoc noſtrum regale præceptum ſub noſtra, ſucceſſorumque noſtrorum defenſione ſalvantes recepimus, confirmantes videlicet eis omne conquiſitum eorum tam in terris & vineis, quam in diverſis ſpeciminibus, domibus, atque poſſeſſionibus per ſingula, ut diximus, loca, & territoria undecunque illis per quemcunque modum, vel titulum adveniſſe noſcuntur, vel in antea acquiſierint. Sive etiam concedimus, atque confirmamus generaliter prædictis omnibus Canonicis Sanctæ Bononienſis Eccleſiæ inlibate abſque alicujus contradictione quidquid condonatum, vel conceſſum fuerit illis, vel Canonicæ illorum ab eorum Epiſcopis, aut à quibuslibet Deum timentibus hominibus tam in curtibus, quam in villis, ſeu maſſaricis, vel* libel-

(6) Extat in Decreto d. 63. C. In Synodo 23. de Electi Poteſt. ſed videndi omnino Correctores Romani, & Scriptores tum Canoniſtæ tum Theologi ad citatum Canonem, quorum nomina plura recitat Barboſ. in Collectaneis Tom. 5. & 6. ubi de Canone eodem.

(7) Vide quam clara tum quoque illuſtriſque Civitas, quæ tam nobilibus ornabatur Civibus, quippe nobiles habiti, qui hujuſmodi titulis honeſtarentur. Nova nobilitaris ratio, ait noſter de Regn. Ital. lib. 7. ad an. 973, ab Othone Magno in Italiam inducta.

(8) Solutionem tranſvehendi cauſſa, l. ſi Portunarius de furtis, Du-Cange Gloſs. eo.
Ripaticum; ideſt Solutionem, ſeu tributum, quod accipitur in ripis ex tranſvehendo cum Navi; l. ead. Du-Cang.
Oſtaticum; ſeu ut alii Hoſtiaticum dicunt: neceſſitas, ſeu ſervitus & obligatio eundi in hoſtem. Du-Cang.

(9) *Sumptus* (erat) *quem populi in vias ponteſque fluminum, qua tranſiturus, aut quo adituros Rex erat reficiendos debebat impendere*: Sigon. de Regn. Ital. l. 7. At vero Du-Cang. *ad Hoſpitum ſuſceptiones expenſæ: maxime Miſſorum, ſeu Legatorum publicorum*: ſic appellatæ a parando. Sed plura, ut arbitror, ad rem in notis ſuis ad Sigonii Hiſt. civilem Bononiæ cumulabit Cl. noſter *Alex. Macchiavellus*, quem ſatis eſt indicare, ut ſimul intelligimus Virum in univerſa eruditione verſatiſſimum, deque Patria adeò cunctis nominibus meritum, ut jam ſit paucis, imo nulli, comparandus.

(10) Juramentum Hominii, ſeu Homagii.

Digitized by Google

A *libellariis, necnon & in quibuſcunque conceſ-*
ſionibus, ſive per præceptum, vel per aliquem
conceſſionis titulum poſſidere, necnon & conce-
dimus illis per hanc noſtri præcepti, & con-
ceſſionis paginam portaticum, teloneum, ripa-
ticum, paratam, & oſtaticum, & abſque ali-
qua publica functione quiete vivere, ſub hoc
noſtro divali præcepto conceſſionem, ut Deo,
Sanctiſque omnibus pro ſtabilitate noſtri Im-
perii preces inceſſanter fundant. Dat. III. Kal.
Jul. anno Dominicæ Incarnationis nongenteſi-
mo ſexageſimonono, Indictione duodecima, Im-
perii D. Othonis octavo. Actum in Apulia
inter duas Civitates Aſculum, & Bovenum
feliciter. Demum Albertus etiam ipſe per
973 ſe bona ſua amiſſa recuperara cupians anno B
nongenteſimo ſaptuageſimo tertio (11) ad
Synodum Ravennatem ab Honaſto Archia-
piſcopo advocatam contendit, atque ibi
inopiam ſuam, & Canonicorum conqueſtus
prædia ſua juxta Bononiam ſita ab Huberto
Epiſcopo Parmenſi, qui aderat, injuſte poſ-
ſideri expoſuit, eaqua ſibi reſtitui poſtula-
vit, ac mox, licet Huberto enixa contra-
dicanta, ex ſententia Patrum, Plebe San-
ctæ Mariæ Montis-bellii tradita, illa rece-
pit. Ex quo locupletiur factus & ipſe par-
tam eorum Canonicis impertivit.

CLEMENS. C

Alberto inde mortuo, Clemens circa
990 annum nongenteſimum nonageſimum
accepit Epiſcopatum. Is Alberti veſtigia
perſecutus, & ipſe Canonicos multis prædiis
1006 muneravit, & anno milleſimo ſaxto (12)
gravi Civitatem peſtilentia populanta Cor-
pora SS. Syneſii, & Theopontii virtutibus
illa tempeſtate ſolgentia ax ſepulchro No-
nantulano per Abbatem axtraxit, atque
per agrum Bononienſem eximia populorum
religiona circunrulit, atque ita opportuna
eorum implorantes auxilium conſervavit.
(13) Canonici vero ab Hanrieo Imperatore,
1014 qui Tertium Othonem excepit, anno mille-
ſimo quartodecimo imperraverunt, ne Epi- D
ſcopo prædia Eccleſiæ alienare ipſorum in
juſſu liceret. *Henricus Rex. Omnibus Fide-*
libus præſentibus, ſeu abſentibus, notum fieri
volumus, quòd curam Eccleſiarum gerere de-
bemus. Quocirca admodum audito detrimento
rerum, poſſeſſionumque deſtructione Sanctæ Dei
Bononienſis Eccleſiæ compatientes in neſandiſſi-
mis ſceleribus. Unde legaliter præcipientes ju-
bemus, ut non liceat dehinc alicui Epiſcopo il-
lius Sanctæ Eccleſiæ vendere, vel donare, vel
commutare de ejuſdem Eccleſiæ rebus, ac poſ-
ſeſſionibus ſine conventu, & conſenſu, atque

ſubſcriptione Archipresbyteri, & Archidiaco-
ni, ceterorumque Canonicorum ejuſdem Eccle-
ſiæ. Inſuper de prædiis terrarum, poſſeſſio-
numque omnium prædictæ Eccleſiæ, quas nunc
habet, vel in futurum acquirere potuerit, præ-
cipimus, ut nullo modo liceat ulli Epiſcopo jam
dictæ Eccleſiæ ſe aliquo modo intromittere, nec
ad ſuum opus detinere, nec alicui modo per
ſcriptum, vel commutationem, neque pro feu-
do concedere, vel donare: ſed liceat Canonicis
ſuis eas habere, & frui, & ſecundum licitum
morem poſſidere, ac Deo, ſuæque Eccleſiæ con-
tinuo deſervire. Non ſum ignarus, ab iis,
qui res geſtas hujus temporis memoriæ pro-
dunt, miranda Sanctorum opera, haud ma-
gna admodum diligentia, ut quæ plus apud
vulgus admirationis, quàm fidei, habeant,
memorari. Verum ma religio aliqua tenat,
quæ aut ſancti, aut pii homines poſteritati
pro re magna conſecranda putarunt, ea,
dum ſe occaſio præbet, quaſi contemnenda
ſilentio prætereire. Quare cum per hos an-
nos, auctore S. Patro Damiani, hujus ætatis
æquali, portentum ingens à S. Patro Apo-
ſtolo Bononienſi in Eccleſia editum ſit, mihi
reticendum aſſa non duxi. *Prudentis*, in-
quit, *& honorati apud ſeculum cujuſdam*
Diaconi didici narratione, quod refera. In
Bononiæ partibus, inquit, *duo quidam viri,*
qui & amicitiæ invicem fœdere, & compater-
nitatis, ſi digne recolo, neceſſitudine teneban-
tur, in convivio diſcumbebant, quibus in men-
ſam allatus eſt gallus. Quod videlicet pul-
mentum unus illorum arrepto cultello, ut
mos eſt, in fruſta diſſecuit, tritum quoque
piper cum liquamine ſuperfudit. Quo facto al-
ter protinus ait. Profecto compater ſic expli-
cuiſti gallum, ut ipſe S. Petrus etiamſi velit
redintegrare non poſſit. Cui mox intulit ille:
Plane non modo B. Petrus, ſed & ſi ipſe
Chriſtus imperet, hic perpetuo non reſurget.
Ad hanc vocem repente gallus vivus, & plu-
mis coopertus exiluit, alas percuſſit, & ceci-
nit, totumque liquamen ſuper eos, qui convi-
vebantur, aſperſit. Illico ſacrilegum blaſphe-
mæ temeritatis digna pœna ſequitur ultionis:
nam & in aſperſione piperis leprâ percuſſi ſunt,
quam videlicet plagam non modo ipſi uſque
ad obitum pertulerunt, ſed & poſteris ſuis in
omnes generationes, velut quoddam hæredita-
rium reliquerunt; unde factum eſt, ut in
famulatum ſubacti ſint Sanctæ Bononienſis Ec-
cleſiæ, quæ videlicet B. Petri Apoſtoli eſt in-
ſignita vocabulo. Quorum progenies, ut rela-
tor aſſeruit, hucuſque leproſa, duræ illationis
Canone cenſita eſt, ut ex operibus manuum
ſuarum inferant Eccleſiæ capiſteria. Sic nimi-
rum duplici pœna, lepræ ſimul, & ſervitu-
tis

E

(11) Memini me legiſſe nonnullos (Ughell. de Ep. Bon. n. 47.) arguentes Sigonium, quod aſſeruerit in Bononienſi Hiſtoria Concilium Ravennatenſe, in quo Plebania S. Mariæ de Montebellio adjudicata fuit Epiſcopo Bononienſi, contradicente Epiſcopo Parmenſi habitum ſub Honeſto Archiepiſcopo. *Nam Honeſtus an. 961. non erat Archiepiſcopus; ſiquidem annus tertius ejus Præſulatus, ajunt, fuit 973. ut ex actu relata ab Ughello eodem ex Silingardo*. At profecto illum non Sigonii, ſed Typorum, aut Amanuenſium errorem crediderim. Nam in præſenti opere juxta Bononien. Edit. an. 1586., qua utor diſerte habet 973., & in ipſo margine cyphris numeralibus, & literalibus notis in textu.

(12) Clementi ſucceſſit Joannes IV. de quo nihil Sigonius, cum Clemente eum confundens. At ſæpe laudati Alidoſ. Ughell. aliique hoc anno ſediſſe prædictum Joannem IV. affirmant.

(13) *Eo quoque tempore Syneſii, & Theopontii Martyrum corpora in æde Nonantulana recondita Mutinenſis, ac Bononienſis populi precibus per utriuſque Civitatis agros atque Caſtra pie à Monachis circumlata ſalutem ægris corporibus attulerunt*. Sig. Reg. Ital. l. 8 Baronius ad diem 21. Maji *Syneſii, & Theopomp.* Galeſinius: *Geneſii & Theopontii*; idem in notationibus, *aliàs Theopompi* ex MS.: extabat olim Eccleſia ſub horum Sanctorum nomine Deo dicata, ubi nunc eſt Epiſcopium ad partem Aquilonarem, cui juncta fuit anno 1359.

tis addicti ſuppliciis inſtruunt alios, ut jam temere de divina potentia non loquantur, & gallus, qui dudum arguerat Petrum in terra negantem, tunc probavit Petrum cum eo, quem negaverat, in cœlo regnantem.

FRUGERIUS.

FRugerius inde Epiſcopus circa annum
1015 milleſimum quintum decimum iniit, quo vivente tres alii Epiſcopi deſignari (14) (ſic enim illa ferebant tempora) Eccleſiæ affuerunt, Adelfredus, Joannes, & Lambertus, quorum Adelfredus, & Lambertus illum etiam ſubſecuti ſunt. Hoc tempore Baſilica vetus, in qua SS. Vitalis, & Agricolæ Corpora ab initio recondita fuiſſe à Sancto Euſebio Epiſcopo, præſente Sancto Ambroſio diximus, ſupra memorato Hungarorum incendio adhuc proſtrata ita jacebat, ut ipſorum etiam ſepulchra Martyrum omnibus cœli tempeſtatibus objecta, ſumma cum indignitate manerent. Qua de re ſolicitis Monachorum animis Martinus Abbas (15) huic incommodo ſibi occurrendum exiſtimavit, ac conſilio cum Frugerio Epiſcopo communicato, Martyrum oſſa V. Nonas Maji (16) in proximam S. Jo. Baptiſtæ Confeſſionem traduxit, Clero, Civibuſque, ac Magiſtratibus eorum accitis, ac magna, ut in hujuſmodi re antiquitus traditum ſervat Eccleſia, cæremonia, atque apparata pompa adhibita. Interim Bonifacius Montisferrati Marchio Monaſterium ad Locedum in agro Vercellenſi conſtruxit, atque ei Bononium (17) Civem Bononienſem inſignem ex ipſo D. Stephani Monaſterio Monachum (18) ob ſingularem ſanctitatis famam, Petri Vercellenſis Epiſcopi commendatione (19) præfecit, qui per multos annos (20) cum Monaſterium omni edito virtutis, moderationis, & ſanctitatis exemplo rexiſſet, demum anno milleſimo viceſimo ſexto diem ſuum obiit 1026
ingenti ſui relicto Monachis Locedenſibus deſiderio, ac ſanctitatis ſuæ opinionem inſignibus poſt mortem editis miraculis comprobavit. Unde poſtea aram ab Arderico (21) Epiſcopo Vercellenſi, cum eſſet à Pontifice (22) numero Sanctorum adſcriptus, accepit. Dies ejus celebratur III Kal. Septembris. Vita (23) apud Monachos S. Stephani ſcripta extat.

ADELFREDUS.

INde cedente Frugerio, Adelfredus Eccleſiæ excepiſſe adminiſtrationem videtur: ſiquidem Everardus quidam anno milleſimo 1034
triceſimo quarto prædiolum Abbati Monaſterii S. Helenæ, præſente Adelfredo Epiſcopo

(14) *Unus populus duos Epiſcopos non vult*; de ſuis Hypponenſibus dicebat Aug. Tom. 10. Serm. 36.

De pluribus Epiſcopis in una Sede, V. Canoniſt. ad Can. In Apibus 41. c. 7. q. 1. Sed & Hiſtorici hac de re agunt. Jacobus Burallius in vitis Aretinorum Pontificum, morem hunc eo ſæculo viguiſſe notat. Videatur Ughell. Tom. 1. ubi de Epiſcopis Aretinis. Moris originem habes apud Du-Pin Tom. 8. Novæ Biblioth. Eccl. par. 1. ſæcul. X. cap. 6. §. 4. Quamquam ſi ceteri erant coadjutores, nec novus tunc mos illa in Eccleſia, nec modo penitus inſuetus. Ut plura taceam, in Hypponenſi Cathedra ſederunt Valerius, & Auguſtinus; tum Auguſtinus & Eraclius, Auguſt. *Epiſt.* 110. *juxta antiquarum editionum ſeriem*. Sed quid ego memorem? Gabriel Palæotus coadjutorem habuit Alphonſum Palæotum deſignatum an. 1597. quare nihil eſt, quod miremur.

(15) Commendatarius ab aliquibus dicitur, eumque referunt Bononienſes Hiſtorici divinitus monitum, ut decenter condi Martyrum Corpora curaret, ſi divinam indignationem effugere vellet. At cum ante annum circiter 1448. Monaſterium commendatum non fuerit, nequaquam Martinus hic Commendatarius dicendus.

(16) V. Idus. In Chronico Petricellii legitur Martii: ſed Maji habent cæteri. Facta vero hæc tranſlatione anno 1019. Joannes Epiſcopus hujus nominis V. an. 1165. Capita SS. Martyrum in Eccleſiam Cathedralem traduxit, & in Confeſſione ſub ara majori collocavit. Eadem recognovit poſtmodum Epiſcopus Palæotus. At corpora, cum eorum ſepulchrum in Templo S. Stephani reficeretur, ſolemni pompa circumlata fuere per Urbem an. 1610. d. 2. Octobris; tum vero populi gaudio ſollicitudo intervenit. Dubitarunt enim Cives, an ſacra lypſana corporum particulæ, vel corpora ipſa integra eſſent. Dubitationem ademit juſjurandum Julii Claudini ſenioris, & Victorii Pelini inſignium anatomicorum, qui omnibus accurate expenſis, teſtati ſunt parvas ſolum particulas deeſſe, cæterum corpora cenſenda integra. Teſtimonium eorum roboravit actu publico Antonius Maliſardus Notarius.

(17) An. 1019. Bononium, alii appellarunt Boninium, alii Bonolium; quidam etiam Bonum hominem; ſed illud eſſe verum nomen habemus ex Vita MS. de qua infra, ubi dicitur: *Bononius nomine ſuo patriam referens &c.*

(18) Ordinis S. Benedicti; in eadem enim vita legitur, cum *poſuiſſe Tyrocinium ſub ſanctæ regulæ jugo*. At ſancta regula eſt Regula S. Benedicti, ut ex conciliis, & diplomatibus norunt eruditi.

(19) Petri hujus nominis II, quamquam Franciſco Auguſtino ab Eccleſia dicatur III. Huic Bononius & conſuetudine notiſſimus, & ſanctitate ac beneficio impenſo cariſſimus fuit. Cum enim excitata perſecutione in Chriſtianos ab Hakemo (ſic Pagius ad an. 1009.) Calipha Ægypti, Petrus, tum loca ſancta Paleſtinæ inviſens, cum aliis tanquam explorator in carcerem conjectus eſſet, Bononius *pro gratia, qua apud Aulam pollebat*, (ut habet ejus vita) apud Mariam Azizi Billæ Patris Hakemi uxorem, ita egit, ut omnes liberarentur. Tum Petrus cum Bononio ad montem Sinai profectus, ibi aliquandiu ambo conjunctiſſime vixerunt. De hoc Petro V. Bolland. ad diem 13. Februarii.

(20) ſex circiter.

(21) Regiæ ſtirpis hic ſedit ab an. 1026. ad 1041. egitque cum Pontifice, ut Bononio Sanctorum honores decernerentur.

(22) In Actis apud Sur. Tom. 7. Pontifex dicitur Joannes XX. recte vero monet Baronius legendum XIX. Quippe cum *ejus ſanctitatis probatio facta fuerit paulo poſt ejus mortem*, ut habet vita, non potuit fieri à Joanne XX. creato an. 1276., at bene à Joanne XIX. qui ſedit ab an. 1024. ad 1032.

(23) Habetur apud Surium Tom. 7. Sed aliam legendam pro ſua humanitate exhibuit Cl. V. Reverendiſs. Guido Grandius Abbas Camaldulenſis, compoſitam à Rotberto Monacho S. Bononii coævo circa an. 1030., dicatam Arderico Vercellenſi Epiſcopo, ex qua pauca ſupra narrata excerpſi, ac plura excipere cogitaram: verum cum ipſe Grandius ſpem fecerit, ſe illam oblata occaſione publici juris facturum notis etiam à ſe illuſtratã, cenſui hanc quoq; laudẽ ſibi pios eruditoſque demereadi, illi integram relinquendam, maximè poſtquam Grandius non una hac ratione eſt de noſtra Patria quam benè meritus.

ſcopo donaſſe reperitur. Hic anno milleſi-
1045 mo quadrigeſimo quinto Eccleſiam reformavit, ac Canonicos, (24) ſive Clericos numero redundantes ad quinquaginta redegit, & ut vitam honeſtius agerent, ac quietius Deo ſervirent, tertiam eis partem decimarum ſuarum, oblationes omnes Eccleſiæ faciendas hoc ſcripto donavit. *Adelfredus* (25) *Bononienſis Epiſcopus. Sæpiſſimè cogitavi, quomodo ſtatum, & honorem hujus Sanctæ Eccleſiæ in melius firmaremus. Quod me procul dubio facere oportebat, pridem divina inſpirante clementia juſtum, & rationabile viſum eſt, ut ſecundum Canonum normam noſtram ordinaremus Eccleſiam, quæ indiſcrete, & confuſe habebatur propter Clericorum innormitatem. Quoniam Sanctorum Patrum decreta ſpecialiter jubent, ut in unaquaque Eccleſia Clerici ordinentur ſecundum ejuſdem Eccleſiæ facultatem, quatenus Eccleſiæ ſervientes Clerici de eadem Eccleſia vivere, & ſuſtentari honeſte Canonico jure debeant, ſicut legitur: Qui Altari miniſtrat, de Altari vivere debet, quod in noſtra Eccleſia nullatenus tenebatur, ſed Clericorum numerus ita excreverat, ut ſacer Ordo vileſceret, & divinum Officium omnibus in negligentiam caderet. Quocirca favente Chriſti gratia placuit, & juſtiſſimum viſum eſt, ut hujuſmodi errorem, & vilitatem penitus abdicaremus. Ideoque pro ſalute animæ meæ hoc Decretum illis Canonicis facere curavi, qui ſubter ſcribuntur, numero quinquaginta. Omnibus pateat præſentibus & futuris, quod ſecundum hoc Decretum in noſtra Epiſcopali Eccleſia quinquaginta Canonicos ſtatuimus & ordinamus, qui ejuſdem Eccleſiæ Officium compleant, quorum nomina hæc ſunt. Petrus Archipresbyter, Joannes Presbyter cantor, Leo Presbyter, Joannes Presbyter, Torrellus Presbyter, Joannes Presbyter, Leo Presbyter, Martinus Presbyter, Florus Presbyter, Martinus Presbyter, Dominicus Presbyter, Leo Presbyter, Bononius Presbyter, Teuzo Archidiaconus, Hugo Diaconus, Daniel Diaconus, Atto Diaconus, Gerardus Diaconus, Clariſſimus Diaconus, Petrus Diaconus, & alter Petrus Diaconus, Joannes Diaconus, Samuel Diaconus, Petrus Diaconus, Aldulfus Diaconus, Leo Diaconus, Petrus Subdiaconus, Hubertus Subdiaconus, Rolandus Subdiaconus, Joannes Subdiaconus, Carpo Subdiaconus, Joannes Subdiaconus, Vido Subdiaconus, Leo Subdiaconus, Apto Subdiaconus, Joannes Subdiaconus, Petrus Subdiaconus, Ruſticellus Subdiaconus, Leo Subdiaconus, Urſo Clericus, Petrus Clericus, Rainerius Clericus, Lambertus Clericus, Paganus Clericus, Joannes Clericus, Atto Acolytus, Hildebrandus Clericus, Hugo Clericus, Rodulphus Clericus, Teuzo Clericus. Supradictiſque Canonicis, eorumque ſucceſſoribus pro ſalute animæ meæ, quatenus ipſi, & ſucceſſores eorum pro me Deum exorent, concedo, & firmiter annuo tres partes decimarum totius iſtius Plebis, ſcilicet S. Petri Epiſcopatus cum omnibus primitiis, & offertionibus vivorum, & mortuorum, & quidquid in Sancta Epiſcopali Eccleſia offertur, ſeu in Altari ponitur, vel in pavimento locatur,* (26) *excepta*

(24) Regulares; ex privilegiis Victoris PP. & Henrici Regis &c. relatis inf. ſub an. 1054. Dudum quidem in Eccleſia floruerunt Canonici regulares, quamvis antiquitus non appellarentur hoc nomine, quod primo auditum fuit ſæculo decimo, ſi fidem habeamus Mabillonio Oper. Poſt. Tom. 2. pag. 110. verum propagati fuere quam maxime ſæculo undecimo, quo reſtituti fuerunt, ſeu reformati, curis Nicolai II. an. 1059. in Concil. Rom. c. 4. Alexandri II. C. propter hoc d. 32. Anſelmi Lucenſis impulſore S. Petr. Damiani & Gregor. VII. an. 1078. Epiſt. 2. ad Lucenſ. lib. 6. Demum, ut innumeros omittam hujus regularis inſtituti reſtitutores, (de quibus fuſe Jo. Molanus de Canon. & eorum vita, Carolus a Mansfelt. de Can. Petrus Griſſeus Hiſt. Canonic. Pennot. Hiſt. Tripart.) inſtaurata eſt Bononiæ diſciplina Canonicorum Regularium opera & ſtudio Adelfredi noſtri. Suſpicantur nonnulli (ut refert Ughell. T. 2. c. 27.) *hunc illum eſſe Epiſcopum, qui aliquot dividitis latifundiis, ſuburbaniſque prædiis divinitus linguæ captus, &, ut ſcribit Petrus Damiani ad Bonif. Cardin., ſeptennique linguæ carentia miſere tortus*: ac ſi injuſtæ diſtractionis culpam pia donatione redimere voluerit. Ego quid de iſtorum ſuſpicione, ſeu conjectura dicam, nihil prorſus habeo.

(25) Neſcio cur Auctor mutilum monumentum retuleerit. Arbitror non ingratum futurum ſi ab eo omiſſa ipſe ſuppleverim: eſt vero initium hujuſmodi.

Adalfredus ſervus ſervorum Dei ſanctæ Bononienſ. (ita Aldoſ.) Eccleſ. Epiſcopus. Cum ego diebus noctibuſve in corde meo meditari cœpi..... de peccato commiſſo rationem redditurus eſt Domino in die Judicii; idipſam enim in corde meo deprecare cœpi...... gnatur fuiſſet è cœlo.... & quemadmodum mihi tribuit Epiſcopale nomen, ſic dignatus fuiſſet mihi concedere adjutorium atque conſilium ſuæ ſanctæ benedictionis quandoquidem venturum, & in judicio rationem reddere......... tandem me, quam de meis ovibus mihi commiſſis, ut ei autem dicere audeam, a Domino tuas oves, quæ mihi à te ſunt tradita, ego enim feci quod juſſiſti curanda, ut ego reſponſum ab eo recipere merear: o bone ſerve, & fidelis, quoniam fuiſti fidelis ſuper pauca, ego te conſtituam ſupra multa... Ideo autem in gaudium Domini mei. Non deſt....... optimo auxiliante eodem audire tunc beatiſſimam vocem, quapropter ſæpiſſime cogitavi &c.

In fine autem habetur:

Actum Bononiæ anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quadrageſimo quinto, Gregorii ſummæ Sedis Pontificis anno videlicet primo, regnante Henrico filio Conradi Imperatoris anno ſexto, die decimaſexto menſis Auguſti in Domo Epiſcopatus Bononienſis Indictione tertiadecima.

† *Adalfredus Epiſcopus mea manu ſcripſi, præſentibus Adalberto filio Attoni cum tribus filiis ſuis Atto, Adalberto Burelo, Petro Bonici, Ruſticello, & Carbone Conſobrino de Caſſianis, Fuſcolo Brito ſic ſupraſcripſ. &c.*

† *Ugo Vicedomino mea manu ſcripſi.*

† *Tegrino manu ſcripſi.*

† *Aimericus manu mea ſcripſi.*

† *Rogatis teſtibus Ego Verardo filio Uvezo manu mea ſupraſcr.*

† *Petrus Judex ſacri Palatii rogatus....... ſic ſupraſcr. me teſtis.*

† *Gerardus filio Vuilielmi manu mea ſcripſi.*

† *Alberigo filio q. Traſulfi mea manu ſcripſi.*

† *Ugo de Aleramo manu mea ſcripſi.*

† *Petrus qui vocatur Bonobarone filius Joannis de Urſo me teſtis ſupraſcr.*

† *Ego Angelo filius Albo Brito me teſtis ſupraſcriptus.*

† *Ego Petrus filius q. Joannis Notarj rogatus, me teſtis ſupraſcript.*

† *Ego Daniel filius Petri Bonici me teſtes ſupraſcr.*

† *Ego Petrus filius Petr. Bonici me teſtis ſupraſcr.*

† *Ego Rofredo fil. q. Attoni de Caſſianis me teſtis ſupraſcriptus.*

† *Ego Atto fil. Petr. me teſtes ſupraſcript.*

Scriptum hoc decretum per manum Gerardi Diaconi Primicerii, Notar. Sanctæ Bononien. Eccleſ. rogatus à dicto D. Adalfredo Epiſcopo ſic ſuppl. poſt roborato, à teſtibus tradito vidi, complevi, & dedi.

(26) Moris erat populum offerre inter ſolemnia Miſſarum. Ordo Romanus compoſitus circa ſæculum nonum; Concil. Mogunt. an. 813. cap.

pta quarta portione tritici, & vini, quam in meo poteſtate reſervo. Inſuper hoc quoque meæ poteſtati, & ſucceſſorum meorum reſervo, ut ſi de ſupradicto numero Clericorum aliquis obierit, ego, vel ſucceſſores mei in loco defuncti alium inſtituant cum conſilio Archipresbyteri, Archidiaconi, aliorumque fratrum cum laudatione. Quin etiam ſupradictis Canonicis, & ſucceſſoribus eorum jure Canonum trado, & obnixe annuo quidquid ſupra legitur in perpetuum habendum, tenendum, & poſſidendum ſine omni impedimento. Si aliquo vero tempore vel ego, vel ſucceſſores mei, inſtigante diabolo, hoc decretum frangere voluerint, ſciant ſe compoſituros eſſe ſupradictis Canonicis, atque ſucceſſoribus eorum optimi auri libras quinque, & anathematis vinculo innodati, cum Juda traditore perpetuo maneant; qui vero pio intuitu fidelis cuſtos hujus noſtri decreti extiterit, benedictiones ab omnipotenti Deo conſequi mereatur. Actum Bononiæ anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quadrageſimo quinto, Gregorii ſummæ Sedis Pontificis anno videlicet primo, regnante Henrico filio Conradi Imperatoris anno ſexto, die decimo ſexto menſis Auguſti in domo Epiſcopatus Bo-
1047 *nonienſis, Indictione tertiadecima.* Biennio poſt Frugerius ædem Monaſterii S. Luciæ Roffeni, quæ eſt in montibus, præſentibus ipſo Adelfredo, Joanne, & Lamberto Epiſcopis conſecravit. Anno milleſimo triceſimo nono Canonici ab Henrico II. Imperatore prædia, quæ habebant, & præcipue quæ nuper ab Epiſcopo Clemente acceperant, ſibi confir-
1054 manda curarunt, milleſimo quinquageſimo quarto Adelfredus in priſtino beneficentiæ inſtituto perſiſtens, bona alia Canonicis impertivit, atque hoc decreto ipſas, quibus potiebantur, decimas aſſirmavit: *Cunctorum fidelium Sanctæ Eccleſiæ degentium, ac futurorum noſcat peritia, qualiter in noſtra Epiſcopali Eccleſia pro amore Regis æterni, atque noſtræ animæ, noſtrorumque ſucceſſorum, vel anteceſſorum remedio Canonicam obnixius conſtituimus. Quapropter bona Sanctæ Eccleſiæ noſtræ, quæ potuimus, eidem Canonicæ, Archipresbytero, & Fratribus contulimus, quoniam ſatis Deo gratum fore credimus, ſi Canonici bonis Eccleſiæ . . . . . fulciri videntur, ut libere in Dei laudibus vacare abnixius valeant, & irreprehenſibilibus moribus ſuis viam omnibus Dominum colentibus patefaciant. Hujus rei gratia omnem decimationem totius Plebis S. Mariæ Dei Genitricis, quæ vocatur in Buida, & Eccleſiam Sanctæ Mariæ, quæ eſt ſita in monte Palenſi cum omnibus oblationibus, & pertinentiis ſuis, & quidquid à Deum timentibus pro ſalute vivorum, ac defunctorum largitum fuerit, efficaciter tribuimus. Inſuper cuncta Oliveta noſtræ Eccleſiæ, quæ ſunt poſita in territorio, quod vocatur de Garda, domum quoque juxta palatium noſtrum, & juxta fontem Sacri Baptiſmatis perpetualiter Canonico jure illis conceſſimus, antiqui etiam pauperum alteram domum hoſpitii, ſeu quidquid de jure noſtræ Eccleſiæ nunc habent, vel ipſi ſucceſſores eorum juſte acquirere poterunt, ſimiliter dedimus. Omnes vero decima-*
A *tiones, quas præſentialiter prædicti Canonici habent, & tenent, ipſis & eorum ſucceſſoribus Canonum jure viventibus, vel invenire potuerint, gratanter annuimus. Hæc omnia ſupradicta eo tempore Petro Archipresbytero, & fratribus ejus, videlicet Lamberto Subdiacono, Stephano, & Bononio Presbyteris, Rolando, & Aldebrando Diaconis, & Hugoni Acolyto dedimus, ut regulariter ipſi, & ſucceſſores eorum vivant, atque ſine omnium ſucceſſorum noſtrorum moleſtatione cunctas ſupradictas res poſſideant. Si vero, inſtigante diabolica verſutia, ipſi Canonici, vel ſucceſſores eorum Canonice vivere deſierint, aut ipſa Canonica penitus deſtructa fuerit, ad nos, vel ſucceſſores*
B *abſque omni infeſtatione ut propria revertantur cuncta, quæ ſuperius memorantur. Si autem aliquo tempore, ſuadente diabolo, aliquis noſtrorum ſucceſſorum ſupradicta bona, quæ per hoc decretum nobis conceſſa ſunt, tollere voluerit, decem optimi libras auri ſciat ſe compoſiturum eſſe, medietatem D. Imperatori, & alteram medietatem Canonicis jam præfatis, vel eorum ſucceſſoribus.* Neque hac (27) muneratione contentus ad poſſeſſiones Clericorum Canonicorum ſanciendas à Victore ipſo Pontifice aliud reſcriptum obtinuit. *Victor Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Petro Archipresbytero, reliquiſque Canonicis regulariter viventibus Sanctæ Bononienſis Eccleſiæ,*
C *ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum. Si juſtis ſervorum Dei petitionibus ſatisfecerimus, procul dubio Apoſtolica præcepta ſervamus. Quapropter inclinati precibus Adelfredi ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopi, veſtreſque, filii cariſſimi, confirmamus, atque corroboramus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, Canonico jure viventibus quidquid per paginam conceſſionis, & confirmationis juſte ab eo, vel ab aliis acquiſiviſtis, ſive acquiſituri eſtis, ut quieti, & ſecuri ab omni læſione permanere valeatis. Deſiderio itaque atque rogatione prænotati Epiſcopi, petitione quoque veſtra, ut diximus, inclinati, vos, veſtroſque ſucceſſores ſub noſtræ Apoſtolicæ defenſionis munimine ſuſcipimus, & bona omnia,*
D *quæ juſte habet, vel habitura eſt ipſa Canonica ejuſdem Eccleſiæ S. Petri.* Nominat inde ſingula bona, quæ repetere oon opus eſt. *Datum anno Victoris II. primo, XVIII. Kal. Julii, Indictione octava.* Canonici vero aliud ab Henrico Imperatore obtinueruot: *Henricus Rex. Omnium fidelium noverit induſtria, quoniam interventu conjugis noſtræ Agnetis, & pro incremento Henrici Regis filii noſtri, Petrum Archipresbyterum, cunctoſque Canonicos Sanctæ Bononienſis Eccleſiæ regulariter viventes cum omnibus rebus, & poſſeſſionibus illorum per ſingula loca, & territoria conſtitutis, ſeu cum liberis hominibus, ſervis, & ancillis utriuſque ſexus,*
E *vel libellariis, ſeu reſidentibus, diverſiſque familiis, per hoc noſtrum regale præceptum ſub noſtra, ſucceſſorumque noſtrorum defenſione ſalvantes recepimus: confirmantes videlicet eis omne conquiſitum eorum tam in terris, & vineis, quàm & in diverſis ſpeciminibus, domibus, atque poſſeſſionibus per ſingula, ut diximus, loca, & territoria, undecunque illis* per

cap. 44. quem morem conatus eſt reſtituere S. Carolus, Concil. Provincial. 4. part. 2. c. 15. Porro in Altari tantum novas ſpicas & uvas offerebant, tamquam primitias: Can. Apoſt. 3. & 4. & oleum & vinum. *Omnis autem alius fructus domum mittatur*, Can. 4. & hæc erant, quæ iis pavimento locabantur.

(27) Non hæc data an. 1054. ut videtur velle Auctor, ſed ſequenti, quod ex annis Pontificis, & ex anni charactere conſtat.

per quemcunque modum, vel titulum advenisse noſcuntur, vel in antea acquiſierint, ſive etiam concedimus, atque confirmamus generaliter prædictis omnibus Canonicis Sanctæ Bononienſis Eccleſiæ inlibate abſque alicujus contradictione quidquid condonatum, vel conceſſum fuit illis, vel Canonicæ illarum ab eorum Epiſcopis, aut à quibuslibet Deum timentibus hominibus per quamcunque conceſſionem, ſive per præceptū, vel per aliquem conceſſionis titulum poſſidere. Idiſt, &c. Idem autem Henricus (28) anno milleſimo ſexageſimo quinto, privilegium Epiſcopo Mutinenſi Herberto indulſit, omnes conſuetudines antiquas permittens, modo ne Epiſcopi mutatio, aut alio modo, niſi per ſuam manum ſubrogatio fieret, niſi à Romano Pontifice legitime abdicaretur, quod idcirco aſcripſi, ut quemadmodum ſeni mores lapſa ſit, agnoſcatur.

LAMBERTUS.

1060 Lambertus inde Adelfredi poſt annum milleſimum ſexageſimum ſucceſſor fuiſſe putatur; neque enim Joannes, qui anno milleſimo quadrageſimo ſeptimo Conſecrationi Ædis Sanctæ Luciæ, unà cum Adelfredo, & Lamberto Epiſcopis aſſuit, Adelfredo ſuperfuiſſe (29) videtur. Hic vero anno milleſimo ſexageſimo quarto, Concilio 1064
Mantuano pro Alexandro II. Pontifice cum ceteris Italiæ Epiſcopis creditur contra Cadaloum temere ab Imperatore oppoſitum affuiſſe; ſiquidem anno poſt ab Alexandro, 1065
tanquam ejus in illo diſſidio ſtudioſus, diploma abſtulit, quo proximas Adelfredi conceſſiones factas Eccleſiæ comprobavit. Quin etiam idem anno milleſimo ſeptuageſimo ter- 1073
tio Romam ad limina Apoſtolorum viſitanda profectus, reſcriptum à Gregorio VII. Alexandri ſucceſſore elicuit, quo vetera Agapeti, Pelagii, Gregorii, & Formoſi Pontificum beneficia inſtauravit. Quod integrum afferemus, quia ad multas res idoneum eſſe putamus: *Gregorius ſervus ſervorum Dei. Notum omnibus fieri volumus, quod Reverendiſſimus Lambertus Civitatis Bononienſis Epiſcopus Romam veniens viſitare Apoſtolorum limina oſtendit nobis munimina, & inveſtitiones, & confirmationes factas ab anteceſſoribus noſtris, ideſt Agapeto, & Pelagio, & Gregorio Dialoga,* (30) *& Formoſo Apoſtolicis de rebus ſuæ Eccleſiæ. Proinde inclinati precibus ejus concedimus, atque confirmamus ſuæ Eccleſiæ, ſalvo in omnibus jura & Romanæ Eccleſiæ privilegio, Monaſterium* (31) *S. Michae-*

(28) Si idem Henricus, qui certe fuit hujus nominis II (quippe ejus uxor erat Agnes) non ergo privilegium Herberto conceſſum fuit anno ſexageſimo quinto. Sane hoc ipſum privilegium refertur ab Auctore de Regn. Ital lib. 8. ad annum 1055. ad quem item etiam refert Ughellus. Quapropter in anni deſignatione error eſt, tribuendus tamen, ut puto, Typis potius, quam Auctori.

(29) Rectius noſter, quam ſenſerit Ghirardaccius putans errorem in chartula conſecrationis, atque pro Joanne, ut ibi legitur, ponendum alium; at nequaquam crediderim in re tanti momenti, qualis conſecratio Eccleſiæ, erratum in nomine Epiſcopi. Sed cum plures ſederent tum temporis Antiſtites, Joannem Epiſcopum aut ſorte, aut voluntate eam Eccleſiam conſecraſſe, tum aut dignitate, aut vita ceſſiſſe. Quapropter nihil hic moribor ſeriem Epiſcoporum excogitatam à Papebrokio in propilæo SS. Maji notis ad Landonam Pontificem, cum in hypotheſi plurium Antiſtitum eodem tempore ſedentium longe melius omnia conveniant.

(30) Ferdinandus Ughellus (Tom. 2. col. 1301. antiquæ editionis) monet delendum *Dialogo*, legendum *Joanne*. Recte quidem, meo judicio, plures ob cauſſas. Primo, quia Gregorius II. appellatus eſt quidem Dialogus, ſed perperam & vulgo auctore: nam ea appellatio potius convenit Gregorio Magno, qui Dialogos ſcripſit, ut adnotarunt eruditi. Deinde quamvis hoc cognomen jure aliquo illi additum fuiſſet, non eſt tamen mos Pontificum in Bullis, ſimilibuſque literis prædeceſſores ſuos hujuſmodi cognomentis nuncupare. Denique, cum Lambertus privilegia a Summis Pontificibus Eccleſiæ Bononienſi conceſſa Gregorio Septimo oſtenderit, non eſt credibile, antiquiora protuliſſe, recens autem Joannis XIII. non obtuliſſe. Si vero obtulit, certe Gregorius VII. debuit ejus mentionem fecera in ſuis literis. Quapropter, pro *Dialoga* cenſeo rectiſſimè ab Ughello moneri, legendum *Joanne*.

(31) Monaſterii nomine loca à Monachis habitata appellari notiſſimum eſt. Sed, & ea, quæ unus Monachus incolebat, Monaſteria dicebantur; *Monaſterium enim poteſt unius Monachi habitatio nominari*, ajunt Caſſianus collat. 18. cap. 10., & Iſidor. de Divin Offic. lib 2. cap. 15. Quin etiam ea, quæ olim Religioſi Viri incoluerant, quamvis ab ipſis deſerta, & cultoribus penitus vacua eſſent, quamcumque ob cauſſam id accidiſſet, antiquum nomen conſuetudine quadam retinebant. Sic noſtro quoque tempore Abbatias vocamus Domus & Eccleſias, quas modo nullus religioſus cultor tenet, eo quia olim Monachi, vel Canonici eas tenuerint; exempla plurima paſſim occurrunt etiam in hac Bononienſi Diœceſi. Denique vulgi uſu quodam factum eſt, ut quælibet Eccleſia Monaſterium appellaretur, etſi numquam ulla ratione ad Monachos, ſimiliſve inſtituti religioſos homines pertinuiſſet. Adnotavit hoc Joannes Bollandus ad Vit. S. Protadii, num. 9. ſub die 10. Februarii, ubi legitur: *Corpus vero ejus (S Protadii) delatum eſt ad Beati Petri Apoſtoli Monaſterium*; in quem locum laudatus Auctor: *Ea Parochialis Eccleſia eſt, nec ad Monachos pertinet, teſte Chifletio; ſed frequens in antiquorum ſcriptis Monaſterii nomen pro Eccleſia*, quod notavit etiam Du-Cange in Gloſſ. V. Monaſterium. Quæ ſane appellandi conſuetudo viguit potiſſimum ſæculo nono, & ſequentibus; eo quia antecedentibus ſæculis omnia fere ſacra loca aut a Monachis aut a Canonicis tenerentur, & propterea proprie Monaſteria dicerentur. Inde vulgi uſu evenit, ut eodem nomine quæcunque Eccleſiæ nuncuparentur. Hæc certis ex monumentis profecto novimus. Sin autem quis requiris, qua ratione ſingula Monaſteria in præſenti privilegio memorata, eo nomine vocentur, nihil eſt, quod tam facile expedire poſſim. Quædam ſcio à Monachis, quædam a Canonicis Regularibus habitata fuiſſe ipſo tempore emanati privilegii, aliqua ſaltem præcedentibus ſæculis devotos homines incoluiſſe. Quippe ædes S. Michaelis ab ipſo fundationis exordio, nempe anno 453. tenebant Monachi Orientales, & ſæculo decimo, forte & undecimo Camaldulenſes. Ad S. Mariam in Strata degebant Monachi Benedictini, quibus locum extruxit, deinde Bernardinus Buccaferreus an. 994. *Ghirard. par. p. Ughell. T. 2. col. 20.* In Aſceterio S. Columbani initio ſæculi ſeptimi morabantur Monachi S. Galli. *Maſin.* SS. Gervaſii & Protaſii locus fuit Monialium domicilium, ut alibi notavimus: Monialium quoque erat ſedes Monaſterium S. Thomæ, hoc anno 1073. *ex Maſin. ad 21. Decembris.* S. Joannis autem in Monte, & S. Stephani loca ſemper fuere religioſorum ho-

chaelis Archangeli poſitum in fundo Paterno cum omnibus rebus, & pertinentiis ſuis, atque concedimus Curtem de Breuto cum ſervis, & ancillis, & cum omnibus ſuis pertinentiis. Seu donamus (32) *Monaſterium Sanctæ Mariæ ſitum in Miſſa, quæ vocatur monte Palenſe, quem Joannicius Imperator tradidit Bononienſi Eccleſiæ cum Curte ibique tenente, quæ nominatur Aurelia, cum montibus, qui in circuitu præfati Monaſterii poſiti ſunt, & Curtem aliam, quæ vocatur Bomitana cum caſalibus, & pertinentiis ſuis, & montem, qui vocatur Cavallorum, & concedimus portum, qui cognominatur Galliana cum ripatico, & teloneo, & paludibus, & piſcariis, & ſilvis, & cum omnibus rebus, quæ ad ipſum pertinere dinoſcuntur, & duas Curtes, unam, quæ nominatur Curtis major, & aliam, quæ dicitur minor, poſita infra Plebem, quæ dicitur Bolda. Inſuper & domus Monaſterium S. Anaſtaſii fundatum in fundo Petriculo cum portu, & teloneo, & ripatico cum ſilvis, & venationibus, cum paludibus, & cum omnibus, quæ ad Curtem, quæ vocatur Petriculo, & ad præfatum Monaſterium pertinere videntur; nec non & Curtem, quæ vocatur Cellula juxta flumen, quod vocatur Savena, cum olivetis, vineis, campis, ſilvis, famulis, colonis, & cum omnibus ſibi pertinentibus, & ibi non longe fundum Venetiæ integrum, quod Sociorum vocatur, pertinentem ad ipſam Curtem, atque Curtem in Panigale, quæ continet in ſe tres fundos terrarum, & vinearum, quæ hoc nomine vocantur, Candidtis, Puloſia, & Griſintilli. Et Monaſterium S. Proſperi ſitum in ſupradicto loco, qui vocatur Panigale, & Curtem, quæ dicitur Cumo cum omnibus ſuis pertinentiis. Et Monaſterium S. Martini in Pojo cum Curte, & omnibus ſibi pertinentibus. Et Monaſterium S. Petri in Strata. Et Monaſterium Sanctæ Mariæ in Strata, cum omnibus ſuis pertinentiis. Et Monoſterium S. Petri cum Curte, quæ vocatur in Nuciſatico, & omnibus ſuis rebus. Et Monaſterium Sancti Martini in Ciſalchio cum omnibus ſuis pertinentiis. Atque donamus Fraternitati tuæ Portam in Civitate Bononiæ, quæ communi nomine dicitur Sancti Petri, & Stratam, quæ nominatur Salaria cum ſtratatico, & cum omni reditu, quem antiquitus perſolvere ſolent ipſi homines, qui per prænominatas ſtratas ire, vel redire ſoliti ſunt. Commonemus quoque, ut ſtatuto tempore præfatum reditum abſque negligentia perſolvere ſtudeant. Et Monaſterium Sanctæ Mariæ, quæ nominatur major cum omnibus ſuis pertinentiis, cum caſa ſolariata infra Civitatem Bononiæ, quæ eſt juris ipſius Monaſterii. Et Monaſterium Sancti Columbani Confeſſoris cum omnibus ſuis rebus. Et Monoſterium SS. Martyrum Gervaſii, & Protaſii cum omnibus ſuis rebus. Et Monaſterium S. Thomæ Apoſtoli ſitum ante Portam S. Petri cum omnibus ſuis rebus. Et Monaſterium Sancti Joannis Evangeliſtæ fundatum in monte, qui vocatur Oliveti, cum omnibus ſuis pertinentiis. Similiter concedimus Monaſterium S. Stephani, quod vocatur Hieruſalem: & quod D. Petronius ædificavit ad uſum ejuſdem Eccleſiæ, & cum mercato Sancti Joannis Baptiſtæ ibique tenente. Seu confirmamus, atque ſtabilimus Curtem, quæ nominatur Melonis, cum portu, & ripatico, & teloneo, & mercato, cum ſylvis, & venationibus, & cum paludibus, & piſcationibus, & cum ſervis, & ancillis, & cum omnibus ad ſe pertinentibus. Similiter concedimus cuncta prædia, & poſſeſſiones, Monaſteria videlicet, & Plebes, & Eccleſias baptiſmales, Caſtella, Villas, Abbates, Monachos, Presbyteros, Diaconos, Clericos, literatos, & illiteratos,* (33) *ſervos, & ancillas Dei, atque diaconiſſas,* (34) *famulos utriuſque ſexus, & omnes homines ſuper terram prædictæ Eccleſiæ Bononienſis reſidentes, ut in tua, tuorumque ſucceſſorum ſint poteſtate, & defenſione infra terminos, & confinia Epiſcopatus Bononiæ, ſicuti eſt à flumine, quod dicitur Gaibana, & rivus, qui Sabloſulus vocatur, & ſtrata, quæ Ungariſca dicitur, uſque ad Stalogallam, & locus, qui vocatur Culse, & fluvius, qui dicitur Leo, & alius, qui vocatur Muzza. Similiter concedimus præfatæ Eccleſiæ Curtem, quæ dicitur Maxumaticum, cum rebus, & poſſeſſionibus, cunctiſque pertinentiis. Hæc omnia, quæ ſuperius leguntur, quæ præfata Fcclesia nunc juſte tenet, vel deinceps acquiſitura eſt, tam tibi, quàm cunctis, qui in eo, quo es, ordine loco ſucceſſerint, vel iis, quorum intereſſe potue-*

hominum contubernia, ille quidem Canonicorum Regularium, hoc vero Monachorum. Monaſterium S. Mariæ in Montepalenſe, cum à prima donatione Joviniani an. 367 (Ghirard. p. p. pag. 16.) & confirmatione Joannini, ſemper ad Eccleſiam Epiſcopalem pertinuerit, crediderim aliquem ex Canonicis, (qui tunc erant regulares) ibi conſediſſe, & ea ſaltem ratione Monaſterii appellationem habuiſſe. De ceteris, quid certi aſſeram, fateor me non habere. Quare aliqua ex recenſitis locis ſacris, forte Monaſterii nomine nuncupata ſunt ex vulgi conſuetudine, omnes Eccleſias ita appellantis. Aliqua inquam *forte*; nam cum eorum Monaſteriorum juris fuerint *curtes*, *montes*, *portus*, *ripaticum*, *teloneum*, *ſylvæ*, *caſæ*, *atque aliæ hujuſmodi pertinentiæ*, *& res*, arbitror hæc bona in uſum fuiſſe religioſorum hominum, qui ſacra loca inhabitarent: ideoque loca eadem proprie Monaſteria cenſenda eſſe.

(32) Qui putarunt omnia Monaſteria à juriſdictione Epiſcoporum liberata fuiſſe auctoritate, & privilegio generali Gregorii Magni, (è quorum numero videtur Aſcan. Tambur. de jure Abb. T. 1. diſp. 16. q. 1.) in errorem inducti à Gratiano non ſatis bona fide exſcribente verba S. Pontificis in Can. Quam ſit neceſſarium 18. q. 2., præter ea, quæ in errorem Canonem notant Correctores Romani, Barboſa, & plurimi alii, & quæ referunt Thomaſſ. de Vet. & Nov. Eccl. Diſcipl. Van-Eſpen. T. 1. Juris Eccleſiaſt. & in Diſſert. Hiſtorico-Canon., habent etiam ex hoc privilegio, aliqua, quibus opinionem ſuam excutiant. Quandoquidem donatio Monaſteriorum à Greg. VII. facta Lamberto noſtro, certe non eximit regularia loca ab ejus juriſdictione. Quid vero juris, & quantum ex hac confirmatione, ſeu donatione in Monaſteria habuerit Epiſcopus, conſtat ex multis Canonibus cit. Cauſ. 18 q. 2. à quibus omnibus tamen ſubjectionibus jure novo ſunt liberata.

(33) Literati iidem, qui Clerici; ceteri illiterati dicebantur. V. Du Cang. V. Clericus &c.

(34) Nempe homines Deo devotos. De Diaconiſſis late A. A. antiquitatum Eccleſiaſticarum; plura de illis addere notæ non patiuntur, ſed neque poſſunt. V. Morin. de SS. Ordin. par. 3. Exercit. 10. Cap. 1. Albaſpin. de Veter. Eccl. rit. l. p. Illud unum moneam, diſciplinam in Diaconiſſas, & ipſas Diaconiſſas abolitas & extinctas ſæculo 13. in Eccleſia Græca & Latina.

tuerit, in perpetuum reſervanda decernimus. Datum X. Kal. Aprilis per manum Petri (35) *S. R. E. Presbyteri Cardinalis, ac Bibliothecharii, anno primo Pontificatus D. Gregorii VII. Papæ, anno videlicet Dominicæ Incarnationis milleſimo ſeptuageſimo tertio, Indictione ſeptima.* (36)

SIGIFRIDUS.

Sigifridus inde ſucceſſit. Hunc domo Germanum Henricus III. Cæſar circa
1074 annum milleſimum ſeptuageſimum quattum elegit, cum acceptâ pecuniâ Epiſcopos per annulum, (37) & virgam, jure à Leone VIII. conceſſo abutens, inveſtire cœpiſſet. Quod Gregorius iniquiſſimo animo patiens,
1075 poſtero anno Sigifridum ad Concilium Romanum propterea advocavit, &, cum non
1076 affuiſſet, exauctoravit. Sequenti verò Henricum ipſum cum, Pontificia auctoritate contempta, dignitates vendere Eccleſiaſticas pergeret, titulo Regni Italiæ ſpoliavit, & populos jurato Regi obſequio liberavit. Quo decreto invitati Bononienſes unà cum ceteris vicinis populis à Rege ſe averterunt, & libertatem primum amplexi novam Rempublicam ordinarunt; opus eſt enim ipſas quoque Reipublicæ mutationes notare, quia propter negotiorum conjunctionem mirifice poſſunt variam Epiſcoporum, & Eccleſiæ hiſtoriam illuſtrare. Eo ſedente
1074 anno milleſimo ſeptuageſimo quarto, Albertus Comes, & Mathilda conjuges, Cives Bononienſes, prædia quædam *Canonicis*, ut ajunt, *in Canonica S. Petri canonice vi-*
1079 *ventibus*, elargiti ſunt. Quinquennio verò poſt Sigifridum ipſum adhuc in contumacia permanentem Gregorius communione in Concilio Romano ſine gratiæ recuperatione privavit.

BERNARDUS. (38)

Quo facto Clerus Bernardum ſubrogavit. Sigifridus autem anno milleſimo
1083 octogeſimo tertio, quaſi Gregorium referenda ulciſci injuria vellet, unà cum Hereberto Epiſcopo Mutinenſi Gibertum Archiepiſcopum Ravennatem ab Henrico contra Gregorium ad Pontificatum evectum conſecravit. Eodem Bernardo ſedente, aut certe ſub hos annos, Canonici Regulares (39) S. Auguſtini Canonicam ad Rhenum ſub nomine Sanctæ Mariæ conſtituerunt.
Anno verò milleſimo octogeſimo ſeptimo 1087
res in Urbe mirabilis accidit, quæ tum non animadverſa, aliquot poſt annos evaſit clariſſima. Quippe Angela virgo Bononienſis divino inſtincta Spiritu in montem Guardiæ Urbi proximum injuſſu parentum ſeſe contulit, atque ibi exiguo tugurio ſibi parato eremiticam vitam inſtituit, cui pater anxius, ut eam de ejuſmodi depellere ſententia nequiit, virginem alteram nomine Angelicam vitæ ſociam, ac religionis adjunxit, atque eis Sacellum cum domuncula condidit, Canonicis Sanctæ Mariæ ad Rhenum, qui eo loco potiebantur, jura ſua facile concedentibus. Angela porro relictis aliis virginibus, quæ ſe ſervitio ſubinde divino devoverant, anno poſt milleſimo centeſimo quadrageſimo quinto vitâ ceſſit. (40) Angelica verò ſuperſtes acceſſionem adjunxit ædibus, ac locum in Monaſterii formam redegit, quem Cœleſtinus II. Pontifex nobili privilegio decoravit, ac virgines ab eremitica vita ad diſciplinam Canonicorum Regularium S. Auguſtini traduxit. (41) Hic verò locus eſt, qui poſt Sacræ Imaginis Beatæ Virginis cuſtos evaſit, & S. Lucæ nomen accepit. (42) Bernardus Epiſcopus Confeſſionem ædis Sanctæ Luciæ Roſſcoi conſecravit, præſentibus Gerardo, Victore, & Henrico Bononiæ Epiſcopis deſignatis, atque anno milleſimo centeſimo quarto 1104
vitâ ceſſit. (43)

VICTOR.

Ex quibus Victor poſt ipſius locum eſt nactus, credo, quòd Gerardus ante ſit mortuus. Ceterum Victor hic Civis Bononienſis clarum multis nominibus adminiſtravit Epiſcopatum. Neque enim ſolum Eccleſiam eximiis & ſuis, & Principum beneficiis cumulavit, ſed patriam etiam, Pontifice Maximo, ac multis Cardinalibus illuſtratam, raro in terris honoris exemplo conſpexit. Ac quæ ille quidem geſſit, hæc fue-

(35) Petri Presbyteri Cardinalis Titulo S. Chryſogoni, de quo Ciacon. in Alex. II. n. 25.
(36) Legendum undecima.
(37) Qui Laicæ inveſtituræ plenam cognitionem deſiderat, legat Chriſtianum Lupum præ ceteris Tom. 4. ult. edit. a pag. 153.
(38) Canonicus Bononienſis. Quidam ante Bernardum Gerardum locant; quidam Petrum quemdam, quem arbitratur Ughelius aut à Cæſarianis in odium Pontificis intruſum, aut coadjutorem fuiſſe.
(39) Paſſim eo ſæculo Canonicorum Regularium domus ædificatæ. Hi, a quibus cœpit Congregatio Rhenana, apud S. Mariæ extra portam Piam ſedem poſuerunt. Poſtmodum reſtauratâ antiquiſſimâ Eccleſia S. Salvatoris in Urbe, ubi olim Monachi Benedictini degebant, ab Olivaro Olliverio Canonico Regulari, Canonici Rhenani ad hanc ſe contulerunt anno 1359. quo Eccleſia & Domus S. Mariæ ad Rhenum diruta fuit à Bernabove Vicecomite. Tum (ut rerum omnium eſt viciſſitudo) ad unum Franciſcum Ghiſlerium Priorem redacti, Canonicos S. Ambroſii Eugubini invitarunt, iiſque ſe junxerunt an. 1418. nunc ædem ampliſſimam atque magnificentiſſime ædificatam, cum Templo ornatiſſima conſtructo ab an. 1616. tenent Canonici iidem ſub nomine Canonicorum de Scopeto. At Canonica S. Mariæ ad Rhenum diruta, ut dictum eſt, a Bernabove Vicecomite, inſtaurata fuit an. 1582.
(40) Ætatis 74. Angelica vero à Caide dicta fuit.
(41) Non Cœleſtinus II., ut videtur ſentire Auctor, ſed Alexander III. Virgines ab Eremitica vita ad diſciplinam Canonicorum Regularium traduxit. Contigit enim hoc an. 1170. per P. P. Petrum S. Mariæ Rhenanæ, & Jacobum S. Salvatoris Canonicos. *Chronic. S. Mariæ Montis Guardiæ.*
(42) Imo habuit a prima fundatione, retinuitque ad annum uſque 1160., exinde dictus S. Mariæ de Guardia. (Chronic. laud.) Noſtra vero ætate vulgo S. Lucæ appellatur.
(43) In Cathedrali ſepultus appoſitis epitaphii loco Leoninis verſibus, quos, quia nihil ad hiſtoriam pertinens continent, omitto videndos apud Ughellum. Tres tantum poſtremos diem & annum obitus deſignantes referam:

Tranſierat Phœbus ter quinis unde diebus
Menſe ſub Aprilis, pet it cum Sydera Cœli,
Centenus quartus Domini milleſimus annus.

fuerunt. Iuſſu Paſchalis II. Pontificis Abbates in parœcia ſua coërcuit, qui jura, & officia Epiſcopalia ſibi aſciverant. Qua de re extant ipſius Paſchalis ad eum literæ. *Paſchalis (44) Epiſcopus Victori Epiſcopo Bonon. ſalutem. Pervenit ad nos, unde valde miramur, quòd quidam Monachi, & Abbates in parœcia veſtra contra Sanctorum decreta, Epiſcopalia jura, & officia ſibi arroganter vindicant, videlicet pœnitentiam dare, & remiſſionem peccatorum, reconciliationem pœnitentium, decimas & Eccleſias: cum abſque proprii Epiſcopi licentia, vel Apoſtolicæ Sedis auctoritate hoc nullatenus præſumere debeant; ſicuti in Chalcedonenſi Concilio de hujuſmodi à Sanctis Patribus ſtatutum eſt, & ſub anathematis vinculo Monachis omnibus, &c. Mandamus itaque dilectioni tuæ, ut eos convenias, & ne talia deinceps præſumant, omnino prohibeas*. Idem donationes Mathildis Comitiſſæ probavit. Vivebat enim eo tempore Mathilda Canuſſii Comitiſſa, eademque Parmæ, Mantuæ, ac Ferrariæ Domina, mulier omnibus virtutis, ſed maximè pietatis laudibus præſtantiſſima, quæ anno milleſimo cen-
1114 teſimo quarto decimo Canonicis Bononienſibus Eccleſiam S. Michaëlis juxta caſtrum Argellatæ donavit, & Monaſterium Muſiani in agro Bononienſi, Epiſcopo ipſo pro-
1115 bante, conſtruxit; poſtero reſcriptum à Paſchali impetravit: quo ſuperiora Pontificum privilegia, & maximè proximum Gregorii VII. renovavit, ac vetera reſcripta Caroli, & Othonis Imperatorum de poſſeſſionibus, & Nicolai Pontificis decretum de electione, & conſecratione Epiſcopi confirmavit his verbis: *Præterea quæcunque prædia, quaſcunque poſſeſſiones, vel à prædeceſſoribus noſtris Apoſtolicæ Sedis Epiſcopis, vel à quibuſcunque Catholicis Regibus Carolo, & Othone Bononienſi Eccleſiæ conceſſa ſunt, nos quoque decreti præſentis auctoritate firmamus, ad hæc adjicientes ſtatuimus, ut juxta veterem conſuetudinem, Eccleſiæ Bononienſis Electi ſemper à Romano Pontifice gratiam Epiſcopalis conſecrationis accipiant, ſicut & tu opitulante Dei*
1116 *omnipotentis gratia ſuſcepiſti*. Sequenti Rodilianos, Sanguinetanos, & Captilianos populos domos quaſdam in caſtris ſuis ſitas Eccleſiæ, ac Civitati Bononienſi offerentes unà cum Conſulibus Civitatis recepit. Quin etiam vicinis adhibitis Epiſcopis, Oratorium in monte Urbi imminente paulo ante conditum conſecravit, idque Aſſumptioni Beatæ Mariæ Virginis dedicavit. Id autem hac occaſione fuerat factum. Cum Picciola Alberti Gallucii filia, Octaviani Plateſii uxor, Sacellum in hoc colle Virgini Dei Matri voviſſet, ac fabri juſſu ejus terram ad fundamenta jacienda egerere inſtituiſſent, columbam de induſtria locum quendam circumvolantem, ac ligneis fruſtulis collectis orbem ſatis amplum conficientem uno, atque altero die notarunt, ac mirati rem, religionis pleni ad Victotem Epiſcopum retulerunt. Ille multis comitantibus Clericis in collem provectus, cum columbam, perinde ut acceperat, novo adhuc intentam operi reperiſſet, cœleſtem eo ſigno ſine dubio portendi voluntatem aſſeruit, atque ut Ædem in eo loco, & quidem rotundam faceret, Matronam admonuit. Ita ex pia optimi Præſulis interpretatione conſtructa ædicula poſt paucos menſes ab eodem ante diem nonum decimum Kal. Septembris eſt dedicata. Miraculis inde plurimis ibi editis clarus locus, ac magna convenarum dona pie deferentium celeber ſatis docuit, vere ſedem illam à Beata Virgine ſibi delectam, ac tacito columbæ officio, atque labore ſignificatam. Hujus inde cura poſt aliquot annos, aucta Civitatis erga locum illum religione, Monachis Sancti Felicis eſt tradita; (45) nunc vero manente antiquo rotundæ formæ Sacello dilatatum, (46) atque ornatum Ædes Sanctæ Mariæ in monte vocatur; atque in ſummo Civium, atque accolarum honore habetor. Anno milleſimo 1125
centeſimo viceſimo quinto idem Eccleſiam Sanctæ Chriſtinæ ſacræ Camalduli eremo donavit, quam Sanctus Romualdus Ravennas ante annos amplius centum in Diœceſi Arretina in Campo Malduii ædificarat, atque ab eo Camaldulenſes Monachos appellarat. Eidem etiam eremo miræ ſanctitatis fama florenti cum multa prædia diverſis in Italiæ partibus ad Monaſteria fabricanda certatim à piis hominibus traderentur, idem fundum octavo ab Urbe lapide extra portam Sancti Stephani, oomine Stifontem, Martino Priori ejus generali donavit, qui Monaſterio (47) condito ibi ſacratas diſciplinæ ſuæ virgines collocavit. Præclara quidem hæc omnia, niſi quæ ſedente illo Civitati honorifica contigerunt, ſuo ſplendore horum luminibus offeciſſent. Anno enim 1105
milleſimo centeſimo quinto, Paſchalis Pontifex Lambertum de Fagnano, (48) Civem Bo-

(44) Extat in decreto C. 16. q. 1. Can. Pervenit ad nos 9.

(45) Anno 1170. In cujus loci poſſeſſione confirmati fuerunt ab Innocentio III. an. 1215. Cum vero Eugenius IV. hos Monachos univit Monachis S. Proculi, quod contigit an. 1437., ſub iſtorum cura & cultu venit quoque locus, & noſtra ætate adhuc manet.

(46) Anno 1444. Tunc vero mirabile quiddam accidiſſe fertur. Nam dum cæmentarii operi incumbunt, viſa eſt Columba quietè inter artificum ac operariorum ſtrepitus, impavideque commorans, atque eadem quotidie ibi adſtitit, donec muri in tantam altitudinem extructi, ut ſolum fornix imponendus eſſet.

(47) Titulo S. Chriſtinæ.

(48) Ex pernobili gente de Scannabicchis, dictus autem de Fagnano, quia ejus majores cum ab Urbe exularent, in Caſtrum Fagnanum ſe receperunt, atque à loco diu poſſeſſo nomen traxerunt, id quod noſtris plutibus tamquam commune Familiis invenies puta in Curialtis de Tuſſignano, Foſcarariis de Zena &c. Alium Cardinalem creatum à Paſchali II. memorant non ſolum noſtri hiſtorici, verumetiam Panvinius, Platina, Ciaconius, & alii. Is eſt Joannes ex Priore Generali Camaldulenſi Tituli S. Cæciliæ Presbyter Card. conſtitutus poſtmodum Epiſcopus Oſtienſis ab Honorio II. an. 1125. Ejus meminit etiam Venerabilis Petrus Cluniacenſis lib. de miraculis. Sunt, qui putent illum non hoc anno, sed 1057. purpureo galero honeſtatum. At quidquid ſit de tempore, quo hanc dignitatem fuerit aſſequutus, certe illum magnis laudibus efferunt Scriptores. In quodam Inſtrumento appellatur *Vir eruditiſſimus*: egregia adjuvit Innocentium II. adverſus Pſeudopontificem Anacletum, plurimumque laboravit, ut ſublato ſchiſmate pax Eccleſiæ redderetur. Vixit ad annum uſque 1133. V. Ughell. T. 1. col. 77. Et Ciacon. in Honor. II.

Bononienſem ex Canonico Regulari Sanctæ A
Mariæ Rhenanæ, & Archidiacono Eccleſiæ
in Collegium Cardinalium cooptavit, atque
1106 Oſtienſem Epiſcopum declaravit; poſtero
vero Bononiam maximo à Civitate honore
exceptus (49) venit; deinde ad Padum progreſſus, apud Vardaſtallum Concilium habuit, in quo de reformatione Eccleſiæ agens, Epiſcopos Æmiliæ ab obedientia Archiepiſcopi Ravennatis exemit, recenti Giberti ſuperbiâ nimirum offenſus, qui ſe Pontificem adversùs Gregorium conſecrandum cu-
1122 rarat. Poſt hæc anno milleſimo centeſimo viceſimo ſecundo, Lambertus Cardinalis Oſtienſis, Legatus à Calliſto II. Pontifice declaratus, diſſidium, quod Gregorius VII B
cum Henrico propter ſimoniacam Eccleſiarum collationem ſuſceperat, ſuſtulit, atque eas ad liberum Cleri arbitrium, Henrico
1124 IV. renunciante, redegit: inde biennio poſt, Calliſto mortuo, ad Pontificatum evectus, atque Honorius II. vocatus, ut primus patriam in Urbem dignitatem Pontificiam intulit, ſic eam ſtatim pro auctoritate multis inſignibus beneficiis cumulavit. Etenim cum Cardinales allegeret, in primis quatuor Cives Bononienſes cooptavit, Hubertum de Ratta, virum eruditiſſimum, Presbyterum tt. S. Clementis, Gerardum Alberti Caccianimici filium ex ſorore progenitum, Sanctæ Mariæ Rhenanæ Canonicum, C
Presbyterum tt. Sanctæ Crucis in Hieruſalem, qui poſtea Pontifex factus Lucius II. eſt appellatus, Petrum Gariſendum Presbyterum tt. S Sylveſtri, & Martini in montibus, & Hugonem Hieremæum Diaconum S. Theodori, Archipresbyterum S. Petri (50) Valtero autem Archiepiſcopo Ravennati ad obedientiam Eccleſiæ Romanæ reverſo Epiſcopos Æmiliæ reſtituit, atque ad illius Eccleſiæ auctoritatem, ut ante
1125 erant, redegit; poſtero vero anno Eccleſiam Sanctæ Chriſtinæ ſacræ Camalduli eremo donatam à Victore Epiſcopo confirma-
1129 vit, & milleſimo centeſimo viceſimo nono Canonicis Eccleſiæ canonicè viventibus bo- D
na, quæ poſſidebant, rata fecit, &, ut componere ſuper decimas poſſent, indulſit, atque Eccleſiam Sanctæ Mariæ in monte Palenſe donavit, ac mox cum maxima omnium mœſtitia diem obiit. Eodem vero anno Victor Epiſcopus Eccleſiæ adminiſtrationem Henrico Civi Bononienſi, jampridem deſignato Epiſcopo, tradidit.

HENRICUS. (51)

QUare Henricus anno milleſimo centeſimo triceſimo ſeſe pro Epiſcopo geſſit; 1130
extat enim inſtrumentum, quo dotari dicitur Eccleſia S. Nicolai Medicinatis anno milleſimo centeſimo triceſimo, tempore Henrici Epiſcopi. Hic idem miro Monachorum Camaldulenſium ſtudio, Victoris veſtigia perſecutus, flagravit; nam eodem anno Ædem novam Monialium Sanctæ Chriſtinæ, de qua diximus, conſecravit: & Eccleſiam SS. Coſmæ, & Damiani in Urbe media ſitam Monachis impertivit; poſtero 1135
vero incredibilem dolorem ex fortuito Baſilicæ ſuæ incendio cepit. Etenim Kal. Auguſti, quod mirifice Civitatis animos vulneravit, magna pars Urbis, Ædibus tum ferme omnibus ex ligno compactis, igne fortuito deflagravit, quem cum & ipſa ardentibus ædificiis continens S. Petri Baſilica concepiſſet, continuato die, noctéque, furente vento, incendio hauſta eſt, cum Epiſcopus incaſſum, divinum, humanumque auxilium imploraſſet, multis mortalibus opem ferre conatis non tam vaporis vi, quàm tectorum ruina conſumptis. Magno inde omnium mœrore ipſa ſolo æquata uſque ad Joan. Epiſcopum per annos ferme triginta quatuor manſit. Per eoſdem etiam dies (52) Henricus Hildebrandum Abbatem Nonantulanum in fidem recepit, qui miſſis Bononiam Oratoribus publice ſpopondit, ſe Oleum Sanctum, & Chriſma ab Epiſcopo Bononienſi in perpetuum accepturum, cum eo jure antiquitus eſſet, ut à quo vellet Epiſcopo ſumere poſſet: poſt autem anno milleſimo centeſimo triceſimo nono Victo- 1139
rem Epiſcopum mortuum extulit, ac pro- 1140
ximo ædem S. Joannis Baptiſtæ (53) conſecravit, à Cremonina Plateſia in colle Ronciani Urbem deſpectante militibus Hoſpitalariis conditam, quæ nunc, traducto in Sanctum Vincentium nomine, à Fratribus Prædicatoribus obtinetur. Verum ex ejus rebus nihil præclarius, atque ad famam poſteritatis ſplendidius extitit, quàm quòd ſacrum theſaurum, nempe ipſum S. Petronii Corpus Civitati illa tempeſtate incognitum, reperit, ac populo indicavit. Etenim cum ſequenti anno in Feſto ipſius, Sanctarum 1141
Reliquiarum, quæ in æde S. Stephani ab antiquo tempore ſervarentur, recenſionem fieri

(49) *Ipſa Mathilda tum Bononiæ commorante obviam progreſſa*. Sigon. de Regn. Ital. lib 10.

(50) His adnumerat Ghirardaccius p. 1. fol. 70. Caruttum Carotil, cujus attamen, præter nudum nomen, aliud ipſe non refert. Meminit tum vero ejuſdem Cl. quoque Vizan. Stor. di Bol. fol. 56. lib. 2. eâque ratione nec prætermittendus Albertus S. Theodori Cardinalis E
alter ex Bononienſibus poſtea per eumdem Papam eodem titulo renunciatus, quem non levia argumenta probant fuiſſe de Lambertaciis, & refertur à Sigonio in ſua Hiſt. Bonon. lib 3. ad A. 1130.

(51) Hujus nominis Primus, qui Victori immediatè ſucceſſit, nullo prorſus interjecto Gerardo, quicquid divinatus ſit ipſe Sigon. Hiſt. Bonon. ad A. 1125 & 1130.

(52) Fœderis conditiones juramento firmatas refert Auctor de Regn. Ital. lib XI. ad an. 1131.

(53) Atque una Monaſterium ab eâdem Cremonina conditum fuit, in quo ipſa cum devotis fœminis religioſam vitam duxit ſub Regula S. Auguſtini; nuncupatum autem tum Monaſterium SS. Trinitatis. Cum vero collapſum eſſet, refici curavit Ramondina Plateſia an. 1208. Moniales deinde ad paucas redactæ an. 1253 ſe receperunt in Cœnobium S. Joannis Baptiſtæ paulo ante, nempe anno 1239., ædificatum: At poſtero anno locum Ronciani obtinuerunt Equites ſplendidiſſimi Ordinis Bononienſis S. Mariæ Glorioſæ, quos poſtea vulgus Fratres Gaudentes appellavit. Tandem ab illis de Arengheria pretio numerato Dominicani ſibi compararunt, qui etiamnum hæc me apud Faventiam ſcribente illum tenent longè poſthac nobilitatum præ Cardinalatus primis inſignibus ibi traditis tum Vincentio Mariæ de Urſinis, qui nuperrimè deceſſit Sum. Pontifex ſub nomine Benedicti 13. cum Vincentio Ludovico Gotti de Bononienſi Lycæo, & Catholica Eccleſia Doctori quam bene merito. Sed plura de Arruncio Colle vulgò *Ronzano* addunt Cl. Maria Eliſabethe Macchiavelli in ſua Univ. Bonon. Agri Hiſtoriographia §. Roncianum.

ſieri placuiſſet, eum alia præclara, (54) tum
præcipue oſſa ipſius S. Petronii in ſepulchro
Domini ſunt inventa, quæ tum in ignora-
tione omnium verſabantur. Poteſtate autem
inſpiciendi populo per ipſum Epiſcopum fa-
cta, omnibus & ſacris, & profanis Ordini-
bus advocatis, celebris pompa, ac ſupplica-
tio eſt adhibita, atque ut is dies apud po-
ſteros inſignis maneret, ex Conſilii decreto
Conſules edixerunt, ut in poſterum qui-
cunque ad ſolemne S. Petronii conveniſſent,
diebus octo Feſtum antecedentibus, & to-
tidem ſubſequentibus ab omni creditorum
moleſtia tuti eſſent, ac merces ſine profeſ-
ſione inferre, & efferre quaſcunque poſſent.
Epiſcopus autem indulſit, ut quicunque eo
die crimina ritè ſua confeſſus eſſet, eorum
biennem indulgentiam obtineret. Inſtitu-
tum inde manſit, ut qua die S. Petronii me-
moria, eadem etiam Inventionis Sanctarum
Reliquiarum celebraretur, atque inde mille-
1145 ſimo centeſimo quadrageſimo quinto vitam
amiſit. Neque de Henrici rebus aliud præ-
terea quidquam invenimus. (55) Quæ vero
illo ſedente evenerunt, quæ notatione di-
gna ſunt, hæc fuerunt. Anno milleſimo cen-
1136 teſimo triceſimo ſexto Innocentius II. Pont.
cum eſſet Piſis, Ordinem Canonicorum Re-
gularium in Canonica S. Mariæ Rhenanæ
firmavit. Olivarius autem Diaconus ejus
ædem Sancto Salvatori in Urbe conſtruxit,
quam nunc nobili, ac magnifico inſtructam
Monaſterio cernimus; milleſimo vero cen-
1144 teſimo quadrageſimo quatto Deus iterum
Bononiæ dedit, ut Civem ſuum videret,
jura Chriſtianorum populo ex Sede celſiſſi-
ma moderantem. Siquidem Gerardus Cac-
cianimicus (56) Card. de quo ſupra locuti
ſumus, Pontifex factus eſt, & Lucius Se-
cundus vocatus: ille vero Patriæ memor
III. Idus Maji ſuperiora omnia Pontificum
privilegia Bonon. conceſſa Epiſcopo reno-
vavit: menſe autem Decemb. cum Cardi-
nales crearet, Cives quatuor allegit, inter
quos duos S. Mariæ Rhenanæ Canonicos,
Hubaldum Caccianimicum Presbyt. tit. S.
Crucis in Hieruſalem, & Guarinum Guari-
nium (*) Epiſcopum Præneſtinum conſtituit:
præterea Hugonem Miſanum Presbyt. tit.
S. Laurentii in Lucina, & Rainerium Ma-
reſcottum Diaconum SS. Sergii, & Bacchi
fecit. Ceterum Guarinus hic à primis an-
nis ad Clericam Ordinationem in Eccleſia
Bonon. promotus, inde diſciplinam Cano-
nicorum Sancti Auguſtini aſciverat, (57)
in qua cum plurimos annos ita vixiſſet, ut
maximo omnibus ſanctitatis exemplo eſſet,
atque interim oblatam Papienſem Eccleſiam
reſpuiſſet, demum à Lucio Pontifice Præ-
neſtinus Epiſcopus declaratus, ac domeſti-
co nobilium equorum cultu ad tuendam di-
gnitatis amplitudinem decoratus eſt, quem
ille ita recepit, ut ſtatim divenditum pau-
peribus diſtribuerit, modico, ac ferme nul-
lo, quod ſplendorem præ ſe ferret, inſtru-
mento contentus.

D. GERARDUS.

POſtero anno milleſimo centeſimo qua- 1145
drageſimo quinto Gerardus Civis Bo-
nonienſis, & Canonicus Regularis S. Joan-
nis in Monte, Henrico vita functo ſucceſ-
ſit. Siquidem exequias Lucii Pontificis per
eos dies extincti, mœrentibus Civibus om-
nibus, magno apparatu, atque honore con-
celebravit. Hinc inter ceteros mire utilis
fuit Eccleſiæ. Nam, ut primum iniit, con-
firmationem privilegiorum ab Eugenio III.
Pontifice obtinuit: inde anno milleſimo cen- 1154
teſimo quinquageſimo quarto maſſas, &
fundos in comitatu Bononienſi ab Eccleſia
Romana poſſeſſos ab Anaſtaſio IV. in em-
phyteuſim impetravit: triennio poſt popu- 1157
lum Montisbellii ſeſe per Legatos deden-
tem, ipſe una cum Conſulibus in fidem ac-
cepit: poſtero ab Hadriano IV. vetera item 1158
redintegrari ſibi Eccleſiæ jura curavit, ac
Canonicos ſuos à ſumptibus ſuppeditandis
eis, qui ad conventum Ravennatem con-
tenderent, liberavit. Sequenti literis ab Ale- 1159
xandro III. eſt rogatus, ut partes ſuas con-
tra Victorem adverſarium ſuum ſuſciperet:
*Alexander ſervus ſervorum Dei venerabili fra-
tri Gerardo Epiſcopo, & dilectis filiis Cano-
nicis Bononienſis Eccleſiæ, & Legis Doctori-
bus, ceteriſque Magiſtris Bononiæ commoran-
tibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*
Narrat inde rationem comitiorum, quibus
ipſe, & Victor Pontifices in diſſenſione
creati ſunt, ac demum infert: *Nunc igitur,
quia nos de noſtrorum meritorum qualitate
diffidimus, & de honeſtate, & religione veſtra
plenam habemus fiduciam, veſtris, & univer-
ſalis Eccleſiæ precibus infirmitatem noſtram
petimus adjuvari: caritatem veſtram per Apo-
ſtolica ſcripta rogamus, & commonentes at-
tentius, ut ſicut viri Catholici vos pro domo
Domini muros inexpugnabiles opponatis, & in
devotione, ac fidelitate matris veſtræ Sacro-
ſanctæ Romanæ Eccleſiæ immobiliter perſiſten-
tes, ab ejus unitate nullatenus recedatis. Quod
ſi præfatus vir impietatis ad partes veſtras
aliqua damnationis ſuæ ſcripta tranſmiſerit,
ea, ſicut reſpuenda ſunt, reſpuatis, & tan-
quam vana, ac ſacrilega contemnere, & abji-
cere ſtudeatis.* Eodem anno Guarinus Car-
di-

(54) Inter quæ memoratu digna, fruſtum SS. Su-
darii, fragmentum unius ex clavis, quibus
Chriſtus Dominus fuit Cruci affixus, Cor-
pus S. Iſidori Siculi Epiſcopi, aliaque plu-
ra revera præclara, quorum indicem ta-
xuit Franciſcus Petricellius in Chronico
Abbatiæ S. Stephani a fol. 79. ad 87.

(55) Addo his, receptos fuiſſe ab eo Ciſtercien-
ſes & ad Abbatiam S. Mariæ de Strata lo-
catos; quem quidem locum Bernardinus
Baccalerius pro Benedictinis fundaverat
anno 994.

(56) Gerardum ex hac gente fuiſſe teſtatur ejus
vita, quam ex MSS. apud Canonicos S. Sal-
vatoris aſſervatis in lucem dedit Ghirar-
daccius in indice Tomi primi Verbo *Lu-
cius*. Sed in Bibliotheca Vaticana legitur
de Fuſcarariis; hujuſque fidem ſequutum
ſe fuiſſe fatetur idem Ghirardaccius. Alias
dicebatur de Urſo, quoniam Urſum habe-
bat in ſtemmate.

(*) Alii aſſerunt de Fuſcarariis.

(57) In Canonica Mortarienſi Sanctæ Crucis. Eſt
autem Mortaria locus inter Novariam, &
Papiam, ſic appellatus a morte plurimo-
rum militum Deſiderii Langobardorum Re-
gis ibi maxima clade à Carolo Magno de-
victi, ut placet Gothifredo rel. a Sigon.
l. 3. Regni Italiæ, & Gaguin. l. 4. Porro
ab iis ædibus Canonici migrarunt poſtmo-
dum ad Monaſterium Ticinenſe S. Petri in
Cœlo-aureo deſertum à Monachis Benedi-
ctinis ob æs alienum, quo premebatur,
ex Conſtit. Honor. III. an. 1221. ſeu aliam
ob cauſam, de qua Thomas Cantiprat. l. 1.
de Apibus c. 21. in fin.

dinalis, de quo diximus, mortuus, (58) &
inter Sanctos relatus eſt. Dies ejus colitur
1160 VIII. Idus Februarii. Poſtero ſacrum alte-
rum, ac memorabilem theſaurum, & du-
biis aliquando Civitatis temporibus lucem
præſentis opis, ac numinis oſtenſurum, in
Urbem recepit; ſiquidem inſignis tabula
Bononiam eſt delata, in qua Imago Deipa-
ræ Virginis D Lucæ, ut ferebatur, manu
erat depicta. Hanc, ut fama eſt, ex Tem-
plo S. Sophiæ Conſtantinopolitano ſumptam
Eremita quidam (59) poſt humeros detulit,
cum divino viſu admonitus montem Guar-
diæ ſedem illi imagini deſtinatam diligen-
tius per regiones Italiæ quæreret. Quem
cum non longe ab Urbe Bononiæ tribus
abeſſe millibus accepiſſet, (60) locum na-
ctus, repoſita tabula, diuturnæ peregrinatio-
ni, atque inquiſitioni ſuæ finem impoſuit.
Ita in æde S. Mariæ montis Guardiæ repo-
ſita, nunc ſumma religione ab omnibus,
probato ſæpe divino præſentis numinis du-
biis in rebus auxilio, colitur: demum ſe-
1161 quenti adminiſtratione ſe abdicavit, & poſt
anno milleſimo centeſimo ſexageſimo quin-
to VI. Idus Auguſti deceſſit. Hoc ſedente
Hildebrandus Craſſus, Civis Bononienſis,
& Canonicus S. Mariæ Rhenanæ, Diaconus
Cardinalis S. Euſtachii ab Eugenio anno
milleſimo centeſimo quadrageſimo quinto
factus eſt (61) inde anno milleſimo centeſi-
mo ſexageſimo primo Presbyter Baſilicæ Apo-
ſtolorum Epiſcopus Bononienſis reperitur:
verum, ut opinor, electus abdicavit: ſiqui-
dem anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo
octavo Epiſcopus Mutinenſis, & Legatus
Sedis Apoſtolicæ Vicetiæ obiit. Milleſimo
centeſimo quinquageſimo primo (62) Gra-
tianus Monachus in Monaſterio S. Felicis
(63) Decretum, (64) id eſt, Juris Pontificii
volumen inſigne, quod extat, compoſuit:
id quod lapis olim in clauſtro poſitus indi-
cavit, bis verbis:

Hanc aulæ partem Lector reverenter adito:
Namque loci Monachus Decretum hic condidit hujus
Divinum Gratianus opus, quantumlibet arcto
Contentus ſepto. (65)

Inde duorum annorum ſpatio interjecto
Imolenſes victi à Bononienſibus, ea pœna
mulctati ſunt, ut quotannis die Feſto S. Pe-
tri ad aram maximam duas holoſericas map-
pas offerrent. Anaſtaſius vero Pontifex Mo-
naſterium S. Stephani in clientelam recepit,
atque ei ipſas, quas ſubjectas habebat, Ec-
cleſias confirmavit. Demum milleſimo cen-
teſimo quinquageſimo nono Fridericus Im-
perator ad Rhenum caſtrametatus XI. Kal.
Julii Canonicos Regulares S. Joannis in
monte, & S. Victoris ſibi tuendos ſuſcepit,
eoſque à collecta, & manſionatico liberavit.

D. JOANNES.

JOannes inde Civis Bononienſis, & Cano-
nicus item S. Joannis Gerardum anno
milleſimo centeſimo ſexageſimo primo ex- 1161
cepit. Huic præcipuo honori tributum eſt,
quod Baſilicam, quam ſupra incendio con-
flagraſſe commemoravimus, inſtauravit,
ſive enim Gerardus hoc facere prætermiſerit,
ſive laude operis inchoati contentus, alteri
ipſum conſummati decus reliquerit, ſatis
conſtat, Joannem, ut primum honorem ini-
vit, laborem reſtituendæ Baſilicæ ſuſcepiſſe,
ac quarto poſt anno, ideſt milleſimo cen- 1165
teſimo ſexageſimo quinto, rem ad exitum
perduxiſſe: Confeſſione ſubterranea colum-
nis multis ſuffulta, & Choro ſupra poſito
conditis; ut autem Confeſſioni veneratio-
nem apud omnes adjungeret, eam, priſcos
patres imitatus, Sanctis Reliquiis exorna-
vit: hæ vero fuere nonnullæ (66) SS. Vita-
lis, & Agricolæ, quas ex Confeſſione S. Jo.
Baptiſtæ IV. Kal. Majas huc tranſtulit, ac
ſub Altari Majori repoſuit, ubi eas quoque
ætate noſtra Gabriel Palæotus Cardinalis
invenit, (67) tum cum Epiſcopus Confeſ-
ſionem fornice illuſtriore, ac Chorum ſtru-
ctura laxiore ſuſpendit in eam magnificen-
tiam, quæ præſentem Urbis, atque Eccle-
ſiæ magnitudinem adæquavit. Idem mille- 1178
ſimo centeſimo ſeptuageſimo octavo ædem
S. Victoris in colle ſitam, quam Canoni-
corum Regularium fuiſſe diximus, V. No-
nas Martii conſecravit. Non levem etiam
laudem Joannes ex eo tulit, quod Alexan-
dri

(58) Præneſte. Corpus vero ſepulturam accepit ibidem in Eccleſia Divi Agapiti. Acta S. Viri habes apud Auguſtinum Ticinenſem Elucidarii par. 4. fol. 39.

(59) Euthimium antiquæ illum hiſtoriæ appellant.

(60) Romæ fertur id accepiſſe a Paſſipovero de Paſſipoveris Urbis tunc Senatore, vel, ut alii putant, apud Pontificem pro Civitate Oratore. Fusè hanc rem poſt alias proſequitur Cl. D. M. Eliſ. Macchiavell. in ſua Hiſtoriograph. Bonon. §. Mons Guardiæ.

(61) 1150. anno ſexto, nimirum Eugenii III. Ciacon. & Panvin. factus ab Hadriano IV. Presbyter Baſilicæ SS. duodecim Apoſtolorum. Alium Hildebrandum Bononienſem legimus creatum à Lucio II. an. 1144. an. Pontificatus primo in ſecunda Cardinalium creatione, eundemque Presb. Card. SS. duodecim Apoſtolorum, qui apud Senonenſem Urbem Petrum Abailardum validiſſimis rationibus convicit, & Eccleſiæ Catholicæ reddidit. Sed fortè unus ac idem eſt. Hunc ajunt poſt Gerardi ceſſionem electum Epiſcopum, ſed non aſſenſum eum fuiſſe Electoribus. Hoc ipſo tempore *reperitur quidam Samuel Epiſcopus Bononiæ dictus, ſive quia deſignatus erat, ſive quia ex Schiſmate ad eam ſedem obrepſerat*. Ughell.

(62) Ita fert communis ſententia. Gloſs. Can. 31. Cauſ. 2 q. 6. Correctores Romani ibi, eamque Hubertus Miræus probabiliorem cenſet in Schol. ad Henric. Gandav. de Script. Eccl.

(63) Nunc illud incolunt Virgines S. Claræ ab anno 1508.

(64) De inſcriptione voluminis egregie Romani Correctores: ſed adverſus antiquum uſum nihil ratio hactenus potuit.

(65) Reliquos verſus, quos auctor omiſit, accipe.

Contentus ſepto, quod (nunc) reparando caducum,
Et vetus hoc clauſtrum tolli fuit inde neceſſe.
Id tamen Abbate conſtructum eſt Bartholomæo,
Mille trecentis decieſſeptem atque quaternis
Annis à Chriſto pura de Virgine nato.

Epitaphium ſepulchro ære publico reſtaurato appoſitum Idibus Junii 1499. ab Jo. Franciſco Aldrovando Bonon. Dictatore, quia nihil dignum ſpeciali mentione continet, omittendum duxi.

(66) Imo pars major. *Epiſcopal. Gabrielis Palæot. Epiſtol. Paſtoral.*

(67) Inventionis hiſtoriam, & ſolemnem ea occaſione habitam ſupplicationem die 25. Maji 1578., totiuſque feſti ordinem ac pompam accurate & diſtincte affert idem Cardinalis Palæotus in relatione impreſſa in fine Epiſcopalis.

dni III. Lucii III. & Urbani III. Pontificum propenſa arga ſe ſtudia habuit; ſiquidem Alexander anno milleſimo centeſimo ſexageſimo ſecundo bona emphyteotica ab Anaſtaſio data confirmavit his verbis: *Quocirca Frater Epiſcope Joannes perſonam tuam, & commiſſam tibi Eccleſiam pleuis caritatis brachiis amplectentes, omnia quæ tam in Civitate, quàm in Comitatu Bononienſi, tam majora, quàm minora, ut maſſam Primarii, & alias maſſas, & fundos in eodem Comitatu, ſicut piæ recordationis Anaſtaſius Papa prædeceſſor noſter beatæ memoriæ, Gerardo quondam Bononienſi Epiſcopo anteceſſori tuo, receptis ab eo centum libris afforſiatorum, quas pro utilitatibus Eccleſiæ Romanæ expendit, in emphyteuſim ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus de communi Fratrum ſuorum conſilio conceſſiſſe, atque locaſſe dignoſcitur, nos tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & per vos Bononienſi Eccleſiæ titulo locationis in emphyteoſim perpetuam concedimus, atque locamus, & locationem ipſam præſentis ſcripti pagina communimus. Pro ipſa vero locatione tu, tuique ſucceſſores nobis, noſtriſque ſucceſſoribus duas libras puri argenti annis ſingulis menſe Junio debetis exolvere*; atque anno milleſimo centeſimo ſexageſimo nono, cum eſſet Beneventi, ſuperiora iiſdem verbis Pontificum privilegia renovavit, milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo Venetiis decimas molendinorum conceſſit, quæ nuper à laicis in flumine Sapina facta erant, & Canonicis indulſit, ut perpetuum habere Syndicum poſſent, prout ex voluntate Epiſcopi, auctoritate Hildebrandi Cardinalis Legati, Conſulum Civitatis, aliorumque ſapientum conſilio fuerat conſtitutum. Lu-
1184 cius vero III. anno milleſimo centeſimo octogeſimo quarto Veronam ad Concilium proficiſcens, & Bononiæ ad Joannem divertens, VIII. Idus Junii novam Baſilicam conſecravit, ara maxima multis ſanctis Reliquiis, atque aureo ſtragulo inſignita, & campanarium ædis tribus tabulatis tollendum, ac marmoreis columnis exornandum curavit. Inde IV. Idus Julii Mutinam progreſſus, recentem alteram S. Geminiani Baſilicam ipſo etiam præſente Joanne Epiſcopo dedicavit. Urbanus autem literas Varona ad Gerardum Eccleſiæ Archidiaconum miſit, quibus Alexandri Pontificis privilegium de poſſeſſionibus Eccleſiæ vindicandis, & Gerardi Epiſcopi decretum de tollendis ſumptibus eorum, qui ad Conventum Ravennatem contenderent, collandavit, atque VIII. Kal. Julias ad ipſum Joannem ſcripſit, ut reſcinderet contractus, & alienationes in fraudem Eccleſiæ factas. Eodem ſedente, præclara quoque multa Civitati, atque Eccleſiæ obvenerunt, quæ propter dignitatem haud quaquam prætereunda ſilentio ſunt. Nam anno milleſimo centeſimo ſexageſimo nono Alexander Fratres S. Mariæ Cruciferos, (68)

A quibus anno milleſimo centeſimo ſexageſimo diſciplinam vitæ præſcripſerat, Hoſpitale extra Portam Ravennatem ædificantes probavit, & decreto ampliſſimo decoravit, & milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo Lesbium Craſſum, civem Bononienſem, Presbyterum Cardinalem tit. SS. Gabinii, & Suſannæ creavit. Eodem etiam anno Imelda olim Bulgari Juriſconſulti uxor Iſeram Camalduli eremum bonorum ſuorum omnium hæredem inſtituit eum eo, ut in uno ex ſuis prædio Hoſpitale, & Cœnobium ſecundùm inſtituta Camaldulenſium ſtrueretur. Quod ædificatum extra portam S. Felicis in via Æmilia, & S. Salvatori, ac San-
B ctæ Mariæ Virgini dedicatum eſt ad torrentem Ravonem, apud quem hæc ego quæſito opportuno ad lucubrandum ſeceſſu anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo ſecundo memoriæ conſecrabam. Milleſimo cen- 1186
teſimo octogeſimo ſexto Urbanus Pontifex privilegium Hadriani IV. Monaſterio S. Stephani confirmavit: proximo vero Grego- 1187
rius VIII. qui Urbani Ferrariæ mortui locum tenuit, Bononiam adiit, ac Gerardum Giſlam, ſive Giſellam Civem Bononienſem, Eccleſiæ Archidiaconum, atque olim S. Joannis Canonicum, Epiſcopum jampridem deſignatum conſecravit, qui novam ædem a Joanne in Galeria conditam (69) S. Ma-
C riæ Majoris nomini dedicavit: poſtero au- 1188
tem, qui fuit milleſimus centeſimus octogeſimus octavus, Joannes Idibus Januariis occidit, atque in Baſilica ſepulturam accepit, duobus his inſulſis ſane verſibus in columna Confeſſionis inciſis:

Joannis Corpus requieſcens Præſulis hic eſt,
Quem ſummus Dominus faciat cõjungere ſanctis.

D. GERARDUS GISELLA. (70)

MOrtuo Joanne, Gerardus adminiſtrationem inivit. Hujus propria laus illa eluxit, quod primus titulo Principis inſignitus eſt, quo nunc etiam Epiſcopus uti-
D tur: cum vero ab Henrico V. Imperatore conſequutus videtur, cum anno milleſimo centeſimo nonageſimo primo ipſum Bono- 1191
niam profectum hoſpitio magnifice, ac comiter excepiſſet. Ceterum ita appellatus judicatur, quod ex Principibus Regni, ſive Imperii eſſet, quos Rex cum ceteris ad conſilia de Rep. adhiberet. Itaque apud Darbuſienſes extat inſcriptio Aimerici Epiſcopi Bononienſis, & Principis Imperii, & ipſe à Carolo etiam IV. Imperatore Princeps ſacri Imperii nuncupatur. Adde, quod idem Henricus eodem tempore Egidium etiam Epiſcopum Mutinenſem, & Albertum Vercellenſem Principes ſuos vocavit. Eodem
E etiam Gerardo præſente, Henricus Civitatem jure cudendæ monetæ (71) donavit. Ipſe autem tantam juſtitiæ, ac virtutis opinio-

(68) *Horum Congregatio per Beatum Cletum inſtituta, & per Alexandrum Tertium Romanos Pontifices reformata fuit, gratiaſque ac privilegia, & indulta à diverſis Romanis Pontificibus obtinuit.* An Gregor. XIV. in Bulla Confirm. privileg. an. 1597. extat Bulla Urbani III. approbantis Ordinem Cruciferorum in Hoſpitali Civitatis Bononiæ; & S. Pius V. multa de antiquo eorum ſtatu refert. Conſtitutione, Nihil &c. Hos extinxit Alex. VII. an. 1658. Porro Eccleſia Sanctæ Mariæ erat ad ſiniſtram viæ Romanæ partem: Cum vero diruta fuiſſet an. 1511. Cruciferi eam ædificarunt eo in loco, ubi modo viſitur.

(69) An. 1186. Nunc eſt Collegiata (ut vocant) inſignis, in eam formam, quam videmus, extructa ann. 1665.

(70) Gerardus II. Giſella, alii de Scanabecchis Canonicus Regularis S. Joannis in monte, atque Archidiaconus.

(71) Quo jam pollebatur ſeculo 8. V. Auctorem lib. 3. Regn. Ital. ubi refert edictum Deſiderii, paulo vero poſt interdixit Carolus Ma-

1192 nionem habuit, ut poſtero anno novo exem- A
plo Prætor à Civitate aſcitus ſit: (72) cu-
jus rei cum multa alia in Actis extant mo-
numenta, tum jusjurandum illud: *Ego Al-
bertus Comes Prati promitto tibi Gerardo Epi-
ſcopo, & Poteſtatè Bononiæ pro Communi reci-
pienti*. Is eodem anno XVIII. Kal. Julias
ſacras Martyrum Theodori, & Marcelli,
aliorumque Sanctorum Reliquias ſub Cruce
S. Martini repoſuit, quæ ab eo Crux San-
1195 ctorum eſt appellata: milleſimo centeſimo
nonageſimo quinto reſcriptum ab Henrico
Imperatore, ut dixi, elicuit; in quo ipſum
Principem ſuum vocans abſolvit, ne in li-
tibus peragendis ſacramenta calumniæ te-
nerentur; a Cœleſtino autem III. Pontifice B
obtinuit, ut in Eccleſiis Diœceſis ſuæ bene-
ficia poſſet ex Decreto Concilii Lateranen-
ſis conferre, atque Eremum Camaldulen-
ſem probavit, quæ condita eſt ad duo fer-
me millia paſſuum extra portam S. Stepha-
ni, ut ſcribit Auguſtinus Camaldulenſis:
Anno, inquit, *milleſimo centeſimo nonageſimo
quinto Jo. Petrus de Milancio, ac Carrarius
nobiles cives Bononienſes ſacræ eremi dignita-
tis, ac religionis exaugendæ ſtudioſiſſimi, agrum,
ac nemus vulgo de Burellis nominatum libe-
rali donatione venerabili loco tradidere, ut ini-
bi eremus ſecundum ejus inſtituta conſtruere-
tur. Quam operam Placidus Generalis ſuffra-
gante Gerardo Epiſcopo Bononienſi, qui pri-
marii lapidis poſitionem conceſſit, X. Decem- C
bris diligenter navavit, locumque S. Salvatori,
ac B. Mariæ ſemper Virgini ſacrandum cu-
1196 ravit. Fecit item proximo anno & ædificatio-
nem Cœnobii Sanctimonialium S. Mariæ de
Bethlem in bonis, quæ dilargitè eodem fere
tempore fuerant Nectus, & Naldina conjux,
qui ſumptum fecerunt ad æmulationem Cœno-
bii S. Chriſtinæ Tarviſii IV. Nonas Auguſti
manu Guillindi Notarii. Hoc Cœnobium poſtea
ab Ordine ſejunctum ſub vexillo alterius mi-
1197 litavit religionis*. Hæc ille. Milleſimo cen-
teſimo nonageſimo ſeptimo ab eodem Cœle-
ſtino facultatem accepit communione pri-
vandi, & abſolvendi eos, qui Eccleſiarum D
1198 prædia invaſiſſent. Denique poſtero, VII.
Idus Novembris vitæ finem impoſuit. Cete-
rum Gerardo ſedente Lucia Virgo in Mo-
naſterio S. Chriſtinæ (73) mira floruit ſan-
ctitate, quam, ut narrat in Itinerario ſuo
Ambroſius Camaldulenſis, cum multis aliis
ſignis, tum hoc maxime declaravit. *Ada-
maverat*, inquit, *Luciam quippe ſpecioſiſſimam
juvenis nobilis, adibatque frequens Monaſte-
rium viſendæ ejus gratia. Nam cum eſſet
clauſa cellula Eccleſiæ conjuncta, per feneſtram
ſacra Miſſarum ſolemnia audire conſueverat,
hac juvenis hora captata eò adveniebat ejus
inſpiciendæ tantùm gratiâ: id ubi advertit
virgo pudiciſſima, feneſtra damnata, ſeſe
intra cellulæ ſecreta continuit, patri, qui in
abſcondito videt, placere deſiderans: juvenis
amore ebrius, cum ſpem omnem ejus po-
tiundæ ſibi ſublatam cerneret, deſperatione vi-
ctus ſeſe ad remotiores, barbaraſque nationes
contulit. Interea virgo felix migravit ad Chri-
ſtum, cum juvenis à Sarracenis captus Chri-
ſtum negare, aut mortem oppetere cogebatur:
incluſus carceri, & compedibus vinctus, ut ſo-
let intellectum auditui dare vexatio, recorda-
tus eſt Luciæ ſacratiſſimæ Virginis. O, in-
quit, Lucia virgo, ſi quid apud Deum præ-
vales, adjuva me, atque his neceſſitatibus libe-
ra. His verbis ſomno corripitur, experrectuſ-
que prope Monaſterium ferme ad jactum lapi-
dis vinctus compedibus conſueti ſigni ſonum
haurit auribus; apparuit illi per viſum Virgo
Chriſti, & ille ad ejus aſpectum admiratus, vivis-
ne, inquit, Lucia? Et illa, vivo, ait, veram vi-
tam: vade, & compedes iſtas ad ſepulchrum
meum defer, Deoque gratias age, qui te de
imminenti periculo liberavit. Paruit ille juſſis;
eas nos compedes vidimus, neque deſunt, qui
aſſeverent, eas nulla unquam ratione inde po-
tuiſſe amoveri*. Hoc vero evenire potuit an-
no milleſimo centeſimo nonageſimo: quo res
male geſta eſt adverſus Sarracenos à Chri-
ſtianis, adverſus quos tum duo millia juve-
num Bononienſium contendiſſe (74) memo-
riæ proditum eſt.

GERARDUS AREOSTUS. (75)

Gerardum inde Giſellam Gerardus Areo-
ſtus, Civis item Bononienſis, eſt con-
ſequutus. Hic anno milleſimo centeſimo 1199
nonageſimo nono Hoſpitale à Griſonis in
vico S. Margaritæ conſtructum S. Bernardi
nomini dedicavit. Thomæ Cantuarienſi Ar-
chiepiſcopo, quem in Anglia ab Henrico
Rege crudeliter interfectum Alexander III.
propter miraculorum claritatem inter San-
ctos retulerat, Hildebrandus Cardinalis
aram in æde Canonicorum S. Salvatoris di-
carat. Quæ cum minus honeſtum locum
videretur tenere, juvenes Angli, qui tum
frequentes Bononiæ ſtudiorum gratiâ ver-
ſabantur, inſigniori alteram in parte, æde
ipſa amplificata, ſtruxerunt, quam cum Ge-
rardus Epiſcopus, priore amota, conſecrare
abnuiſſet, Epiſcopus Mutinenſis id muneris
Inno-

Magnus; conceſſit Henricus hoc anno ſub die 12. Februarii. Tabulæ conceſſionis habentur in Sigon. lib. 15. de Regn. Ital., & Ghirardacc. par. 1. pag. 101. E

(72) Sed electionis populum pœnituit anno ſequenti, facultatemque impetravit ab Henrico eligendi duodecim Conſules. Reſtitere Conſules antiqui, & ipſe Epiſcopus; Hinc certamina, & cædes; vicitque tandem populus: fuſe expoſita hæc omnia habes in Auctore de Regno Ital. lib. 15. & fuſius apud ipſum in opere de rebus Bononienſ. V. Ghirard. par. 1. pag. 102.

(73) Sito in colle Sitſontis; ibique condito an. 1106. ſub Inſtituto D. Romualdi, ſic autem locus appellatur, quia ibi ſeptem fontes; diſtat ab Urbe 8. circiter millibus paſſuum. Porrò Lucia dicta de Stifonte a loco, ubi vitam ſanctiſſimam egit; ab ipſaque Monaſterium nomen accepit, nam antea D. Chriſtinæ vocabatur. Obiit circa ann. 1199. ejus vero ſacri cineres, ſedente Gregorio XIII. Inde ad proximam Eccleſiam S. Andreæ de Ozano translati an. 1573. die 7. Novembris; ibique feſtum hujuſce Virginis celebratur die 13. Decembris. At virgines, quæ Monaſterium Stifontis incolebant, paulo poſt Luciæ obitum ad S. Andream Ozani tranſierant; anno vero 1247. in Urbem venerunt, Monaſterio extructo ſub titulo Sanctæ Chriſtinæ, antiquum adhuc inſtitutum tenentes.

(74) In ea expeditione an. 1188. fuere juvenes 2000. ære publico donati libris viginti mill. Bononenorum. Chronic. Miſcell. in Tom. 18. Rer. Italic.

(75) Hujus nominis Tertius ex illuſtri Familia adhuc Bononiæ florente. Hunc præceſſit Otho an. 1196. (Ghirard.) Gerardus vero ſedit an. 1199.

Innocentii III. Pontificis mandato pridie
1202 Nonas Maji anno milleſimo ducenteſimo ſe-
1206 cundo curavit. Idem quadriennio poſt VI.
Kal. Mart. veteres Adelfredi, & Lamberti
Epiſcoporum munerationes Canonicis factas
1208 lancivit, & biennio interjecto aſſenſum Sa-
bino Presbytero præbuit, qui ædem S. Lu-
ciæ (76) in Urbe ad clauſtrum Caſtellionis
ædificavit; atque eidem bona ſua reliquit
cum eo, ut cenſum quotannis Canonicis
S. Joannis in monte perſolverent; milleſimo
1213 vero ducenteſimo tertio decimo Canonicis
exactionem decimarum ſuarum permiſit,
atque honore ſe abdicavit.

D. HENRICUS A FRACTA. (77)

Henricum inde à Fracta Cononicum
S. Victoris Clerus ſubſtituit; quem
quidam Conſolineum, & Brixianum appel-
larunt, at Civem Bononienſem fuiſſe, ipſum
Fractarum cognomen in Civitate per ea
tempora celebratum mihi potius perſuadet.
Inſignis hujus Epiſcopatus maxime fuit,
partim certaminibus ab eo pro jure Eccle-
ſiæ cum Civitate ſuſceptis; atque egregiis
privilegiis impetratis: partim rebus iis, quæ
illo Eccleſiam obtinente in Urbe memora-
biles evenerunt; atque omnino dignitatem
creſcentis Eccleſiæ attigerunt, quas ſigilla-
1215 tim aperiemus. Hic igitur anno milleſimo
ducenteſimo quinto decimo controverſiam
cum Civitate contraxit. Etenim cum Viſ-
contes (78) Vicecomes Prætor cognitionem
maleficii in Perſiceto patrati exercuiſſet,
queſtus eſt Odo Henrici Vicarius, jus Epi-
ſcopi imminutum; cui reſpondit Prætor, ſe
jus Communis tueri debere. Hominibus in-
de Perſicetanis Prætori non parentibus, Præ-
tor unum eorum prehendi, & in carcerem
condi juſſit, qua de cauſſa Epiſcopus Præ-
torem communione amovit, ac poſtea quo-
que Pontificem, ut idem adverſus Civita-
1216 tem faceret, incitavit. Poſtero anno idem
Prætor poſt longam cum Epiſcopo diſcepta-
tionem VI. Idus Decembris in Conſilio, ip-
ſo præſente Epiſcopo, dixit, ſe paratum
eſſe, jura ejus cognoſcere, de quibus inter
ſe contendebant, & ibi apud Epiſcopum,
& Priorem Canonicorum S. Joannis in Mon-
te juravit, ſe mandatis Pontificis paritu-
rum, quæ injunxerat cauſa deteſtationis, &
interdicti lati contra ſe, & Commune Bo-
noniæ. Quibus auditis Epiſcopus, & Prior
Civitatem ſacrorum interdicto laxarunt.
1217 Proximo ædem S. Leonardi conſecravit. Eo
1218 verò, qui inſecutus eſt, Monachos Humi-
liatos (79) extra portam S. Vitalis ad SS
Jacobum, & Philippum ſedes collocantes
1220 recepit; biennio poſt Epiſcopii partem au-

A ſtralem opere illuſtriore refecit, ac propy-
læum Baſilicæ item ad meridiem vergens è
marmore ſtruxit, ac variis figuris admo-
dum affabre factis per nobilem Architectum
Venturam ornavit. Inde anno milleſimodu- 1231
centeſimo triceſimo primo, Henrico Epiſco-
po decimas frugum inveterato jure exigen-
ti Civitas occurrere ſtatuit. Ea de re Epi-
ſcopus ad Pontificem confugit; Pontifex
arbitrum ad id cognoſcendum Palmerium
Canonicum S. Auguſtini à Campaneola de-
dit. Palmerio autem arbitrium adverſus Ci-
vitatem pronunciare cunctante, accidit, ut
maleficium in Caſtro Perſiceto commiſſum ſit.
Quod ubi Epiſcopus audivit, continuo mi-
B niſtros ſuos ad eam rem inquirendam ire
juſſit. Prætor autem, ut jus ſuum retineret,
ſuos & ipſe miſit, ac miniſtris Epiſcopi
multam, niſi incœpto deſiſterent, atque in-
de recederent, dixit, hominesque amplius
centum ex Caſtro ad ſe venire, & apud ſe
ſacramentum dicere juſſit. Tum Gregorius
harum rerum certior factus Idibus Martii
literas ad Palmerium dedit; eumque ſine
cunctatione pronunciare mandavit. Quibus
de rebus incenſus Fridericus Prætor, (80)
ex Conſilii ſententia omnia Epiſcopi Caſtra
invaſit, Perſicetum, Unciolam, Maxumati-
cum, Podium, Doliolum, Caſtrum Epiſco-
pi, & alia, itemque Ripaticum ei Dolioli
C eripuit, & hoſpitali pontis novi Rheni Re-
ctorem novum, vetere ab Epiſcopo dato
remoto, impoſuit: & ne quis laicus in Ca-
ſtris Epiſcopi pro Epiſcopo Gaſtaldiatum
exerceret: & ne Clericis more ſolito nun-
cii ad repetendas decimas darentur, edixit.
Ob eam rem Palmerius arbiter in Frideri-
cum Prætorem, & Omnibonum, atque
Osbertum de Leno judices, totamque co-
hortem ejus, præterea in Conſiliarios Civi-
tatis, Antianos, Magiſtros artium, armo-
rum, & vicorum execrationis: Epiſcopus
vero etiam interdicti ſententiam promulga-
vit, ac Civitatem peroſus, pariterque eidem
invisus, Regium circa Kal. Septembris ſe-
D ceſſit. Sequenti anno V. Idus Jan. Grego- 1232
rius Pontifex Reate literas ad legatos ſuos
in Lombardia manentes miſit, ut Raineriium
Zenum Prætorem, & Commune Bononiæ
ad reſtituenda ſua Epiſcopo Caſtra cohor-
tarentur, ne ipſe in eos durius conſulere
cogeretur; iis autem ille adeò non paruit,
ut ex Conſilii ſententia Prætores in omnia
ejus Caſtra miſerit: atque omni illum juriſ-
dictione diſpoliarit. Qua re Gregorius in-
dignatione accenſus III. Non. Jun. Spoleto
(81) Parmenſi, & Mantuano Epiſcopis per
literas imperavit, ut Prætorem Rainerium,
& Fridericum, & cohortes eorum, atque
totam Bononiæ Civitatem cœtu piorum ex-
E pel-

(76) Erat, ubi modo videmus atrium perampli Collegii PP. Societatis Jeſu. Quæ vero proxime magnifice excitata eſt Eccleſia ſub ejuſdem D. Martyris nomine, cœpit ædificari anno 1623. Angelo Gozzadino Ortæ, & Civitatis Caſtellanæ Epiſcopo, ac Suffraganeo Ludovici Cardinalis Ludoviſii Archiepiſcopi Bononienſis primum lapidem ponente quarto Nonas Apriles. Sed de hac Eccleſia quædam alia adnotabimus, ubi agemus de Gabriele Paleoto.

(77) Quæ eſt Familia eorum de Montalbanis. Extat in jure Canonico reſcriptum Honorii ad hunc noſtrum, Cap. Noverit, de Teſtib. cogen.

(78) Viſcontinum appellant alii, de Placentia.

(79) Nequaquam hoc anno Humiliati ſedem ad D. Jacobum & Philippum collocarunt, ſed Auguſtinenſes duris ſatis conditionibus ab Epiſcopo, & Canonicis loco impetrato, ut ex Bulla Alexand. IV. anno 1258., quam recitat Aloyſius Torellus Tom. 4. ſæcul. Auguſtin. pag. 617. Vide etiam ipſum Auctor. Tom. eodem ad annum 1258. n. 10., & 11. At Monachi Humiliati locum obtinuere multos poſt annos; de qua re iterum dicemus in not. ſub an. 1284.

(80) Fridericus Iſvelungus Brixianus.

(81) Alias Spoletino, cui nomen *Nicolaus*: Parmenſi vero *Gratia*: Mantuano autem *Guidottus Polizzarius Corrigienſis*.

pellerent, atque amotos in omnibus Lombardiæ, Romaniolæ, Marchiæ, & Tuſciæ Urbibus divulgarent; ſimulque, ut ſcholaribus animadverſionis Eccleſiaſticæ denunciatione mandarent, ut Urbe excederent, neque ante Feſtum S. Michaëlis redirent. Proximo manente adhuc ſacrorum interdicto Gregorius Idibus Januarii Epiſcopo indulſit, ut clauſis templi portis, mutiſque campanis, ac vocibus ſummiſſis divina Officia celebranda curaret. Res inde inter eum & Civitatem, quod ad decimas pertinebat, convenit; Epiſcopus Centum, & Plebem Caſtra ab ea oblata; rerum capitalium cognitione ipſi relicta, decimarum loco recepit, ac lite remiſſa ſimul Civitatem interdicto exemit, atque in Urbem ingenti populi favore exceptus revertit. Quibus tranſactis, Prætor, & Epiſcopus Fratrem Joannem Vicetinum (82) alterius controverſiæ de juriſdictione in Caſtris exercenda arbitrum delegerunt, ſeque haudquaquam ab ejus ſententia receſſuros mille drachmarum auri ſacramento XIII. Kal. Maji, præſentibus Tancredo Archidiacono, & Jacobo Balduino ſummis in Gymnaſio Juriſconſultis, compromiſerunt; atque rem ex ejus ſententia tranſegerunt; Privilegia vero, quæ ipſe, & Canonici acceperunt, hæc fuerunt. Anno milleſimo duceteſimo nono decimo Honorius III. Pontifex jus Archidiacono Eccleſiæ dedit examinandi, & probandi eos, qui ad docendi regimen aſſumebantur: *Honorius ſervus ſervorum Dei dilecto filio Archidiacono Bononienſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſæpe contingat, ut in Civitate Bononienſi minus docti ad docendi regimen aſſumantur, propter quod & doctorum honor minuatur, & profectus impediatur ſcholarium volentium erudiri; nos eorundem utilitati, & honori utiliter proſpicere cupientes, auctoritate præſentium duximus ſtatuendum, ut nullus alterius in Civitate prædicta ad docendi regimen aſſumatur, niſi à te obtenta licentia, examinatione præhabita diligenti. Tu denique contradictores, ſi qui fuerint, vel rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compeſcas. Dat. Reate IV. Kal. Julii, Pontificatus noſtri anno tertio.* Sequenti vero Henricum ipſum monuit, ut in gymnaſio Theologiæ ſtudium aleret, neque Clericos Juri Civili, aut Phyſicæ operam dare permitteret; alioque reſcripto indulſit, ut injuſtos bonorum Eccleſiæ poſſeſſores communione piorum arceret, atque pro arbitrio in gratiam Eccleſiæ reſtituere poſſet. Fridericus autem II. Imperator eidem conſuetudines, & juriſdictiones veteres in Caſtris ſuis exercendas confirmavit. Diploma item integrum inicxemus, quoniam & hoc ad multas res valere cenſemus. *In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Fridericus II. divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Siciliæ Rex glorioſus. In perpetuum. Imperialis Majeſtatis decet eminentiam juſtis fidelium ſervorum deſideriis benignam ſe præbere, & commodam, illorum propenſius vocibus aures ſerenitatis ſuæ accommodans, quorum devotionem lucidam, & fidem præclaram in dies commendant obſequia; inter quos dilectum fidelem Principem noſtrum Henricum venerabilem Bononiæ Epiſcopum præcipuum reputamus, cum ſuæ honeſtatis, & conſpicuæ devotionis certa nobis clareſcant indicia; ideo propter ea præclara ſervitia, quæ nobis, & Imperio intrepide exhibuit, & in poſterum creditur exhibiturus, Imperiali magnificentia concedimus, & confirmamus eidem Epiſcopo, & Eccleſiæ Bononienſi, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum bonos uſus, & conſuetudines, quos, & quas Eccleſia Bononienſis habuit; concedimus quoque, damus, & confirmamus præfato Epiſcopo, & Eccleſiæ Bononienſi, ſuiſque ſucceſſoribus plenam juriſdictionem omnium Caſtrorum, & locorum ejuſdem Epiſcopi, & Eccleſiæ Bononienſis: & nominatim Caſtri S. Joannis in Perſiceto, & ejus curtis, & pertinentiæ: Caſtri Epiſcopi, & ejus curtis: montis Caballorii, & ejus curtis: Caſtri Unciolæ, & ejus curtis, & pertinentiæ: Rocchæ Badali, & ejus curtis: Argilis, & ejus pertinentiæ: Caſtri Maxumatici, & ejus curtis: & podii de Maxumatico: Caſtri Dugloli, & ejus curtis: Caſtri Flexi, & ejus curtis: Caſtri Ungiani, & ejus curtis. Item concedimus, & confirmamus, quod idem Epiſcopus Bononienſis, & ſucceſſores ſui terram Centi cum curte, & pertinentiis ſuis liberam, & exemptam, & integram de cetero habeant, teneant, & poſſideant cum omni juriſdictione Civili, & Criminali, diſtrictu, & honore, ſicut eam nunc habet, tenet, & poſſidet liberam, & exemptam, & prædeceſſores ſui habere, & tenere conſueverunt; ita quod nulla perſona, vel Civitas Bononiæ, ſeu quæcunque alia Civitas, vel Commune, fodrum, vel collectam, vel aliquam exactionem ibi facere vel imponere præſumant in ea: in omnibus ſiquidem Caſtris, & locis prædictis, ac terris, & earum pertinentiis, & habitationibus præfatum Bononienſem Epiſcopum, ejuſque ſucceſſores habere, & exercere volumus, & ſancimus plenam juriſdictionem in placitis, bonis, & ceteris, quæ pertinent ad juriſdictionem Civilem, & Criminalem; non obſtante privilegio à nobis Communi Bononiæ conceſſo, cum per illud non intelleximus auferre, vel diminuere jura Bononienſis Eccleſiæ: nec obſtare volumus privilegium à Sereniſs. avo noſtro Friderico invictiſſimo Rom. Imperatore Civitatibus ſocietatis Lombardiæ apud Conſtantiam conceſſum: nec etiam ſtatuta Communis Bononiæ obſtare volumus ſupradictis; concedimus Epiſcopo, & Eccleſiæ Bonon. portum laveratici cum portunatico, & decurſus aquarum, & alveos fluminum in omnibus locis, & terris prædictis; ſpecialiter regalia, & armarias, quæ, & quas in Caſtellis, & locis ſuis, & in eorum pertinentiis habet: & ut liceat ei, ſuiſque ſucceſſoribus cauſas Bononienſis Eccleſiæ omnes per ſyndicum peragere non præſtito juramento calumniæ ab ipſo Epiſcopo, ita quòd alius contra eum hoc jure uti non poſſit, nec adverſarius nulla lege obſtante; adjicientes, etiam concedimus Sanctæ Bononienſi Eccleſ. ut nulla præteriti temporis præſcriptio ab hoc noſtræ conceſſionis decreto eidem Eccleſiæ objici poſſit, niſi centum annorum, & deinceps poſſeſſiones, actiones, & jura, ſeu juriſdictiones ejuſdem Eccleſiæ non niſi ſpacio centum annorum præſcribatur, & Eccleſiaſticæ perſonæ, & Eccleſiæ Bononiæ Diœceſis plena gaudeant, atque fruantur libertate, & pace, videlicet ut nec ad angarias, vel per angarias, vel alias operas, ſed nec ad collectam, vel*

(82) Vicetiæ natum, ſed origine Bononienſem. Ghirard. lib. 6.

vel exactionem aliquam quovis nomine cenſeantur per aliquem noſtrum Miſſum, aliamve majorem, vel minorem laicalem perſonam, ſeu per Commune Bononiæ compellantur jurare ad breve Communis Bononiæ, vel ſequimentum poteſtatis, aut in cavalcatam, vel exercitum ire, cum oporteat eos circa ſervitia dominorum ſuorum intendere; ſtatuimus inſuper, quòd ſecularis Judex de Eccleſiis, & Clericis, & Eccleſiaſticis perſonis prædictæ Diœceſis, ac rebus eorum judicare, vel diſponere non præſumat Civiliter, vel Criminaliter, niſi quatenus Canones ſacri permittunt. Præterea privilegia, & conceſſiones, & quodcunque anteceſſores noſtri Reges, ſive Rom. Imperatores, etiam Summi Pontifices, ſeu alia Eccleſiaſtica, vel ſecularis perſona, ſeu terrarum Communia præfatæ Bononienſi Eccleſ. ejuſque Præſulibus donationem, venditionem, conceſſionem, aut alio quovis titulo contulerunt, Imperiali magnificentia confirmamus: & privilegii noſtri auctoritate communimus; alienationes vero, venditiones, & alias conceſſiones factas à prædeceſſoribus præfati Epiſcopi de rebus prædictæ Eccleſiæ contra legitimas, & canonicas ſanctiones in damnum, & præjudicium Bononienſis Eccleſ. irritamus, & decernimus non valere. Concedimus quoque, & mandamus, quod Poteſtas, & Commune Bononiæ in eorum diſtrictu pro bannitis habeant, quos Epiſcopus Bononienſis de ſuis terris bannierit, nec eis aliquam defenſionem præſtent, donec in banno Epiſcopi erunt. Inſuper Epiſcopum præfatum, & Eccleſiam Bononienſem cum omnibus ad Epiſcopatum Bononiæ pertinentibus ſub noſtra Imperiali protectione ſuſcipimus. Statuimus igitur, & noſtra Imperiali auctoritate ſancimus, quòd nulla omnino perſona alta vel humilis, Eccleſiaſtica, vel ſecularis, nullumque Commune hoc noſtræ Majeſtatis privilegium audeat violare, nec aliquibus calumniarum injuriis, ſeu damnis occaſione ſtatuti, vel conſuetudinis Civitatis attemptare præſumat; quod qui fecerit, in ultionem temeritatis ſuæ componat ducentas libras puri auri, medietatem Cameræ noſtræ, reliquam partem Epiſcopo, & Eccleſiæ Bonon. Ad cujus rei certam in poſterum evidentiam, præſentem exinde paginam conſcribi, & Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt Bertoldus Aquilejenſis Patriarcha, Sifridus Moguntienſis Sedis Archiepiſcopus, &c. Signum invictiſſimi D. noſtri Friderici II. Rom. Imperatoris divi Auguſti, & Regis Siciliæ. Ego Conradus Spirenſis, & Metenſis Epiſcopus, Imperial. aulæ Cancellarius vice D. Engelberti Colonienſ. Archiepiſcopi, & totius Italiæ Archicancellarii recognovi. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCCXX. Imperante D. noſtro glorioſo Friderico Romanorum ſemper Auguſto, anno Imperii ejus primo. Dat. per manum Henrici de Tanna Imperialis Protonotarii in monte Malo prope Urbem, VII. Kal. Decemb. Indict. Nona. Poſtero Conradus Imperialis Italiæ legatus, Bononiæ cum eſſet, eidem, & ſucceſſoribus ejus nova hæc jura conceſſit: *Ut Henricus Bononienſis Epiſc. & ſucceſſores ejus in perpetuum plenum jus haberent exercendi, & conſerendi omnes legitimos, & voluntarios actus, ut adoptiones, manumiſſiones, emancipationes, interpoſitiones decretorum in terris pertinentibus ad Bononienſem Eccleſiam, & nominatim in terra S. Joannis in Perſiceto, Unciolæ, Caſtri Epiſcopi, montis Caballorii, Rocchæ Badali, Centi, Podii, Maxumatici, Dolioli, Elexi, Ogiani, & in Italia ubicunque Epiſcopus præſens verſaretur.* Honorius autem Pont. prædia Canonicis affirmavit, quæ quondam eis Albertus Epiſc. impertierat: &, ut mortuo Archidiacono alium ſublegere poſſent, conceſſit. Gregorius vero IX. MCCXXVII. Epiſcopo indulſit, ne qua in cauſa juramentum præſtare calumniæ cogeretur, ſed idoneo defenſori ejus delegare officium poſſet. In ſumma annonæ inopia Epiſcopo panem in Cœna Domini pauperibus largiente, tanta mendicorum affluxit multitudo, ut viginti quatuor in turba eliſi perierint. Tectum etiam Baſilicæ, quod vi terræmotus anno MCCXXII in die Natalis Domini Clericis Officio divino perfunctis corruerat, ab Henrico eſt reparatum. Hactenus, quæ ille geſſit, nunc quæ illo probante in Urbe haud aliena ab hac ſcriptione, & quidem memoratu maxime digna contigerint, afferemus. Per hos annos multi religioſorum hominum Ordines in lucem prodierunt, qui moderationis, paupertatis, doctrinæ & evangelicæ prædicationis ſtudium, operamque profeſſi, plurimum labenti tum Eccleſiæ profuerunt; quorum, ut quiſque ab Epiſcopis in Civitatem accipietur, ordine mentio ſubtexetur. Anno igitur milleſimo ducenteſimo octavo decimo B. Dominicus Calarogenſis, ut Ordinem Fratrum Prædicatorum à ſe nuper inſtitutum, & ab Innocentio Pont. approbatum propagaret, tres ex fratribus ſuis Bononiam miſit, Joannem, Bertrandum, & Chriſtianum, qui ad Maſcarellam (vici nomen eſt) conſederunt, quibus benigne à Civitate acceptis, ſubinde Reginaldus quoque vir ſumma auctoritate, atque eruditione præditus adiit, ac magno totius Civitatis concurſu concionibus aliquot habitis, cum omnes novo religionis ſtudio inflammavit, tum nonnullos ad habitum ſuum aſciſcendum induxit. Quare poſtero anno ædes laxiores ad ædem D Nicolai in Vineis impetravit, Rodulpho ejus Sacerdote ad habitum ſuſcipiendum impulſo. Interim exiguo adhuc ſodalium numero repente fratres aliquot miro Monaſticæ vitæ deſiderio exarſerunt, ac literis ab Hugolino Cardinali Legato de mutanda ſodalitate elicitis, vehementius reliquorum fratrûm pectora perculerunt. Qua re animadverſa Clarus frater, qui apud ſeculum Jus Pontificium, ac Civile tradiderat, loqui ingreſſus, præclara oratione abjectos, ac prope fractos eorum animos erexit, se confirmavit; vix autem peroraverat, cum Rolandus Cremonenſis Phyſicorum Doctor acceſſit, ac ſe in eorum aſcribi numerum poſtulavit. Qua voce Reginaldus erectus ſubito proprium ſibi velamentum detraxit, ac capiti ejus impoſuit, & pulſatâ campanâ Fratres Spiritum Sanctum invocare præcepit. Quin etiam Moneta liberalium artium Magiſter concione quadam Reginaldi captus, non ſolum ipſe ſe illorum numero aggregavit, ſed multos etiam alios ſui exemplo attraxit. Hæc autem poſtquam S. Dominicus audiit, Bononiam ipſe quoque advênit, atque apud S. Nicolaum cum ceteris habitans ſacris concionibus multis in foro habitis univerſum populum ingenti doctrinæ, ac ſpiritus ſui magnitudine ad Deum, divi-

nam-

namque colendam pietatem convertit; ac mox cum ſibi, ac ſuis legem duriorem inopiæ indixiſſet, Odericum Civem Bononienſem poſſeſſiones ſuas ſibi pietatis ſtudio largientem repudiavit, ac Rodulphum Procuratorem cellas laxiores molientem inhibuit. Sequenti idem ad res Ordinis ſui conſtituendas ex omnibus locis Fratres Bononiam advocavit, atque ex omnium ſententia inſtitutæ paupertatis ſtudium retinendum conſtituit. Is primus Generalis Fratrum Prædicatorum Conventus (Capitulum ipſi nominant) fuit; poſtero Ædibus S. Nicolai opportuna piorum hominum benignitate aliquid eſt acceſſionis adjunctum: ubi S. Dominicus alterum Fratrum Conventum habuit, ac Petro Veronenſi Scholari, qui poſtea Martyr vocatus eſt, habitum impertivit, ac demum ipſe quoque mortem oppetiit. Nam Mediolano reverſus, cum adhuc de via langueret, per totam noctem cum Ventura Priore, & Rodulpho Procuratore de ſtatu Ordinis conſultavit, ac poſtridie vehementi teotari ſebri cœpit, quod ut ille ſenſit, vitæ ſibi adeſſe finem intelligens, Fratres advocavit, ac, teſtamento facto, res familiæ ſuæ compoſuit. Inde ingraveſcente morbo, à Fratribus propter Cœli ſalubritatem ad Sanctam Mariam in monte perlatus, deterius quoque ſe habuit. Quare ab iiſdem ad Monaſterium relatus, ibi ſtatim eſt mortuus. (83) Exequiæ, ut tanto dignum erat viro, ſummo honore concelebratæ. In primis Hugolinus Legatus manibus ſuis Corpus ejus ſepulturæ mandavit, atque ipſum univerſa præſente Civitate pro concione laudavit, admiranda de pietate hominis narrans, ac multis ſe ſpectante miraculis Romæ editis ſubinde confirmans. Funus autem Patriarcha Aquilejenſis, Epiſcopi, atque Abbates plurimi, atque ingens religioſi populi multitudo cohoneſtavit. Mortuus eſt VIII. Idus Auguſti, anno inde milleſimo ducenteſimo viceſimo tertio Fr. Jordanes Generalis poſt illum Ordinis Magiſter Monaſterium Sanctæ Agnetis ex mandato ipſius inchoatum abſolvit, ibique primum Dianam Andaloam virginem Bononienſem velavit. Decennio inde interjecto Fr Joannes Vicetinus, vir pietate, & concionandi laude inſignis in Urbem vênit, ac concionibus populum erudire ingreſſus, adeo homines mira doctrinæ, & ſanctitatis ſpecie cepit, ut brevì univerſam Civitatem in poteſtate habuerit. Itaque urbani, agreſtes, artifices, militeſque cum Vexillis, & Crucibus religionis pleni vulgo eum ſequebantur; ei uni ſe dabant, in ejus unius arbitrio ſe eſſe profitebantur: nullaque lis erat, quæ non per eum facile dirimeretur, nulla diſcordia, quæ non ſedaretur. Quin etiam idem carcere patefacto obæratos omnes, ipſo non ſolum patiente, ſed etiam annuente Magiſtratu, dimiſit: novas tabulas æquiſſimis creditorum animis intulit, egregia inſtituta multa in Civitatem induxit, quorum memorabile illud, ut in omnibus ſalutationibus familiaribus ſalus à Deo nunciaretur, ut Matronæ limbos aureos, & ſerta laſciviora, & redimicula pretioſa dimitterent, ac capite velato prodirent, leges Civitatis conſenſu ejus correxit, pridie Idus Maji ſupplicationem per Urbem ſolemni cum pompa agens, univerſam ſecum Civitatem traxit nudis pedibus incedentem: poſt biduum cum in Conſilio ſtaret, atque ibi verba de Civium concordia faceret, viſus eſt è fronte lumen effundere, quod divinitatis argumento acceptum multo magis auctoritatem ejus adauxit. Alio die pro concione cum in fœneratores agere inſtituiſſet, ſic vehementia, atque aſperitate orationis ſuæ populum incitavit, ut mox tumultu facto ad ædes Landulphi cujuſdam fœneratoris inſignis procurrerit, eaſque malum Landulpho imprecans diſturbarit. Jam vero cum oſſa B. Dominici humili, atque obſcuro in loco recondita haudquaquam eam ſedem tenerent, quæ ſanctitati hominis conveniret, auctor fuit, ut inde eruerentur. Ea vero res geſta eſt in hunc modum. Ante diem decimum Kal. Junias Fr. Jordanes advocatis Ravennate, Bononienſe, Mutinenſe, ac Brixiano Epiſcopis, atque ipſis Proceribus Civitatis, ac multis Fratribus (nam Generalis alius tum habebatur ex more Conventus) acceſſit ad locum ubi conditum corpus fuerat, atque egeſtâ terrâ capſam invênit tanto odore fragrantem, ut omnes ſtupore, ac religione perculſi, ſtatim humi ſe Deum collaudantes abjecerint, atque illa aperta, cum naribus odor multo adhuc ſuavior afflaretur, ſacra inde oſſa in aliam tranſtulit, eamque clavis, ut prior fuerat, obfirmavit; poſt octo inde dies eadem Prætori, & multis honeſtiſſimis Civibus, qui tranſlationi non affuerant, indicavit, ac præterea copiam ſancti oſculandi capitis fecit. Ceterum quæ pietatis cura Bononienſes hoc anno cepit, eadem reliquorum etiam animis Italicorum objecta eſt, cum multi in omnibus Civitatibus Concionatores ex novis Dominici, Franciſcique familiis exſtiterent, qui labantes populos ſuſtinerent, erranteſque ad pœnitentiam ingentibus, atque aſſiduis clamoribus revocarent. Quorum vocibus matutinis, & pomeridianis incitati, ac tacita quadam religione perfuſi in Urbibus, caſtris, agriſque omnium ætatum, ſexuum, ordinumque homines laudes divinas per vias incedentes canebant, ac Deo gratias agebant, Cruces, & Vexilla præferentes, ac ramos, & candelas accenſas tenentes. Per eoſdem dies Gregorius IX. Pontifex cum eſſet Peruſii, (84) certior factus de mirandis operibus, quæ edi ad ſepulchrum B. Dominici ferebantur, ipſum Cardinalium conſenſu in Sanctorum numerum retulit, ac natalitia ejus celebrari mandavit, miſſiſque per omnes regiones litteris hoc factum Chriſtianis omnibus indicâvit. Anno itam milleſimo dit-

(83) In Chronicis Ordinis lib. primo cap. 56. dicitur, S. Dominicum ad cœleſtem Patriam migraſſe an. 1221. die 6. Auguſti, quæ fuit feria ſexta circa meridiem. Hac de re eruditâ Diſſertatione ſcauis Cl. V. Alexander Macchiavellus J. U. D. & publicus Legum interpres in Bononienſi Archigymnaſio, inter paucos amiciſſimus.

(84) In Bullario à Cherubino Laërtio edito Romæ anno 1638. Bulla legitur data Reate 5. Non. Julii Pontificatûs anno octavo. Ferdinandus del Caſtillo in Hiſtoria Ordinis Prædicatorum par. prima, lib. 2. Cap. 9. aſſerit datam Romæ (ſic exemplaria Panormi impreſſa an. 1626.) & ita haberi in originali teſtatur.

ducenteſimo nono decimo S. Franciſcus Aſſiſias, ut Ordinem Fratrum Minorum à ſe inſtitutum, ac pariter à Pontifice approbatum Honorio dilataret, cum Sodales ſuos ad ſedes conquirendas dimitteret, præcipue Bernardum virum ſanctiſſimum Bononiam deſtinavit. Eum vero ubi Urbem ingredientem vili, ac deſpicabili habitu Bononienſes viderunt, tanquam aliquem nullius pretii hominem in ordinem coëgerunt, quin etiam in forum progreſſum, atque ibi quieſcentem, pueri, aliique multi circumvenerunt, ac variis afficere contumeliis inſtiterunt: cum alii capitio traherent, nonnulli pulvere aſpergerent, quidam etiam lapillis appeterent, ipſo omnia per multos dies ſumma, atque inaudita æquitate animi perferente. Qua re animadverſa Juriſconſultus quidam (85) novam hominis lentitudinem, vel patientiam potius admiratus, atque de eximia ejus virtute, & ſanctitate aliquid ſuſpicatus acceſſit: & quinam eſſet, & ad quid veniſſet, rogavit, cui ille: Qui ſim cognoſces, ſi hæc legeris: atq; ſtatim Evangelicas leges nuper à S. Franciſco Sodalibus ſuis præſcriptas è ſinu extractas, oſtendit. Quibus lectis Juriſconſultus ad ſuos converſus cum admiratione magna dixit: Nimirum iſte eſt ſtatus altior, quam unquam ſando audiverim: quare gravi ſcelere ſe obſtringunt, qui huic homini injuriam faciunt, quem maximis complecti honoribus, ut virum Dei amiciſſimum, eſſet opus; inde ad Bernardum converſus, locum ſe illis pro ſalute animæ ſuæ, in quo Deo ſervirent, daturum, ſi ſe ſequeretur, ſpopondit: atque illum libenter munus oblatum accipientem, domum ſuam deduxit, atque inſigni exemplo caritatis excepit: ac mox ædes primum ad Puliolas, (86) deinde in Porta Steria Annunciatæ curavit, eaſque ſuis expenſis neceſſariis rebus inſtruxit, ſeque Sodalium ejus perpetuum fore defenſorem oſtendit. Itaque Bernardus ſtatim in tantum honorem aſcendit, ut beatus putaretur, qui illius attingendi, aut aſpiciendi facultatem haberet. Quo ille offenſus ad S. Franciſcum ſe retulit, ac locum Bononiæ paratum eſſe renunciavit. Qua
1220 re cognita S. Franciſcus poſtero anno jam ſingulari vitæ aſperitate, atque innocentia clarus, Bononiam venit. Is cum eſſet facie haud liberali, brevi ſtatura, craſſo, & obſoleto amiculo tectus, quibus rebus eximia excellentis viri ferme minui expectatio ſolet; tamen tanta hominum ejus viſendi cupidorum concurſatione exceptus eſt, ut per vias inceſſus eſſet ablatus. Ut vero in forum pervenit, Civibus, & Scholaribus in unum convocatis, concionem tanta ſpiritus magnitudine habuit, ut non homo loqui, ſed Angelus putaretur; adeo vero animos omnium flexit, ut non ſolum pleroſque ad pœnitentiam agendam impulerit, ſed etiam Scholares duos è Piceno ad res humanas relinquendas, & diſciplinam ſuam aſciſcendam adduxerit, quorum utrunque, nempe Peregrinum Falleronum, & Rixerium à Mucia, habitum poſtulantes veſtivit. Quin etiam tam multa inde ſanctitatis documenta dedit, ut oculum juvenis, qui perpetua obductus macula ſenſum aſpectus amiſerat, uno Crucis ſigno illato ſanarit, quo facto illum in ſocietatem depoſcentem accepit. Extat ſcriptum quoddam Thomæ Archidiaconi Spalatenſis, qui tum ſtudiorum cauſſa in Urbe affuit, ad hanc Hiſtoriam pertinens, quod ad rem illuſtrandam inſerere libuit: *Cum eſſem in Studio Bononiæ ego Thomas Civis Spalatenſis, & Archidiaconus ejuſdem Civitatis Cathedralis Eccleſiæ anno milleſimo ducenteſimo viceſimo in die Aſſumptionis Dei Genitricis, vidi Sanctum Franciſcum prædicantem in platea ante Palatium parvum, ubi pene tota Civitas convenerat. Fuit autem exordium ſermonis ejus, Angeli, homines, dæmones. De his autem ſpiritibus rationabilibus ita bene, & diſtricte propoſuit, ut multis literatis, qui aderant, fieret admirationi non modicæ ſermo hominis idiotæ; non tamen ipſe modum prædicantis tenuit, ſed quaſi concionantis tota verborum ejus materia diſcurrebat ad extinguendas inimicitias, ad pacis fœdera reformanda, & ſordidus erat habitus ejus, perſona contemptibilis, & facies indecora; ſed tantam Deus verbis illius contulit efficaciam, ut multos nobilium, quorum furor immanis multa ſanguinis effuſione fuerat debacchatus, ad pacis concordiam ſimul deduceret: erga ipſum vero tam magna erat univerſorum devotio, ut viri, & mulieres in eum catervatim currerent: & beatum ſe putabat, qui ſaltem poſſet vel fimbriam veſtimenti ejus tangere.* Hæc ille. Cum autem B. Franciſcus Scholam Theologiæ Bononiæ inſtituere cuperet, ac virum inter ceteros eminentem ſcientia quæreret, neminem habuit, quem Antonio Ulyſſiponenſi præferret, qui poſtea Patavii mortuus, atque inter Sanctos relatus, Patavini cognomen accepit. Forte inde incidit, ut cum anno MCCXXIII. ora- 1223 tionem in foro frequenti aſtante concione haberet, terra ingenti agitatione concuſſa ſit: cujus rei periculo (nam ſæpe ante quoque illo anno magno ædificiorum damno tremuerat) ſimul atque populum perturbatum cognovit, haudquaquam exterritus orare perrexit, atque eò ſtudioſius homines cœleſtibus ejuſmodi ſignis admonitos pravam emendare vitæ conſuetudinem oportere adjunxit. Inde milleſimo ducenteſimo viceſi- 1226 mo ſexto Aſſiſium profectus, ibi III. Non. Octo-

(85) Nicolaus nomine ex nobiliſſima gente de Pepulis. Is Gulielmi filius (ut ex ipſius Vita ſubſcripta a quodam Fr. Bonaventura an. 1306.) Pandectas in Bononienſi Univerſitate interpretabatur. Ea vero ætate Nobiles, plus quam hac noſtra, habebantur, qui de jure reſpondere utcumque poſſent, ut ait Sigonius de Regn. Ital. l. 6. ſin. Porro Nicolaus viſo, auditoque Beato Bernardo a Quintavalle, ipſum excepit, omnibuſque mundanis rebus vale dicto, ſe illi comitem adjunxit, ſancteque obiit in Cœnobio ad Puliolas anno 1229. die 23. Aprilis. V. not. ſeq.

(86) Ob aëris inſalubritatem parvis annis hic degerunt S. Franciſci Sodales; in locum autem ab eis derelictum venerunt Moniales Ordinis S. Auguſtini circa annum 1243. His inde amotis an. 1526. ſedem ibi habuere Virgines Sanctæ Claræ ſub titulo D. Bernardini. Quo tempore accidit, ut dum cœmentarii locum in commodiorem formam redacturi vetera fundamenta eruunt, tria Beatorum Sodalium D. Franciſci corpora reperta ſint, & cum eis verſus, nomina, & virtutes ipſorum demonſtrantes. Nomina ſunt Nicolaus, Bonitius, Gulielmus. Nicolaus ille idem cenſetur, de quo nota præcedenti, cujus meritis prodigia edita his verſibus comprehenduntur: *Nicolaus primus nomine, cæco lumen obtinuit, & mortuo reſtituit vitam devotis precibus.*

1228 Octobris eſt mortuus, ac biennio poſt à Gregorio Pont. numero Sanctorum adſcriptus. Atque hæc quidem de duobus Religioſorum Ordinibus in Civitatem receptis hactenus, in quos doctrina, & ſanctitate præſtantes omnium hominum ora, vultuſque illa tempeſtate converſa ſunt. Eodem ſedente Henrico, aliæ etiam, ſed minus in-
1217 ſignes, Eccleſiæ excitatæ. Anno enim milleſimo ducenteſimo ſeptimo decimo Titulus S. Martini ad Apoſam conditus (87) eſt:
1221 milleſimo ducenteſimo viceſimo primo Oratorium S. Mariæ Alemanorum extra portam Ravennatem eſt conſecratum, quod erat ab Alemanis conſtructum, ut opportunum eſſet popularibus ſuis Romam voti gratia contendentibus diverſorium. Ædes item S. Mariæ Rhenanæ à Canonicis aucta, ab Hugolino Cardinali Legato eſt conſecrata:
1222 milleſimo ducenteſimo viceſimo ſecundo ædes S. Sylveſtri, & S. Teclæ, quia Palatio Communis auſtrali impedimento erant, in forum tranſlatæ, & ſano uno incluſæ, atque in muro Palatii memoriæ cauſa Imago B. Virginis picta, quæ poſtea quoque inde noſtra ætate ſummota eſt. Henricus
1240 inde anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo abdicavit, atque in manu Pontificis Eccleſiam ipſam depoſuit.

OCTAVIANUS UBALDINUS
Florentinus.

QUo facto Canonici convenientes, Octavianum Ubaldinum Florentinum e Mugello Eccleſiæ Bonon. Archidiaconum, ac Gregorii Pont. Subdiaconum, ac Capellanum ſubdiderunt, ac ſubinde, quia non dum triceſimum attingebat annum, ſibi à Pontifice concedi Epiſcopum, miſſis ad eum literis, poſtularunt, ad quas ille ita reſpondit: *Super eo nobis jucunditatis materia, & veſtræ cauſſa laudis offertur, quòd ſinceritatis affectum, quem ad Apoſtolicam Sedem geritis circa ipſius alumnos per effectum operis exponere vigilatis. Ex literis ſiquidem veſtræ devotionis accepimus, quòd vos Eccleſia Bononiæ vacante convenientes in unum Spiritus Sancti gratia invocata, dilectum filium Octavianum Archidiaconum Bonon., Subdiaconum, & Capellanum noſtrum in Paſtorem veſtrum unanimiter poſtulaſtis, ſpe vobis firma propoſita, ut cum idem genere nobilis, ſcientia ſit, & moribus decoratus, ac exigentibus probitatis ſuæ meritis apud nos, & Fratres noſtros obtineat favoris gratiam ſpecialis, Eccleſiæ veſtræ multipliciter debeat fructuoſius exiſtere, præſertim cum vix de alio tam opportuna proviſio potuerit provenire. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, ut non obſtante, quòd adhuc ad annum 30. non pervenit, eum vobis in Paſtorem concedere de ſpeciali gratia curaremus. Verum cum deceat, ut ſic in hac parte veſtris deſideriis annuamus, quòd inſtitutis deferendo Canonicis perſonam ipſius Archidiaconi condigno proſequamur honore, ac ejuſdem utilitatem Eccleſiæ procuremus, cum in Procuratorem ſibi duximus concedendum, eidem plenam adminiſtrationem in ſpiritualibus, & temporalibus committentes. Rogamus itaque univerſitatem veſtram, & hortamur attente, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus eidem, quem carum vobis ſcripta proponitis, ſic dilectum exiſtere per evidentiam laudabilem exponatis, devote ipſius ſalubribus mandatis, & monitis intendentes, ut quos perſonam noſtram in ſua honorari diligimus, vobis exinde favoris opportuni gratiam cumulemus. Alioquin ſententiam, quam idem rite tulerit in rebelles, ratam habeat & faciat domino inviolabiliter obſervari. Datum Laterani XV. Kalend. Julii, anno XIV.* Inde alteras ad Clerum, rurſuſque alias ad Prætorem, Conſilium, & Populum, itemque alias ad ipſum Octavianum Archidiaconum ejuſdem argumenti literas ſcripſit. Ceterum hic ſequenti anno pridie Kalend. Junii Henricum Epi- 1241
ſcopum mortuum in æde S. Victoris ſepulturæ mandavit, ac nondum conſecratus anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ter- 1243
tio (88) per Epiſcopum Comaclenſem ædem S. Mariæ ad Puliolas conſecravit, eamque nobili indulgentia inſignivit. Quin etiam Cives ſeditionem agentes, compromiſſo recepto, ſuſcepit pacificandos: verum rem ad exitum optatum perducere nequiit, quia ſe- 1244
quenti Diaconus Cardinalis S. Mariæ Novæ in Via-lata ab Innocentio IV. Pontifice factus, Epiſcopatus honore ſe abdicavit. Vir autem fuit multis legationibus inclytus, quas poſtea pro Eccleſia in Lombardia, Francia, & Apulia geſſit.

FR. JACOBUS BONCAMBIUS. (89)

EI vero Innocentius Fratrem Jacobum Boncambium, Vidonis filium, Bononienſem, atque Ordinis Prædicatorum, Vicecancellarium ſuum ſuffecit atque ita ad Canonicos ſcriſit: *Cum dilectum filium noſtrum Octavianum S. Mariæ in Via lata Diaconum Cardinalem, cui commiſſa erat ab Apoſtolica Sede Bononienſis Eccleſia, ad Cardinalatus dignitatem duxerimus aſſumendum, nos diligentius attendentes, & cet. dilectum filium Fratrem Jacobum Vicecancellarium noſtrum ipſi Eccleſiæ Bononienſi præfecimus.* Hic, ut verbis utar Fratris Leandri Alberti, *tanta eruditionis, & facundiæ gratia fuit ornatus, ut ex diverſis Provinciis plures ob ejus nominis celebritatem Bononiam eum audiendi cauſa accederent. Forte die quodam eum contigit ad concionem Joan. Vicetini, viri eloquentiſſimi, ac ſanctiſſimi acceſſiſſe in frequenti populo in foro concionantis equo albo vectum, veſtibus pretioſis indutum, torqueque aurea ornatum: qua captus eſt, & ilico ſic ornatus tota admirante Civitate S. Michaelis Templum adiit, & togam noſtræ Religionis induit anno milleſimo ducenteſimo triceſimo tertio; deinde procedente tempore ſacris initiatus Provinciæ Lombardiæ præfecturam egit, & accitus à Pontifice Max. Romam, Vicecancellarius, & poſtremo Epiſcopus Bononienſis eſt factus.* Ceterum clara admodum, & probata omnibus in omni officii genere adminiſtratio fuit. Quod unicuique ſingulas res ejus perpendenti facile apparebit. Nam primum quidem

(87) Crevit autem mox in inſignem Eccleſiam, amplumque Cœnobium PP. Ordinis Sanctæ Mariæ de monte Carmelo, qui huc venerunt an. 1293. modo illud incolunt PP. ejuſdem Ordinis Congregationis Mantuæ, quibus locum conceſſit Joannes Soreth Prior Generalis, anno 1466.

(88) Die 9. Maji.

(89) Ab avi nomine nuncupatus, gentis autem cognomen erat Gratiadei.

1244 dem anno milleſimo ducenteſimo quadrage-
ſimo quarto, quod Octavianus perficere
non potuerat, ipſe diligentia eſt aſſequutus,
ut Cives capitali inter ſe jampridem odio
diſſidentes conciliarit, ſæpe & Chriſtianæ
1245 pietatis, & publicæ ſalutis admonitos; po-
ſtero migrantibus multis Bononia cum fa-
miliis ſuis ad oppidum, quod Epiſcopo tra-
ditum fuerat, Centum, Prætori ea de re
conquerenti promiſit, ſe neminem Centi
recepturum eorum, qui tributum Civitati
perſolverent, aut exilio à Prætore mulctati
1247 fuiſſent; milleſimo ducenteſimo quadrageſi-
mo ſeptimo, Scholaſticæ Abbatiſſæ Sanctæ
Chriſtinæ aſſenſit, ut Monaſterium è Sti-
fonte in Burgum viæ majoris, & S. Stepha-
ni traduceret, ac primum ipſe ædis illius
1248 lapidem ſtatuit, proximo nomine Octavia-
ni Cardinalis Lombardiæ Legati inter Bo
nonienſes, & Imulenſes, qui diu inter ſe
armis contenderant, pacem firmavit. (90)
1251 MCCLI. Innocentium Pontificem à Lugdu
nenſi Concilio redeuntem hoſpitio excepit,
ac per eum duas Ædes novas S. Dominico,
& S. Franciſco deſtinatas conſecravit, ac
Civitati auctor (91) fuit, ut utrunque Con
feſſorem Patronum adoptaret, atque eos
1252 Sanctis Petronio, & Proculo adderet. Po-
ſtero ſcalas Epiſcopii ad auſtrum vergentis
fecit, & propylæum baſilicæ Leonibus (92)
1254 marmoreis exornavit; duobus interjectis
annis Campanarium plumbeis laminis coo-
1256 peruit; poſt biennium alterum Fratres pœ-
nitentiæ Jeſu Chriſti à Sacco (93) vocatos
ad portam S. Mamæ locavit, qui deinde
Fratribus Eremitis S. Auguſtini adjuncti
1257 ſunt; (94) proximo Regiſtrum Communis

A confectum auctoritate ſua, ſalvo Eccleſiæ
jure, probavit. Regiſtrum autem appellant
volumen, in quod omnia Civitatis acta re-
lata ſunt. Demum milleſimo ducenteſimo 1260
ſexageſimo, eum eſſet Maxumatici, ſcalis
(95) domus forte prolapſus III. Non. De-
cembris eſt mortuus, ac propter eximiam
probitatem à ſuis inter Beatos relatus. Hæc
magna, quæ ille geſſit, addo etiam non
contemnenda illa, quæ ſedens ſacta conſpe-
xit milleſimo ducenteſimo quinquageſimo
quarto cum duæ Templi S. Franciſci teſtu-
dines forte procubuiſſent, ac Fratres ipſos
incautos partim occidiſſent, partim fœda
ruinæ ſtrage debilitaſſent, ceteris mœſtum
B ſilentium tenentibus, neque in publicum
præ pudore prodire audentibus, Prætor re-
ligione accenſus accurrit, atque illis bono
eſſe animo juſſis, ſe ſumptu publico damnum
reſarciturum eſſe promiſit. Eodem anno Mo-
naſterium S. Gregorii extra Portam S. Vi-
talis Monialibus S. Benedicti liberius viven-
tibus ex auctoritate Gregorii de Monte-
longo Legati Lombardiæ ademptum, &
virginibus Ordinis S. Auguſtini (96) San-
ctæ Mariæ in Monte Guardiæ datum eſt,
quod illæ Canonicis S. Auguſtini Maturani
apud S. Antoninum male habitantibus tra-
diderunt; milleſimo ducenteſimo quinqua-
geſimo ſeptimo, Alexander IV. ſacræ ere-
C mo confirmavit omnia Monaſteria ab ea
tum in Diœceſi Bononienſi poſſeſſa, nempe
Monaſterium S. Archangeli juxta Caſtrum
Britiorum, Sanctæ Chriſtinæ, S. Damiani,
& Sanctæ Mariæ de Bethleem, Eremum
Bononienſem, & Hoſpitale Ravonis.

(90) Pridie Nonas Maji primo, tum decimoſeptimo Kal. Julias, ut ex Actis Civitatis Imolæ refert Manzon de Epiſcopis Imolenſibus, pag. 190.

(91) Auctorem alii dicunt F. Joannem Vicetinum, ſic dictum, quia natus fuerat Vicetiæ, origine vero erat Bononienſis, ut alibi notavimus.

(92) Eoſdem eſſe ferunt, qui nunc inter Eccleſiam collocati ad majorem Januam latera, vaſa luſtralis aquæ impoſita ſuſtinent.

(93) De Sacco vocat Anchar. in Cap. Religionum de Relig. Dom. in 6. Saccorum Renat Choppin. in Monaſtic. Ita nuncupati quia vili & arcto adeo amictu utebantur; ut Sacco viderentur incluſi. Inſtituti prope Maſſiliam à V. Daniele Ordinis Prædicatorum an. 1219., Celſus Falcon. lib. 3. pag. 258 ab Eccleſia tamen nec approbati, nec reprobati, ſenſim defecerunt, ut nota ſequenti. Morabantur apud S. Frigdianum, qui locus eſt nunc Canonicorum Lateranenſium; olim diverſi generis Canonicorum Regularium contubernium.

(94) Minime. Nam Alexander IV. ſexto Pontificatus anno quædam illis indulſit tamquam Religioni ad Eremitis diſtinctæ. Pontificis conceſſiones legere eſt apud A. A. mox laudandos. Temporis vero tractu, quia hic ordo *non erat unus de reſervatis per Conſtitutionem Gregorii X. in Concilio Lugdunenſi* (verba ſunt Nicolai IV. ad Epiſcopum Cæſaraugustanum, Idib. Maji Pontificatus anno I.) alic ſenſim defecit, tandemque penitus extinctus eſt. Quare neque ullo tempore poſt unionem Congregationum factam ab Alex. IV. anno ejus II. Saccati iſti Auguſtinenſibus Eremitis adjuncti ſunt. V. Torellum Sæcul. Auguſtin. Tom. 4. ad an 1256. n. 57 & Joannem Marquez Origin. Erem. cap. 16. iſta accuratius expendentes.

D

(95) Alii referunt, dum in ambulacro ſpatiaretur, locum repente concidiſſe; illumque ea ruina oppreſſum interiiſſe. Hoc certum, cadaver in Urbem delatum humatum fuiſſe ante aram majorem Eccleſiæ ſui Ordinis.

(96) Juxta Canonicorum Regularium inſtituta, ut notatum eſt ſupra. Ab his datum Monaſterium Canonicis Regularibus an. 1354., quibus ad duos redactis ſucceſſere Canonici S. Georgii in Alga an. 1418. iſtis vero intra Urbem receptis ad Vaſtum (ſic appellabant) Ghiſeleriorum, quem locum modo habitant Clerici Regulares miniſtrantes infirmis, locus deputatus fuit curæ peſte affectorum an. 1532 denique an. 1563 mendicantes (ut vocant) tum primum collecti, inibique coacti; nunc vero ſolæ fœminæ hujus ordinis illic morantur.

Explicit Liber Secundus.

IN-

INCIPIT LIBER TERTIUS. (1)

TErtium inde librum ab inſigni admodum, & valde memorabili re auſpicabimur, quæ non ſolum tum, cum accidit, magnitudine ſua omnium in ſe oculos, menteſque convertit, ſed etiam ad poſteros exemplum honeſtæ imitationis tranſmiſit. Hoc fuit ſingulare, atque ad id uſque temporis inauditum religionis ſtudium ſubito in pectoribus Italorum, quaſi quoddam repentinum incendium, excitatom: ut ſe paſſim verberibus ſuorum in expiationem flagitiorum afficerent. Nemo autem exiſtimet, hos eſſe eos, qni flagellantes dicti, pro Hæreticis damnati ſunt: nam illi aliquot annos poſt emerſerunt, ſedente Gregorio X. Initium igitur hujus rei à Peruſinis eſt introductum: Quippe eremita quidam, (2) vir ſpectatæ ſanctitatis, Spititu Divino inſtinctus ad populom dicitur proceſſiſſe, eumque Dei nomine monuiſſe, niſi ad pœnitentiam ſe conſerrent, ac ſupplices pacem ejus, & miſericordiam poſtularent, fore ut brevi univerſi miſera, fœdaque morte conciderent. Quæ vnx adeo in pectoribus eorum inſedit, ut nulla interpoſita mora præcepta eremitæ, tanquam à Deo miſſa, exhauſerint. Etenim ſeneſcente jam Autumnn, viri, fœminæque omnis ætatis, ordiniſque repente corpora, perinde ac re compoſita, uſque ad umbilicum nudarunt, ac ſe ſumptis ad id loris cædere per Urbem inſtructo agmine incedentes cœperunt: Sanctam Virginem, ut ſibi à filio ſalutem impetraret, ſummis clamoribus obteſtantes: atqne interim veteribus odiis poſitis, paces inter ſe mutuis adhibitis oſculis ſancientes. Inde Urbe longo agmine vexilla præferentes egreſſi ad vicina oppida prodierunt, eaque cum ingenti illorum admiratione ingreſſi, in viis, ac Templis eandem pietatem exercuerunt. Qua re populi illi permoti, & ipſi pariter ejuſdem ſanctitatis ſtudium aſciverunt, ac ſe verberaores, ac pacem, & miſericordiam ingeminatis vocibus implorantes, catervatim ad Urbes proximas acceſſerunt. Atque ita ex Tuſcia in Marchiam, ex Marchia in Romaniam paſſim incendii more ea Religio tranſiit, ut ſinguli populi Epiſcopis, ac Magiſtratibus ſuis præcedentibus, Urbes, agroſque ea æmulatione injecta luſtrarent: ut nullius ſexus, ætatis, ac conditionis homines eſſent, quin hujus verberationis participes eſſe vellent. Ita fiebat, ut paſſim incondita carmina in Dei, & Sacræ Virginis laudes compoſita canerentur, peccatorum confeſſiones vix ſuppetentibus Sacerdotibus ad audiendum celebrarentur, atque omnino recta, quæ jampridem exoleverat, Chriſti diſciplina revocaretur. Hæc vero Religio ex Urbe in Urbem traducta cum populos paſſim, tan-

A quam ſerpente quodam igne, comprehendiſſet, demum ab Imolenſibus excepta, & quaſi per manus Bononiæ tradita, (3) Civitatem ipſam mirabiliter inflammavit. Itaque & ipſi nudati ſeſe mulctarunt, ipſi divinam opem ſuppliciter popoſcerunt, ipſi cum inimicis in gratiam redire, & reliqua pietatis officia, quæ ceteri, ſuſcipere contenderunt, ac demum manu facta hominum amplius viginti millium anre diem feſtum omnium Sanctorum ſub vexillis Mutinam proceſſerunt, ibique pie Baſilicâ S. Geminiani Epiſcopi viſitatâ, ſolemnem ſui verberationem, poſitis veſtibus, inierunt. Inde ea ſanctitas ad reliquas ſubinde Urbes B translata, ab omnibus, paucis admodum exceptis, recepta eſt. Ceterum bi homines vulgo Devoti, & hic annus generalis Devotionis annus eſt appellatus. Manſit inde in multis Civitatibus clara hujus R ligionis memoria, ſacris Sodalitiis ejus rei monumento aliquot inſtitutis. Præcipue autem Bononiæ hoc anno Sodalitas inchoata eſt, quæ ab recenti ſtudio Devotorum Societas appellata, poſt ab ipſa erga pauperes hoſpitalitare aſcita, Hoſpitalis Sanctæ Mariæ Vitæ nomen accepit, B. Rainerio Peruſino in Urbem venienre, ac magna ad rem illam adjumenta ſubminiſtrante: quod nomen eremitæ illius fuiſſe exiſtimatur, quo auC ctore illa Devotorum inſtituta mulctatin dicitur. Is certe in hunc uſque diem propteres ab ea Sodalitate, cunctoque populo ingenti pietatis ſtudio celebratur. Per hos etiam annos Bononienſes cum opibus, gloriaque florerent, præſertim Romaniolâ ad auctoritarem, & obſequium ſuum ipſorum deditione populorum adductâ, curſus equorum doos ad victorias indicandas, & memoriam pietatis in Deum ſuæ prodendam inſtituerunt, unum in die S. Petri, alterum in die S. Bartholomæi.

D

OCTAVIANUS UBALDINUS
Junior Florentinus.

JAcobo inde Octavianus Ubaldinus ex fratre Octaviani Cardinalis natus ex templo ſucceſſit, & cum vivenre illo ab Innocentio fuiſſet electus. Hic vero ut diu vixit, ſic multis rebos nobilem Epiſcopatum adminiſtravit. Verũ ex omnibus ejus laudibus nulla illuſtrior extitit, quam quòd novos Religioſorum in paupertate degentium Ordines in Urbem accepit, ex qun ipſam nunc demom Monaſteriis illuſtratam ampliſſimis cernimus. Nam anno milleſimo 1261
ducenteſimo ſexageſimo primo Fratres Ser-
E vos S. Mariæ, quos Alexander proxime confirmarar, in Burgo S. Petronii (4) collocavit, & milleſimo ducenteſimo ſeptuage- 1277
ſimo ſeptimo, ot ſacris confeſſionibus audien-

(1) Pluribus in hoc ac quarto libro contentis ad Urbis Politiam pertinentibus vix ullas notationes appoſui; quippe ea omnia in opere de rebus Bononienſibus tum ab Auctore, cum ab operis ejuſdem Illuſtratore accurate expoſita habentur.

(2) Raynerius Barcobinus Faglanus Peruſinue tertii Ordinis S. Franciſci.

(3) Imolenſes Bononiam ſe contulerunt die 10. Octobris.

(4) Nunc vulgo S. Petronii veteris, quoniam ibi extructa erat Eccleſia titulo S. Petronii.

1284 diendis operam dare poſſent, indulſit; mil-
leſimo ducenteſimo octogeſimo quarto (5)
Fratres Eremitas S. Auguſtini, ex variis
Sodalitatibus in unum collatos ad S. Jaco-
1293 bum conſtituit, & milleſimo ducenteſimo
nonageſimo tertio Fratribus Carmelitis,
quos item Honorius approbarat, Sedem ad
S. Martinum ad Apoſam tribuit. Quin
etiam milleſimo ducenteſimo ſexageſimo pri-
mo (6) in die Annunciationis novum Or-
dinem militum S. Mariæ ab Urbano Quar-
to probatum in Burgo Auri repoſuit. Le-
ges autem ſcripſerant viri aliquos divitiis,
& nobilitate præſtantes, Catellanus Mala
volta, Loderengus Andalnus, Gruamons
Caccianimicus, & Hugolinus Lambertinus
Bononienſes, Sclanca Lizarius Regienſis,
& Rainerius Adelardus Mutinenſis, qui pa-
riter huic Ordini ſe devoverant, ac Lode-
rengum Magiſtrum ac principem coopta
rant. Erant autem leges, ut tunicam al-
bam, & ſubcinericiam togam induti, cru-
cem purpuream in campo albo duabus ſu-
pra poſitis ſtellis præferrent, ac viduarum,
& pupillorum tutelam ſuſciperent, ac paci
& concordiæ inter homines componendæ
ſervirent. Quoniam autem ſuis quiſque in
ædibus cum uxoribus, & filiis vitam ege-
runt, propterea vulgo Fratres Gaudentes
vocati ſunt. Proximo anno, cum agros per-
nicioſa laborantes ſiccitate, clauſo prope
imbribus Cœlo videret, ex qua ſumma
frugum omnium inopia impenderet, Devo-
tos (7) ipſos hortatus eſt, ut ad pluviam
eliciendam inſtitutam proceſſionis conſuetu-
dinem iterarent. Quare iidem auctoritatem
ejus ſequuti, vexilla purpurea præferentes,
ac cereos accenſos manu tenentes, Muti-
nam verſus Divinum implorantes auxilium
prodierunt. Quos ad Caſtrum Leonis (8)
progreſſos, populus, Antiani, & Epiſcopus
Mutinenſis honoris cauſſa egreſſi obviam
exceperunt, atque inſigni pompa in Urbem
aſſidue pia carmina concinentes introduxe-
runt. Cum autem in Baſilicam ingreſſi po-
ſitis genibus precabundi manerent, Epiſco-
pus ex alto podio ſe oſtendit, atque om-
nes de more illius Eccleſiæ brachio S. Ge-
miniani ſignavit; ad cujus aſpectum mulier,
quæ in concione aderat, illico videntibus,
ac vociferantibus univerſis, Dæmone, quo
jamdiu vexabatur, eſt liberata. Inde comi-
ter, ac liberaliter habiti cum domum re-
grederentur, ſecum opportunam, quam po-
poſcerant, pluviam retulerunt. Eodem an-
no arca quadrata è marmore Pario candi-
diſſimo facta, ac ſacris hiſtoriis affabre ad-
modum & erudite diſtincta ſepolchro oſ-
ſium S. Dominici dedicata eſt, milleſimo 1267
ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo, Pariſius (9)
Monachus Cœnobita Camaldulenſis, Civis
Bononienſis, cum annos ſeptuaginta ſeptem
Monaſterio Virginum Sanctæ Chriſtinæ Tar-
viſii ſanctiſſime præfuiſſet, mortuus eſt, &
pro Sancto cultus, milleſimo ducenteſimo
ſeptuageſimo ſexto, Hadrianus Quintus Pon-
tifex Crucem auream portiunculam ſacræ
Crucis Dominicæ continentem dono Eccle-
ſiæ dedit, milleſimo ducententeſimo ſeptua-
geſimo nono, Nicolaus Tertius Ordinem 1279
Canonicorum S. Auguſtini in Monaſterio
S. Michaëlis in Buſco firmavit, & milleſi-
mo ducenteſimo octogeſimo, Virgines San- 1280
ctæ Mariæ in Monte Guardiæ habitum San-
cti Dominici aſſumentes, atque in Mona-
ſterio S. Matthiæ nuper à ſe in Urbe ſecu-
ritatis cauſſa conſtructo conſidentes, proba-
vit, milleſimo ducenteſimo octogeſimo ſexto, 1286
Octavianus Epiſcopus edicto propoſito ſan-
xit, ne quis Clericus exulem domi ſervare,
& ne arma cujuſvis generis ferre poſſet, in-
de milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto 1295
XVIII. Kal. Octobris deceſſit, in Baſilica
ſepultus è regione Sacrarii.

SCLATTA UBALDINUS (10)
Florentinus.

Cui Sclatta frater, jampridem poſt mor-
tem Gerardi deſignati Epiſcopi ex Ca-
nonico Eccleſiæ deſtinatus, ſucceſſit. Hic
nunquam Eccleſiam adiit, neque conſecra-
tionem accepit. Idem anno milleſimo du-
centeſimo nonageſimo ſeptimo, teſtis fuit 1297
Meſſanæ cujuſdam Conſtitutionis: & Fra-
trum Servitarum ſtudio deditus Monaſte-
rium S. Anſani in collibus ſitum conceſſit,
atq; milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono, 1299
Romæ vitâ migravit, quo eodem anno ædes
S. Leonardi inſigni quindecim Epiſcoporum
Indulgentia decorata eſt. Ceteris rebus us
brevem, ſic obſcurum Epiſcopatum illa
res illuſtravit, quod anno milleſimo ducen-
teſimo nonageſimo ſeptimo, Civitas diutur-
nis feſſa ſeditionibus, miſſis ad Bonifacium
VIII. Pontificem Oratoribus, ſe ſe in fidem
Eccleſiæ tradidit. (11)

FR.

(5) Nequaquam: Nam (utor verbis ipſis Clementis IV. in literis datis Viterbii 25. Junii 1267) Auguſtinenſes *Eremitæ dudum Eccleſiam S. Jacobi Bononiæ ædificare cœperant opere ſumptuoſo*. Quamobrem Summus Pontifex eos commendat Bononienſibus, Mutinenſibus, ac Imolenſibus, ut eleemoſynas erogent ad operis conſummationem. Exſtant literæ Tom. 4. Annal. Auguſtin. Aloyſii Torelli ad an. 1267. n. 4. qui etiam refert, primum ejuſdem Eccleſiæ lapidem poſitum à Joanne de Bononia Eremitano Provinciæ præſide die 25. Maji ejuſdem anni, Octaviano Epiſcopo præſente. Sed quod addit, incidiſſe diem 25. Maji in feriam ſecundam, correctione eget, legendum enim feriam quartam.

(6) Inſtitutus novus hic Ordo an. 1260. probatus ab Urbano IV. an. 1262., ut in Bulla *Sol ille verus*, in qua fuſe vivendi ratio, & Leges referuntur. Eccleſiam S. Mariæ, quæ nunc B. Bernardi Ptolomæi appellatur, habebant. Senſim defecit hæc Religio; ultimus Commendator Camillus Volta obiiſſe dicitur an. 1589.

(7) S. Mariæ Vitæ.

(8) Erat, ubi nunc Arx Urbana, exſtructum à Mutinenſibus an. 1227., dirutum a Bononienſibus an. 1336. ut Ghirard. 1237. ut Maſin. die 24. Novembris. Quare Mutinenſes obviam proceſſerunt ad quartum fere lapidem à Mutina.

(9) Vixit annis 116., obiit hoc anno d. XI. Junii: ejus acta V. apud Bolland.

(10) Hunc anno 1275. pars Capituli Florentini in Epiſcopum elegerat, altera parte Lothario de la Toſa paria ſuffragia ferente; unde nemini eorum ſedes adjudicata, ex literis Honorii IV. ad Florentiæ electum Jacobum Caſtelbonum.

(11) Antea vero, anno ſcilicet 1278., ſeſe dederat Nicolao III. firmatis conventionibus d. 29. Julii V. Ghirard. Tom. 1. pag. 233. & 347.

FR. JOANNES SABELLUS
Romanus.

SClattæ inde Bonifacius Fr. Joannem Sa-
bellum Romanum ex Ordine Prædica-
torum ſuffecit. *Is Sacrarum*, ut inquit Lean-
der, *Literarum optimus interpres, prudens in
rebus agendis, maturus, gravis, & maxima
morum honeſtate compoſitus, cum eſſet Patavinus
Antiſtes, ad Præſulatum Bononienſem transla-
tus*, præcipuam ex eo laudem adeptus eſt,
quòd egregiam operam Jubilæo Bononienſi
populo ſuadendo, atq; ineundo navavit, quem
1300 Bonifacius anno milleſimo tercenteſimo in-
B ſtituit. (12) Fuit autem Jubilæus liberaliſ-
ſima ſcelerum omnium Indulgentia, quam
Pontifex omnibus pro poteſtate conceſſit,
qui ſalutari confeſſionis Sacramento rite ex-
piari, centeſimo quoque anno ſacra Apoſto-
lorum limina certo dierum ſpatio viſitaſſent.
Cujus boni conſequendi gratiâ univerſa ſe
ſuis ſedibus commovit Europa, ac directo
Romam versùs itinere, vias omnes, Urbem-
que ipſam per integrum annum infinita, ac
1301 continenti mortalium turba obſedit. Poſtero
anno Monaſterium S. Helenæ (13) à Monachis
S. Benedicti deſertum, quod Sclatta quoque
facere cogitarat, ex decreto Pontificis Fra-
1302 tribus Servitis attribuit. Proximo morbum
C Bononiæ nactus eſt, teſtamentum ejuſdem
permiſſu Idibus Julii condidit: quod apud
Fratres Prædicatores ſervatur, quo eodem
anno Bonifacius Abbati S. Felicis manda-
vit, ne bona, aut jura Oratorii Sanctæ
Mariæ in Monte alienaret, quod Monachi
illi ab antiquo, ſed incerto tempore, conſe-
1303 cuti fuiſſent, & ſequenti vita deceſſit.

HUBERTUS PLACENTINUS.

QUo nuncio accepto, Bonifacius Eccle-
ſiam Huberto Placentino commiſit,
qui eam ut proximis duobus Epiſco-
pis diuturnius tenuit, ſic multis etiam no-
D minibus ad famam inſignius geſſit; ſiqui-
1303 dem anno milleſimo tercenteſimo tertio,
Fratres Armenios S. Baſilii ſectatores ſe-
dem in Urbe quærentes, ad Portam Sancti
A Mammæ locavit; biennio vero poſt Napoleo- 1305
ni Cardinali, Clementis V. Pontificis Bo-
nifacii ſucceſſoris Legato, aſſenſit, qui Ti-
tulum S. Joſeph (14) in vico Galeriæ ſitum
Monaſterio Sanctæ Helenæ, quod à Ser-
vitis tenebatur, adjunxit, eique in Mona-
ſterii formam redacto, Sanctæ Helenæ bo-
na attribuit, atque ſub eundem Priorem
Monaſterium utrumque ſubjecit. Proximo 1306
Henricum Cæſarem Romam ad Coronam
Auguſtalem accipiendam euntem, hoſpitem
apud ſe habuit. Sequenti maximum volu- 1307
ptatis fructum ex repentina quadam populi
religione cepit. Cum enim multi (15) paſ-
ſim in Urbe languerent, forte aquam ſe-
B dandæ ſitis cauſa ex proximo puteo, qui eſt
ſub Altari S. Petronii in Æde S. Stephani,
haurire cœperunt: inde in die Pentecoſtes
plerique, qui ex ea biberant, febribus ſuis
repente ſoluti ſummæ omnibus admirationi
fuerunt. Itaque ea re animadverſa magnus
inde ad hauriendum puteum concurſus po-
puli factus, multiſque ſubinde ſanatis, pri-
ſca erga Sanctum Petronium Civitatis re-
ligio inſtaurata, eaque ſumma occaſio fuit
magnifici poſtea (16) Templi illi in foro
conſtituendi. Idem etiam quæſtionum, quæ
de militibus Templariis habitæ ſunt, par-
ticeps fuit. Etenim cum Clemens Pontifex
graviſſima eorum crimina inaudiſſet, inqui-
C ſitionem Rinaldo Antiſtiti Ravennati com-
miſit. Rinaldus autem anno milleſimo ter-
centeſimo nono, pleriſque Epiſcoporum ſuo-
rum Bononiam advocatis, quæſtionem dili-
gentiſſime habuit, ac biennio poſt Conven-
tu Ravennæ habito Principes eorum adeſſe
juſſos, de probris, quæ objiciebantur, inter-
rogavit. Quorum cum alia affirmaſſent, alia
inficiatione adhibita defendiſſent, (17) rem
ad Pontificem detulit, qui eouſque indigna-
tione provectus eſt, ut eodem anno Con-
cilio Viennenſi prorſus eorum Ordinem ab-
rogarit, ac manſiones eorum militibus Ho-
ſpitalariis dederit. His vero Conventibus
omnibus Hubertus interfuit. Anno milleſi- 1318
D mo tercenteſimo octavo decimo, Conſtitu-
tiones Eccleſiæ Collegiatæ Sanctæ Mariæ
Majoris, quæ extant, edidit, & milleſimo 1322
tercenteſimo viceſimo ſecundo, Ædem San-
ctæ

(12) Alii mallent auctorem ſcripſiſſe *reſtituit*, vel *innovavit*. *Veritas enim eſt, Jubilæum antiquius fuiſſe; quippe celebris, & generalis fama per totum Orbem, & per ora hominum ferebat, ab antiquis, & extra memoriam hominum temporibus Romæ centeſimo quoque anno Jubilæum eſſe, celebrarique ſolitum*. Barboſ. collect. in Extrav. Com. Tit. IX. ubi præterea refert Seniorem peregrinum annorum 107. coram SS. *atteſtatum fuiſſe, ſe meminiſſe patrem ſuum agricolam ſuperiore centeſimo veniſſe Romam ad conſequendas Indulgentias; à quo ipſe admonitus fuerat, ut ſi ad venturi centeſimi tempus perveniret, non gravaretur Romam venire, ubi ſingulis quibuſque diebus illius anni magnæ erant Indulgentiæ*. Hinc Bonifacius Bullæ exordium fecit, *Antiquorum habet fida relatio &c.*

(13) Diſtans Bononiâ milliaria circiter ſex; qui hoc Monaſterium inhabitarent duo ſoli Monachi ſupererant, Tibertus, & Amator; at ambo inde jam eceſſerant ante annos 30. & amplius, nec illuc ut redirent ſe perſuaderi paſſi ſunt. Bona autem a pluribus occupata vindicare vix potuit Epiſcopus.

(14) Locum hunc incoluerunt PP. (ſic vocant) Servitæ ad annum uſque 1566. quo conventum eſt cum Virginibus Ordinis D. Dominici ad S. Joſeph extra portam Saragottæ habitantibus, ut ipſæ huc, Patres vero illac pergerent; atque ita factum die 18. Maji ejuſdem anni. Nunc vero Monaſterium Virginum D. Mariæ Magdalenæ appellatur.

(15) Ab uno primum excitata religio: rem ita narrant Ghirard. aliique. Mendicus quidam, idemque æger in puteum, qui eſt in Eccleſia S. Stephani, ut potuit, deſcendit ſitis levandæ cauſſa, qua urgebatur, opemque ſimul implorans D. Petronii. Vix aquam ebiberat, illico convaluit. Hinc concurſus populi, præſertim ægrorum, & quam plures ſanati. Illud evenit an. 1307. die 14. Maji, in quem incidit Feſtum Pentecoſtes.

(16) Quod ædificari cœptum eſt an. 1390.

(17) Quos inter memorantur adhuc Bartholomæus Tencararius, & Albertus a Berzano. Hi Canonica purgatione ſuam innocentiam probarunt. Porro nomina conſulto adjecimus, ut appareat in tanta, quantam Pontifices, & hiſtorici plures teſtantur, Templariorum corruptela, duos Bononienſes ſe puros conſervaſſe Catholice & laudabiliter vivendo, quod quidem non tantum ad perſonarum, verum etiam ad Civitatis laudem conferre arbitror.

ctæ Mariæ Gratiæ (18) in vico S. Mamæ
probavit. Nam cum Scholares, qui propter
ſupplicium de uno ipſorum publice ſum
ptum concepta ira ſeceſſerant, cum Civita-
te in gratiam rediiſſent, viſum eſt facien
dum, ut perenni ejus rei monumento Ædes
extrueretur, quæ Sanctæ Mariæ Gratiæ,
ſive Scholarium diceretur. Atque his re-
bus actis (19) eodem anno XIV. Kal. Ju-
nii mortuus in Baſilica, ſepulturam eſt na-
ctus. Quod vero ad turbandam quietem
Eccleſiarum, & Civitatum ſtatum maxime
attinuit, hoc vivente Clemens Pontifex an-
no milleſimo tercenteſimo ſexto, Sedem,
Aulamque Pontificiam ex Italia in Galliam,
& Roma Avennionem magna omnium ad-
murmuratione traduxit. (20) Qua occaſio-
ne arrepta pleræque Civitates Italiæ varios
miſcere tumultus cœperunt; præcipue vero
Bononienſes immatura Pontificis abſentia
invitati, veteribus factionum ſtudiis inſtau-
ratis anno milleſimo tercenteſimo undecimo
ſeſe ab imperio Eccleſiæ, quod nuper am-
plexi fuerant, removerunt, ac libertatis
ſtudio rapti veterem Communis, & Populi
Rempublicam renovarunt, atque inde Joan-
ne XXII anno milleſimo tercenteſimo ſexto
decimo Clementi ſuffecto in eodem propo-
ſito permanſerunt.

ARNALDUS ACARISIUS.

ITaque Huberto Arnaldum Acariſium,
1322 Civem Bononienſem, anno milleſimo
tercenteſimo viceſimo ſecundo, Clerus, Po-
pulusque liber vetere reſtituta conſuetudine
ſubrogavit. Hic adminiſtrationis ſuæ pau-
ca, ſed clara admodum, monumenta reli-
1323 quit. Nam poſtero anno, cum eſſet Centi,
indulſit, ut Ædes Sanctæ Cæciliæ (21) in
via Sancti Donati Ædi Sancti Jacobi conti-
nens Fratribus Eremitis daretur, ne Officia
divina propter nimiam Eccleſiarum vicini-
1324 tatem impedirentur. Sequenti vero duo no-
va virginum Monaſteria comprobavit, unum
in via Majori (22) prope Sanctum Tho-
mam, alterum (23) in Parœcia Sancti Ma-
mæ ſub vocabulo Beatæ Eliſabeth Reginæ
Hungariæ, cujus fundamenta XVII. Kal.
Januarias jacta ſunt, prout in Actis ſcri-
ptum reperitur: *Anno milleſima tercenteſimo
viceſimo quarta die ſexta decima Decembris. Nos
Joannes de Caſtellione Archipresbyter Eccleſiæ
Bononienſis, Commiſſarius D. Franciſci de
Barſolis, & Reverendi in Chriſto Patris D.
Arnaldi Epiſcopi Bononienſis, Vicarii Gene-
ralis. Ad honorem Omnipotentis Dei, & Glo-
rioſæ Virginis Matris Chriſti, & omnium
Sanctorum, & Sanctarum Dei, & Beatæ
Eliſabeth viduæ Reginæ Hungariæ, ſub cujus
vocabulo hanc Eccleſiam fundamus, atque con-
ſtruimus, & in Monaſterium erigimus guber-
nandum ſub cura, & ſolicitudine Abbatiſſæ,
& Monialium, ſecundum Inſtituta, & Regu-
lam Beati Benedicti Confeſſoris, & Clauſura
perpetua juxta conſuetudinem D. Bonifacii Pa-
pæ VIII., & ad debitam obedientiam, & re-
verentiam S. R. E., & D. Summi Pontificis,
& Eccleſiæ Bononienſis, & Reverendi Patris
D. Arnaldi Epiſcopi Bononienſis, & ſucceſſo-
rum, & ejus Capituli, præſentem Eccleſiam
fundamus, primarium lapidem imponendo: &
ipſam Eccleſiam, & locum cum omni ſuo am-
bitu in Monaſterium erigendo: ſalvo jure
Epiſcopali, & Parochialis Eccleſiæ Sancti Ma-
mæ, in cujus Parochia dictam Eccleſiam, &
Monaſterium erigimus, & unius libræ ceræ
reddendæ annuatim ipſi Eccleſiæ Sancti Mamæ
in feſto ipſius, ſtatuentes, quod dictus locus
cum ſuo ambitu, & perſonis ibi degentibus ex
nunc gaudeat Eccleſiaſtica immunitate, & im-
munitatis Privilegiis, & Statutis Provincia-
libus, & Synodalibus, & quod inibi poſſint
Altaria erigi, campana pulſari, & divina
Officia nocturna, atq; diurna, & Miſſæ, ſicut in
ceteris locis, & Monaſteriis Bononiæ ſolemniter
celebrari*. Eodem anno idem Turrim Caballo-
rum recepit, quam Paſſarinus Mantuæ, &
Mutinæ Dominus Epiſcopo eripuerat. Quæ
vero ad immutandum Civitatis ſtatum per-
tinuerunt, unde etiam Epiſcopi permutatio
conſecuta eſt, hæc fuerunt. Anno milleſi 1326
mo tercenteſimo viceſimo ſexto, Joannes
Pontifex infeſta jampridem populorum de-
fectione accenſus, ut Civitates Italiæ ad
antiquum Eccleſiæ obſequium revocaret,
Bertrandum de Podietto Cardinalem Oſtien-
ſem, Civem ſuum, id eſt, Cadurcenſem,
Legatum in Italiam miſit, exercitu ornatiſ-
ſimo attributo, quo vim facere imperium
detrectantibus poſſet. Eum vero ubi poſte- 1327
ro anno, adventare compertum eſt, Bono-
nienſes Nonis Februariis cum Carrocio egre-
gie inſtructo, Clero, atque Epiſcopo obviam
ex Urbe effuſi magno omnium ſtudio rece-
perunt, ac mox Conſilio Populi habito, Ur-
bis illi imperium tradiderunt. Bertrandus
autem anno milleſimo tercenteſimo triceſi- 1330
mo,

(18) Datus poſtea locus PP Ordinis S. Hieronymi Congregationis Feſulanæ an. 1456. atque, his extinctis, poſtmodum ſucceſſere PP. Carmelitani.

(19) Quibus alia æque memoratu digna addunt hiſtorici: nimirum anno 1304. Eccleſiam S. Cæciliæ univit Monaſterio S. Jacobi hac lege, ut Eccleſia maneret in eodem loco ac ſtatu in uſum Parœciæ, quam curaret Sacerdos ex ipſo Monaſterio, ſequenti in hæreticos inquiſivit, auxiliumque Senatus ad Fidei rebelles coercendos poſtulavit. Porro vigebant tum Dulciniſtarum, Beguardorum, Beguinarum, Fraticellorumque Sectæ. At crediderim Præſulem potiſſimum ſollicitum de Templariorum erroribus. Cum vero nuntium accepiſſet anno 1316. d. 23. Auguſti, Joannem XXII. extremum diem obiiſſe, Avenionem ſe contulit; inde ſenatum monuit, ut à motibus quibuſdam finitimorum principum caveret. Poſtero habitus eſt Bononiæ Conventus Epiſcoporum Æmiliæ a B. Raynaldo Concoregio Archiepiſcopo Ravennate. Subſequenti ædificata Eccleſia S. Mariæ de Laudibus, atque inſtituta ſocietas anno 1320. ſub titulo S. Mariæ apud PP. Servitas, quæ a Xenodochio prope Eccleſiam S. Blaſii extructo, ab hoc Sancto appellata eſt. Sodales à vico S. Petronii (vulgo veteris) huc, quo modo convenire ſolent, ſe contulerunt, amplo hic, & ad omnem peregrinorum excipiendorum commoditatem inſtructo hoſpitio.

(20) Manſit Pontificia Sedes Avenioni per annos 71., ad uſque ſcilicet annum 1376. Gregorii XI. ſextum.

(21) Confirmans, quæ ab Huberto Eremitis conceſſa fuerant an. 1304. aut quæ ampliora concedens.

(22) A Miſina de Lambertinis ædificatum, nomine S. Arnoldi, quod paucos poſt annos intra Servitarum amplum cœnobium receptũ, formam, nomenque perdidit.

(23) Nunc ibi Domus male nuptarum.

mo, Urbe adverſùs hoſtes mœnibus con- A
firmata, ad impetum Populi coercendum
arcem ad Portam Galeriæ condidit, atque
inde Civitatem pro arbitratu ſuo gerere in-
ſtitit. Itaque Arnaldum etiam Epiſcopum,
hominem Civitati maxime carum, credo
vitio creatum à Populo, criminatus remo-
vit.

STEPHANUS AGONETTUS
Narbonenſis.

ATque ei Stephanum Agonettum (24)
Narbonenſem, Cancellarium ſuum,
hominem gibbum, atque morum agreſtium
1332 ſubdidit, qui biennium poſt anno milleſimo B
tercenteſimo triceſimo ſecundo moriens, in
Baſilica ſepulturam accepit.

LAMBERTUS DE PODIETTO (25)
Cadurcenſis.

QUo facto Lambertum de Podietto Ca-
durcenſem, ex fratre natum, ſubſti-
tuit, qui menſe Octobri conſecra-
tus, ſolemni pompæ apparatu inivit. Is ex
auctoritate Patrui quatuor Monaſteria inſa-
miâ flagrantia abrogavit, S. Columbani,
S. Gervaſii, S. Auguſtini, & S. Salvatoris,
quæ poſtea reſtituta ſunt. Eodem anno F.
Joannes Commendator Ordinis Roſcidæ Val- C
lis (26) Ædem Sanctæ Mariæ in vico Ma
1333 ſcarellæ conſtruxit. Sequenti B. Fr. Simon
Tuders (27) Ordinis Eremitarum, multa
in Monaſterio S. Jacobi miracula edidit.
Plura fortaſſe Lambertus egiſſet, ſi diutius
1334 Eccleſiam renuiſſet. Etenim ſequenti anno
Civitatis ſtatus de integro perturbatus, ſe-
cum ipſius quoque Eccleſiæ perturbationem
adduxit. Quippe Nobiles quidam immodi-
ca Bertrandi pati imperia nequeuntes men-
ſe Martio quæſita occaſione tumultum in
Urbe ingentem Populi inclamando identi-
dem nomine conciverunt, cujus metu Ber-
trandus exterritus intra arcem ſe incluſit.
Ea re comperta, Florentini Epiſcopum ſuum D
cum lecta equitum manu auxilio ſummiſe-
runt, qui cum permittentibus Bononienſi-
bus ad cuſtodiam arcis receptus à Bertran-
do fuiſſet, auctor ei fuit, ut Urbem, quam
tueri non poſſet, ultro relinqueret: atque
ita cedente illo arcem Bononienſibus tradi-
dit, ac Bertrandum incolumem Florentiam
uſque cum omnibus rebus ſuis deduxit.
Illo profecto, Bononienſes arcem in cervi-
ces impoſitam everterunt, & Rempublicam
Popularem reſtituerunt. Lambertus ut Pa-
truum ejectum ſe contuliſſe in Galliam
ſenſit, & ipſe quoque ſe abdicavit.

ALBERTUS ACCIAJOLUS
Florentinus.

VAcante inde Sede, Populus liber Al-
bertum, ſive Bertrandum Acciajolum,
credo Epiſcopo Florentino propinquitate
conjunctum, referendæ gratiæ cauſſa ſuffe-
cit Epiſcopum. Is adminiſtrationem aggreſ-
ſus, duas res in primis illuſtres, ac laudatas
obivit: unam, quòd Monachos Chartuſien-
ſes ſedes ſolitariæ, quam profitebantur vi-
tæ, extra Portam Pratelli conſtituentes re-
cepit: alteram, quòd biennio poſt Devotos 1336
quoſdam, qui Sanctæ Mariæ Mortis dicti
ſunt, approbavit. Hi ſtudio caritatis in-
cenſi novum Hoſpitale ad uſum egenorum
ægrotantium condiderunt: atque ejus fun-
damenta in die Sanctæ Margaritæ prope
forum jecerunt, quod ab exiguis ſane prin-
cipiis ortum, nunc multis piorum largitio-
nibus cumulatum maximo eſt Urbis orna-
mento. Inde VI. Kal. Septembris, cum
Plebem S. Joannis in Perſiceto in primis
opimam Jacobo Pepulo Thadæi viri tum in
Civitate potentiſſimi filio, pro amico pe-
tenti ſemel, atque iterum abnuiſſet, perni-
cioſa cum eo altercatione contracta, in
qua ſe inter ſe percuſſerunt, metu Urbe
profugit. Epiſcopium per tumultum ab ac-
cenſa factione expilatum. Sequenti anno 1337
Populus magnarum, quas libertas alebat,
diſcordiarum pertœſus, dominatum Urbis
ipſi Thadæo commiſit. Bertrandi Legati ex-
pulſionem Joannes Pontifex indigniſſime tu-
lerat; verum ulciſci proxima morte prære-
ptus nequiverat. Quare Benedictus XII. ſuc-
ceſſor ejus officii id eſſe ſui arbitratus, an-
no milleſimo tercenteſimo triceſimo octavo 1338
Principes Civitatis, nominatimque Thadæum
ipſum eo nomine coram ſe adeſſe præcepit,
atque ubi auctoritati ſuæ non paruit, ad
Eccleſiaſtica tela converſus, divina Civitatis
Officia interdixit, ac non, niſi poſt ſeptem
menſes, ſpe aliqua compoſitionis oblata, re-
ſtituit. Albertum vero Epiſcopum, cum ad
ſe veniſſet, Epiſcopum Nivernenſem (28)
conſtituit. Ita Epiſcopi Sedes ſequenti an- 1339
no vacavit; duo Canonici bona Eccleſiæ
procurarunt, is annus in rebus cum Ponti-
fice componendis fruſtra conſumptus eſt.

BELTRAMINUS PARAVICINUS
Mediolanenſis.

POſtero, qui fuit milleſimus tercenteſimus 1340
quadrageſimus, cum conditiones ali-
quando tandem conveniſſent, Beltraminus
Paravicinus Mediolanenſis, Epiſcopus Co-
menſis, VI. Idus Auguſti Legatus ab eo vé- E
nit, ac comiter ab omnibus acceptus ad
Prædicatores divertit, poſtridie vero com-
po-

(24) Literatum virum. Ghirardacc. par. 2 pag. 95. Hanc unam laudem ei tribuunt hiſtorici.

(25) Cum nullam hujus mentionem inveniſſet Ughellus in antiquis documentis, eum ex albo Epiſcoporum Bononienſium expungit; jure optimo profecto, nam in regeſtis Vaticanis reperitur Albertum Acciajolum electum Epiſcopum Aſtenſem huc fuiſſe translatum Non. Jun. an. 1332., ut advertit laud. Ughell.

(26) Erant Canonici Auguſtinenſes. Locum tradidit Paulus IV. Jeſuatis, nunc his extinctis tenet ſæcularis Sacerdos.

(27) Simon de Rinalduciis. Ad Cœleſtem Patriam evolavit B. Vir anno 1322 d. 20 Aprilis; miracula edidit quamplura, Notariis de veritate eorum teſtantibus, & Rogerio Huberti Vicario approbante. V. Ghirard. p. 2. pag 48. & Aloyſ. Torell. Annal. Auguſtin. Tom. 5.

(28) Non legitur expreſſe Acciajoli nomen in Catalogo Epiſcoporum Nivernenſium, quem dedit Claudius Rubertus; ſed habetur: *Bertrandus de Formellò*, qui forte idem ac Acciajolus.

poſitionis conditionibus recitatis, nomine
Pontificis, Urbis poſſeſſionem, atque impe-
rium, Thadæo ex Populi ſententia remit-
tente, recepit: ac per aliquot dies eam ad-
miniſtravit, quibus tranſactis ipſum Tha-
dæum nomine Pontificis Urbis Vicarium in
triennium declaravit. Inde Nonis Septembris
reverſus ad Pontificem, pro Comenſi Bono-
nienſem Eccleſiam retulit; verum ad hanc
1341 ſerius vênit. Sequenti autem abſens XV. Kal.
Maji Canonicis à Pontifice impetravit, ut Ar-
chidiaconum in demortui ſufficere locum poſ-
ſent, quod Honorius III. diplomate jam exo-
1342 leto indulſerat; proximo ædes Monachorum
Armeniorum Nonis Martii per Dulmenſem
1343 Epiſcopum conſecrata. Sequenti Fr. Dona-
tus, Commendator Ordinis S. Mariæ Ro-
ſcidæ Vallis in Italia Generalis, Hoſpitale
prope ædem S. Mariæ in Vico Maſcarellæ
ſub nomine S. Onufrii Eremitæ conſtruxit,
quod deinde Devotis ſub nomine S. Mariæ
Magdalenæ conceſſum eſt: ubi orbos pueros
aluerunt, qui propterea pueri Magdalenæ
1344 dicuntur. Poſtero Beltraminus per Clemen-
tem VI. Pontificem, qui Benedicto ſucceſ-
ſerat, decimas Bagnarolæ Epiſcopali menſæ
recuperavit, quas Octavianus, & Hubertus
Epiſcopi dudum Ciolo Liazario, homini Lai-
co, ſed bene de Eccleſia merito, fuerant
elargiti. Extat diploma III. Kal. Maji da-
tum, quo Clemens Florentino, & Patavi-
no Epiſcopis mandat, ut Procuratorem Bel-
tramini in poſſeſſionem inducant. VI. Nonas
Maji Fr. Gulielmus Novarienſis Epiſcopus
ipſo Beltramino adhuc abſente novam ædem
S. Jacobi Apoſtoli ab Eremitis Fratribus
conditam conſecravit. Demum Beltraminus
Kal. Auguſti ad Eccleſiam adiit; honorifice
ab univerſis eo honoris apparatu exceptus,
quem ineuntibus haberi Epiſcopis ſolitum
diximus. Hujus illud tantum proditum eſt
1345 memoriæ monumentum, quod ſequenti an-
no Kal. Novembris Fratres Servitas in no-
vo Monaſterio S. Thomæ proximo colloca-
vit, inde Monialibus petulantius viventibus
exturbatis; quem locum illi nunc quoque
auctum, atque nobilitatum tenent; inde an-
1348 no milleſimo tercenteſimo quadrageſimo
octavo ingens illa peſtilentia, quæ totum
terrarum Orbem pervaſit, ac ſua atrocitate
prope humanum ipſum genus extinxit, Ci-
vitatem quoque Bononienſem oppreſſit, at-
que ita per tres annos afflixit, ut Urbem
atque agros aſſiduis funeribus exhauſerit,
atque vaſtarit. Itaque Beltraminus anno
1350 milleſimo tercenteſimo quinquageſimo, re-
bus in dies magis præcipitantibus, curâ eo-
rum, qui correpti erant, Devotis S. Mariæ
Mortis relictâ, ſeſe Avennionem ad Ponti-
ficem retulit, atque ibi vitam amiſit.

JOANNES DE NASO
Mediolanenſis.

QUo facto Clemens VI. Nonas Octobris Joannem de Naſo Galeratenſem Diœceſis Mediolanenſis ab Eccleſia Veronenſi ad Bononienſem traduxit; atque has ad Archiepiſcopum (29) Ravennatem commendatitias literas miſit: *Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili Fratri Archiepiſcopo Ravennati ſalutem, & Apoſtolicam benedictio-*

A *nem. Nuper Eccleſia Bononienſi per obitum bonæ memoriæ Beltramini Epiſcopi Bononienſis, qui apud Sedem Apoſtolicam diem clauſit extremum, Paſtoris ſolatio deſtituta, nos attendentes, quod nullus præter nos ea vice de Ordinatione ipſius Eccleſiæ Bononienſis ſe intromittere poterat, pro eo quod nos diu ante vacationem hujuſmodi proviſiones omnium Eccleſiarum Cathedralium, tunc apud dictam Sedem quocunque modo vacantium, & vacaturarum in poſterum apud eam, diſpoſitioni noſtræ reſervantes decrevimus ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigeret attentari: & ad proviſionem ejuſdem Eccleſiæ*
B *celerem, & felicem, ne prolixæ vacationis ſubjaceret incommodis, paternis, & ſolicitis ſtudiis intendentes poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Eccleſiæ perſonam utilem, & fructuoſam cum Fratribus noſtris habuimus diligentem, demum ad venerabilem Fratrem noſtrum Joannem Mediolanenſem, tunc Veronenſem Epiſcopum, conſideratis grandium virtutum meritis, ac ſcientia literarum, quibus perſonam ſuam divina gratia multipliciter inſignivit: & quod ipſe ſi in regimine Eccleſiæ Veronenſis hactenus laudabiliter præfuit, dictam Bononienſem Eccleſiam ſciet, & poterit, auctore Domino, utiliter regere, & ſalubriter gubernare, direximus oculos noſtræ men-*
C *tis. Intendentes itaque tam Bononienſi Eccleſiæ, quam gregi Dominico ejuſdem ſalubriter, & utiliter providere, dictum Joannem Epiſcopum à vinculo, quo tenebatur, dictæ Eccleſiæ Veronenſis, cui tunc præerat, de Fratrum prædictorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſolventes, eundem Joannem Epiſcopum ad præfatam Eccleſiam Bononienſem tranſtulimus, ipſumque dictæ Bononienſi Eccleſiæ præfecimus in Epiſcopum, & Paſtorem; curam, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ Bononienſis ſibi tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus plenariè committendo, liberamque dicto Joanni Epiſcopo dando licentiam ad præfatam Bononienſem Eccleſiam tranſeundi;*
D *ſperantes indubie, quod ipſa Bononienſis Eccleſia per ſuæ induſtriæ ac circumſpectionis fructuoſum ſtudium regetur utiliter, & proſpere dirigetur. Cum igitur ut idem Joannes Epiſcopus in commiſſa ſibi Eccleſiæ Bononienſi cura facilius proficere valeat, tuus favor ſibi eſſe poſſit ut plurimum opportunus, Fraternitatem tuam rogamus attente, per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus eundem Epiſcopum, & commiſſam ſibi Eccleſiam tibi Metropolica jure ſubjectam habeas, pro noſtra, & Apoſtolicæ Sedis reverentia propenſius commendantes, & in ejuſdem Eccleſiæ ampliandis, & conſervandis juribus ſic eum tui favoris præſidio proſequaris, quod ipſe per ſuæ auxilium*
E *gratiæ ſe poſſit in commiſſo ſibi ejuſdem Bononienſis Eccleſiæ regimine utilius exercere, tuque divinam miſericordiam, & dictæ Sedis benevolentiam valeas exinde uberius promereri. Datum Avennione tertio Octobris, Pontificatus noſtri anno nono.* Interim Bononiæ
Joannes Pepulus, qui anno milleſimo ter- 1347
centeſimo quadrageſimo ſeptimo Thadæum
patrem dominantem exceperat, infeſtis Cle-
mentis Pontificis armis oppreſſus eſt. Ita-
que triennio poſt Urbis imperium tenere 1350
ſe poſſe diffiſus, Joanni Vicecomiti Archiepi-
ſco-

(29) Fortunerium Vaſellium Gallum Ordinis Minorum pridem Generalem Miniſtrum.

ſcopo Mediolanenſi, ipſo in primis appro- A
1351 bante populo, tradidit: qui poſtero anno
Joannem Vicecomitem, cognomento Aule-
gium, Urbis gubernatorem impoſuit. Is cu-
ram eorum, qui neci publicæ deſtinati in
carcere tenebantur, Devotis S. Mariæ Mor-
tis commiſit, qui ſe ſtudioſe tum in ejuſ-
modi caritatis operibus exercebant. Itaque
illi eorum, qui publico damnati ſupplicio
erant, cofirmandorum officium ſuſceperunt,
atque in foro Boario ædem Decollationi S.
Joannis Baptiſtæ ædificarunt, ubi ejuſmodi
vita ſpoliatos homines honeſtæ ſepulturæ
1352 mandarent. Poſtero Devoti S. Mariæ Rattæ
montis hoc exemplo adducti Domum Boni
Jeſu in vico S. Mamæ ad uſum item Hoſpi- B
talis ædificarunt. Eo demum anno Joannes
Epiſcopus V. Idus Julias Urbem magno oc-
curſu Civitatis inivit: quem diem feſtum
populus gaudio elatus peregit. Hic cum
Maffæo Vicecomite tributum Clericis im-
1355 ponente contendit; (30) & milleſimo ter-
centeſimo quinquageſimo quinto duo Cœ-
nobia ædificari aſſenſit, unum mulieribus
meretricibus, alterum viris blaſphemis con-
verſis. Illis Jacobus Calderinus duas domos
ab habitandum in vico Saragoniæ dedit, &
S. Magdalenæ vocavit; hi extra portam
S. Mamæ ad Balneum Marinum hac occa-
ſione ſederunt. Homo quidam ludens ante
Imaginem Deiparæ Virginis in Porta (me- C
dius hic eſt in Urbe locus) depictam, cum
amiſſa pecunia efferatus inceſto ore numen
ejus venerabile laceraſſet, extemplo mem-
bris, atque in primis oculo altero captus
procubuit, ac mox ad Hoſpitale Mortis de-
latus occubuit. Qua re cognita quindecim
juvenes gravi ſuæ adhibitæ ſæpe in Sanctam
Virginem procacitatis pœnitentia capti, re-
pente ſe rebus humanis abdicaverunt, ac
ſibi domum in eo, quo dixi, loco compa-
raverunt, atque eam Monaſtico aſcito ha-
bitu inierunt. Quos accenſa funalia præfe-
rentes die S. Michaëlis, multi laici pii of-
ficii cauſsâ, cum tibiis præcinentibus aſſe-
1359 ctati ſunt. Milleſimo tercenteſimo quinqua- D
geſimo nono idem aquilonare Epiſcopium
inſtauravit, atque ei (31) ædem continen-
tem SS. Sineſii, & Theopontii junxit, ac
IV. Nonas Junias novam ædem Carthuſien-
ſium magna Populi aſtante frequentia con-
1360 ſecravit, & poſtero Oratorium Sanctæ Ma-
riæ in Monte Felicianis Monachis confir-
mavit. Ceteris in rebus turbulenta admo-
dum illius adminiſtratio fuit. Nam cum
Joannem Archiepiſcopum Maffæus Viceco-
mes, Maffæum Bernabos in ipſo Bononiæ
imperio excepiſſet, ab utroque Joannes Au-
legius ita defecit, ut cujus Urbis Vicariam
Præfecturam ſuſceperat, ejus liberum ſibi
imperium vindicarit. Quod Bernabos feren- E
dum non arbitratus anno milleſimo tercen- 1359
teſimo quinquageſimo nono bellum ei gra-
viſſimum pro recuperanda Bononia movit,
quo bello cum maxima omnibus Eccleſiis
ſuburbanis detrimenta dedit, tum præcipue
Caſtello ad Rhenum excitato ipſam Sanctæ
Mariæ Canonicam diſturbavit; unde ipſi
exacti Canonici in Urbem ad S. Salvatorem
domicilium tranſtulerunt, eamque in ho-
diernum uſque diem ſedem obtinuerunt; ea
Canonica per multos poſt annos diruta man-
ſit, donec hoc demum, quo ſcribimus, eſt
reſtituta. Poſtero Egidius Darilla Hiſpanus 1360
Cardinalis, ab Innocentio VI. Pontifice Le-
gatus in Italiam ad eas, quæ deſciverant,
Civitates ad officiū redigendas profectus, Ro-
maniolâ in poteſtatem adductâ Bononiæ im-
minebat. Quod ut ſenſit Aulegius, de im-
perio ſuo ſolicitus, atque animo longe à
ſuis averſus, Urbem ei præmio compoſito
tradidit. Quippe XIX. Kal. Febr. tumultu
gravi in Urbe conflato repente ex arce ve-
xilla Eccleſiæ, atque Egidii protulit, atque
Idibus Martii Petrum Nicolaum Farneſium
exercitus Pontificii ducem recepit. Egidius
inde die S. Simonis Carrocio obviam miſſo
honorifice ab occurrente Civitate acceptus
Urbem introivit, ac Baſilicâ Sancti Petri,
quam ex more adierat, egregie muneratâ,
nomine Eccleſiæ poſſeſſionem inivit, eamq;
per multos poſt annos recte adminiſtravit.
Præcipue autem, cum bellum cum Bernabove
initum excepiſſet, tanta vi, tantaque conſtan-
tia geſſit, ut poſtero anno XII. Kal. Julias 1361.
prævalentis Populi armis adjutus exercitum
ejus diſſiparit, ac prope delerit. Ea pugna
ad ædem S. Roffilli primo ab Urbe lapide
eſt pugnata. Quare Civitas ad lætitiam de-
clarandam, & prodendam rei bene geſtæ
memoriam, equorum curſum in eam diem
inſtituit. Tertio inde Nonas Auguſti Joan-
nes Epiſcopus, Centi, quò ſe bellici tumul-
tus cauſsâ contulerat, mortuus eſt; corpus
in Urbem magna cum pompa relatum in
Baſilica ſepulturam eſt nactum.

AIMERICUS CHATTI
Lemovicenſis.

INnocentius inde Pontifex Joanni Aime-
ricum Chatti ſuffecit. Hic erat Lemovi-
cenſis, id eſt eandem patriam, ac Pontifex,
nactus, atque ipſius etiam in Urbe Bono-
noniæ Quæſtor, XII. Kal. Novembris lite-
ræ ab eo id ſignificantes ad populum recita-
tæ ſunt. Qua re cognita ille Urbe egreſſus
in Feſto omnium Sanctorum ſolemnem in-
greſſum obivit. Quippe ad portam S. Ste-
phani profectus, ibi Clerum, qui ſe excipe-
ret, expectavit. Eò vero Equites, Doctores,
& alii Nobiles occentu campanæ ſolito ad-
vo-

(30) Imperaverat Matthæus Clericis tributum 8000. Florenorum. Epiſcopus, cui viſa læſa Eccleſiaſtica immunitas, Civitatem interdicto ſubjecit, exactioniſque præpoſitos a Fidelium communione ſejunxit anno 1355. die 26 Martii, qui fuit feria quinta hebdomadæ Paſſionis, tum Urbe ceſſit. Sed cum Joannes Aulegius ſequenti menſe Clericos tributo liberaſſet, liberata quoque fuit Civitas interdicto.

(31) Aulegium tranſegiſſe non cum Egidio, ſed cum Androvino Abbate Cluniacenſi & Pontificis nepote, ipſi Egidio Legato ſuffecto ſcribunt alii. *Barnabos Bononiam ab Aulegiano patriam priuſquam ille potuerit reſpondere, eſt aggreſſus, Aulegianuſque, etſi primo reſtitit inſultus, ſuas tamen metitur vires eſt, & imparem ſe agnatis dominatu recognoſcens, fœdera cum Cluniacenſi Abbate Pontificis Legato init, per quæ* Bononia Eccleſiæ permiſſa, Firmanam ipſe *Urbem Picens accepit Vicariatu perpetuo poſſidendam.* Blond. Dec. 2. lib. 10. Platina in Urb. V. atque alii. Sed Ghirardaccius (& alii plures) noſtro conſentiunt. Ghirardaccius præſertim rem tam accurate narrat, part. 2. lib. 23. ut exiſtimem imprudentis eſſe fidem illi non habere.

vocati venerunt; vênit & Galeottus Malaſeſta dux militiæ, & Vicarius Cardinalis Egidii Legati. Quinetiam Prætor, & Collegia artium omnium, & Cives, & advenæ occurrerunt: atque exceptum uſque ad ædem S. Stephani proſequuti ſunt; ſub umbella purpurea varorum ſuffulta pellibus equo vectum, quam nobiles juvenes Bononienſes ferebant; ille autem ex equo degreſſus pallium Altari Sanctæ Trinitatis obtulis, deinde egreſſus pedeſtris, & ſine calceis ad Sanctum Petrum acceſſis; umbella
1362 à juvenibus lacerata eſt, & direpta. Poſtero anno Innocentius Civitatis Studio obſequutus pridie Kal. Julii jus profitendæ (32) in Gymnaſio Theologiæ, atque honoris ejus impertiendi eximii muneris loco indulſit, atque in ea quoque re ſummum Epiſcopo ipſi honorem adhibuit. Extat decretum ejus his verbis ſcriptum: *Devotionem eximiam, quam Populus, & Commune Bononiæ erga nos habuerunt, & habere noſcuntur, attendentes, dignum exiſtimamus; ut Civitas ipſa, quam divina gratia magnis donis, & gratiis illuſtravit, ſcientiæ Theologicæ facultatis muneribus amplietur. Hinc eorundem Populi, & Communis ſupplicationibus annuentes, auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, ut in dicta Civitate deinceps exiſtat Studium generale in eadem facultate Theologica, & perpetuis futuris temporibus vigeat: ac Studentes ibidem in facultate prædicta omnibus privilegiis, libertatibus, & immunitatibus conceſſis docentibus, & Scholaribus ſtudentibus in illa in Studiis generalibus ejuſdem facultatis commorantibus gaudeant, & utantur*, & poſt: *Statuentes, ut quotiens aliqui in Theologica facultate in eodem Studio fuerint magiſtrandi, præſententur Epiſcopo Bononienſi, qui pro tempore fuerit, vel ejus vices gerenti, quem ad hoc ipſe Epiſcopus duxerit ſpecialiter deputandum: ſeu Eccleſia Bononienſi Paſtore carente Capituli ipſius Eccleſiæ, qui erit pro tempore, Vicario Generali*, & quæ ſequuntur. Eodem anno Urbanus V. Pontifex, V. Kal. Octobris creatus, omnibus peccata ſua pleniſſime condonavit, qui per menſem ad Baſilicam Sancti Petri precationes adhibuiſſent; quo facto, multos ex tota Italia Bononiam religionis ſolvendæ cauſſa contraxit. Bien- 1364
nio poſt Americus XIV. Kal. Januarias Avenione, quò ſe contulerat, Bononiam rediit. Eo demum anno Bernabos agro Bononienſi late vaſtato, pacem cum Bononienſibus, atque Eccleſia fecit. Pace conſtituta, Monachi Olivetani, (33) quorum Ordinem proxime Joannes Pontifex approbarat, cum ſuperioribus annis in Urbem profecti in Burgo Auri domicilium poſuiſſent, inde in collem ad Sanctum Michaëlem in Boſco ſe contulerunt, cum Canonici Regulares, qui ad unum Priorem devenerant, eo loco ceſſiſſent, eamque rem Androinus Legatus ex decreto Urbani Pontificis approbaſſet. Eodem anno Egidius Legatus eſt mortuus condito teſtamento, ut domus in Urbe Bononiæ strueretur, atque ei bona ſua tribuerentur ad alendos viginti quatuor juvenes Hiſpanos optimis ſtudiis literarum devinctos, ejuſque Viſitatorem Epiſcopum ipſum reliquit. Ea domus in vico Saragotiæ ſequenti 1365
anno condita, nunc quoque ut cum maxime viget, VII Idus Aprilis bis mille, & octingenti homines Bononia profecti, ut voti cauſsâ ad Sanctum Jacobum Compoſtellanum contenderent, ubi Avenionem pervenerunt, ab Urbano Pontifice abſoluti, patrias ſedes repetere juſſi ſunt. Americus autem diploma à Carolo IV. Imperatore elicuit, quo privilegium Friderici, de quo dictum eſt, confirmavit, in quo ipſe Princeps Sacri Imperii nominatur: inde anno 1369
milleſimo tercenteſimo ſexageſimo nono, Monachos Cœleſtinos nuper (34) à Cœleſtino V. Pontifice inſtitutos, ſedes ad Curtem Galluciorum, Antonio Gallucio adjuvante, ponentes, recepit: ac Bartholomæum (35) Mezzavaccam Civem Bononienſem, qui

(32) Extat integrum privilegium apud Ghirard. par. 2. lib. 24 pag. 262. Porro ad hiſtoriam conferunt potiſſimum, quæ poſt verbum utantur in literis Pontificis habentur: ſunt autem: *Volumus tamen, quod ad docendum, & regendum in ipſo Studio in hujuſmodi facultate Magiſtri, & Baccalaurei, qui in Pariſienſi, ſeu in aliis famoſis Studiis ejuſdem facultatis honorem Magiſterii ſeu Baccalaureatus receperint, & alias experti & idonei in hujuſmodi Studiis Theologicæ facultatis noviter aſſumantur. Ita quod Civitas ipſa tanto inſignita honore dotibus fulgeat honori correſpondentibus memorata. Inſuper Civitatem & Studium præfata ob profectus publicos, quos proinde ſperamus, amplioribus honoribus proſequi intendentes &c.* Ita Innocentius Sextus, quem ne, quæ ſtatuerat, executioni mandata videret, mors præpropera obſtitit. Ea vero perfici curavit Urb. V., injungens Androvino Legato, Petrocino Archiepiſcopo Ravennæ, & Americo noſtro, ut Magiſtros Bononiam advocarent, à quibus Theologiæ ſtudium fundaretur: ii vero advocarunt novem viros doctrina & dignitatibus excellentiſſimos, qui die Dominico 2 Junii an. 1364. Theologici Collegii Bononienſis initium fecerunt. Hos inter primus B. Petrus Thoma Aquitanus Ordinis Carmelitarum Patriarcha Hieroſolymitanus, dignitate ac ſapientia, vitæque innocentia clariſſimus. Ceterorum nomina refert Ghirard. p. 2. lib. 24. pag. 278. & Ughell. Tom. 2. col. 32. ex antiquiſs. Codic. Ceterum hæc fuere quidem initia Collegii Theologici, legendi vero ſacram ſcientiam non item: quippe & D. Antonius Patavinus dudum Theologiam publice Bononiæ docebit.

(33) Inſtituti a B. Joanne Tolomæo Senenſi an. 1313. in loco, qui tum mons Acconæ, poſtea *Olivetus* dictus, a quo Sodalitati nomen. Cum vero Joannes eum Sociis habitum accepit per manus Venerab. Joannis Abb. Camaldulenſis Aretii an. 1319 d. 21. Martii, Tolomæus deinceps Bernardus vocari voluit. Bononiam venientes hujus religionis Socii anno 1363. apud S. Mariam, quam tenebant Fratres Gaudentes, ſedem poſuerunt; ſequenti anno ad S. Michaelem tranſierunt, Monaſterium cedentibus Canonicis Regularibus: S. Bernardi vero Eccleſiam & domum tenuerant Ciſtercienſes, quibus pridem ibi Collegium conſtruxerat Lambertus Florentinus Abbas S. Mariæ de Strata. Ughell. T. 2. col. 31. n. 74. Tum anno 1510. huc Olivetani redierunt, ejus loci poſſeſſionem confirmati a Julio II. an. 1512.

(34) Anno videlicet 1273. à Petro de Marrono, qui poſtmodum ad Pontificatum evectus Cœleſtinus V. nuncupatus fuit.

(35) Romanæ Rotæ Auditorem (ut vocant). Acta magni hujus Præſulis variamque fortunam habes apud Ciaconium & alios; ſed quod facile alibi non reperies ad hujus gentis, & Bononiæ laudem paucis referam: Nuntiorum, Baptiſtam Mezzavaccam Bartholomæi noſtri pronepotem duos mares genuiſſe, totidemque fœminas, omnes ſanctarum virtutum gloria claros, illos etiam dignitatibus

qui poſt Cardinalis evaſit, Juriſconſultum
1370 delatis bonoris inſignibus declaravit; poſtero VIII. Idus Septembris Monachis Camaldulenſibus ad Portam S. Mamæ ſedes collocare permiſit ad Ædem, quam Gerra Pepulus condiderat, & Sanctam Mariam An-
1371 gelorum vocarat. Sequenti Gregorius XI. Lemovicenſis Pontifex ſubrogatus Bernabovem novum bellum violata pace Bononiæ inferentem communione, & omni dignitate privavit. Aimericus vero Eccleſiam ultro depoſuit.

BERNARDUS (36) LEMOVICENSIS.

QUod ut Gregorius audiit, continuò Bernardum Civem, ut puto, ſuum ſubſtituit. Hic, ut inivit, quod ſtatim fecifſe videtur, ad conſtituendam, quæ ſoluta erat, Clericorum diſciplinam conventum Presbyterorum omnium advocavit, atque in eo Conſtitutiones Eccleſiæ, quæ Synodales dicuntur, à ſe compoſitas edidit,
1374 anno milleſimo tercenteſimo ſeptuageſimo quarto, quæ deinde à ſucceſſoribus ejus, ut Cleri maxime rationibus aptæ, ſervatæ ſunt, cui conventui Philippus Caraffa Neapolitanus, Eccleſiæ Archidiaconus affuit, qui poſt Epiſcopatum adminiſtravit. Duplicem inde dolorem, & quidem utrunque maximum hauſit: unum eodem anno, cum deſtitutam Urbem incolis vidit, Nobilibus pleriſque in agros profectis, ut vim, ac periculum ſævientis in Urbe peſtilentiæ devitarent, quæ tamen ineunti, quàm robuſtiori ætati per-
1375 niciofior accidit; alterum ſequenti, cum homines Centi à ſe ad Civitatem Bononiæ defeciſſe, & Præfectos ſuos populari conſpiratione trucidaſſe audivit, quos demum per interpoſitos arbitros ad priſtinam auctoritatem redegit. Interim ad Civitatis perturbationem, Eccleſiæ quoque perturbatio ſe adjunxit. Hi Florentini fuerunt, qui cum Bernabove adversùs Romanam Eccleſiam fœderati ad Bononienſes ſcripſerunt, ſe omnes Eccleſiæ Civitates in ſocietatem accepturos, eaſque ſuis opibus defenſuros, ſi ſtudium libertatis profeſſæ fuiſſent, atque, ut ipſi, pro inſigni publico nomen LIBERTATIS tuliſſent; ſin minus, ſe illas loco hoſtium habituros, belloque enixe perſecuturos, atque Aimericum Bononienſem modò Epiſcopum, quia Quæſtor Pontificis erat, ceperunt, ac mori maturius coëgerunt. Hac denunciatione accepta, Bononienſes Legatos ad Gregorium auxilium poſtulatum miſerunt, qui ſine ullo effectu redierunt. Quare cum ipſi neque ſe, neque Gulielmum S. Angeli Cardinalem Legatum ad tantos ſuſtinendos hoſtes pecuniâ, militibuſque ſatis inſtructos viderent, ſequenti 1376
anno tumultu per quoſdam Nobiles excitato, Legatum ipſum Urbe egredi coëgerunt, ac Republicâ inſtitutâ, quem ſtatum Libertatis vocarunt, XII. Antianos, & Vexilliferum Juſtitiæ creaverunt. Qua re accepta Gregorius ſubito exercitum ad recuperandam Bononiam miſit, ac mox ipſe cum tota Aula in Italiam remigravit, ac proxi- 1377
mo anno pace petentibus Bononienſibus reddita, Urbem ipſam recepit. Quorum tempore in ædibus Pepulorum tum exulantium Collegium alterum Egidii exemplo inſtituit, quod Gregorianum vocatum magnis vectigalibus ad alendos quinqoaginta (37) Scholares inſtruxit; atque inde milleſimo ter- 1378
centeſimo ſeptuageſimo octavo Romæ deceſſit, quo eodem tempore Bernardus quoque Bononiæ Epiſcopus vitam amiſit. Reditus in Italiam Pontificius omnes populorum defectiones compreſſiſſe, ſeditiones reſtinxiſſe, ac plane Italiam diuturnis bellorum agitatam fluctibus pacaſſe in perpetuum putabatur, cum præter opinionem omnium nova diſſidiorum materia eſt oblata, nempe inſigne, ac pernicioſiſſimum illud ſchiſma, quod per multos poſt annos (38) Eccleſiam, atque Italiam fatigavit. Nam Urbanus VI. Nea-

bus illuſtres. Nam Leonardus fuit Abbas Generalis Olivetanorum, Gabriel Ordinis Minorum Provinciæ præfuit primum, deinde cuſtos Monaſterii montis Sion in Hieruſalem, ubi ſanctiſſime obiit, ejuſque animam Leonardus, dum in Aſceterio montis Oliveti prope Senas moraretur, ab Angelis in Cœlum ferri vidit. Ipſe vero piarum lachrymarum quodam quaſi dono laudatur à Michaele Angelo de Ferraria, in libro de exordio Cong. Olivet. Italice. Paula & Gabriella S. Catharinæ de Vigris diſcipulæ ac ſociæ fuerunt Ferrariæ, poſtmodum Bononiæ in recenter extructo Monaſterio Corporis Chriſti cum ea piiſſime vixerunt. Clauſit hæc extremum diem an. 1493., illa verò 1492. non tantum vitæ innocentia, verum etiam miraculorum gloria clariſſima. Gabriel Bombac. libello de Bononienſibus ſanctitate illuſtr. Celſus Faleonus Memor. Eccl. Bon.

(36) De Bonavalle.

(37) Alii triginta: ſemina hujus Collegii poſuerat Gulielmus de Brixia Archidiaconus anno 1326. Porro Pontifex emit Domum ab Hæredibus Joannis de Pepulis per Bernardum Guidonis Priorem Prioratus de Marmanda Ordinis S. Benedicti Agenienſ. Diœceſis & Joannem de Senis, quos Gregorius conſtituit procuratores & actores, factores, & nuncios ſpeciales, ut eos appellat in Brevi Avenione dato an. 1371. Literæ autem Pontificiæ inſtitutionem Collegii oſtendentes, & Scolarium Privilegium quoddam continentes ſunt hujuſmodi; *Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Affectus benevolentiæ ſpecialis, quem ad Bononienſe Studium gerimus, nos incitat, & inducit, ut perſonas ibidem ſtudentes gratioſis favoribus proſequamur, & condignis gratiis attollamus. Cum itaque in Civitate noſtra Bonon. nonnullos Scholares expenſis noſtris teneamus, & in Civitate ipſa quoddam Collegium Scholarium Studentium, dante Deo, fundare, & dotare proponamus, Nos volentes Scholares ipſos favore proſequi gratiæ ſpecialis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium indulgemus, ut Scholares ipſi præſentes, & poſteri, qui nunc ibidem noſtris expenſis commorantur, & qui in hujuſmodi Collegio, dum ibidem fuerint, & pro tempore commorabuntur, à quoquam Catholico Epiſcopo gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habente ſacros Ordines recipere valeant, Diœceſanorum & aliorum Superiorum ſuorum licentia minime requiſita. Nullus ergo &c. Dat. Avenion. Nonis April. Pontif. noſtr. an primo.* Ita Pontifex an. 1371., qui an. 1374. mandavit Epiſ. Bonon. & Epiſcopo Forolivienſi atque Abbati S. Stephani, ut favorem præſtarent Collegii Rectori ad recuperanda bona ab aliis occupata, aut diſtracta. Poſtmodum Bonifacius IX. ann. 1393. locum commutavit, domo alia accepta ab Aſtorre Manfredio ipſi antea a Senatu donata: Anno vero 1408. Balthaſſare Coſſa Legato Collegii bona omnia diſtracta fuerunt, ipſumque Collegium penitus extinctum.

(38) Annos ſolidos 70. ad uſque ceſſionem ſcilicet Amedei, nuncupati Felicis V. anno 1449.

Neapolitanus V. Idus Aprilis creatus, &
Clemens VII. XIII. Kalend. Octobris eidem
objectus, in duas omnino partes Eccleſiam
diſtraxerunt. Ex quibus Bononienſes cum
tota Italia Urbanum, ut verum Pontificem,
dominumque complexi ſunt.

PHILIPPUS CARAFFA
Neapolitanus.

ITaque Urbanus, ut gratiam ab eis iniret,
Philippum Caraffam Eccleſiæ Archidia-
conum, ipſis, credo, poſtulantibus Epiſco-
pum dedit, ac mox XIV. Kalend. Octobris
eundem, & Bartholomæum Mezzavaccam
Civem Bononienſem, atque Epiſcopum Rea-
tinum Cardinales aſcivit, atque ad utrun-
que purpureos galeros Bononiam honoris
gratiâ miſit, quos Joannes Lignanus Juriſ
conſultus inſignis, ac ſummæ tum in Urbe
auctoritatis, (39) ipſis in Æde S. Domini-
ci frequenti populo non minus plaudente,
quàm inſpectante, impoſuit. Philippus Car-
dinalis Presbyter S. Martini in montibus
declaratus ſeſe Cardinalem Bononiæ nun-
1379 cupavit. Poſtero anno rurſus eſt mutata
Reſpublica. Nam Bononienſes à Florenti-
nis impulſi, VI. Nonas Octobris prætento
ſchiſmate, quod in Eccleſia verſabatur, ite-
rum ſeſe fœderatis applicuerunt, ac liberos
ſe, non hoſtes Eccleſiæ præſerentes, ſtatum
1380 libertatis redintegrarunt. Itaque ſequenti
nummum aureum percuſſerunt, in quo ab
uno latere Leonem Vexillum LIBERTA-
TIS tenentem cum literis BONONIA DO-
CET, ab altero imaginem cum nomine
S. Petri finxerunt. Quod ut Urbanus audi-
vit, ægre admodum tulit. Clemens autem
adverſarius ejus, ut eos ab Urbano prorſus
averteret, Oratorem illico miſit, oſtendens,
ſe Urbis Vicariatum eis libere permiſſurum,
ſi ſe Pontificem recepiſſent; cui ipſi reſpon
derunt, ſe in auctoritate Urbani, quem
primùm coluiſſent, perſiſtere velle, donec
de vero Pontifice judicatum fuiſſet. Quod
reſponſum adeo gratum Urbanus habuit,
ut eis Comitatum Imolæ per Philippum
1383 Epiſcopum aſſignarit. Anno milleſimo tercen-
teſimo octogeſimo tertio XII. (40) Kal. Mar-
tias Fratres Prædicatores caput S. Domini-
ci ex Arca, Philippo Epiſcopo, Magiſtrati
buſque præſentibus, extraxerunt, & ad uſum
Eccleſiæ nobili loculo argenteo condiderunt.
Mirum verò illud oculis mortalium accidit,
quòd interim dum Arca patuit, Stella ſu-
pra Eccleſiam clariſſime fulſit. Quæ res ani-
madverſa, Civitatis religionem erga . Con-
feſſorem accendit. Poſtridie Joannes Ligna-
nus eſt mortuus: cujus funus Philippus quo-
que Epiſcopus, & Cardinalis honoris gratiâ
proſequutus eſt: fuit enim vir ſapientiæ,
atque eruditionis illa ætate præſtantis. An- 1389
no milleſimo tercenteſimo octogeſimo nono
Civitas peſtilentia graviſſime laboravit. Cu-
jus declinandæ gratiâ Nobilitas ex Urbe
majore ex parte ſeceſſit: verum à multis
evitari mors deſtinata non potuit. Itaque
cum alii in agris multi, tum Epiſcopus ipſe
XI. Kal Junias eſt abſumptus. Cujus mor-
tem populus uſque adeo acerbe tulit, ut
exequias ejus, quæ tum omnibus propter
contagionis periculum negabantur, maxi-
mâ frequentiâ celebrarit, ac Magiſtratu pro-
ſequente corpus in Urbem mutata veſte
retulerit. (41)

COSMATUS (42) MELIORATUS
Sulmonenſis, &

D. BARTHOLOMÆUS
Raimondus Abbas.

QUa re accepta Urbanus Coſmatum Me-
lioratum Sulmonenſem ſuffecit, qui à
populo repudiatus non iniit. Inde
menſe Octobri mortuus Bonifacium IX. item
Neapolitanum ſucceſſorem adeptus eſt, qui
in exitu Decembris Coſmatum Presbyterum
Cardinalem Tituli S. Crucis in Hieruſalem
declaravit: qui propterea ſe Cardinalem Bo-
noniæ nominavit. Per quos dies Bononiæ
inter ceteras Reliquias Sacras ſub Altari
S. Proculi Martyris à Monachis ipſis inven-
tas, etiam Corpus S. Proculi Epiſcopi In-
teramnatis emerſit. Anno milleſimo tercen- 1390
teſimo nonageſimo Epiſcopus nullus in Ur-
be fuit. Eo verò anno res acta eſt omnium
maxime, ut à libero populo, ad memoriam
poſteritatis illuſtris. Etenim cum Civitas
Templum adhuc S. Petronio Epiſcopo, &
Patrono ſuo dicatum nullum haberet, prid.
Kal. Februarii decretum à Conſilio factum
eſt, ut nobiliſſimum, atque ampliſſimum in
Foro conſtrueretur, ac multis privatis do-
mibus, & aliquot etiam ædibus ſacris inde
amovendis ingens ad id Area pararetur. Qui-
bus rebus eximia mox diligentia, atque in-
duſtria expeditis VIII. (43) Idus Junii Cle-
ro, Magiſtratibuſque aſtantibus primus la-
pis in Baſilica S. Petri ſacratus in angulo
Templi ſiniſtro Orientem verſus eſt conſti-
tu-

(39) Commendabant ſcilicet egregium virum at-
que ſapientem, ut Carolus IV. Imperator
eum appellat in Privilegio, dum eum creat
Comitem Palatinum, maxima Juris ſcien-
tia ac prudentia, amor in Cives Bononien-
ſes, ac dignitas Vicarii Sedis Apoſtolicæ
collata ipſi an. 1377. *Ghirard.* quamvis Ali-
doſius ſcribat hac dignitate eum decoratum
an. 1381. ſed Ghirardaccio diem etiam,
quo in Vicarium electus fuit Lignanus ad-
notante (fuit autem Dominica dies 27. De-
cembris) potius credendum.

(40) Alii XVI. Kal. Martias, adduntque circa
horam noctis ſeptimam. *Ghirard.* Ob hanc
translationem annus iſte à laudato hiſtori-
co vocatur inſignis.

(41) Sepultuſque in Cathedrali cum hac inſcrip-
tione. *Hic eſt Corpus R. in Chriſto Patris ac D. Domini Philippi de Caraffis de Neapoli Cardinalis Bononienſis.*

(42) Coſmatus jam anno 1386. deſignatus fuit ab
Urbano VI. ſucceſſor Philippi, eique idem
Pontifex anno ſequenti die 5. Decembris
commiſit Ravennatenſem Eccleſiam; Bo-
nifacius autem multis cum dignitatibus &
muneribus honeſtarum creavit Presb. Card.
Tit. S. Crucis in Hieruſ. an. 1390. d. 18.
Decembris. Atque hic tantus vir, tot no-
minibus & honoribus clarus, Cardinalis
Bononienſis dici voluit. Hunc titulum re-
tinuit ad annum 1392. quo Bononienſem
Eccleſiam ſponte dimiſit, Ravennatenſi
contentus. Deinde iſta quoque ſe abdica-
vit an. 1400. Exinde ad Summum Pontifi-
catum aſcendit an. 1404. decimoſexto Kal.
Novembr. juxta Onuphr. aſſumpto nomine
Innocentii VII.

(43) VII. Idus. *Ghirard. Maſin. aliique.*

tutus. (44) Quin etiam cum ædes S. Syl-
veſtri, & Sanctæ Teclæ, quæ ſuperioribus
annis tranſlata in forum fuerat, exarſiſſet,
populus eam reficere abnuit: ſed Cruce ibi
lapidea poſita, quam poſt quoque ſummo-
1391 vit, fori terminos propagavit. Poſteriore
anno Eccleſia item Epiſcopo caruit. Inte-
rim ſeditioſi homines bona ejus variè diſtra-
xerunt. Ad extremum populus D. Bartho-
lemæum Raimondum, Civem ſuum, & Ab-
batem Monaſterii S. Felicis ſubſtituit. Quip-
1392 pe anno milleſimo tercenteſimo nonageſimo
ſecundo XII. Kal. Septembris Conſilium
generale de induſtria convocatum, multis
eum propoſitis antepoſuit, ac ſcriptis Ro-
mam literis, Bonifacium, cui reconciliari
ſummopere cupiebat, ad ſuum judicium
confirmandum oravit. Ille autem (45) be-
nignè admodum non ſolum ſe aſſentiri il-
lorum decreto reſpondit, ſed etiam V.
Kal. Novembris de pace reſtituenda roga-
tus, gratiam eis ſuam indulſit: ſeditioſos,
qui fortunas Eccleſiæ diripuerant, pœnâ
exemit; Clericis, ut juri civili, & Phyſicis
operam Bononiæ darent, conceſſit: (46) ac
Civitati Jubilæum, quo novum Baſilicæ opus
proveherent, impertivit. Qua de re magna
publicè lætitia celebrata, tabernæ edicto
publico per triduum clauſæ, & ludi ali-
quot editi ſunt. IV. Nonas Octobris, Bar-
tholemæus nondum in Epiſcopum conſecra-
tus die S. Petronii, prima, quæ in nova Ba-
ſilica facta ſunt, Miſſarum ſolemnia cele-
bravit ad quartum ab Oriente Sacellum,
quod forte primum omnium à Bologninis
fuerat abſolutum. Inde conſecratus Kalend.
Decembris portâ Sancti Stephani ſolemniter
Urbem ingreſſus ad Epiſcopium vênit, ac
multis rebus illuſtrem Epiſcopatum admini
1393 ſtravit. Siquidem anno ſequenti Clericis (47)
Apoſtolicis, quos Urbanus V. habitu im-
pertito probarat, domum ad portam Sancti
Mamæ conceſſit, qui vulgo Jeſuati dicun-
tur, atque omnibus, qui opis aliquid Ho-
ſpitali Sanctæ Mariæ Mortis tuliſſent, ali-
quid gratiæ Epiſcopalis indulſit; milleſimo
1396 tercenteſimo nonageſimo ſexto eiſdem Jeſua
tis Altare, (48) & poteſtatem rei divinæ
per quem vellent Sacerdotem faciendæ, per-
miſit, ac teſtudine auſtralem Baſilicæ porti-
cum decoravit, milleſimo tercenteſimo no-
1398 nageſimo octavo eandem ſacrario, quod nunc
1399 quoque viſitur, exornavit. Sequenti vero in-
ſignem, quæ in pectoribus Civitatis exarſit,
religionem pro virili parte adjuvit. Ea ve-
ro laus ab hoc fonte manavit. Sæva ubique
terrarum jampridem peſtilentia perſut-ute,
qua paſſim multa hominum millia ſine di-

A ſcrimine ſternebantur, repente exortus eſt
in Gallia Narbonenſi Sacerdos, qui Beatam
Virginem ſibi apparuiſſe, ac maximam cla-
dem mundo inſtantem nunciaſſe aſſeruit;
amiculo ille albo indutus erat, ac miram
modeſtiam vultu, verbiſque præ ſe ferebat.
Quibus rebus ſumma ſibi eximiæ ſanctitatis
opinione conciliata, bis vocibus tantum ho-
minibus formidinis, ac religionis incuſſit,
ut plerique ſubito manifeſta pœnitentiæ ſigna
aſciverint, quo Sanctiſſimum Glorioſæ Dei-
paræ Numen ad hujuſmodi revocandam ſen-
tentiam flecterent. Quippe viri, ac mulie-
res, pueri, atque ætate graves albis linteis,
oculis tantum extantibus involuti, comites
B ipſi ſe Presbytero applicuerunt, atque il-
lum ingentem Chriſti crucifixi Imaginem
præferentem ſequuti, bini ab una Urbe ad
aliam inſtructo agmine proceſſerunt, laudes
Beatæ Virginis concinentes, in primiſque
Hymnum, quem ſuperioribus annis Joannes
XXII. (49) conſcripſerat: *Stabat Mater do-
loroſa juxta Crucem lacrymoſa*; ubi vero ad
trivia venerant, in terram ſe, ipſo duce
præmonente, projiciebant, ter pacem Dei,
miſericordiamque poſcentes; quo vero in
loco nox eos opprimebat, ibi ritu pecorum
corpora demittebant, ac cibus, quos forte
nacti erant, in propatulo capiebant; poſt-
quam autem vicinam Urbem attigerant,
C tum ſuo quaſi perfuncti munere lares pro-
prios repetebant, qui vero aditi fuerant,
eodem concepto illius religionis ardore, Cle-
ro, atque Epiſcopo ſuo aſſumpto, albati
omnes ad proximum oppidum veniebant.
Atque ita religio illa ſuperatis alpibus ſen-
ſim in Italiam tranſiit, atque eodem mo-
do Mediolanum, atque inde ſingulas Ci-
vitates obvias adeo conſternavit, ut qui
ſimiles veſtes abnuerent, tanquam Divi-
ni Numinis hoſtes ab humana congreſſio-
ne propulſarentur. In quibus multi pecca-
torum ſuorum dolore compuncti, vete-
rum ſimultatum memoriam abjecerunt, at-
que ultro cum inimicis ſuis in gratiam re-
D dierunt: quique alios forte læſerant, eoſ-
dem iis, quos violarant, gladios offerentes,
ſeſe totos illorum poteſtati, atque arbitrio
permittebant, eoſque, ut ſibi ignoſcerent,
obſecrabant. Ex his VI Nonas Septembris
Epiſcopus Mutinenſis à Regienſibus inflam-
matus cum univerſo omnis ætatis, ſexuſque
populo albato, & ſub vexillis ſuis inſtru-
cto (ad viginti quinque millia fuiſſe ferun-
tur) Bononiam verſus iter inſtituit. Ubi
vero ad pontem Rheni pervênit, aris ſub
eo duabus erectis rem divinam fecit, ac
populo Bononienſi, qui frequens accurrerat,
ra-

(44) Per Bartholomæum Gardinum Bononienſem Ordinis Minorum Epiſcopum Dragonerienſem. Factum hoc an. 1390. d. 7. Junii, quæ incidit in Fer. 4. circa horam 22. *Ghirard.* part. 2. lib. 26.

(45) Ita ceteri hiſtorici. *Ghirard. Maſin.* quare non aſſentiendum quibuſdam Ughell. T 2. col. 32. putantibus Bartholomæum à Pſeudopontifice Benedicto XIII. confirmatum; qua de re Ciaconius agit.

(46) Idem privilegium conceſſit quoque Martinus V. an. 1419. imo longe amplius, nam ut in Studio Bonon. Clerici etiam artibus & Medicinæ ſtudere poſſint indulſit. *Ghirard. par.* 2. *lib.* 29. derogans iis, quæ præſcribit Cap. *Non magnopere*.

(47) Appellabantur etiam pauperes Chriſti, *quos in protectione Sedis Apoſtolicæ ſuſcepit* Marti-

E nus V. Ordinatione vero Alexandri VI. vocati Fratres Jeſuati S. Hieronymi, eo quia pleræque eorum Domus & Eccleſiæ titulum habebant ejuſdem Sancti; hoc quoque nomen tenebat hæc ipſorum Eccleſia Bononiæ, addito etiam Titulo S. Euſtachii. Illam modo ſervant Monachi Olivetani, Jeſuatis extinctis. Porro Alexius Senenſis Jeſuatus Bononiam venit anno 1379. habitavitque ad viridem vallem: paulo poſt inde diſceſſit, rediit an. 1393. ſedemque poſuit ad S. Euſtachii & Hieronymi.

(48) *Nam ſacris Ordinibus initiari non conſueverant ex vetuſtiſſimo ſemperque obſervato inſtituto, ſed equorum diſtillationi exercitio vacabant.* Paul. V. Conſtit. *Religioſos Viros*.

(49) Alii auctorem faciunt B. Jacoponem Tudertem, alii S. Gregorium Magnum.

rationem, atque initium novæ hujuſmodi
religionis expoſuit, ac poſtridie domum re-
petiit. Bononienſes inde pridie Nonas, &
ipſi albâ linteâ, ſuadente Bartholemæo Epi-
ſcopo, induerunt, & novem dies feſtos ta-
bernis clauſis egerunt, Parochiis quotidie
ſub vexillis ſuis ad S. Petrum atque ad eas,
quas ille conſtituerat, Eccleſias cum Hym-
nis, & Canticis adeuntibus. Interim Presby-
ter quidam à pago Paterno in medium pro-
diit, atque toto audiente populo ſe à mor-
tuis poſt tres horas, quam obierat, à B. Vir-
gine ſuſcitatum aſſeruit, ac multa ſibi com-
perta de iis, qui pridem obierant, nuncia-
vit. Cujus rei magnitudine Epiſcopus per-
citus, ac nova religione perfuſus, eodem
ordine populum & ipſe ſuum Imolam alba-
tum, ac ſupplicabundum adduxit, atque ad
Santernum amnem progreſſus, ibi aris item
duabus excitatis Sacra confecit, ac Presby-
ter Paternenſis, quo modo mortuus revi-
xiſſet, edocuit. Inde Imolenſes Faventiam,
Faventini Forumlivium contenderunt. De-
mum hæc religio Viterbii dicitur conſtitiſ-
ſe. (50) Hujus habitus nunc etiam in ipſis
Devotis, qui ſubinde multiplicati ſunt, cer-
1400 ta conſpiciuntur veſtigia. Anno milleſimo
quadringenteſimo Epiſcopus Jubilæo cente-
ſimario operam dedit, quem populi ex obe-
dientia Bonifacii non ita magna propter va-
gantem peſtilentiam frequentia celebrarunt.
1401 Milleſimo quadringenteſimo primo ſacrarium
à ſe conditum Altari S. Blaſii, Altare vero
perpetuo Sacerdotali beneficio decoravit;
1405 milleſimo quadringenteſimo quinto magnam
voluptatem ex novo B. Virginis Miraculo
cepit: quo ipſa rurſus manifeſtam iram ad-
versùs numinis ſui contemptores, miſericor-
diam vero erga veneratores oſtendit. Hic
fuit miles quidam, qui amiſſâ luſu pecuniâ
dolens, cum forte imaginem ipſius in gra-
dibus S. Petronii ſtatutam prætериiſſet, ve-
ſanæ iræ impetu raptus, ferrum in eam cum
verbis contumelioſiſſimis ſtrinxit, ac ſan-
ctum Puerum in gremio conſidentem per-
cuſſit. Qua re ſubito quaſi nervis exſectis
debilitatus procubuit. Hoc ubi audiit Præ-
tor, ipſum ſtatim ut nefarium hominem
proripi, ac damnatum extemplo ſuſpendio
affici juſſit. Cujus ſententiæ atrocitate mi-
les exanimatus, flere, ejulare, ac lacrymis
opem Glorioſæ Dei Genitricis implorare,
ac ſe, ſi tantum periculum evaſiſſet, ipſi
per quadriennium operam præſtitutum, pro-
mittere. Quo nuncupato voto repentè ſani-
tatem recuperavit. Prætor autem ut placa-
tum cœleſte Numen cognovit, ne ſibi qui-
dem in eum ultra putavit eſſe progredien-
dum. Miles vero duplicis voti compos fa-
ctus, ſimulacrum illud in primum Baſilicæ
Sacellum traduxit: atque unà cum uxore,
& liberis per quadriennium cilicio tectus,
promiſſum obſequium præbuit. Hæc in hunc
uſque diem Imago propterea religione exi-
mia colitur, ac Pacis Domina nuncupatur.
Eodem anno lapideas Baſilicæ teſtudines
Epiſcopus fecit, cum antea ligneo ſuſpenſa
ſolario eſſent. Poſtero milleſimo quadrin- 1406
genteſimo ſexto largitione, quæ certis die-
bus pauperibus fieret, inſtituta, XVIII. Kal.
Julias vità ceſſit. Eo verò ſedente Reſpub.
multas, & quidem memoratu dignas muta-
tiones accepit. Etenim anno milleſimo qua-
dringenteſimo primo Joannes Bentivolus Se-
nior, diſſenſione Civium libertate uti ne-
ſcientium invitatus, oblatum à populo no-
men Conſervatoris Juſtitiæ, & Libertatis aſ-
ſumpſit: atque ita opibus amicæ factionis
ſubnixus facile ſibi Civitatis imperium vin-
dicavit, per quos dies cum Imago quædam
B. Virginis ad Baracanum portæ S. Stepha-
ni picta, neſcio quid miraculi edidiſſet, (51)
Bentes Bentivolus religione tactus ſubito
locum ornavit, atque ibi ſe genibus flexis
adorantem exprimendum curavit. Imago
inde illa frequentibus celebrari hominum
ſermonibus cœpta, virtutem ſuam ſibi de-
clarandam difficilioribus Civitatis tempori-
bus reſervavit. Poſtero Joanne ab adverſa 1402
factione in Urbe capto, atque occiſo, Jo.
Galeatius Dux Mediolani, qui interim ab
exulibus de induſtria advocatus caſtra mœ-
nibus applicuerat, in Urbem receptus, &
IV. Kal. Julias Dominus acclamatus eſt.
Ille vero conſtituta Civitate, ardentibus po-
puli ſtudiis obſequutus, eo præcipuè incu-
buit, ut Baſilica S. Petronii inchoata perfi-
ceretur, atque in ejus honorem inſtituit,
ut quotannis in Feſto ejus inſigne populo
equeſtre ſpectaculum præberetur, ac poſt
paulo moriens, Joanni Mariæ ditionem re-
liquit. Qua re accepta Bonifacius indigne
ferens, Bononienſes neque liberè agere, ne-
que Eccleſiæ obtemperare, ſequenti ad Ur- 1403
bem recipiendam exercitum inſtructiſſimum
miſit: qui ad mœnia progreſſus, levi cer-
tamine edito facile à populo eſt receptus.
Quod ut ille audivit, extemplo Balthaſa-
rem

(50) Nam (quæ eſt Dæmonis malitia, & humanæ fragilitatis conditio) cum plus mali, quam boni ab hujuſmodi omnis ætatis ac ſexus coacta multitudine timendum videretur, ne ultra Religio procederet, Bonifacii IX. Decreto cautum eſt. Tum Sodales diſperſi, Sodalitiumque extinctum: Auctor vero fertur miſerabiliter periiſſe.

(51) Hoc, ut hiſtorici narrant, fuit ejuſmodi. Urbem eo tempore obſidione premebat Joannes Vicecomes, illique parti gravius imminebat, ubi ſacra imago venerabatur. Joannes autem Bentivolus, qui tum ſe tamquam Civitatis Dominum gerens tuebatur Civitatem, veritus ne occaſione, aut prætextu colendi Virginem, quiſpiam obſeſſorum forte aliquid proditionis moliretur cenſuit è re ſua eſſe huic malo obviam ire. Juſſit idcirco murum extrui, quo populus ab acceſſu ad Deiparæ imaginem arceretur. Jam cæmentarii opus fere perfecerant, cum die 28. Januarii an. 1402. auditæ voces in modum queruli hominis & minantis; nocte vero inſequenti corruit repente murus, &, quod magis mirandum, lapides in ordinatum acervum, ac ſi hominum manu & arte collocati fuiſſent, compoſiti viſi ſunt. Non hæc tamen attendit Joannes, verum arbitratus murum aut ſoli defectu, aut operariorum indiligentia in eo ſtruendo non ſtetiſſe, alium proximo in loco exædificari voluit firmiorem atque ampliorem, vigilibus aſſiduè adſtantibus, & ut probè abſolveretur curantibus. Sed nihil profecit. Nam ultima die ejuſdem menſis in ſuperiori parte muri jam conſtructi umbra quædam apparuit, motuſque quidam perceptus; ſequenti autem nocte totum opus iterum labefactatum ruit, lapideſque, ut antea, in unum locum compoſite coacervati ſunt. Tum motus Joannes nihil ultra tentandum cenſuit; Bentes vero militaribus rebus præfectus, qui rem mirandam bis oculis propriis aſpexerat, ferventiori religione tactus, locum ornavit &c. *Hiſtoria Sac. Imagin. Barac. par. p.*

rem Coſſam Cardinalem S. Euſtachii, qui A
Legati nomine Civitatem regeret, deſtinavit, qui III Nonas Septembris ingreſſus eam,
poſt per ſeptennium pro judicio ſuo tractavit. Poſtero Bonifacio Pontifici mortuo Coſ-
1404 matus Melioratus, quem Bononienſem Epiſcopum deſignatum diximus fuiſſe, ſucceſſit:
qui Innocentii VII. nomine aſcito Balthaſari Coſſæ legationem confirmavit. Eo vero poſt
1406 biennium vita functo, Angelus Corrarius Patricius Venetus pridie Kal. Septembris eſt
ſubrogatus, ac Gregorius XII. appellatus, ea conditione, ut ad tollendum Schiſma ſubinde ſe abdicaret: nam Benedictum illius adverſarium idem polliceri ſe eſſe factutum.
Quod quia ille non præſtitit, & ipſe digni B
tatem retinuit, ſed tamen pro adulterino Pontifice habitus fuit. Itaque Civitas, licet Balthaſari Legato ejus in dies magis invaleſcenti obtemperarit, ipſum tamen non coluit. (52)

D. ANTONIUS (53) CORRARIUS Venetus.

GRegorius vero Antonium Corrarium fratris filium, Canonicum Congregationis S. Gregorii in Alga, cujus fuerat au-
1407 ctor, ſequenti anno Epiſcopum Bartholo-
1408 mæo ſuffecit, & poſtero eundem Cardinalem Presbyterum Tituli S. Chryſogoni, & C
S. R. E. Camerarium, ac mox Portuenſem Epiſcopum declaravit. Verum Civitate à Gregorii obedientia averſa non iniit, licet ſe Cardinalem Bononiæ nuncuparit: bona Eccleſiæ interim œconomi gubernarunt. Hanc occaſionem Balthaſar Legatus adeptus, jampridem pecuniam ad potentiam comparandam conficere cupiens, interim Eccleſias, & prædia Eccleſiaſtica alienavit, bona Epiſcopatus dilapidavit, lapides, ligna, & pecunias ad ſtructuram Baſilicæ S. Petronii comparatas intervertit, prædia Collegii Gregoriani vendidit, ac Collegium ipſum habitandum Scaccardis (54) dedit, quæ res præter alias ei poſt in Concilio Conſtantienſi D
objecta Pontificatum ipſum ademit. Memorabile vero quod ſequitur. Is Spinam Sacræ Domini Coronæ unam à milite quodam in direptione longinquæ Urbis ſurreptam coëmit, eamque dono Fratribus Prædicatoribus dedit: mox re in vulgus prolata inſignem ſacrorum, & profanorum Ordinum pompam indixit, ac proſequentibus cum magna Civitatis gratulatione omnibus XI. Kalend. Maji ad ædem eorum detulit, ac liberali

admodum indulgentia inſignivit, prout in fide digno Chronico reperitur, quæ Spina in hunc uſque diem ſummo in honore habetur, atque ingenti Bononienſis populi concurſu, & religione octavo die Reſurrectionis Dominicæ celebratur. Inde anno mille- 1409
ſimo quadringenteſimo nono Gregorio Pontifice in Piſano Concilio abdicato, Alexander V. (55) VI. Kal. Julii eſt ſuffectus. Ille
vero VIII. Idus Januarii Bononiam Urbis 1410
incolendæ conſilio venit: ab univerſa occurrente Civitate ingenti omnium plauſu, ac gratulatione receptus, ac IV. (56) Nonas Februarias prima Sacra in Baſilica Sancti Petronii fecit, & ſacram Roſam Nicolao Marchioni Ferrariæ dedit: inde V. Nonas Maji in Palatio repente obſtupeſcentibus omnibus mortem oppetiit, atque in æde S. Franciſci, cujus diſciplinam profeſſus fuerat, ſepulturam accepit. Cretenſem eum vulgo fuiſſe creditum eſt: ipſe tamen ſe in exitu vitæ Bononienſem fuiſſe teſtatus eſt, auctore quodam æquali ejus memoriæ Canonico S. Joannis, qui rerum Chronicum texuit, quibus ipſe interfuit, atque de illo ita ſcriptum reliquit: *Alexander tempore mortis ſuæ publicavit, quòd erat Civis Bononienſis, licet de vili progenie, & in Saragotia natus, & quod in ſua juventute delectus à quodam magno Magiſtro de Ordine Minorum Veneto conduxit eum Venetias, deinde Pariſios, ubi fuerat magiſtratus, & deinde in Candiam, ubi diu ſtetit, & ideo de Candia dicebatur*. Comitiis iode ſubrogando Pontifici habitis XVI. Kal. Junii ipſe Balthaſar Legatus creatur, & Joannes XXIII. appellatur. Is per Urbem equo inſidens, ac ſtipem ſpargens illuſtri Cardinalium comitatu ſtipatus inceſſit, atque in Palatium reverſus Legatum Bononiæ Henricum Cardinalem Neapolis declaravit: inde VII. Kal. in gradibus S. Petronii coronatus Urbem iterum eques luſtravit, Nicolao Marchione Ferrariæ, & Malateſta Arimini domino primum, deinde Equitibus Bononienſibus ſolemni ſtratorum officio perfungentibus; ſequenti verò prid. Kal. Fe- 1411
bruarias Ludovicum Regem Franciæ, qui ſuperioribus diebus ex Regno Neapolitano advenerat, ſacræ Roſæ munere decoravit, ac triumphali pompa Urbem tertio perluſtravit; demum pridie Kal. Aprilis relicto in Urbe Legato Romam diſceſſit. Ceterum Joanne Urbe profecto, ac præſenti metu ejus amoto plebs Bononienſis ex opificibus, atque artificibus conſtituta tumultum temere concitavit: atque Legato palatio pulſo do-

(52) Huic Bartholomæo alterum Juniorem dictum ſuffectum fuiſſe docet inſcriptio Tumuli exſtantis in Eccleſia PP. Prædicatorum Civitatis Aſtenſis, quæ eſt hujuſmodi: *Hic jacet Reverendiſs. in Chriſto P. Fr. Bartholomæus quondam Bononienſis Epiſcopus Sacræ Theologiæ Doctor Egregius de Ordine Prædicatorum, qui obiit 1409 die penultima Auguſti, cujus Anima*. Deeſt *requieſcat in pace*. Alidoſius ait, eum eſſe è gente *dalle Biſcie*. Maſinius evectum dicit ab Innoc. VII. an. 1406. Ughellus autem ſuſpicatur ad Epiſcopalem Sedem aſcendiſſe, illum intrudente Pſeudo-Pontifice Benedicto XIII. contra Antonium Corrarium electum à Greg. XII. nec caret fundamento ſuſpicio; quippe videtur Bartholomæum degiſſe tum in finibus Ligurum, cur etiam in ipſa Liguria, quæ Benedicto favebat. E

(53) Hic interſerit Ciaconius Nicolaum Brancacium datum Bononienſibus Epiſcopum ab Alexandro V. ante an. 1407. ſed neque hoc anno Alexander V. erat Pontifex, neque alius quiſquam noſtrorum hujus Nicolai meminit; quare recte à Sigonio omiſſus.

(54) Factio erat hæc alteri Maltraverſa nuncupatæ inimica. Porro hujuſmodi nomine appellabatur à præcipuis nobilibus, Pepulorum ſcilicet gente, cujus inſignia ſunt ſpatia quadrata albi nigrique coloris alternatim diſpoſita.

(55) Antea Petrus Filargius, ſeu Filardus: utrumque enim legitur.

(56) Nocte elapſi ſabbati hora 5. Non repentina morte tamen obiit: nam Conradus Caracciolus tum Bononiæ Legatus adverſus Georgium Ordelaffum in Æmilia Pontificii exercitus Ductor, dum Forum Pompilii oppugnabat, nuncium accepit de Pontificis ægritudine, quamobrem obſidionem ſolvit, & Bononiam ſe contulit. *Ghirard. p. 2. lib. 28.*

A dominatum Urbis invaſit. Nobiles autem pernicioſis inſtincti conſiliis plebem in imperio eſſe animo iniquo ferentes, conſpiratio-
1412 nem inter ſe eo, qui inſecutus eſt, anno fecerunt; ac novo tumultu conflato dominatum illi eripuerunt, eumque Pontifici reddiderunt; is tum Cardinalem Fliſcum Legatum miſit: qui prid. Kal. Novembris inivit. Eo demum anno Eccleſiam Antonius Epiſcopus Bonon. dimiſit, vectigali quodam ſibi reſervato, quod poſt etiam ab Epiſcopo Albergaro exegit. Ita cum de novo ſubrogando Epiſcopo agi eſſet cœptum

D. JOANNES ABBAS S. PROCULI.

B D. Joannes Abbas Monaſterii S. Proculi, & Civis Bononienſis VIII. Idus Novembris à Legato gratificari depoſcenti populo cupiente ſublectus eſt. Is VI. Idus conſecratus, III. ſolemniter iniit, atque uſque ad Sanctum Stephanum ſub umbella progreſſus, inde reliquum itineris pedibus ex vetere inſtituto confecit. Joannes inde Pontifex proximo anno Idibus Novembris Bo- 1413
noniam rediit, ac XIII. Kal. Decembris Jacobum Inſulanum Juriſconſultum Bononienſem Cardinalem Diaconum Sancti Euſtachii cooptavit, ac poſtero Kalendis Octobris ad 1414
Concilium à ſe indictum Conſtantienſe profectus, ibi variis objectis criminibus expugnatus, ſe abdicare coactus eſt. Ei Concilio ſequenti anno Joannes Epiſcopus Bonon. 1415
inter Commiſſarios affuit. Pandulfus vero Malateſta Eccleſiæ Archidiaconus adjunctus eſt pro parte Italica Cardinalibus ad Pontificem ſufficiendum delectis. Eodem anno (57) Petrus Ancaranus Juris Doctor egregius eſt mortuus, & in Æde S. Dominici ſepultus. Qui item ad Scholares Italicos ſuſtinendos Collegium excitavit, ac vectigalibus idoneis exornavit. Quod poſtea ex Valle Apoſæ in Burgum Paleæ tranſlatum, ibi nunc quoque in fide Illuſtriſſimæ Domus Farneſiæ floret.

(57) Die quinta auguſti, Lunæ, atque hoc ſane anno; nam quod habet Alidoſ de Doctoribus J. C. Bononienſ. 1416. Typorum erratum eſt; neque tali anno dies S. Auguſtin. incidit in feriam ſecundam.

Explicit Liber Tertius.

IN

INCIPIT LIBER QUARTUS.

FR. NICOLAUS ALBERGATUS Prior.

Quarto inde libro exordium dabit præclarus Nicolai Albergati Epiſcopatus, cum omni caritatis, pietatiſque exemplo nobilitatus, tum in variis, ac difficilibus pro Patria, & Republica Chriſtiana negotiis, periculiſque verſatus. Is vero à nova Reipublicæ mutatione principium
1416 duxit. Anno enim milleſimo quadringenteſimo ſexto decimo Bentivoli, ac Canetuli, Cives tum in Urbe opibus excellentes, ſimul atque Joanni Pontifici abdicato neminem ſuffectum propter diſſidium Cardinalium cognoverunt, pridie Nonas Januarii impetum in Palatium cum parata factione fecerunt, ac Legato exacto ſtatum Populi
1417 redaxerunt. Itaque cum proximo anno Joannes Epiſcopus IV. Nonas Januarii deceſſiſſet, Populus libertatis memor extemplo animum ad ſucceſſorem ex ſententia ſua ſubrogandum adjecit: ac Fratrem Nicolaum Albergatum, Petri Nicolai filium, Civem Bononienſem, Carthuſiæque (1) Priorem, ſpectatæ illa tempeſtate virtutis, ſanctitatiſque virum hoc modo ſubſtituit. Pridie Nonas Januarias, comitiis creando Epiſcopo habitis, ex multis ſelectis, unus ipſe omnibus à Conſilio ſexcentorum prælatus eſt; idemque ſubinde, quoniam conſtanter honorem repudiabat, rogatu populi primùm à Præfecto (2) ſuo probatus, deinde à Clero Bononienſi electus eſt. Itaque conſentientis Civitatis voluntate tandem evictus, ſeſe IV. Nonas Junii (3) conſecrari permiſit, atque ea re magna populi frequentia in Æde Carthuſiæ celebrata, Urbem ſolemni pompa ànivit, ita ut eques uſque ad S. Stephanum venerit, inde ſine calceis ad S. Petrum pedes proceſſerit. Hujus egregie, ac laudabiliter facta multa, ſed hæc maxime illuſtria. Studio priſtinæ diſciplinæ retento victui ſuo parcens, facultates Eccleſiæ pauperibus ſuſtinendis, & præcipue puellis nubilibus collocandis impertiit; doctos homines, atque ingenii laude aliqua excellentes omni benignitatis genere fovit, carne abſtinuit, in culcitra non cubuit, Judæos luteum ſignum, ut à ceteris dignoſcerentur, in pectore ferre, & feſtis diebus clauſas tabernas habere præcepit. Huic porro Martinus V. poſt in Concilio Conſtantienſi Pontifex III. Idus Novembris declaratus tantum tribuit, ut non ſolum Epiſcopum (ſic enim ab eo poſtulatum eſt) primo quoque tempore confirmarit: ſed etiam apud Mutinenſem, & Imolenſem Epiſcopos jusjurandum ſolemne concipere juſſerit, ne ſui adeundi laborem ſuſcipere cogeretur. Poſtero anno 1418
idem in inſtituto ſuo perſiſtens, uſuras Judæorum in Chriſtianos graviores coërcuit, (4) ludum talarium interdixit: Synodo habita Conſtitutiones Bernardi olim Epiſcopi confirmavit; Monaſterium S. Gregorii extra portam S. Vitalis ad unum Priorem, & Converſum redactum, à veteribus Canonicis S. Auguſtini ad novos (5) S. Georgii in Alga Pontificis mandato traduxit.
Sequenti verò Canonicis Sanctæ Mariæ Rhe- 1419
nanæ, & S. Salvatoris, qui ad unum Franciſcum Ghiſelerium Priorem devenerant, Canonicos S. Ambroſii Eugubini, Regularibus illis quidem, ſed diverſi habitus, & obſervantiæ, à Gregorio XII. probatos, itidem ex decreto Martini Pont. copulavit, qui nunc S. Salvatoris (6) dicuntur. Interim Martinus Pont. priorem erga Bononienſes animum immutavit, & cujus Civitatis certo ſe tributo contentum fore à principio oſtenderat, ejus integrum imperium poſtulavit, ac Nicolao Epiſcopo Oratori ad ſe à Civitate Florentiam pro rerum compoſitione miſſo tantùm abfuit, ut quidquam ex iis, quæ petebantur, conceſſerit, ut ipſum etiam revocatum Sacris Civitati interdicere juſſerit. Quo mandato exhauſto Nicolaus, ubi ſe animos offendiſſe Civium ſenſit, Urbe ſeceſſit. Martinus inde cum per Legatum Urbem recipere nequiviſſet, exercitu ad eam oppugnandam immiſſo, XII. Kal. Auguſti ad obſequium revocavit. Quo facto Nicolaus, III Idus Septembris Centum, Plebem, & Maxumaticum à populo eorum
tum potiente recuperavit: inde anno mille- 1422
ſimo quadringenteſimo viceſimo ſecondo, Nuncius in Franciam Pontificis juſſo contendit, ad conciliandam pacem inter Franciæ (7) Principes inexpiabili inter ſe odio de-

(1) Cujus vitæ inſtituto nomen dederat anno 1384. ætatis 20.

(2) Generali, ad quem Gratianopolim miſſi à Senatu quatuor Nobiles. Zen. in Vit. B. Nicol.

(3) Julii. *Manzin. l. 2. Vit. B. Nicol., Maſin. aliique*. Conſecratus autem à Thoma de Perendulis Archiepiſcopo Ravennat. *Falcon. f. 438. Faber.*

(4) Singulas enim libras ſex denariis fœnerabantur homines avariſſimi, Epiſcopus eos ne plus quam quatuor exigerent, vetuit.

(5) Eo ſæculo ineante inſtitutos à Gabriele Condulmero, qui poſtea Summus Pontifex Eugenius IV. eſt appellatus, & Antonio Corrario, de quo ſupra. Hoc Monaſterium poſtea Canonici reliquerunt, locum in Urbem nacti an. 1527., nunc illud incolunt puellæ mendicantes ab anno 1567.

(6) Sic appellati ab Eccleſia S. Salvatoris ſita in eo nemore prope Senas ſupra Lacum, ubi eorum aſceterium conditum fuit an. 1408 Porro Inſtituti auctor fuit Stephanus Cynus Senenſis Ordinis S. Auguſtini, primus horum Canonicorum Abbas Generalis creatus d. 30. Maji an. 1419. Huic data Monaſteria S. Mariæ Rhenanæ, & S. Salvatoris, quo in loco obiit an. 1433 die 30. Octobris, magna ſanctitatis fama relicta. At Canonici vulgo nuncupati Scopetini à *Scopeto*, loco ſcilicet ubi eſt eorum prænobile Monaſterium S. Donati prope Florentiam, quod incolere cœperunt an. 1423. atque hoc nomine nunc vulgo Bononiæ appellantur. *Moriſ. Orig. Religion. Cap. 40. Sylva Sacra Ambroſii Landucci. Pennot. l. 2. cap. 59.*

(7) Carolum VI. & Philippum Burgundiæ Ducem necis paternæ ultorem; *V. Marchant. in Chronic. Flandr. in Joanne Divionenſi. Æmilium. Tillium* & Henricum Angliæ Regem. Sed ipſas Pontificias literas laudum noſtri Nicolai plenas referre libet:

Cum dudum gravi, & atroci diſtenſione Principum Gallorum peſtiferum bellum ſuſcitatum in Regno Franciæ, & viciniis partibus viguerit, & vigeat de præſenti, cum exterminio illarum ge-

1423 decertantes. Poſteto Gabriel Condulmerius, qui poſtea Eugenius IV. Pontifex fuit, Martini Legatus Urbem inivit, ac gravi Civitatem vexari peſtilentia cernens, ſubitò populum, ut ſupplicatum Deo procederet, eſt hortatus. Sub eos inde dies S. Bernardinus Senenſis in Urbem venit, is, qui Monaſteria Fratrum Minorum, quos ab antiqua Sancti Franciſci ſeveritate ſenſim receſſiſſe videbat, ad veterem diſciplinam revocandam, atque obſervandam adduxit. Sordidus erat corporis ejus amictus, mira jejuniis contracta macies, aſperitatem, ac rigiditatem undique ſpirans indoles, ita ut qui eum cernerent, B. ipſum Franciſcum, cujus ſe imitatorem profitebatur, ſe videre putarent. Huic igitur benigne excepto Nicolaus auctor fuit, ut in foro more ſuo concionaretur, & cum cetera populi vitia reprehenderet, tum maxime aleæ ſtudium, cui tum deditiſſima erat Civitas, increparet. Quod ille pro gradibus S. Petronii ſtans frequenti admodum audiente concione diligentiſſime præſtitit. Nam (8) inveteratam luſus conſuetudinem ita coarguit, ut ab ea, damna, probraque omnia cum manifeſta Dei, hominumque injuria diceret proficiſci. „ Errat enim, inquit, ſi quis aleatorem uno tantum ſe obſtringere ſcelere putat, omnia in ſe piacula concipit, quem ejuſmodi occupatio, ſtudiumve delectat. Etenim ut perniciosam temporis jacturam omittam, cujus ab illo exacti demum ad calculum ratio repoſcetur, non ſolum patrimonium projicit ſuum, quod ad vitam ſuſtentandam, & ſenectutem ſublevandam, & ſibi, & poſteris, & Chriſti pauperibus debuit conſervare: ſed etiam invadit alienum, cum Cive, ac ſæpiſſime amico eripit id, quod, ſi boni viri, aut Civis fungi officio vellet, promptum cuſtodire ad duriora illorum tempora conveniret, in victoria profuſus & inſolens in offenſione adeo væſanus & amens, ut quam iram in ſe exercere deberet, eam ſæpe in uxorem innoxiam, & in ipſum Divinum Numen avertat, ac modò Deum, & Virginem Glorioſam impura, & petulanti lingua proſcindat, modò ea cæcitate animi rapiatur, ut ferro in eorum imagines ſanctiſſimas invehatur. Quod flagitium ipſi ſæpe præſenti inflicta plaga, atque ultimo illato ſupplicio vindicarunt. Quæ omnia, cum opportuna exemplorum, ac divinorum oraculorum auctoritate firmaret, ac magno animi ardore,

A ac ſumma pro rei gravitate dicendi copia exaggeraret, tantum profecit, ut multi juſto luſus odio incitati, abacos, calculos, tabellas, teſſeras, ceteraque perditæ aleæ inſtrumenta ad eum deferrent, quæ cuncta poſt IV. Nonas Maji in foro, populo ipſo approbante, combuſta ſunt. Accidit autem, ut faber quidam, qui tabellas luſorias pingere, & familiam ex ea re ſuam alere inſtituerat, eo quæſtu privatus ad ſanctum virum adierit, & ſe in extremam neceſſitatem illo dempto vitæ præſidio perductum iri conqueſtus ſit, cum ſe nihil aliud pingere didiciſſe adjungeret: cui S. Bernardinus reſpondit: *Si neſcis aliud pingere, hanc imaginem pinge, nec te omnino pigebit*, B ac circulo facto Solem in eo formavit, atque in medio nomen JESU novis quibuſdam literarum formis effinxit, quale nunc etiam ſub porticu Boni JESU cum ipſius Beati effigie cernimus. Quod cum ille feciſſet, confluentibus ad emendam imaginem ex Bernardini auctoritate plurimis, magnas ex ea re pecunias comparavit. Anno milleſimo 1426 quadringenteſimo viceſimo ſexto Nicolaus Campanarii faſtigium ex ligneo lapideum fecit, & plumbo contexit. Martinus autem virtutem ejus jampridem admirans, cum Cardinales allegeret, ipſum in eum quoque numerum retulit, ac Romam ad ſe venire C juſſo III. Nonas Julias pileum, quem obviam miſſum in itinere recuſarat, repugnanti adhuc, atque invito impoſuit, ac Presbyterum Tituli S. Crucis in Hieruſalem declaravit ex quo ille ſignum Crucis pro inſigni gentilitio ferre cœpit: unde Franciſcus Filelfus ad eum ſcripſit: *Imitatus es eum, cujus Crucem pro ſigno geris, Chriſtum optimum maximum*. Bononiam inde Septembri menſe reverſus, atque ingenti honore Civitatis exceptus, poſt triduum ad pacem inter Senatum Venetum, & Ducem Mediolanenſem componendam Legatus Ferrariam adiit, atque ibi utriuſque partis Procuratoribus audiendis operam dedit. Quo facto ubi ſe rem D ad exitum perducere non poſſe vidit, ſemel, iterumque Venetias, ac Mediolanum hoc, & ſequenti anno contendit, atque ita de- 1427 mum ex ſententia rem confecit. Inde Bononiam reverſus, pauperes ab onere Fabricæ Templi S. Petronii (9) liberavit, Aulam Aquilonari in Epiſcopio renovavit. Hoſpitale S. Mariæ Mortis ad Forum refici opere magnificentiore incœptum, & Devotorum

S. Hie-

gentium, & jactura graviſſima totius Reip. Chriſtianæ; nos cupientes tantis malis finem imponere, & indurata Principum corda placare: & ob hanc piam cauſſam tam neceſſariæ, & ſanctæ pacis ad partes illas Nuncium Apoſtolicum deſtinare, qui in conſpectu Principum, & populorum juſtus & idoneus prædicator & ſuaſor pacis, & charitatis exiſtat, Te ad hoc ſanctum opus ex omnibus Prælatis eligimus digniſſimum Nuncium tantæ pacis profecturum ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Henricum Regem Angliæ illuſtrem & ad dilectos filios Nobiles Viros Delphinum &c. & Ducem Burgundiæ, & inter ipſos pacem ac concordiam tractaturum. Nam poſt omnipotentis Dei miſericordiam, plurimum in tanto negotio de tua ſapientia, ac ſingulari virtute confidimus ac ſperamus, quod ultra profundos ſenſus tui naturalis ingenii ſubminiſtrabit Spiritus Sanctus devotioni, & benignitati gratiam, ut verba noſtra ex ore tuo cum fructu exaudiantur. Quare Fraternitatem tuam in Domino hortamur, & affectuoſe rogamus, ut in tanti, ac tam communis boni procuratione nos adjuves, & pium hunc laborem non refugias; ſed pro tot populorum quiete & ſalute fidelium prompta, ac læta mente ſuſcipias. Ceterum hac de cauſſa te ad nos venire voluimus, & laborem itineris duplicare; ſed pro informatione tua inclusam præſentibus agendorum inſtructionem mittimus, & literas noſtras cum copiis ipſar. literar. quas Principibus ipſis ſcribimus ſuper iſta materia Volentes, quod inſtructionibus ſupradictis dicendo, & agendo, & negotium hoc tractando addat, & minuas ſecundum quod circumſpectioni, & prudentiæ tuæ videbitur expedire. Dat. Romæ ap. S. Petrum ſexto Id. Febr. Pontif. noſtri An. V.

His obſequutus Nicolaus in Franciam perrexit, ſed rem ex animi ſententia conficere non potuit ut inf.

(8) Fuſe tractata hæc reperies Tom. 3. Operum D. Bernardini Senenſis editionis Pariſ. an. 1635. Serm. de Amore fugiente pag. 324.

(9) Alii legendum putant S. Petri.

S. Hieronymi Sodalitatem à viginti quatuor piir juvenibus inſtitutam (10) probavit: po-
1428 ſtero autem anno, cum Canetuli Civitatem ab auctoritate Eccleſiæ, pulſo Legato, (11) iterum avocarent, illi incommodo mature occurrere properans, penè in ipſo tumultu populari occubuit. Qua re accepta, Martinus adeo iram non tenuit, ut Civitati Sacra iterum interdixerit, bellumque redintegrarit. Magiſtratus antem Civitatis Centum, & Plebem oppida bello illi opportuna futura repetere cupientes, Nicolaum ad ſe venire, ut abnuentem reddere cogerent, imperarunt: ille vero re proviſa, indignitate, periculoque permotus, Urbe occulte diſceſſit. (12)

D. BARTHOLEMÆUS ZAMBECCARIUS.

ITa Bartholemæum Zambeccarium, Caroli filium, S. Bartoli Ferrariæ Abbatem, III Idus Decembris populus ira percitus Epiſcopum nominavit, atque ille à populo tantummodo lectus, & magno ſtudio comita-
1430 tus Epiſcopium iniit, & per annum Epiſcopalem juriſdictionem exercuit, id eſt quandiu populus cum Pontifice decertavit. Pro-
1431 ximo, dum Civitas acri obſidione cincta Deo ſupplicans per plateam S. Franciſci agmine inſtructo procedit, hoſtes ex Oratorio S. Mariæ in Monte glandes in Urbem ferreas jaculati ſunt, ac Canonicâ S. Petri percuſsâ non ſolum Civium neminem attigerunt, ſed etiam tormentis ipſis diſruptis à jaculatione abſtinere coacti ſunt. Pace inde Septembri menſe certis conditionibus interpoſita, Bartholemæus, qui ſe Bononienſem dicebat Epiſcopum, Eccleſiam ex pacto dimiſit, atque Abbatiam S. Bartoli amiſſam, Pontifice procurante, à Marchione recepit.

FR. NICOLAUS ALBERGATUS
iterum.

NIcolaus autem ad Eccleſiam ſuam re-
1430 verſus (13) poſtero anno milleſimo quadringenteſimo triceſimo Legatus à Martino de concordia inter Reges Franciæ, & Angliæ confirmanda perrexit (14) in Angliam: Jacobus vero Inſulanus Cardinalis in Franciam. Eodem anno Martinus liberum Urbis dominatum depoſcens, tertium Bononienſibus intulit bellum. Quo ipſi permoti, Monaſterium S. Michaëlis, licèt optimè ædificatum, ne in poteſtatem hoſtium perveniret, inflammaverunt, atque Olive-
1431 tanos intra mœnia receperunt. Sequenti Jacobus Legatus ex Francia rediens Mediolani mortem obiit. Eugenius autem IV. Pontifex Martino mortuo ſubrogatus optatam pacem Bononienſibus reddidit, atque æquis conditionibus Urbem recepit. Idem Monaſterium S. Felicis ſuperioribus bellorum turbinibus dirutum, & Monachis vacuum, Congregationi Monachorum S. Juſtinæ Patavinæ, quæ paucis ante annis (15)
reformata fuerat, dedit. Sequenti Olivetani 1432
in Urbe parum commodè habitantes Monaſterium (16) S. Mariæ Miſericordiæ ad portam Caſtellionis impetraverunt, Virginibus Congregationis Ciſtercienſis, quæ ibi degebant, ad Monaſterium S. Urſulæ tranſportatis, Fantino Dandulo Protonotario Apoſtolico, Urbis Gubernature rem ex au-
ctoritate Eugenii comprobante. Poſtero pro- 1433
digia cœleſtia plura divinas minas, ut vulgo rebantur homines, oſtentantia, variè Civitatis pectora perculerunt. Hi fuere menſe Majo ſæviſſimi terræmotus, quorum impetu plurima ædificia corruerunt. Junio verò Sol uſque adeo poſt meridiem obſcuratus, ut ipſas noctis tenebras adæquaret; præterea aſſiduæ, & vehementes pluviæ, ac fœdæ adeo omnis generis tempeſtates, ut non ſolum inſtanti meſſi impedimentum afferrent, ſed ipſis etiam ſegetibus jam maturis exitium intentarent. Qua de re cum Epiſcopus vehementer animo angeretur, conſenſu Antianorum, triduo ſupplicationes fieri juſſit, quibus cum nihil profeciſſet, quinque alias addidit, quas ubi irritas item, atque inanes agnovit, deinde in alios octo dies indixit. Interim ſermo inter Antianos remedia imminenti inopiæ anxie conquirentes obortus eſt, conſueviſſe in ejuſmodi periculorum articulis Florentinos tabulam quandam, in qua Imago ex ore Beatæ Virginis manu Sancti Lucæ eſſet expreſſa, proferre, ac ſæpe opportunum ſubſidium retuliſſe. Tum interfatus ex iis unus: (17) Et nos idem, inquit, facile facere poſſumus: Siquidem alteram ejus ſimilem ab antiquo tempore in monte Guardiæ retinemus. Cui cum ceteri aſſenſiſſent, re cum Epiſcopo communicata, ex communi conſilio conſtitutum eſt, ut hæc in Urbem omni adhibita religione deportaretur, atque ejus rei officium Devotis Hoſpitalis S. Mariæ Mortis non recuſantibus eſt mandatum. Ita Devoti III. Idus (18) Julias ſummo mane in collem ſe receperunt, atque eam ſub umbella, cum cereis accenſis longo inſtructo agmine detulerunt. Antiani vero, ceterique Magiſtratus unà cum Clero, atque omnibus Religioſorum Ordinibus, ad portam Saragotiæ occurrerunt, atque apud Virgines S. Matthiæ col-
lo-

(10) Anno 1422. Eccleſiam vero titulo S. Hieronymi ædificari curarunt an. 1428., tumque die 28. Octobris primus lapis locatus ab Epiſcopo Æſino Ordinis D. Benedicti.
(11) Gabriele Condulmero.
(12) Nocte diei 5. Auguſti habitu Monachi Ordinis Prædicatorum indutus, ad cœnobium Chartuſienſium ſe recepit, luce vero inſequenti Mutinam perrexit. Blond. l. 3. dec. 3.
(13) Die 25. Septembris an. 1429.
(14) Iter aggreſſus an. 1430. d. 27. Novembris; Bononiam rediit 1432. urbemq; ingreſſus eſt die 22. Septembris, rebus compoſitis, ut infra.
(15) Anno 1408. à Ludovico Barbo.
(16) Ab Olivetanis Monaſterium habuit Hieronymus de Arrengheriis, ab eo vero Auguſtiniani Eremitæ Congregationis (ut vocant) Lombardiæ. Cum autem an. 1511. bellorum incurſione vaſtatum fuiſſet, cura eorundem Eremitarum, & pietate munifica plurium nobilium Bononienſium, quos inter potiſſimum nominatos volo in grati animi argumentum, (quippe ego ejuſdem Congregationis inſtitutum profiteor) Arrengherios, Felicinos, Bentivolos, Manzolios: tum Domus ipſa, cum Eccleſia inſtauratæ ſunt, & ampliorem in formam reſtitutæ.
(17) Gratiolus, alias Zaccur Accariſius LL. Doctorum, & Antianorum (ut appellant) unus. Cronic. B. V. à D. Luc. depict. Alidoſ. de Doctorib. Bon. f. 113.
(18) III. Nonas. Chronic. cit. & hiſtorici omnes; fuit vero tum dies Dominicus.

locaverunt. Inde per octo dies in pompa
ingenti honore geſſerunt. Qua re perfecta
cum ſtatim optatæ ſerenitatis, ac tranquil-
litatis lucem impetraviſſent, Devoti tabu-
lam ad Montem eodem ordine revexerunt.
Ita meſſe, ac trituratione lætè confecta,
cum Civitas ſe ex ingenti periculo evaſiſſe
cœleſti ejuſmodi beneficio judicaret, Mar-
cus (19) Epiſcopus Avenionenſis, atque Ur-
bis Gubernator decretum III. Kal Septemb.
fecit, ut poſthac Devoti S. Mariæ Mortis
deferendæ, & referendæ tabulæ poteſtatem
haberent, eamque dum in Urbe eſſet, apud
ſe cuſtodirent: & ut tabula relata armario
includeretur, ac tribus clavibus mandaretur,
quarum unam Antiani, alteram Virgines
B
S. Matthiæ, tertiam Devoti ipſi S. Mariæ
tenerent; & quoniam III. Non. Julias ini
tium hujus deportationis feliciter fuerat fa
ctum, uti quotannis in prima Dominica
Julii ea tabulæ eodem honore, atque eadem
1435 religione deveheretur: ac proximo anno ad
Baſilicam S. Petri ſolemniter portaretur, at-
que ibi Miſſarum ſolemnia, præſente populo,
fierent, reliquis inde ad reliquas Eccleſias
ordine ſervato iretur, ac poſtridie per De
votos ad Montem tabula referretur, atque
ibi ad honorem Dei, & ſalutem populi Bo-
nonienſis conſervaretur; quod nunc (20)
etiam obſervatur. Atque eodem anno Ni-
C
colaus iterum in Franciam Legatus de Prin
cipum pace (21) perrexit, atque eo ſecta
revertit, ac Cranium S Annæ Matris Bea-
tæ Virginis, ab Henrico Angliæ Rege do-
no acceptum, pridie Kal Decembris Bono-
niam retulit, atque ingenti ab univerſis bo-
nore acceptus, Monachis ſuis Chartuſienſi-
bus dono dedit: qui ei Oratorium S. Annæ
in via S. Iſaïæ condiderunt, ubi nunc etiam
aſſervatur. Eugenius autem Pontifex inte-
grum Urbis dominatum obtinuit poſt ſeptem
annos, quàm Canetuli à Mattino Civitatem
1436 averterant. Itaque proximo, Florentiâ, ubi
diu Româ pulſus manſerat, Bononiam be-
nignè ab omnibus acceptus migravit, atque

A
in die Aſſumptionis Sacra in Baſilica S. Pe-
tronii fecit, aſtante inter ceteros Antonio
Corrario Bononienſi quondam Epiſcopo, at-
que adhuc Cardinali Bononiæ nominato: ac
Monaſterium S. Proculi, Martini Abbatis
Commendatoris interitu vacans Congrega-
tioni Monachorum S. Juſtinæ dedit; poſte- 1437
ro verò Monaſterium S. Felicis cum Ora-
torio S. Mariæ in Monte ipſi Monaſterio
S. Proculi tribuit, ac ſequenti juſtis Sigiſ- 1438
mondo Imperatori mortuo in Baſilica S Pe-
tronii perſolutis, VI Kal. Februarii Ferra-
riam ad Concilium abiit, ac Nicolaum Epi-
ſcopum Legatum de pace (22) in Germa-
niam ad Albertum Cæſarem deſtinavit. Eo-
B
dem anno (is fuit milleſimus quadringente-
ſimus trigeſimus octavus) cum tetra peſti-
lentiæ lues Urbem incolis exhauriens in-
gentem curam omnibus injeciſſet, placuit
ad divinum propitiandum Numen, ut Ci-
vitas triduo oratum ad tria Templa proce-
deret, atque iterum Imago Deiparæ Virgi-
nis, cujus ſalutarem deportationem experti
pridem in avertenda pluvia infeſtiſſima fue-
rant, deferretur, atque ita re ex conſtituto
ordine adminiſtrata, Civitas voti compos
facta, uberrimum alterum pietatis ſuæ fru-
ctum accepit. Eodem anno Populus à Præ-
fectis Pontificis malè habitus priſtinum li-
bertatis ſtatum inſtauravit. Sequenti verò, 1439
C
comperto, vicinos Principes occulte adver-
ſus ſe cum Pontifice conjurare, Nicolaum
Picininum Philippi Mariæ Ducis Mediolani
Præfectum Libertatis cuſtodem, atque Ur-
bis Gubernatorem aſcivit: qui Vicarium
ſuum Franciſcum filium miſit; eo anno men-
ſe Januario Eugenius Ferrariâ Florentiam
ſe recepit, atque ibi Concilium habuit. Ita-
que Nicolaus Epiſcopus ei ſubſcripſit: at-
que Joannem Palæologum Imperatorem Con-
ſtantinopolis, Bononiæ à Concilio redeun-
tem, regio apparatu excepit. Florentiæ ve-
rò poſitus Eccleſiam ſuam duobus Sacerdo-
tibus, qui majora Sacra concelebrarent,
adauxit. Anno milleſimo quadringenteſimo 1442
D
qua-

(19) Condulmerus.

(20) Quanquam non illis ipſis diebus. Namque jamdudum cœpit ſacra Imago ad Urbem deferri nocte Sabbati ante Dominicam quintam poſt Paſcha, & in triduanis ſupplicationibus ante Aſcenſionem circumferri; qui mos nunc ſervatur; quamquam non nocte amplius, ut olim, ſed ante Veſperam Sabbati ſacra Imago defferatur in Urbem.

Mirum eſt, Auctorem hoc loco præteriiſſe profectionem Nicolai ad Concilium Baſileenſe, ad quod cum aliis quatuor Cardinalibus eum legavit Eugenius IV. ut ibi ſui & Sedis Apoſtolicæ loco & nomine præſidentium munere fungerentur. Extat Bulla in appendice ad Concil Baſil dat. an. 1433. XVIII. Kal. Januarii. Sed ex Cardinalibus ſolus noſter Baſileam contendit, ceteri (ut in Bulla data eodem an. XVII. Kal. Januarii) *rationabilibus & honeſtis de cauſis iter nequaquam arripuerant*. Quare Summus Pontifex, tres alios Legatos deputavit, & Cardinali S. Crucis adjunxit loco eorum, qui pergere non potuerant. Bulla habetur l. cit. Iſti vero ubi Baſileam pervenere, primum *incorporati ſunt ſacro Concilio nominibus privatis* d. 24. Aprilis 1434, deinde anno eodem ſexto Kal. Maji *admiſſi in Præſidentes nomine, vice, & loco SS. Domini Eugenii PP. IV. cum conditionibus & clauſulis*, quas legere eſt in actis ejuſdem Concilii ſeſs. 16. & 17. Noſter Præſul autem paucis menſibus illic moratus, a Concilio miſſus eſt in Italiam

E

ad Pontificem & Principes unà cum Joanne Titulo S. Petri ad Vincula Cardinali Cervantes. Verum ipſe ad Eugenium Florentiæ commorantem ſe contulit, a quo iterum ad Concilium Legatus miſſus cum ampliſſima Præſidentis facultate, expedito Brevi d. 8. Martii 1435. quò tamen, mutatis deinde conſiliis, non perrexit. Eo vero ipſo tempore Legatus iterum in Franciam.

(21) Inter Henricum Angliæ Regem, & Philippum Burgundiæ Ducem ex una, & Carolum VII Galliæ Regem ex alia parte. Quæ quidem pacis res *cum ſuperiori tempore pia atque devota ſupplicatione chariſſimi & dilecti amici noſtri Cardinalis S. Crucis non modica diſceptatione variis aſſignationibus agitata fuerit; quoniam labore, periculo, atque expenſis ipſe minime pepercit, uſque in portum, & ſalutis finem non pertigit, poſtmodum Chriſto pacis auctore (ut pie creditur) faciente, noviſſime celebrata eſt &c.* Epiſtola Regis Franciæ miſſa ſacro Concilio Baſileenſi. Cum vero pacis exitum adverſa plurima interturbarent, ita ut Nicolaus pene animo caderet, Pontifex eum excitavit egregia hac laude: *Nam ſi tu non fueris auctoritate noſtra, & Eccleſiæ, & prudentia, ac diligentia tua, non videmus, per quem hominum fieri poſſit*. Eugen. Epiſt. ad Card S. Crucis.

(22) De retinendis in fide & obedientia erga Eugenium Germaniæ populis. *Poggius in Orat. fun. Zab. in vita*. Paulo ante vero Concilio Florentino ſubſcripſit, ut in actis videre licet.

quadrageſimo ſecundo VI. Idus Decembris nix cœlo manare cœpit, atque inde quotidie uſque ad menſis exitum ſæva præter ſolitum furente tempeſtate manavit. Quare cum ad inuſitatam, ac ferme prodigioſam altitudinem ſuccreviſſet, culmina tectorum ſub pondere gementia ſic oppreſſit, ut multa ſuſtinere nequiverint. Præcipue autem recens tectum Baſilicæ S. Petronii pæne totum cum magno omnium dolore procubuit. Cui malo ut opportunam citò Eugenius medicinam afferret, edictum miſit, ut qui tribus diebus Pentecoſtes Eccleſiam S. Petronii piis admotis manibus inviſiſent, ii omnium peccatorum, ac peregrinationum remiſſionem haberent. Quod edictum VI Nonas Maji campanis, ac tubis, præ honore, atque lætitia perſtrepentibus pro concione
1443 vulgatum eſt. Eodem anno, nempe milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo tertio, Nicolaus Pontificii Præfectus ærarii (23) conſtitutus Senis, quò proſequutus Pontificem fuerat, VII. Idus Maji (24) ex calculo periit. Eugenius ut viventem hominem magni fecerat, ſic mortuum eximie coluit. Nam & calculum ejus exemptum pro ſacro munere ſibi habuit, & juſta ipſe ſolemnia ſolvit, & corpus Chartuſiam transferri Florentiæ juſſit. Civitas (25) autem non magnificis ſolum exequiis, ſed etiam dolore, ac lacrymis, quanti illum æſtimaret, oſtendit. Ejuſdem poſt mortem ſanctitatis multa documento fuerunt; ſingulare verò illud, quod in ſomnis Thomæ Sergianenſi alumno ſuo apparuit, atque illum Pontificem futurum prædixit, ut Franciſcus Philelfus ſcripſit, in Oratione ad Xyſtum Pontificem. Eodem anno Populus Franciſcum Picininum Nicolai filium comprehendit, Præfecturam Urbis ſuperbe, atque impotenter ita gerentem, ut omnibus appareret, ipſum haud dubie ad tyrannidem aſpirare, ac pridie Aſſumptionis Aloyſium Vermium Ducis item Mediolani Præfectum, qui cum infeſto exercitu ad Nicolaum in Marchiam tranſiens ad caſtrum S. Georgii ſederat, valida impreſſione facta terga dare coëgit. Qua de re lætitiâ elatus, per triduum meritas Deo gratias egit, ac pompam, & oblationem annuam ad Oratorium Sanctæ Mariæ in Monte inſtituit, quæ nunc etiam obſervatur. Inde Franciſco cum captivis ſuis viris nobilibus permutato, Galeriæ arcem recepit, ac ſolo æquavit.

(23) Summus etiam Pœnitentiarius, juxta plures, V. Manzin. lib. 5. ſub n. 34. Ciacon. &c.

(24) Ætatis anno 68.

(25) Tribus continuis diebus mœſtiſſime item ac ſumptuoſiſſime ſuo Epiſcopo parentavit. Libet autem hoc loco Epigraphem tumulo inſcriptam referre.

Sepulchrum omni laude digniſſimi, ac Reverendiſſimi Pat. Nicolai Tit. S. Crucis in Hieruſalem Presbyteri Cardin. Hic natus Bononia primum ex Priore Carthuſienſi, petente populo Bononienſi Epiſcopus, tum à Martino Pontifice Cardinalis deſignatus, poſt plurimas ſuſceptas Legationes, Senis diem ſuum obiit. Ætat. ſuæ Anno ſexageſimo octavo. Vir piiſſimus, mitiſſimuſque, vitæ integritate, ſingularique virtute omnium teſtimonio comprobatus.

Et in Arcæ gradibus hæc carmina inciſa leguntur:

Carthuſia me terra tegit, quem ſumpſit Alumnum,
Ac dedit eſſe Patrem, nativa Bononia tandem
Me ſibi Paſtorem tenuit de jure vocatum.
Cardinis Eccleſiæ compulſus pondera ſumpſi,
Et Crucis in titulo mihi fulſit rubra Thyara.
Mille quatercentum denos quater egerat annos
Tres etiam cyclus ſolaris, dum Nicolam
Morte petens cœlum ſub ſaxo corpore claudor.

VITA ALTERA

BEATI NICOLAI ALBERGATI

EPISCOPI BONONIENSIS.

MONITUM.

Sigonius noſter alteram Nicolai Albergati Vitam fuſiori calamo conſcripſit, quam Gabrieli Palæotto S. R. E. Cardinali, Bononienſi Epiſcopo dicavit. Hanc F. Georgius Garnefelt Monachus Carthuſianus à nobili Albergatorum Familia acceptam, in Capita diſtinxit, ſingulisque eorum argumenta præfixit, atque adnotationes aliquot addidit, quæ omnia impreſſa fuere Coloniæ Agrippinæ Anno 1618. in 4. Opus igitur eſſe meum duxi, poſt ejuſdem Nicolai geſta in ſerie Bononienſium Epiſcoporum à Sigonio exarata, hanc quoque Vitam recudere, ne divagandum ſit per ſingula Auctoris Opera, cùm eam inviſere conſilium fuerit. Plura de Sigonii laudibus præfatus eſt idem F. Garnefelt, ad quem protinus Lectorem remitto. Argelatus.

BENEVOLO LECTORI

F. G. GARNEFELT.

AD veras legitimaſque hiſtorias venandas Juſtus Lipſius requiri definivit veritatem, explanationem, ac judicium. Haſce notas tres nullus in Sigonio deſiderari dicet, qui juſtus Cenſor eſſe voluerit. Nam imprimis ex veriſſimis monumentis hanc Vitam contexuit: deinde juxta conſilium Dionyſii Halycarnaſſæi prudenter diſpoſuit, copioſeque explicavit: poſtremò judicii libram in omnibus adhibuit, quod Tacitus quoque monuit hiſtorico faciendum. Accedit ad Sigonii commendationem, quòd in hac hiſtoriâ ex antiquis documentis plurima adferat, quæ apud nullum Scriptorem publicum inveniuntur; atque ideò apud eruditos Lectores, & antiquitatum amantes majori in pretio habenda erit. Quod autem attinet ad Concilia Baſileenſe, ac Florentinum, quorum hic mentio fit, ſciendum eſt, quatuor eſſe genera Conciliorum. Sunt equidem 1. Generalia, 2. Nationalia, 3. Provincialia, 4. Diœceſana. Et licèt utrumque, id eſt, tam Florentinum, quàm Baſileenſe, inter Generalia Concilia referatur, tamen etiam hic quædam diſtinctio obſervanda erit. Generalia etenim quadruplicis generis ſunt:

1. *Quædam ſunt ab Apoſtolica Sede approbata.*

2. Non-

2. *Nonnulla omnino reprobata.*

3. *Alia partim approbata, partim reprobata.*

4. *Sunt etiam quædam nec manifeſtè approbata, nec reprobata.*

Hinc Baſileenſe Concilium eſt tertii generis, namque approbatum eſt à Nicolao V. P. R. quantum ſpectat ad Eccleſiaſticorum Beneficiorum diſpoſitiones quaſdam; & in hac parta non reſtitit ei B. Nicolaus noſter; reprobatum verò eſt in Concilio Lateranenſi ultimo, Seſs. 11. eitca ann. Domini 1516. ut videre licet apud Surium Tomo 4. Conciliorum, pag. 683. quia volebat Concilium eſſe ſupra Pontificem Romanum: & in hac patte contrarius ei fuir B. Nicolaus. Porrò Concilium Florentinum primi generis eſt, id eſt, approbatum in omnibus & confirmatum: huic igitur ſubſcripſit Nicolaus Albergatus. Lege Surium 4. Tomo Concil. pag. 467. Plura de Conciliis invenies Tom. 2. Bellarmini. Hæc te volebam ſcire opt. Lector.

AD ILLUSTRISS. AC REVERENDISS. IN CHRISTO PATREM,

D. GABRIELEM PALÆOTTUM,

S. R. E. Cardinalem atque Epiſcopum Bononienſem

CAROLUS SIGONIUS S. P. D.

Cum pio Illuſtriſſimæ ac Reverendiſſimæ Amplitudinis Veſtræ impulſu nuper Epiſcopos Bononienſis Eccleſiæ, deceſſores veſtros, ex veteribus monumentis eruerem, ac facta dictaque eorum illuſtria, quæ in magnis comperire ſuperiorum temporum tenebris poſſem, breviter literis memoriæque mandarem: in unum præcipuè incidi, cujus acta, uti paucis hominibus cognita, ſic mihi ad ſcribendum commemorandumque ampliſſima viſa ſunt. Hic verò extitit F. NICOLAUS ALBERGATUS, Cardinalis, Civis Bononienſis, ac clarus ex Carthuſienſium familia Monachus: homo in maximis ante centum amplius annos Reipublicæ Chriſtianæ negotiis diu multumque inſigni cum virtutis conſiliique laude verſatus. Verùm licèt ea fide, integritate, ſolertiâ, gravitate, atque in omnibus rebus agendis ſapientiâ præditus fuerit, ut meritò homines tantam virtutis indolem admirari potuerint: externorum ferè tamen omnium auribus inauditus eſt; quòd, qui de eo quidquam literis conſignarunt, ea paſſim ſub nomine Cardinalis Sanctæ Crucis exararint. Ego verò, ut memoriæ Sanctiſſimè, Sapientiſſimique Viri conſulerem, ac ſimul egregias multaſque ejus actiones ab oblivione hominum, & literarum ſilentio vindicarem, NICOLAI hujus ſeparare vitam, ac de rebus ejus ſeorſim uberiore aliquantò, quàm ſcriptio Epiſcoporum illa depoſcit, differere oratione decrevi: præſertim verò multis ut abditis, ſic præclaris monumentis (quæ adhuc in hac Civitate ac familiâ conſervantur) adjutus. Hoc verò quidquid eſt, id totum in veſtræ potiſſimum amplitudinis nomine volui divulgare: quod ipſa in hac eadem, quam ille tenuit, Eccleſiâ adminiſtrandâ, cum aliorum optimorum Antiſtitum, tum hujus præſtantiſſimi in primis ac religioſiſſimi ſummam prudentiam ſingularemque virtutem omnium adhuc judicio ſic expreſſit, ut non tam eximio animi ſui conſilio, quàm præcipuo aliquo imitationis arbitrio, ad ſingularia eadem perveniſſe cum pietatis ſtudia, tum ſanctitatis officia videatur.

INCIPIT VITA.

CAPUT PRIMUM.

Stirps illuſtris, ac præclarum ſtudium adoleſcentis.

Nicolaus igitur Bononiæ ex Albergatorum familiâ ortus eſt: cujus antiquitas præcipuè ex vetuſtis Civitatis elici conſtitutionibus poteſt. In quibus Albergati circa annum Chriſti milleſimum ducenteſimum ædes celeberrimi nominis, in eadem Urbis parte, in quâ nunc quoque habitant, coluiſſe feruntur, quæ jam tum Seragatia dicebatur. Cujus ſeculi ſpatio Guilielmum etiam Albergatum, Novariæ Epiſcopum, virum inſigni pietate præditum, ipſi Novarienſes, Nicolao (*a*) IV. ejus nominis Pontifice ſedente, concelebrant. Inde in diſſidiis ac diſſenſionibus, quæ deinceps Bononiæ emeraêre, civilibus, crebra ac perhonorifica Albergatorum mentio reperitur. Nam anno milleſimo trecenteſimo triceſimo quarto ad veterem Civitatis ſtatum reſtituendum ipſi inprimis inter alias quaſdam Familias adfuiſſe narrantur, ac mox ex iis Petrus Nicolaus potiſſimùm prædicatur. Qui, cùm Bononiæ primùm Tribunos plebis, novæ adminiſtrationis ergò, creari placuit, unus ex iis fuit, ad quos inchoandi Magiſtratus inſignia, & quidem maximâ cum auctoritate tunc temporis delata ſunt. Idem etiam, ut majorum ſuorum quaſi veſtigia ſequeretur, ei factioni ſtudebat, quæ (*b*) *Maltraverſa* dicta, conſilia & machinationes impedire profitebatur duarum illarum, quæ inter ſe tunc temporis in Italia odio exitiabili digladiabantur (Gibellinos & Guelſos (*c*) intelligo, ita primùm Frederico Secundo Imperatore Germanico nomine vocatos.) Cæterùm populari invidia fuit ex Urbe depulſus, atque detruſus, nec niſi poſt ſeptennium reſtitutus.

Ex hac igitur anno milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimoquinto natus eſt Nicolaus, de quo ſcribere inſtituimus. Is literis à Patre eruditus fuit, prout puerilis ætas imbui conſuevit. Inde corroboratior factus, ad Jus (*d*) civile cognoſcendum, Bononienſium juvenum more, ſe contulit. Quo ſtudio necdum abſoluto, divino ſpiritu ad graviora vocatus, incredibili quodam Religionis, quæ pio Dei cultu continetur, deſiderio flagravit, atque arctiori ſe Carthuſienſium Monachorum diſciplinæ devovit. Id quod divino quodam videtur conſilio contigiſſe.

CA-

(*a*) Hic præeſſe cœpit ann. 1288 juxta Onuphrium.
(*b*) De hac factione Leander, aliique Bonon. ſcriptores. Item Blondus decade 3. lib. 3.
(*c*) Vide Nauc. gen. 38. circa an. 1238.
(*d*) Anno ætatis 21. Zenus c. 2.

CAPUT II.

Aſſociat ſe Carthuſianis, inter quos Prioratum tenuit Florentiæ, Bononiæque.

CUm enim (ut vulgò inter Monachos illos acceptâ per manus hiſtoriâ fertur) quodam die extra Urbem ad Monaſterium illud animi causâ, ut fit, inviſendum feceſſiſſet, fortè ſævâ tempeſtate coortâ muris excluſus ibi pernoctare compulſus eſt: Quod primùm ægrè ferens, demum pro ſingulari beneficio accepit. Etenim concubiâ nocte, ubi Patres ad Matutinas laudes in Eccleſiam convenire non obſcuro campanæ documento cognovit, & ipſe rei noviare permotus acceſſit. Ibi verò poſitus, humili ac pio illo Monachorum per noctis ſilentium cantu uſque adeò eſt illectus, ut ſtatim habitus ejus aſſumendi, & ſolitariæ inter eos vitæ cum Dei laude agendæ cupido acris inceſſerit. Quod poſt dies aliquot à Patribus illis haud magno admodum negotio impetravit.

Cæterum Monachus factus (*e*), ſic in omni ordine, aſſiduitate, obedientiâ, humilitate, atque omnibus officiis Monaſticæ profeſſionis ſe probavit, ut à cunctis non humano impulſu, ſed divino inſtinctu ad Religionis ſe contuliſſe ſtudium judicatus ſit. Quin etiam poſt annos aliquot ea prudentiæ documenta ſimul ac diligentiæ dedit, ut Florentino primùm, deinde Bononienſi Monaſterio (*f*) Præfectus ſit.

CAPUT III.

Renuntiatur Epiſcopus Bononienſis, quamvis invitus.

ATque eo quidem tempore ob inſignem famam integritatis atque ſapientiæ celebratus, Bononienſis quoque Eccleſiæ Epiſcopus, magnâ populi conſenſione delectus eſt. Cui rei Deus hanc occaſionem aperuit; Anno Domini MCCCCXV. comitiis Pontificiis diu, haud ſine ingenti populorum admurmuratione in Concilio (*g*) Conſtantienſi protractis, cùm poſt ſeptem menſes Pontifex adhuc in Eccleſiâ nullus eſſet, Caneculi (*h*) ac Bentivoli, familiæ duæ illâ tempeſtate opibus ac clientelis Bononiæ præpollentes, tempus oblatum eſſe veteris libertatis recuperandæ duxerunt: ac conſiliis inter ſe occultè compoſitis, ſequenti anno pridie Nonas Januarias cum armatis factionibus in palatium irruperunt: ac Legato, quem Joannes XXIII. Pontifex abdicatus impoſuerat, exturbato, Rempubl. popularem, quem ſtatum libertatis vocaverant, reduxerunt. Mox quoniam ſexcentorum Conſilium commodè ad ſubitas convocari conſultationes non poterat, ſexdecim viros conſtituerunt, qui Conſilii auctoritate ornati omnibus rebus proſpicerent, quæ celerem Conſilii explicationem deſiderarent. Ita proximo anno Joanne Epiſcopo IV. Nonas Januarii mortuo, Magiſtratus, penes quos ipſa fuerat Reſpubl. collocata, jus eligendi Epiſcopi ad ſe recidiſſe interpretantes, ſexaginta viris, quorum injuſſu nihil conſtitui poterat, advocatis, plures eximiæ doctrinæ probitatiſque viros nominaverunt. Qui ſingulis diligenti atque accurata ratione perpenſis, unum Nicolaum Albergatum Priorem Carthuſiæ prætulère. Eorum verò judicium, deinde Antiani, ac reliqui Magiſtratus, ac demum univerſum ſexcentorum Conſilium ita probavit, ut nemo planè de illius dignitate meritiſque diſſenſerit. Itaque Conſilio tertiâ noctis horâ dimiſſo, multi, patefactâ Urbis portâ, magna properatione, ut tanti nuncii fructum præriperent, Carthuſiam adierunt, ac Nicolao judicium & decretum Civitatis aperuerunt, eique honorem, & privatim & publicè gratulati, ut poſtridie in Urbem ad dignitatem accipiendam, & gratias Conſilio ipſi agendas, accederet, invitarunt.

CAPUT IV.

Conſentiens tandem in electionem ab Archiepiſcopo conſecratur.

ILle verò, qui ſtudiis vitæ ſolitariæ deditus, animo longè ab Epiſcopali officio abhorrebat, ac ſecreto contentus otio, lucem hominum, ac frequentiam fugiebat, neque Epiſcopalis obeundi officii difficultates, ac ſalebras ignorabat, cœpit (*i*) recuſare, ac ſe neque honorem illum acceptutum, neque ea de cauſa pedem Monaſterio ſuo moturum eſſe, aſſerere: deinde poſtquam ſe civium atque amicorum ſuorum & publico & privato nomine agentium oppugnari poſtulatis atque urgeri precibus vidit, ut eorum à ſe impetum aliqua ratione propelleret, addidit, ſibi non licere ſine Præfecti ſui conſenſione ejuſmodi onus accipere; ſi ipſius interceſſiſſet auctoritas, ſe Civitatis tam bene de ſe judicantis in poteſtate futurum. His rebus poſtridie in Urbem renunciatis, populus, ut hoc impedimentum amoliretur, extemplò Antonium Albergatum Juriſconſultum arctâ ipſi neceſſitudine junctum ad Carthuſiam in Galliam properare, atque ab ipſo, qui ibi ſedebat, Præfecto, Nicolaum Epiſcopum petere præcipui loco beneficii juſſit. Is Januario menſe profectus, Majo (*k*) rediit, ac Præfecti, & Capituli Generalis aſſenſum congruentem cum ipſa populi voluntate reportavit. Hac accepta ſententia, Conſilium novis nunciis miſſis, Nicolaum ad ſe venire rogavit; cujus ille voluntati non obſequi turpe ratus acceſſit; ibi verò ad accipiendam, quæ tanto civium ſtudio deferebatur, Eccleſiam obſecratus, primùm indignum ſe, nec tanto onere ſuſtinendo parem excuſavit: Deinde illorum precibus defatigatus, ſic ſe aſſenſurum adjunxit, ſi populi prærogativam Cleri judicium confirmaſſet. Neque enim æquum videri, quen-

(*e*) Factus Carthuſianus anno ætatis 20. ut ex Zeno liquet, cap. 1. Nam ab 11. anno ætatis ſtuduit Juri annis 9.

(*f*) Romano etiam & Mantuano, ut conſtat ex chartis Capituli generalis.

(*g*) Duravit ab an. 1414. uſque ad 1417. quo anno in eo electus eſt Martinus V. Ita Onuphrius.

(*h*) De his Æneas Sylvius in Europa c. 53.

(*i*) Copioſius iſta Zenus c. 3.

(*k*) In altero MS. erat Martius, ſed hoc menſe Capitulum non ſolet inchoari.

queaquam Clero præeſſe, quem (*l*) non Cleri ipſius teſtimoaium approbaſſet. Quaſe audita, Conſilium Canooicos ſtatim coire, & Nicolaum à ſe editum juſſit deligere. Ita Canonici Capitulo advocaro ſuâ ſenteaſiâ comitia populi coafirmarunt. Hoc verò ubi Nicolaus præter opinionem accidiſſe ſuam animadvertit, in Cooſilium reverſus, ut alio moræ genere decreto animi ſui aliqoid ſubſidii compararet, oequaquam ſevacaute Romana Sede, ſine Archiepiſcopi Ravennatis auctoritare ejuſmodi hoaorem initutum aſſeruit, atque extemplò Petrum Ramponum, & Andream Bruoum Canooicos, Procuratores ſuos ad Archiepiſcopum deſtinavit. Verùm & hi menſe Majo (*m*) Ferrariam, ubi Archiepiſcopus verſabatur, profecti, nullo negotio illius aſſenſioaem obtinuerunt. Quibus decretis Nicolaus evictus, tandem ad ſupplicationes ſe coatulit, & oe ſe aſcitam deſerere diſciplıaam & ſuſceptum ſecretioris vitæ propoſitum ſubigerent, obſecravit. Populus autem ejus preces aſpernatus, atque eò vehementius ad ipſum evocandum accenſus, Archiepiſcopum ad eum conſecrandum accivit. Is cùm in exito Junii acceſſiſſet, homioem ad ſe io Palatium accerſivit, & beoignè ac comiter appellatum, ut adhuc rectò populi reluctantem ſtudio ſenſit, haud leviter commotus, pertinaciam (*n*) ejus vehemeotiùs incuſavit, atque ab eo ſe, ni parêret, rationem ovium ſibi à Deo commiſſarum in conſpectu divini Judicii repetiturum eſſe denonciavit; Nimirum haud ſine divino Numine tantum populi in eum conſenſum eſſe commotum, quem, grave oeſas committeret, ſi qua ratione contemneret. Quibus verbis, quaſi ex ipſius Dei ore emiſſis, Nicolaus exterritus, atque ultra repugnare noo auſus, ſe facturum, quod populus peteret, atque ille ſuaderet, oſteodit.

CAPUT V.

In Epiſcopatu præeſt laudabiliter exemplariterque.

ITa rebus conſtitutis, IV. Nonas Julias ab Arebiepiſcopo in æde Carthuſiæ, ingenti populi, qui avidè confluxit, aſtaote frequenſia, ſolemnem conſecrationem accepit. Quo facto, Portâ S. Stephani, ut moris eſt, uoiverſa obvism effuſa, cum Magiſtratibus Civitatem ingreſſus uſque ad ædem S. Stephani eques ſub holoſerica umbella proceſſit: iode poſitis calceis, pedes ad Baſilicam S. Petri cootendit, atque Eccleſiæ poſſeſſiooem, ipſo aſſiduè plaudente præ lætitia populo, iniit. Exemplum inde S. Petronii, (*o*) atq; eorum, qui priſcis temporibus floruerunt, Aotiſtitum imitatus; Epiſcopi partes ita ſuſcepit, ut ſe tamen Monachum eſſe haud fuerit oblitus. Nec ſe magis Sancti Zamæ (*p*) primi Bononienſis Eccleſiæ Epiſcopi ſucceſſorem, quàm Beati Brunonis Charthuſienſium Ordinis Iuſtitutoris æmulatorem eſſe meminerit. Etenim cum Epiſcopali dignitate ſimul & Monaſticam diſciplinam in omnibus officiorum generibus conſervavit: Siquidem eandem in corde humilitatem, in veſtitu præſertim intimo vilitatem, in aſpectu pudorem, in cibo potuque tenuitatem, in cilicio, & jejuniis aſperitatem, in fundendis ad Deum precibus aſſiduitatem Epiſcopus tenuit, quæ (*q*) Monachus aſcriptus aſcivit. Nam & carne perpetuò abſtinuit, & in culcitra non ſe collocavit, ſed victum, cultum, ac ſtratum idem celebravit, quibus ſe Monachalis primùm vinculo legis aſtrinxit. Tantum autem ſibi de facultatibus Eccleſiæ reſervavit, quantum familiæ ſuæ, (quam moribus magis, quàm numero ſpectatam alebat) ſat eſſet; reliquum inopibus ſuſtentandis, & maximè puellis nubilibus, quæ dote carerent, collocandis impertire ſolitus fuit. Eruditis autem hominibus, aut laudem aliquam ingenii cultioris habentibus, mirificè ſtuduit, atque eis non ſolùm anguſtiis rei familiaris oppreſſis præſto fuit, ſed etiam quos idoneos eſſe judicavit, ad Eccleſiaſticos honores dignitateſque provexit. Tantus enim eſt virtutis ſplendor, ut non minorem laudem conſequantur, qui virtutem honorant, quàm qui ipſam adepti ſunt. Quorum duo ex ipſius domo, quaſi ex quadam doctrinæ ac ſanctitatis officina progreſſi, deinde Pontificatum (*r*) Maximum ſunt adepti; unus Thomas Sergianenſis, quem ex domeſtico puerorum Magiſtro ſibi ad ſcribendas epiſtolas Miniſtrum aſſumpſit, ac poſt dignitate Canonica decoravit. Alter verò Æneas Sylvius, Picolomineus, Senenſis, quem in Legationibus non tam peregrinationum, atque itinerum comitem, quàm actionum & conſiliorum auctorem, participemque habuit. Nicolaus V. ille, hic Pius II in Pontificatu vocatus. Tertius fuit Franciſcus Philelphus, homo inſigni Græcarum ac Latinarum literarum cognitione, ac Scriptorum nobilitate conſpicuus, quem haud ſatis à fortunæ bonis inſtructum in amicis intimis habuit, atque amplexos ita fovit, ut multis eum commodis atque honoribus (*ſ*) auxerit. Suis autem, id eſt, conſanguinitate conjunctis, nihil unquam Eccleſiaſticæ benignitatis impertiit, ſive quòd eos ære familiari ſatis paratos beneficiis ejuſmodi non egere ſentiret, ſive quòd bona Eccleſiæ non ad familias Epiſcoporum locupletandas, ſed ad turbas egentium ſuſtentandas, conferenda eſſe ſibi perſuaſiſſet. Inde ad Clerum emendandum, quem ex depravata ſeculi diſciplina diſſolutiorem putabat, laxiorem, ac molliorem ejus habitum caſtigavit; atque ut anguſtiorem & ceudiorem, ſic graviorem atque honeſtiorem effecit, ac ſacris eum Officiis majori frequentiâ & inſigniori modeſtiâ intereſſe præcepit.

CA-

(*l*) Quorum ſit eligere Epiſcopos, vide Bellarm. de Cler. l. 1. c. 7.
(*m*) In uno MS. erat Martius.
(*n*) Æneas Sylvius in Bohemia, cap. 16. de Stratiquate.
(*o*) De quo Mart. Rom. 4. Oct.
(*p*) De quo 24. Jan. M. R.
(*q*) Idem habet Poggius in orat. fun. & Zenus c. 19.
(*r*) Vide Platinam in Nicolao V. & Pio II.
(*ſ*) Addamus hiſce alumnis Poggium Florent. ac Petrum Noxetanum.

CAPUT VI.

Reformare nititur ſubditos ſuos in omni ſtatu.

CUm porrò Judæos (t) ſine diſcrimine inter Chriſtianos verſantes videret, rem mali exempli, ac mirifici ad diſciplinam noſtram corrumpendam incitamenti ratus, circulum eos juſſit luteum, ut à ceteris dignoſcerentur, in pectore geſtare, & feſtis diebus clauſas tabernas habere, & Quadrageſimali tempore ab emendis carnibus abſtinere. Cùm res eò licentiæ proceſſiſſet, ut ſe cum Chriſtianis temerè commiſcerent, atque ipſo etiam die Paſchæ tabernas vendendi cauſâ apertas haberent, & per ipſos Chriſtiani jejunii dies carnes à noſtris emptas publicè eſitarent, ac quodammodo inſtituta noſtra ludificarent: mox uſuras eorum graviores liberioreſque coërcuit. Nam cùm ſenos denarios in ſingulas libras exigere inſtituiſſent, quaternis eſſe contentos ſtatuit.

Interim poſt longas Patrum diſſenſiones, Martinus Quintus tertio Iduum Novembris (u) Pontifex declaratus eſt. Quod ut ipſe audivit, continuò ab eo Apoſtolicam Epiſcopalis dignitatis à Populo Cleroque delatæ confirmationem popoſcit, ſeque totum ejus auctoritati judicioque permiſit. Quod Martinus, comperta hominis virtute, ac ſanctitate permotus, ſine ulla detrectatione, licèt non mediocriter ipſi à ſe alienatæ Civitati offenſus, aſſenſit.

Inde ſequenti anno, ut antiquam Cleri diſciplinam revocaret, 13. Kalendas Junias Synodo præclaras Conſtitutiones, olim à Bernardo Epiſcopo (x) editas, inſtauravit, quæ obſoleſcere perditâ ſeculi contumaciâ cœperant. Tum ad Monaſteria, quæ triſti ſuperiorum temporum calamitate perierant, renovanda converſus, duas Canonicas proximis bellis afflictas, ac Canonicis Regularibus vacuatas, accepto Pontificis decreto, reſtituit. Ex quibus una fuit S. Gregorii extra portam S. Vitalis, quam ad unum Priorem, Canonicumque (y) redactam, à veteribus Canonicis S. Auguſtini ad novos S. Georgii in Alga traduxit. Altera S. Mariæ ad Rhenum, & S. Salvatoris in Urbe. Etenim cùm Franciſcus Ghiſelerius earum Prior petiiſſet, ut cùm Monaſteria ſua Canonicis propter bella prorſus exhauſta eſſent, ſibi liceret Stephanum, Joannem, & Dominicum Senenſes, & nonnullos alios Canonicos Monaſterii S. Ambroſii Eugubini (ejuſdem Ordinis, ſed alterius habitus & obſervantiæ) jungere, mandato Pontificis, re cognitâ eos in unum contraxit, ac Canonicos Regulares S. Salvatoris vocavit. Legi adhuc apud eos literas Martini in hanc ſententiam datas Friburgi Lauſanenſis Diœceſis Nonis Julii. Quibus actis, poſtremò oculis in Laicorum mores conjectis ludos (z) aleatorios magno animi dolore vulgò ſic per Urbem celebrari animadvertit, ut non ſolùm Cives eò cum inſigni Divinæ Legis contemptu & magno Patrimoniorum diſpendio convenirent, ſed etiam publicum ex ea re vectigal inſtitutum haberent. Quam conſuetudinem ipſe adeò improbavit, ut edicto graviori propoſito, & vectigal, & conventicula illa damnarit. Pauperes autem Civitatis, pro inſito charitatis ſtudio, miſeratus, tributo in fabricam S. Petronii conferendo levavit. Poſtremò Baſilicam atque Epiſcopium contemplatus, cùm multas partes vetuſtate obſoleſcentes inſtauratione egere videret, ne id quidem ſibi putavit eſſe prætermittendum. Itaque campanarii faſtigium ex ligneo lapideum fecit, ac totum laminis plumbeis cooperuit. In Epiſcopio verò Aulam inſignem, & multa cubicula ædificavit, ac Bibliothecam publico uſui magna ſuppellectile librorum inſtruxit; quarum rerum nunc etiam veſtigia aſpiciuntur. Sed hæc poſterius. Has autem omnes laudes apud populum cumulavit ſingularis humanitas, (a) ac facilitas admirabilis, quòd aditus ad eum non minus patebant Epiſcopum, ac ſi privatus in ædibus ſuis egiſſet, aut Monachus adhuc in humili cella conſideret. Quibus & ejuſmodi aliis præclaris ad vitæ ſanctioris opinionem inſtitutis, eam apud omnes homines virtutis atque innocentiæ famam adeptus eſt, ut eum non ſolùm Cives admirarentur, ſed inſolito etiam iis temporibus cultu venerarentur; ſiquidem & genua prætereunti ponebant, & capita inflectebant, & in ſupplicationibus publicis incedentem multi nudis pedibus honoris ejus ac reverentiæ cauſâ proſequebantur.

CAPUT VII.

Magna eſt in æſtimatione apud Martinum V. Pontificem Romanum.

QUibus rebus compertis, Martinus Pontifex eidem tantum propterea tribuere cœpit, ut cum ſolemni fidelitatis jurejurando ipſum obſtringere vellet, & tamen labore ſui adeundi levare, ſacramentum apud Mutinenſem, & Imolenſem Epiſcopos concipere juſſerit; extant adhuc ipſæ ad Epiſcopos illos literæ, (b) Gebennis VI. Kalend. Auguſt datæ, quas in hanc hiſtoriam inſerere libuit unà cum aliis, quæ apud Albergatos ſervantur, ex quibus fermè hunc commentarium contexuimus; ſunt autem hæ: *Cùm nos nuper electionem de perſona Fratris noſtri Nicolai Epiſcopi Bononienſis, per dilectos filios Capituli Eccleſiæ Bononienſis ad eandem Eccleſiam, tunc Paſtoris ſolatio deſtitutam, nec non ejuſmodi electionis confirmationem, & conſecrationis impenſionem, eidem Nicolao Epiſcopo, per venerabilem Fratrem noſtrum Thomam (c) Archiepiſcopum Ravennatem, auctoritate ordinaria, Sede Apoſtolica vacante, factas de Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica duxerimus ratificandas, ac etiam approbandas, nos volentes ejuſdem Epiſcopi in illis partibus commorantis* par-

(t) Idem habet Sigonius lib. 4. de Epiſc. Bonon.
(u) Sic & Onuphrius.
(x) Hic obiit anno 1378. Sigonius de Ep. Bonon.
(y) Hunc Sigonius lib. 4. de Epiſc. Bonon. vocat Converſum.
(z) Vide Sigonium de S. Bernardino Senenſi, lib. 4. de Epiſc. Bonon.
(a) Eandem virtutem Poggius laudat.
(b) Eſt illa Urbs Galliæ, in qua tunc Pontifex morabatur.
(c) De quo Hieronymus Rubeus in Hiſt. Raven.

parcere laboribus, ac expenſis, ne per hoc cogatur veniendo ad Romanam Curiam perſonaliter laborare, Fraternitati veſtræ, auctoritate præſentium, committimus, ac mandamus, quatenus ab eodem Epiſcopo noſtro, & Romanæ Eccleſiæ nomine fidelitatis debitæ recipiatis, ſeu alter veſtrûm recipiat juramentum, juxta formam, quam ſub Bulla noſtra mittimus interclusam. Hoc autem jusjurandum Martinus eò ſtudioſiùs requiſivit, quòd Bononiam ab Eccleſiæ auctoritate remotam acerbiſſimè ferens, quantum ad eam recuperandam ſpectata Nicolai Epiſcopi auctoritas habitura ponderis eſſet, non ignoraret.

Itaque cùm paulò poſt Conſtantiâ Mantuam (*d*) acceſſiſſet, ac dies, noctesque de Bononia recipienda cogitaret, ipſum ſtatim ad ſe venire præcepit, atque humaniter in primis acceptum, per multos dies ſecum in eiſdem ædibus habuit; atque omnia, quæ ille poſtulavit, mira libertate indulſit; ac demum conſilio ſuo nudato, Oratorem ad Bononienſem populum destinavit, petens ut ſibi Urbem ditionis nuper Pontificiæ reſtituerent, à qua veſano nonnullorum conſilio diſceſſiſſent. Nam ſe (quoniam Romam adire tumultibus inteſtinis excluſus non poſſet) Bononiæ Sedem, Aulamque Pontificiam conſtituere ad ipſius honorem & commodum decreviſſe. Quod poſtulatum populus primò diſertiſſimè abnuit: Deinde ſaniore conſilio, ne belli inferendi neceſſitatem inclementiore reſponſo afferret, illud ipſum emendandum putavit, ac ſequenti anno Nicolaum eundem cum duobus aliis Oratoribus remiſit, qui ei ſponderent, populum quotannis tributum ſeptem aureorum millium, & certum equitum numerum arbitrio ejus in ſex menſes daturum, ſi ſua ſe uti Republica ac libertate permitteret, ac ſacrâ Civitatis obedientiâ contentus, nihil præterea poſtularet. Quam ille conditionem difficultate vi potiundæ Urbis deterritus, in præſens accepit; atque inde Florentiam per viam Ravennatem tranſcendit, quâ in Urbe per annum amplius manſit, ac liberaliter habitus, eam gratiam retulit, quòd Eccleſiam ad faſtigium Archiepiſcopale (*e*) provexerit.

CAPUT VIII.

Exorto Bononiæ tumultu Civium, quàm prudenter atque conſtanter ſeſe habuerit.

POſtero anno Antonius Bentivolus, Joannis (qui prioribus annis (*f*) dominatum Urbis per aliquot menſes adminiſtraverat) filius patriam recuperare ſua auctoritate deſiderans, VII Kal. Februarias, propria adjuvante factione, Palatium irrorupit, ac poteſtatem nactus, Canetulos ſeſe cœptis ejus objicientes, primùm foro, deinde decreto Conſilii Urbe ejecit. Qui Florentiam ad Martinum profecti, Antonium tanquam Pontificiæ Urbis imperium ſibi temerè vindicantem, accuſaverunt, atque

A ipſi ſe ad eam recipiendam præſto futuros eſſe polliciti ſunt.

Quibus rebus Martinus in ſpem haud levem recuperandæ Urbis adductus, prid. Kal. Mart. Oratores Bononiam miſit, qui verbis ſuis denunciarent, niſi Urbem ſibi ultro darent, ſe quacunque vi ſubacturum. Quibus Conſilium reſpondit, populum Bononienſem eo animo eſſe, ut antiqua Urbis ſuæ poſſeſſione & Civitatis libertate decedere nolit, proque eâ fortunas omnes atque ipſum adeò ſanguinem profuſurus ſit: Pontificem autem ſubmiſsè orare, ut conditionibus ſtare ſecum Mantuæ pactis velit, in quibus disertè ipſe, ſe certo tributo, & ſa- B cro Civitatis obſequio contentum fore, promiſit: Deinde profectis illis, prid. Nonas Martii, iterum Nicolaum Epiſcopum cum duobus aliis ablegavit, ac coram eadem referre Pontifici juſſit. Quibus cum mandata expoſuiſſent, ſic Martinus reſpondit: Ite, ac populo veſtro renunciate, niſi Urbem uſque ad diem tertium Paſchæ in meam poteſtatem tradiderit, me illi ſacra Officia interdicturum, execrationes quàm atrociſſimas poſſit Eccleſia, inflicturum, ac firmiſſimum exercitum ad vaſtandum agrum atque oppugnandam Urbem miſſurum. Ac mox duobus Oratoribus dimiſſis, Nicolaum retinuit, ac poſt quinque dies domum repetere, & C ſacrorum Officiorum (*g*) Interdictum ſolemni Eccleſiæ more promulgare mandavit. Ita Nicolaus in patriam VII. Kal. April. reverſus, (cùm Epiſcopum nodo Sacramenti devinctum, auctoritatem Pontificiam repudiare nefas eſſe putaret) mandata ejus, quamquam invitus exhauſit; Etenim poſtridie, dum opera Sacris dabatur, in S. Petri Baſilicam venit, ac ſilentio indicto, Interdictum, quod ſecum attulerat, ad Aram majorem pronunciavit; Deinde ad valvas Baſilicæ Sancti Petronii, & poſtes Palatii affigendum curavit: Demum ipſis Gymnaſii Rectoribus ac Magiſtris accitis, nomine Pontificis publicæ profeſſionis munus inhi- D buit. Quibus rebus perſpectis, Civitas ſuum ſic erga illum animum (*h*) immutavit, ut, quem antea in oculis ferret, ac ſummis in cœlum laudibus tolleret, tum planè alienata, maledictis aſperioribus lacerare, ut publicæ dignitatis hoſtem, ac Pontificis, quàm patriæ ſtudioſiorem, inſtiteris.

Quæ cùm Nicolaus comperta omnia plurimorum narratione haberet, atque inſidias etiam nonnullorum, quæ propterea ſibi ſtructæ dicerentur, timeret; Urbe egreſſus, ad Carthuſiam, atque inde Florentiam properavit. Menſe inde Majo, Martinus miſſis Bononiam Oratoribus, apertè bellum (niſi dicto ſibi audientes eſſent) indixit. Ac mox, E ubi monita minaſque deſpici ſuas vidit, Braccium Peruſinum Ducem ſuum cum exercitu validiſſimo in agrum immiſit. Quo facto, Braccius caſtella fermè omnia duorum menſium ſpatio in poteſtatem aut vi, aut pactione redegit, ac captivos multos abduxit, & aquam Rheni in Urbem influentem aliò derivavit, ac demum agro toto latè vaſtato, maximis Civitatem opportuni-

tati-

(*d*) Zenus cap. 4.
(*e*) Conſule S. Antoninum, & Joannem Villanum &c. de rebus Florent.
(*f*) Vide Blondum dec. 3. lib. 3. & Volaterran. lib. 4. Geogr.
(*g*) Zenus c. 6.
(*h*) Zenus c. 7. hæc uberius tractat.

tatibus ſpoliavit. Cùm autem propediem caſtra ſe Urbi quoque admoturum oſtenderet, Antonius Bentivolus, qui Principem in Urbe agebat, ne Civitatem in majus diſcrimen adduceret, veritus, Conſilium Urbis dedendæ cepit, ac prid. Idus Julii in caſtra (in quibus erat (*i*) Cardinalis Pontificis Legatus) proceſſit, ac pactis conditionibus, in Urbem regreſſus, relatione de bello finiendo factâ, ex Conſilii auctoritate deditionem conſtituit. Ita XII. Kal. Aug. Braccius eum Cardinale Legato, & parte equeſtrium copiarum ingreſſus, Urbis poſſeſſionem accepit; Inde 7. Idus Auguſti Oratores Florentiam à Conſilio miſſi, Urbem Pontifici æquis, ut voluerunt, conditionibus tradiderunt. Poſt VII. Kal. Sept. Alfonſus Diaconus Cardinalis S. Euſtachii, Legatus, Urbem iniyit, atque eam nomine Pontificis ex pacto adminiſtrare cœpit.

Eodem etiam tempore Nicolaus Epiſcopus ad Eccleſiam ſuam reverſus, atque à populo benignè acceptus, advocatis Magiſtratibus, decretum Pontificis recitavit; quo ipſi Centum & Plebem oppida, (*k*) triginta quinquè ante annos Epiſcopo adempta, reddere jubebantur: ac ſubinde, illis non repugnantibus, per Epiſcopum Immolenſem Vicarium ſuum, ſolemnem eorum poſſeſſionem adivit. Inde rebus Civitatis compoſitis, ad priſtina boni piique Paſtoris officia per otium concelebranda ſe contulit, in dies magis eximiæ prudentiæ, probitatiſque ſuæ opinionem confirmans.

CAPUT IX.

Legatus deſtinatur in Galliam à Pontifice Romano, ob pacis fœdera conſtituenda.

ITaque biennio poſt, (*l*) cùm res incidiſſet, quæ præſtantis, ac ſingularis viri operam auctoritatemque apud Gallicos iorer ſe armis ſævientes Principes poſtularet, Martinus ad eam pro dignitate Eccleſiæ tranſigendam, ipſum ex omnibus aptiſſimum judicavit. Res autem erat hujuſmodi; vetus inter Joannem Ducem Burgundiæ, & Carolum Sextum Regem Franciæ bellum gerebatur: quod accenſis utrimque mutuis offenſionibus eouſque proceſſerat, ut Joannes Lutetiâ Regni Gallici ſede occupatâ, Carolum Regem ac Reginam, & Catharinam filiam in poteſtatem adduceret. Quo facinore perpetrato, acceſſit, quòd cùm Joannes Dux, ac Carolus Delphinus, ipſius Caroli Regis filius, in oppido (*m*) Monſterioli, de communi pace acturi conveniſſent; altercatione forte de præteritis injuriis ortâ, Joannes ab uno ex Delphini comitibus repentè gladio educto per iracondiam fuit occiſus. Qua re audita, Philippus Joannis filius, qui Lutetiæ erat, exacerbatus, Carolum Regem cum Regina, & filia, Henrico Angliæ Regi (veteri ipſius Caroli hoſti, atque armatum exercitum in Gallia tum habenti) tradidit. Ex quo bellum atrocius, quàm ante recruduit, Burgundo & Anglo adverſus unum Delphinum, communi armorum fœdere ſociatis. Quod quieti, & commodo Chriſtianorum vehementer obeſſe ſentiens Pontifex, nuncium ſibi mittendum ad ejuſmodi ſedandas diſcordias, & conciliandos, ſi poſſet, animos arbitratus, neminem ipſo Nicolao potiorem exiſtimavit; in quo non ſumma ſolùm ſolertia, ſed ſingularis etiam ſplendeſceret innocentia, quas plurimum illi auctoritatis & fidei conciliaturas (*n*) eſſe apud Reges Tranſalpinos putavit. Quamobrem ne illi ſui Romam adeundi (nam eò paullo ante Florentiâ venerat) neceſſarium onus imponeret, literas Bononiam, unà cum ipſius rei tractandæ commentario miſit, quæ adhuc ſervantur apud Canonicos in hæc verba:

Cùm dudum gravi & atroci diſſenſione Principum Gallorum peſtiferum bellum ſuſcitatum in Regno Franciæ & vicinis partibus viguerit, & vigeat de præſenti, cum exterminio illarum Gentium, & jactura graviſſima totius Reipub. Chriſtianæ, nos cupientes tantis malis finem imponere, & indurata Principum corda placare, & ob hanc piam cauſſam tam neceſſariæ & ſanctæ pacis ad partes illas Nuncium Apoſtolicum deſtinare, qui in conſpectu Principum & populorum juſtus & idoneus prædicator, & ſuaſor pacis, & charitatis exiſtat; te ad hoc ſanctum opus ex omnibus Prælatis elegimus, digniſſimum nuncium tantæ pacis, profecturum ad Chariſſimum in Chriſto filium noſtrum (o) Henricum Regem Angliæ illuſtrem, & ad dilectos filios nobiles viros Delphinum, &c. & Ducem Burgundiæ, & inter ipſos pacem ac concordiam tractaturum. Nam poſt omnipotentis Dei miſericordiam plurimum in tanto negotio de tua ſapientia & ſingulari virtute confidimus, & ſperamus, quòd ultra profundos ſenſus tui naturalis ingenii ſubminiſtrabit Spiritus S. devotioni & humanitati gratiam; ut verba noſtra ex ore tuo cum fructu exaudiantur. Quare fraternitatem tuam in Domino hortamur, & affectuosè rogamus, ut in tanti & tam communis boni procuratione nos adjuves, & pium hunc laborem non refugias: ſed pro tot populorum quiete, & ſalute fidelium, promptâ ac lætâ mente ſuſcipias. Cæterùm hac de cauſa te ad nos venire nolumus, & laborem itineris duplicare: ſed pro informatione tua incluſas præſentibus agendorum inſtructiones mittimus, & literas noſtras, cum copiis ipſarum literarum, quas Principibus ipſis ſcribimus ſuper iſta materia; volentes, quòd inſtructionibus ſupradictis dicendo, & agendo, & negotium hoc tractando, addas & minuas, ſecundùm quod circumſpectioni & prudentiæ tuæ videbitur expedire. Datum Romæ apud S. Petrum VI. Idus Febr. Pontificatus noſtri anno V.

Quibus literis acceptis, Nicolaus honeſtæ voluntati Pontificis in re tanti momenti adverſari non auſus, ſeſe ad iter inſtruxit; ac VII. Kalend. April. cum eximio Bononienſis Nobilitatis flore profectus, in Galliam properavit, ibique liberalibus officiis propter eximiam virtutis ac vulgatæ ſanctitatis opinionem exceptus, rem tractare cum utraque parte ſummâ curâ inſtituit. Verùm cùm ab una parte parentum ſororiſque captivi-

(*i*) Hic fuit Gabriel Condulmerius, ut conſtat ex Zeno c. 7.
(*k*) Sigonius l. 4. de Epiſc. Bonon. addit Maxumaticum oppidum.
(*l*) An. 1422. quo obiit Rex Galliæ Carolus VI. ut Gordonus habet.
(*m*) Quod eſt in Picardia ſitum: copioſius hæc Robert. Gaguin. lib. 9. circa finem.
(*n*) S. Antoninus in Chron. p. 3. tit. 22. c. 9. § 7.
(*o*) Hic fuit Henricus V. Vide Polyd. Virgil.

tivitas, ab alterâ cædes paterna, ipſa juvenum pectora non ſolùm verſarent, ſed ad ulciſcendum etiam inflammarent, atque ad rem armis conficiendam pro utriuſque obtinenda dignitate percellerent, nihil efficere potuit. Quare ſubſecutâ Regis quoque Henrici morte deterritus, ſequenti anno Bononiam VI. Idus Aug. (p) re infectâ revertit.

CAPUT X.

Creatur à Romano Pontifice Cardinalis, & ablegatur ad Venetos Florentinoſque conciliandos.

EOdem anno Martinus Gabrielem Condulmerium Cardinalem Legatum in Urbem miſit: ac proximo (quòd Florentinis contra Ducem Mediolanenſem ſecum fœdere junctum adeſſet) revocavit; atque eidem Ludovicum (q) Archiepiſcopum Arelatenſem ſuffecit, qui V. Idus Junias Bononiam profectus, convocato Conſilio, Pontificis voluntatem expoſuit, quâ Gabrieli legationem abrogabat, & Florentinos milites ab eo conductos dimitti præcipiebat; quæ cùm Latinè (erat enim Gallicus) ediſſet, Nicolaus Epiſcopus, qui accitus advenerat, Italico ſermone retulit.

Biennio verò interjecto, idem cùm rebus Romanis aliquando conſtitutis Cardinalium numerum plurimorum morte imminutum ſibi augendum exiſtimaſſet, inter cæteros, quos illo honore, virtutis gratiâ, decorandos putavit, Nicolaum ipſum animo deſtinavit, atque eum, conſilio diſſimulato, ad ſe venire juſſit. Deinde IX. Kalend. (r) Junias eundem cum cæteris Cardinalem renunciavit, atque ei jam ad Urbem adventanti obviam ipſa dignitatis Inſignia miſit. Quæ ille miratus, eadem, quâ anteà Epiſcopatum, animi magnitudine reſpuit. Verùm paullò poſt Pontificis in conſpectum progreſſus, cùm adhuc ejuſmodi abs ſe honorem averteret, ſacri tamen anathematis intentatione commotus aſſenſit. Atque ita Idibus Juniis Presbyter tituli S. Crucis in Hieruſalem eſt vocatus. Quem titulum adeò gratum habuit, ut poſtea pro Inſigni gentilitio ipſam ſolam Crucis effigiem tulerit. Cujus rei cum plurima adhuc in Epiſcopio apparent veſtigia, tum Franciſcus Philelphus eſt auctor, in epiſtolis inquiens; *imitatur et eum, cujus Crucem pro ſigno geris, Chriſtum Optimum Maximum*. Quem deinde Thomas ipſius diſcipulus imitatus, ubi ad Pontificatum pervenit, claves (ſ) ipſas pro Familiæ ſigno aſcivit. Cæterùm Nicolaus ſic honorem hunc geſſit, ut S. Antonino teſte, (t) *quemadmodum Epiſcoporum inſigne exemplar extiterat, ſic clariſſimum ſpeculum Cardinalium fuerit*; Nec majorem dignitatis ſplendorem ab ſacræ nitore Purpuræ ceperit, quàm ipſe claritate virtutis ſuæ ei tradiderit.

Neque verò Martinus hoc illum ornamento cohoneſtaſſe ſatis habuit, quin etiam inſigne ac magnificum inprimis legationis munus adjunxit. Hujus verò decernendæ legationis hæc materia data; Philippus Mediolani Dux, jam pridem animo ad Italiæ dominationem aſpirans, bellum Florentinis internecinum intulerat, & cum Martino ipſa hujus belli conſilia ſociarat. Quare compulſi Florentini, ſeſe Venetis ſuſpectas jam pridem Ducis ipſius opes habentibus junxerant, ac maximo exercitu congregato, Philippi ditionem adorti, Bergomum ei ac Brixiam (u) magnâ cum Caſtrorum Cremonenſium parte ademerant. Itaque Martinus, Philippo ſocio in maximas rerum ſuarum difficultates adducto, conſulere, atque imminentia Italiæ mala propulſare deſiderans, pacem inter eos conciliare conſtituit, ac propterea ad eam tractandam ac tranſigendam Nicolaum Cardinalem ſpectatæ multis in rebus auctoritatis ac ſapientiæ virum decrevit. Quare Nicolaus cum his mandatis Româ profectus, XV. Kal Octob. Bononiam adiit, à Magiſtratibus & universâ occurrente ac gratulante Civitate receptus, atque omnibus honoribus, qui Epiſcopo & Cardinali Legato à Latere Pontificis miſſo debentur, affectus, mox oratoribus eorum, ad quos bellum pertinebat, eum mandatis convenire Ferrariam juſſis, ipſe eò quoque 13. Kal adivit, ubi ſummam Nicolai (x) Marchionis erga ſe humanitatem atque hoſpitalem expertus, utriuſque partis Procuratoribus evocatis, ei cognitioni operam dare ſingulari animi æquitate inſtituit. Cauſſa verò utriuſque magno animorum ardore, ac partium contentione tractata, & variis injectis poſtulatis, querelisque diſtracta, cùm pax ad optatum perduci exitum haud poſſet, niſi ipſe cum Principibus in colloquium congreſſumque veniret, primò Venetias, deinde Mediolanum acceſſit; Venetias autem profectus, ac ſummis honoribus à Senatu illo ornatus, ſic cum Franciſco (y) Foſcaro Duce cauſſam egit, ut Senatum retentis urbibus atque oppidis bello partis, ſe pacem compoſiturum eſſe promiſerit. Pridie inde Kal. Octobris (literis ab eo de tuto per Lombardiam itinere ſumptis, quæ adhuc apud Albergatos leguntur) Mediolanum ad Philippum deceſſit, atque hominem allocutus (licèt graviſſimè de Venetorum avaritiâ & Florentinorum ſuperbia conquerentem) ad Bergomum & Brixiam dimittendam adduxit. Quare ſequenti anno Bergamo profectus, ad Venetos in poſſeſſione cæterorum locorum conſtituendos procedens, Brixiam adiit. Eam verò Urbem, ramum olivæ præferens, iniit, ab Epiſcopo, Clero, & Magiſtratibus univerſis exceptus: qui uſque ad rivum Mellam cum Crucibus & vexillis, gratias Deo ſolemnibus hymnis concinendis agentes, obviam prodierunt. Cùm autem in agrum inde Brixianum exiſſet, ut Caſtra ipſa Urbi appoſita, quæ à Phi-

(p) Zenus c. 8. ait ipſum 18. menſibus in Gallia manſiſſe & tunc Romam, poſt Bononiam rediiſſe.

(q) De quo Blond. dec. 3. lib. 3. & Æneas Sylvius in Europa c. 42.

(r) In Majo fuiſſe creatum etiam Blondus teſtatur dec. 3. libr. 3. At Onuphrius & Ciaconius habent 9. Kal. Jul. ann. 1426.

(ſ) Ita patet in Platina noviter excuſo Coloniæ.

(t) In Chron. p. 3. tit. 22. c. 7. §. 3.

(u) Blondus dec. 3. libr. 3.

(x) Hic fuit Nicolaus Eſtenſis, de quo Philelphus, & Sylvius in Europa, c. 52.

(y) Lege Ant. Sabellicum de Venetorum rebus; item Volaterran.

Philippi cuſtodibus tenebantur. Venetis Magiſtratibus præſentibus, ex pacto tradi juberet: omnes præcluſis portis invenit, aſſerentes, ſe neque Venetos, neque eorum amicos intra oppida recepturos. Quod ex tacito Philippi (z) mandato factum, occulta aliqua bene gerendæ rei ſpe oblata erecti, putatum eſt. Quod ut Nicolaus vidit, vehementer permotus, reverti ad Philippum voluit; ſed Venetorum Præfecti prohibuerunt, qui rem non verbis, ſed armis decernendam eſſe dixerunt, atque ad ſingula, quæ reſiſtebant, oppida, deinceps Senatus auctoritate exercitum adduxerunt. Ita Nicolaus re irrita VI. Idus Febr. Bononiam rediit.

Inde VI. Kal. Martias Romam ad reddendam impeditæ legationis rationem progreſſus, ibi quatuor menſes peregit; per quos Veneti omnia Brixiana Caſtra, Philippo fruſtra reſiſtenti, eripuerunt. Quod ut ipſe audivit, XVIII. Kal. Septembris Bononiam ſe eo conſilio retulit, ut verba iterum de pace inferret, ac Cremonenſia oppida ad Ollium ſpectantia, quæ à Venetis poſtulata adhuc controverſiam faciebant, reſtituenda curaret. Itaque poſt triduum Mediolanum ad Philippum revertit, dum iterum Ferrariæ ad audiendas partes conſedit, remque cognitam majori ex parte ſequenti anno XV. Kal. Maji conſtituit, ac mox pridie Nonarum pacem factam, maxima cum populorum (a) lætitia publicavit. Inde Idibus ſeſe Bononiam retulit, atque in loco extra Urbem ſemoto, ad Sanctam Mariam Vallis-viridis ſedit, ut commodius componere reliquum controverſiæ poſſet. Ita XV. Kalen. Junii, exercitibus utrinque dimiſſis, miſeræ Civitates aliquando tandem à diuturnis belli calamitatibus reſpirarunt.

CAPUT XI.

A ſeditioſis Civibus Bononiæ indigne tractatur, ideoque ad Pontificem Romanum ſe confert.

Interim Nicolaus audiens gladios paſſim impunè à Civibus in Urbe geſtari, ac quodammodo civili tumultui (b) pernicioſum aditum aperiri: vicem Civitatis ſuæ ſolicitus, Kal. Aug. in Urbem ſe ſummo mane recepit, ac rei Divinæ opera data, opportunam opem divini Numinis imploravit. Hora inde ſequentis noctis ſecunda, Canetuli Eccleſiæ adverſarii, jam pridem in patriam reſtituti, cum factione ſua armati ſeſe in forum proripuerunt; eoque occupato, ad terrorem adverſariorum, ignem in quaſdam tabernas ligneas injecerunt, & Palatium cum Legato capere contenderunt. Qua re percepta, Bentivoli ſigno campanæ regionis ſuæ dato, continuò ſe cum parte Pontificia compararunt, atque in forum procurſare adverſus Canetulos inſtituerunt. Quod ut Nicolaus accepit, imminenti ſeditioni, ac cruento certamini occurrere, & ſtatum ſervare Eccleſiaſticum properans, ſeſe illis obviam ad ædem S. Donati tulit, atque eos orare pro ſalute patriæ, & liberorum ſuorum incolumitate inſtituit, ut pauliſper conceptum animi impetum inhiberent, nec novi quicquam uſque ad reditum ad illos ſuum tentarent. Nam ſe Canetulos ad ponenda arma, & ſaniora capienda conſilia deducturum. Inde in forum progreſſus, (c) Baptiſtam Canetulum, factionis Principem, revocavit; ac multis verbis factis, demum rem ita cum eo compoſuit, ut Antianos crearet, & publicis quibuſdam vectigalibus eos ad ſumptus neceſſarios ſuſtinendos inſtrueret. Pontifex autem centum equites, totidemque pedites conductos haberet, qui Legato ſacramentum dicerent. Officia verò Urbana ac Caſtrenſia Civibus ipſis paterent, atque in has conditiones Baptiſta, & ſocii ſe ab armis diſceſſuros, neque aliud in Urbe molituros, fide interpoſitâ promiſerunt. Inde ad Palatium adiit, ut hæc pacta confirmari Legati ipſius ſubſcriptione curaret; atque ad fores progreſſus, ipſas ſibi ac ſuis aperiri à cuſtodibus juſſit. Quas patentes ut attenti Canetoli cognoverunt, repentè in eas fide violatâ impreſſionem fecerunt, ac ſtationibus in caſſum obnitentibus ſuperatis, ipſam januam occuparunt. Comites autem Nicolai cùm periculum, indignitatemque viderent, ipſum exanguem, ac propè in illa turba eliſum à foribus retraxerunt, ac domum (ne occideretur ab infeſtis capiti ejus Canetulenſibus) reduxerunt. Interim Palatium ab illis captum, & fœdè direptum, & Legatus (d) in cuſtodiam datus eſt. Quæ ut Bentivoli acceperunt, haud ultra ſibi conandum rati, portâ S. Donati Urbe ſe præcipites effuderunt.

Nonis inde Aug. Magiſtratus, quibus Reſpublica fuerat commiſſa, pro certo habentes Martinum irâ accenſum, Urbem armis oppugnaturum, atque hanc injuriam vi quacunque perſecuturum, Centum & Plebem caſtella ſibi eo bello accommodata futura putantes, Nicolaum ad ſe venire juſſerunt, eo nimirum conſilio, ut ab eo caſtra illa repeterent, &, ſi abnueret, poteſtatem hominis nacti, præbere compellerent. At ille edicti ſuperbiâ, atque evidenti rei indignitate (e) permotus, quâ Epiſcopalis, & Cardinalitia dignitas in ordinem cogebatur, ſe iturum negavit, ac mox inſidias eo nomine ſibi parari ſentiens, ſub noctem (f) aſſumpto Fratris Prædicatorii Ordinis habitu uno cum comite ad Monaſterium S. Dominici adiit, ac poſtea, ut his ſe fluctibus eriperet, ſummo mane per portam S. Mamæ Urbe exceſſit, atque ad Carthuſiam, & inde Mutinam abiit. Inde X. Kal. Sept. Legatus, qui apud Canetulos ſervabatur, Urbe dimiſſus, IV. autem Id. Sept. familia Epiſcopi Epiſcopio pulſa; poſtridie verò Conſilio advocato, ac multis verbis in Epiſcopum & Pontificem, pro cujuſque ingenio ac libertate graviſſimè dictis, decretum eſt, ut in loco Nicolai alius Epiſcopus ederetur, ac ſtatim (g) Bartholomæus Zambeccarius, Caroli filius, Abbas S. Bartholi Ferrarienſis, eſt nominatus. Qui profeſſus ſe Centum

&

(z) Philippi ingenium depingit Sylvius in Europa, cap. 49.
(a) S. Antonin. in Chron. p. 3. tit. 22. c. 8. § 12. ait pacem in Martio factam, ann. 1427.
(b) Vide Zenum c. 12. & Blondum lib. 3. dec. 3
(c) De hoc Sylvius in Europa, c. 53.
(d) Gabriel Condulmerius, poſtea Eugenius IV.
(e) Copiosè hæc Zenus c. 12.
(f) De Monachali habitu meminit etiam Blondus lib. 3. dec. 3. & Zenus cap. 13. de Carthuſiano.
(g) Sigon lib. 4. de Epiſc. Bonon.

& Plebem populo traditurum, continuò ad Epiſcopium, nullo comitante Canonico, ſed ſolis Magiſtratibus proſequentibus, adiit. Inde Canonicis, ut eum de more eligerent, imperatum. Quibus ſe eligere poſſe negantibus, qui à populo fuiſſet electus; reſpondit Vexillifer, populi nominationem eſſe; Canonicorum verò electionem; cujus rei cùm Canonici ad Juriſconſultos judicium retuliſſent, illi reſponderunt, non vacante Epiſcopi Sede, Canonicos electionem celebrare non poſſe. Veruntamen Bartholomæus ſe pro Epiſcopo geſſit, &, Vicario conſtituto, jus per annum integrum dixit.

CAPUT XII.

Reſtitutus à Romano Pontifice in ſuam Sedem, iterum ablegatur in Franciam pro pace urgenda.

QUibus rebus cognitis, Martinus vehementius inflammatus VI. Kal. Sept. edictum promulgavit: in quo graviſſimas (*b*) deteſtationes in Canetulenſes, & Sacrorum interdictum in Civitatem explicavit: quod Legatum ſuum, & ipſum Urbis Epiſcopum & Cardinalem, turpiter in ſui contumeliam exegiſſent, his verbis: *Nam dilectum filium noſtrum Nicolaum, tituli S. Crucis in Hieruſalem Presbyterum Cardinalem, perpetuum adminiſtratorem Bononienſis Eccleſiæ, auctoritate Apoſtolicâ deputatum, ſuum concivem, & patrem animarum ſuarum, taliter pertractarunt, contra omne debitum charitatis in proximum, & reverentiam tanti Patris, quòd præfatus Dominus Nicolaus Cardinalis coactus eſt clandeſtinè, & tanquam incognitus excedere Civitate, & Diœceſi ſupradictis; neque eo modo, quo decebat Cardinalem incedere, ſed mutato habitu (quia aliter inde recedere nullatenus permiſiſſent) eundem libertate privarunt, in dedecus & opprobrium noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis vilipendium & contemptum.* Deinde Duces cum militaribus copiis ſuis Bononienſes invadere juſſit; qui direpto agro ad Urbem progreſſi, acrius oppugnare ex diverſis partibus inſtiterunt, unde bellum variis detrimentis inferendis, in proximum eſt annum protractum. Quibus demum Canetulenſes impulſi, Oratores XV. Kal. Julias Imolam deſtinarunt, ut cum (*i*) Lucido Cardinali Oſtienſi, Legato, & Nicolao Epiſcopo ibi poſito, de compoſitione tractarent: qui profecti, nihil æqui obtinuerunt. Inde III. Kalend. Septembris iterum miſſi, pacem commodis ſanè conditionibus retulerunt; in quibus illud præcipuè continebatur, ut Bartholomæus Epiſcopatum Nicolao dimitteret; Pontifex verò Abbatiam Sancti Bartoli Bartholomæo ademptam reddi à Marchione curaret. Ita VII. Kalend. Octobris, Legatus in Urbem ingreſſus, poſtridie Magiſtratus ipſos apud ſe fidelitatis ſacramentum concipere juſſit, ac Nicolaum ſuæ Sedi reſtituit. Poſtero verò anno, cùm exiguas ſe adverſus florentes Canetulos opes ad retinendam dignitatem habere videret, Urbe egreſſus, Centum abiit, ac Baptiſtam moderatorem Urbis, ut moliebatur, reliquit. Qua re accepta, Martinus accenſus, conceptum jam pridem animo virus evomuit, ac Nuncio VI. Nonas Julias in Urbem miſſo, integrum ſine ulla exceptione Urbis imperium poſtulavit; ni darent, ſe bello internecino perſecuturum demonſtravit. Cui populus reſpondit, ſe pactas paullò antè cum eo conditiones cuſtodire paratum eſſe, neque de eis quicquam demere velle. Ita bellum multò quàm antè acrius renovatum.

Interim gliſcente inter novos Reges, Carolum (*k*) & Henricum Franciæ, Angliæque certamine, Martinus experiri omnino ſtudens, ſi qua æquitate rem ad otium deducere poſſet, Nicolaum Legatum ad eam rem in Franciam deſtinavit, ac poſt ad cumulandam auctoritatem novo hoc privilegio inſignivit, V. Kalend. Decembris: *Cum te ad pacificandum Regnum Franciæ commiſſa tibi plenæ Legationis officio, ut pacis Angelum deſtinemus, nos volentes tibi ea concedere, per quæ animarum ſaluti valeas providere, circumſpectioni tuæ omnes & ſingulas perſonas, tam Eccleſiaſticas, quàm Seculares, quæ à Catholicæ Fidei, & S. Matris Eccleſiæ documentis deviantes, in hæreſim (l) quomodolibet collapſæ fuerint, poſtquam ad veram & Catholicam Fidem redierint, & errores ſuos abjuraverint, & reconciliandi, & diſpenſandi tenore præſentium plenam, & liberam concedimus facultatem.* Inde literas has ad Henricum Regem Angliæ, II. Kal. Jan. ſcripſit, orans, ut ſe exorabilem ad rem conſtituendam præberet: *Ad pacem procurandam dilectum filium noſtrum Nicolaum tituli S. Crucis in Hieruſalem Presbyterum Cardinalem, Apoſtolicæ Sedis Legatum, tanquam pacis Angelum deſtinamus; ſperantes in Domino, quòd ipſius profectio, & ipſi Deo erit accepta, & hominibus ſalutaris. Tuam vero clementiam exhortamur, & cum paterna charitate rogamus, ut abolitâ omni memoria injuriarum, & extinctis incendiis odiorum, & omni alia affectione depoſita, Cardinali te exorabilem præbeas & placatum.*

CAPUT XIII.

Poſt varios labores itineraque, venit tandem ad Concilium Baſileenſe, & literas accipit à Franciſco Philelpho.

QUin etiam bellum terminare Bononienſe cupiens, ad eundem mandatum rerum cum populo Bononienſi componendarum pleniſſimum miſit. Ille verò rebus omnibus ad iter paratis, ſequenti anno pridie Non. Febr. Ferrariam adiit, ac mandatum, quod habebat, cum Marchione (*m*) communicavit. Marchio verò Bononienſibus indicavit, Nicolaum apud ſe eſſe, ac liberum pacis componendæ à Pontifice mandatum habere; eo ipſum uſurum, ſi aures verbis de compoſitione vellent adhibere; & ſi integrum Urbis imperium tradere Pontifici in animum inducerent, facultatem paciſcendi uberrimam attuliſſe; cui ipſi reſcripſe-

(*b*) Blondus loco cit.
(*i*) Hic Lucidus de Comite Diac. Card. S. Mariæ de Coſmedin, obiit Bononiæ, ann. 1437. Ita Onuphrius.
(*k*) Fuit Carolus VII. R. Franc. & Henricus VI. R. Angl. Vide Æmylium, & Polydorum.
(*l*) Serpſit eo tempore hæreſis Huſſitarum, de qua Prateolus.
(*m*) Hic fuit Nicolaus Eſtenſis, multum laudatus a Philelpho, Sylvio, & Volaterrano.

ſperunt, oblatas conditiones non recuſare; verùm idoneos ſponſores, ac fidejuſſores ad res tantas deſiderare. Quare inani incœpto Nicolaus Venetias abiit, atque inde in Galliam ire perrexit. Interim Martinus miſſo Juliano Cæſarino Cardinale Legato, Concilium (*n*) Baſileæ inſtituit, ad Huſſitarum hæreſim profligandam, Eccleſiamque conſtituendam; prout Concilium Conſtantienſe faciendum eſſe decreverat; atque hoc facto, X. Kalendas Martii obiit; cui ſtatim Eugenius (*o*) IV. (qui fuerat Gabriel Condulmerius Cardinalis) ſucceſſit. Hic & Concilium continuandum decrevit, & pace commodis conditionibus Bononienſibus redditâ, Urbem recepit, & Nicolao, quem item omnium plurimi æſtimavit, munus pacificandæ Franciæ confirmavit.

Nicolaus autem primùm immaturâ Martini morte deterritus, feriùs aliquantò rem eſt aggreſſus; deinde cauſam omnium opinione impeditiorem eſt nactus. Neque enim Principes, (præſertim Regem Angliæ) ad locum edendum, quò Oratores rei diſcutiendæ gratiâ mitterent, impellere potuit: quamvis in eam curam toto pectore incubuerit, ac neque laboribus, neque periculis, neque ſumptibus ullis rei obtinendæ cauſâ pepercerit; quod ipſemet Carolus (*p*) poſt in Epiſtola ad Baſileenſe Concilium confirmavit: *Cùm ſuperiore tempore*, inquit, *piâ atque devotâ ſupplicatione cariſſimi ac dilecti amici noſtri Cardinalis S. Crucis res ipſa non modicâ diſceptatione variis aſſignationibus agitata fuerit; quanquam labori, periculis, atque expenſis minimè ipſe pepercerit, tamen ad optatum portum non pervenit.* Quare cùm multis tranſactis menſibus nihil profeciſſet, Eugenius re cognitâ, non majore admiratione, quàm labore accenſus, ſic poſt, Idibus Maji ad eum (*q*) ſcripſit: *Miramur & dolemus, quòd cùm circumſpectio tua, ex commiſſione noſtrâ, pacem Regni Franciæ tanto ſtudio ac diligentiâ, tantoque perſonæ tuæ incommodo & labore procuraris, & procures, non fuerit adhuc inter illos Principes, quorum neceſſarius eſt conſenſus, concordatum de loco, in quo Oratores partium, pro pace tractandâ apud te debeant convenire. Commendandus eſt autem multum Philippus Dux Burgundiæ, qui paratus eſt obſequi voluntati meæ, cui ſuper hoc ſcribimus; atque item cariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Francorum Regi illuſtri, hortantes eum ad pacem, ne ex levi diſcrepantiâ relinquatur practica tanti boni; pro cujus conſecutione, non gravetur tua ſingularis bonitas laborare, donec perfeceris, vel ſaltem manifeſtè cognôris, per manus hominum non poſſe concludi. Nam ſi tu non feceris auctoritate noſtrâ, & Eccleſiæ, & prudentiâ ac diligentiâ tuâ, non videmus, per quem hominem fieri poſſit.*

Nicolaus verò, ubi ſe ad æquitatem adducere Regem Angliæ variè tergiverſantem non poſſe perſpexit, inde ex Pontificis auctoritate diſceſſit; ac quemadmodum prudentes Medici, quos ægros ſalutaria remedia recuſantes, ac diligentiæ ſuæ reluctantes aſpiciunt, tanquam deploratos extremâ Dei ope ſanandos relinquunt, officio ſatisfeciſſe ſuo putantes, ubi induſtriam fidemque ſuam adhibuerint; ſic ipſe, poſtquam accenſa ſe Principum inexpiabilibus offenſionibus odia extinguere dicendo non poſſe animadvertit, eorum leniendorum curam Deo ipſi humanarum infirmitatum unico curatori permiſit. Cùm autem ex itinere Baſileam (*r*) progreſſus, audiſſet Patres in Concilio convocatos, novo exemplo conſtituiſſe; Pontificem Concilii dimittendi jure carere, verùm tanquam ipſius Concilii decretis obnoxium, dicto illius audientem eſſe oportere; aliaque multa ad ſacroſanctam illam poteſtatem debilitandam inſidioſè parare; vehementius (ut S. Antoninus (*ſ*) ſcripſit) homo antiquæ probitatis exarſit, ac graviter Concilium, factumque ejus increpuit, & ut in auctoritate Summi Pontificis ipſius Chriſti Vicarii permaneret, admonuit; atque inde Bononiam ad Eccleſiam ſuam reviſendam acceſſit.

Quo facto, ſtatim ad Franciſcum Philelphum literas miſit, ſtatum ejus cupiens cognoſcere; &, ſi tempora poſcerent, aliquo inſigni beneficio ſublevare; quem morem ille ab initio Epiſcopatus inſtituerat, neque poſtea aliquo fortunarum ſuarum interveniente naufragio deſtituerat. Hic vir eruditiſſimus, ac, (prout illa ferebant tempora, quibus nondum exculta ac perpolita adeò dicendi ratio fuerat) diſertiſſimus Florentiæ inter ſævos fluctus diſcordiarum civilium verſabatur, ac de ſua incolumitate, in magna æmulorum invidia laborare compellebatur; & propterea literis eis acceptis exhilaratus, ita reſpondit; ut Nicolao ſe totum tanquam ampliſſimo literatorum omnium Patrono commiſerit; ſic enim ſcripſit: *Thomas Sarzanenſis, vir perhumanus & eruditus, Amplitudinis tuæ Secretarius, Pater clementiſſime tuo nomine literas ad me dedit, quibus, quod mihi erat ſole (ut ajunt) clarius, non amicè minus, quàm eloquenter oſtendit, quanta ſit tua ergà me caritas, monuit, ut tibi ſignificarem, quàm me Florentia delectet, præterea ſi qua in re tua opera opeque uti velim, ſcriptorio calamo ne parcam; te enim ſemper paratum fore, ut mihi benefacias. Ut ago tibi & habeo immortales gratias, Pater humaniſſime, quòd ex qua die primum me Bononiæ vidiſti, ac tuam in clientelam accepiſti, te mihi Patronum ſemper, te Patrem, te beneficum præſtiteris: Et id quidem nullis meis de te meritis, ſed ſola tua manſuetudine, atque benignitate. Imitatus tu ſanè eum, cujus Crucem pro ſigno geris, Chriſtum Optimum Maximum, qui ut cunctis mortalibus benefaceret, ſibi ipſi non pepercit, &c.* Exponit inde lubricum rerum ſuarum ſtatum, atque ad extremum infert; *Quæ cùm ita ſint, clementiam tuam rogo etiam atque etiam, oroque, ut huic meo deſiderio conſulas; quidquid ipſe de me ſtatueris, indubitatè perſequar; operamque dabo, ut tua de me opinio te nunquam fallat, nam neque fidei unquam deero, neque induſtriæ, neque diligentiæ. Ex Florentia X. Kal. Octob. Anno natali Chriſtiano MCDXXXII.*

CA-

(*n*) Vide Nauclerum gen. 48. ann. 1430.
(*o*) Electus eſt ann. 1431. 5. Non. Mart. ita Onuphr.
(*p*) Vide Sur. Tom. 4 Concil. pag. 340. edit. prioris.
(*q*) Sigonius hanc epiſtolam ex archivis Albergatorum accepiſſe videtur.
(*r*) Nauclerus gen. 48. Poggius in orat. fun. Zonus c. 90.
(*ſ*) In Chron. p. 3. t. 22. cap. 12. §. 4.

CAPUT XIV.

Curat circumferri Imaginem B. V. Mariæ, ac deindi non abſque fructu iterum intereſt Concilio Baſileenſi.

INterim verò dum Nicolaus officio vigilantis ac pii Paſtoris in Eccleſia ſua capeſſenda fungitur, occaſionem adeptus eſt rei præclaræ, atque ad memoriam poſteritatis inſignis inſtituendæ. Proximo quippe anno, cum aſſiduæ ac vehementes pluviæ, (u) ac tetræ & immoderatæ tempeſtates maximam curam omnibus injeciſſent, ne, ut ſæpè contigerat, ſegetes jam matureſcentes extinguerent: cæteris fruſtra imploratis auxiliis, ipſe unà cum Antianis decrevit, ut Imago ex ore Deiparæ Virginis, manu S. Lucæ expreſſa (quæ ante complures annos Conſtantinopoli (x) allata, in æde S. Mariæ montis Guardiæ ſervabatur) intra mœnia deferretur, atque illa religiosè in pompâ perlatâ, ſupplicatio de more adhibitis ſacris, ac prophanis ordinibus ageretur. Eâ curâ devotis Hoſpitalis S. Mariæ mortis mandatâ, ipſi IV. Nonas Julias Imaginem deportarunt, atque in æde Virginum S. Matthiæ collocaverunt; quæ ipſam in monte Guardia conſervabant. Poſtero verò die, tertio & quarto, Epiſcopus inde ſumptam, in pompa ferri, atque ab omnibus ad tria templa ſolemnes Deo preces adhiberi præcepit. Quo facto, lux ſtatim optatæ ſerenitatis adſulſit. Quare Imago ex decreto publico religione civium aucta, ad montem relata, ac cuſtodiri diligentius ac ſanctius cœpta, in urbem quotannis in hunc uſque diem (y) defertur.

Eodem anno Eugenius Pontifex, comperto Baſileenſis Concilii Epiſcopos nihil aliud moliri, quàm ut poteſtatem Pontificiam aut prorſus everterent, aut certè vinculis arctiſſimis alligarent: tum alia remedia temerariis illorum cœptis admovit, tum Legatos novos veteribus addidit, qui lubrica ac periculoſa illorum conſilia interpellarent, atque acriùs pro Pontificia dignitate pugnarent. Inter cæteros autem, (quorum prudentiâ, fide, ac virtute rem Eccleſiæ aut lapſam reſtitui, aut labentem ſuſtineri poſſe putavit) Nicolaus ipſe (z) principatum obtinuit. Itaque XVIII. Kalen. Januarias, literas ad eum (a) dedit, quibus pleniſſimam ei poteſtatem omnia ſuo nomine, pro fide ac judicio ſuo conſtituendi conceſſit: quæ ipſe ad ſalutem ac dignitatem Eccleſiæ pertinere putaret. Profectus autem Nicolaus nullum officium, vel pietatis, vel prudentiæ prætermiſit, quo vel impoſita Eccleſiæ vulnera accuratè ſanaret, vel imponendia maturè obviam iret. Verùm exulceratos adverſus Sedem Apoſtolicam Patrum illorum animos nactus, infeſta eorum tela omnia propulſare non potuit. Cujus rei argumento illa ſunt, quæ illi egerunt; Etenim ſequenti anno, ſeſſione (b) XVII. ipſum quidem ut Legatum Pontificis admiſe-

A runt, verùm ita, ut neque ipſos invitos ad agendum urgere, neque rationem agendi eatenus obſervatam invertere poſſet.

Inde V. Idus Maji eidem quædam Pontificis nomine poſtulanti, majore, quàm decuit, libertate negarunt; ac poſtremò, ut ipſum hominem providentiorem, atque acriorem à Concilio removerent, atque Eugenii dolorem moltò magis accenderent, ipſum cum Petro Cardinale S. Petri ad Vincula, VIII. Kal. Aug. Legatum ad Eugenium, ac alios Principes Italiæ pacificandos, & bona Eccleſiæ occupata recuperanda deſtinaverit. Hujus legationis neque in actis, neque alibi (c) uſpiam mentio reperitur; verùm inter

B ipſius Cardinalis ſcripta, familiæ Albergatorum relicta, certa monumenta ſervantur, quæ hoc loco referre opportuniſſimum viſum eſt: *Sacroſancta generalis Synodus Baſileenſis, in Spiritu Sancto legitimè congregata, univerſalem Eccleſiam repræſentans, dilectis Eccleſiæ filiis Nicolao tituli S. Crucis in Hieruſalem, & Johanni (d) S. Petri ad Vincula, S. R. E. Presbyteris Cardinalibus, noſtris & Univerſalis Eccleſiæ Legatis ſalutem, & omnipotentis Dei benedictionem. Ad tria maximè ſancta opera, extirpationem videlicet hæreſum, reformationem morum, ac pacem inter cunctos Chriſticolas, auctore Domino, procurandam, hinc in Spiritu Sancto legitimè con-*

C *gregati, circa ea, per quæ ipſius veræ pacis, & perfectæ quietis deſideranda tranquillitas, in ſingulas orbis partes, Deo propitio, ſubſequi valeat, libenter extendimus vigilantiæ noſtræ curas. Proinde levantes in circuitu noſtros oculos, & conſiderantes, de quo ab intimis præcordiis anxiamur, quot diſcordiarum fomenta, guerrarum turbines, calamitates & ſtrepitus diverſas Italiæ partes hactenus, (pro dolor!) lacrymabiliter concuſſerint, adeò ut niſi celeriter occurratur, penè totam ipſam Italiam bellis, & diſcordiis innumeris in præſentiarum undique flagrare, & ebullire videamus; ut autem tantarum guerrarum debacchans furror ſupprimi, & jam præparatum extingui valeat*

D *incendium, hodiſque vigentes guerræ conticeſcant, ac ſingula in ipſâ Italiâ diſcordiarum fomenta, ne deterius inde contingat, Omnipotenti Deo cœlitus inſpirante, in bonum ſalutaris concordiæ, & firmioris unitatis feliciter commutentur, de veſtræ circumſpectionis induſtria (quam potentem opere pariter, & ſermone in magnis expertam, & arduis, eximiâ probitate, fidelitate, magnitudine conſilii, morum elegantiâ, ſcientiæ claritate, & aliis grandium virtutum titulis, earum largitor Dominus multifariam inſignivit,) ſumentes fiduciam ſpecialem, quod ea, quæ vobis duxerimus committenda, exactiſſimâ, ac pervigili operâ curabitis adimplere, vos, & quemlibet veſtrûm in*

E *ſolidum, tanquam pacis angelos, nomine univerſalis Eccleſiæ, & noſtro, ad partes Italiæ Deo propitio duximus deſtinandos, & deſtinamus veſtrâ diligentiâ, & ſolerti indefeſſique operâ, tam apud Sanctiſſimum Dominum Eugenium Papam Quartum, (e) quàm inter quoſcunque Italiæ Principes, Dominia, Commu-*

(u) Latius de his Sigonius lib. 4. de Ep. Bonon.

(x) De hac imagine ſcripſit hiſtoriam Aſcanius Perſius, quam etiam Sigonius in Hiſtoria Bononienſi fuſiùs pertractavit.

(y) Quod etiamnum fit magna populi religione.

(z) Vide Zenum c. 16.

(a) Extant aliæ literæ Eugenii in Concil. Baſil. apud Surium To. 4 pag. 317. & ſeq.

(b) Vide Surium To 4. Conc. pag. 52. anno 414.

(c) Meminit etiam hujus Zenus c. 17.

(d) Hic fuit Joannes Cervantes Hiſpanus, qui obiit anno 1450. juxta Onuphrium.

(e) Aliæ literæ a Concilio Baſil. ad eoſdem ſunt To. 4. Conciliorum apud Surium, pag. 163.

munitates, Provincias, Civitates, Terras, & loca, gentiumque armigerarum Capitaneos, ut diſcordiæ, differentiæ, diſſenſiones, atque guerræ de præſenti vigentes, & quæ quodammodo in futurum ſuboriri contigerit, de medio tollantur, & penitus extinguantur, indubitanter tenentes, quod inſpirante Regum Rege pacifico, Italiam ipſam ex quotidianis penè guerrarum ſtrepitibus ad metam ſalutaris concordiæ, & pretioſum pacis theſaurum reducetis. Rurſus, cùm nonnullæ Civitates, Terræ, Caſtra, & loca ad S. R. Eccleſiam ſpectantes, & ſpectantia, à quibuſdam fuerint, & detineantur occupata, quarum recuperatio ad pacem, quietem, & bonum ejuſdem Rom. Eccleſiæ pertinere dignoſcitur, cum omni ſolerti cura, ac diligentia, per quoſcunque modos poſſibiles, & magis accommodos elaborabitis hæc loca bujuſmodi ad obedientiam, & ſubjectionem ipſius S. R. Eccleſiæ, & dicti D. Eugenii Papæ, ac ſacri Collegii Cardinalium, redintegrare, & reducere, ipſaque regere, protegere, ac gubernare, &c. ad extremum; Nos enim ſententias, quas vos, aut alter veſtrûm ritè tuleritis, & pœnas, quas inflixeritis in rebelles, nec non cætera, quæcumque vos, vel alter veſtrûm in præmiſſis, & circa præmiſſa feceritis, ratas & rata habebimus, & faciemus, autore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiter obſervari. Datum Baſileæ, 8. Idus Aug. anno Nativitatis D. MCDXXXIV.

CAPUT XV.

Mittitur à Concilio Baſileenſi ad Eugenium R. P. & ab ipſo Pontifice in Franciam tertiò ablegatur.

HOc verò negotium Nicolaus invitus quidem ſuſcepit, ſed refragari præcipiti tot Patrum, Eccleſiam univerſalem (uti aſſerebant) repræſentantium ſtudio, vel potiùs cupiditati, non niſi majore cum rerum detrimento ſe poſſe putavit. Itaque ad Eugenium (qui Florentiam à Columnenſibus Româ pulſus, IX. Kal. Jul. venerat) illicò adiit, & cum eo accuratiùs de re univerſa deliberavit. Dum autem ibi eſſet, iterum Patres literas ad eum ſcripſerunt, *Sacri Concilii, & univerſalis Eccleſiæ Legatum* appellantes: quibus Procuratorem ei Proſperi Columnæ Cardinalis, (*f*) capitalis Eugenii inimici & hoſtis, commendaverunt, ut ipſius ope Eccleſiaſtica quædam ab Eugenio Beneficia obtineret. Quod factum Eugenius omnium indigniſſimè tulit. Itaque ut parem eiſdem, à quibus provocabatur, moleſtiam doloremque referret, Nicolaum Baſileam redire, ac Legatum actionibus eorum omnibus non ſolùm intereſſe, ſed etiam accuratè præeſſe, &, quoad poſſet, ſeſe (ſi à dicto deflecterent) objicere juſſit.

Inde poſtero anno III. Kal. Martii literas ad eum dedit, quæ quidem in actis iotextæ (*g*) non leguntur, quibus nominatim poteſtatem ſubortæ de (*h*) Annatis, (ut vocabant) controverſiæ, ſeu potius diſcordiæ ſedandæ indulſit. Quod præceptum cùm ille ſumma fide induſtriaque ſingulari curaſſet, Deus novi illi pro Chriſtiana Republica ſuſcipiendi laboris patefecit occaſionem: Placuit enim Eugenio, eundem iterum (*i*) in Galliam proficiſci, ad pacem (quæ coaleſcere nondum potuerat) inter illos Principes ſanciendam. Iniquo ſcilicet animo vir optimus audiebat, regionem illam Catholicæ pietati ab antiquo tempore dedițiſſimam, teterrimo ipſorum Principum odio devaſtari, ac maleſanis hominum conſiliis ultima pernicie deformari. Itaque omnia ſibi tentanda putans, ſi qua ratione poſſet tanto malo mederi, neminem ad id aptiorem eſſe conſtituit, quàm eum, qui bis eam rem, cauſſamque ſummâ induſtriâ tractaviſſet. Itaque ſic ad eum ornandæ illius, ut ſit, poteſtatis gratiâ ſcripſit: *Dilecto filio Nicolao tituli S. Crucis in Hieruſalem Presbytero Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm te ad pacificandum Regnum Franciæ, commiſſo tibi plenæ Legationis officio, ut pacis Angelum deſtinemus: nos volentes illa tibi concedere, per quæ perſonis partium illarum te valeas reddere gratioſum, circumſpectioni tuæ diſpenſandi, cum viginti quinque perſonis Eccleſiaſticis, (infra limites dicti Regni, & partium adjacentium conſiſtentibus, & defectum ætatis patientibus) de quibus circumſpectioni tuæ videbitur, ut earum quælibet, poſtquam viceſimum ſecundum ſuæ ætatis annum peregerit, poſſit ad Sacerdotium promoveri.* Inde VI. Nonas Maji Renatum Ducem (*k*) Andegavenſem hortatus eſt, ut Nicolao ad pacem conficiendam adeſſet: *Ex ſingulari affectione*, inquit, *quam habemus ad bonum ſtatum & quietem Regni Franciæ, mittimus denuo pro illius pace procuranda & componenda dilectum filium noſtrum Nicolaum, tituli S. Crucis in Hieruſalem Presbyterum Cardinalem, Apoſtolicæ Sedis Legatum, virum utique, ut noſti, omni virtutum genere excellentem, qui eam materiam hactenus laudabiliter tractavit. Quoniam autem ſcimus zelum, quem tu quoque habes ad dictam pacem, hortamur in Domino tuam excellentiam, ut ad hoc bonum pacis adhibeas conſilium & operam tuam, aſſiſtendo eidem Legato, conſilio, auxilio, & favore, in quibuſcunque rebus poteris, ut hæc ſancta concluſio fieri poſſit.*

Interim Nicolaus eruditis aliquot viris in comitatum aſſumptis (inter quos præcipuè Æneas Sylvius, (*l*) Picolomineus nominatur) in Franciam venit, ac rem inſigni animi magnitudine aggreſſus, literas ad ipſos Principes miſit: placere ſibi ſignificans, ut quatuor inter ſe menſium inducias facerent, quò liberiùs ac tutiùs ultro citroque à partibus commeari, ac diſceptari de conditionibus ineundæ concordiæ poſſet; & ut iidem Oratores cum plenis mandatis ad certam, quam ſignificavit diem, Nivernum mitterent; nam ſe eò ad partes audiendas, & controverſias dirimendas, illa die eſſe venturum. Quibus literis Carolus Rex ex Amboſia

(*f*) Vide Onufrium, & Platinam, quorum hic in Eugenio IV. cauſas inimicitiæ refert.
(*g*) In uno MS. aberat (non.)
(*h*) Tractat de hiſce Concil. Baſil. ſeſſ. 21.

(*i*) Conſule Æmilium in Carolo VII. R. Francor.
(*k*) Hunc Gaguinus lib. 10. videtur vocare Ducem Barrenſem.
(*l*) Hic poſtea in Pont. Rom. vocatus eſt Pius II.

boſia (*m*) IV. Idus Junias, Gallico (prout ſcriptum apud Albergatos reperitur) ſermone, in hunc maximè modum reſcripſit: *Literas veſtras accepimus, quaſq; præceptis de induciis quatuor menſium faciendis, cognovimus, ſimulque diem, quo convenire Oratores ab utraque parte debeant, intelleximus; Quæ omnia ſummopere approbamus. Itaque literas etiam fidei publicæ teſtes, pro ſecuritate partis adverſariæ mittimus, & Urbem Nivernenſem ad conveniendum aptiſſimam judicamus.* Quibus rebus ita conſtitutis, inde conventus Niverni eſt actus; in quo, cùm variis diſceptationibus habitis, ſpes haud levis oblata eſſet, fore, ut res facilè conveniret, viſum eſt omnibus expedire, ut alter conventus Kalendis Juliis ad Atrebatum haberetur, ac rei ſtabiliendæ causſâ Legatos quoque eò ſuos Concilium Baſileenſe mittere rogaretur. Ejus verò rei curâ Carolus Rex ſibi aſſumptâ, ad Synodum ita ſcripſit: *Proximis* (*n*) *his diebus noviſſimè celebrata eſt in materia componendæ pacis cum Duce Burgundiæ apud Civitatem Nivernenſem conventio, & ad eandem noſtra ex parte cum decenti ac ſufficienti poteſtate Ducem Borbonii, & Comitem Richemundum Conſtabularium noſtrum, & fideles Conſiliarios noſtras Archiepiſcopum Rhemenſem, Cancellarium noſtrum, & Chriſtophorum de Harcuria conſanguineum noſtrum transmiſimus. Et cùm res ipſa poſt longam diſceptationem, optimam ad ea, quæ pacis ſunt, diſpoſitionem habuiſſet, cupientes omnes etiam partes, eodem & unanimè conſenſu & favore pacis, & unitatis præſtantius agere, in alterius diei & conventionis apud Civitatem noſtram Atrebatenſem, ad primam diem menſis Julii proximè inſtantis concordarunt: conſentientes etiam, ut res tanta efficaciam habeat ampliorem & certiorem, ut pro parte Sanctiſſimi Patris noſtri, Cardinalis S. Crucis, & Arelatenſis, à Sacro Concilio Baſileenſi Cardinalis de Cypro, & S. Petri ad Vincula, ad ipſam aſſignationem, & locum tranſmittantur. Quamobrem amicitiam veſtram oramus, ut ad diem illam præfatos Cardinales de Cypro, & S. Petri tranſmittere veſtri ex parte velitis.*

Kal. inde Juliis ipſi pacis arbitri Atrebatum (*o*) convenêre, Nicolaus Cardinalis S. Crucis, & Cardinalis Cyprius, ſex ſtipati Epiſcopis; pro Carolo Dux Borbonii, Comes Richemundus Conneſtabilis, Archiepiſcopus Rhemenſis, & Chriſtophorus de Haricuria; pro Anglo Cardinalis Viceſtrenſis, & Archidiaconus Eboracenſis; pro Burgundione autem Cameracenſium & Atrebatenſium Antiſtites. Ibi cùm omnes ordine conſediſſent, Nicolaus loqui exorſus, primùm commoda pacis, & belli detrimenta, & maximè quæ ex præſenti diſcordia miſeræ Galliæ eſſent illata, cædes, incendia, vexationes, direptiones, vaſtitates, & reliqua ejuſmodi calamitatum genera, longâ atque apparatâ oratione commemoravit: deinde quanto Eugenius Pontifex hujus compoſitionis arderet deſiderio, ad quietem & tranquillitatem non ipſius ſolùm Galliæ, ſed totius etiam Chriſtianæ Reip. docuit. Atque omnes ita ad firmam veramque concordiam contrahendam, remotis, quæ adhuc moram intulerant, controverſiis, eſt cohortatus. Ubi vero peroravit, Legati Anglici dicere ſententiam juſſi, ſeſe ad rem finiendam paratos eſſe aſſeruerunt, ac propterea Carolo, quidquid Rex ſuus in Francia ultra & citra Ligurim poſſideret, offerre, cum eo, ut pro commodo utriuſque partis, aliquorum inter ſe oppidorum commutatio fieret. Quam conditionem Franci libentibus animis accepêre, ac contra Henrico, quidquid teneret Carolus in Ducatu Aquitaniæ, & totum Ducatum Normandiæ ſpopondere. Verùm hanc conditionem Angli ſuperbè repudiarunt, atque illicò è conventu egreſſi, alia ſe die redituros dixerunt. Inde profectis illis, Nicolaus interritus mentionem veteris inter Francum, & Burgundum ſarciendæ gratiæ ſtudio intulit, atque utrumque multis verbis ad ſuperiores terminandas controverſias obſecravit. Tum Nicolaus Raulinus Burgundio, Principis ſui nomine diu meditatam orationem inſtituit, qua ea, quæ à Carolo Rege Dux Burgundus poſceret, enarravit. Quæ omnia quanquam gravia admodum videbantur, tamen Oratores Franci, nomine Regis ſui comprobaverunt. Illa verò imprimis erant, ut Carolus confiteretur cædem Joannis Ducis iniquè patratam fuiſſe, ſponderetque, ſe eam pro virili parte ulturum, ac ſacra pro (*p*) ſalute ejus, atque eorum, qui cum eo, aut pro eo occiſi fuiſſent, quotannis fieri curaturum: & in loco, ubi ſepultus eſſet, ædem, ac Monaſterium conditurum; ubi verò cecidiſſet, Crucem lapideam excitaturum, quæ memoriam facinoris propagaret, eo ſumptu, qui Nicolao Cardinali viſus fuiſſet. Multa etiam addita alia, quæ actis (*q*) Concilii Baſileenſis mandata, hoc loco interponere viſum eſt alienum. Quibus acceptis Oratores partium ambarum in conſpectu Legatorum jurarunt, ſe daturos operam, ut ea ſanctiſſimè cuſtodirent. Atque ita pax per caduceatores, magnâ omnium populorum gratulatione vulgata eſt. Quibus rebus magna utriuſque partis voluptate peractis, Nicolaus egregiè ab omnibus collaudatus, in Italiam ſe recepit, ac cranium (*r*) S. Annæ matris B. Virginis ab Henrico rege dono acceptum, prid. Kal. Dec. Bononiam attulit, atque ingenti ab univerſis honore acceptus, Monachis ſuis Carthuſienſibus dono dedit: qui ei oratorium S. Annæ in viâ S. Iſaiæ condiderunt: ubi nunc etiam aſſervatur. Inde Non. Dec. ad Pontificem Florentiam (*ſ*) abiit, atque omnia à ſe acta renunciavit. Ex quibus Eugenius magnum fructum lætitiæ toto cum Cardinalium collegio cœpit.

CAP.

(*m*) Eſt oppidum Franciæ.
(*n*) Literæ iſtæ pleniores ſunt in Conc. Baſil. apud Surium To. 4. pag. 340. col. 1.
(*o*) Prolixius hæc Gaguinus lib. 10. & Polydius anno 1435.
(*p*) Paulus Æmylius in Carolo VII. fol. 462. anno 435.
(*q*) Apud Surium To. 4. Concilior. pag. 227. &c.
(*r*) Etiam Marcodurenſes habent partem de capite S. Annæ.
(*ſ*) Zenus cap. 17. aſſerit, Eugenium tunc temporis Bononiæ reſediſſe.

CAP. XVI.

Quanta fuerit authoritatis in Concilio Ferrarienſi, & Florentino, imò & Baſileenſi.

PRoximo inde (t) anno Eugenius liberum tandem Bononienſis Urbis imperium nactus, Florentiâ Bononiam vênit, inter ceteros Cardinales ipſum etiam Nicolaum habens in comitatu. Ibi cùm Baſileenſe Concilium, (ad quod jampridem contumeliæ, non honoris cauſa adeſſe a Patribus juſſus fuerat) abrogare, atque una honoris aliquid amicæ Civitati tribuere cuperet: Concilium alterum Bononiam in proximum (u) annum indixit; qui annus ubi vênit, tum mutato juſtis de cauſis conſilio, XIV. Kal. Oct. novo edicto propoſito, illud Ferrariam transtulit, cui edicto Nicolaus (x) quoque ſubſcripſit.

Eo verò qui inſecutus eſt anno, (y) nuncio de Sigiſmundi Imperatoris morte accepto, juſta ei de more in Baſilica S. Petronii ſolvit, ac mox VI. Kal. Febr. Ferrariam adiit, ac IV. Non Joannem Palæologum Imperatorem Conſtantinopolitanum advenientem excepit: quem poſt quatuor dies Joſeph Patriarcha Conſtantinopolitanus eſt conſecutus.

Eo tempore; gliſcente in dies magis manifeſto Eugenium inter ac Baſileenſe Concilium, diſſidio, cùm Concilium ſibi principatum atque authoritatem in Eccleſia ſupra Pontificem vendicaret, atque omnia ad trahendos in ſuam ſententiam populos permiſceret: Eugenius in ſuſpicionem adductus, ne Germania ad partes contrarias inclinaret, aut certè ne aliquo modo ab authoritate ſua hac arrepta occaſione deſciſceret: non alienum eſſe duxit, gravi miſſa Legatione Principes illos in fide atque officio continere; Munus autem hujus Legationis ipſi quoque Nicolao (z) mandavit, qui ad placandum univerſum terrarum Orbem Divino deſtinatus conſilio videbatur; ac mox poteſtatem omnes ad ſe Eccleſiaſticos Principes evocandi, atque homines omnibus contractis peccatorum labibus expiandi conceſſit. Hujus Legationis nulla in actis Conciliorum eſt mentio; at literæ Pontificis apud Albergatos conſervatæ teſtimonium locupletiſſimum perhibent, omnes III. Idus Septembris Ferrariæ datæ: quarum unæ hujuſmodi ſunt: *Dilecto filio Nicolao tituli S. Crucis in Hieruſalem Apoſtolicæ Sedis Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm te ad partes Germaniæ, pro nonnullis bonum Eccleſiæ, pacem, & quietem populi Chriſtiani concernentibus negotiis peragendis, commiſſo tibi plenæ Legationis officio, ut pacis Angelum deſtinemus, & utilitatem Eccleſiæ, & proſperitatem negotiorum magnam veriſimiliter poſſis afferre, ſi partium illarum Prælati & Religioſi de tuo mandato inſimul congregentur, circumſpectioni tuæ Prælatos, ac Religioſos ordinum quoſcunque, exemptos, & non exemptos, in partibus prædictis conſiſtentes, quoties tibi expedire videbitur, ad locum congruum & aptum, ac tempus certum inſimul auctoritate noſtra convocandi, & congregandi, eiſque ex parte noſtra injungendi, quæ ad exactionem negotiorum hujuſmodi, noſtrumque, & Romanæ Curiæ ſtatum neceſſaria & utilia fore perſpexeris: alia quoque ordinandi & diſponendi, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint & opportuna, plenam tenore præſentium concedimus facultatem. Datum Ferrariæ anno Incarnationis MCDXXXVIII. III. Idus Septembris.* Alteris verò permiſit, ut is per ſe, vel alium idoneum Presbyterum Pœnitentiarium ſuum confeſſiones quarumcunque perſonarum audire, & auditis pro commiſſis debitam abſolutionem afferre, & in caſibus majori Pœnitentiario reſervatis valeret. Inde alias ad Othonem, & Stephanum, comites Palatinos (a) Rheni, Guidinum Ducem (b) Brunſvicenſem, & Epiſcopum (c) Wormatienſem, omnes eodem exemplo ſcripſit his verbis: *Pro nonnullis negotiis honorem Dei, pacem Eccleſiæ, & bonum Reipubl. Chriſtianæ concernentibus, dilectum filium noſtrum Nicolaum, tituli S. Crucis in Hieruſalem Presbyterum Cardinalem, Apoſt. Sedis Legatum, ac venerabiles fratres Johannem Tarentinum Archiepiſcopum, Petrum Dignenſem, ac Antonium Urbinatem Epiſcopos, nec non dilectos filios Franciſcum de Capitibus-Liſtæ J. U. Doctorem, & militem Joann. de Turrecremata ſacri Palatii Magiſtrum, & Nicolaum de Cuſa Decretorum Doctorem, Oratores noſtros ad partes Germaniæ mittimus: quibus circa præmiſſa aliqua tibi noſtrâ parte referenda commiſimus. Quare præfatis Legato, & Oratoribus, in præmiſſis nobilitati tuæ referendis, fidem plenam impertiri velis, illiſque in omnibus opportunis (cùm ab eis requiſiti fueritis) aſſiſtere, ſicut de devotione tua in Domino confidimus, atque ſperamus.* His mandatis literiſque Nicolaus acceptis, non tamen in Germaniam (ut puto) proceſſit: Siquidem primæ actioni, quæ poſt 8 Id. Oct. in Concilio Ferrariæ habita eſt, interfuit, inter ſex Latinos Doctores relatus, qui cum totidem Græcis de Spiritus Sancti proceſſione differerent, cùm Græci ipſum à Patre duntaxat, Latini à Patre, Filioque procedere affirmarent. Græci fuêre Marcus Epheſinus, Iſidorus Ruthenus, Beſſarion Nicœnus, Theodorus Xanthopulus, Silveſter Balſamon, Gregorius Gemiſtus: Latini verò ipſe Nicolaus Cardinalis tituli S. Crucis, Julianus Cæſarius Cardinalis tituli S. Sabinæ, Andreas Archiepiſcopus Coloſſenſis, & Forolivienſis Antiſtes, ac duo Monachi in Theologia præclari. Ex quo ſuboritur ſuſpicio, ipſum aut Ferrariâ non exiiſſe, aut certè ſtatim ab Eugenio ex itinere revocatum ſe recepiſſe; neque enim, ſi in Germaniam perveniſſet, ac literas illas ſupraſcriptas Principibus reddidiſſet, eorum autographa ſuis propinquis, uti feciſſe eum diximus, relin-

que-

(t) An. Dom. 1436.
(u) An. Dom. 1437.
(x) Tom. 4. Concil. Surii pag. 325. col. 2.
(y) An. 1438. Nam præcedenti ann. 9. Dec. obiit Sigiſmundus Imp. Ita Onuphrius & Gordonus.

(z) Zenus cap. 18. & Poggius in orat. fun. teſtantur de hac legatione.
(a) Conſule Marq. Freherum.
(b) De Ducibus Brunſvvicenſibus agit Chronicon Chronicorum, par. 3. p. 884.
(c) Hic fuit Epiſcopus LX. Fridericus à Domnegk, qui obiit anno 1445. Ita conſtat ex Bruſchio.

quere potuiſſet. Garimbertus (*d*) tamen, illum ad Albertum Cæſarem adiiſſe, atque ab eo reverriſſe, ſcribit: cujus rei cùm ego nullam io Germanicis annalibus ſignificationem inveniam, neque præterea certi quidquam aliunde hauſtum habeam, rem nec opinione mea affirmare, nec pro vana prætermittere volui.

Eo anno populus Bononienſis à Præfectis Eugenii malè habitus, rurſus ſeſe Eccleſiaſticæ ditioni ſubtraxit. Quippe auctoribus Bentivolis, Gubernatorem ab eo impoſitum Urbe expulit, & Nicolaum (*e*) Picininum, Ducis Mediolani Præfectum, ſtativa non longè habentem, primùm auxilii cauſâ acceſſivit: Deinde adverſus vicinos populos occultè contra ſe cum Eugenio conjurantes, & Libertatis cuſtodem, & Urbis adminiſtratorem inſtituit. Qui cùm Centum & Plebem Oppida, ad ſe ab auctoritate Nicolai Epiſcopi avertere contendiſſet, propoſito excidit, oppidis illis Epiſcopo potiùs, quàm populo obtemperare optantibus. Ea res vehementer Eugenium (*f*) perturbavit; Itaque cùm pridem Ferrariæ laborari peſtilentia cœptum eſſet, atque in dies truculentiùs lues illa deſæviret, ſequenti ineunte (*g*) anno Florentiam tranſverſis itineribus, ne Bononienſem agrum attingeret, feſtinavit, atque eò Concilium advocavit; quem Imperator, Patriarcha, cæterique ſtudiosè ſecuti ſunt. Ibi actio prima IV. Kal. Martias, ultima pridie, (apud Surium eſt, prid. Non. Jul.) Kal. Julii habita eſt: io qua quæſtio de Spiritu Sancto, & de Romanæ Eccleſiæ principatu cum Græcis ex noſtrorum ſententia eſt tranſacta. Ei actioni quoque Nicolaus interfuit, ac Concilio eodem die perfecto ipſe cæteris cum collegis ſuis (*h*) ſubſcripſit: quem admodum ipſius Concilii Acta demonſtrant.

CAPUT XVII.

Deputatur Summus Quæſtor Pontificis *Romani, laborat calculo, moritur, ac ſepelitur.*

DUm autem ibi eſſet, haudquaquam Eccleſiæ ſuæ immemor, quæ ipſi aſſiduè in medullis hærebat, eam duobus Sacerdotibus, quos nominant *Manſionarios*, commendavit, atque ipſe ſummo quæſturæ Pontificiæ honore, mortuo Jordano (*i*) Urſino Camerario ab Eugenio auctus eſt. Quæ res cauſam attulit, ut nunquam poſtea ab aula diſcedere Pontificia quiverit; Inde prid. Kal. Septembris Imperatorem à Concilio revertentem Bononiæ regio apparato excepit: quem diem feſtum magnâ lætitiâ obviam civitas progreſſa concelebravit.

Eodem etiam anno Patres Baſileenſes, poſtquam Eugenium ſæpiùs à ſe citatum non adeſſe viderunt, eò vecordiæ proceſſerunt, ut Pontificatum illi abrogarint, & pro eo Amadæum, Ducem Sabaudiæ, Felicem V. appellatum (*k*) ſubdiderint. Quo facto vehementer non ſolùm Eugenii animum multis perturbationibus ægrum perculerunt, ſed univerſam etiam Remp. Chriſtianam vix ipſis jam hærentem oſſibus graviſſimè vulnerarunt.

Eugenius autem cùm per ſequentes tres annos Florentiæ permanſiſſet, demum anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo tertio, Nonis Martii Senas conceſſit; atque ibi ſpatio aliquot menſium ſubſtitit. Interim Nicolaus, qui ab illius nunquam latere diſcedebat, graviter tentari (*l*) calculo cœpit: quem ex ſuperiore victûs ratione, & præteritorum laborum ſuſceptione contraxerat; quocum per aliquot dies patientia magis & virtute, quàm remiſſione doloris aut ſpe aliqua vitæ luctatus eſt; quam libenter ſe cum meliore atque optabiliore cummutaturum eſſe dicebat; cum autem ſic affectus decumberet, Eugenius, qui illum unicè diligebat, nocte ſæpe ſolus inviſit, ac bono fidentique animo eſſe juſſit. Verùm conſolatione vir fortiſſimus, & Divinæ miſericordiæ memor non eguit; cùm ipſe ſe & alios confirmare, vel opportuna ſacrarum literarum lectione, vel præclara vitæ inſtitutione jam inde ab ineunte pueritia didiciſſet. Inde morbi gravitate (nam & intimus ardentiſſimæ febris æſtus acceſſerat) ac doloris pertinacia victus, VII. Idus Majas, anno ætatis ſuæ (*m*) ſexageſimo octavo eſt mortuus, ritè omnibus Sacramentis Eccleſiæ, quæ ideoeidem ipſe petiit, expiatus.

Quod ut Eugenius ſenſit, amici deſiderio vehementer afflictus, illicò veſſicam aperiri, & calculum extrahi juſſit, atque apud ſe pro concepta Sanctitatis ejus opinione (*n*) retinuit. Inde io Baſilicam Urbis elatum, ſolemnes ſuper eum precationes effudit, atque ibi honeſtæ ſepolturæ mandavit. Hujus mortis nuncio Bononiam perlato, ingens extemplò omnes Cives mœror invaſit. (*o*) Itaque tabernæ clauſæ, Juſtitium indictum, atque omnia intimæ ac variæ triſtitiæ ſigna edita, quæ ad decorandum ſummi alicujus Principis obitum edi potuerunt; Juſta etiam per triduum io Baſilica magnificè perſoluta, quæ Antiani & Magiſtratus præſentiam ſuam afferentes, opifices verò ab operibus ſuis ad tertiam uſque horam ceſſantes, honeſtaverunt. Inde cadaver Florentiam ad Monaſterium Carthuſienſe tranſlatum, atque in eo hoc qualecunque elogium eſt inciſum: *Sepulcrum omni laude digniſſimi, & Reverendiſſimi Patris Nicolai tituli S. Crucis in Hieruſalem Presbyteri Cardinalis. Hic natus Bononiæ, primùm ex Priore Carthuſienſi, petente populo Bononienſi, Epiſcopus: tum à Martino Pontifice Cardinalis deſignatus: poſt plurimas ſuſceptas Legationes, Senis diem ſuum obiit, ætatis ſuæ anno ſexageſimo octavo, vir piiſſimus, mitiſſimuſque, vita integritate*

(*d*) Hoc etiam affirmant Poggius in orat. fun. & Zenus c. 18.
(*e*) Hujus crebrius meminerunt Blondus, Sylvius, Philelphus, & Volater. &c.
(*f*) S. Antonin. in Chron. tit. 22. c. 1. §. 16.
(*g*) An. 1439. juxta Onuphrium.
(*h*) Vide Surium Tom. 4. Concil. pag. 467.
(*i*) Hic obiit anno 1449. 4. Kal. Jun. ut ex Onuphrio conſtat.
(*k*) De hoc ſchiſmate Platina, Onuphrius, Nauclerus, Crantzius, &c.
(*l*) Poggius in orat. fun. Zenus c. 20. & S. Antoninus, &c.
(*m*) Idem affirmat Poggius in orat. fun.
(*n*) Hodie aſſervatur Florentiæ in Carthuſia magna cum veneratione.
(*o*) Confirmat hoc Vizanius ſeu Villanus.

tate ſingularique virtute omnium teſtimonio comprobatus. In gradibus autem hi verſus additi ſunt:

Carthuſiæ (p) me terra tegit, quæ ſumpſit alumnū,
Ac dedit eſſe patrem; natum Bononia tandem
Me ſibi Paſtorem tenuit de jure vocatum;
Cardinis Eccleſiæ compulſus pondera ſumpſi,
Et Crucis in titulo mihi fulſit rubra thiara.
Mille quater centum denos quater egerat annos,
Tres etiam (q) cyclus Solaris, dum Nicolaus
Mente petens cœlum ſub ſaxo corpore claudor.

Hodie quoque ad perennem ſanctitatis ejus memoriam Monachi illi calculum ejus è veſica exemptum, & Pontificiale ſuperpelliceum, & ſandalia in Sacrario magna veneratione cuſtodiunt; Bononienſes verò Crucem argenteam, quam Legatus præferebat, & alteram quam Sacris operans in pectore geſtabat, item acerram & thuribulum ejus Eccleſiæ ſuæ relicta oſtendunt.

CAPUT XVIII.

B. Viri Laudes, Sanctimoniaque.

MEmorabile autem illud, quod paucis poſt mortem diebus idem Thomæ Sergianenſi, familiari ſuo, obitum ſuum impatienter ferenti, ac fletu lachrymiſque proſequenti in ſomnis ſe obtulit, ac dolorem omittere, & ſine curâ ipſum degere juſſit: nam præclarè ſecum Chriſti beneficio agi, illum verò mox Pontificatum Maximum adepturum. Quod memoriæ prodidit Franciſcus Philelphus in oratione ad Xyſtum (r) Pontificem, his verbis: *Nicolaus V. cùm Nicolai Albergati, ſapientiſſimi imprimis, & Sancti Viri, Cardinalis Bononienſis, obitum moleſtius ferret, hunc tandem per ſomnum ad ſe venire exiſtimavit, & ita anxium appellare: Thoma fili, quid diutius gemis? quid adeò te affligis? pone lachrymas, & te collige; nobis enim bene eſt benignitate Jeſu. Itaque ſurge, atque accingere; ad breve enim tempus grave tibi ſubeundum eſt munus Petri gubernandæ naviculæ. Quam quidem ſomni viſionem haud ille diſſimulanter præ ſe tulit. Nam cum aliis nonnullis familiaribus, tum etiam mihi, cùm hàc iter faceret, Germaniam petens, ab Eugenio Legatus, cùm inter loquendum in ſermonem incidiſſemus de manſuetudine & gravitate Nicolai, id omne ſomnium coràm veluti jocabundus retulit, ſubdidit enim: Cùm hoc evenerit, Philelphe mi, fructum recipies veteris noſtræ conſuetudinis.* Qui verò viventi benevolentiam, idem poſt etiam mortuo humaniter ac pie memoriam præſtitit. Siquidem Pontifex creatus, ſe ab illo Nicolaum V. vocavit, atque icone manu eximii pictoris effictâ, in eâ S. Nicolaum Epiſcopum, in ipſius patris ac patroni ſui memoriam, exprimendum curavit, quæ nunc quoque in ara majori Carthuſiæ Bononienſis, cum literis id ſignificantibus viſitur.

Cæterùm Nicolaus, vir haud dubiò fuit, & ſua & Patrum memoriâ magnus, vel potius ſummus, ac ſingularis: eò verò major atque admirabilior, quòd in ſolitudine fermè atque in angulis, longe à civilis turbę & forenſis multitudinis converſatione, atque ab ipſa rerum gerendarum arte educatus, nullius tamen earum rerum expers (ſ) ac rudis fuit, quas ii tenere ſolent, qui omnem ætatem in communi conſuetudine, nec non in erudito gymnaſiorum, aularumque curriculo contriverunt, ſeſeque variis curarum negotiorumque publicorum meditationibus ac tractationibus aſſiduè exercuerunt. Ex quo facilè conjicere poſſumus, excellentem quandam ingenii ac judicii in eo fuiſſe indolem: qui omnia, quæ ſuſceperat, prudenter ac commodè perageba t. Etenim qui à natura ad otium & contemplationem factus tantummodo videbatur, ea prudentiæ documenta, atque eruditi cujuſdam conſilii dedit, quæ vix multi in aulis Principum conflictati conſequi potuerunt. Quicumque verò is fuit, ſanctitatis certè eam ſibi opinionem perpetua ac conſtanti ipſius vitæ innocentia peperit, ut à Monachis ſuis in hunc uſque diem Beatus Nicolaus, cognomine à majoribus accepto, vocetur. Quare Franciſcus Philelphus poſtea ſcribens (t) ad Nicolaum V. Pontificem, eum *Divum* convenienter huic opinioni vocavit: *Reliqua*, inquit, *ſi ſanctiſſimus ille ſpiritus Divi Nicolai Cardinalis Bononienſis, tibi quondam Patris, dum erat in vivis; nunc verò ſanctimoniæ tuæ filii (cui noſti me cariſſimum extitiſſe) altioribus, melioribuſque intentus obſequiis ingerere memoriæ tuæ diſtulerit: ea, quæ mea interfuerint, omnia tibi Pater Ampliſſimus Mediolanenſis Cardinalis Henricus verbis meis coram exponet.* Et Sanctus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus, æqualis ejus, eundem *virum Religioſiſſimum* appellare non dubitavit, qui vitam hujus verbis his (u) breviter eſt complexus:

Creavit Martinus Pontifex plures Cardinales, & inter cæteros Virum (x) Religioſiſſimum Dominum Nicolaum, Ordinis Carthuſienſium. Hic Nicolaus Bononiæ, cùm eſſet Prior dicti Ordinis, unâ voce Cleri ac Populi vocatus fuit in Epiſcopum Bononienſem, cùm vacaret Eccleſia. Quem plurimum renitentem confirmavit & inſtituit Martinus, Conſtantiæ Pontifex creatus. Epiſcopus autem factus nihil dimiſit de obſervantia & auſteritate Ordinis ſui, & in humilitate eximia Domino ſerviens, redditus ſuos pauperibus erogabat, & reparationi Eccleſiæ, & cultui divino amplificando; multa bona opera operatus eſt Dominus per eum in Diœceſi ſuâ Bononienſi. Quorum Cives ingrati & immemores, quia Civitatem rebellem Eccleſiæ, de mandato Martini Papæ interdicto ſuppoſuit, mortem ei intentarunt. Sed occultè mutato habitu fugiens, impetum furoris eorum evaſit. Qui poſtmodum Cardinalis Presbyter à Pontifice creatus, ſicut in Epiſcopatu fuerat Antiſtitum exemplar inſigne, ita in Cardinalatu extitit Cardinalium ſpeculum. Deſtinatuſque Legatus ad hoc inter Florenti- nos

(p) Idem Epitaphium habet Nomenclator S. R. E. Cardinalium.
(q) Hoc eſt anno Dom. 1443.
(r) Hic error irrepſit, aut Sigonius memoria lapſus eſt. Scribit etenim ea Philelphus ad Antonium Marcellum Venetum.

(ſ) Idem legitur de S. Hugone Epiſcopo Lincolnienſi, apud Surium 17. Nov.
(t) Epiſt. lib. 6. ep. 22. anno 1447.
(u) In Chr. par. 3. tit. 22. cap. 7. § 3.
(x) Idem S. Antoninus tit. eodem, cap. 8. §. 9. vocat ipſum virum ſanctiſſimum.

A *nos & Venetos colligatos ex unâ, & Ducem Mediolanenſem ex parte alterâ, jam feſſos expenſis & laboribus diuturni belli compoſuit pacem; Legatuſque poſtea miſſus in Galliam Tranſalpinam, ſatis laboravit ad concordiam ponendam inter Regem Franciæ, ac Ducem Burgundiæ. Demum reverſus, cùm Eugenius ſucceſſor Martini ſuâ cum curiâ Senis reſideret, infirmatus ex calculo, nullo remedio fieri potuit, ut illum ejiceret. Nec mirum; nam corpore poſt mortem exenterato, repertus eſt lapis in collo veſicæ incarnatus, groſſus* (y) *ad modum ovi parvi gallinæ, cujus exequiis honorabiliter funeri exhibitis, præſente Pontifice, delatus eſt corpus ad Monaſterium Carthuſienſe S. Laurentii prope Florentiam,* B *ibique in Eccleſia ſepultum, prout ipſe mandaverat.* Hactenus Sanctus Antoninus. (*)

LUDOVICUS SCARAMPUS Patavinus, & D. NICOLAUS PRIOR.

Nicolao vita functo, Eugenius Eccleſiam Ludovico Scarampo Presbytero Cardinali (26) conceſſit. Populus autem ſuorum amicus D. Nicolao (27) Priori Canonicorum S. Joannis in Laterano. Quippe menſe Novembri Antiani, Collegia, Decemviri, & centum viginti Conſiliarii, & alii Rectores diligenti inquiſitione adhibita,* C *ſexdecim Viros ſibi præcipue vita, atque eruditione probatos ſuffragiis commiſerunt, atque ex iis octo, & ex octo tres ſuccreverunt, eoſque Conſilio Sexcentorum excutiendos tradiderunt, ſuffragiis per quatuor Fratres obſervantiæ S. Francisci collectis. Primus fuit Fr. Jacobus Primadicius ordinis obſervantiæ S. Franciſci, ſecundus magiſter Gaſpar à S. Joanne ordinis Prædicatorum, tertius D. Nicolaus magiſtri Simonis tinctoris filius, Romæ Canonicorum Lateranenſium Prior, in quem plurium inclinavere ſententiæ. Qua re accepta ille iter Bononiam verſus intendit: verùm morbo in via oppreſſus, Lucæ XV. Kal. Januarii* D
1444 mortem oppetiit. Ita ſedes anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quarto vacua manſit; inde populo comitiorum liber-
1445 tatem Pontifici remittente, ſequenti V. Kal. Decembris, Ludovico cedente, Eugenius Eccleſiam Thomæ Sergianenſi mandavit.

THOMAS (28) SERGIANENSIS.

Hic pauper admodum pueros primùm domi Albergatorum docuerat, deinde Nicolao Epiſcopo operam literis ſcribendis navarat, tum Magiſter Theologiæ, ac Canonicus Eccleſiæ factus, ab Eugenio adhibitus Concilio Florentino præcipue ſe probarat.* E *Quo factum eſt, ut Eccleſia Bononienſe dignum exiſtimarit, atque has ad eum literas V. Kal. Decembris dederit: *Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Thomæ de Sarzana, Electo Bononienſi ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Dudum proviſiones Cathedralium Eccleſiarum omnium apud Sedem Apoſtolicam tunc vacantium, & in antea vacaturarum ordinationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus, decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his per quoſcumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attemptari; & deinde Eccleſ. Bononienſi, cujus regimini bon. mem. Nicolaus Tituli S. Crucis in Hieruſalem Presbyter Cardinalis ex conceſſione, & diſpenſatione dictæ Sedis, etiam Bononienſis Epiſcopus exiſtens, dum viveret, præſidebat, per obitum dicti Cardinalis, & Epiſcopi, qui apud Sedem præfatam debitum naturæ perſolvit, Paſtoris ſolatio deſtituta: Nos Eccleſiam ipſam ſic tunc vacantem Dilecto filio noſtro Ludovico Tituli S. Laurentii in Damaſo Presbytero Cardinali Camerario noſtro per eum uſque ad certum tunc expreſſum tempus tenendam, regendam, & gubernandam per alias noſtras literas duximus commendandam. Cum itaque hodie præfatus Ludovicus Cardinalis poſſeſſione regiminis, & adminiſtrationis bonorum ejuſdem Eccleſiæ per ipſum non habito, ex certis rationabilibus cauſſis ad id animum ſuum moventibus, Commendæ hujuſmodi in manibus noſtris ſponte, & libere ceſſerit, Noſque ceſſionem ipſam duxerimus admittendam, ac propterea commenda ceſſare, nec non Eccleſia hujuſmodi adhuc, ut præfertur, vacare noſcatur: Nos ad proviſionem ejuſdem Eccleſiæ celerem, & felicem, de qua nullus præter Nos hac vice ſe intromittere potuit, ſive poteſt, reſervatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis, ne Eccleſia ipſa longæ vacationis exponatur incommodis, paternis, & ſolicitis ſtudiis intendentes: poſt deliberationem, quam de præficiendo dictæ Eccleſiæ perſonam utilem, & etiam fructuoſam cum Fratribus noſtris habuimus diligentem, demum ad te Canonicum Bononienſem Magiſtrum in Theologia, Subdiaconum noſtrum in Sacerdotio conſtitutum, cui apud nos de vitæ munditia, honeſtate morum, ſpiritualium providentia, & temporalium circumſpectione, aliiſque multiplicium virtutum donis fide digna teſtimonia perhibentur, direximus oculos noſtræ mentis, quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua, nobis, & eiſdem Fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem Eccleſiæ de ipſorum Fratrum conſilio auctoritate Apoſtolica providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum, & Paſtorem: curam, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, in illo, qui dat gratias, & largitur præmia, confidentes, quòd, dirigente Domino actus tuos, præfata Eccleſia per tuæ circumſpectionis induſtriam, & ſtudium fructuoſum regetur utiliter, & proſpere dirigetur, grataque in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiet in-*

(y) Idem ait Zenus cap. 20., & Pogg. in orat. funeb.

(*) Hucuſque extendebantur exemplaria, quæ ego fueram conſecutus. Veruntamen an integra, an mutila fuerint, non poſſum divinare. Sunt tamen, qui aſſerant cum uno MS. quod vidi, facile folium unum circa finem deeſſe: quo continerentur, quæ ſpectarent ad illuſtrem familiam Albergatorum. Ubi ex Italicis typographiis plenius quid in lucem prodierit, poterit ſuo tempore hic defectus facilè ſuppleri. Ego clargior, quod accepi. *Explicit labor F. Garnefelt.*

(26) Tituli S. Laurentii in Lucina, & Præſule Florentino, quo Archiepiſcopatu ſe abdicavit in favorem Bartholomæi Zabarellæ. Miror, Ughellium non meminiſſe Scarampum Eccleſiæ Bononienſi præfuiſſe, cùm egerit de illo tom. 3. col. 221.

(27) De Zanolinis egregio Concionatori. Celſ. Roſin. in Elogiis.

(28) Parentucellus.

incrementa. Qua re accepta Civitas non ſecus hujus, ac Civis ſui, honore lætata, hominem non ſolum non averſata, ſed etiam omnibus editis lætitiæ ſignis eſt amplexa. Thomas inde ſolemni ingreſſu in Epiſcopium facto, Eccleſiam ſummâ adminiſtrare modeſtiâ cœpit. Verum majoribus in dies in ſe congeſtis abſtractus honoribus, huic vacare laudi diu non potuit. Nam Euge-
1446 nius ipſum ad ſe accitum ſequenti Legatum in Germaniam *ad infirmandum Baſileenſe Concilium miſit*, atque inde redeuntem XVII. Kal. Januarias Presbyterum Cardinalem Tituli Sanctæ Suſannæ conſtituit, eique ad portam Flaminiam galerum obviam miſit.
1447 Unde ille V. Idus Januarias has ad Canonicos literas dedit: *Thomas Tituli Sanctæ Suſannæ Cardinalis Bononienſis venerabilibus Fratribus Canonicis Eccleſiæ Bononienſis æternam ſalutem, & pacem. Venerabiles, & dilectiſſimi Fratres, placuit Sanctiſſimo Domino noſtro, cùm nuper ex Alemania, & Galliis, Deo concedente, redivimus, in perſonam noſtram honorare Bononienſem Eccleſiam, & nobis in eodem titulo Epiſcopali, & adminiſtratione ejuſdem Bononienſis Eccleſiæ permanentibus, aſſumpſit exiguam perſonam noſtram in S. R. E. Presbyterum Cardinalem. Quod licet in veſtram notitiam perveniſſe credamus, volumus tamen noſtris literis intimare, ut ſciatis, quis honor ab Apoſtolica Sede Bononienſi Eccleſiæ tributus ſit, qui licet in perſonam capitis videatur impoſitus, tamen & à membris totius corporis non eſt alienus, poſſitiſque Deo Omnipotenti, cujus diſpoſitione & providentia res humanæ diriguntur, debitas gratias reddere, ac ipſi ſupremo Paſtori, qui ejus vices tenet in terris, Orationum ſuffragia porrigere, ut divina diſponente gratia ea ſemper efficiat, quæ ad Dei, Eccleſiæque ſuæ honorem, gloriamque proficiant. Bene valete, & pro nobis pariter orate. Ex Roma die nona menſis Januarii milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo.* Neque ita multo poſt idem (adeo divina illi gratia præſto fuit) Eugenio mortuo, pridie Nonas Martias ad id faſtigium dignitatis evectus, ſe ſe Nicolaum V. vocavit, nimirum nomen Nicolai Albergati, à quo provectus maxime fuerat, gratiſſimo animo repræſentans. Quod ipſe ſubitò his literis Canonicis ſignificavit: *Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Capitulo Eccleſiæ Bononienſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Significamus vobis ad veſtram conſolationem, nos à venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, die ſexta præſentis menſis Summum Romanum Pontificem concorditer fuiſſe electum. Quod licèt ſit graviſſimum onus humeris noſtris, tamen confiſi de miſericordia Altiſſimi acceptavimus pondus injunctum nobis. Velitis igitur Deo gratias agere, & pro nobis preces effundere, ut aſſiſtat nobis ſua gratia, & miſericordia ad regimen Eccleſiæ ſuæ Sanctæ. Datum ſub media Bulla Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo, die octava menſis Martii, tertia vero poſt noſtram ad apicem Summi Apoſtolatus aſſumptionem.* Quibus literis lectis, continuò Clerus, ac Populus nihil eorum privatim, ac publice prætermiſit, quibus ſumma declarari in ejuſmodi re animi voluptas, ac lætitia poſſit: ac ſolemni pompa gratias Deo ampliſſimas egit; ſingulis Canonicis pro nova toga violacea facienda viceni floreni tributi. Tabellario, qui has literas detulit, ducenti aurei numerati. Cum autem XIII. Kal. Aprilis tres Romam ad ipſum orandum Canonici deceſſiſſent, ut aliquem ex corpore ſuo Epiſcopum ſubrogare inſiſteret, literæ X. Kalendas ab illo venerunt, quibus ſignificabat, ſe Eccleſiam Joanni de Podio deſtinaſſe, qui Civis, Juriſconſultus, & Canonicus Bononienſis erat: *Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Capitulo Eccleſiæ Bononienſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Eccleſia veſtra, cujus regimini nos etiam tunc dictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales exiſtentes tempore aſſumptionis noſtræ ad Summum Apoſtolatus apicem, divina favente clementia nuper factæ ex diſpoſitione Apoſtolica præſidebamus, per hujuſmodi aſſumptionem Paſtoris ſolatio deſtituta; Nos ad proviſionem ipſius Eccleſiæ veſtræ celerem, & felicem, ne illa longæ vacationis exponeretur incommodis, paternis, & ſolicitis ſtudiis intendentes: poſt deliberationem, quam de præficiendo dictæ Eccleſiæ veſtræ perſonam utilem, & etiam fructuoſam cum Fratribus noſtris habuimus diligentem, demum ad dilectum filium Joannem Electum, tunc Canonicum Bononienſem, utriuſque Juris Doctorem, in Sacerdotio conſtitutum, cui apud nos de vitæ munditia, honeſtate morum, ſpiritualium providentia, & temporalium circumſpectione, aliiſque multiplicium virtutum donis fide digna teſtimonia perhibentur, direximus oculos noſtræ mentis, quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona ejuſdem Electi nobis, & eiſdem Fratribus ob ſuorum exigentiam meritorum accepta, præfatæ Eccleſiæ veſtræ de dictorum Fratrum conſilio auctoritate Apoſtolica providimus, ipſumque illi præfecimus in Epiſcopum, & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ veſtræ ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, in illo, qui dat gratias, & largitur præmia confidentes, quòd dirigente Domino actus ſuos, præfata Eccleſia veſtra per ejuſdem Electi circumſpectionis induſtriam, & ſtudium fructuoſum regetur utiliter, & proſpere dirigetur, grataque in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiet incrementa. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eidem Electo tanquam Patri, & Paſtori animarum veſtrarum humiliter intendentes, ac exhibentes ſibi obedientiam, & reverentiam debitas, & devotas, ejus ſalubria monita, & mandata ſuſcipiatis humiliter & efficaciter adimplere curetis.* Quo nuncio accepto populus gaudio incitatus iterum per triduum ſub ſacris vexillis ad gratias Deo agendas proceſſit.

JOANNES DE PODIO.

JOannes autem Nonis Maji à S. Antonino Archiepiſcopo Florentino, & Ferrarienſi, (29) atque Imolenſi, Epiſcopis, in æde S. Michaëlis conſecratus, Urbem ingenti occurſu Civitatis inivit, atque ad ædem S. Stephani progreſſus mitram accepit, ubi in forum pervênit, populus umbellam, ſub qua

(29) Franciſco Legnanino, Petro autem Hondadeo Imolenſi.

qua incedebat, diſcerpſit; ipſe verò convivio apparato prope quadringentos ex primoribus Civitatis excepit. Huic Epiſcopo hoc unum egregie cecidit, quòd ipſo ſedente Civitas III. Idus Julii miſſis Romam Legatis, inſignibus Libertatis retentis, pacem tandem cum Pontifice confirmavit, & ſe Eccleſiæ fidele obſequium præbituram juravit. Qua de re nullum publicæ gratulationis officium eſt omiſſum. Inde quietæ res Bononiæ fuere, donec Julius II. Joannem Bentivolum armis exegit altius, quàm capere privati Civis fortuna poſſet, auctoritatis ſibi faſtigium aſciſcentem, cujus pacis beneficio Civitas omnibus bonis cum Eccleſia floruit; reliquæ inde res incommode illi ceſſere. Nam cum IV. Nonas Auguſti poſſeſſionem Centi, ac Plebis jampridem ademptam à Civitate recuperaſſet, atque eò profectus loci exules reſtituere incœpiſſet, populum Bononienſem reluctantem nactus, Centum, & Plebem Nicolao Gubernatori pro Eccleſia recipienti tradidit. Inde VI. Idus Septembris Romam profectus Gubernator Urbis, & Vicecancellarius factus, paucis poſt diebus, tum cum univerſi ampliores illi honores ſpe, atque animo deſtinarent, Idibus Decembris veneno, ut vulgi fuit opinio, periit. In Baſilica S. Petri Romæ ſepultus, (30) Bononiæ magnificis parentalibus honoratus eſt.

PHILIPPUS CALANDRINUS
Sergianenſis.

POntifex autem, ut Joannem, quem eximie diligebat, extinctum vidit, Eccleſiam fratri ſuo Philippo Calandrino, Lucenſis Eccleſiæ Canonico, quem populus erat poſtulatutus, mandavit, ac ſtatim literas ad Clerum de morte Joannis, & Philippi promotione has XV. Kal. Januarii ſcripſit: *Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis, Clero Civitatis, & Diœceſis Bononienſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Eccleſia Bononienſi per obitum bonæ memoriæ Joannis Epiſcopi Bononienſis, qui apud Sedem Apoſtolicam diem clauſit extremum, Paſtoris ſolatio deſtituta, Nos ad proviſionem ejuſdem Eccleſiæ celerem, & felicem, de qua nullus præter nos hac vice ſe intromittere potuit, neque poteſt, reſervatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis, ne Eccleſia ipſa longæ vacationis exponatur incommodis, paternis, & ſolicitis ſtudiis intendentes: poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Eccleſiæ perſonam utilem, & etiam fructuoſam cum Fratribus noſtris habuimus diligentem, demum ad dilectum filium Philippum electum Bononienſem, tunc Archidiaconum Eccleſiæ Lucenſis, Notarium noſtrum in ſacerdotio conſtitutum, cujus perſonam de vitæ munditia, honeſtate morum, ſpiritualium providentia, & temporalium circunſpectione, aliiſque multiplicium virtutum donis noveramus inſignitam, direximus oculos noſtræ mentis, quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona ipſius Electi nobis, & eiſdem Fratribus ob ſuorum exigentiam meritorum accepta, eidem Eccleſiæ Bononienſi de dictorum Fratrum conſilio auctoritate Apoſtolica providimus, ipſumque illi præfecimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ Bononienſis ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, in illo, qui dat gratias, & largitur præmia, confidentes, quòd eadem Eccleſia Bononienſis per dicti Electi circumſpectionis induſtriam, & ſtudium fructuoſum ſub ſuo felici regimine, dextra Domini ſibi aſſiſtente propitia, ſalubriter, & proſpere dirigetur, ac grata in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiet incrementa.* Deinde ad popu-
lum has IV. Nonas dedit: *Vacante proximis* 1448
diebus Eccleſia per obitum bonæ memoriæ Joannis de Podio Epiſcopi Bononienſis, qui nobis maximo dolori fuit, cum ipſum propter ſanctimoniam, prudentiam, & integritatem ſuam ab intimis cordis noſtri valde dilexerimus, variis cogitationibus diſtracti fuimus ad cogitandum de perſona utili, & populo veſtro grata ipſi Eccleſiæ præficienda. Tandem non ignorantes omnes, & nos conjunctos nobis pro devotione veſtra erga nos eſſe gratiſſimos, in germanum noſtrum convertimus oculos noſtræ mentis, ipſumque eidem præfecimus, & Epiſcopum, & Paſtorem, multis reſpectibus moti, & præcipue venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus id ſuadentibus, & poſt veſtras literas caritatis officio plenas accepimus, quibus non mediocri efficacia id poſtulatis. Quæ res ſupra modum gratiſſima fuit, cognoſcentes voluntatem veſtram cum noſtra fuiſſe conformem. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die ſecundo Januarii milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octavo, Pontificatus noſtri anno primo. Quibus literis acceptis Aſtorgius Spatinfaccia (31) Archiepiſcopus Beneventanus, Urbis Gubernator XVIII. Kal. Februarii pro eo poſſeſſionem inivit. Philippus, licet fuerit ea modeſtia, atque virtute præditus, ut facilè Nicolai fratris humanitati, laudique reſponderit, tamen propter partum in exitu anni Cardinalatum, per quem diu Piceni legationem, alioſque ſummos honores obivit, præſens Eccleſiæ Bononienſi ſtudium, ac fidem navare ſuam non potuit. Quæ vero in Urbe ipſo abſente non aliena ab Eccleſiæ rationibus evenerunt, hæc memoratu ſanè digna
fuerunt. Peſtilentia ſequenti anno late in 1449
Urbe, agroque cum inſigni mortalium ſtrage graſſante, (32) populus divinas in preces effuſus triduo in pompa Imaginem B.
Virginis tulit. Poſteriore, qui centeſimarii 1450
Iubilei celebratione fuit inſignis, Biſſarion Cardinalis Legatus Bononiam venit, homo Græcus, & Græcis, Latiniſque literis egregie eruditus, atque eruditorum ingeniorum fautor acerrimus, qui cum alia virtutis, ac pietatis ſuæ Bononiæ monumenta reliquit, tum quòd Oratorio S. Mariæ in Monte magnificum admodum incrementum adjunxit, (33) atque ibi ſe poſitis genibus orantem pictoris egregii manu exprimendum cura-
vit. Anno poſt (34) Fridericus III. Cæſar 1451
Ro-

(30) Hoc Epitaphio de mandato Summi Pontificis appoſito: „ Joanni Podio Epiſcopo Bonon „ Juriſconſulto doctiſſimo & ſanctiſs., Nicolaus Pont. Max. Sacrum fieri juſſit.

(31) Alias Agnenſius.

(32) Periere in Urbe hominum quatuordecim millia, in agro millia ſexdecim.

(33) Aliam ſcilicet, quam modo cernimus Eccleſiam, egregius autem Pictor fuit Galaſſus de Galaſſiis Ferrarienſis.

(34) Anno nempe 1452. die 8. Februarii, *Maſſa, & cæteri* hiſtorici. Nec audiendus Onuphrius, qui Friderici adventum in Italiam ſuperiori anno contigiſſe memorat.

Romam ad Coronam Auguſtalem accipien-
dam contendens, VIII. Kal. Februarias Bo-
noniam adiit, poſtridie rem Divinam in
Baſilica S. Petri, ipſo Sacris operante Lega-
to, audivit; atque octo civibus ad equeſtris
dignitatis gradum promotis diſceſſit. Nico-
1455 lao inde Pontifice anno milleſimo quadrin-
genteſimo quinquageſimo quinto IX. Kal.
Aprilis extincto, Calliſtus III. eſt ſuffectus.
Hoc verò ſedente pridie Idus Junias ædes
S. Michaëlis à Monachis refecta per Danie-
lem (35) Epiſcopum Laudenſem Antianis
ipſis aſtantibus conſecrata, ac Monaſterium
rurſus habitari ab Olivetanis eſt cœptum.
Cum porrò Turcæ vicina quæque loca bel-
lo jampridem appetentes, ac continentibus
victoriis ſub ſuum imperium ſubjungentes,
demum Conſtantinopolim quoque ipſo per-
empto Imperatore cepiſſent, Calliſtus de
Occidentalium regionum incolumitate ſoli-
citus, ac neſandis eorum reſiſtendum cona
tibus arbitratus, Crucem adverſus eos om-
nibus Chriſtianis indixit. Itaque pridie Kal.
Octobris literæ ejus pro concione in Tem-
plo S. Petronii univerſo aſtante populo re-
citatæ ſunt, quibus noxias omnes libere
omnibus dimittebat, qui ſe ſacræ huic mi-
litiæ devoviſſent. Quibus lectis Paulus Ro
manus Frater Auguſtinianus concionem
aſcendit, ac populum novæ rei expectatio-
ne ſuſpenſum ad pecunias, atque arma huic
expeditioni prompte ſuppeditanda, eximia
dicendi facultate accendit. Eodem anno
nocte S. Thomæ terra ingenti adeo tremo
re ſuccuſſa eſt, ut multas domos, turreſque
dejecerit. Monaſterium item Virginum ex
diſciplina S. Claræ ſub nomine Corporis
Chriſti eſt inſtitutum, atque eò Catharina
de Nigris, Virgo Bononienſis, ſingulari præ
dita ſanctitate Ferrariâ eſt accita. Ea verò
1456 poſtero anno cum quindecim ſacris Virgi
nibus, quarum pleræque Bononienſes erant,
ſorore Marchionis honoris gratia comitan-
te, advenit, ac XII. Kal. Auguſti novum
Monaſterium iniit, atque illius adminiſtra-
tionem accepit. Atque hæc quidem exigua
ampliſſimi, ut nunc quidem eſt, Monaſterii
principia, ac prope incunabula extiterunt.
Eodem anno decretum aliud Pontificis di-
vulgatum, ut quotidie hora diei octava de-
cima, Oratio Dominica, & Salutario Ange-
lica deſtinatæ campanæ monitu diceretur,
& prima quaque menſis Dominica populus
per Urbem ſupplicabundus ingrederetur,
Deum invocans, ut dignam vetere Chri-
ſtiani nominis gloria fortitudinem, atque
alacritatem noſtris militibus adverſus im-
1457 manem Turcarum ferociam inſpiraret. Pro-
ximo, furentibus in dies magis cum ædifi-
ciorum labe fœdiſſima terræmotibus, Civi-
tas III. Idus Januarias ad opem Divinam
implorandam ſe contulit, ac jejunio per
dies octo concelebrato, per Urbem ſupplex
Deo proceſſit. Devoti verò Albati ſingulis
noctibus cœleſtem miſericordiam imploran-

A res, ad Cruces quatuor prodierunt. Demum
nono die Religioſorum omnium Ordinibus,
ac Collegiis Artium accerſitis, Imago B. Vir-
ginis circumlata eſt. Inde milleſimo qua-
dringenteſimo quinquageſimo octavo Calli- 1458
ſtum Pontificem mortuum Pius II. excepit.
Hic Philippum Epiſcopum Majorem Pœni-
tentiarium declaravit: Eccleſiam S. Mariæ
Gratiæ, quæ Scholarium fuerat, in perpe-
tuum Fratribus Mendicantibus S. Hierony-
mi (36) Fæſulani attribuit, ac ſequenti Bo 1459
noniam, Philippo ipſo comitante, profectus
die Pentecoſtes rem Divinam in Baſilica
S. Petronii fecit, atque in Palatium rever-
ſus, ex celſo podio populum in foro expe-
B ctantem Pontificia Benedictione luſtravit,
& paulo poſt Oratorium S. Mariæ in Monte
liberali peccatorum Indulgentia inſignivit:
demum Mantuam ad Concilium de bello
Turcico ſuſcipiendo indictum progreſſus,
inde poſtero XI. Kal. Februarii Florentiam, 1460
Philippo aſſidue proſequente, ſe retulit. An-
no inde milleſimo quadringenteſimo ſexa- 1462
geſimo ſecundo Philippus Bononiam ſine
Pontifice venit, ac III. Idus Aprilis in Ur-
bem ſolemni Civitatis honore receptus, Ec-
cleſiæ ipſi conſtituendæ ſe dedit. Tum vero
litem, quam Cives Centi, & Plebis cum
Bononienſibus inſtituerant, pro auctoritate
diremit, & ſequenti Collegium Canonico- 1463
C rum novæ S. Petronii Baſilicæ à Pio attri-
butum, & Conſtitutiones Bernardi olim
Epiſcopi Synodales probavit: atque inſi-
gnem Beatæ Catharinæ obitum celebravit.
Hæc Monaſterio Corporis Chriſti, ut ſcri-
pſimus, præfecta, virginibus per aliquot an-
nos ſanctiſſime cuſtoditis, VIII. Id. Martii
vitâ functa terræ mandata fuerat: poſt dies
vero novendecim ex foſſa, in quam illata
fuerat, integra, ac minimè fœtens extra-
cta, omnibus corporis partibus perinde in-
tegris, atque nitentibus, ac ſi ſpiritum
duceret, virtutes aliquot edidit, cujus rei
magnitudine populus percitus, ſtatim ad
eam oculis ſubjiciendam ingenti concepta
D virgineæ beatitatis opinione concurrit, ac
diligenter virginibus, ipſo approbante Epi-
ſcopo, conſervandam fuit. Itaque nunc
quoque incorrupto ut ante, corpore ingen-
ti omnium & Civium, & advenarum admi-
ratione, ac religione ſpectatur, ac Beata
(37) vocatur. VIII. Kal. Octobris tandem
aliquando tecto Baſilicæ S. Petronii faſti-
gium eſt impoſitum. Quod ut Pont. Pius
audivit, haud invitus liberaliſſimâ peccato-
rum veniâ omnes affecit, qui die illius fe-
ſto Baſilicam inviſiſſent; inde anno milleſi- 1464
mo quadringenteſimo ſexageſimo quarto An-
conæ, cum adverſus Turcas magno animo
conſcendere moliretur, eſt mortuus. Pau-
E lus inde II. ad cujus comitia Philippus ipſe
contendit, Eccleſiam S. Mariæ Caritatis in
via S. Felicis vacantem, quam Philippus
Fratribus (38) Tertii Ordinis S. Franciſci
de Obſervantia dederat, confirmavit; bien- 1466
nio

(35) Alumnum.
(36) Hujus Religionis inſtitutor fuit Carolus Re-
donus Tertiarius Franciſcanus Comes Mon-
tis Graneli, & Gualterius Marſe an. 1406.
ſub Regula S. Auguſtini, Fæſulis, unde
nuncupationem ſortiti Religioſi illi: qui-
bus extinctis, locum Eccleſiamque tenue-
runt PP. Carmelitæ, & modò etiam te-
nent.

(37) Nunc autem ex quo Clemens XI Summus
Pontifex d. 22. Maji 1712. illam SS. Faſtis
adſcripſit, antonomaſtice *Sancta* appellatur:
de qua plura adnotare poſſem, ſed occa-
ſione celebris apotheſeos omnia jam vul-
gata narratione non egent.
(38) Hi prius ad D. Mariæ Magdalenæ Eccleſiam
extra portam S. Mamæ conſederant.

nio verò poſt Joanni Bentivolo, homini
poſt mortem Sanctis patruelis, & tutoris
ſui longe in Civitate opibus, clientelisque
præſtanti, honoris, atque amplitudinis cauſsâ
concesſit, ut ſemper in Magiſtratu, colle-
gis licèt variantibus, permaneret. Quæ
res quoniam principium extraordinariæ il-
lius potentiæ fuit, quam poſtea Julius II.
cum aliqua Eccleſiæ perturbatione ſubver-
tit, haud prætereunda ſilentio viſa eſt: inde
omni ope Chriſtianos ad bellum Turcicum
pro viribus ſuſcipiendum accendere, ſupe-
riorum exemplo Pontificum, inſtitit. Qua de
re populus rurſus per tres dies cœleſti Nu-
mini Beatæ Virginis prolata Imagine (39)
B ſupplicavit. Xyſto inde IV. ſedente, cujus
quoque comitiis Philippus Epiſcopus affuit,
1472 anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuage-
ſimo ſecundo Kal. Decembr. homo quidam
laicus aſello inſidens, atque ingentem Cru-
cem ligneam manu ferens in Urbem introiit,
ac quotidie extra Eccleſias concionari inſti-
tuit, fœda hominum flagitia increpans, iram
Dei impendentem prænuncians, ac morta-
les ad pœnitentiam agendam adhortans.
Itaque hominis admiratione adductus in-
gens virorum, ac mulierum numerus ei ſe
applicuit; neque enim, cum agreſtem ad
modum, vilemque amictum haberet, quid-
quam ab ullo, præter victum neceſſarium,
C capiebat VII. inde Idus Decemb. Urbe di-
ſceſſit, cum pridie malum ingens imminere
civibus oſtendiſſet. Quod quidem evenit,
familia Caccianimicorum V. Idus prope ab
inimicis ſuis deleta. Hæc ex Chronicis.
Hic verò videtur fuiſſe Ludovicus Morbio-
lus, qui his temporibus ſimillimam hujus
vitam traduxit, quam Baptiſta Mantuanus
Carmelita verſibus perſecutus eſt ad Inno-
centium VIII., unde nos hæc ſumpſimus:
*Ludovicus Morbiolus Bononiæ natus eſt ex
gente obſcura, vir fuit mediæ ſtaturæ, formæ
decoræ, barba, & capillo nigro, cæſarie criſ-
pa, ab ineunte ætate avaritiæ, & libidini fuit
deditus: verum mox gravi, & periculoſo mor-
D bo oppreſſus ad Deum ſe convertit, ac patien-
tiam in primis, & vitæ aſperitatem amavit.
Religionem autem profeſſus, primum colore
Carmelitarum eſt uſus, deinde albo: pellibus
ovium ſæpe corpus velavit, inhorreſcente hy-
me veſtem tenuiſſimam induit, & calceos re-
puit, ita ut etiam nudis pedibus glaciem pre-
meret, pro cingulo funem adhibuit, crines alnit,
ſed promiſſos, & incomptos. Primum ſedem
propriam nullam habuit, ſed huc, atque illuc
erravit, poſt in domo Pauli Lupari civis Bo-
nonienſis habitavit. Ceterum aut humi, aut in
duris ſtramentis cubare aſſuevit, lapidem ſibi
pro cervicali ſternens, cibo delectatus eſt non
ſolum tenui, ſed etiam vili, eumque, ſi deli-
E catior videretur, cinere ſæpe conſperſit, om-
nino carnibus abſtinuit: ficus, poma, nuces,
atque olera frequentavit, quæ aut crudi ſum-
pſit, aut certe ſine oleo coxit. Ita ex ſumma
inedia maciem ſummam contraxit. Per noctem
lacrymans lapide pectus percutiebat, totus in
meditatione Paſſionis Chriſti defixus. Interdiu,
ne otio langueret, ſacras ex oſſibus Imagines*

A *ſculpere didicit, aut prædicationi ſe tradidit,
homines ad cœleſtem gloriam conſectandam, &
humanam contemnendam adhortans. Cùm iter
faciebat, aſello vehi conſueverat, & cum ma-
nus vinculis, collum capiſtro implicitum gere-
ret, ridente hominis inſaniam populo, de mun-
do, & de ſemetipſo triumphare dicebat. Hujus
prædicationis Bononia, Mutina, Regium, Fer-
raria, & Mantua teſtes fuerunt. Cum vitam
ad annum uſque quinquageſimum ſecundum pro-
duxiſſet, V. Kal. (40) Novembris migravit ad
Cœlum. Sepultuſque eſt in Cœmeterio Baſilicæ
S. Petri, & poſt ſex menſes, cum miraculis
clarere cœpiſſet, in Eccleſiam translatus eſt.*
Sequenti VI. Idus Julias Archidiaconus ex 1473
B auctoritate Pontificis Monaſterium S. Ma-
riæ Miſericordiæ ad portam Caſtellionis Fra-
tribus Eremitis S. Auguſtini obſervantiam
profitentibus tradidit, Jacobo Rengheria
cedentibus Olivetanis impenſas factas nume-
rata pecunia ſarciente. Poſtero Chriſtianus 1474
Rex Daciæ Romam voti gratiâ proficiſcens,
Bononiam venit, ac poſtridie ad Baſilicam
S. Petri acceſſit, atque ibi familiarem (41)
ſuum Doctoris inſignibus decorandum cu-
ravit, tertio die ad Prædicatores contendit,
ac maximam voluptatem ſepulcro B. Con-
feſſoris, & Regis Hencii inſpiciendo perce-
pit, atque Annibalem Joannis Bentivoli fi-
lium equeſtribus ornamentis affecit. Eodem
C etiam anno extremas rei frumentariæ, qui-
bus civitas premebatur, anguſtias vehemen-
tes, ac quotidianæ pluviæ menſe, ut ante,
Jonio cumularunt, ad quas avertendas de-
cretum eſt, ut civitas eodem ritu, opem af-
fectis rebus orans, incederet, quo ſedente
Nicolao inſtituiſſet. Ita populus adhibitis
omnium Religioſorum ordinibus, variiſque
factis de more agminibus, obſecratum per
tres dies ad tria templa pertexit, nec ſo-
lum Imaginem B. Virginis detulit, ſed etiam
capita Sanctorum Petronii, Floriani, Do-
minici, Proculi, & Felicis, aliaſque ſan-
ctas Reliquias ex ſacratio S. Stephani prom-
ptas geſtavit, ac primo die ſerenitatem ob-
D tinuit. Ea poſt conditam urbem ampliſſima,
ac religioſiſſima popularis ſupplicatio judi-
cata, annus inde maxima frugum omnium
copia feliciſſimus fuit. Sequenti, nempe 1475
milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo
quinto Jubileus eſt actus, quem Paulus Pont.
ad viceſimum quintum annum redegerat:
cujus cauſſa cum pauci Romam, vehemen-
tibus armorum terroribus impediti, conten-
derent, Xyſtus Pont., ut ſaluti longinqua-
rum nationum proſpiceret, ipſum Bononiam
deſtinavit, omnes uberrima delictorum re-
miſſione afficiens, qui rite expiati à Kal.
Majis uſque ad pridie Kal. ſequentis anni
opportunis admotis precibus Sanctorum Pe-
E tri, Petronii, Stephani, & Franciſci tem-
pla viſitaviſſent. Qua de re tanta hominum
Bononiam multitudo confluxit, ut vulgo
creditum ſit, nunquam aliàs urbem tanta
Peregrinorum copia redundaſſe. Eodem an-
no Fratres S. Franciſci obſervantiam profi-
tentes, qui in monte S. Pauli Monaſterium
incolebant, commoditatem vicinæ urbis ſe-
quuti,

(39) Quæ in Monte Guardiæ aſſervatur.
(40) V. Idus Novembris 1472. In lapide legitur V. Nonas, ſed erravit quicumque ille fuit, qui ſic incidi curavit, ut animadvertit Bombac. de Viris Bon. ſanctitate illuſtr. pag. 107.

(41) Imo familiares; duos enim Doctoratûs laurea inſignitos voluit, alterum in Jure, in Philoſophia alterum: atque ipſe quoque cum Collegii Doctoribus, dum illis inſignia conferrentur, ſede ceteris omnino pari conſedit,

Digitized by Google

quuti, ex colle ſibi digrediendum exiſtimarunt, atque ædes Bardorum (42) nobilium Florentinorum extra Portam S. Mamæ, piorum hominum adjuti opibus coëmerunt: atque ibi ædem Annunciationis cum amplo ſane, ut nunc quidem cernimus, Monaſterio conſtruxerunt. Faſtigium etiam marmoreum miri artificii, ac ſingularis, & antiquæ elegantiæ opus arcæ quadratæ S. Dominici ſupra commemoratæ impoſitum, ſic ſepulcrum illud nobilitavit, ut hodie nemo paulo humanioris ingenii Bononiam veniat, quin illud in primis, vel eo nomine ſibi in-
1476 viſendum exiſtimet. Demum anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto Philippus jam Portuenſis Epiſcopus factus Viterbii (43) XI. Kal. Auguſti deceſſit, homo in omni vita verax, & integer, ut Cardinalis Papienſis de eo ſcriptum reliquit.

FRANCISCUS GONZAGA
Mantuanus.

QUo nuncio accepto, Xyſtus Pontifex ſubitò Eccleſiam Franciſco Gonzagæ Ludovici Marchionis filio, altiſſimi animi viro, Card. S. Mariæ Novæ Diacono tradidit, ut ipſemet ad Jacobum Card. Papienſem ſcripſit, his verbis: *Nihil ambigo jam ad aures, Reverendiſſime D., veſtras delatum eſſe nuncium obitus bon. mem. D. Card. Bononienſis, quem non potui non maxime deplorare, ob meam in eum præcipuam obſervantiam, & ſervitutem, fuitque mihi eo acerbior, quo breviore tempore tanquam ex plena incolumitate pro illius paris ætate, & valetudine veluti ſubtractus viſus eſt. Heri evocati fuimus ad Conſiſtorium veſpertinum: Eo Conſiſtorio ſpolia Bononienſis diſtributa ſunt. Vicecancellariatus ad Portuenſem translatus eſt, Neapolitanus Albenſis creatus. Titulus S. Laurentii, & domus dati ſunt Melphitenſi. Ego Bononienſis Eccleſiæ adminiſtrationem habui. Vale. Narniæ XXVII. Julii MCDLXXVI.* Hic Legatus Bononiæ erat, atque eam legationem unà cum Eccleſia tenuit, quoad vita ſuppe-
1477 ditavit. Sequenti anno cum ea conſuetudo increbuiſſet, ut cives omnes ſive ſummo, ſive infimo loco nati, magnis exequiarum ſumptibus efferrentur, lege ſanxit, ne cujus funeri, niſi unum Religioſorum Collegium cum Clericis denis adhiberetur, neque laico cuiquam lugubri campanæ S. Petri oc-
1478 centu parentaretur. Poſtero verò populo auctor fuit, ut B. Virgini clariora in dies ſuæ erga hanc civitatem miſericordiæ documenta præbenti fanum in Galeria conderet. Verus, ac religioſus is antè exigui cujuſdam Hoſpitalis fuerat locus gloriolæ ipſius Deiparæ Imagine inſignitus, verum negligentia, ut fit, hominum eò erat redactus, ut vicina familia ipſum ſibi poſt ſtabulo, ſancta conſervata Imagine, vindicaret. Quod ut ſæpe à piis hominibus improbatum negligi ſanctiſſima Virgo cognovit (eludant videlicet, qui cultum ſacris imaginibus adimunt) repente ipſam quaſi loci turpitudinem averſata unum, (44) atque alterum ibi ſe deprecantem votorum compotem fecit. Qua re animadverſa, populus religione obſtrictus certatim tantum auri, argentique congeſſit, ut magnificum, atque eximii operis oratorium, Epiſcopo ipſo procurante; conſtruxerit. Quod nunc demum variis donis eximie decoratum videmus, quæ in dies ſalutarium remediorum mercedem ægri votorum damnati Numini optime merito ſacraverunt. (45)
Inde anno milleſimo quadringenteſimo octo- 1480
geſimo Monachis Eremitis (46) S. Hieronymi ædem S. Barbatiani vacantem ex Pontificis decreto communicavit, cum Hoſpi-
tium habere in hac urbe optarent. Proxi- 1481
mo per Andream Epiſcopum Saſſinatem (47) Suffraganeum ſuum Kal. Juliis ædem S. Mariæ in monte Guardiæ conſecravit, atque nomini S. Lucæ, (48) & B. Virginis dedica-
vit, atque Indulgentia exornavit, ac mille- 1483
ſimo quadringenteſimo octogeſimo tertio XI. Kal. Novembris in Palatio obiit. Corpus Mantuam inſigni pompa relatum.

JULIANUS A RUVERE
Savonenſis.

FRanciſci interitu nunciato, Xyſtus Julianum à Ruvere fratris filium Presbyterum Cardinalem tituli S. Petri ad Vincula, & Majorem Pœnitentiarium III. Nonas Novembris Epiſcopum ſimul, ac Legatum Bononiæ declaravit, qui per Galeatium à Ruvere Epiſcopum Conſtantienſem prolegatum ſuum poſſeſſionem inivit. Is Innocentio VIII. in Xyſti demortui locum ſequenti anno ſuffecto porticum ampliſſi-
mam ante Baſilicam excitavit, atque anno 1487
milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo, perfecto opere, Inſignia ſua cum hac inſcriptione defixit: *Sedente Innocentio VIII. Pont. Max. Pontificatus ſui anno tertio Julianus Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis S. Petri ad Vincula S. R. E. Major Pœnitentiarius, & Epiſcopus Bononienſis condi juſſit anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſeptimo, procurante Philippo Lucenſi Epiſcopo Urbinate Locum-tenente, & Vicario Generali.* Ac mox Bononiam veniens, X. Kal. Januarii Urbem effuſis omnibus ſolemnem in occurſum Civitatis ordinibus iniit, & paucis poſt menſibus Romam Eccleſiâ ordinatâ repetiit. Eo anno Joannes Bentivolus nobile Sacellum in æde S Jacobi conſtruxit, atque auro, & picturis egregiis exornavit, quod nunc quoque non ſolum cum aliqua vulgi admiratione ſpectatur, ſed etiam à peritis valde lau-

(42) Albertorum *Maſin. ex authenticis docum.* Tum vero receſſerunt Monachi Armeni; quorum domus, & alia ædificia proxima in novum cœnobium, novamque Eccleſiam eſſerunt; ample quidem utrumque eo tempore, ſed ab anno potiſſimum 1610. longe magnificentius extructum.

(43) Balneoregii prope Viterbium. At Cadaver Romam delatum ſepulchrum habuit in Eccleſia S. Laurentii in Lucina, appoſito epitaphio, in quo Cardinalis Bononienſis nuncupatur.

(44) Unum peſte infectum, atque animam jam agentem, alterum lithiaſi laborantem; tum alios plures variis morbis liberavit.

(45) Eccleſiam modo egregia cultam, atque eleganter extructam & ornatam tenent P. P. Oratorii S. Philippi Nerii, qui in locum hunc venerunt an. 1621.

(46) Inſtituti fuere a B. Petro de Piſis circa an. 1370. locus iſte ipſis datus an. 1480. d. 16. Auguſti.

(47) *Leg.* Sarſinatem.

(48) Cui ab ipſis fundationis primis temporibus dicata fuit, circa annum ſcilicet 1145. V. not. num. 42. col. 410.

1491 laudatur. Anno milleſimo quadringenteſi-
mo nonageſimo primo Fr. Jacobus (49) Ale-
manus inter Fratres Prædicatores Conver-
ſus cum multa in vita eximiæ ſanctitatis
argumenta dediſſet, ea mortuus ſignis ali-
quot editis (50) confirmavit; cadaver ejus
per diem non ingratum univerſo confluenti
populo ſpectaculum fuit; poſt autem cum
ingens quotidie ad locum, ubi humatus in
tra Monaſterium fuerat, virorum, mulie-
rumque concurſatio fieret, Fratres rei in-
dignitate permoti poſt diem octavum, Epi-
ſcopo permittente, in Eccleſiam retulerunt:
atque in delubro Divi Thomæ repoſuerunt,
1493 ubi nunc quoque Beatus quieſcit; milleſimo
quadringenteſimo nonageſimo tertio, Priore
Monachorum Sanctæ Mariæ Angelorum ab
uno ex ſuis Fratribus interfecto, Antonius
Galeatius Bentivolus Protonotarius Apoſto-
1495 licus Monaſterium occupavit; milleſimo qua-
dringenteſimo nonageſimo quinto Sodalitas
Devotorum Sanctæ Mariæ Conſolationis (51)
in æde Sancti Jacobi per Fr. Bernardinum
1500 Vercellenſem eſt inſtituta. Milleſimo quin-
genteſimo Julianus Bononiam reverſus Cen-
tum cum tota familia commigravit, quòd
Joannem Bentivolum jam rum ferre non
poſſet, elatè nimis in Urbe Eccleſiæ ſe ge-
rentem, ac novum Hoſpitale S. Job eorum
beneficio deſtinavit, qui lue quadam con-
tagioſa laborarent, cum multi pii homines
pecunias, & inſtrumenta ad id muneris ne-
ceſſaria contuliſſent. Hic enim morbus nu-
per in Italiam importatus atrociter adeò
ſæviebat, ut affectos aut prorſus extingue-
ret, aut artus, atque ora fœdiſſime lacera-
ret, aut ſummas, atque aſſiduas dolorum
acerbitates inureret: affectos autem nemo
propter certum contagionis periculum, aut
privato, aut publico recipere hoſpitio vel-
let; cum etiam accubitu, tactuque ipſo in-
vicem lues illa contraheretur. Inde Romam
1501 ſequenti anno repetiit: ac proximo Eccle-
1502 ſiæ adminiſtratione ſe abdicavit. (52) Quo
facto Alexander VI. Pontifex, qui Xyſtum
prioribus annis exceperat, cam Jo. Ste-

A phano Ferrerio, Civi Vercellenſi, atque
Epiſcopo tradidit, ac Centum, & Plebem
oppida ab illius corpore ſegregavit, eaque
Alphonſo Duci Ferrariæ, genero ſuo, com-
municavit. Dux autem contra prædia La-
marum in agro Carpenſi locata rependit eo-
dem jure, quo Dux potiebatur, inſtructa.
Utraque de re literæ Kal. Februarii Bono-
niam Romà perlatæ.

JO. STEPHANUS FERRERIUS
Vercellenſis.

JOan. autem Stephanus III. Idus Aprilis,
poſſeſſionem per Procuratorem accepit.
B Inde Cardinalis creatus proximo, III. 1503
Kal. Martias Vercellis Bononiam vênit,
benigne (53) ab omnibus Magiſtratibus,
Clero, Populoque ex more ad portam oc-
curſante receptus. Clerus tamen propter
immenſam, tabidamque nivem, qua tum
omnia prodigioſe obſita erant, neque ad
portam accedere, nec Crucem dare, nec
ſub umbella deducere potuit. Novo autem
exemplo portà S. Felicis inivit, quod ex
Lombardia veniens propter aſperitatem, dif-
ficultatemque viarum, Urbem haud commo-
de circumvehi poſſet; ubi verò ad S. Petrum
acceſſit, peditibus Joannis Bentivoli mu-
lam, qua vehebatur, ſibi vetere ſtratorum
C licentia vindicantibus dedit. Hic cœremo-
nias cognoſcere Cardinalitias ſtudens, Pa-
ridi Craſſo Civi, & Canonico Bononienſi,
qui poſt Piſaurenſi Eccleſiæ præfuit, nego-
tium dedit, ut librum de cœremoniis à Car-
dinalibus Epiſcopis in ſuis Eccleſiis adhi-
bendis conſcriberet; ac mox formatis ut-
cunque Eccleſiæ rebus, VI. Idus (54) Mar-
tias Romam deceſſit, ubi Titulum S. Vita-
lis adeptus comitiis affuit, quibus Pius III.
& Julius II., qui modò Julianus dictus Epi-
ſcopatum Bononiæ depoſuerat, Pontifices
facti ſunt. Eo verò abſente multa memora-
tu digna in Eccleſia contigerunt, quæ ſe-
D quenti libro narrabimus.

(49) De Ulma.
(50) Narrant inter cetera, puerum trimum mutum ac mancum linguæ ac membrorum uſum; cœcum viſum; aliumque puerum mortuum vitam recepiſſe.
(51) Neque hæc Sodalitas tum inſtituta, neque Inſtitutoris hoc nomen, neque inſtitutionis hic annus fuit. Namque ipſe Martinus dictus; ſodalitas vero Cincturatorum nuncupata, annus inſtitution. 1494. At quæ S. Mariæ Conſolationis dicitur, initium habuit anno 1318. Gregorius autem P. M. an. 1575. d. 15. Junii ex duabus unum conſtituit, quæ utroque nomine appellatur.
(52) Commutata cum Epiſcopo Vercellenſi Sede, ad quam tranſiit; hic vero Bononienſis Eccleſiæ adminiſtrationem ſuſcepit.
(53) Ipſe vero grati animi ergo Cardinalis Bononienſis voluit appellari.
(54) *Legendum* III. Nonas Octobris 1510.

Explicit Liber Quartus.

IN-

INCIPIT LIBER QUINTUS.

Quod ſuperioribus libris inſtitui, ut ſingulos à te aliqua magna, ſeu maximè memoranda ordirer, idem hoc quoque omnium extremo mihi cuſtodiendum exiſtimo, ut inſigni illum, ſed pia ancipitis alicujus caſus commemoratione illuſtrem: qua Lectores allecti, eò avidius reliqua cognoſcere ſtudeant. Itaque principium à duabus maximè notandis calamitatibus inducetur, quibus Civitas, 1505 atque Eccleſia Bononienſis anno milleſimo quingenteſimo quinto, tanquam duobus lethiferis vulneribus, divina voluntate afflicta eſt, terræ motu, inquam, & fame, quæ mala cum ſeorſum hominibus accidunt, ipſos vehementius angere, vel potius atrociter excruciare conſueverunt. Qua vero ratione his peſtibus laboratum, aut quo conſilio eiſdem à Civitate occurſum ſit, placet ad oſtendendam Civium pietatem, & prodendum ſalutare poſteris in ejuſmodi laboribus documentum, tam totam pluribus explicare. Tertio Kal. Januarias horâ noctis nonâ, terra repentè vehementi adeò motione contremuit, ut fumaria omnia tectis imminentia, multique ſalcientes tectæ parietes valida illa tentatione debilitati procidarint, ac penè omnia ædificia aliquid vitii fecerint, quæ res non minorem omnibus inopinato malo turbatis formidinem attulit, quàm ſtuporem incuſſit: inde biduo poſt nondum hujuſmodi hominum aut terrora, aut ſermone ſedato, eadem iterum quater horâ undecimâ multo acriore impulſione ab imis, ut apparebat, viſceribus, cum ingenti fremitu, ſonituque quaſſata eſt, quibus ſomno exciti homines ex ædibus attoniti ſeſe tumultuoſique proripuerunt, Dei opem, ac miſericordiam ingeminatis vocibus invocantes, quòd aut cœlum ruere, aut terram dehiſcere, aut alia ratione Mundum interire in illa noctis obſcuritate putarent. Tum verò omnia ædificia publica & privata, ſacra & profana damni plurimum acceperunt. Ex ſacris præcipuæ ædes S. Donati, S. Sebaſtiani, Sanctæ Mariæ in monte, & Sanctæ Mariæ Miſericordiæ funditus corruêre. Turres S. Petri, & Sanctæ Mariæ Servorum tentatæ, teſtudo Baſilicæ S. Petri labefactata: ſepulchrum Bartholomæi Epiſcopi collapſis, quibus ornabatur, ſigillis penitus deformatum; Templa SS. Franciſci, Martini, Jacobi, Joannis, Felicis, & Mariæ Galerianæ, refracta, ſive divulſis clavibus ferreis, patefacta. Hac de cauſſa plerique metu exangues, atque animo conſternati fortunarum immemores tecta propria reliquerunt, atque in hortis, plateis, & foro boario ſibi tabernacula ex ſtoriis, & tabulis perpetua cœli favente ſerenitate conſtituerunt, atque ibi toto Januario, repetita ſæpe hujuſmodi, ſucceſſione conterriti permanſerunt. Qua re animadverſa Religioſi multi præclaram concionum materiam nacti, ad eos procaſſere, atque in hanc ſententiam loqui cœpere. „ Tempus poſtulat, Bononienſes, vel potius amiſſa quaſi voce vos admonet, ut acti tandem flagitiorum veſtrorum morſu, ac dolore perculſi ad gravem, ſed juſtam Dei mitigandam iracundiam convertamini. Neque enim ille urbem veſtram nunc, ut Ninivem quondam, per Jonam intra quadraginta dies, niſi reſipuarit, perditum iri pronunciat, ſed ipſam ante ſubvertit, quàm ſe facturum oſtendit. Quod ſi Ninivitæ homines errore gentilitatis imbuti, iis verbis auditis, re adhuc integra, eam pœnitentiam præſtiterunt, quæ flectere, ac revocare latam à Deo ſententiam valuit: quid vobis, Bononienſes, in ipſo prope Chriſtianæ diſciplinæ domicilio natis facere convenit horrendis his caſibus, ac nefanda hac ruina percuſſis? Quam autem pœnitentiam illi egerunt? *crediderunt in Deum, & prædicaverunt jejunium, & veſtiti ſunt ſaccis, à majore uſque ad minimum, & converſi ſunt à via ſua mala, & ab iniquitate, quæ erat in manibus eorum, dicentes: Quis ſcit, ſi convertatur, & ignoſcat Deus, & revertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus?* Quomodo verò placatus eſt Deus? *Vidit opera eorum, quia converſi erant de via ſua mala, & miſertus eſt ſuper malitia, quam locutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit.* Vos autem tectorum, ac templorum veſtrorum proſtrata humi cadavera conſpicantes, atque in horas teterriora, atque acerbiora verentes, quem tandem animum, aut quod conſilium capietis? num bellis, imbribus, ſiccitatibus, peſtibus, atq; æruminis aliis fruſtra de ipſius Dei voluntate admoniti, etiam ultimam urbis vaſtitatem, atque extremum excidium ad dignam pro ea ſuſcipiendum pœnitentiam expectabitis? & non Ninivitarum exemplo ad jejunia, cineres, cilicia, lacrymas, preces, ceteraque, aut expugnandæ, aut molliendæ divinæ iræ, quaſi machinas extemplo confugietis, ne nova indignatione illum adverſus veſtram non tam pravitatem, quam pervicaciam accendatis? Quibus verbis populus haud ægre aſſenſus, facile ad varia his malis admovenda remedia, eſt impulſus. Nam primum quidem decreto publico Nonis Januarii, VIII., & VII. Idus ſupplicationes, adhibitis omnibus ſacris, & profanis Ordinibus, indictiſque jejuniis ad tria Templa concelebratæ ſunt, in quibus omnes ſanctæ Reliquiæ latæ, non minus ſpecioſum, quam religioſum, ut ſemper, ſpectaculum præbuerunt, ipſius Coronæ Domini, Imago, & vitta B. Virginis, capita S. Annæ, Sanctorum Petronii, Dominici, Proculi, Floriani, & manus S. Cæciliæ. Jam verò capitali pœna comeſſationes, aleæ, perſonationes, & deteſtabiles divini Numinis increpationes interdictæ. Inde cum hæc non proficerent, ac terra tremores, mugituſque ſuos horrendos per interpoſita dierum ſpatia revocare inſiſteret, adjectum eſt, ut quotidie ab hora diei vigeſima ſecunda uſque ad tertiam noctis Sodalitates Devotorum, & Ordines Religioſorum ſeparatis agminibus ad quatuor urbis Cruces ſub vexillis ſuis cum cereis ardentibus pergerent, ac laudibus quibuſdam dictis ter miſericordiam Dei voce maxima poſtularent, a qua

eccleſiam S. Georgii (2) Fratribus Servitis obſervantibus ex decreto Pontificis aſſigna-
1510 vit, atque inde Romam diſceſſit. Anno milleſimo quingenteſimo decimo Abbate S. Felicis, qui idem Faventinus (3) Epiſcopus erat, ex humanis rebus exempto, Julius Monaſterium civitati donavit; quam rem uſque adeò gratam populus habuit, ut VIII. Kal. Junias ad veſperam publicis ignibus, ac campanarum ſtrepitibus ingentem propterea lætitiam celebrarit; vectigalia Monaſterii ſublevandis, qui peſtilentia laboraſſent, hominibus deſtinata, locus virginibus S. Franciſci, quibus domus extra portam S. Stephani bello fuerat diruta, datus eſt: inde X. Kal. Octobris Bononiam rediit. Joannes autem Stephanus, qui morbo implicitus Romæ remanſit, III. Idus (4) Octobris mortem obiit in Titulo ſepultus, quam adeptus erat, Sancti Clementis. Quod ut Senatus cognovit, laudi domeſticæ favens, XII. Kal. Novembris Julium adiit, atque ut Eccleſiam alicui Civi ſuo indulgeret, prout ſæpiſſime factum eſſet, oravit. Quibus ille reſpondit, ſe libenter quod poſtularent, ſi integrum ſibi eſſet, præſtiturum fuiſſe; verùm eam ſe Cardinali Papienſi Bononiæ Legato deſtinaviſſe.

FRANCISCUS ALIDOSIUS
Imolenſis.

Hic autem Franciſcus Alidoſius ex Caſtro Rivi, Imolenſis Diœceſis fuit, Cardinalis Tituli Sanctæ Cæciliæ Presbyter, qui VI Kalen. Octobris (5) poſſeſſionem per Procuratorem iniit. Eo ſedente Eccleſia unà cum Civitate aſſiduis belli terroribus afflictata eſt, Annibale Bentivolo caſtra cum Gallis in agro metante, atque omnia infeſta circumquaque habente; cum autem is V. Kal. Novembris uſque ad mœnia provolaſſet, Franciſcus monuit, ut per unum diem Civitas Deum pro ſalute publica obſecraret, atque Imaginem B. Virginis cum Sanctorum capitibus gereret. Quin etiam ſigna XII. Apoſtolorum argentea lata ſunt, quæ Julius ſecum habebat: & Sacrum in Baſilica S. Petronii plurimis Epiſcopis præſentibus factum. Ita precatione concepta Bentivoli à mœnibus diſceſſerunt. Ju-
1511 lius inde ſequenti anno III. Idus Febr. Ravennam diſceſſit, atque ibi, ut gratiam à Bononienſibus, quibus Epiſcopum debebat, iniret, VI. Idus Martias Achillem Craſſum, Balthaſaris filium, ac Tifernatem Epiſcopum, quo internuncio ad multos uſus principes fuerat, Presbyterum Cardinalem Tituli S. Xyſti renunciavit. Qua de re Civitas Legatos ad gratias ei agendas miſit, ac publicè maxima ſigna lætitiæ dedit, quod eo honore ægre jam poſt annos ſexaginta carebat. V. Idus Martias brachium S. Lucæ dextrum à Petro (6) Generali Cœleſtinorum in Urbem delatum, & teſtibus, ac miraculis, atque auctoritate Pontificis approbatum, Dominica (7) Quadrageſimæ inſigni cæremonia publicatum eſt. VII. Idus Aprilis Julius Bononiam regreſſus, die Paſchæ populum venerabundum in foro ſtantem ex Palatio benedixit, ac liberaliſſima peccatorum remiſſione donavit; quam primùm Cardinalis Medices Latinâ, deinde Farneſius Italicâ linguâ pronunciavit. Quo facto ſtatim ad voluptatem animi declarandam, ac debitum tantæ gratiæ honorem habendum, omnia, quæ in foro diſpoſita erant, mœnia tormenta diſploſa ſunt. V. Nonas Maji Franciſcus Epiſcopus ædem S. Bernardi in Burgo Argenti ſitam Monachis Olivetanis conceſſit, ubi nuper Monaſterium, tutum dubiis ſibi futurum temporibus receptaculum, condere inſtituerunt. Julio inde pridie Idus Maji Ravennam profecto, XIII. Kal. Junias Annibal Bentivolus ex caſtris ultro ab amicis portâ S. Felicis refractâ vocatus ad Urbem acceſſit, & ſine ulla contentione recepit. Franciſcus autem Epiſcopus & Legatus, cum eâ amiſſâ Ravennam ſe ad Julium anxius retuliſſet, X. Kal Junias in via (8) à Duce Urbinate belli Præfecto, Julii fratris filio, eſt interfectus.

ACHILLES CRASSUS.

Poſtridie Eccleſia Achilli Craſſo Card., cui, ut Bononienſi, ex promiſſo debebatur, delata, qui, licèt populus, & Clerus Bentivolorum impulſu eandem Antonio Galeatio (9) tradidiſſent, tamen Kal. Jun. per Agamemnonem fratrem poſſeſſionem nemine interpellante accepit. Hoc ſedente Civitas, & Eccleſia magnis, ſi quando aliàs, tumultibus bellicis fatigata ultimam tandem Dei beneficio quietem eſt conſecuta. Julius enim Romam profectus amiſſæ Bononiæ dolore exæſtuans, Idibus Julii exercitum ad eam recuperandam miſit, ac diu acriter Hiſpanorum uſus auxiliis oppugnavit, quo bello omnes Eccleſiæ, atque omnia Monaſteria extra Urbem ſita aut prorſus, aut magna ex parte vaſtata ſunt; in primis verò Cruciferorum, & S Michaëlis. Memorabile autem illud, ac poſteritati præcipuè conſecrandum, Kal. Januariis Hiſpani Ur- 1512
bem obſidentes cuniculum ſub muro Baracani (ſic projectura muri vulgò vocatur) potius S. Stephani, in quo pictam B. fuiſſe Virginem diximus, ſuffoderunt, ac pulverem tormentarium indiderunt, qui cum admo-

(2) Hanc an. 1343. Canonici Lateranenſes tenebant. Ex documentis ſcimus, anno 1450. eam coluiſſe titulo Rectoris Presbyterum Sæcularem (*Maſin. par. 1, pag. 156.*) quam ceſſit Servitis Hercules Alamandinus XI. Kal. Novembr. an. 1507., Pontifice anno ſequenti ceſſionem probante, & poſſeſſionem tradentibus an. 1510. 16. Kal. Septembris, Jo. Matthæo Archiepiſcopo S. Severinæ, & Abbate Nonantulano, ad quam Abbatiam eadem Eccleſia jure aliquo pertinebat, curantibus iiſdem Patribus in illam, quam videmus, formam conſtrui cœpit anno 1589., ac perfecta tandem fuit an. 1633.

(3) Baptiſta de Canonicis Bononienſis. *Ughell. T. 2. col. 527. Tondutius hiſtor. Favent. in ſerie Epiſcop. pag. XVII.*

(4) Lege III. Nonas. *Maſin. &c.*

(5) *XV. Kal. Novembris Bononienſem Eccleſiam perpetuo adminiſtrandam ſuſcepit.* Ughell. T. 2. col. 45. ſub. n. 90. Maſin. par. 2.

(6) Tiano.

(7) Secunda. Nam an. 1511. dies Cinerum contigit III. Nonas Martii.

(8) In ipſa Urbe Ravennæ, dum ad Pontificem apud S. Apollinarem hoſpitantem ſe conferebat.

(9) Bentivolo. *Hunc populus, clerusque intruſerunt in Epiſcopatus poſſeſſionem die 28. Maji, ſed à Julio II. Sacris interdictus omnibusque dignitatibus ſpoliatus miſero interiit.* Ughell. T. 2. col. 45.

motum ignem conceptiſſet, non tamen murum, ut ipſe conceperant, naturali vaporis impetu labefecit, licèt valde luxeſſerit (10); creditum eſt autem id virtute B. Virginis eſſe perfectum, quæ præſenti ope inſigne hoſtium machinamentum eluſerit, ac tumultuariam Urbis expugnationem averterit. Itaque religio Civitatis erga locum illum adaucta Oratorio ſubinde ad omnem magnificentiam exornato in hunc uſque diem, ut cum maximè, viget. VII. Idus Galli, qui à Bentivolis advocati Urbis præſidio erant, in Epiſcopio hoſpitantes, Aulam (11) ejus Orientalem inflammaverunt. III. Idus Junias Annibal, poſtquam ſe ultra ſuſtinere non potuit, iterum Urbem reliquit. Ita poſſeſſione ejus à Julio prinde Idus ſine ulla hoſtili calamitate recepta, Achilles VIII Kal. Auguſti Urbem ſolemni Epiſcopi pompa inivit; & VI. Idus prima Sacra confecit, atque inſtauratâ aulâ, atque Eccleſiâ conſtitutâ Romam inde diſceſſit,
1513 ac ſequenti anno IX. Kal. Martii morti Julii Pontificis, & Leonis X. comitiis affuit. Ab hoc tempore pacatis rebus Civitas uſa eſt, Republica in hunc uſque diem inſigni æquitate Principum, & moderatione Civium tranquillata, ex quo Templa, ac Monaſteria omnia magnificentiore opere inſtaurata, atque Urbs tota ingentia ad opes, & dignitatem accepit, omnibus florentibus
1514 pacis artibus, incrementa. Poſtero Leo Pontifex rogatu Achillis Indulgentiam Civitati pro inſtauranda teſtudine Sancti Petri, quæ
1515 terræmotu prociderat, dedit; deinde ſequenti Urbem inſigni colloquio cum Franciſco Franciæ Rege ibi conſtituto nobilitavit; ad quod viſendum cuncta prope Italia convolavit. V Idus Decembris Leo pompâ Pontificâ inivit, III Franciſcus regiâ; is poſtridie rem Divinam in Baſilica Sancti Petri audivit, ac biduo poſt Leoni Sacra in Baſilica Sancti Petronii apparatiſſime facienti operam dedit; poſt iſtæc ſepulchrum Sancti Dominici, & Sanctas Prædicatorum Reliquias viſitavit, atque in Palatium reverſus, omnes ſcrofulis laborantes regia, eaque antiqua auctoritate ſignavit, ac præcipuo Dei beneficio pleroſque ſanavit; inde pranſus diſceſſit; poſt biduum Leo ſe recepit
1516 Romam. Poſtero pridie Idus Januarias effigies alia B. Virginis ſub Prætorii porticu picta virtutem hujus generis edidit: Miles quidam illac tranſiens in conſpectu ejus mejere non ſolum non erubuit, ſed etiam juſſe ab alio prætereunte increpitus reſpondit, B Virginem in cœlis ſedere, neque ejus loci rationem habere. Quare diris ſubitò ſtrictionis angoribus eſt oppreſſus; verùm mox cum miſericordiam ejus ſæpe lacrymis invocaſſet, priſtinam ſanitatem recuperavit. Qua re cognita, populus religione tactus tantum ſtipis ſubito contulit, ut intra quatuor menſes Sacellum illud excitarit, quod nunc Dominæ Populi nominatur. Achilles Epiſcopus, qui cum Leone in Urbem profectus, illo diſcedente, remanſerat,
1517 VI Idus Octobris Romam revertit. Anno milleſimo quingenteſimo ſeptimo decimo V. Kal. Julii Leo Laurentium Campegium, Civem Bononienſem, & Epiſcopum Feltrinum; ſuum apud Maximilianum Cæſarem Nuncium, Cardinalem Presbyterum Tituli S. Thomæ in Parione creavit, ac menſe Decembri ex Germania Bononiam decedenti obviam pileum purpureum miſit, atque has literas dedit: *Circumſpectionis tuæ ſingulares virtutes, ac doctrina, multaque præclara officia in hanc Sanctam Sedem Apoſtolicam, quibus multos annos novis in dies meritis cumulare non deſtitiſti, labores quos pro nobis, eademque Sede ſedulò, ac libenter ſubiſti, ſingulare quoque ſtudium animi, & amoris erga te noſtri fecerunt, ut circumſpectionem tuam de unanimi venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium apud nos exiſtentium conſenſu, unà cum iis, qui à nobis noviſſime ad Cardinalatus ordinem promoti ſunt, eorumdem venerabilium Fratrum noſtrorum numero aggregaverimus. Nos igitur te, cujus perſonam paterno affectu complectimur, merita cognoſcimus, virtutemque magnifacimus, uberiori gratia proſequi, ac debitis hujus honoris Inſignibus decorare volentes, pileum Cardinalatus nominis tui, per dilectum filium Joannem Franciſcum Turcum, Clericum Bononienſem, Scutiferum, & familiarem noſtrum commenſalem ad circumſpectionem tuam tranſmittimus, per venerabiles Fratres Laurentium Montis-regalis Vicelegatum hujus noſtræ Civitatis, & Joannem Faventinum Epiſcopum, vel eorum alterum, poſtquam in manibus ſuis debitum fidelitatis juramentum præſtiteris, perfectâ re Divina ſolemniter noſtro nomine conſignandum, & capiti tuo imponendum. Qui, ut te intelligere confidimus, ex Patrum auctoritate magnum myſterium continet; deſignat enim illius purpureus color, oportere eum, qui illo ſit inſignitus, non ſolum labores, & pericula fortiter ſubire, ſed etiam fervore caritatis inflammatum, vitam effundere pro Fidei Catholicæ amplitudine, & Eccleſiæ Dei, & Sedis Apoſtolicæ defenſione, quomodo Dominus, & Redemptor noſter, ponens animam pro ovibus ſuis, pretioſiſſimum Sanguinem ſuum fuderit. Suſcipe igitur, fili perdilecte, ipſum pileum præcipuum caritatis Inſigne, quâ decet, reverentiâ & devotione, teque his moribus continuò exorna, ut de virtute in virtutem in domo Domini progredi valeas, & nos meritò lætemur, talem alumnum Eccleſiæ aggregatum eſſe, & Apoſtolicæ dignitati, & noſtræ expectationi ſatisfacere. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XII. Novembris milleſimo quingenteſimo ſeptimo decimo, anno Pontificatus noſtri quarto*, atque ita Laurentius Bononiæ in æde S. Petronii, univerſa aſtante Civitate, ornamenta Cardinalatus adeptus Romam pervenit. Proximo 1518
Leo bellum Turcis imminentibus facere, aut certe propulſare contendens cùm Legatos ad omnes Chriſtianorum Reges ſollicitandos decreviſſet, Laurentium ipſum ad Regem Henricum excitandum in Angliam miſit. Ea quoque de cauſſa V. Nonas Maji populus juſſu Pontificis pro auxilio Divino adverſus Turcas implorando ſupplicatum contendit, atque omnibus Religioſorum Ordi-

(10) Quædam alia præterea mira referunt tum accidiſſe Leander Albertus, & Maſin. ad primam diem Februarii, quæ apud ipſos legere licebit.

(11) Teſtatur id brevis inſcriptio in Epiſcopio exiſtens, quæ eſt hujuſmodi: *Achilles de Graſſis S. Sixti Presbyter Cardinalis Bononienſis aulam hanc igne crematam reſtituit anno 1512.*

Ordinibus, & Devotorum Sodalitatibus ad-
vocatis, in pompa omnes ſanctas Reliquias,
in primiſque B. Virginis Imaginem tulit,
1529 ſequenti Laurentius cauſſa communi apud
Regem egregiè acta, ac diſciplina Cleri An-
glici ſic temporibus poſtulantibus emendata,
eximiis, ad honorem, & commodum à Rege
muneribus oneratus, Romam revertit; ac
Signaturæ officium à Pontifice retulit (12)
atque una cum Achille Epiſcopo comitiis
illis interfuit, quibus mortuo Leone Hadria-
1523 nus VI. & Clemens VII. anno milleſimo
quingenteſimo viceſimo tertio Pontifex eſt
ſuffectus, per quos dies X Kal. Decembris
Achilles è vita migravit, (13) ſepultus in
Titulo S. Mariæ trans Tiberim, quem jam
fuerat aſſecutus.

LAURENTIUS CAMPEGIUS.

QUod ut Clemens vidit, Eccleſiam ſta-
tim (14) Laurentio Campegio, ut
omnium illa tempeſtate digniſſimo,
detulit, atque una Legatum in Germaniam
(15) ad Lutheranam hæreſim compeſcen-
dam, quæ prioribus annis exarſerat, deſti-
navit. Quare Laurentius ex itinere Bono-
1524 niam adiit, ac pridie Idus Februarii ſequen-
tis anni Urbem ſolemni pompa inivit, inde
XVI. Kal. Martias, quæ prima Dominica
Quadrageſimæ fuit, prima Sacra in Baſilica
fecit, tum ad ædem Prædicatorum progreſ-
ſus ſepulchrum B. Confeſſoris inviſit, atque
Indulgentiâ inſignitum reliquit; demum ad
Conventum Norimbergenſem profectus,
rem ad magnam ſpem compoſitionis addu-
xit, ac Ratiſponenſi Conventu decreta ali-
quot ad abuſus Eccleſiæ evellendos valdè
1527 idonea fecit; inde Romam reverſus triennio
poſt, Urbe ab exercitu Caroli Cæſaris ca-
pta, ipſe quoque in arce cum Pontifice Cle-
mente obſeſſus eſt. Demum compoſitis re-
1528 bus anno milleſimo quingenteſimo viceſimo
octavo in Angliam Legatus ad concordiam
inter Regem, Reginamque conciliandam
eſt deſtinatus. Tum vero Bononiam iterum
ex itinere veniens, ex Pontificio decreto ſo-
rores S. Mariæ ad Puliolas ſub Regula S. Au-
guſtini indecorè viventes inde removit, ac
loco earum puellas aliquot S. Marthæ loca-
vit, (16) & legibus Ordinis S. Claræ aſtrin-
xit; ac S. Marthæ & S. Bernardini nomine
1529 inſignivit. Proximo nobilis congreſſus inter
Clementem Pontificem, & Carolum Cæſa-
rem Bononiam eſt indictus, ad pacem inter

A ſe præſenti dextræ pignore faciendam, &
Carolum Inſignibus Auguſtalibus honeſtan-
dum. Quæ res ut emanavit, vix dici po-
teſt, quantum ex omnibus terrarum parti-
bus mortalium in hanc Urbem attraxerit,
inſita omnibus cupiditate videndi congre-
dientes duos potentiſſimos terrarum Princi-
pes, mutua ſibi poſt diuturnas ſimultates
officia amicè præſtantes. IX Kal. Octobris
Clemens Urbem inivit ingenti rerum appa-
ratu à Civitate receptus, ac Nonis Novem-
bris Carolum majore cum comitatu togato-
rum, militumque ingreſſum, atque ad ſe
adorandum accedentem de more pro gra-
dibus S. Petronii ſedens excepit: inde ſe-
B quenti milleſimo quingenteſimo triceſimo in 1530
die S. Matthiæ ipſum Imperatorem Augu-
ſtum impoſita in Baſilica S. Petronii Augu-
ſtali corona magna gratulatione populi ap-
pellavit; cui pompæ Laurentius quoque ex
Germania reverſus ſuam operam præbuit.
Qua re inſigni cæremonia perſoluta, Caro-
lus ad S. Dominicum, quaſi ad Lateranum
progreſſus, ibi de more plurimos equeſtri
dignitate ornavit: atque ex Clementis au-
ctoritate rebus Italiæ conſtitutis, XI. Kal.
Aprilis in Germaniam abiit, Laurentio Epi-
ſcopo iterum Legato ad componendas res
Germaniæ proſequente. Pridie Kal. Aprilis
Clemens Romam revertit, atque Eccleſiam
C Sancti Benedicti (17) in Galeriæ vico vacan-
tem Fratribus Minimis Sancti Franciſci 1532
Paulani conceſſit: & MDXXXII. Aream
Gniſilericorum, quod vulgo Vattum diceba-
tur, Canonicis Regularibus S. Georgii in
Alga dedit ad ædem, & Monaſterium ſub
nomine S. Gregorii conſtruendam, vetere
illorum Cœnobio extra portam S. Vitalis ex
conſenſu Civitatis hominibus peſtilentia
afficiendis aſcripto. Inde VIII. Idus Decem-
bris Bononiam novo cum Carolo colloquio
deſtinatam reverſus, in ſuburbano Crucife-
rorum Monaſterio pernoctavit, ac poſtridie
ſolemni pompa inivit, atque Idibus Caro-
lum ingreſſum pro gradibus S. Petronii ſe-
D dens excepit: ac ſequenti in die S. Matthiæ 1533
fœdus cum eo ſancivit adverſus omnes, qui
pacem perturbare Italiæ vellent; cui collo-
quio Laurentius quoque Epiſcopus ex Ger-
mania regreſſus interfuit. Poſtridie Carolus
in Hiſpaniam, XI Kal. Aprilis, Clemens
Romam Laurentio comitante diſceſſit; ac
milleſimo quingenteſimo triceſimo quarto 1534
moriens Paulo III. locum conceſſit, Lauren-
tius autem anno milleſimo quingenteſimo 1538
tri-

(12) Hoc ipſo anno ſexdecim Virgines Sanctimo-
niales Ordinis S. Claræ, è Bononienſi Mo-
naſterio Corporis Chriſti Ravennam ſe con-
tulerunt, ut Aſceterii recens extructi ſub
eodem nomine initia ponerent. Nomina
earum habentur apud Celſum Falconem
pag. 558., ex quo accepit Faber Sacrar. Me-
mor. Ravenn. par. 1. pag. 151.

(13) Tres dies ante, quam Clemens VII. Sum-
mus Pontifex renunciaretur. Ejus tumulo
ſequens Epitaphium appoſitum eſt: *Achil.
de Graſſis Epiſcopo Bonon. hujus Baſilicæ Car-
dinali, morum gravitate, & Legum peritia
nulli ſecundo, in quo nullum juſtitiæ, modeſtiæ,
ac liberalitatis genus unquam deſideratum eſt.
Vixit an. LX. Clemente VII. & univerſa Cu-
ria maximo de ſe deſiderio relicto*,

(14) Die ſecunda Decembris ejuſdem anni.

(15) Quò antea cum legaverat etiam Leo X. ean-
dem ob cauſſam.

(16) Anno 1526. ex inſcriptione Tumuli (ut Ali-
doſius & Maſinus, & ut infra etiam no-
tabimus) quæ talis eſt: *D. O. M. Laurentius
Campegius hujus Civitatis Antiſtes & Sanctæ
Romanæ Eccl. Epiſcopus Card. Sacris Virgini-
bus Sanctorum Bernardini & Marthæ ſacras
has ædes cultu conceſſit & inſtauravit anno Do-
mini MDXXVI.*
E Porro hic ille locus eſt, quem B. Bernardus
à Quintavalle, ac S. Franciſci Sodales pri-
mo habitarunt, de quo jam diximus ſupra
ſuo loco.

(17) Ea, ut modo eſt, etiam antiquis temporibus
Parochialis erat: ſæculo quartodecimo à
Monachis Benedictinis tenebatur, exinde
Collegiata facta eſt, Canonicis Sæcularibus
illam colentibus; demum Bartholomæo
Cerchiaro Canonico & Parocho cedente an.
1532. huc venere FF. Minimi inſtituti à
D. Franciſco de Paula, ejuſque inſtitutum
approbatum fuit à Julio II. an. 1506.

triceſimo octavo Legatus ab eo ad Conci-
1539 lium Vicetiam miſſus, ſequenti Epiſcopi Prænestini jam dignitatem adeptus Romæ XIV. Kal. Auguſti diem obiit, in Titulo S. Mariæ trans Tiberim ſepulturâ donatus. (18) Ejus vitam, quoniam à me pluribus verbis ſeparatim eſt ſcripta, propterea hoc loco non multis attinuit explicare.

EJUSDEM

LAURENTII CAMPEGII

VITA ALTERA.

MONITUM.

EN tibi ſiſto, Amice Lector, alteram Laurentii Campegii S. R. E. Cardinalis, & Bononienſis Antiſtitis Vitam, ab eodem Sigonio conſcriptam, & Laurentio Campegio apud Senatum Venetum Nuncio Apoſtolico ab ipſo dicatam, quæ antea Bononiæ impreſſa fuit Anno 1581. Ex hujus profectò lectione non modicam voluptatem te percepturum arbitror, cùm non tantum celebris hujus Patris acta ſingula deſcripta, & in capita diſtributa inveneris, verùm etiam ætatis illius involutam Hiſtoriam optimè noveris eſſe explicatam. Conſilium meum inſerendi Bononienſium Præſulum geſtis nonnullas quorumdam vitas, ab ipſo Sigonio accuratiori calamo exaratas, jam tibi in præcedentibus Monitis patefeci; quamobrem ut me commodis tuis conſulentem ames, rogo atque obteſtor. Argelatus.

AD LAURENTIUM CAMPEGIUM

APUD SENATUM VENETUM NUNCIUM APOSTOLICUM

CAROLI SIGONII

PRÆFATIO.

QUi memorabiles clarorum Virorum actiones, ac vitas primi monumentis conſignare litterarum inſtituerunt, ii præclare admodum, meo judicio, de univerſo humano genere meriti ſunt, neque enim ſolum rationem oſtenderunt, qua egregia præſtantiſſimorum hominum virtus ab indigna conſequentium ſæculorum oblivione vindicaretur, ſed etiam, qua univerſæ poſteritatis animi ad rectam excellentium exemplorum imitationem accenderentur. Quo facto nihil accidere potuit hominibus ad vitam bene, beateque degendam accommodatius. Hanc ſcribendi laudem præcipuè apud Græcos tulit, accuratus admodum ſcriptor, Plutarchus, apud Latinos verò Æmilius Probus. Hi enim cum ingenii facultate pollerent, ſummam in eo curam adhibuerunt, ut optimum quemque Senatorem, Ducem, & Oratorem ex clariſſima quaque civitate ſeligerent, quorum virtutes memoriæ litterarum prodendo, ceteris in civili ſocietate viventibus quaſi conſectandas, æmulandaſque proponerent. Verùm non langueſcente univerſo prope contexendæ hiſtoriæ ſtudio, ſimul & ipſa, quæ in multis exarſerat, conficiendarum vitarum induſtria eſt extincta. Quare multorum non modo Imperatorum, ac Senatorum, ſed Regum etiam, ac Principum, qui propriæ virtutis ſplendore mirifice ſua ſæcula illuſtrarunt, nomen, ac memoria eodem, quo corpus, ſepulchro non ſine magno poſterorum detrimento eſt condita. Inter quos meritò mihi referri poſſe videntur primum Epiſcopi, qui Dei Eccleſias gubernarunt, quorum multos conſtat ſanctitate, ac doctrina præ ceteris eluxiſſe, deinde Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinales, atque Diaconi, qui cum ſemper eximia in Eccleſia auctoritate fuerunt, tum verò ab illo tempore maximè florere cœperunt, quo veteri Pontificum decreto illud juris adepti ſunt, ut Populo, Cleroque juſtis de cauſis excluſo, ipſi Pontificem, & ſoli, & ex ſuo potiſſimum corpore deſignarent. Acceſſit, quòd iidem aſſidue lateri Pontificis adhærentes conſilia omnia ad ſtatum, & dignitatem Eccleſiæ pertinentia moderati ſunt, iidem graviſſimam quamque pro Apoſtolica Sede legationem obierunt, iidem bellis, ſi quando pro jure Eccleſiæ ſuſcipienda fuerunt, Pontificis nomine aſtiterunt, atque omnino, & voce, & ſcriptis, & conſilio, & labore ſuo Rempublicam Chriſtianam ſævis ſæpe ſeditionum turbinibus agitatam ſuſtinuerunt. Quare in tanta negotiorum magnitudine, quæſtionum difficultate, cauſſarumque varietate morem illum Pontifices ſapientiſſime tenuere, ut integerrimum quemque Theologum, doctiſſimum Juriſconſultum, prudentiſſimum Senatorem ferme in ejuſmodi Collegium cooptarent, quorum conſilio, atque induſtria ipſam pacatis, turbidiſque temporibus rectè committere rempublicam poſſent. Verùm quod dolendum in primis videtur, ut Epiſcopos, ſic Cardinales, licet multis & ſapientiæ, & pietatis monumentis inſignes, nemo adhuc ferme aut cognoſcere, aut cognitos ceteris tradere magnopere ſtuduit, præter admodum paucos, quos non minus virtutis, quàm ſacræ Purpuræ ſplendore fulgentes, præclara doctorum ingenia celebrarunt. Quod cum ego animadvertiſſem, interim dum Epiſcopos Bononienſis Eccleſiæ, juſſu ampliſſimi, ac pientiſſimi Viri Gabrielis Cardinalis Palæoti, conquirerem, facile me in

(18) Eodem tumulo conditus jacuit etiam Alexander filius, ut ex epitaphio conſtat, quod eſt ſequens: *Laurentii Tituli S. Mariæ Transtyberim Patris, & Alexandri S. Luciæ in Silice filii, ex legitimo matrimonio ante Sacerdotium ſuſcepti ex nobili Campegiorum Bonon. familia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis oſſa ex eminenti loco anno ſalutis MDLXXI. huc translata in unum requieſcunt.*
Ex teſtamento deinde, narrat Alidoſius, corpus una cum filii cadavere, translatum fuiſſe Bononiam, additque Maſinius, id contigiſſe an. 1582., atque ambo recondita apud Moniales SS. Bernardini & Marthæ, ut lapis (inquiunt laudati hiſtorici) oſtendit; quamvis revera inſcriptio illa, quam retulimus ſupra ad col. 530. conditarum quidem ædium fidem faciat, non autem cadaveris ibi conditi.

„ in eam ſententiam adduci ſum paſſus, ut A
„ ex hoc numero Laurentium Campegium,
„ magnum Patruum tuum ſecernenem, Vi-
„ rum ſine controverſia in omni officii,
„ laudiſque genere præſtantiſſimum, cujus
„ præclaræ, ſed jam prope ſeneſcenti me-
„ moriæ, qua poſſem ratione, conſulerem,
„ dum adhuc multi ſupereſſent, qui me
„ de rebus ejus opportune commonefacere
„ poſſent. Quibus rebus ſummo ſtudio, cu-
„ râque collectis, commentarium huc, di-
„ ligenti actionum, temporumque diſpen-
„ ſatione adhibita, lucubravi, eumque præ-
„ cipue tibi inſcripſi, ut quemadmodum tu
„ nomen, ac ſtudia illius jam pridem mor-
„ tui repræſentas, ſic memoria ejuſdem à B
„ me literarum præſidio renovata, in tuo
„ potiſſimum nomine ad clatam poſterita-
„ tis notitiam perveniret: non enim audeo
„ dicere, ut te ad imitationem divini pro-
„ pè hominis excitaret; nam tu incitato,
„ ut video, adeo curſu ad domeſticum ſa-
„ pientiæ decus conſequendum, augendum-
„ que contendis, ut nullam cujuſquam, vel
„ opportunam admonitionem admittas.
„ Quod ego etſi pro certo ita eſſe mihi
„ perſuadeo, ſit tamen quo neſcio modo,
„ ut honeſtam hanc etiam avitarum rerum
„ commemorationem, haud exiguas faces
„ ad te amore veræ, ac ſolidæ gloriæ in-
„ flammandum admoturam eſſe, confidam. C
„ Sed jam ad rem aggrediamur.

INCIPIT VITA

LAURENTII CAMPEGII

EPISCOPI BONONIENSIS.

CAmpegiam gentem Bononiæ in primis illuſtrem excellens primùm rei militaris induſtria, deinde eximia quædam civilis ſcientiæ diſciplina nobilitavit, atque ad elatam hominum famam, notitiamque provexit. Rei bellicæ laude floruere priſci illi generis auctores, ac quodammodo familiæ duces, Hugolinus Laurentii filius, Donatus, Nicolaus, & Facciolus, D qui continenti ſtirpis, virtutiſque ſucceſſione partim in bellis, quæ tum gerebantur, externis, partim in domeſticis ad exterminandos orbe tyrannos contentionibus, præclaram admodum fortitudinis, ac fidei reipublicæ operam præſtiterunt, atque inſignia laudum inde præmia retulerunt. Juris verò prudentia Bartholomæo, Joanni, & Laurentio tantam deinceps apud Principes gratiam, ac tam claros inter cives, & apud Pontifices honores conciliavit, ac peperit, ut verè dici poſſit, eos monumenta immortalia Bononienſis fuiſſe orbis, ac ſine dubio clariſſima lumina temporum ſuorum. E Quoniam autem unus inter omnes Laurentius, velut Sol inter ſydera, cum virtutis magnitudine, tum gloriæ ſplendore præluxit, propterea digniſſimus viſus eſt, cujus vita memoriæ conſecretur, & nomen ab ipſo futurorum ſæculorum ſilentio vindicetur: nempe ut habeant Poſteri in deligendo genere vitæ, quem auctorem induſtriæ potiſſimum conſectentur, & cives in domeſticis laudibus prædicandis, cujus præcipue alumni virtute, ac ſapientia glorientur. Ille verò patrem Joannem, avum Bartholomæum Faccioli filium habuit, nobilem, ut dixi, Juris utrumque Conſultum.

CAPUT I.

De Bartholomæo avo.

CEterum Bartholomæus non tam ſcientiæ, quàm vitæ commendatione probatus omnibus ita fuit, ut propterea præcipuum utriuſque laudis teſtimonium ferre ab inimicis, & Principibus viris meruerit, quorum nullum aut ad veritatem aptius, aut ad gravitatem inſignius eſſe potuit. De probitate enim hominis adverſa factio egregiè adeo judicavit, ut in ipſo etiam ſævientis ſeditionis ardore illi uni ſingularis beneficii loco pepercerit. Anno enim milleſimo 1445
quadringenteſimo quadrageſimo quinto, Annibale Bentivolo à Canetulis interfecto, cum Bentivolorum factio ſurepa arma repente corripuiſſet, ac vita Baptiſtæ Canetolo illius cædis auctori adempta, & domo ejus incenſa eundem inde terrorem ad cæteras earundem partium tecta transferret, ac jam ſupra ſexaginta inimicorum domos hoſtili furore diripuiſſet, ſe tamen ab ædibus Bartholomæi, qui in iiſdem eſſe partibus dicebatur, abſtinuit. Nam cum Signifer ad eas, tanquam ad communis adverſarii, conſtitiſſet, ac ſigno dato infeſtam populationem indiceret, conſeſtim ab univerſis eſt acclamatum, ut huic parceretur: nam virum probum eſſe, nec cuiquam injuriam, aut contumeliam intuliſſe. Qua re accepta Bartholomæus, qui tum fortè aberat, etſi vehementius eſt gravisus, tamen, ne in poſterum novis prævalentis factionis impreſſionibus eſſet obnoxius, exilium ultro ſibi conſcivit, & Bononiâ relictâ Mantuam commigravit. Quo tempore contigit, ut idem exiliis quoque, prout diximus, præſtantium tum in Italia Principum ſic judicia conſequutus. Etenim Ludovicus Mantuæ Marchio extorrem illum non ſolum hilari vultu ſuſcepit, ſed annuo etiam ſtipendio decoratum ſecreti ſui compotem conſilii fecit. Philippus autem Maria Dux Mediolani, qui eundem aliquando Bononienſis reipublicæ Oratorem audierat, ac mirifice ipſius captus eloquentiâ fuerat, tantum illi tribuit, ut certa quoque & ipſe æris penſione in ſingulos annos perſolvenda, ſive ad vitæ ſubſidium, ſive ad dignitatis ornamentum donarit. Ita Bartholomæus patriæ ſuæ luce orbatus, illud ſola virtutis opinione eſt conſequutus, ut, quod niſi præſtantibus ingeniis non accidit, meliore apud alienos, quàm inter ſuos, conditione verſatus ſit. Is filios duos Joannem, & Hieronymum ex nobili muliere, Paula Cavalcabove Cremonenſi ſuſcepit, quorum Hieronymus Civilis, ac Pontificii Juris Peritus, ac Collegii particeps, ſumma laude Eccleſiæ Parentiæ Epiſcopus præfuit, ac nonagenario major exceſſit.

CAPUT II.

De Joanne patre.

JOannes autem anno milleſ. quadringenteſ. 1448
quadrageſ. octavo natus primas Mantuæ literas didicit. Quibus ſatis ad omnem hu-

humanitatis laudem imbutus, poſt aliquot
annos Mantua juſſu patris Bononiam ſe re-
cepit, atque animo ad Jus civile cognoſcen-
dum adjecto, ibi Alexandrum Imolenſem
audivit, deinde Piſas tranſgreſſus Franciſcu
Aretino operam dedit, quibus viris ſumma
tum Juris Prudentiæ laus concedebatur ab
omnibus. Itaque eam ad ingenium, quo il-
li excellere contigit, ſingularem quoque
induſtriam adjunxiſſet, brevi tantos in eo
ſtudio progreſſus fecit, ut nondum inſulſa
1470 Doctoris ornatus anno milleſimo quadrin-
genteſimo ſeptuageſimo certatim à Piſanis,
& Ticinenſibus ad Jus apud ſe publico ſti-
pendio profitendum accitus ſit. Prætulit
autem Gymnaſium Ticinenſe Piſano, cum
nota cœli clementia invitatus, tum in pri-
mis conſilium Thomæ Thebaldi Mediola-
nenſis, paterni amici, ſequutus, qui erat à
Conſiliis Galeacii Sforitiæ Ducis; quem lo-
cum jam tum à Philippo Maria Vicecomi-
te, & Franciſco Sfortia obtinuerat, præte-
rea à Philippo Maria ad Reges Galliæ, &
Neapolis Orator miſſus, & ab eodem Cre-
monæ, atque Haſtæ gubernandæ Præfectus,
maxima tum in ea Ditione auctoritate, gra-
tiaque florebat. Thomas verò non ſolùm
conditionem illi Ticinenſem ſuffragatione
ſua conciliavit, ſed etiam, cum nomen ejus
in dies magis ad commendationem ingenii
celebrari videret, ipſum generum ſibi aſci-
vit, Dorothea filia illi in matrimonium col-
locata, ex qua ipſe filios quinque ſuſtulit,
Laurentium, Antonium Mariam, Thomam,
Bartholemæum, & Marcum Antonium. Ex
quibus Laurentius poſtea omnes, ut ætate,
ſic virtutis, ac dignitatis magnitudine ſu-
peravit, ac præcipue familiam illuſtravit.
1474 Hic verò anno MCCCCLXXIIII. Mediola-
ni ortus eſt, antequam mater Ticinum ad
maritum traduceretur; inde eximia patris
diligentia educatus, Ticini prima litera-
rum, quibus ferme ad excolendum inge-
nium inſtituntur Italici, rudimenta perce-
pit. Erat hoc in Joanne præcipui decoris,
quòd ad ſummam Juriſprudentiæ laudem
facundiam adeo ſingularem adjunxerat, ut,
quemadmodum ſcripſit Baptiſta Pius, qui
illum audivit, *ipſe inter ceteros Juris-conſul-
tos, tanquam Juppiter inter Deos, dicendi
facultate, & copia emineret*. Quare ſic om-
nium in ſe mentes ipſa profeſſionis novitate
converterit, ut per decennium amplius Tici-
ni Jus civile magna auditorum frequentia,
& ſecundis omnium auribus edocuerit. Quo
facto Senatus Venetus, nobilium ingenio-
rum æſtimator acerrimus, ingenti illius famæ
celebritate permotus, uberiore oblato præ-
mio, in Academiam Patavinam anno
1483 MCCCCLXXXIII. acceſſivit. Ibi vero Joan-
nes cum ingenio, tum facilitate omnibus,
ac præſertim patriciis Venetis, uſque adeo
ſe probavit, ut dignus viſus ſit, qui ſecun-
da conditione cum inſigni mercedis incre-
mento devinciretur, & Bartholemæo Soci-
no, ac Jaſoni Mayno majoribus natu do-
ctoribus æquaretur. Interim Laurentius puer
patritam, avitamque imitatus induſtriam
Juris Civilis, ac Pontificii cognoſcendi cu-
piditate flagravit, atque aſſidue Joannem
patrem, Bartholemæum Socinum, & Anto-
nium Corſetum audivit, qui tum in eo ge-
nere doctrinæ præſtare ceteris putabantur.
Accidit inde, ut Senatus Jaſoni ſtipendium,

A ipſo præterito Joanne, adauxerit. Quod ille
contumeliæ loco accipiens iniquo adeo ani-
mo tulit, ut inde ſibi cedendum; ubi pari
cum æmulo laudis faſtigio non uteretur,
exiſtimarit. Itaque Bononiam, quò jampri-
dem invitabatur, ita repetiit, ut juvenes
complures ſecum abduxerit, ſui audiendi,
ut ferme in ejuſmodi fit ætate, ſtudio in-
flammatos, atque anno MCCCCLXXXVIII. 1488
ibi docuerit. Quod ut Veneti cognove-
runt, ſeque iniquis multorum vocibus car-
pi viderunt, qui debita tam præſtantis in-
genii ratione non habita multum de digni-
tate gymnaſii detraxiſſent, conſeſtim ſuſce-
pta ſententia deceſſerunt, ac Joannem octin-
B gentis oblatis aureis, ideſt eadem, qua Ja-
ſonem, conditione, adjecto decreto honori-
ficentiſſimo, revocarunt. Quo tempore
Joannes magnum, & memorabilem facti, ac
conſilii ſui fructum percepit, & quorum
in vera virtute non ſolum præſidii, ſed etiam
ſplendoris inæreret, agnovit. Nam ubi per-
crebuit, illum Bononiâ profectum Patavium
adventare, continuò Gymnaſii Principes in-
ſigni ſtudioſorum numero circumfuſi, at-
que ipſius Urbis Præfecti ingenti nobilium
caterva ſtipati obviam extra portam honoris
gratiâ prodierunt, ac magna animorum hi-
laritate receptum ad hoſpitium nova, at-
que inaudita pompæ ſpecie deduxerunt,
C quòd is honos ad id uſque temporis tan-
tummodo Magiſtratibus Venetis, & ſum-
mis Principibus Urbem ineuntibus haberi
fuiſſet ſolitus, ut ſcribit libro Exemplorum
ſexto Sabellicus, addens, *nullâ hominum
memoriâ Profeſſorem honorificentius acceptum
Patavinam Civitatem vidiſſe*. Laurentius au-
tem in ipſo jam flore adoleſcentiæ conſti-
tutus, cum ſigna interim multa ederet, un-
de præalta ingenii, virtutis, ac ſapientiæ
indoles eluceret, tum præcipue in ipſo Ju-
ris, Legumque ſtudio ſic admirantibus cun-
ctis profecit, ut quarto poſt anno, quo ille 1493
ætatis ſuæ nonum decimum erat natus, non-
dum Doctoris inſignibus præditus, a Vene-
D tis ad Inſtitutiones juris interpretandas ad-
miſſus ſit, ac ſimul cum patre domeſticum
induſtriæ decus, quod jam hæreditarium fa-
ctum eſſe videbatur, facile triennii ſpatio 1496
ſuſtinuerit. Quo exacto ſubinde Bononiam
patris conſilio remigravit, ut familiæ me-
moriam diuturnâ ſui abſentiâ prope inter-
mortuam excitaret. Ibi vero publica de
more diſputatione perfunctus ornamenta
Doctoris accepit, atque ex patris inſtituto
pomeridianæ Juris expoſitioni ſe tradidit,
ac quadriennio poſt uxorem ex ipſius au- 1500
ctoritate parentis aſcivit; ea vero fuit Fran-
ciſca Ludovici Vaſtavillani, viri ſummæ
nobilitate præditi, filia, quacum per de-
E cem poſt annos conjunctiſſime vixit, &
tres ex ea filios ſuſcepit, Alexandrum,
Rodulphum, & Jo. Baptiſtam, de quibus
ſigillatim poſtea diſſeremus. Atque ita uni-
verſo fortunarum ſuarum ſtatu ad privatæ,
civiliſque vitæ rationem collato deinceps
honores eos, qui primariis Urbis patent
Civibus, cepit. Joannes autem nova du-
centorum aureorum acceſſione, quos Vene-
ti Jaſoni denegaverant, exornatus, rurſus
per quinquennium tanto ipſius ſcholæ fa-
vore primæ Cathedræ præfuit, ut memoria
non extaret, aliam ante, aut conſtantiore
virtutis opinione, aut majore cunctorum

Or-

Ordinum approbatione, ejuſmodi locum
obtinuiſſe. Quo ſpatio confecto cum jam
XXXV. annos Ticini, ac Patavii aliena
ſtipendia meruiſſet, atque adeo etiam ex-
terna Gymnaſia inſigni ſplendore ſui nomi-
nis illuſtraſſet, demum à Civibus ſuis ro-
1503 gatus anno MDIII. ſeſe in Patriam retu-
lit, ac matutinam profeſſionem, ſexcentis
aureis aſſignatis, honeſtiſſimo loco tuivit,
quod nemo ex Civibus adhuc unquam fue-
rat aſſecutus, ac ſimul cum filio Juris ſtu-
dio provehendo, & Magiſtratibus Urbanis,
ut opus fuit, adminiſtrandis incubuit; qua
ratione non ſummo ſolum ornamento, ſed
maximo etiam adjumento poſt laboranti va-
rie Civitati ſæpiſſime fuit; cujus domus tum
tanquam alterum Juris oraculum univerſæ
Italiæ reſponſorum multitudine patuit. Ve-
rum qui locus ſummæ quietis, atque opta-
tiſſimi portus eſſe otii debuit, is paullo poſt
ſæviſſimos omnium moleſtiarum fluctus, ac
teterrimas civilium tempeſtatum procellas
excivit. Etenim cum eo tempore Joannes
Bentivolus, vir in Civitate longe opibus
præpotens, Urbem extraordinario cum im-
perio adverſus Eccleſiam obtineret, factum
erat, ut Civibus in duas partes diſtractis
alii cum Bentivolis, alii cum Pontifice ſta-
rent, & ut animorum inter ſe diſſidio labo-
rarent, ſic mutuis odiis, & ſimultatibus de-
certarent. Itaque Campegius, qui rebus Ec-
cleſiæ conſtantiſſime ſtuduit, acerbas adver-
ſæ partis inimicitias evitare non potuit.
Sed tamen nunquam aut labori, aut pericu-
lo, aut detrimento rei familiaris ulli peper-
cit, quin auctoritatem, conſiliumve ſuum
pro ſalute, ac dignitate Patriæ interpoſuerit.
1505 Biennio poſt Urbs duabus graviſſimis cala-
mitatibus afflictata eſt, ingenti terræmotu,
& rei frumentariæ difficultate. Tremore
vero terra ita concuſſa eſt, ut altiſſima, ac
maxima quæque ædificia labefactata, ac pin-
nis, verticibuſque ſint exuta. Quo metu
perculſa Civitas per multos dies ſub dio in
campis Urbis ſibi tabernacula finxit, atque
ibi mente in primis ſollicita pernoctavit.
Præcipue ædes Bentivolorum ingens dam-
num fecerunt. In maximis porro rei anno-
nariæ anguſtiis cum alii inedia perirent,
alii fœda genera alimentorum alerentur,
plerique vitam miſere traherent, maximus
in Urbe tumultus exarſerat. Etenim cum
publica piſtorum opera privatæ neceſſitati
petentium non ſufficeret, homines vulgo
panem, quem pretio, & prece impetrare
præ turba flagitantium haud poterant, vi,
atque armis extorquere compellebantur;
qua re animadverſa, Senatus negotium Tri-
bunis plebis dedit, ut periclitanti Civitati
conſulerent, rixamque ipſam ſedarent. Eo
igitur tempore Tribunus Laurentius egre-
giam Reip. operam præſtitit. Nam & ar-
matus cum armatis ad vim propulſandam,
& panem ſine tumultu diſtribuendum acceſ-
ſit, & opportunis ſubinde commeatibus in
Urbem introducendis penuriam illam suble-
vare contendit, atque ex ipſis prope Orci
faucibus plebem eripuit. Interim præſenti
rerum ſtatui turbando, ac commutando ho-
neſta occaſio patefacta. Quippe Julius Se-
cundus Pontifex Max. paullo ante creatus,
ut vir erat ingenti ſpiritu præditus, ſtatim
animum ad Urbem Patrum, majorumque
memoriæ Eccleſiaſticam ex Bentivoli mani-

A bus extorquendam adjecit. Ac propterea
ſocio Ludovici Regis Gallorum exercitu
advocato, ipſe ab altera parte copias ſuas
Urbi anno milleſimo quingenteſimo ſexto 1506
admovit. Quo tempore Joannes Legatus à
Civitate ad eum Ravennam miſſus, iram ejus
adverſus Bononienſes conceptam verbis,
atque auctoritate, quoad potuit, mitigavit.
Bentivolus inde infeſtis armis undique
ſeptus, ut nullam externi ſubeſſe ſpem ſub-
ſidii vidit, ſimul cum filiis ſe ſe Urbe pro-
ripuit. Quo facto Julius die S. Martini vi-
ctor Urbem triumphali pompa intravit. In-
de animo ad ſtatum Civitatis formandum,
& Remp. conſtituendam converſo, quadra-
B geſimo Senatores ex ſingulis primoribus fa-
miliis ſummæ Libertatis cuſtodes inſtituit,
atque ut Joannem in eum numerum coopta-
vit, ſic ejus præcipue conſilium poſt in tota
ordinanda Civitate adhibuit; atque inde
ſequenti anno VII. Kal. Martii Romam re- 1507
vertit, relicto in Urbe Laurentio Fliſco,
Montis-regalis Epiſcopo, qui eam pro Le-
gato adminiſtraret. Poſtero Nobiles quidam 1508
Bentivolorum ſtudioſi Mareſcottos, fami-
liam in Urbe prævalidam, delere conſtitue-
runt, quod Bentivolis reduci cupientibus
pertinacius viderentur adverſari. Itaque
re compoſita XVI. Kal. Februarii domum
eorum, injecto tumultu concita, invaſerunt,
C atque, illis clandeſtina fuga dilapſis, eidem
direptæ incendium intulerunt; mox præſen-
tem pœnam metuentes, porta Sancti Mam-
mæ occupata, eò ad quinque armatorum
millia ex Bentivolorum partibus advoca-
runt. Quod ut Fliſcus Prolegatus, Magi-
ſtratuſque Civitatis viderunt, gravi immi-
nentis ſeditionis flammæ occurrendum pri-
mo quoque tempore exiſtimarunt, ne fortè
ſeditioſi illi veniæ deſperatione compulſi,
ingruente nocte adaucto factioſorum nume-
ro novas in Urbe direptiones, atque incen-
dia facerent. Itaque ipſo Auctore, atque
agente Joanne, impunitatem ſe illis daturos
oſtenderunt, ſi arma deponerent, & tumul-
D tum eicto, ac Civitatis otium perturbare de-
ſiſterent. Quod ſe facturos illi reſponderunt,
ſi ſen ſibi prædes darentur, fore, ut hæc venia
rata a Pontifice haberetur, atque inter eos
unum Joannem præcipue popoſcerunt. Ita
tabulis a Prolegato, & Magiſtratibus, in
quibus bona ſponſorum obligabantur, con-
fectis, Civitas ingenti periculo nocturnæ
populationis, atque imminentis timore in-
cendii liberata eſt. Joannes vero ſæpius re-
ſtatus, eam ſponſionem ſibi, ac ſuis ali-
quando exitium allaturam, tamen pro Pa-
triæ, Civiumque ſuorum ſalute facultates
ſuas obſtringere haud abnuit. Julius autem
re cognita ira incenſus ægre quidem, ſed
E tamen Prolegati, & Magiſtratuum precibus
fractus, omnibus, præter eos, qui Benti-
volos reducere conjurarant, indulſit. Siqui-
dem quæſtione conſtituta, non paucos eo-
rum, tanquam Majeſtatis reos, aut bonis,
aut Civitate pro merito cujuſque mulctavit,
quæ res mirum in modum læſæ partis ani-
mos adverſus eos, qui fortunas ſuas in fi-
dem ratæ compoſitionis obtulerant, inflam-
mavit. Vix dum hoc tumultu à Joanne pa-
tre compoſito, nova altera Laurentium fi-
lium moleſtia fatigavit. Quippe Idibus Mar-
tiis, cum ipſe Conſul Antianus à Prætorio
ad Gymnaſium profeſſionis gratia ſe con-

ferret, fortè Principem alterum Gymnaſii obvium habuit; cum autem locum ille ſibi viæ honeſtiorem aſciſceret, rem non ferendam ratus, verbis cum eo altercari de jure honoris inſtituit; juvenes autem, quorum frequenti caterva Gymnaſiarchæ latera cingebantur, jus ſuum, ſi ceſſiſſet, imminui aſſerentes, armis id ſe tutari velle ſignificarunt, cum dicerent, Gymnaſiarchæ faſtigium multo, quam Conſulis, excelſius eſſe, neque propterea ipſum illi decedere oportere, omnibus, qui raptim eò rei cognoſcendæ ſtudio advolarant, eventus expectatione ſuſpenſis, Prolegatus, & Vexillifer Juſtitiæ re audita propere milites aliquot è ſtatione ad Conſulem in Prætorium reducendum miſerunt, ac per duos accenſos Gymnaſiarcham coram ſe adeſſe juſſerunt. Qui magna ſtudioſorum juvenum nobilitate ſtipatus, ubi advenit, continuò denunciare ferocibus, & tumidis verbis incœpit, ſi quid de ſua dignitate veteribus Imperatorum, Pontificumque conceſſionibus tradita demeretur, ſe Urbe cum omnibus illico diſceſſurum. Cui Vexillifer reſpondit, æquum eſſe, ut omnia illi jura ſua integra ſervarentur, ſeque ad eam rem auctorem, adjutoremque ſuturum eſſe, verum ita, ut de Civitatis nihil minueretur; neque enim, quia magna Gymnaſiarchæ dignitas eſſet, propterea eam præferendam Conſulatui eſſe, in quo hæreret quidquid in Civitate majeſtatis, atque amplitudinis reſideret, de qua ne Julius quidem Pontifex, vir ſeveriſſimus, cum paullo ante omnia commutaret, demptum aliquid voluiſſet. Ita Princeps cum Civitatem veterem Magiſtratus ſui exiſtimationem quacunque ratione tueri paratam eſſe, videret, tacitus è prætorio abiit, ac majore, quàm venerat, iracundia fervidus, poſtridie Doctoribus ad Scholas profectis libros arripi juſſit, & ne per decem dies eas repeterent, interdixit, pœna decem aureorum indicta ei, qui dicto audiens non fuiſſet. Quare Senatores, ne ſeditio ingraveſcens gravioris aliquid mali ſecum adveheret, ex auctoritate Prolegati ſanxerunt, ne in poſterum Conſul publica anniverſaria celebraret, ſed privatim in Prætorio ſuis auditoribus inſerviret. Interim Laurentius omnium prædicatione ad ſingularem laudem ingenii, doctrinæ, ac prudentiæ celebratus uxorem amiſit; quæ res opportune illi aditum ad honores Eccleſiaſticos, a quibus averſo ſemper animo fuerat, capiendos, & operam Pontifici præſtandam aperuit; unde mox omnis ſplendor illius gloriæ dimanavit. Neque vero ea tempeſtate præclara ſummis Juriſconſulti oſtendandæ ſcientiæ, ac probandæ induſtriæ ſuæ occaſio deerat, quòd de ſumma rerum, & jure Poteſtatum varie inter Principes, Reges, & Pontificem maximum certaretur; ad quam litem dirimendam æquius videbatur, jura, quàm arma, & linguam, quàm gladium adhibere. Id enim præcipue agebat, atque omni conatu moliebatur Pontifex Julius, vir eximiæ animi altitudine præditus, ut Italiam gravi exterorum imperio liberaret, tyrannos Urbibus exturbaret, ac varie occupatam vete-
1510 rem Eccleſiæ ditionem recuperaret. Itaque anno milleſimo quingenteſimo decimo, iterum relicta Roma Bononiam ſe cum univerſa Cardinalium aula recepit, ac Kalendis Octobris magnificentiſſima pompa ingreſſus, inde Civitati adverſus Bentivolos confirmandæ, qui reditum jam ſæpiſſime pertentarant, incubuit: atque inde magna rerum mole Ferrariam, ac Mirandulam oppugnavit, uſque adeo, ut ipſe in caſtra quoque acceſſerit. Quibus rebus perfectis Ravennam III. Idus Februarii abiit; atque 1511
ibi pridie Kal. Martias, cum Cardinales crearet, Achillem Graſſum Bononienſem etiam cooptavit, ac VII. Idus Aprilis tertium jam Bononiam rediit.

CAP. III.

De officio Auditoris Rotæ Laurentii.

EO tempore oblata occaſione Laurentium virum, jam & ſua, & paterna Civilis ſcientiæ gloria clarum inter Decemviros litium judicandarum Romæ, quos vulgo Rotæ Auditores appellant, allegit. Atque hæc quidem prima Laurentio ad honores Romanos, qui poſtea in dies multiplicati ſunt, capiendos, occaſio fuit, qua non ſibi ſolum, ſed etiam familiæ ſuæ quaſi fores quaſdam ad operam Pontificibus navandam aperuit: quæ poſtea varias legationes pro Sede Apoſtolica obeundo, & diverſas procurationes pro Republica Chriſtiana gerendo, univerſa illius regna luſtravit. III. inde Idus Maji Julius iterum Bononia Ravennam ſe contulit: inde comperto, Annibalem Bentivolum, Joannis jam mortui filium, auxilio Gallorum ſuffultum, XIII. Kal. Junias cum fratribus, & clientibus ſuis nocte Bononiam eſſe ingreſſum, IX. Kal. magnis itineribus Romam repetiit. Laurentio vero Romam profecto, quo minus ſtatim ad judicatum admitteretur, illud à Decemviris eſt objectum, quod rei capitalis cognitionem exercuiſſet, ille autem pro patre Senatore Vergati quæſtionem habuerat) quod qui egiſſet, eum Leges à judicio Decemvirali repellerent. Laurentius vero vicariam patri operam ſe accommodaſſe profeſſus, à Lege ſe propterea non repudiari, tam multis rationibus docuit, ut nemo contradicere auſus ſit. Quare ſolemni diſputatione confecta Magiſtratum iniit, ac paucis diebus diligentia, & judicio ſuo non ſolum ingentem conceptam de ſe opinionem ſuſtinuit, ſed longe etiam ſuperavit. Interim Bentivoli reſtituti eò veſaniæ cum victrice factione provecti ſunt, ut ſtatuam Pontificis æneam paullo ante in excelſa maximè Templi parte locatam turpiſſime deturbarint, atque inſtituta ejus omnia abrogarint; quo pacto Joanni Campegio dignitatem etiam Senatoriam abſtulerunt. Quin etiam qui damnati propter portam S. Mammæ occupatam a Julio fuerant, ſe reſcierunt, ea ſponſorum bona ſibi, irrita ſponſione illa, obnoxia facta eſſe dicentes, atque in eorum prædia hoſtiliter ſe invaſuros eſſe minantes, ingentem vim pecuniæ ab omnibus extorſerunt, præter quàm a Joanne, qui tum forte Mantuæ aberat, à Marchione vocatus, ut litis inter quoſdam conſanguineos ſævientis arbitrium ferret. Ille vero grave dyſenteriæ morbo contracto ſpem tamen maturæ in dies reverſionis dabat: verum hi ſimulatam ad tempus ægritudinem arbitrantes, cupiditate prolapſi reditum opperiri non potuerunt, ac domum ejus

ejus ingreſſi fœde adeo populati ſunt, ut literaria ſuppellectile abrepta, ſimul etiam præclara ingenii ejus monumenta perverterint. Joannes autem morbi magnitudine victus pridie Kal. Octobris triduo, antequam domus diriperetur, magno Civitatis, & Academiæ damno deceſſit, annos LXIII. natus: ex quibus XLII. Ticini, Patavii, & Bononiæ jus interpretando tranſegit, Profeſſor, ac Senator omnium illa ætate clariſſimus, atque honeſta filiorum ſobole, qui omnibus virtutis laudibus floruerunt, quantum humana poteſt capere conditio, feliciſſimus. Siquidem Antonius Maria poſt, reſtituta in ditionem Eccleſiæ Civitate, locum patris Senatorium tenuit, & multas ipſius legationes prudenter admodum, proſpereque confecit. Bartholomæus autem dux militarium copiarum Caroli V. Imp. prævalido corporis robore adeo omnibus præſtitit, ut nemo cum eo congredi in iis certaminum contentionibus ſuſtineret, in quibus ſimulaſo ſpiculorum concurſu ad delectandum populum, & armorum artificium oſtentandum, ſpectaculum exhiberet. M. autem Antonius Groſſetanus Epiſcopus variis literis eruditus unus facile inveteratam familiæ laudem ſuſtinuiſſet, niſi ingens Laurentii, & Thomæ virtutis gloria, claris licet, illius luminibus offeciſſet.

C A P. IV.

De Nunciatu primo ad Maximilianum Cæſarem.

NOndum autem Joanne ex humanis rebus exempto, Laurentio ſpes non dubia ad majores honores adipiſcendos, & avitam laudem familiæ cumulandam affulſit, quippe opportune Nuncio à Pontifice ad Maximilianum Cæſarem deſtinato. Quod ille hac occaſione obtinuit. Superiore anno Cardinales quidam à Julio Bononiam proficiſcente receſſerant, & Maximiliani Cæſaris, ac Ludovici Regis ſtudiis, opibuſque ſubnixi Concilium injuſſu ejus Piſis in Kal. Septembris indixerant, ac libellis propoſitis ipſum eò adeſſe præceperant, ubi de re formando præſenti Eccleſiæ ſtatu acturos, atque ipſum Julium vitio Pontificem factum, & male Pontificatum adminiſtrantem judicaturos eſſe profeſſi erant. Quare cum Julius ſagacis conſilii, diſertæque linguæ hominem quæreret, quem Nuncium ad Cæſarem ſuper tanto negotio mitteret, neminem habuit, quem Laurentio anteferret, licet ſex tantum menſes in aula Romana verſatus ad tantam molem ſuſtinendam videretur parum roboris allaturus. Quam legationem, quanquam ex omni parte impeditam, ac lubricam, Laurentius non ſolum prompta animi alacritate ſuſcepit, ſed etiam ſolertia, ac dexteritate ingenii ita geſſit, ut proſpere, honorificeque confecerit. Huic vero rei ex ſententia expediendæ maximum illud impedimentum objiciebatur, quòd Maximilianus non ſolùm erat à Pontificis rationibus alienus, ſed etiam adverſario Ludovico amicitia, ac fœdere ſociatus. Laurentius autem in Germaniam proficiſcens, patrem Mantuæ tum agentem convenit, atque ab illo magnum, ac clarum fore virum augurante, atque aperte teſtante, cum fauſtis precationibus dimiſſum ad Maximilianum quidem pervenit, verum ab eo pro Nuncio Apoſtolico admiſſus non fuit. Quod ubi Laurentius vidit, auxilio à virtute petito, Matthæi Langi Epiſcopi Gurcenſis, & Jacobi Baniſii, ceterorumque, qui gratia apud Maximilianum, atque auctoritate valebant, ſeſe in familiaritatem inſinuavit, ei occaſioni imminens, ut eorum ope ad optatum conſpectum Cæſaris penetraret. Ita per eos demum poſt duorum menſium ſpatium, ut audiretur, evicit, ſecreto tamen, atque inter venandum colloquendi copia parta. Eo vero congreſſu ſic comitate, ac prudentia ſua ſelectiatem Cæſaris animum flexit, ut, quod ille ſe facturum abnuerat, ipſum in Pontificium Oratorem, omni poſthabita Ludovici ratione, receperit. Inde Laurentius benevolentiam ejus opportunis, atque artificioſis obſequiis aſſecutus, modo obſcure, modo aperte cauſſam agere Pontificiam inſtitit: quippe ad honorem, & exiſtimationem Cæſaris magnopere pertinere, ſi poſteris proderetur, Concilium Piſanum nulla juſta cauſſa, ac nullo juſto auctore, & Pontifice ipſo non ſolum ignorante, ſed etiam repugnante indictum, ipſius Imperatoris auctoritate fuiſſe approbatum, cujus officium eſſet non modo ſolum injurias ab Eccleſiæ corpore propulſare, ſed etiam dignitatem, atque auctoritatem ipſius, quacunque poſſet, ratione provehere. Has vero rationes ubi attente audiri, & cum aliqua animi æquitate accipi ſenſit, tum vehementius in cauſſam ingreſſus ita perexit: Videndum porro illi etiam, atque etiam eſſe, quam utile Carolo nepoti ſuo futurum eſſet, adoleſcenti tum ad omnem imperandi laudem efflorеſcenti, cui poſt obitum Regis Ferdinandi avi regna ipſa Hiſpaniæ deberentur, Gallorum Regem univerſæ Italiæ imperio imminentem fœderis ſocietate ad majora rerum incrementa fovere. Sic enim eventurum, niſi præcaveret, ut & ipſe Verona, & aliis, quas in Italia poſſideret, urbibus pelleretur. Quæ conſilia etſi Maximilianus vera, ac ſalutaria admodum eſſe cernebat, honeſto tamen quodam pudore deterrebatur, quominus ea reciperet, nempe verens, ne ipſe fœdus cum Ludovico ictum ultro ſolvere putaretur, qui ex victoria, quam ille de Venetis biennio ante ad Abduam retuliſſet, Veronam, Vicetiam, Patavium, Tarviſium, Feltriam, & alias Urbes ſuo Imperio adjunxiſſet, & pro recuperando, quod mox amiſſum erat, Patavio auxilia ſibi non contemnenda ſubminiſtraſſet. Itaque toto illo anno incertus, ancepſque conſilii de propoſita deduci ſententia nequiit. Interim Julius, ut Piſano Concilio auctoritatem adimeret, XV. Kal. Auguſti Concilium in Lateranum in XIII. Kal. Majas edixit. Sequenti verò anno primam ejus actionem, ut VI. Idus Maji, ideſt ſerius aliquanto, celebravit, quòd cladem inſignem ad Ravennam ab inimico Gallorum exercitu III. Id. Aprilis accepit; ſecundam verò XII. Kal. Junii habuit, atque æſtibus imminentibus tertiam inde in III. Non. Novembris indixit; atque interim Bononiam, Annibale Bentivolo cum ſuis Junio menſe digreſſo, recepit. Maximilianus autem, ut Gallos, profligato Julii, & Ferdinandi Regis exercitu victores Ravennam eſſe ingreſ-

ſos, & frequens Concilium à Julio Romæ inſtitutum audivit, ſuſpenſi, ac fluctuantis adhuc animi ad Julii partes amplectendas conſilium expedivit, ac Gurcenſem Epiſcopum Oratorem cum titulo Vicarii Generalis in Italia deſtinavit. Quod ut Julius audiit, ſimul & Laurentium revocavit. Quare Maximilianus deceſſuro Laurentio inſigne amoris, atq; honoris monumentum manu liberaliſſima tribuit. Siquidem XI. Kal. Sept. ipſum, & fratres ejus ampliſſimo Palatinatus privilegio decoravit, quo jure qui eſt ornatus, is poteſt & nothos natalibus reſtituere, & Doctoris munera impertire, & ad equeſtris dignitatis ornamenta provehere, aliaque præclara multa conficere. Kal. autem Sept. Gurcenſi mandatum dedit, quod adhuc quoque in actis Concilii legitur, ut ſuo nomine tranſigeret quæcunque ad Concilii Lateranenſis rationem pertinere putaret. Quare Julius cum eum hac poteſtate inſtructum adventare audiſſet, prorogata actione tertia expectavit, atque ad Urbem progreſſum eximiis omnium ordinum officiis curavit excipiendam. Illo inde in Urbe degente, rebus inter Pontificem, & Cæſarem componendis opera ſtatim impendi eſt cœpta. Itaque Laurentio omnia conſiliorum momenta apte ſua prudentia diſpenſante, atque eloquentia moderante, Gurcenſis tertiæ actioni III. Nonas Decembris interſuit, ac nomine Cæſareæ Majeſtatis acta omnia Concilii Piſani irrita declaravit, ſeque adhærere Concilio Lateranenſi adjecit. Quibus actis ſimul etiam conſtitutum eſt, qua ratione Maximilianus Maria Sfortia, Ludovici olim Ducis Mediolani filius, poſt exactos Urbe, atque Italia menſe Julio Helvetiorum opera Gallos, in poſſeſſionem paternæ ditionis reduceretur; demum etiam evictum, ut Cæſar ſe à Ludovici amicitia removens, fœdus cum Pontifice jungeret. Quo ex auctoritate Cæſaris icto, ac publicato, Gurcenſis Roma diſceſſit.

CAP. V.

De Epiſcopatu Feltrino.

Anteaquam vero abiret, Laurentio Feltrinam Eccleſiam apud Julium procuravit. Cum enim nuncius in aulam eſſet allatus, Antonium Pizamanum Feltrinum Epiſcopum ex hac vita migraſſe, Hieronymus Magnanus Patavinus, Budue Epiſcopus, ex Ordine Minorum Theologus, & Concionator egregius, Laurentii veteris amici ſui auxilium imploravit, petens, ut per Epiſcopum Gurcenſem, & Albertum Carporum Principem, Cæſareum tunc apud Pontificem Oratorem, eam ſibi Eccleſiam poſtularet. Quod Laurentius bona fide, ut ſpopondit, ſic etiam præſtitit. Proceres autem poſtulato Laurentii obſecuturos ſe illi quidem oſtenderunt, verum mox damnata intempeſtiva illius cum aliquo riſu modeſtia ſi tem feſellerunt; ſiquidem preces non pro Hieronymo, ſed pro Laurentio intulerunt. Quibus haud ægre aſſenſus Julius vocato ad ſe Laurentio dixit, ſe libentiſſime feciſſe, ut virtutis, ac meritis ejus, & ſimul Gurcenſis, & Carpenſis precibus Feltrinam ipſi Eccleſiam indulgeret. Qua voce audita Laurentius in re opinata deprehenſus gratias ei egit, quam ampliſſimas ejuſmodi beneficii magnitudo ſuppeditavit.

CAP. VI.

De nunciatu ad Maximilianum Ducem Mediolani.

Per eoſdem dies cum res Mediolanenſis eò deducta eſſet, ut difficultatibus univerſis exemptis, Maximilianus Urbis, & ditionis poſſeſſionem iniret, Julius opportunum eſſe conſtituit, nuncium eò mittere, qui novi Principis gratiam retineret, atque acta, conſiliaque ejus univerſa perſpiceret; atque eòdem Laurentium deſtinavit. Quare profectus eò Laurentius III Kal. Januarias una cum Oratore Cæſareo, & Legato Apoſtolico illi actioni interfuit, qua Maximiliano Urbis, & ditionis poſſeſſio ſolemni formula attributa eſt. Quo facto apud eum negocia Pontificia curaturus conſedit. Eodem anno menſe Junio ex more edictum Legati Pontificii nomine eſt promulgatum, ut qui aliquid ex bonis Campegiorum per ſeditionem adreptis tenerent, intra certum dierum ſpatium reſtitutum haberent; ni feciſſent, ipſi, & conſcii facinoris ejus ſummam quandam pecuniæ ſolverent. Sequenti, Julius 1513 menſe Februario moriens Concilium Lateranenſe, cæteraque opera ſua inchoata reliquit. Ejus inde locum tenuit Joannes Cardinalis Medices, qui ſe Leonem X. appellavit. Ille vero, licet novis aliis curarum procellis agitaretur, tamen, & Concilium Lateranenſe continuavit, & Laurentium apud Maximilianum Ducem nuncium confirmavit, atque ei novum aliud, atque operoſum in primis negocium ſumma cura tranſigendum mandavit. Quippe Placentiam, & Parmam, Urbes paullo ante à Julio Eccleſiæ partas, vacante Sede, ipſi copiarum Hiſpanicarum, Mediolanenſiumque Præfecti, Ducis Mediolani nomine, occupatant. Id autem ægrè adeò novus Pontifex Leo ferebat, ut palàm profiteretur, niſi ſibi reſtituerentur, ſe cum Gallorum Rege in gratiam rediturum, quem exercitum maximum comparare pro recuperando Mediolano, haud falſus homo hominum increbuerat. Harum igitur recipiendarum Urbium negocium Leo Laurentio præcipuo mandato commiſit. Quod ille tanta prudentia, ac dexteritate adminiſtravit, ut Parma etiam, & Placentia, ipſo non abnuente Maximiliano, ſponte ad auctoritatem, ditionemque Eccleſiæ ſe retulerint.

CAP. VII.

De adminiſtratione Parmæ, & Placentiæ.

Quod ut Leo audiit, ipſum eundem præeſſe illis urbibus juſſit. Laurentius autem illa adminiſtratione ſuſcepta, eaque cum Thoma fratre ſuo, viro prudentiſſimo, ac variarum rerum cognitione ornato, communicata, non ſolum eas ſumma fama juſtitiæ geſſit, ſed civilibus etiam factionibus agitatas moderatione, ac ſapientia ſua facile conſervavit; cumque per duos menſes Parmæ gravi ægritudine laboraſſet, poſt ad majores curas à Leone traductus eundem ibi Præfectum reliquit, qui in Urbibus eis adminiſtrandis nullum à ſe deſiderari optimi parentis, & prudentis gubernatoris ſtudium, officiumque permiſit.

CA-

CAPUT VIII.

De nunciatu ſecundo ad Maximilianum Cæſarem.

VIſum autem Leoni fuit, cum Nuncium ad Maximilianum Cæſarem ordinarium decernere opus eſſet, neminem ſe ei muneri aptiorem mittere Laurentio poſſe, atque ita illum Placentia in Germaniam ſe conferre mandavit. Profectus autem Laurentius, atque à Maximiliano comiter in primis acceptus, quæcumque opus fuit, ſumma ſolertia magnitudine geſſit; præcipue autem ei rei ſtuduit, ut pax inter Cæſarem, & Uladiſlaum Hungariæ Regem componeretur. Leo enim, qui quàm pernicioſa eſſet diſcordia Principum Chriſtianorum, videret, atque imminentem jam Occidenti victricem Selimi Turcarum regis potentiam extimeſceret, illud principio ſui Pontificatus coixus eſt, ut Reges, qui primi infeſtam tanti hoſtis impreſſionem excepturi eſſent, inter ſe ſociaret. Quamobrem literas ad Maximilianum Cæſarem, Septemviros Imperii, Uladiſlaum Hungariæ Regem extremo menſe Decembri dedit, hortans, ut ſtudia belli ad pacis cogitationes converterent, & Rempublicam Chriſtianam adverſus Turcas noſtris cervicibus impendentes tuendam ſuſciperent atque alteras has etiam ad Laurentium addidit, mandans, ut pacis inter Reges conciliandæ negocium procuraret. *Ex literarum*, inquit, *exemplo, quas & Maximiliano Imperatori deſignato, & iis, qui Imperatorem creandi jus habent, dedimus, ea, quæ de pace inter Chriſtianos Principes concilianda ad eos ſcribimus, intelliges; quæ quidem exempla, atque ipſæ etiam noſtræ ad illos literæ tibi redditæ ſunt cum his literis. Volo autem primum quidem, ut eas literas iis, ad quos datæ ſunt, quamprimum, quamque diligenter cures reddendas: deinde, ut quantum in te erit, omni ſtudio, diligentia, labore, animi tui ſenſibus, rem, conſiliumque noſtrum apud eos ſingulos juves, nihilque omnino prætermittas, quod ad perſuadendam Imperatori concordiam, & pacem, eſſe uſui, & adjumento poſſit; nullaque in re exiſtimes æque gratum nobis facere poſſe, quam ſi hac in re id, quod volumus, confeceris. Datum IV. Kalendas Januarias milleſimo quingenteſimo tertio decimo, anno Pontificatus noſtri primo, Romæ* His mandatis acceptis Lau-

1514 rentius proximo anno quotieſcumque liberioris colloquii ejus nancici copiam potuit, opportune ſermonem de ineunda cum Hungariæ Rege concordia intulit, identidem aſſeverans, „ nihil ad ſecuritatem aptius omnibus imperiis judicari, quàm vinculos Reges amore, ſtudioque ſibi conjunctos habere; quem porro tam omnium rerum ignarum, ac rudem eſſe, qui non videret, Selymum Regem, ſi relicto Oriente arma adverſus Occidentem converteret, primo quoque tempore in continentem ſibi Hungariam invaſurum? quam quidem, ſi Rege integro, atque amico, inquit, uteris, firmiſſimum vallum ad Auſtriam tuam propugnandam habebis; ſin autem deleri averſo ab ejus rationibus animo patieris, profecto continens in Auſtriam incendium illud, vel invitus, admittes; præſtat igitur, ut ſimultatibus abjectis, inſtantem belli molem communibus animis, armiſque ab Hungariæ Regno propulſes, quàm ut devicta Hungaria tantum terrorem ſolus in tua viſcera, ac regna recipias. His igitur, atque ejuſmodi aliis rationibus Maximilianus adductus, animum ad pacem componendam, eamque mutuo nuptiarum fœdere ſanciendam convertit, ac Mariam neptem ſuam Ludovico Uladiſlai filio Ungariæ, ac Bœmiæ Regi in matrimonio collocavit, Annam vero Ludovici ſororem Ferdinando nepoti deſpondit. Ita, convenientibus Viennæ Maximiliano, Uladiſlao, Ludovico, & Sigiſmundo Uladiſlai fratre, Poloniæ Rege, nuptiæ ingenti omnium gratulatione concelebratæ; pax vero, amicitia, & fœdus inter eos Reges V. Kal. Auguſti anno proximo juncta ſunt, adver- 1515 ſus omnes hoſtes ſuos, ſed maxime contra infideles, Laurentio ipſo inter ceteros Principes, & Oratores, qui conventum, ac nuptias illas clariſſimas honeſtarunt, aſtante. Poſtero, Uladiſlaus moriens Regnum Hun- 1516 gariæ filio Ludovico reliquit. Interim autem dum Laurentius apud Maximilianum fuit, ex varietate negociorum ſingularem rerum Germanicarum notitiam ad omnem ſive privatæ, ſive publicæ operæ uſum ſibi aſcivit, ita ut poſt nemo illa ætate earum peritior habitus fuerit; ſic enim omnia ad Imperium, & Principes, & liberas Civitates illas pertinentia cognitione, ac memoria comprehendit, ut, cum opus eſſet, prout erant conſtituta, vel delectandi auditoris, vel imbuendi Principis gratiâ promptiſſime recitaret. Cum autem Maximilianus raro per multos dies in iiſdem locis conſiſteret, verum aſſidue per omnes Germaniæ Urbes pro ratione negociorum diſcurreret, Laurentium quòcunque ſequi officii gratiâ cupientem ita exercuit, ut podagræ morbum ex aſſidua concuſſatione contraxerit, qui deinde illum, dum vixit, vehementiſſime conflictavit. Qui re hominem ſumma virtute, atque officio præditum ſic amavit, ut ipſum ſæculari Feltrinæ Urbis adminiſtratione, ac Crucis, Enſiſque ferendi jure donarit, atque eundem Pontifici per Albertum Oratorem ſuum, ut Cardinalatu digniſſimum, commendarit.

CAP. IX.

De Cardinalatu.

QUare ſequenti anno Leo poſt Concilium 1517 Lateranenſe dimiſſum, cum ſe Ordinem Cardinalium adaucturum ſignificaſſet, virtute Laurentii ſimul, ac voluntate Maximiliani permotus, ipſum V. Kal. Julii Presbyterum Cardinalem Tit. S. Thomæ in Parione renunciavit. Narrant, Albertum Leoni conſilium ſuum de creandis Cardinalibus explicanti, ac tamquam Legato Cæſareo ſingulorum nomina referenti, ubi Laurentium audiit, ſubjeciſſe, „ atqui, Beatiſſime Pater, hic unus tanti eſt, quanti quindecim ex iis, quos te allecturum eſſe, oſtendis; nam præter Laurentium Leo tum triginta alios cooptavit; Maximilianum autem, ubi Laurentium ſubinde juſſu Leonis decedentem vidit, & hoc quoque adjeciſſe, ſe cum honori Laurentii ſtuduit, ſuis rationibus obfuiſſe, quod jucundiſſima ſemet ſin-

ſingulari viri conſuetudine ſpoliavit; atque ei decedenti veteres Palatinatus conceſſiones pridie Kalend. Novembris, incluſis etiam fratrum filiis, poſteriſque eorum legitime deſcendentibus, & Hieronymo Epiſcopo patruo, confirmavit. Profectus inde Germaniâ Laurentius III. Kal. Decembris Bononiam venit ingenti occurſu univerſæ Civitatis præter modum nova civis ſui dignitate lætantis exceptus, atque omnibus, quibus effuſa popularis ſignificari lætitia ſolet, acclamationum, ignium, & ſtrepituum honoribus celebratus. VI inde Idus Decembris eadem obviam eſt egreſſa Joanni Franciſco Turco cubiculario Pontificio pileum purpureum ad Laurentium juſſu Pontificis deferenti; qui, ſi ordine res agatur, ferme in Senatu Romæ capiti manu Pontificia ſolet. Is autem literas Pontificis ſuper hac re ad Laurentium Prolegatum, alteraſque ad Campegium pertulit, quarum exemplum nactus hic inſerendum putavi; *Circumſpectionis tuæ ſingulares virtutes, ac doctrina, multaque præclara officia in hac Sanctam Sedem Apoſtolicam, quibus multos annos novis in dies meritis cumulare non deſtitiſti, labores, quos pro nobis, eademque Sede ſedulo, ac libenter ſubiſti, ſingularem quoque ſtudium animi, & amoris erga te noſtri fecerunt, ut circumſpectionem tuam de unanimi venerabili Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium apud nos exiſtentium conſenſu unà cum iis, qui à nobis noviſſime ad Cardinalatus Ordinem promoti ſunt, eorundem venerabilium Fratrum noſtrorum numero aggregaverimus. Nos igitur te, cujus perſonam paterno affectu complectimur, merita cognoſcimus, virtutemque magnifacimus, uberiori gratia proſequi, ac debitis hujus honoris Inſignibus decorare volentes, pileum Cardinalatus nominis tui per dilectum filium Joannem Franciſcum Turcum Clericum Bononienſem ſcutiferum, & familiarem noſtrum commenſalem ad circumſpectionem tuam tranſmittimus per venerabiles Fratres Laurentium Montis regalis Vicelegatum hujus noſtræ Civitatis, & Joannem Faventinum Epiſcopum, vel eorum alterum, poſtquam in manibus ſuis debitum fidelitatis juramentum præſtiteris, perfecta re Divina ſolemniter noſtro nomine conſignandum, & capiti tuo imponendum. Qui, ut te intelligere confidimus, ex Patrum auctoritate magnum myſterium continet; deſignat enim illius purpureus color, oportere eum, qui illo ſit inſignitus, non ſolum labores, & pericula fortiter ſubire, ſed etiam fervore charitatis inflammatum vitam effundere pro fidei Catholicæ amplitudine, & Eccleſiæ Dei, & Sedis Apoſtolicæ defenſione, quomodo Dominus, & Redemptor noſter ponens animam pro ovibus ſuis pretioſiſſimum Sanguinem ſuum fuderit. Suſcipe igitur fili perdilecte, ipſum pileum præcipuum charitatis inſigne, quo decet, reverentia, & devotione, teque his moribus continuò exorna, ut de virtute in virtutem in domo Domini progredi audeas, & nos merito lætemur, talem Alumnum Eccleſiæ aggregatum eſſe, & Apoſtolicæ dignitati, & noſtræ exſpectationi ſatisfacere. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XII Novembris MDXVII. anno Pontificatus noſtri quarto.* His rebus cognitis, pompa eo ordine conſtituta Prolegatum, & Tribuni plebis domum Laurentium adierunt, & ſolemni ſalutatione concelebrata, ipſum ad Baſilicam S. Petronii deduxerunt, ubi eo compoſito à Vexillifero Juſtitiæ, & Conſulibus Antianis exſpectabatur. Cum omnes ex ordine conſediſſent, Jo. Franciſcus Prolegatus literas Pontificis reddidit pr. Id. Novembris datas, quibus mandabat, ut ipſe, aut Joannes Faventinus Epiſcopus Laurentio pileum miſſum imponerent, ſimulque rationem oſtendebat ejus celebrandæ ad inſignem magnificentiam actionis; quippe, ut convocatis omnibus Eccleſiaſticis, qui tum in Urbe eſſent, proceribus, res Divina in aliqua æde per aliquem primarium Sacerdotem Pontificali pompa celebraretur, qua confecta jusjurandum ſolemne e Laurentio exigeretur, cujus formula in ipſis literis præſcripta continebatur, ac demum omnibus, quæ in ejuſmodi re adhiberi ſolent, cæremoniis abſolutis, pileo caput ejus ornaretur. Igitur literis recitatis res Divina ab Archiepiſcopo Raguſino perfecta eſt, deinde jurejurando excepto Prolegatus pileum, univerſo plaudente populo, indidit. Egredientem inde Templo Laurentium ingentes exploſorum ad honorem ejus tormentorum ſonitus exceperunt, quorum unum forte diſruptum fruſtis temere diſſilientibus peregrino cuidam vitam ademit, ac domum redeuntem Prolegatus, & univerſa Civitatis Nobilitas, equeſtri illum prope ſtipante exercitu, comitati ſunt. Inde Idibus Decembris Laurentius epulo magnificentiſſimo apparatu Prolegatum, Prætorem, & XXV. Juriſconſultos, Equitatque ceteris dignitate præſtantes excepit, VI. vero Kal. Januarias ipſe viciſſim à Prolegato cum viginti quinque primoribus Civitatis nobiliſſimo altero convivio cultus eſt. Quibus rebus perfectis, poſt biduum Romam deceſſit, Alexandro Pepulo Comite juſſu Senatus officii gratia proſequente.

CAP. X.

De Legatione Anglica prima.

EOdem anno Leo poſtquam Cæſarem, & Hungarum ad amicitiam redactos percuſſo inter ſe fœdere adverſus imminentes Selymi opes armaverat, eodem modo Hiſpanum, Gallum, & Anglum cum eodem Cæſare jungere, ac ſocietatem conſtituit, profeſſus, ſeipſum quoque tantæ cauſæ præſto futurum, atque omnes etiam, ſi opus eſſet, theſauros Eccleſiaſticos effuſurum. Itaque ut pecuniam ad id bellum gerendum idoneam in prompto haberet, liberaliſſimam pro poteſtate peccatorum Indulgentiam promulgavit, ſi homines rite expiati huic expeditioni opis aliquid attuliſſent, quæ pecunia à Miniſtris illius fortaſſe incommodiore, quàm oportuit, ratione exacta, occaſionem aperuiſſe dicitur Fr. Martino Luthero, qui animo erat jampridem contra Eccleſiam Romanam exulcerato, ad omnes Indulgentias elevandas, atque ipſam omnino poteſtatem Pontificiam non minus impiis, quàm inſanis concionibus in Saxonia impugnandam. Laurentius autem initio ſequentis anni Romam 1518
tanta virtutis opinione pervenit, ut illo tempore res Romana ipſius potiſſimum niti auctoritate, ac conſilio videretur. Itaque ſummis ſtudiis à Pontifice, & Cardinalibus

col-

collegis ſuis exceptus haud diu otio frui
urbano, & optata dignitatis Senatoriæ luce
potuit, quia Leo novo illum Legationis ho-
nore delato ab Urbe ſubitò amandavit;
quippe quatuor Cardinales Legatos ad eos,
quos dixi, Principes mittens Thomam Ca-
jetanum ad Maximilianum Cæſarem, Ber-
nardum Sanctæ Mariæ in Porticu ad Fran-
ciſcum Gallorum Regem, Egidium Viter-
bienſem ad Ferdinandum Hiſpaniarum, his
quoque Laurentium addidit ad Henricum
Anglorum. Ex his Laurentius, Bernardus,
& Egidius, accepta Cruce, ſimul Urbe pro-
fecti VI. Idus Aprilis unà ſub eadem um-
bella Bononiæ Urbem ingreſſi ſunt, Lau-
rentio medio populum ipſum Cruce ſignan-
te, qui ut ad novum, ſic ad inſigne trium
præſtantiſſimorum Eccleſiæ Procerum ſpe-
ctaculum frequens occurrerat. Eximio om-
nes honore accepti, & præclaris præterea
ad decus muneribus culti. Bernardus in
Prætorium, Egidius ad S. Michaëlem, Lau-
rentius domum ſuam ex compoſito diverte-
runt. Inde Urbe profecti ſeparatim ad ſuas
quiſque Provincias abierunt. Laurentius
autem in Angliam progreſſus, quò ducen-
tos, ut narrabant, ante annos Apoſtolicus
Legatus nullus acceſſerat, cum rei novita-
te, tum præcedentia etiam, atque omnia in
majus ornantis famæ celebritate non ſolam
Regis, ſed univerſæ etiam Inſulæ oculos
in ſe convertit, mirantis eum præclaram,
ac venerabilem viri ſpeciem, tum præci-
puam in ore ejus unà cum ſumma gravita-
te ſedentem humanitatem. Itaque exceptus
eſt non modo inſigni, ut aſſolet, Cleri, at-
que Ordinum cunctorum occurſu, verum
etiam tam effuſis reliquorum omnium ſtu-
diis, ut nemo dubitaret, quin debitus, &
virtuti Laurentii, & Eccleſiaſticæ Legati
Pontificii dignitati honos eſſet tributus.
Manſit inde apud Regem omni liberalita-
tis, atque officii genere habitus ſpatio tre-
decim menſium, quos omnes in ſuadendo
contra Selymum cum ceteris Regibus fœ-
dere, & diſciplina Cleri Anglici emendan-
da conſumpſit. Prima vero belli, quod in-
ſtabat, cura fuit, de quo ſic ille cauſſam
aggreſſus cum Rege diſſeruit: Moveri ipſum
ad opes infidelium perfringendas debere in
primis cauſſa Chriſti Domini noſtri, cujus
Sacra, & Religio in Regno Anglico jam
inde a S. Gregorio Pontifice caſtiſſime co-
lerentur, qui primus Anglis per ſanctos
viros Melitum, & Auguſtinum Evangelium
nunciaſſet, quorum adhuc memoriam An-
gli ſanctiſſime celebrarent. Neque vero aliud
opus eſſe tam regium, quàm Chriſtum Re-
gem Regum, & à quo omnia Regna profi-
ciſcerentur, tueri, nomenque ejus adverſus
infideles, capitales Chriſtiani nominis ho-
ſtes, defendere. In eo ſi exempla deſidera-
ret, ut alia omitteret, domeſtica majorum
ſuorum multa habere (quos ut erat peritus
hiſtoriarum, nominatim commemorabat,)
quorum armis, opibuſque nonſtaret, Orien-
tem, qui clauſus olim armis Occidentalium
videretur, fortiſſime patefactum, atque
uſque ad intima penetratum, Saracenos
ſæpe devictos, ac prope deletos, Chriſtia-
nos non ſolum faucibus acerbiſſimæ ſervi-
tutis exemptos, ſed etiam ditione, atque
imperio cumulatos, quibus rebus ingentem,
atque immortalem Anglico nomini gloriam
A eſſe quæſitam, effectumque ut ultra maris
pla Chriſtianorum hominum virtus nervos,
lacertoſque ſuos extenderet. Quod ſi illi,
cum longius quoque ab ipſo incendio belli
abeſſent, ſoli ſæpe, nullo alio periculi ſocio
expectato, ultra ſe in Syriam, regionem
remotiſſimam, ſigna inferre non dubitaſſent,
multo uberiore animo, atque ardentiore
ſtudio ipſum tam multis Regum, ut ſpera-
batur, auxiliis ſeptum in Hungariam tanto
viciniorem Provinciam occurrere arma-
to, atque impotenti tiranno debere. Qui-
bus dictis, demum illum orare enixe inſti-
tuit, ut ſua, patrum, gentiſque nobilitate,
ac gloria dignos ſpiritus caperet, atque
B hoc defenſæ armis Fidei decus præclariſſi-
mis, & ſuis & majorum ſuorum monumen-
tis adjungeret. Atque ita hæc, & ejuſmodi
alia, ut res tulit, identidem inferendo, at-
que opportune vacuas tum omni labe pien-
tiſſimi Regis aures occupando, illud demum
reſponſi elicuit, ſe, ſi ceteri, prout ſpon-
debat, Principes arma ſumpſiſſent, commu-
ni officio pro virili ſua non ceſſaturum, me-
moremque majorum ſuorum gloriæ oſten-
ſurum, vividum illud, quod ipſe oratione
tantopere celebraret, Anglorum ingenium
in pectoribus ſuis haud quaquam exaruiſſe.
Hæc autem agentem ſimul ea quoque illum
cura exercuit, ut pręſentem Eccleſiæ diſci-
C plinam ſapia conſuetudine depravatam cor-
rigeret, ac priſtina moderatione, vitaque
revocanda formaret. Hi erant Clerici, &
Monachi, quos magna ex parte neque re-
ligionis pudor, neque legum timor deter-
rere ab omni turpiore petulantia poterant;
quo facto non ſalutis ſuæ ſolum jacturam
manifeſtiſſimam faciebant, ſed etiam exem-
plo aliis, perniciem, atque infamiam parie-
bant. Neque enim Lutherus alia ratione,
eaque probabiliore in animos plebis Saxo-
nicæ influebat, atque eam ab auctoritate
Pontificis evocabat, quam ſolutis eorum
moribus increpandis, qui religioni ſe Ca-
tholicæ cultui dedidiſſent. Horum autem
D libidini frenum injicere, vitam ſeveriore
diſciplina conſtringere, ut difficile, ſic mi-
rabile omnibus videbatur; præſertim verò
cum novo exemplo fieret, ut homo Italicus
ad Eccleſiæ Anglicæ viſitationem adiret.
Res tamen æquiſſimis omnium animis a Lau-
rentio cœpta, inde Chriſtophoro, Archie-
piſcopo Eboracenſi Presb. Card. tit. S. Pra-
xedis ad exitum perducenda dimiſſa eſt,
quem Legatum in Anglia ordinarium, ho-
rum conſiliorum ſocium advocarat, neque
enim ipſum ultra annum abeſſe ipſæ ratio-
nes Eccleſiæ permittebant. His rebus gra-
tiam Regis adeptus ſequenti anno ita diceſ- 1519
ſit, ut munera ab eo multa, eaque ad me-
E morandum inſignia tulerit. Quibus ille do-
cuit, quantopere virum amaret, atque adeo
etiam quanti faceret, & quantum opis in
illius amicitia, atque auctoritate ſtatueret.
Nam & Eccleſiam Sariſberienſem ei deſti-
navit, ex qua decem aureorum millia in ſin-
gulos annos exigebantur; & inſignes, ac
magnificas admodum Romæ ædes in via
ad S. Petrum ferente ſitas donavit, ſex au-
reorum millibus ad eas abſolvendas, & in-
ſtruendas adjectis: præterea decem nobiliſ-
ſimæ ſtirpis equos, atque ad ornandam do-
meſticam abacum vaſa argentea, & aurea
quadraginta, quæ ſex item millibus aureo-
rum

rum æſtimabantur. Ex Anglia inde profectus Bononiam XI. Kal. Octobris acceſſit, magna civium occurſus gratulatione receptus; ubi verò ſe per aliquot dies ex longi itineris fatigatione refecit, Idibus Novembris Romam deceſſit.

CAP. XI.

De reditu ex Anglia, & Signaturæ officio.

QUò poſtquam venit, ac legationis acta ex inſtituto renunciavit, ad ceteros honores, quibus illum ceteri affecerunt, præcipue Pontifex novo ſibi beneficio complectendum putavit. Itaque jura omnia Palatinatus conceſſa à Maximiliano Cæſare confirmavit, & jus ſignandorum libellorum, vulgo Juſtitiæ ſignaturam appellant, donavit. Quievit inde Romæ per quadriennium ſtudiis Urbanis, & muneribus Divinis intentus. Quo tempore egregiæ fidei, prudentiæ, atque abſtinentiæ fama Signaturæ munere fungens, neque ſententiis in Senatu libere dicendis, neque ſacris muneribus obeundis, neque opem implorantibus adjuvandis ulla ratione Reipublicæ defuit. Eodem anno Maximiliano Cæſare ex humanis rebus exempto, Carolus nepos ejus, juvenis acer, ac bellicoſus, Cæſar eſt appellatus. Solymannus autem, qui Selymo patri Turcarum Imperatori mortuo ſuperiore anno ſucceſſerat, ingentes contra Occidentem rei bellicæ apparatus inſtituens, quò majorem populis Chriſtianis terrorem incuſſit, eò ſegnius Principes eorum ad commune fœdus feriendum, quo Pontifex incum-
1521 bebat, adduxit. Itaque biennio poſt, qui fuit annus milleſimus quingenteſimus viceſimus primus, liberius in Hungariæ regnum invectus, ne Ludovicum Regem neceſſariis, ac promptis Chriſtianorum Regum auxiliis deſtitutum adeptus, Belgradum oppidum in primis ejus finibus ſitum, ac clauſtrum totius regni firmiſſimum expugnavit, ac mul-
1522 tas Hungariæ arces evertit. Sequentis vero anni principio Leo moriens, ipſo ſacri belli negocio imperfecto relicto, multo etiam magis Reipublicæ nocuit. In ejus locum Hadrianus ſextus, domo Belga, cum in Hiſpania verſaretur, ad Pontificiam dignitatem eſt evocatus. Ad eum in Hiſpaniam gratulatum Cardinales Thomam Laurentii fratrem, Epiſcopum Feltrinum Oratorem miſerunt; eumque comitem Romam, ut fecit, deducere præceperunt. Hadrianus inde, & Laurentium, & Thomam præcipue in precio habuit. De Laurentio teſtis eſt Joannes Eckius, homo Germanus, & Hadriani familiaris, qui poſt ad eum ita ſcripſit: *Memini, quantum Hadrianus Pontifex privato te efferebat eloquio*. De Thoma illud eſt argumento, quòd illum ad Ducem Venetorum Nuncium declaravit, eumque Abbatia Coratii in Calabria ſane opulenta donavit; quam nunc quoque familia retinet. Eodem anno Hadriano negotiis novi Pontificatus implicito, Solymanus bellum Chriſtianorum perſecutus Rhodum Inſulam, militibus Hieroſolymitanis fruſtra maturum ſubſidium Chriſtianorum Principum expectantibus, cepit. Qua re impulſus Hadrianus Leonis veſtigia ſubſecutus, Principes pariter ad conſocianda arma, & communicanda conſilia eſt hortatus, Deum orans, ut illis dignam majorum monumentis alacritatem, ac fortitudinem inſpiraret. Itaque ſequenti anno XIV. Kal. Auguſti, Thoma Campegio Nun- 1523
cio Apoſtolico, & Hieronymo Adurnio Oratore Cæſareo agentibus, fœdus tandem ictum eſt inter Hadrianum Pontificem, Carolum Cæſarem, Reges Hungariæ, Angliæ, Poloniæ, Ferdinandum Archiducem Auſtriæ, Venetos, Franciſcum Mediolani Ducem, & Florentinos, loco ſuo Regi Gallorum, ſi fœdus ſubiiſſet inire, ſervato. Quæ mox Hadriano VIII Kal. Octobris mortuo ad irritum omnia reciderunt. Ceterum vacante Sede, Cardinales, ut damna Laurentii ſarcirent, qui ſeptem amplius aureorum millia ſibi ab Eccleſia deberi ex annuis ſuperiorum legationum ſtipendiis oſtendebat, Brixilli oppidi adminiſtrationem cum omnibus vectigalibus ejus attribuerunt. Inde XIII Kal. Decembris Julius Medices Cardinalis Pontificatum obtinuit, ac Clementis VII. nomen aſſumpſit. Hic ſingularem item honorem utrique Campegio habuit: nam Thomam Nuncium apud Venetos confirmavit, & Achille Graſſo Cardinali, atque Epiſcopo Bononienſi mortuo, illam Eccleſiam Laurentio detulit, & Cardinalium de Brixillo decretum ratum habuit, &, poſtquam in Senatu de ſtatu Eccleſiæ retulit, eundem ſtatim Legatum in Germaniam declaravit.

CAP. XII.

De Legatione Germanica prima, & Epiſcopatu Bononienſi.

ILlius vero decernendæ legationis hæc cauſa oblata eſt. Jam ſeptem agebantur anni, cum inanis Lutheri vocibus vetus Catholica Fides apud Germanos ſecundis multorum auribus tentabatur, diſciplina vero, & vita Religioſorum acerbiſſimis contumeliis, probriſque proſcindebatur, uſque adeo ut ne ab ipſis quidem Epiſcopis, ac Pontifice maximo lacerando, & illius poteſtate violanda temperaretur; adverſus quem omnia huculque admota a Leone remedia nihil profecerant, cum peſtis illa, lenti quaſi inſtar incendii, in dies vehementius vulgaretur, ac latius per Germaniam cum maxime animarum pernicie, atque inſigni Romanæ Eccleſiæ detrimento propagaretur. Demum autem Carolo Cæſari placuerat, ut ad extrema capienda de tanta labe conſilia Conventus omnibus Principibus Norimbergam indiceretur, atque ibi ſubſidia opportuna ex communi ſententia quererentur. Quod ut Clemens accepit, ſimul & ipſe eò quoque Legatum à latere ſibi mittendum exiſtimavit, qui omnibus cœtibus non ſolum intereſſet, ſed etiam pro vetere Romanæ Eccleſiæ poteſtate præeſſet, actaque omnia non ſolum oculis præſens inſpiceret, ſed etiam auctoritate, ac prudentia gubernaret. Quare Laurentium probatæ jampridem ſapientiæ, atque induſtriæ virum eò decrevit, titulo Legati decoratum in omnes Germaniæ provincias, Regna Hungariæ, Boëmiæ, & Poloniæ, regioneſque omnes, ad quas iter flectere contigiſſet. His rebus Bononiam nunciatis, duplex à Civitate gratulatio facta; inter Oratores vero, qui ad novum ado-

adorandum Pontificem miſſi ſunt, Antonius Maria Laurentii frater, Senatus relatus eſt.
1524 Laurentius inde Februario menſe Romam profectus, ut ſimul ex itinere ſolemnem Eccleſiæ Bononienſis poſſeſſionem iniret, atque ejus rationibus præſens conſuleret, Bononiam adiit, ac III. Idus Februarii in ſuburbano Cruciferorum Cœnobio de induſtria pernoctavit; poſtridie vero horâ viceſimâ ſecundâ Urbem iniit; ordo vero ingreſſus fuit hujuſmodi. Feſto die univerſæ Civitati, clauſis tabernis, indicto, Clerus, atque omnes Religioſorum Ordines cum Crucibus ſuis ad portam S. Stephani occurrerunt, inde Magiſtratus, Senatus, ceteraque Nobilitas ſubſecuta illum jam ad portam provectum excepit. Quo facto ipſe mitratus, albo pallio indutus, atque albeati inſidens equo, decora præeunte lectiſſimorum puerorum caterva, ac præſtantiſſimo Juriſconſultorum, & Philoſophorum in togis holoſericis ſubſequente Collegio, iniit, ac fauſtis, lætiſque circumfuſæ per omnia viarum latera plebis vocibus appellatus, populum Cruce ſignans, ſic in Forum acceſſit, ut ingentibus diſploſorum ad declarandam animi voluptatem tormentorum tonitruis ſalutatus ſit, atque inde ad Baſilicam S. Petri pervenit. Ibi verò à Canonicis ad Maximam Aram perductus, poſt aliquot preces rite fuſas in Solio Epiſcopali eſt conſtitutus. Quibus rebus perfectis Cardinalitio cultu reſumpto, inſtructam de more mulam aſcendit, ac prælata Cruce, tanquam Legatus, domum ſuam divertit. Ubi verò advesperavit, multis ignibus in Foro, ac vicis privatim, ac publicè factis, ac ſtrepitibus æneqrum machinarum altiſonis editis, & campanis aſſiduè, accommodato ad lætitiam ſono, crepantibus, gratulatio duplicata. Inde XVI. Kal. Martias, quæ prima Quadrageſimæ Dominica fuit, in Baſilica S. Petri prima Sacra Magiſtratibus, Senatu, & tota Civitate aſtantibus fecit, ac mox lautiſſimo convivio Magiſtratus excepit, nemini aditu, qui domi ſuæ veſci cuperet, interdicto. Epulo verò confecto à Senatu magnifico quingentorum aureorum cratere donatus eſt, cujus munificentiam reliqui Ordines, ac Cives imitati munera, pro ſuis quiſque viribus contulerunt. Inde ad ædem S. Dominici progreſſus ſacra Confeſſoris Oſſa piè viſitavit, ac centenos quadragenos annos Indulgentiæ ſingulis ſepulcbrum illud inviſentibus tribuit. Deinde XI. Kal. Urbe profectus, ut ad Conventum Norimbergam in XIIII. Kal. Maji indictum adeſſet, iter ita maturavit, ut ante diem illam ad Urbem acceſſerit. Ei adventanti Ferdinandus Caroli Cæſaris frater Archidux Auſtriæ, & ſacri Imperii Vicarius, & cæteri, qui convenerant, Principes obviam prodierunt, ac ſumma humanitate ſuſceptum comiter imprimis orarunt, ne Urbem ſolemni Pontificiorum Legatorum pompâ ingredi vellet, quòd is honos, licet perſonæ, quam ferebat, non ſolùm conveniens, ſed etiam debitus eſſet, tamen propter ipſam magnificentiæ ſpeciem multis à Luthero corruptis ſermones eſſet incommodos, ac fœda fortaſſe ludibria præbiturus. Quorum precibus Laurentius facilè obſecutus Urbem, nullâ ſpecioſâ præmiſsâ, aut admiſsâ pompâ intravit, verùm ad Hoſpitium retento eo-

A dem, quo veniebat, ornatu acceſſit: ubi Crux ei aurea data eſt; nam Clerus cum Cruce ſua clauſus in æde S. Sebaldi tenebatur. Ubi verò alloquendi copiam impetravit, ad Septemviros Imperii, qui omnes, præter unum Ducem Saxoniæ, aderant, ceteroſque Principes, inſigni nobilitatis caterva ſtipatus prodiit, atque ibi ſuavi quadam dicendi gravitate loqui adortus, primo paterum Clementis Pontificis ſtudium erga univerſam Germanorum nationem oſtendit, deinde eximie omnes hortari inſtitit, ut ſecum rationem inire vellent, qua peſtiferum Lutheri virus extinguerent, antequam latius in venas diffuſum, univerſum Eccle-
B ſiæ corpus invaderet, atque exitiabili tabe perderet. Quod ni maturè, ac ſumma diligentia gereretur, brevi appariturum, quantam calamitatem ejuſmodi peſtis non ſolùm Eccleſiæ, ſed etiam Imperio intentaret; ad extremum pro amore, quem ſciret eos erga Eccleſiam Romanam jam inde ab Othonis Magni temporibus gerere, ſe auctoritate ſua enixurum ſpopondit, ut ipſi centenis illis oneribus levarentur, quibus ſe premi graviſſimis quererentur, dummodo communi laborantis Provinciæ ſaluti conſulere ſecum vellent. Conventu inde dia, qui indictus fuerat, idest XIV. Kal. Majas, habito diſceptari ipſo præſente de
C remediis ægrotantis jam pridem Eccleſiæ cœptum; multiſque dictis ſententiis, demùm eò concordibus animis eſt deſcenſum, Laurentius daret operam, ut Pontifex Concilium in aliqua Germaniæ Urbe omnibus Chriſtianis indiceret, ubi liberè de omnibus, quæ controverſiam facerent, aut concordiam diſtinerent, & referretur, & cenſeretur; atque interim, ut omnes Principes in ditione quiſq; ſua libros Lutheri hominum Doctorum adhibitâ operâ recognoſcerent, & quidquid vitii reperiſſent, expungerent; præterea ut de omnibus propoſitis cognoſceretur, deque iis in proximo Conventu judicaretur, qui ad diem S. Martini proxi-
D mum Spiræ erat indictus, ut ibi de bello Turcico propulſando ſtatueretur. Pontifex autem, ut decreta hujus Conventus accepit, rem prope confectam eſſe, ac Laurentio nihil jam negocii ſupereſſe arbitratus IV. Idus Majas Roma ſcripſit, ut ipſe in Germania moram traheret, verùm, ne ſine munere ibi ſedere vacuus videretur, ſtudium eò ſuum conferret, ut Boëmia ad Eccleſiæ auctoritatem rediret, à qua jampridem ſe removiſſet. His actis Laurentius, Ferdinandus, Epiſcopus Salisburgenſis, Duces Bavariæ, Palatinus Rheni, & aliquot Epiſcopi, & Oratores, ne præſenti occaſioni deeſſent, Ratiſponæ in feſto S. Jo. Bapti-
E ſtæ deinde convenere, ac communi fœdere inter ſe, ipſo auctore Legato, ſanxere, ut omnibus Provinciis ſuis Evangelium ex ſententia Sanctorum Doctorum populo traderetur, ne quid in Miſſarum ſolemnibus, aut reliquorum Sacramentorum adminiſtrationibus, & in ceteris Eccleſiæ cæremoniis, jejuniis, orationibus, aliiſque Eccleſiaſticis inſtitutis innovaretur, ut nuptiæ presbyterorum coërcerentur, ne bibliopolæ in poſterum ſcripti aliquid, niſi publicè probatum, in vulgus darent, ut juvenes Vitimbergam ad cultum capiendum ingenii miſſi intra tres menſes revocarentur, ne-

neque amplius mitterentur, pœna prædiorum amittendorum indicta; ne quis, qui Vittimbergæ ſtudiis literarum vacaret, Eccleſiaſtica prædia aut impetrare, aut tenere in ſuis ditionibus poſſet; ſi quis ex iis, qui eò convenerant, aliqua ſeditione, aut rebellione domi propterea premeretur, ut ceteri præſto illi eſſe, ac ſuccurrere tenerentur. Laurentius inde intelligens, laicos prava Clericorum vita offenſos rebus novis ſtudere, ut aliqua ratione huic vulneri mederetur, universos Principes obſecravit, ut omnes Cleri abuſus colligi, & in articulos quaſi quoſdam conferri curarent, atque ipſe nomine ſuo doctorem Cochleum elegit, quo ipſe interprete utebatur ad reſponſa illis edenda, quæ ſibi lingua Germanica ferebantur; &, cum Summam ille quandam confeciſſet, ex ſuperiorum Principum ſententia conſtitutionem pulcherrimam Nonis Julii protulit, quæ in volumen Conciliorum inſerta eſt, in qua ipſe ita præfatur. *Laurentius tituli S. Anaſtaſiæ Presb. Card. per univerſam Germaniam, & Hungariæ, & Boemiæ, Poloniæque Regna, & quæcunque alia loca, ad quæ nos declinare contigerit, domini noſtri Papæ, & Apoſtolicæ Sedis Legatus ad perpetuam rei memoriam. Nuper cum S. D. N. Clemens Papa VII. nos ad univerſam Germaniam ſuum, & Apoſtolicæ Sedis Legatum de latere miſerit, ut tranquillitati provinciæ, & saluti animarum, quæ periclitantur, ob impuriſſimam nuper natam omnis hæreſeos ſentinam, conſulat, cumque aliquot menſium experientia multa collapſa, & præter omnium opinionem difficultatibus plena perpenderimus cum Sereniſſimo Ferdinando Hiſpaniarum Principe Archiduce Auſtriæ, Imperiali Locumtenente generali, communicatis conſiliis concordi ſententia particularem Conventum in Civitate Ratiſponæ convocare decrevimus.* Deinde addit, quæ ex Procerum, qui aderant, ſententia ad Clericorum abuſus extirpandos pertinentia conſtituta ſint. Conventu inde Ratiſponenſi dimiſſo Laurentius, & Ferdinandus ſecundo Danubio in Auſtriam diſceſſerunt, ac Viennæ multos dies egerunt, ubi Ferdinandus omnia ſuperiora decreta obſervanda edicto propoſito ſanxit. His tam ſalutaribus decretis tantâ Principum concordiâ factis Laurentius motus, literas XI. Kal. Octobris Romam miſit, ſpem non mediocrem rerum componendarum ſubeſſe, verum Ducem Saxoniæ, & liberas Civitates in pertinacia permanere.

CAP. XIII.

De reditu ex Germania.

QUi ubi ad auctoritatem Eccleſiæ, & concordiam Principum adduci non
1525 potuere, ipſe ſequenti anno impetrato abitu in Italiam rediit, atque ex itinere Venetias adiit, ubi Nuncium Pontificium frater ejus Thomas agebat. Venetiis autem comiter exceptus, cum ad Andream Grittum Ducem de more ſalutandum ſe contuliſſet, rogatus eſt vehementer ab eo, ut rationem Regni Hungarici, cui tum à Solymano bellum internecinum intentabatur, pluribus ſibi exponere vellet. Hic vero libenter ſe ſtudio ejus morem geſturum reſpondit, ac poſt triduum reverſus omnia ad Regem, Principes, populum, & univerſas denique Regni opes, ac facultates ſpectantia, tam accurate, erudite, diſerteque, toto audiente Senatu, explicuit, ut induſtriam, ac diligentiam Legatorum ſuorum in renunciandis Legationibus non requirerent, ac tantam in homine diverſis ſtudiis graviſſimarum actionum occupato dicendi copiam, rerum ordinem, ac memoriæ firmitatem ineſſe admirarentur. Quare honorifice ab univerſo Senatu habitus Bononiam diſceſſit; ubi per menſem Auguſtum manſit. Inde Romam ſemetipſo jam glorioſior cum veniſſet, iterum munera Senatoria, ac Divina tractare officia ſumma animi æquitate
inſtituit. Sequenti anno Solymanus rurſus 1526
Hungariæ Regnum adortus ſummo tandem prœlio cum Ludovico Rege occurrente conflixit, ac deleto exercitu Regi vitam eripuit. Cujus cladis nuncio Romam allato, Clemens repente Senatum habuit, cui etiam Laurentius affuit, in quo Reipublicæ Chriſtianæ ſtatum oratione flebili deploravit, contestans identidem omnes, ſe aſſidue hoc providentem enixum pro viribus eſſe, ut arma primo quoque tempore adverſos tam potentem hoſtem, communicatis omnium Regum Chriſtianorum conſiliis, & conſociatis viribus, caperentur; neque id impetrare cum maximo animi ſui dolore quiviſſe.

CAP. XIV.

De Legatione ad Romanos.

PEr eoſdem item dies Romæ ingens alterum Eccleſia vulnus accepit, quod etiam ope Laurentii egiit. Quippe Clemente non leviter cum Carolo Cæſare diſcrepante, Columnenſes ab Hugone Moncata Neapolis Prorege incitati, nocte, quæ XIII. Kal. Octobris præceſſit, ex improviſo ad Urbem cum armatis cohortibus acceſſerunt, ac tribus portis occupatis ingreſſi, quieſcente ad tanti tumultus periculum populo, per regionem Tranſtiberinam ad S. Petri Baſilicam proceſſerunt, ac Pontificem novo armorum in Urbe terrore perculſum in arcem confugere compulerunt. Dum autem illi Templum, Palatium, & Urbem Leoninam inexplebili cupiditate diripiunt, Clemens conſilii inops Laurentium ad Romanos contra Columnenſes ſolicitandos miſit; qui profectus, eos, quàm ampliſſimis verbis potuit, ad arma pro ſalute, & dignitate Pontificis capienda hortatus eſt; nam cum omnibus Chriſtianis ejuſmodi propugnationem, defenſionemque deberi, tum præcipue Romanis, qui ab antiquis temporibus in ejus fide, ditione, ac patrocinio forent, & cujus præſentia, atque æquitate Urbem omnibus copiis, viriſque florentem incolerent; imitarentur porro majores ſuos, qui pectora ſua ſæpiſſime armatis etiam Imperatoribus pro incolumitate Pontificis objeciſſent, atque Urbem Leoninam ſanguine hoſtium non ſine maximo ſuo periculo imbuiſſent. Itaque cum alii quoque ad placandum Hugonem eſſent miſſi, facile compoſitio inter Clementem, & Columnenſes certis interpoſitis conditionibus eſt ſequuta.

CAP. XV.

De Legatione Urbis Romanæ.

1527 PRoximus inde annos memorabili captæ ipſius Urbis Romæ calamitate fuit inſignis. Ea vero res ab his initiis profecta hunc habuit exitum. Superioribus diebus Carolus exercitum ingentem ex Hiſpanis, Germaniſque, adjunctis etiam cohortibus aliquot Italicis, comparaverat adverſus Clementem, qui nimia ipſius, tanquam Italiæ pernicioſa, metuens incrementa, fœdus cum ceteris Principibus ſecarat. Qua re cognita omnia timore conſternata Italia fuerat. Hi cum ſe ituros Florentiam oſtendiſſent, tamen compendiaria via per difficilia, & confragoſa montium juga ſubito iter Romam intenderunt, ac III. Nonas Majas ad mœnia Urbis progreſſi auctore ipſo Duce Borbonio imparatam Urbem à parte Vaticanum ſpectante adorti ſunt, &, poſt levia etiam aliquot certamina, inierunt, quorum extremo ipſe quoque Borbonius ictu tormenti ſauciatus interiit. Quo periculo circumventus Clemens, ut ſaluti ſuæ in extremis rebus proſpiceret, repente ſe in arcem contulit; atque eòdem quoque omnes, quibus facultas fuit, Cardinales, & Epiſcopi confugerunt ex Templo, in quo tum rei Divinæ gratia verſabantur; neque enim præ hoſtili tumultu promptus omnibus eò aditus fuit. Interim Templum, ac Palatium expilatum, & Urbs Leonina, ac Roma diripi inſolentius, ac fœdius cœpta, ita ut ne ſacris quidem ædibus, & virginibus temperatum ſit, adhibitis etiam tormentis ad eos cruciandos, quos occultos ſupprimere theſauros exiſtimabant. Inter ceteros Cardinales, quos arx trepidantes excepit, etiam Laurentius fuit; cujus quoque domus pretioſa omni ſupellectile ſpoliata eſt. Cum autem circumſeſſa arce Pontifex ad Cardinales de ſtatu proprio retuliſſet, ceteris extrema omnia potius ſubeunda, quàm deditionem faciendam hortantibus, Laurentius contra cenſuit, ac primo quoque tempore paciſcendum ſuaſit. Neque enim Præfectus arcis aliquis, inquit, obſidione circumvenitur, ſed Princeps, unde ſalus communis, vitaque totæ Reipublicæ pendet; cui ſi quid humanitus acciderit, multa vero in ſingulas horas impendent, videte, in quem tandem locum univerſam Remp. perventuram putetis. Atque ita aſſentientibus ceteris ſententiam ejus ſequutus Pontifex VIII. Idus Junias cum hoſtibus pepigit; atque accepto jurejurando eis ſe, Cardinalibus quibuſdam obſidibus datis, & ingenti promiſſa pecunia, dedidit; atque ita demum jura exercere Pontificalia inſtituit, Germanis, Hiſpaniſque cohortibus ipſum diligenti cura ſervantibus, donec integra pecunia ſolveretur. In Urbem autem Legatum Laurentium miſit, ut eam perinde, atque ipſo ſit abſente Pontifice, gubernaret; qui maximum ſtudium in libidine hoſtium coërcenda, & incolis Romæ ab eorum impotentia conſervandis adhibuit, atque interim titulum S. Mariæ Tranſtiberim adquiſivit. Dum autem pecunia ex ditione Eccleſiaſtica cogitur, non enim præſens tanta erat, ut avidas explere fauces hoſtium poſſet, multi dies prætererunt, per quos in

A Urbe, & extra Urbem varie ab hoſtibus contra fidem veſana impietate bacchatum eſt. Demum Clemens moræ impatiens, qua ſe propediem liberatum iri ſperabat, privato habitu ſumpto VII. Idus Decembris intempeſta nocte ex arce deſcendit, atque ab amicis equitibus extra Urbem exceptus, Urbevetum ſe contulit; quò eodem ceteri quoque, qui cum eo fuerant, illum proxime ſubſecuti ſunt. Eò vero progreſſus nihil potius habuit, quàm ut ſoluta, quæ convenerat, pecunia, Germanos, Hiſpanoſque dimitteret, qui ſe abituros oſtendebant, ſi ſibi ſtipendia penderentur ab eo die, quo Clemens obſidione B ſolutus fuerat, quæ, cum graviſſima eſſent, difficultatem negotio explicando maximam afferebant. Laurentius autem Legatus prudentia, ac facilitate ſua duces exercitus ita flexit, ut tolerabilibus demum conditionibus, eos excedere perſuaſerit, identidem admonens, niſi mature ceſſiſſent, adventante exercitu Gallorum, qui, Lotrechio duce, infeſto Neapolim versùs itinere contendebat, eos neceſſario profecturos. Ita XII. Kal. Martias Urbe diſceſſerunt, atque in Neapolitanum ſe agrum, 1528 cui Regiæ Gallorum imminebant copiæ, contulerunt. His de rebus Clemens, V. Nonas Martii Laurentio nobile Ducæ caſtrum C in Diœceſi Imolæ poſitum tradidit, cum ſumptus adhuc in Legationibus factos, necdum ſolutos repeteret, quod caſtrum in hunc uſque diem familia poſſidet.

CAP. XVI.

De Legatione Anglica ſecunda.

INde his tam ſævis fluctibus, vel potius hoc tam fœdo naufragio emerſus, omnes ſuas curas ad res conſtituendas, & ſtatum Eccleſiæ confirmandum convertit, quarum ſumma in eo poſita videbatur, ut Regum Chriſtianorum gratiam partim quæreret, D partim quæſitam officiorum viciſſitudine retineret. Inter quos Henricus Rex Angliæ merito erat habendus, vir ad id uſque temporis rei Pontificiæ uſque adeo deditus, ut ipſe etiam Lutherum maledictis in Eccleſiam aſpere debacchantem libro ſcripto ſibi perſtringendum, ac retundendum putaſſet; unde publico decreto Fidei Defenſoris decoratus nomine fuerat. Per eos vero dies turpi cupiditate prolapſus ea per Pontificem moliebatur, quæ conceſſa Eccleſiam in novas erant ſalebras impulſura, negata vero facile egregiam illam animi ejus erga Eccleſiam voluntatem immutatura. Res autem ita habebat. Catherina Fer- E dinandi Hiſpaniarum Regis filia primum Arcturo Regi Angliæ, deinde, illo ſtatim extincto, Julii Pontificis permiſſu ipſi Henrico fratri ejus minori, qui ſubinde Regnum ſuſceperat, collocata in matrimonium fuerat, ex quo Maria puella jam prope nubilis erat nata. Captus inde Henricus inſano amore Annæ Bolenæ virginis in Reginæ miniſterio educatæ, divortium cum Catherina facere concupivit, cauſſa prætenta, quòd virilis ſtirpis cupiditate flagraret, cui Regni intereuntis poſt ſe gubernacula traderet, cujus voluntati Cardinalis Eboracenſis amoris ejus ignarus obſe-

eundans intulit, divortium rite fieri poſſe, A
quòd matrimonium per ſacras leges cum
Catherina contrahi nequiviſſet, quæ in
conjugio fratris Arcturi fuiſſet, neque Ju-
lium Pontificem ejuſmodi nuptias juſtas ex
injuſtis efficere potuiſſe: ſi vero uxorem
ſibi legitimam copularet, fore, ut Deus il-
lud matrimonium fortunaret, ac brevi filio
Regni hærede donando ſaluti familiæ, Re-
gnique incolumitati conſuleret. Quibus ver-
bis Henricus eò vehementius vaſana cupi-
dine inflammatus, nondum occulto amore
detecto, Legatos ad Clementem jam egreſ-
ſum ex arce miſit, petens, ut divortii cum
Catherina faciendi poteſtatem ſibi concede-
ret, atque in ea re decretum interponeret. B
quo matrimonium cum Catherina irritum
fuiſſe ſtatueret. Hoc poſtulato audito, Cle-
mens vehementer fluctuare animo, ut in re
ad explicandum difficili, cœpit; neque enim
Henrico aliquid tam ardenter poſtulanti
denegare, utile rebus ſuis nondum in tuto
conſtitutis putabat, quòd illo amico multa
ſibi opportuna ſubſidia vindicabat; averſo
autem, aut alia ratione offenſo, maximum,
& vetus Eccleſiæ propugnaculum amitte-
bat. Catherinæ vero nuptias infirmare ni-
hil aliud eſſe cenſebat, quàm Caroli Cæſaris,
cujus illa matertera erat, animum nondum
plane ſanatum exulcerare. Itaque medium
illud conſilium placuit, ut Legatum palam C
ad rem conſtituto judicio cognoſcendam in
Angliam deſtinaret, verum ſecreto man-
data ſententiæ in longum proferendæ daret.
Legatum autem huic tanto negotio parem
unum eſſe Laurentium, quem Rex etiam
nominatim depoſcebat, exiſtimans, eum
decrevit, verum invitum, ac diſertiſſime
recuſantem; neque enim hominem pruden-
tem fugiebat, ſe, ſi Regis voluntatem ſo-
viſſet, homines haud gratis feciſſe judica-
turos, ſi Reginæ, bene meriti de ſe Regis
gratiam, ac benevolentiam amiſſurum, ne-
que metu gravioris periculi cariturum. Sed
tamen ut imperio Pontificio pareret, iter
primo quoque tempore adornavit, atque D
VIII. Kal. Auguſti Corneti conſcendens,
inde Maſſiliam provectus, ſic terra iter fe-
cit, ut Lutetiam Septembri menſe perve-
nerit, ubi Franciſcum Regem, à quo beni-
gniſſime eſt acceptus, colloquio inito ad
amicitiam cum Pontifice conſervandam ac-
cendit. Per eos vero dies literas à Pontifi-
ce, VI. Idus Septembris, itemque XV. Kal.
Octobris Viterbio, eò enim ſe Urbeveto
contulerat, datas accepit, quibus moneba-
tur, ut in itinere tempus traheret, quàm
maximum poſſet, &, ſi in Angliam traje-
ciſſet, verbis Regem conciliare Reginæ ſtu-
deret, neque aliquid ſine novo mandato
ſtatueret. Laurentius igitur, licet lentis E
itineribus uſus, in Angliam prodiit, & qui-
dem, ut ex literis eorum temporum editis
1529 liquet, VI. Idus Februarias, ſummis à Re-
ge, ut ibi ſcribitur, honoribus, ſolemni
ſervata pompa, exceptus, ſed articulorum
vehementi dolore vexatus. Ibi vero poſitus,
poſtquam ſe ex labore, atque ægritudine
recreavit, primis diebus litem tranſigere
verbis tentavit; demum ut obſtinatum Re-
gis animum expugnare non poſſe vidit, ſe
judicium conſtituturum, atque unà cum
Eboracenſi cauſſam cogniturum legitima
ſervata judiciorum formula demonſtravit.

Cum autem Henricus per Legatos ſuos Ro-
mæ id adhuc urgeret, ut Clemens decreto
interpoſito matrimonium cum Catherina
reſcinderet, Pontifex literas menſe Martio,
atque Aprili ad Laurentium, quæ extant,
miſit, jubens, primum ut judicium trahe-
ret, deinde ut data occaſione ſpem decreti
ejuſmodi à ſe eliciendi omnino præcideret.
Cum autem interim literas à Laurentio IV.
Idus Maji datas, quæ quoque extant, ac-
cepiſſet, quibus ſignificabatur, ſe poſt Pen-
tecoſten operam cauſſæ cognoſcendæ datu-
rum, continuò reſcripſit, caveret ne pro-
nunciaret, ſed aliqua ratione ſententiæ la-
tionem produceret, & ſi cetera ſubſidia
deficerent, ex verbis diplomatis, Breve
appellant, prorogationis occaſionem, pro ut
ipſe interpres Juris ſagaciſſimus erat, arri-
peret. Agitata ergo per multos dies cauſſa
eſt, Rege, & Regina judicio ſe ſiſtentibus,
& ad interrogata Laurentii reſpondentibus;
ea vero jam ad exitum propendente, Rex
ſibi diffidens ingentem illi vim pecuniarum,
& Vintonenſem Eccleſiam multo Sariſbe-
rienſi locupletiorem daturum, ſi pro ſe
pronunciaſſet, oſtendit; verum hominem
non permovit, erat enim Laurentius ut
ſummæ in Jure cognoſcendo prudentiæ, ſic
invictæ in ferendis ſententiis abſtinentiæ.
Interim Clemens Carolo in dies magis con-
tra Gallos in Italia prævalenti, & bonum
erga ſe animum oſtendenti ſatisfacere cu-
piens, judicium illud ad Tribunal Decem-
virale Romæ traduxit. Qua re cognita,
Henricus exacerbatus infeſto in Judices ſuos
animo ferri cœpit. Ac primum quidem
in Eboracenſem invectus eſt, quòd exiſti-
maret, illum, ſi cauſſæ ſuæ ſuffragatus
fuiſſet, facile ſua auctoritate Pontificem
in ſuam ſententiam adducturum, atque
eum magna prædiorum parte adempta ab
aula Regia deturbavit; deinde in Lauren-
tium converſus Sariſberienſi Eccleſia, gravi-
bus adjectis verbis, orbavit. Quod ubi ille
vidit, vitæ ſuæ diffiſus, Rodulphum filium,
quem ſecum adduxerat, appellavit, ac lu-
brico rerum ſuarum ſtatu demonſtrato, ip-
ſum, ne aut funeris ſui ſpectator, aut exitii
particeps fieret, licet recuſantem, & ſecum
extrema omnia ſubiturum ſtudioſiſſime, quo
erat animi robore, profitentem, confeſtim
Anglia diſcedere juſſit, ac poſt aliquot dies
& ipſe mitiorem factum Regem arbitratus
libertatem decedendi popoſcit; qua impe-
trata ſtatim ſuppellectile ſua in navim im-
poſita oram ſolvit. Doveram inde prove-
ctus, unde brevis eſt in Galliam tranſitus,
cum ſe ad trajiciendum pararet, monetur
à ſuis, armatas naves curſu adverſus ſe in-
citato contendere. Quod ut ille audiit, ſi-
carios à Rege miſſi, qui ſibi vitam adime-
rent, ſuſpicatus, Oliverium Bilaquam de
Monte Lupano, inſignis innocentiæ Sacer-
dotem, ædituum ſuum (Capellanum appel-
lant) accivit, atque ei peccata ſua confite-
ri, tanquam brevi moriturus, inſtituit; at-
que interim Præfectus regiorum militum
ſupervenit. Ille vero ceteris omnibus navi
excedere imperatis Laurentium bono eſſe
animo juſſit; neque enim veniſſe, ut capiti
ejus inſidias moliretur, ſed ut arcas ejus
Regis mandato perſcrutaretur. Quare ultro
daret claves, ne earum diffringendarum ſibi
neceſſitatem imponere. Ita clavibus accep-
tis

tis apertas arcas diligenter inſpexit, neque eo, quod ſperaverat, invento, Laurentio dimiſſo diſceſſit. Hoc autem, ut poſtea auditum eſt, ea de cauſſa fecerat Rex, quòd Laurentium theſauros Reginæ ſecum auferre putaverat, qua re comperta inde occaſionem aucupari Laurentii perdendi ſtuduerat; neque enim ſine cauſſa Legatum Pontificium violare, Regium eſſe ducebat; pro certo autem habebat, ipſum à Regina corruptum fuiſſe, quam illi mentem, credo, Deus injecerat, ut Laurentium conſervaret; neque enim veriſimile videtur, ipſum aliter manus tam irati Regis evaſurum fuiſſe.

CAP. XVII.

De reditu ex Anglia.

LAurentius inde in Galliæ littus tranſvectus magnis itineribus in Italiam, atque adeo etiam Bononiam properavit. Huc enim Clemens jam prope exeunte anno conceſſerat, expectaturus Carolum, (ſic enim demum poſt tam acerbas inimicitias, odiaque dira convenerat,) ut communi colloquio res Italiæ ſine arbitris conſtituerent, ac Clemens corona aurea impoſita Carolum Imperatorem Auguſtum ex antiquo inſtituto Pontificum appellaret. Quod cum jam inde à Carolo Magno Romæ celebrari ex ordine in Baſilica S. Petri conſuevisset, eo tempore juſtis de cauſſis placuerat, ut Bononiæ, Urbe in primis Nobili, & in Templo S. Petronii omnium ampliſſimo fieret. Progreſſus ergo Bononiam, ad Pontificem adorandum, & Cæſarem ſalutan-
1530 dum ſe contulit, ac poſt aliquot dies ei pompæ interfuit, qua Clemens in feſto S. Matthiæ Carolum Auguſtali diademate inſignivit, qua in pompa ipſe quoque Carolo vota Deo facienti aſtitit, ac tanquam Presbyterorum Princeps ſolemnem de ſcripto precationem, ut illi fauſta, felixque corona eſſet, more Eccleſiæ recitavit.

CAP. XVIII.

De Legatione Germanica ſecunda.

PAce tandem Italiæ duobus ſummis Principibus conſpirantibus reddita, inde converſa conſilia ſunt ad res Germaniæ componendas, ubi propter ſuſceptas Religionis controverſias in dies vehementius ſævientes non jam verborum, ſed prope armorum contentione decernebatur; atque ea de cauſſa Carolus Conventum Auguſtam in VI. Idus Aprilis Principibus Germanis indixit; ubi vero cæremoniis coronæ perfectis de diſceſſu in Germaniam cogitavit, placuit Clementi Legatum ei Apoſtolicum addere, qui Conventui nomine ſuo præeſſet, in quo de Fide Catholica ſtatuendum eſſet; ratuſque neminem eſſe, qui rerum Germanicarum prudentior, aut Carolo ipſi acceptior eſſet, eò Laurentium ire, conſtituit. Quare Laurentius Carolum XI Kal. Aprilis Bononia diſcedentem eſt comitatus. Ceterum Auguſtam jam Principes, & omnium generum hæretici, multo, quàm ante, frequentiores convenerant, quin Carolus Fide publica interpoſita certos fecerat, fore, ut ibi, & ſine periculo poſſent verſari, & cum libertate ſententias profiteri. Accedens ergo Auguſtam XVII. Kal. Julias pridie feſti Corporis Chriſti Urbem inivit, latera Ferdinando fratre, & Laurentio Legato ſtipantibus, & Principibus omnibus obviam inſigni maxime ordine pompæ egreſſis: ac poſtridie memorabili pietatis exemplo unà cum Laurentio Legato, omnibuſque Catholicis Ordinis utriuſque Proceribus, ſacrum Chriſti Corpus aperto capite, & cereo manu prætento eſt proſecutus. Inde XII. Kal. Julii Imperator, & Legatus in Eccleſia Cathedrali cum omnibus Principibus convenerunt, ac rei Divinæ pro invocando Spiritu Sancto factæ interfuerunt. Quo perfuncti officio, inde in Prætorium ſeceſſerunt, ubi de iis, quæ in Conventu diſcutienda erant, retulerunt. Inde alio die relatione de Religione facta Principes Lutherani Fidei ſuæ formulam, quæ poſt Confeſſionis Auguſtanæ nomen tulit, expoſuerunt; qua audita (erat autem multis in rebus à Catholica diſcrepans) Carolus, & Laurentius Theologis cognoſcendam ſuis dedere, & cum poſt paucos dies iterum coiviſſent, Confeſſionis reprehenſionem conſcriptam à Theologis reddidere; quo facto inde decertari acriter ex utraque parte eſt cœptum. Quæ res ne moram Conventui perficiendo afferret, negocium à Catholicis ſeptemdecim hominibus datum eſt, ut ipſi cum Lutheranis agentes ex ſingulis articulis difficultates, quæ hærere videbantur, eximerent. VII. Idus Auguſti, cum illi capita contuliſſent, re cognita, ſtatuerunt, ut ſeptem utrinque legerentur, qui res communi conſilio conſtituerent. Qui cum XVII. Kal. Septembris conveniſſent, univerſas controverſias in paucos, de quibus diſſentiebatur, articulos redegerunt; eaque poſt ſex dies ad Conventum, cui præerat Laurentius, retulerunt. Qua re perſpecta, deinde placitum eſt, ut ternis ab utraque parte hominibus compoſitio eorum, qui concordiam impedirent, articulorum permitteretur; qui finem diſcordiæ imponere nixi, tamen propoſito exciderunt. Quare iterum ad ſeptenos eſt reditum, qui ne ipſi quidem quidquam profecerunt. Tum Carolus ejuſmodi animorum diſſenſione comperta, ex Legati auctoritate decrevit, ut citra XVII. Kal Majas hæretici conſtitutum haberent, num conſentire ſecum, & cum Principibus, & Civitatibus vellent, interim vero de Fide nihil innovarent, nec trahere quenquam in ſuas partes contenderent, aut Catholicos in ſuis Civitatibus ſuo fungi munere prohiberent, qui veteribus cæremoniis ſtarent. Quo decreto non accepto, ad extremum ſtatuit, ut omnes interim in ea Religione manerent, quam majores eorum coluiſſent, ac XII. Kal. Decembris huic decreto omnes ſubſcribere juſſit. Dimiſſo inde Conventu, Nonis 1531
Januariis Coloniam profectus Ferdinandum fratrem Regem Germaniæ declarandum, ac III. Idus Aquiſgrani argentea corona de more ornandum curavit. Inde Conventum Spiram, ut modum omnibus his turbis Religionis cauſſa conflatis imponeret, ſic ſuadente Legato, indixit, quem tamen habere non potuit, quòd Solymanum irruptionem in Hungariam, & Auſtriam comparare, ipſumque in eam expeditionem venturum eſſe, accepit. Quare longe præſtare putans, ut

ut Ratiſponæ in Bavaria, loco hoſtibus propiore conveniretur, eò ad Kal. Februarias futuri anni convocari mandavit. Interim Clemens literas XII. Kal. Martii ad Laurentium miſit, quibus docuit, ſibi in mentem veniſſe, optimum factu fore, ut ad Solymani ſtudia ab Hungaria, & Italia revocanda Ægyptus bello peteretur; ſe confidere, Franciſcum Gallorum Regem in eam armorum ſocietatem eſſe venturum; proinde ipſe ea de re cum Carolo ageret, eamque ei pro ſua eloquentia perſuadere contenderet. Per eoſdem dies Joannes Echius Theologus Germanus, ſed Catholicæ partis patronus, libros contra Lutherum iterum edidit, eoſque Laurentio Legato inſcripſit, è quorum præfatione pauca libuit hoc loco intexere, quæ his negociis, & temporibus aliquid luminis poſſent afferre: *At omnium, inquit, difficillimæ fuerunt duæ legationes Germanicæ, in quibus ad extirpandum Lutheri hæreſim à S. D. N. Clemente VII. ad Cæſarem, & Principes Imperii Rom. deſtinatus es. Quas & ſi ſciam, promptiſſimo, atque paratiſſimo animo ſuſceperis pro candore tuo, pro tuo in Fidem Catholicam zelo, pro eo amore, quo ad inclytam Nationem noſtram afficeris, qui etiam in Urbe te ſemper patronum Germanorum præſtitiſti, Germaniæ non minus affectus, quàm ſi illa altrix, & parens tua fuiſſet, verum hoc maxime mirabar, corpuſculum tuum tot laboribus, vigiliis, itineribus attritum, ac pene exercitio confectum, adhuc tantum poſſe ſumere laborem, tamque difficilem ſubire provinciam, ut qui decentiſſime vivere poteras in Urbe, in ſumma tranquillitate, ac pace, ac rerum omnium copia, in pelagus & hoc piſtrinum laborum te conjeceris; qui ſis expertus, quàm difficile ſit agere cum hæreticis, qui Fide vera amiſſa, communione Eccleſiæ Catholicæ relicta, in profundum malorum cum contemptu ſe demerſerunt. Auxit admirationem meam infirmitatum exercitus, qui meliora caſtra, hoc eſt membra corporis tui, obſederit, occuparit, ac penitus lancinarit, ut nihil minus probem, quàm quorundam adagium, Senilis valetudinis. Rectius multo Cicero ſenectutem ipſam infirmitatem eſſe dixit, cum conſpiciam plurima ſenectutis incommoda in corpore tuo prævalere, ſtomachi tormina, aculeos, podagræ, chiragræque dolores, ut interdum nec calamum tenere queas, nec pedibus tuis incedere. At obedientia vicit infirmitates, zelus Fidei ſuppreſſit dolores, & ut conſummatæ virtutis exemplar exhiberet, laborioſam hanc Legationem ſuſcepiſti. Quæ omnia jam à viginti annis mihi perſpecta, & cognita, ſingularis nempe naturæ tuæ bonitas, incredibilis humanitas, omnivaria eruditio, conſilia graviſſima, ſuavis, & ſuaſiva facundia, ſagaciſſima prudentia, zelus Fidei, & in omnes eruditos mirifica benevolentia, hæc inquam, omnia me tibi arctiſſimè devinxerunt. Ingolſtadii primo Auguſti MDXXXI.* Eodem anno Laurentius magnificas ædes alteras in vico S. Mammæ prioribus continentes ab Annibale Bentivolo per Antonium Mariam fratrem coëmit, quæ deinde à filiis ejus ad inſignem magnificentiam auctæ, ac ſtructura ſplendidiore, atq; opportuna horti amœnitate ornatæ facile omnium ædium Bononienſium principatum obtinuerunt. Quo factum eſt, ut nullus Princeps Italiæ fuerit, qui Bononiam adiens, illo, ut omnium ampliſſimo, Hoſpitio uſus ſit. Siquidem Duces Sabaudiæ, Mediolani, Ferrariæ, Urbini, Parmæ, Marchio Montiſferrati, Legati Regis Anglorum, Senatus Veneti, & Ducis Ferrariæ, ac multi præterea Cardinales eò diverterunt; quorum duos inſignes præcipuè nominabo, Jo. Mariam Montem, & Jo. Angelum Medicem, quòd eorum uterque mox Pontificatum Maximum ſit adeptus, ille Julius III., hic Pius IV. vocatus. Sequenti anno Carolus ex Belgio Ratiſpo- 1532
nam XII. Kal. Maji cum Legato, cæteriſque Principibus adiit, ac rurſus de Religione agere ad ſedandas aliquando diſcordias cœpit; ibi verò Principes Lutherani multo apertius conceptum odii ſui virus evomuerunt, diſerte, ſe auxilia bello Turcico impendenti præbituros, negantes, niſi illud impetrarent, ut interim dum Concilium univerſale convocaretur, omnes de Religione, Fideque pro judicio ſuo ſentirent, & quæ à Fiſco Imperiali contra Proteſtantes, (ſic enim illi ſe appellabant) incœpta erant, infirmarentur. Eo conceſſo inde XIII. Kal. Auguſti mutua pactione ſancitum eſt, ut pax tota Germania præſtaretur uſque ad diem Concilii Generalis, quod ſe Carolus curaturum promiſit, ut intra tres menſes indiceretur, & poſt annum celebraretur. Quo facto omnium inde eò ſententiæ facilè decurrerunt, ut communibus Germaniæ armis bellum infidelium arceretur, cui non defuturum ſe quoque Pontifex militaribus copiis ſummittendis oſtendit. Dum autem auxilia comparantur, Solymanus menſe Junio in Hungariam armatus inivit, cumque iter in Stiriam convertiſſet, ad Guntzæ oppidum conſtitit, idque obſidere omni ope inſiſtens, multos ibi fruſtra dies conſumpſit. Nonis Julii Pontifex, ut Laurentio morem gereret valetudinem excuſanti, ac reditum imminente bello poſcenti, Hyppolytum Medicem Cardinalem, fratris filium, ſucceſſorem decrevit, eumque exercitui Pontificio ad bellum mittendo præeſſe, conſtituit. Carolus autem eidem Eccleſiam Majoricenſem conceſſit, quam ille, ut filio ſuo Jo. Baptiſtæ indulgeret, tum operam ſtudiis optimarum artium Patavino in Gymnaſio danti, popoſcit, ac facile impetravit. Hyppolytus pridie Idus Auguſti in caſtra Caroli venit, ac biduo poſt ad eum à Laurentio ductus prima debitæ ſalutationis officia ſolvit.

CAP. XIX.

De reditu ex Germania.

XI. inde Kal. Septembris, Laurentius à Ferdinando Cæſare ante domi conventus, ac valere perpetuo juſſus, ex Germania ceſſit, ſævo adeo languore artuum cruciatus, ut aſſidua vectatione haberet opus, atque in Italiam profectus Bononiam rectà perrexit, atque eò XV. Kal. Octobris acceſſit. Atque hic quidem extremus provincialium laborum Laurentii fuit, quos ille pro Eccleſiæ ſalute, ac Sedis Apoſtolicæ dignitate ſuſtinuit; reliqua inde vitæ ratio urbana, ac minus operoſa, & Senatoriis contenta ſtudiis fuit; neque enim poſthac à latere Pontificis, niſi per pauciſſimos dies, diſceſſit, neque oculos ab ipſa Pontificia ſtatione deflexit, verum in Urbe, atque in Senatu conſiliis, ac ſententiis Rempublicam

Chri-

Chriſtianam fulcire contendit, multis hinc inde procellis, ac tempeſtatibus agitatam. Laurentio Germaniâ profecto, Carolus exercitum adversùs Solymanum, adhuc Gunizæ oppidum obſidentem, adduxit. Quod ut Solymanus accepit, ingenti illius apparatu audito perculſus, ac dubio ſe certamini committere veritus, relicta obſidione in provinciam ſuam receſſit. Qua re cognita Carolus lætus inde diſceſſit, atque itinere per Forum-Julium inſtituto, Bononiam, quo Clemens VII. Idus Decembris ex compoſito venerat, poſt dies quinque pervênit, atque in æde Sancti Petronii ipſum expectantem Pontificem adoravit, &, quod plerique animadverterunt, & poſt pro inſigni honore narrarunt, prætergrediens, Laurentium, inter Cardinales ſtantes præ dolore pedum ſedentem, nutu capitis ſe ſalutare ſignificavit. In eo congreſſu Carolus à Clemente elicuit, quod in Conventu Ratiſponenſi promiſerat, ut Concilium univerſale indiceretur. Itaque Clemens ejus voluntati obſecutus, Hugonem Rangonum, Epiſcopum Regienſem, ad omnes Germaniæ Principes miſit, nunciatum, ſe Concilium in unam harum, quas optaviſſent, Urbium indicturum, Bononiam, Mantuam, & Vicetiam: die vero S. Matthiæ vetus cum Carolo fœdus ſancivit adverſus omnes, qui pacem ſolicitare Italiæ vellent. Per eos vero dies Jacobus Sadoletus, Epiſcopus Carpentoratenſis, literas ad Laurentium miſit, quibus reditum illi ex Germanica legatione incolumen gratulatus eſt; quarum partem, quia ad hæc tempora pertinet, non alienum eſſe duxi in hunc locum inſerere: *Nihil mihi potuit nunciari lætius, quam te ex Germanica legatione ſalvum, & ſoſpitem longo intervallo ad tuos revertiſſe, gratumque & optatum conſpectum tuum Summo Pontifici, collegiſque tuis omnibus, atque ipſi Urbi inprimis retuliſſe. Non enim dubito, quin tua eximia virtus, & auctoritas in his tantarum cogitationibus rerum ſæpius requiſita, & deſiderata fuerit; quanquam ſervivit illa quidem Reip. magnaſque & maxime ægras illius partes conſilio, & diligentia abſens ſuſtinuit, ſed ut, quemadmodum ea membra, quæ cordi propiora ſunt, plures ac potiores habent in conſervando corpore functiones, ſic ſummorum hominum ſapientia, & gravitas proxime Principem, & in ipſo capite conſiliorum ſtatuenda eſt, ut latius in omnem partem illarum utilitas poſſit dimanare. Veruntamen ut ſe cunque res habet, labores tuos ejuſmodi fuiſſe, ut ea, quæ graviſſime laborant, jamque curam omnem reſpuere videbantur, in commodiorem ſtatum per te deducta ſint, valde & laudi tuæ, & publicæ ſaluti gratulor. Atque utinam aliquando finem ejus mali aliquem videamus, cujus tanta extitit vis, ut non ſolum humanas, ſed etiam Divinas res, & rationes potuerit pervertere. Nec vero nunc ejus tollendi, atque exterminandi non adeſt occaſio, duobus ſummis, optimiſque Principibus in unum locum adductis. Qui ſi prudentia, ac facilitate perfecerint, ut tertium hunc quoque, cujus nos in Regno vivimus, flagrantem ſtudio Chriſtianæ pietatis contra hæreticos tuendæ, & protegendæ in amicitiam, & gratiam poſſint reſtituere, non metuo, quin clarius in cœlo ſibi monumentum ſervatæ Religionis, quam in terra devictarum gentium ſint conſtituturi, &c. Vale Carpen-*

A *torati XII. Kalend. Feb. MDXXXIV.* Carolo
inde poſtridie feſti S. Matthiæ Hiſpaniam
verſus profecto, Clemens, XI. Kal. Aprilis
Romam Laurentio proſequente diſceſſit, &
VII. Idus Julias ſententiam denique de matrimonio
Catherinæ ita tulit, ut decretum
Julii confirmarit. Qua de re Henricus rabie
efferatus, veteris decoris immemor, quo
propter Fidei Catholicæ defenſionem, præcipuo
ornatus Senatus conſulto ab Eccleſia
fuerat, ad hæreticos temere nullam eſſe
Pontificis poteſtatem docentes ſe contulit,
quoſque ab hac ſententia Clericos Monachoſque
diſſentientes eſt nactus, omnes barbara
crudelitate necavit; atque ita Regnum
B illud à temporibus S. Gregorii Catholicum
fœdiſſime depravavit. Clemens inde Idibus
Septembris maritimo itinere Maſſyliam ad
colloquium cum Franciſco Rege Gallorum
habendum, Cardinalibus pleriſque comitantibus,
adiit; quo confecto poſt paucos dies
cum iiſdem Urbem repetiit. Sequenti anno 1534
VI. Idus Junias Senatus Venetus Rodulphum
Laurentii filium, ſtrenuum in primis,
ac manu, conſilioque promptum adoleſcentem
militiæ ſuæ aſcivit, ac ſtipendio aureorum
quingentorum attributo, Præfectum
quinquaginta equitum gravioris armaturæ
conſtituit, honorifico in primis Senatus-conſulto
teſtatus, ſed id muneris non tam Patris
C bene de ſe meriti amicitiæ, quàm perſpectæ
filii fortitudini, ac prudentiæ impertire.
Clemente inde VIII. Kal. Octobris extincto,
comitia novo Pontifici creando ſunt
habita; quibus inter ceteros Laurentius jam
Epiſcopatum Albanenſem adeptus interfuit,
conſtanti multorum opinione, ipſum propter
virtutis, & meritorum magnitudinem
eam dignitatem aſſecuturum. Verum Alexander
Farneſius, Epiſcopus Oſtienſis, ac
Princeps Senatus, ſtatim reliquis ſuffragiorum
numero ſuperatis locum obtinuit, qui
Pauli Tertii nomen aſſumpſit. Qua re Bononiæ
nunciata Civitas, cum Oratores ad
eum gratulandi cauſſa decerneret, præcipue
D Antonium Mariam Campegium miſit. Laurentius
inde ut ætate, ægritudineque confectus,
ſic auctoritate, & exiſtimatione conſpicuus
Paulo Pontifici perpetuo ferme aſtitit,
ac Signaturæ officio, ceteriſque muneribus
Senatoriis pie Deo, ac Reip. ſerviens
operam uſque ad extum vitæ dedit. Se- 1535
quenti anno Carolus Tunetem oppidum in
Africa Hariadeno Barbaruſſæ, Turcarum
archipiratæ, ingenti rerum mole, atque
animi fortitudine uſus, ademit. Inde in Siciliam
tranſgreſſus pridie Kal. Decembris
Neapolim venit, ac poſtero anno Romam 1536
progreſſus Nonis Aprilis magnificentiſſimo
omnium ordinum occurſu exceptus,
E ſpecie antiqui triumphi relata, Urbem inivit.
Cum autem mox in Cœna Domini in
Sacellum Pontificium ad rem Divinam audiendam
veniſſet, præſentes ibi Cardinales
ordinatim ad ſe ſalutandum prodeuntes excepit;
unus tantum Laurentius pedibus prope
captus eo fungi officio nequiit, vultu
tamen, ac geſtu ſtudium ejuſdem obeundi
officii maximum prætulit. Qua re animadverſa
Carolus Sacris perfectis, relicto Pontifice,
ultro ad complectendum Laurentium
cum magna honoris, atque amoris
teſtificatione acceſſit.

CAP.

CAP. XX.

De Legatione ad Concilium Vicetinum.

PRofecto Carolo, Paulus menſe Junio
Concilium, quod Clemens morte præ-
reptus convocare nequiverat, Mantuam
demum in Kal. Majas proximas omnibus
1537 Chriſtianis indixit, viceſimo quippe anno
poſtquam Lutherus ſolicitare otium Eccle-
ſiæ cœperat. Cum autem Proteſtantes, con-
ventu Scamaldico, Februario menſe coa-
cto, Mantuam ſe venturos eſſe, ſimulatis
quibuſdam in ſpeciem cauſſis, negaſſent,
idem Novembri menſe Vicetiam in proxi-
1538 mas Kalend. Maji traduxit, ac menſe
Martio in Senatu Legatos ad habendum
Concilium Laurentium ipſum, Jacobum Si-
monetam, & Hieronymum Aleandrum Car-
dinales pronunciavit. De quo Concilio ſic
tum Sadoletus ad Georgium Ducem Saxo
niæ, virum Catholicum ſcripſit: *Reliqua*
eſt cura, & cogitatio Conventus publici, qui
in Urbe Vicetia, loco opportuno, ac libero
omnibus, qui in Chriſtiana religione cenſen-
tur, eſt indictus, poſt aliquas temporum pro-
rogationes, quas neceſſitate fuiſſe expreſſas,
qui ſine cupiditate judicant, poſſum facile co-
gnoſcere. Eo in Conventu, ſi concurſus fue-
rit, qui ad rem tantam requiritur, non diſ-
fido fore, quin, non ad injuſtam cujuſquam
potentiam, ſed ad bonum commune conſilia
conferantur, præſertim ſi tu, & qui virtu-
tum, ac religionis tuæ imitatores ſunt, Con-
cilio intereſſe ſtuduerint. Profectus igitur,
accepta Cruce, Laurentius IX. Kal. Martii
Bononiam vênit, atque ibi Paſcha celebra-
vit, rite omnibus, quæ Catholici ritus ſunt,
in tanta dierum ſolemnitate confectis, ac res
multas ad ſtatum Eccleſiæ pertinentes præte-
rea conſtituit, quæ per abſentiam ſuam male
affectæ Epiſcopalem medicinam in primis re-
quirere videbantur. Profectus inde Bononia,
& cum ceteris Legatis congreſſus Vicetiam
iniit, ac ſolemnibus in auſpicando Conci-
lio cæremoniis functus, ad cetera perſequen-
da Germanos conventuros Epiſcopos, ac
Theologos expectavit; verùm præter unum,
aut alterum nemo acceſſit. Quod ubi acce-
pit Pontifex, menſe Auguſto Legatos revo-
cavit, ac Concilium in Paſcha proximum
diſtulit; de qua prorogatione ſic Sadoletus
ad Joannem Cochleum ſcripſit Carpenctо-
racti, prid. Kal. Decemb. ann. MDXXXVIII.
De Concilio ſpem non amiſi, bene enim ſentio
de Pontifice Maximo. Hæc certè poſtrema ejus
prorogatio, rogantibus, ac contendentibus am-
bobus Principibus facta eſt. Quare ego quo-
que ad id temporis, quo auſpicandum Conci-
lium eſt, in Italia eſſe cogito.

CAP. XXI.

De reditu à Concilio Vicetino, & morte.

HOc verò decreto accepto Laurentius
Vicetia Bononiam rediit, ac paucis
diebus ibi tranſactis, Septembri menſe Ro-
mam, Jo. Baptiſta filio Majoricenſi Epiſco-
po, & Joanne fratris filio Parentino Epi-
ſcopo ſecum ductis, ſe retulit, atque offi-
ciis ſuis reſumptis, interim ad Eccleſiæ Præ-
neſtinæ Epiſcopatum aſcendit. Quæ omnia
dum ſyncerè, ac maxima cum omnium lau-
de gerit, poſtero anno lethali dyſenteriæ 1539
morbo correptus eſt, cujus pertinaciam, ut
nulla ſui cura, aut Medicorum expugnare
ſolertia potuit, ritu Catholico expiatus XIV.
Kal. Auguſti æquiſſimo animo vitæ finem
impoſuit. Corpus ejus in æde S. Mariæ Trans-
tyberinæ ſepulturæ mandatum eſt. Vixit
annos LXVI., vir magnus, acer, ac ſuo
ſæculo unicus, & per omnia ſequentia me-
morandus, ac ſine dubio titulo tantæ glo-
riæ par; neque enim memoria extat cujuſ-
quam, qui illi, aut numero legationum,
aut varietate negociorum, aut Civilis ſcien-
tiæ magnitudine, aut rerum uſu, aut inge-
nii dexteritate, aut Senatoria auctoritate,
aut Principum gratia antecelluerit. Hoc
loco elogium tantæ virtuti debitum adjice-
rem, niſi æquius eſſe putarem, præclarum
Collegæ illius teſtimonium adhibere, qui
non ſolùm virtutis alienæ candidiſſimus æſti-
mator, ſed etiam diſertiſſimus omnium lau-
dum prædicator eſt habitus. Hic autem
idem fuit Jacobus Sadoletus jam Cardina-
lis, civis meus, qui ſic obitum ejus in epi-
ſtola ad Thomam illius fratrem eſt queſtus:
Sed quo minus ad te familiariter, & jucunde
ſcriberem, mors Laurentii fratris tui, viri
clariſſimi facit. Quæ me ita conturbavit, ut
vobis, qui illi ſanguine eratis conjuncti,
in deplorando tanto communi incommodo
non cedam, & paullo poſt: *Dico ergo, vos,*
qui non minus ſimilitudine virtutum, quàm
cognationis vinculo, ſummo illi viro adjuncti
eratis, debere illius quoque fortitudinem, &
patientiam imitari, qui in tanta imbecillitate
corporis, tam gravi morbo, tam aſperis om-
nium artuum doloribus, nihil unquam egit,
neque dixit, quod indignum eſſet illa gloria,
quam ex multis, & maximis virtutibus ſibi
comparaverat. Quod ſi eſt à vobis ereptus,
magnumque in eo ornamentum familiæ veſtræ
ablatum, tamen id amiſiſtis, quod perpetuo
vobis eſſe non potuit; quod vero neque ipſi illi
mors neque etiam vobis potuit adimere, id
ſemper retinebitis, ut illius honores, Magi-
ſtratus, publica munera, legationes, ſummam
in Jure Civili, & Pontificio ſcientiam, ſum-
mam integritatem, ſummam auctoritatem,
præterea animum in Chriſtiana Religione præ-
ſtantem, & integrum, ulla ex animis homi-
num deletura ſit oblivio; & reliqua in hanc
ſententiam multa. Reliquit porro Lauren-
tius tres filios, ut diximus, ex uxore ſuſce-
ptos, Alexandrum, Rodulphum, & Jo Ba-
ptiſtam; quos omnes optimis artibus ab in-
ſignibus Doctoribus erudiendos curavit,
quos domi ſtipendiis uberioribus aluit: quo-
rum unus fuit Lazarus Bonamicus, qui poſt
in Patavino Gymnaſio humanioris Doctrinæ
profeſſor eluxit, alter Petrus Borrhaius,
qui Græcas literas egregie calluit, tertius
Antonius Bernardus, qui poſt operam Phi-
loſophiæ in Bononienſi Academia tradendæ
navatam Epiſcopus Caſertanus evaſit.

CAP. XXII.

De Rodulpho filio.

EX his Rodulphus tum, cum Venetarum
turmarum ductor maximo ſtudio glo-
riæ militaris arderet, ac dies noctesque de
vetere inſtaurando honore familiæ cogita-
ret,

ret, in ipſo flore juventutis eſt raptus. Is præcipuam habuit laudem ampliſſimæ, pulcherrimæque corporis formæ, quam ingenti ſplendore virtutis, ac magnitudine animi adæquavit: nam ut nemo illa ætate ad res magnas gerendas promptior, ſic nemo ad beneficentiæ munera exercenda propenſior fuit, uſque adeo, ut inter omnes conſtaret, ſi diu illi vita ſuppeditaſſet, paterna aliena laude neceſſe non fore, ut quæ illuſtrium, ac magnorum virorum eſſent, ſibi aſciſceret, cum omnibus Italiæ Principibus, probatiſſimus, ac cariſſimus eſſet.

CAP. XXIII.

De Alexandro filio.

ALexander autem, qui Clericus cameræ Epiſcopus Bononienſis fuerat deſigna-
1541 tus, anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo primo pridie Kal. Auguſti Urbem ſolemni occurſu Civitatis inivit, ac poſt paullo prima Sacrorum ſolemnia celebravit; inde Prolegato Avenionem adminiſtravit: ubi præcipue maximum ſtudium in eo poſuit, ut hæreſim Pauperum Lugduni compeſceret, qui, Lutheranis aſcitis, ingentes in Provincia turbas adverſus Pontificem, Principeſque conciverant. Hoc Eccleſiam obti-
1548 nente anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo octavo Concilium Tridento Bononiam eſt traductum, Conventuſque Epiſcoporum in ædibus ejus, & Jo. Baptiſtæ fratris, quas omnium, quæ tum in Urbe eſſent, laxiſſimas, ac magnificentiſſimas eſſe, ſupra diximus, habiti ſunt; in quibus quinque Campegii mitrati omnes ſententiam, raro ejuſmodi honoris exemplo, dixerunt, Thomas Feltrinus Epiſcopus, & M. Antonius Groſſetanus Laurentii fratres, Alexander Bononienſis, & Joannes Baptiſta Majoricenſis Laurentii filii, præterea Joannes Parentinus, ex Antonio Maria Laurentii fra-
1551 tre prognatus. Alexander anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo à Julio Tertio Pontifice in Collegium Cardinalium cooptatus priſtinam auctoritatis paternæ memoriam in animis hominum renovavit, ac
1554 triennio poſt immatura morte oppreſſus exceſſit XII. Kal. Octobris, ſepulturam item ad S. Mariam Majorem adeptus, vir propter eximiam linguarum eruditionem, atque admirabilem ingenii, morumque ſuavitatem inter paucos numerandus; quas virtutes idem tanta humanitatis, ac liberalitatis gratia cumulavit, ut præcipuum Romanæ Curiæ amorem, ſtudiumque meruerit, in qua diutiſſime vixit. Eodem vero anno Joannes, qui Parentinus Epiſcopus anno MDXLIX., vacante Paulli III. Pont. obitu Sede, juſſu Cardinalium Viterbium, ac totum Patrimonium turbulentis maxime Reip. temporibus prudentiſſime rexerat, Eccleſiæ Bononienſis, quam ab Alexandro patruele priore anno acceperat, poſſeſſionem honeſtiſſimo in primis in Urbem ingreſſu VII. Idus Maji ini-
1559 vit. Inde anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono comitiorum Pontificiorum Præfectura perfunctus, juſſu novi Pontificis Pii Quarti in Picenum progreſſus, Provinciam illam graviſſimis ſeditionibus agitatam tanta moderatione pacavit, ut cum idem Pius de Nuncio apud Ducem Floren-

A tiæ Coſmum inſtituendo cogitaret, primum hunc deſtinarit, quo in officio ipſe ſe adeo Principi illi probavit, ut ſuffragatione illius mox ad Philippum Regem Hiſpaniæ de continuando Concilio Tridentino ſit miſſus, quo negocio feliciſſimè quoque confecto, inde ad Regem Luſitaniæ adiit, à quo etiam inſignia munera tulit. Inde Bononiam reverſus, poſt paucos dies 1563
vita ceſſit anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo tertio VII. Idus Septembris. Eo ſedente Hoſpitale puerorum mendicantium, & Monaſterium mulierum Converſarum, Senatu probante, eſt inſtitutum. Joannem inde poſtero anno conſequutus Thomas patruus, 1564
B vir inſignis, diem & ipſe ſuum obiit. De illo verò ſic Sadoletus idem ſcripſit, cum eum, ut Cardinalatu digniſſimum, Paullo Tertio commendaret: *Mitto literas, Juris Civilis, Pontificiique ſcientiam, bonarum artium cultum, in Theologicis rebus uſum, intelligentiamque pene ſingularem. Nullus eo in Romana Curia, publiciſque negotiis laborioſius, fidelius, diuturnius, juſtius his quamplurimis annis verſatus eſt, cum interea in tanta varietate rerum gerendarum nemo unquam illius ſuperbiam, nemo avaritiam, nemo negociorum, quæ is ſuſcepiſſet, neglectum, nemo ullam, vel minimam ſuſpicionem criminis in eo annotarit.* Neque verò illud Sadoletus
C gratiæ, ſed virtuti Thomæ tribuit, de quo fama emanavit, poſt obitum Paulli Quarti non defuiſſe, qui ipſum Pontificem creandum cenſuerint.

CAP. XXIV.

De Joanne Baptiſta filio.

REliquus fuit Jo. Baptiſta, quem Deus ad hunc uſque diem incolumem conſervavit, jam ſeptuagenario grandiorem. Hic verò longe aliam, ac ſuperiores, vitæ rationem inivit, ut enim illi opes, atque honores conſectando gloriam quæſiverunt,
D ſic ipſe utrumque negligendo, ac quodammodo reſpuendo, cunctis ſe conſpiciendum, atque admirabilem reddidit. Neque verò eſt, quòd id aut inertiæ, aut deſidiæ, aut languori alicui animi tribuatur. Siquidem ab ineunte ætate ſacris, & profanis, Græcis, & Latinis literis non alia cura, ac diligentia ſtuduit, atque ii, qui labores, vigiliaſque ſuas ad ſublevandas domeſticas rei familiaris anguſtias conferunt, tantum verò ad id ingenii, atque induſtriæ attulit, ut inter optimos Oratores, probatoſque illius gradus Theologos facilè referri potuerit, cujus utriuſque laudis clariſſimum dedit ſpecimen in Tridentino Concilio, cui
E ter interfuit. Nam in eo orationem, quæ adhuc legitur, luculentiſſimam habuit, in qua Tullianam in primis gravitatem, copiamque repræſentavit, cujus Scriptoris præcipuo imitandi ſtudio, atque eximio quodam exprimendi amore flagravit. Quod quanta ille facilitate compleverit, epiſtolæ præterea ejus, atque orationes aliquot editæ, atque edendæ teſtantur, quibus nihil ad ejuſmodi laudem fingi poteſt ornatius; præterea vero ſententiam ſuam inter Epiſcopos d ferre, ac prudenter adeo dixit, ut quodam etiam die, cum pleroſque Patrum ad decreti cujuſdam approbationem animo

propendere videret, quod ipſe maturiore egere cenſeret aſimadverſione, ſurrexerit, ac loqui ingreſſus cauſſam illam ita orarit, ut omnes in aſſenſum conſilii ſui traduxerit. Sed tamen cum vir tam inſignis induſtriæ fuerit, à rebus gerendis, & honoribus capeſſendis mox ita ſe avertit, ut Epiſcopatum etiam Majoricenſem ſibi dimittendum ſtatuerit, nulla dum per Tridentinas leges neceſſitate compulſus, ſed ſola Eccleſiæ Dei ſancte adminiſtrandæ magnitudine territus. Quod cum facere decreviſſet, primum hominem non ſanguinis propinquitate conjunctum, ſed vita, doctrinaque probatum, cui tantam traderet Eccleſiam legit, (hic vero Gabriel Palæotus fuit, qui nunc Presbyter Cardinalis maxima pietatis, ac vigilantiæ laude Bononienſem Eccleſiam regit;) deinde eo non accipiente, libere illam, licet opulentiſſimam, ampliſſimamque, reliquit, quo facto maximam omnibus iis, qui veræ gloriæ vias ignorant, admirationem injecit; præſertim vero cum nullo inde ſibi reſervato emolumento ſe abdicarit. Conſcientia ergo rerum boneſte, recteque actarum ſubnixus, eâque onâ contentus ſubinde omnes, qui ab hominibus deferri poſſent, honores deſpexit, ita ut etiam epiſtolam elegantiſſimam, juſti inſtar libelli, conſcripſerit, in qua ad majora dignitatis ornamenta, ſi quando fortè eſſent oblata, repudianda ſe comparavit, ſumma verborum, atque exemplorum copia docens, magna ſe ratione ad ejuſmodi ſententiam deſcendiſſe; quippe maluit, credo, ut olim Cato, bonos quærere, cur non inter tot alios meruiſſet, quàm tacere, cur obtinuiſſet. Interim tamen Catholicæ Religionis cultor adeo diligens fuit, ut nullum nihilominus officium intermiſerit, ex iis, quæ graviſſimæ, quam numquam depoſuit, Epiſcopi perſonæ congruere putarentur. Nam totum tempus in optimis, in primiſque laudandis liberalium artium, & ſacrarum literarum ſtudiis poſuit, in primis Julio Sirenio Fratre Hieronymiano Magiſtro utens, qui quanto ingenio, atque eruditione præditus ſit, variæ, ac diſertæ illius editæ lucubrationes oſtendunt; nihil inter hæc antiquius habens, quàm ut jucunda bonorum, ac doctorum virorum conſuetudine frueretur, quorum tempeſtivo ſermone ſic delectatur, ut nullum aliud ad ſedandos, aut obliterandos recidivos ipſos articulorum angores præſentius remedium habeat, quibus paterno more jam ætate provectior laboravit. Quo factum eſt, ut domus ejus, tanquam ſchola altera, præſtantiſſimo cuique ingenio ſemper patuerit, pateatque. Rei vero divinæ quotidie audiendæ ſtudioſiſſimus, poſtquam adverſa ingraveſcente valetudine lecto ſæpe ſe continere coactus fuit, ſacella ad diverſa cubicula accommodata conſtruxit, ut ſi ſedes mutare leniendæ ægritudinis gratiâ voluiſſet, in promptu haberet, ubi ex proximo Sacrum audiret. Jam vero caritatis, ſive beneficentiæ ſtudio accenſus adeo fuit, ut ſuperiores laudes omnes una hæc virtus prope obſcuraſſe ſplendoris ſui magnitudine viſa ſit, nova, inquam, & eximia quædam omnium vocibus, ac literis prædicanda benignitas, qua ſatis conſtat ſummos etiam, atque eximios fuiſſe ab illo Principes ſuperatos. Nam in largiendo promptus, vel potius effuſus adeo fuit, ot aut quis pecuniæ uſus eſſet, neſcire, aut quis verus eſſet uſus ejus, ſolus inter omnes intelligere videretur. Non enim ille in equorum, aut famulorum ſupervacanea copia ſuſtinenda, neque in lautioribus conviviis apparandis, aut exquiſitis epulis aſciſcendis fortunas ſuas, ut plerique, conſumpſit, verum inanem hanc pompam ita dimiſit, ut ſolam ex priſtinæ vitæ ſplendore domeſticæ ſuppellectilis lauticiem, ac magnificentiam retinuerit, qua ne Regibus quidem ipſis conceſſit, immo vero cum plurimis etiam decertavit, uſque adeo ut nemo dubitet, quin domeſtici apparatus amplitudo abunde ædium ſplendori reſpondeat, quas, & in Urbe, & in agro habet regali laxitate conſtructas; præterea vero ita ornatas, ut non ſolum ad vitæ uſum inſtructæ, ſed etiam ad oblectationem oculorum, redundante nitido lectorum, ac ſtragularum ubique veſtium cultu, mirifice apparatæ ſint; quo facto illud eſt aſſecutus, ut ipſæ inter res hujus præſtantiſſimæ Urbis peregrinis hominibus inſpectandas merito referantur, ut ceteris ejus ornamentis detractis, hoc etiam ſatis valere poſſit, cur, ut inquit Cicero, ipſæ Theſpiæ viſitentur. Quem tamen apparatum ille non tam ad proprium, quam ad communem Civium uſum contulit; neque enim quiſquam omnium extitit, qui, ſi Principes aut publice, aut privatim ad Urbem accedentes excipere voluit, non hac uti ſuppellectile, domino ipſo promptiſſime commodante, potuerit. His exceptis reliqua omnia amicorum, propinquorum, eruditorum, & pauperum Dei rationibus, ac commodis eſt meritus. Nota ſunt omnibus, quæ dicturus ſum, mihi vero multo perſpectiora, qui, ut nihil in hanc Hiſtoriam, niſi compertum, exploratumque conferrem, uſque ad tabulas etiam domeſticas penetrare contendi. Quamobrem hoc mibi affirmanti credant omnes velim, quorum tantæ in privato homine beneficentiæ ſplendor oculos, aut mentes inſolita fortaſſe admiratione defixerit, quæ ille amicis, aut propinquis ſuis mutuo dedit, quorum etiam multa non repetivit, ea ad aureorum ſupra centum millia perveniſſe; quæ vero domeſtico famulatu, aut amicitia, aut propinquitate, aut ſtudiorum ſocietate conjunctis impertiit, ad quadraginta, quæ denique Dei pauperibus, ad ſexaginta. Non eſt opus nominare ſingulos, quos variis de cauſſis magnis proſecutus eſt donis; ne vero falſi aliquid ad laudem fingere præſtantiſſimi hominis videar, eos appellabo, quos certo multorum, immo totius Civitatis, teſtimonio liquet, ampliſſimis ad ipſorum provehenda commoda rei pecuniariæ ſubſidiis decoratos. Primum vero, ut ſacros Ordines largitione coluerit, explicabo. Erat cœnobium virginum, quod S. Mariæ ad Puliolas dicebatur. Has cum Laurentius Pater ejus ſolutiore diſciplina ſub lege S. Auguſtini degentes comperiſſet, rem non ferendam ratus inde removerat, atque in earum locum puellas aliquot S. Marthæ ſuffecerat. Quas cum lege S. Claræ ſeveriſſima devinxiſſet, nomine S. Bernardini, & S. Marthæ affecerat decreto ſuper ea re à Clemente Pontifice impetrato. Hujus igitur rei memor Jo Baptiſta filius, præclara Patris veſtigia perſequutus, eiſdem magnifici in primus operis

adem

ædem à fundamentis extruxit. Neque eo contentus, virginibus etiam S. Magdalenæ, & S. Auguſtini, & meretricibus Converſis ad ſe ipſas neceſſario vallo parietum ſepiendas ingentem vim pecuniæ miniſtravit. Virginibus autem S. Matthiæ, S. Catherinæ, & Corporis Chriſti non ſolum neceſſarios ſumptus ad uſum domeſticum ſæpe ſuggeſſit, ſed virginibus etiam Corporis Chriſti magno ære alieno demerſis; quodam die tanquam lux aliqua improviſa ſubſidii cœleſtis affulſit, XV. librarum millibus in ſumma neceſſitate ſuppeditatis. Nam puellis S. Marthæ, & S. Mariæ Baracani adeo benignum ſe præbuit, ut integram crebro dotem, qua nubere pari poſſent, eximia liberalitate confecerit. Jam vero quid dicam de Clericis Regularibus Societatis Jeſu, viris doctrinæ in primis, & pietatis laude florentibus? quos ut Conventum provincialibus indixiſſe exiguis familiæ viribus didicit, ſubito librarum duo millia ad impenſas commeantium ſuſtinendas ſummiſit? quid de pueris Mendicantibus à Joanne, ut dixi, patruele collectis? quorum Sodalitium ne rueret, ipſe prope ſolus iteratis officiis liberalitatis effecit, quæ ad ſummam aureorum decem millium pervenerunt. In magnis porro annonæ difficultatibus cum Civitas frumentariæ rei proſpiciendum exiſtimaret, atque omnia undique rei nummariæ adjumenta conquireret, ipſe rogatus pecunias, quoties fuit neceſſe, ſubminiſtravit, neque in tam neceſſario officio Reipublicæ ullo tempore defuit. Quin etiam, cum gravi æſtate Civitatem popularis morbus minacior, quàm perniciosior, invaſiſſet, ac Gabrielem Palæotum Epiſcopum multorum, quos mirabilis urgeret inopia, vicem ſolicitum vehementer de illis ſublevandis angi animo percepiſſet, ſtatim ad eum aureorum mille ſummiſit, ut pro arbitratu ſuo in eorum, quos dignos judicaſſet, uſus, ac ſubſidia diſpenſaret. Rurſus cum in ſummis rei frumentariæ anguſtiis homines in agris degentes neceſſariis victus egere præſidiis comperiret, grandi illis ſuppeditata pecunia vexillum quodammodo ceteris ad ejuſmodi ubeundam beneficentiam ſuſtulit. Ut porro monumentum egregiæ ſuæ erga Eccleſiam Cathedralem, quam pater, frater, & patruelis annos quadraginta tenuerant, voluntatis inſigne relinqueret, eandem acceſſione novæ dignitatis inſtruxit, quem Primiceriatum vocavit, vectigali ducentorum aureorum in annos ſingulos conſtituto, eamque familiari ſuo donavit eo jure, ut poſt eum deinceps perpetuo in familiæ poſteritate maneret. In quo vero regiam plane animi magnitudinem, ac celſitatem oſtendit, ipſe bello Melitenſi militibus Hoſpitalis aureos mille ad damna eorum reſarcienda, totidemque ad novam Urbem extruendam exhibuit; Cyprio vero ſe ipſum etiam fœderi inter tres Principes Chriſtianos contra Turcas inito quartum quodammodo alicubi privatus homo optavit, ac literas ad Pium V. Pontificem, ſe quotannis ad ejus belli ferendas impenſas aureorum mille numeraturum, miſit. Quod munus Pius uſque adeo gratum habuit, ut in hæc verba reſcripſerit: *Tuum munus ... libenter accepimus, quòd ejuſmodi pecuniam tam pie, tamque alacriter a te pro publica utilitate collatam, aliquam ad eam, quam cupimus de communibus Chriſtianorum omnium hoſtibus Turcis victoriam reportandam vim divinitus inſitam ſperamus eſſe habituram. Nam quoniam hilares datores diligit Deus, credendum eſt, eorundem quoque dona fructu ſuo, vel in præſenti ſæculo non caritura. Atque utinam ex iis, quibus Deus opes, ac divitias contulit, multos haberemus eadem, qua tu es, pietate præditos; facilius enim, & minore cum eorum, quibus moleſti eſſe cogimur, incommodo hujus adverſus Turcas expeditionis ſumptus ſuſtinere poſſemus.* Tanta vero captus hic illius audiendæ victoriæ cupiditate fuit, ut quodam die falſo etiam nuncio de re bene à noſtris iterum geſta allato, lætitia incitatus, nondum explorata veritate, omnes ſtatim, qui propter æs alienum in cuſtodiis habebantur, ſubito dimittendos, & carceres effundendos curarit, mille pro eis aureorum numero perſoluto. Atque hæ quidem ſacræ largitiones fuerunt. Longum porro eſſet, exponere, quibus muneribus doctos etiam viros, atque ingenii opinionem habentes affecerit, & quia inſignibus teſtimoniis ejuſmodi beneficentia caruit, etiam incredibile. Quare unum tantum nominabo, de quo fama tota Civitate percrebuit. Hic vero Ulyſſes Aldobrandus publicus in Gymnaſio naturalium rerum Interpres fuit, quem cum ſtirpium hiſtoriam ſumma induſtria, atque immenſis ſumptibus conſcribentem audiſſet, opportuno mille aureorum munere ad inchoatum opus perficiendum adjuvit. Neque vero ipſe propenſo in alienos animo, à ſuis autem averſo fuit; ſiquidem & varia ſingulis munera dedit, & præcipue Lauræ ſororis Leonoræ filiæ, virgini adultæ, dotem decem millium aureorum attribuit, cum à patre dotatam avia materna velare inſiſteret, mater autem, niſi ſponte ſe devoviſſet, decoro potius ſociare matrimonio cuperet, atque ita adoleſcenti, & virtute, & nobilitate Principi ut collocaretur, effecit. Ex quibus rebus omnibus declaratur, filium non minus patre dignum, quàm parente filium extitiſſe, cum facile illius magnitudini, licet omnibus in partibus excellenti, ſed diverſa ſtudiorum ratione, reſponderit. Siquidem ille in negociis, hic in ocio floruit, illum Juris Civilis, hunc rei Divinæ ſcientia illuſtravit, illi Italice loquenti ſapientiæ, huic Latine ſcribenti ingenii laudem homines tribuerunt; illius lautiſſimis conviviis (ſic enim tempora, negociaque poſcebant) apparandis eximia magnificentia celebrata, hujus ſolitariis, ac ſobriis epulis adhibendis, ſumma continentia commendata; ab illo plures Eccleſiæ acquiſitæ, ab hoc una etiam ſibi ab illo parata ſumma voluntate relicta; denique illum divites magna admiratione complexi ſunt, hunc inopes caritate eximia dilexerunt; opes enim ille congeſſit, hic diſpertivit, ac theſaurum in Cœlo ſibi paravit, qui neque ſurripi, neque putreſcere poſſet, in terris vero memoriam nominis, quam nulla unquam hominum oblivio deleret, nullum ingratæ poſteritatis ſilentium obſcuraret. Multi enim de ſuo præbuiſſe feruntur, ſed ſuis, ſed gloriæ cauſa, ſed morti proximi, atque iis, quæ largiebantur, propediem neceſſario cariturі, hic vero, & alienis dedit, & honeſtatis,

ac Dei ſtudio dedit, & integra, ac firma ætate, & valetudine iterum, ac ſæpius ea dedit, quorum neceſſarium mox reqnirere uſum, ingens ac vaſtus animus potuit, plus ſane percipiens voluptaris in dando, quàm alii hauriant ſuavitaris in capiendo. Quæ omnia eò majori eſſe admirationi debent, quòd hic vix qninque millia aureorum annuis vectigalibus cepit. Prætet hos reliquit etiam Laurentius filias duas Ludovicam, & Leonoràm, quas duobus nobiliſſimis ſuarum Civitatnm Bononiæ, ac Ferrariæ viris, Camillo Fantuccio, & Alphonſo Contrario Comiri collocavit. Superſunt, præter Pbilippum Mariam Epiſcopum Feltrinum, tres Antonii Mariæ filii, Duciæ Domini, quibus Dens indulſit, ut poſteritatem familiæ propagatent, Vincentius Senatot, qui locum patris obrinnit, vir prudentia, gravitate, atque cloquentia nemini in Civitate concedens; item Balthaſſar, & Annibal, quorum excellens in omni genete virtus omnibus illuceſcit. Laurentius autem Vincentii filius, Juriſconſultus, ingentem primum ingenii, ac doctrinæ publica Romæ diſputatione de ſe opinionem excivit, deinde à Gregorio XIII Pontifice ad Proregem Neapolis Nuncius miſſus, laudem eximiæ prudentiæ peperit, nunc vero ad Senatum Venetum deſtinatus magni patrui, ut nomen, ſic gloriam renovaturum ſe præſtanti virtutis indole pollicetur.

Ex locis, qnæ ſequuntur, excerpta.

Hiſtoriis Pauli Jovii.
Hiſtoriis Franciſci Guicciardini.
Hiſtoriis Ludovici Guicciardini.
Hiſtoria Laur. Surii.
Hiſtoria Cntholica.
Exemplis M. Antonii Sabellici.
Commentario brevi, & imperfecto Thomæ Campegii de Vita Bartholomæi, Joannis, & Laurentii.
Libro Conciliorum.
Diario Scriptoris Germani, qui interfuit.
Diplomate Clementis VII. Pont.
Chronicis Bononienſibus, Pepulo, Seccadinario, Guidottio, & Caprario.
Privilegiis, & Tabulis Campegiæ Domus.
Epiſtolis Pet. Bembi Cardinalis utrâque linguâ ſcriptis.
Epiſtolis Jacobi Sadoleti Card.
Epiſtola Pii V. Pont.
Literis Principum, ſive de Principibus.
Epiſtolis Baptiſtæ Pii.
Epiſtolis Franciſci Philelfi.
Epiſtola Jo. Echii hominis Germani.
Privilegiis, & Tabulis Campegiæ Familiæ.

Relationibus eorum, qui ſe vidiſſe, atque interfuiſſe teſtati ſunt.
Fide oculata Auctoris.

Explicit Vita Laurentii Campegii.

ALEXANDER CAMPEGIUS.

ALexander inde legitimus (19) Laurentii filius, patri extemplò ſucceſſit, cum Clericus Cameræ Eccleſiam ab Andrea de Valle Cardinale, cui tradita à Laurentio fuerat, ipſo adhuc vivente Laurentio, accepiſſet. Priuſquam ille iniret, anno milleſi- 1540
mo quingenteſimo quadrageſimo, quo hic
ego philoſophiæ operam dabam, Imago B.
Virginis in pariete extra portam Ravennatem
ſortè depicta, ſalutem de repente dare
ſupplicibus cœpit. Quare concurſu piorum
undique hominum facto, ædes ſtatim ex
collatitia pecunia eſt conſtituta, quæ Nativitati
B. Virginis dedicata, nunc quoque
(20) in magno populi honore habetur. Po- 1541
ſtero verò prid. Kal. Auguſti Alexander
Roma profectus ſolemni occurſu Civitatis
inivit, ac paulo poſt prima Miſſarum Solemnia
celebravit. Is locum Audientiæ in
parte Epiſcopii Aquilonari fecit. Clericos
Regulares Societatis Jeſu in Urbem ad S.
Luciam, (21) ubi fortè prima veſtigia fixerant,
recepit. Fratres Minores novæ obſervantiæ
S. Franciſci, vulgo Cappucinos vocatos, ſedem
(22) in vicino colle ponentes, qui
nunc Calvarius appellatur, probavit, ac
Prolegatus Avenionem adminiſtravit. Eodem
anno Paulus Pontifex Lucâ diſcedens,
ubi cum Carolo Imperatore congreſſus fuerat,
Bononiam adiit VII. Kal. Octobris.
atque iterum milleſimo quingenteſimo qua- 1543
drageſimo tertio XVI. Kal. Aprilis: unde
in agrum Parmenſem ad novum cum Carolo
colloquium prodiit. Inde Romam reverſus
anno milleſimo quingenteſimo qua- 1547
drageſimo ſeptimo Concilium Tridento Bononiam,
ineunte Martio, tranſtulit, Legatis
Joanne Maria de Monte, & Marcello Cervino
Cardinalibus deſtinatis; quo tempore
Alexander conſultationes (23) Patrum in ſuas
ædes accepit, in quibus ipſe, & Jo. Baptiſta
frater Epiſcopus Majorienſis, & alii
quatuor Patrui, & Patrueles Mitrati omnes
dixere ſententiam. Eodem anno nobile ciborium
ſuper Aram maximam S. Petronii
quatuor maximis columnis marmoreis fultum,
perfecto opere eximium, illi Baſilicæ
addidit ornamentum; milleſimo quingente- 1551
ſimo quinquageſimo primo Alexander à Julio
III. Pontifice Presbyter Cardinalis Tit.
S. Lu-

(19) Ex Franciſca Ludovici Guaſtavillani.

(20) Sed titulus mutatus eſt; appellatur enim S. Mariæ Lachrymoſæ. Illam conceſſit Senatus an. 1618. PP. Carmelitis Strictioris Obſervantiæ, quos S. Thereſiæ, & vulgo Excalceatos, vocant.

(21) Eccleſia ædificata, ſedente D. Petronio circa an. 432. diruta poſtmodum an. 903. ab Hungaris. Solum poſſedere diu Canonici Lateranenſes, qui illud ceſſerunt Savino Saxoferrato an. 1228. ut Eccleſiam reædificaret: eo mortuo iterum Canonici tenuerunt, Eccleſiamq; conſtructam coluerunt ad uſque annum 1418., a quo tempore poſſederunt Sæculares Presbyteri titulo Rectoris; ac hujuſmodi erat Hieronymus Caſalinus, qui D Franciſcum Xaverium domi recepit. Modo antiquæ Eccleſiæ S. Luciæ ne veſtigium quidem apparet, quippe eo in loco viſitur nobile atrium ampliſſimi Collegii PP. Societatis. At proxime ſub ejuſdem Virginis ac Martyris nomine viſitur magnificum Templum, quod conſtrui cœpit an. 1623., Angelo Gozzadino Archiepiſcopo Nicienſi, & Suffraganeo Bononienſi primum lapidem ponente XIV. Kal Majas.

(22) Locum emit Senatus ab Alexandro de Manzolis, donavitque religioſis his viris, a quibus proxime conſtructum ſatis amplum cœnobium.

(23) Tres ibi habitæ fuerunt ſeſſiones, ut in actis vulgatiſſimis Concilii legitur.

S. Luciæ in Silice declaratus eſt, & cum eo Joannes de Podio Presbyter Tit. S. Anaſtaſiæ; tertio verò poſt, Romæ vitam XII. Kal. Octobris amiſit, (24) & cum patre in æde Tranſtyberina ſepulturam accepit.

JOANNES CAMPEGIUS.

JOannes inde Campegius Antonii Mariæ Senatoris filius Alexandrum Patruelem excepit, cum ante, vivente Alexandro, deſignatus fuiſſet. Hic Parentinus Epiſco-
1549 pus anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono, vacante, Paulli III. Pontificis obitu, Sede, juſſu Cardinalium Viterbium, ac totum Patrimonium prudentiſſimè rexit; poſt mortem verò Alexandri poſſeſſionem honeſtiſſimo in Urbem ingreſſu inivit, atque hæc ad Eccleſiam pertinentia geſſit. Cum audiret, multas mulieres vulgati corporis, ac proſtitutæ pudicitiæ pœnitere, ac libenter abdicaturas ſe voluptatibus ejuſmodi eſſe, ſi locum haberent, in quem convenire cum aliqua vitæ diſciplina, victuſque copiâ poſſent: auctor Civibus fuit, ut pecuniam conferrent, ac locum eis pararent, & ſumptibus ſuppeditatis idoneis, vetus Converſarum Monaſterium revocarent. Eodem etiam tempore animadverſum eſt, ingentem puerorum, ac puellarum, atque aliarum etiam ætatum hominum numerum in Urbe verſari, qui in Eccleſiis, viis, & oſtiis ſtipem tam importunâ pervicaciâ flagitarent, ut odium ſibi potius, quàm miſericordiam concitarent. Cui moleſtiæ remedio ſæpe, ſed fruſtra, quæſito, Joannes Civitatem impulit, ut rem ad optatum exitum traheret (25), atque cum multis aliis Civibus prompte opem ferentibus, tum in primis Joan. Baptiſta Epiſcopo Majorienſe Patruele ſuo, homine in his officiis caritatis exercitatiſſimo adjuvante, omnes collegit; atque ad S. Gregorium extra portam S. Vitalis conſtituit, qui locus à Civitate peſtilearibus hominibus fuerat deſtinatus: qui nunc etiam Mendicantes vocantur. Scalas porrò Epiſcopii Aquilonaris, & aliquot cubicula inſtauravit. Confirmationem Privilegiorum à Julio Pontifice elicuit. Reliquias Sanctarum Virginum, quæ cum S. Urſula paſſæ fuerant, Coloniâ allatas Pontificali occurſu recepit; atque Eccleſiam S. Blaſii vacantem Fratribus Eremitis S. Mariæ Miſericordiæ datam, & S. Luciæ Clericis Societatis Jeſu regularibus confirmatam à Paullo IV. Pontifice, collaudavit:
1559 reliqua inde foris ſunt acta; quippe anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono comitiis Pontificis præfuit; inde juſſu Pii Pontificis Rector in Picenum progreſſus, Provinciam illam maximis ſeditionibus liberavit; poſt Nuncius ad Ducem Florentiæ Coſmum primò contendit; tum ſuffragatione illius ad Philippum Regem Hiſpaniæ de continuando Tridentino Concilio, atque inde ad Regem Luſitaniæ miſſus eſt. Inde Bononiam reverſus anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo tertio VII. Idus Septem- 1563
bris è vita migravit, paucis ante diebus, quàm ego Patavio huc accitus accederem.

RAINUTIUS FARNESIUS
Romanus.

POſtero inde anno Rainutius Farneſius 1564
Paulli III. nepos, Presbyter Cardinalis Tituli S. Angeli, & Major Pœnitentiarius, Archiepiſcopatu Ravennæ dimiſſo (26), Epiſcopatum Bononienſem, Pio indulgente, IV. Kal. Majas accepit; inde ſequenti ante Do- 1565
minicam Palmarum ad Eccleſiam venit, omnibus honoribus excultus, qui in Epiſcopum ineuntem congeri ſummo populi ſtudio poſſint: quam pompam multo etiam magis frater ejus Octavius Farneſius Dux Parmæ, & Placentiæ, qui cum ornatiſſimo Parmenſium, & Placentinorum equitum comitatu acceſſerat, honeſtavit. Vir fuit humanus, ac mirificè literis eruditus, & doctorum hominum, quos apud ſe plurimos habuit, amiciſſimus. Is Eccleſiæ inſignia ornamenta pro inſita animo liberalitate donavit, ac ſtatim de ipſa inſtauranda Baſilica cogitavit: verum cogitata perficere magno ipſius Eccleſiæ malo non potuit. Siquidem feſto S. Petri Bononiæ celebrato Parmam progreſſus, ibi apud Octavium fratrem V. Kal. Novembris immatura morte deceſſit. Pius IV. Hugonem Boncompagnum Civem, & Juriſconſultum Bononienſem, atque Epiſcopum Veſtanum, itemque Gabrielem Palæotum Civem Bononienſem, Juriſconſultum, & Rotæ Auditorem in Cardinalium ordinem IV. Idus Martias cooptavit.

GABRIEL PALÆOTUS.

ECcleſiam inde vacantem ſequenti anno 1566
Pius V. menſe Januario Pontifex ſubrogatus, Gabrieli ipſi Palæoto Alexandri Senatoris filio Card. Presb. Tituli Sanctorum Joannis, & Pauli commiſit. Hic ad Eccleſiam illicò in Dominica Quinquageſimæ (27) venit, atque Urbem ſolemni occurſu populi gratulantis inivit; ac mox prima Sacra in die Annunciationis, Magiſtratibus, & Senatoribus ipſis aſtantibus, fecit. Inde à primo die uſque ad hunc aſſiduam ipſi Eccleſiæ operam præſtitit; quo in munere exercendo illud præcipuè ſtuduit, ut mores Eccleſiæ lapſos quanta maxima poſſet facilitate, ad veterem ex Tridentino Concilio diſciplinam redigeret; ac ſimul ædes Sacras, quas fermè aut disjectas, aut vetuſtate obſoleſcentes animadvertit, reficere inſtituit: inter quas ipſius Urbanæ Baſilicæ Chorum,
&

(24) Ætatis an. 48. antea vero curaverat deſignari Epiſcopum Bononienſem Joannem Patruelem.

(25) Auctore, atque impulſore potiſſimùm Theophilo Gallinone Congregationis Auguſtinianæ Lombardiæ nuncupatæ egregio Oratore & ad animos movendos in quas vellet partes nato. Hic habitis concionibus Quadrageſimalibus (ut loquuntur) in celeberrimo S. Petronii Templo an. 1563., die poſtmodum 18. Aprilis, quæ fuit Dominica in Albis, pro ſubſidio mendicorum miſeriam & neceſſitatem illis conſulendi copioſe & vehementer orando tractavit, ut cives ſtipem conferrent ad 10 m. librarum, qua pecunia ædes S. Gregorii extra portam Ravennatem in uſum mendicorum recipiendorum aptarentur. Atque ea ipſa die mendici numero 800. illuc coacti. Hic vero fuit primus mendicantium locus in Italia; excitati alii ſubinde, eodem Theophilo ſuaſore, Mutinæ, Cremonæ, atque alibi.

(26) Cauſſas narrat Rubeus Hiſtor. lib. 10.

(27) Quæ fuit eo anno VI. Kal. Martias.

& Confeſſionem magnifico, atque egregio adeo opere inſtauravit, ut qui ingentes illios columnas, ac celſam teſtudinem picturis egregiis, atque auro undique perpolitam strendat, facilè cum nobiliſſimo quoque veterum ædificio comparet. Vetuſtis item Epiſcopii multis partibus in elegantiorem formam redactis, novas etiam magnâ impensâ adjecit. (28) Hoc ſedente Hugo Boncompagnus Card. ea hac Urbe tertius (29) ad ipſum ſummi Pontificatus culmen aſcendit: cujus oos honore, ac dignitate non modò Cives, ſed ipſos etiam agros monteſque exultantes lætitia vidimus, magnam hujus nimirum Pootificatus felicitatem tacito quodam quaſi ſenſu præcipientes, quo ſingularem hujus clementiam præſtantemque juſtitiam jam per anoos XI. & amplius univerſa Dei Ecclesia experitur: ac moderatione, ſapientiaque ejuſdem eximia, pace demum non tam optata, quàm firma, atque jucunda potitur. Hic multos ex hac Civitate præclaros viros ad ſummos Eccleſiæ gradus provexit, ac multis multas Eccleſias, & Monaſteria muneribus inſignibus exornavit: quorum commemoratio non hujus videtur eſſe tractationis. Quod vero omnem honoris excellentiam continet, is eandem Eccleſiam, ut Urbi conveniens decus adjungeret, ac ſtudio optantis Patriæ obſequeretur, anno
1582 demum milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſecundo ad faſtigium Metropolitanæ dignitatis evexit; atque ei Nobiles ſeptem Eccleſias ſubdidit, Mutinenſem, Regienſem, Parmenſem, Placentinam, Cremenſem, Imolenſem, & Cervienſem: ac Gabrielem Palæotum Cardinalem, atque Epiſcopum, qui tum fortè ad ſacra Apoſtolorum limina viſitanda profectus aderat, Archiepiſcopum univerſo Cardinalium Collegio approbante pronunciavit. Qua de re inſignem in Urbe gratulationem publice Civitas celebravit. Inde VIII. Idus Februarias Gabrieli eidem manu ſua pallium Archiepiſcopale impertiit, cum item Thomas Coſpius ipſius Civitatis Orator, ac Procurator adeſſet. His rebus actis, haud ita multo poſt Gabriel ad Eccleſiam ſe recepit, atque Urbem die S. Benedicti univerſo populo reditum ejus inſigni gratulatione excipiente inivit; mox in eodem, quo antè, Annunciationis feſto prima Sacra Archiepiſcopalia celebravit; inter quæ Latino ſermone habito, Magiſtratus, ac Senatores omnes aſtantes argumento opportunè ex Angelica B. Virginis ſalutatione arrepto appellavit, ac Civitati novæ dignitatis acceſſionem gratulatus, diploma recitari Pontificium juſſit; demum confectis Sacris populum benedicens, qui frequentiſſimus, lætiſſimuſque confluxerat, Indulgentia Plenaria à Pontifice permiſſa donavit. Huic pompæ honeſtandæ affuere Petrus Donatus Cæſius Card. Legatus, Philippus Guaſtavillanus Card., Hercules de Herulis Epiſcopus Narnienſis Prolegatus, Boncompagnus Boncompagnius ipſius Pontificis frater, & Hieronymus filius ejus; præterea Epiſcopi ſex, Petrus Danius Epiſcopus Plocenſis Regni Poloniæ Senator, atque apud Pontificem Legatus, cum domum rediens fortè Bononiam divertiſſet, Hieronymus Ragazonus Epiſcopus Bergomas, Conſtantius Bargellinus Reatinus, Ludovicus Bentivolus Tiſernas, Angelus Perutius Sarſinas, & Joannes Andreas Caligarius Brittonorienſis. Quos unà cum aliquot utriuſque Eccleſiæ Canonicis, Senatoribus, & Gymnaſii Doctoribus honeſto ſubinde convivio Cardinalis excepit.

Sermonem verò, ac diploma, de quibus diximus, hic ſubjiciemus, quemadmodum tunc exceptus, & Senatus juſſu cum diplomate editus fuit.

SER-

(28) Hoc loco inferenda ſunt quædam memoratu digniſſima, omiſſa a Sigonio, credo, ut viventis modeſtiæ obſecundaretur. Plures Synodos Diœceſanas Gabriel celebravit, in quibus multa ſtatuit ad populorum pietatem, ceteraſque virtutes fovendas, ad Eccleſiaſticorum doctrinam ac diſciplinam, ad Bononienſis Eccleſiæ decorem & incrementum utiliſſima. Satis amplum contubernium excitavit, attributa etiam de ſua pecunia, in quo adoleſcentes Clerici educarentur. Duas Sodalitates conſtituit, alteram virorum, mulierum alteram gravitatis, & pietatis laude præſtantium, quibus curæ eſſet imbuere pueros, puellaſque Chriſtianæ Fidei rudimentis. Inſtituit præterea Societates in Parœciis SS. Domini noſtri Corpori dicatas. Porro Seminario & Confraternitatibus inſtitutis documenta & leges præſcripſit; denique tam multa contulit ad omne virtutum genus verbo & exemplo, ut Civitas non tam in melius reformata, quam in novam plane rationem Chriſtianæ vivendi formata videretur. Teſtis eſt lapis præ foribus Baſilicæ S. Petri publico decreto poſitus, occaſione Jubilæi a Sanctiſſimo Gregorio XIII. indicti. *Anno ſalutis MDLXXVI. Jubilæo à Gregorio XIII. Pont. Max. Civi Bonon. per Gabrielem Card. Palæotum Epiſcopum, & Civem Bononienſem indicto, Civitas Bononiæ repente in ſtudium religionis, pietatiſque converſa, obſecratione per Urbem ab omnibus ſacris & profanis Ordinibus ipſo præſcribente, ac præſente cum Magiſtratibus Epiſcopo habita: ſubinde viritim, vicatim, collegiatim, & pagatim inſtructa, ſub propriis vexillis ſupplicatum hoc ordine per quinque menſes ad quatuor Templa ab ipſo Epiſcopo conſtituta, memorabili in poſterum Chriſtianæ ſanctitatis exemplo proceſſit.*

(29) Si etiam ex Bononia originem ducentes Bononienſibus adnumerare velimus, ſcribendum *Quintus*. Ad ſummum enim Eccleſiaſticæ Hierarchiæ gradum evecti fuerunt Honorius II., & Lucius II. Cives Bononienſes, omnium Hiſtoricorum conſenſu. Alexander V. ſui ipſius teſtimonio, Pius item V. ex Romanæ Rotæ declaratione, ipſius Pii in ſuis quibuſdam Brevibus atteſtatione, (in quibus majores ſuos à Bononia originem trahere disertis verbis exprimit) & Breviarii Romani, & Bullæ Canonizationis auctoritate. V. etiam Ciaconium in Paul. IV. ubi agit de Joanne Baptiſta Cardinali Ghiſlerio. Quæ cum ita ſint, Gregorius XIII. eorum, qui ex hac Urbe ad Summi Pontificatus culmen aſcenderunt, dicendus erit *Quintus*.

SERMO

Illuſtriſſimi, & Revereodiſſimi Cardinalis Palæoti Archiepiſcopi Bononiæ Primi,

Excerptus ex concione ab eodem habita in prima Archiepiſcopali Miſſa ſolemoi Die Sanctiſſimæ Anounciatinnis Beatæ Mariæ Virginis. MDXXCIII.

Quæ cum audiſſet, turbata eſt in ſermone ejus & cogitabat qualis eſſet illa ſalutatio. S. Luc. c. 1.

Hic dies Chriſtiano orbi lætiſſimus, & jucundiſſimus, quo nova lucis myſteria ſe aperiunt, nova de Cœlo progenies annunciatur, Virgo Beatiſſima insolito Angelicæ legationis nuncio ſalutatur, noſtra nobis gaudia, ac lætitiæ fructus ingeminat, Dilectiſſimi, quaodo nos quoq; novam Eccleſiæ hujus dignitatem Bononienſi noſtro populo ſacro, ſolemnique ritu denunciamus, recentes divinorum munerum nuncios afferimus, ac filios noſtos cariſſimos ad agendas cœleſti clementiæ gratias, & commemoranda ſeculis omnibus divina illius erga nos beneficia invitamus. Accidit ſane peropportune, ac ſumma æterni, ut credimus, conſilii providenria, ut hæc Solemnia noſtra cum ſanctiſſimæ hujus Deiparæ Virginis celebritare coojungerentur, non ſolùm nt quam vetere majorum noſtrorum exemplo populus hic, ut parentem amantiſſimam, advocatamque fidiſſimam, religioſè ſemper coluit, juſtos eidem hodie honores perſolveremus; verum etiam ut ex præſenti illius ſolemnitate nos ineundæ hujus dignitatis, ac ſalutaris inde fructus hauriendi certam rationem diſceremus. Etenim cum in novo hoc fulgore, quo non ſola Archiepiſcopi perſona, ſed omnes Civium ordines, ac communis hujus patriæ filii, tamquam unius membra corporis illuſtrantur, quæri meritò poſſit, quidnam opus facto ſit, ut nos dignos hac divina beneficeatia reddamus; non aliunde ſane aptius, & commodius, quàm ex ſacro, quod hodie legitur, Evangelio id poſſumus colligere.

Erat Beata Virgo clara quidem ſtirpe, atque honeſtiſſimis parentibus progenita, ſed tamen, quæ multas ſibi æquales in ea tegione habere poterat. Ecce mittitur Angelus de Cœlo, qui ei nunciat. Quidnam? Anne illam ſupra alias Civitatis mulieres extollendam? aut populis omnibus in Provincia Galilεæ præficiendam? Minimè verò, ſed quod poſt homines natos erat inauditum, ex illa ſempiternum Dei filium hominem factum proditurum, *qui regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis.*

Ad hujus tam fauſti nuncii adventum quid illa facit? Quatuor ſunt res, quas ſacrum Evangelium memorat. Primo ait: *turbata eſt*; Secundo, *cœpit ſecum cogitare*. Tertio audit Angelum divina ſibi monita plenius exponentem; Quarto ſe totam divinæ committit voluntati.

Hi ſunt gradus, Dilectiſſimi, per quos & nos aſcendere oportet, ſi gloriam Dei quærimus, ſi divinæ vocatiooi reſpondere, ac noſtræ aliorumq; ſaluti volumus conſulere.

Primo ergo inquit: *turbata eſt*. Quoloco quis non miretur, tam læto, fœlicique nuncio, quo exultant Cœli, & terra, Reginam Cœli, & terræ perturbari? Virgo prudentiſſima, Virgo divino tantùm obſequio addicta. Virgo cœleſtia potius, quàm terreſtria cogirans, ad cœleſtis deinde vocis ſignificationem turbatur? Quomodo hæc ſe habent?

Animadvertite, Viri clariſſimi, quia hæc turbatio noo ex animi mœrore, aut triſtitia oritur, ſed argumeotum eſt potius Sanctæ cujuſdam trepidationis cum admiratione, ac virginei pudoris. Nam ob id Angelus ſubjecit, *Ne timeas Maria, inveniſti enim gratiam.*

Siquidem illud ab auctoribus receptum eſt, ſapientem non dedecere ad ſubitos rerum caſus, inopinatoſque eventus, ſive proſperos, ſive adverſos, mediocriter commoveri, nec à gravitatis laude moderatum timorem alienum eſſe: cum inde ingenii acies acuatur, ſopitæ animi vires excitentur, & adminiſtrandis rebus homines ſolertiores, cautiores, diligentioreſq; reddantur.

Itaque Virgo ſapientiſſima initio perturbatur, quòd meminiſſe potuit, ſi quid conjicere licet, pretioſiſſimam illam cœleſtis regiæ margaritam, Angelum olim pulcherrimum, ac fulgentiſſimum, quo majoribus fuerat à Deo opibus cumulatus, eo miſerabilius deinde, *tamquam fulgur de Cœlo cecidiſſe*. Potuerunt illius mentem maximorum quoque Regum exempla ſubire, Saulis, Salomonis, & quandoque Davidis, qui Dei mandato per illius Prophetas ad regale ſolium evecti, poſtea inſeliciter erant collapſi. Amplius nobiliſſimas fœminas ſecum animo fortaſſe evolvebat, quæ filios Reges nactæ, infauſtos ioterdum exitus conſpexerant, ut in ſacris literis legitur.

Nos quoque, Dilectiſſimi, ſi ſapimus, diſcamus exemplo hujus prudeotiſſimæ Virginis timere potius, quàm exultare: lubricum agnoſcamus nimis eſſe felicitatis ſolum, in quo vix poteſt humana non labi fragilitas, cum perdifficile ſit, homioes in altum ſublatos non tollere ſupercilium, non amplitudinis voluptate inebriari, ac ſui ſæpe oblivіſci. Hinc traditum illud eſt à ſanctis viris, *rarum eſſe honorem ſine tumore, prælationem ſine electione, dignitatem ſine vanitate*. Nos ad hujuſmodi gloriolæ ſtimulos cohibendos meminerimus, quod Sanctus Gregorius admonuit, *ubi augentur dona, ibi etiam rationes creſcere donorum*, hæc talenta eſſe cœleſtis patrisfamilias, qui ut in illis largiendis, ac diſtribueodis eſt liberaliſſimus, ſic in exigenda ratione diligentiſſimus, & ſeveriſſimus.

Poſt hæc ait Evangelium, *cœpiſſe cogitare Virginem, qualis eſſet iſta ſalutatio*. Hic agnoſcimus, Viri Doctiſſimi, eam prudentiæ partem, quæ in rebus meditandis, multumque perpendendis verſatur, nam cum in hac humanarum rerum varietate, & caligioe majores plerumque lateant ſinus, & receſſus, quàm prima fronte ſe prodant: prudentis eſt, non ſtatim ex ipſa rerum facie ſenteotiam ferre, ſed altius eas meote verſare, diligenter cuncta rimari, & ſingula attente circumſpicere; in primiſque, cum inſigni aliquo honore decoramur, aut gra-

du

A du extollimur, ſapientis eſt, delati muneris vim, acceptique beneficii magnitudinem, atque obeundi illius rationem examinare.

Id cum Beata Virgo cumulatè præſtiterit, ejuſdem exemplo nos quoque, cariſſimi, accuratè conſiderare docemur, qualis, quantaque ſit hæc ſalutatio, quæ Eccleſiæ noſtræ hodie à Deo mittitur.

Scimus, majores noſtros, Viros clariſſimos, ardenti ſtudio hanc dignitatis amplitudinem, & Civitatis ornamentum ſæpe exoptaſſe, cumque & bello, & pace, tum rerum potentia, tum Principum gratia frequenter floruerint, nunquam tamen hujus voti compotes effici potuiſſe, nos autem B cum & viventes, & videntes, & plaudentes, quod prioribus denegatum ſeculis fuit, adepti ſimus, quo tandem animo eſſe, aut quanti facere ſalutationem illam debemus?

Novimus quidem, olim Summos alios Pontifices, Leonem V., Agapitum, Pelagium, Gregorium, Formoſum, Honorium III. non levia ſuæ erga hanc Eccleſiam benevolentiæ documenta dediſſe, eamque immunitatibus, privilegiis, cenſuque auxiſſe: ſed quid illa tandem ſunt, ſi cum præſenti Summi Pontificis noſtri Gregorii XIII. munificentia conferantur? Qualis eſt iſta ſalutatio?

Solent Civitates ipſæ Principum munera, & privilegia eo pluris æſtimare, ac pretioſiora habere, quo ampliorem non ſuos ſo- C lum cives, ſed exteros quoque juvandi atque opes ſuas alienis etiam communicandi facultatem acceperint. Nos cum hinc ad nomen Dei noſtri plenius, magnificentiuſque celebrandum, ad Eccleſiaſticam diſciplinam latius propagandam, ad laborem, induſtriam, caritatemque uberius exercendam, atque ad omnia virtutum ſemina in fœcundiſſimo lætiſſimoque ſolo diſpergenda aditum nobis ampliſſimum aperiri videamus; quibus animorum ſtudiis iſtam excipere ſalutationem debemus?

Si quoties præclaro aliquo beneficio à Deo homines exornantur, ſolent Reges, Principes, Magiſtratus, nobiles, ignobileſ- D que, & cujuſcunque ordinis viri, & mulieres pietatis ſuæ ſtudium, & intimi in Deum obſequii affectum amplis oblationibus, donariis, ſuſpenſis in templo tabulis, aliiſve religionis inſignibus teſtificari; quid nos, viri nobiliſſimi, in hac divinorum munerum copia, cæleſtiſque beneficentiæ amplitudine facere decet? Quonam modo nos iſta affici ſalutatione oportet?

Item verò ſi patres, & majores noſtri pro ſua nobilitate, atque animi magnitudine, quotieſcunque proſperitatem aliquam, quamvis ad ſeculi res pertineret, conſecuti, modò anniverſaria ſpectacula armorum, equorumque inſtituerunt, nunc turres altiſſimas ex- E citarunt, interdum pretioſis muneribus templa locupletarunt: quid populum Bonon. multo magis quàm ante, copiis omnibus affluentem pro hujus ſacroſanctæ, ac ſplendidiſſimæ dignitatis acceſſione publici operis edere, quæ honoris inſignia, quæ memoris animi, & officii ornamenta prodere decet? non ſolum ut in omnem poſteritatis noſtræ memoriam ſempiternum pietatis publicæ, & gratiſſimæ in Deum voluntatis monumentum tranſmittatur; ſed etiam ut tota provincia nobis attributa intelligat, non ſatis eſſe Bonon. populo, titulis, honoribus, privilegiiſque excellere, niſi ſuæ in primis Religionis incrementa divini cultus amplificationem, eximiæque ſanctitatis ſtudium, ampliſſimæ liberalitatis, & magnificentiæ exemplo publice, privatimque relatum relinquat.

Tertio loco Beata Virgo poſt intimam ſecum cogitationem Angelum audit arcana ſibi divinæ mentis exprimentem, *myſterium ſeculis abſconditum* aperientem, atque altiſſimas divini conſilii cauſſas ad humani generis ſalutem converſas patefacientem. Vos quoque, dilectiſſimi, ſi placet, rationes intelligite, quibus Sanctiſſimi D. N. ſapientia excitata fuit, ut Eccleſiam Civitatemque noſtram inſigni hoc privilegio illuſtraret. Cum autem graves admodum, multiplicesque ſint, ſatius exiſtimavi, vos illas ex ſacro illius diplomate, quàm ex tenui mea oratione cognoſcere. Quæſo vos igitur, viri nobiliſſimi, Diaconum noſtrum ipſas vobis Apoſtolicas literas recitantem audite:

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus ſervorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

„ UNiverſi orbis Eccleſiis, en diſponente, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt, meritis licet imparibus, præſidentes, in omnes agri Dominici partes oculos noſtræ mentis vigilis more paſtoris intendimus, inſpicientes, quid Eccleſiarum ipſarum, præſertim Cathedralium inſignium, ſtatui & decori maxime conveniat, atque hoc quidem tanto liberalius promptiuſque curandum cenſemus, quanto magis Civitatum celebritas, ac Civium, & populorum ſuorum vota id expoſcunt, ac divino fulti præſidio illius, qui cuncta ex ſua benignitate ad fidelis populi ſui ſalutem diſponit, ad ea, quæ ad dignitatem, & ſtatum Eccleſiarum hujuſmodi augendum pertinent, officii noſtri partes libenter convertimus, prout cognoſcimus in Domino ſalubriter expedire. Cum itaque Eccleſia Bononienſis Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecta, cui dilectus filius noſter Gabriel Tituli S. Martini in Montibus Presb. Cardinalis Palæotus nuncupatus ex diſpenſatione Apoſtolica præeſt, & quæ in primis S. Petronii Epiſc. & Protectoris Bononiæ interceſſionibus & meritis, omni quidem tempore divinæ pietatis abundantia magnis, multiſque ornamentis exculta, non modò diœceſis magnitudine ſatis in omnem partem patens, ſed cleri, populique pietate, dignitate, & amplitudine florens, Epiſcoporum quoque ordine ſuccedentium, quos item multos ab initio fere naſcentis Religionis, ſævientibus adhuc infidelium perſecutionibus, Fidei defenſores, & in Sanctorum conſortio adſcriptos habet, numero affluens: ſacrarum præterea Reliquiarum copia abundans, Religioſiſſimis quoque templis, Baſilicis, Monaſteriis, locis piis, & aliis, quæ ad omnem ejuſdem cleri, populique Bononienſis laudem inſignia ſunt, pietatis Chriſtianæ monimentis ornata, valde per ſe ipſa elucet: Cumque Civitas ipſa jam inde uſque à

„ Theo-

„ Theodoſio Imperatore ampliſſimis illuſtra-
„ ta privilegiis, & à diverſis Romanis Pon-
„ tificibus prædeceſſoribus noſtris ad Re-
„ gum congreſſus, Imperatoris coronatio-
„ nem, Concilii Oecumenici translationem,
„ aliaſque maximas res gerendas delecta,
„ ejuſdemque Apoſtolicæ Sedis primogenita,
„ & ſtudiorum mater ab omnibus meritò
„ nuncupata, nobiliſſimo Gymnaſio, Docto-
„ rumque, & Scholarium ex omnibus orbis
„ Chriſtiani partibus illuc confluentium fre-
„ quentia, clariſſimo Quadragintavirûm
„ Senatu, & Magiſtratibus decorata: alio-
„ rum item illuſtrium virorum, apud quos
„ & veræ Religionis cultus, & ſumma in
„ Romanum Pontificem, ipſamque Sedem
„ obſervantia, & ſtudium ſemper enituit,
„ copia quidem inſignis, quippe quæ in
„ omnibus ſchiſmatibus partes veri Pontifi
„ cis perpetuò ſuſtinuerit: & viros dignita-
„ tibus Eccleſiaſticis claros, Epiſcopos,
„ Cardinales, Pontificeſque de Eccleſia Dei
„ optimè meritos ſæpenumero tulerit: ædi-
„ ficiorum item magnificentia, opibus, fer
„ tilitate, populi magnitudine, egregia erga
„ exteros hoſpitalitate, ac præcipua erga
„ omnes benevolentia & caritate, omnique
„ alia virtute illuſtris & ſit, & habeatur.
„ Nos aliorum Romanorum Pontificum
„ prædeceſſorum noſtrorum, qui eodem
„ honore patriam ſuam condecorarunt, mo-
„ rem, exemplumque ſecuti, & ejuſdem
„ etiam Cardinalis Epiſcopique Bononienſis,
„ cujus non ignota eſt cura, & ſollicitudo
„ in gloria Dei, saluteque animarum pro-
„ curanda pio ſtudio adducti, & patriæ
„ ipſius noſtræ Bononienſis, quam unicè in
„ Chriſto diligimus, ſingularibus erga hanc
„ Sedem meritis commoti, paternoque de
„ ſiderio, & ea ſpe, qua tenemur, id fore,
„ ut patria ipſa Bononienſis hoc ſingulari
„ beneficio noſtro excitata, ſeſe in dies ad
„ bene agendum magis magiſque confor-
„ met, accenſi: necnon Eccleſiæ ipſius,
„ quam totis in Chriſto viſceribus comple-
„ ctimur, meritis permoti, ad illam meritis
„ honoribus augendam, & promovendam
„ adducti, piis quoque ſupplicationibus di-
„ lectorum filiorum ejuſdem Civitatis Qua-
„ dragintavirûm, aliorumque Magiſtratuum
„ excitati: poſt habitam cum venerabilibus
„ Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccle-
„ ſiæ Cardinalibus maturam deliberationem,
„ de illorum conſilio, atque Apoſtolicæ po-
„ teſtatis plenitudine ad laudem, gloriam,
„ & honorem omnipotentis Dei, ac Beatæ
„ Mariæ ſemper Virginis, & Sanctorum
„ Apoſtolorum Petri, & Pauli, ejuſdemque
„ S. Petronii Epiſcopi, & Patroni Bono-
„ nienſis, necnon ad univerſalis Eccleſiæ
„ exaltationem, Eccleſiam ipſam Bononien-
„ ſem in Metropolitanam Eccleſiam, & ſe-
„ dem Epiſcopalem Bononienſem in Ar-
„ chiepiſcopalem, Archiepiſcopaliſque, &
„ Metropolitani Præſidis ſedem, & Provin-
„ ciæ caput pro illius Archiepiſcopo pro
„ tempore exiſtenti, qui Pallii, & Crucis
„ uſum aliorum Archiepiſcoporum more
„ habeat, omnibuſque aliis inſignibus Ar-
„ chiepiſcopalibus, necnon privilegiis, ho-
„ noribus, & prærogativis aliis Archiepi-
„ ſcopis debitis, & conceſſis gaudeat, te-
„ nore præſentium perpetuò erigimus, &
„ inſtituimus, ac nomine, titulo, & hono-
„ re Archiepiſcopali, & Metropolitano de-
„ coramus. Necnon Placentinam, Parmen-
„ ſem, Regienſem, Mutinenſem, Imolen-
„ ſem, Cervienſem, & Cremenſem, Eccle-
„ ſias, earumque omnium, & ſingularum
„ Civitates, & Diœceſes cum omnibus, &
„ ſingulis earum Territoriis, & terminis,
„ ac dilectos filios Clerum, & Populum
„ univerſum cum ſuis Collegiatis, Paro-
„ chialibus, & aliis Eccleſiis, necnon Mo-
„ naſteriis utriuſque ſexus, cæteriſque Be-
„ neficiis, & officiis Eccleſiaſticis cum cura,
„ & ſine cura, ſecularibus, & quorumvis
„ Ordinum Regularibus, necnon hoſpitali-
„ bus, domibus, Collegiis, & locis Reli-
„ gioſis quibuſcunque ab ejuſdem Sedis Apo-
„ ſtolicæ immediatè, ſine alterius cujuſcun-
„ que etiam Metropolitani ſubjectione, etiam
„ perpetuò dividimus, & ſeparamus, illaſ-
„ que & earum Diœceſes, ac Civitates poſt
„ hac in Provincia Bononienſi eſſe, & con-
„ ſiſtere, neque in alia Provincia cenſendas,
„ & numerandas eſſe decernimus, & decla-
„ ramus; & quatenus alteri Provinciæ Ar-
„ chiepiſcopove etiam Mediolanenſi, & Ra-
„ vennatenſi, tam antiquo jure, conſuetu-
„ dine, privilegio, vel alterius Metropolis
„ erectione, ſive inſtitutione, quàm jure ele-
„ ctionis ex ſacri Concilii Tridentini de-
„ creto factæ, vel alia quavis ratione, &
„ cauſa antea adjunctæ, ſubjectæque in toto,
„ aut in parte eſſent, vel cenſerentur, ſive
„ in illius poſſeſſione, vel quaſi ſe eſſe præ-
„ tenderent, ab omni illius ſive alterius
„ Provinciæ, vel Archiepiſcopi etiam Me-
„ diolanenſis, & Ravennatenſis, aut illorum
„ Capitulorum jure Metropolitico, corre-
„ ctione, viſitatione, ſubjectione, & omni
„ quacunque alia juriſdictione, obedientia,
„ & ſuperioritate, ſi qua ſo ſan quavis oc-
„ caſione illis competeret, ſive competat,
„ ſimiliter perpetuò eximimus, & liberamus.
„ Necnon dictæ Bononienſi Eccleſiæ prædi-
„ ctas Placentinam, Parmenſem, Regien-
„ ſem, Mutinenſem, Imolenſem, Cervien-
„ ſem, & Cremenſem, Civitates, & Diœ-
„ ceſes pro ſua Metropolitana Provincia,
„ ac Placentinam, Parmenſem, Regien-
„ ſem, Mutinenſem, Imolenſem, Cer-
„ vienſem, & Cremenſem, Eccleſias præ-
„ fatas: modernoſque, & pro tempore
„ exiſtentes illarum ſingularum Præſules
„ pro ſuis, & pro tempore exiſtentis Ar-
„ chiepiſcopi Bononienſis Suffraganeis, qui
„ necnon earum ſingularum capitula etiam
„ quocunque privilegio ſuffulta, tanquam
„ membra capiti eidem Archiepiſcopo Bo-
„ nonienſi jure Metropolitico ſubſint, ſibi-
„ que obedientiam, & reverentiam, tanquam
„ proprio Metropolitano, prorſus exhibeant,
„ pariter perpetuò ſubjicimus, eidemque
„ Archiepiſcopo Bononienſi prædictos ſuos
„ Suffraganeos conſecrandi, ad Provincia-
„ les Synodos evocandi, ac cum eis etiam
„ Eccleſiaſtica negotia terminandi, eorum
„ Eccleſias diſponendi, & cauſas quarum-
„ cumque appellationum, ſive querelas alias
„ juxta Sacrorum Canonum ſtatuta cogno-
„ ſcendi, omniaque alia & ſingula, quæ de
„ jure, vel conſuetudine, aut alias quomo-
„ dolibet ad Archiepiſcopos, & Archiepi-
„ ſcopale munus ſpectare & pertinere ſo-
„ lent, & debent, gerendi & exercendi
„ plenam, & omnimodam concedimus fa-

„ cultatem. Provinciæ quoque Bnnonienſi Clerum, & Populum univerſum pro eorundem Eccleſiæ, & Archiepiſcopi Bononienſis Provincialibus ſimiliter perpetuò concedimus, & aſſignamus: Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis anctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obſtantibus regula noſtra de Jure quæſito non tollendo, ac quibuſvis aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Placentinæ, Parmenſis, Mutinenſis, Regienſis, Cervienſis, Imolenſis, & Cremenſis, ac Ravennatenſis, & Mediolanenſis, Eccleſiarum prædictarum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Eccleſiis illatumque Præſulibus, & adminiſtratoribus, ac capitulis, & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de ſimili Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & conſiſtorialiter, & de ſimili conſilio, ac aliàs quomodolibet etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo exprimerentur, & infererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat harum ſerie de conſilio, & poteſtatis plenitudine ſimilibus ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis, inſtitutionis, decorationis, diviſionis, ſeparationis, declarationis, exemptionis, liberarinnis, ſubjectionis, conceſſionum, aſſignationis, decretorum, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolotum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſecundo. Quarto Idus Decembris. Pontificatus noſtri Anno Undecimo.

FERD. CARD. DE MED. SUMM.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexiis.

Regiſtrata apud Cæſarem ſecretorium.

Extremum, quod immaculata Virgo poſt Angelici ſermonis vim plenius hauſtam, æternæque providentiæ conſilium compre- A henſum feciſſe legitur, fuit cæleſtis illius vocis emiſſio, quæ in fine ſacri Evangelii legitur: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Quibus verbis affirmant ſancti Patres, tunc ſacrum conjugii fœdus humanæ, divinæque naturæ contractum fuiſſe, tunc Verbum æternum in inviolato ejus utero conceptum, & humanæ redemptionis fundamenta jacta coaluiſſe.

Quapropter cum noſtra hodie Eccleſia novum & ipſa matrimonii vinculum ineat, & tanquam nova ſponſa, cujus nuptiales tabulæ modò recitatæ ſunt, optare in primis debeat, ut ſe ſponſo ſuo gratam, amabilemque reddat, quid poteſt aptius, ſalu- B brius, ſanctiuſque agere, quàm ejuſdem beatæ Virginis veſtigiis inſiſtens, eandem vocem unà cum filiis ſuis mittere? dicens: *Ecce nos ſervi tui, fiat nobis ſecundum verbum tuum.*

Et quoniam iidem Sancti Patres teſtantur, his verbis chorum nobiliſſimarum virtutum contineri, cum inter ſe dexteras jungant, copulatæque incedant, humilitas, fides, devotio, obedientia, magnanimitas, divini nominis zelus, caritas, & incredibilis quædam ſui ipſius abdicatio; demus operam & nos, cariſſimi, ut has voces pſallentes præclaro hoc virtutum comitatu ſepiamur. Hæ ſunt enim margaritæ, quibus caput novæ C ſponſæ redimire, & veſtimenta illius exornare debemus, ſi cæleſtis ſponſi oculis placere optamus.

Inter ceteras autem, quoniam humilitatis decor potiſſimum effulget, quæ reliquarum virtutum cuſtos, & fundamentum vocari ſolet: nos quoque per eandem humilitatis portam ingredientes: quicquid hoc honoris eſt, multò meritis noſtris excelſius: quicquid ponderis, multò viribus noſtris gravius: quidquid officii, facultate noſtra majus eſſe, agnoſcamus; & confiteamur divinæ hoc opus beneficentiæ eſſe, quæ parva extollit, quæ ſuſcitat de pulvere egenum, quæ intellectum dat parvulis, & fa- D cit mirabilia magna: ut inde potentiæ, ſapientiæ, bonitatiſque ſuæ ſplendor magis eluceat, & quando eidem placuit, ut per nos, qui nobis ipſis non ſufficimus, veluti tamen miniſtros ſuos nobiliſſimæ hujus provinciæ commodis conſuleretur; iteremus ſæpius eandem cum beata Virgine vocem, *Fiat nobis ſecundùm verbum tuum.*

Si nos, Domine, tanquam candelabrum lucere aliis in domo tua juſſiſti, tu, qui pater es luminum, *emitte lucem tuam de alto, & illumina faciem tuam ſuper ſervos tuos.* Si Civitatem noſtram ſuper montem poſitam eſſe mandaſti, ut qui oculos huc tollerent, ad innocentiæ, fortitudinis, ac divini cul- E tus diſciplinam curſum invenirent, *tu, Domine, qui cum ſapientia inhabitas, doce nos ſemitas tuas, & opera manuum noſtrarum dirige*: ſi ſic tibi bene placitum fuit, Domine, ut Eccleſia hæc tua olim *decora inter filias Hieruſalem*, hodie *mater* fulgeret *honorificata*, da *matrem filiorum lætantem*, da familiæ tuæ *unitatem ſpiritus in vinculo pacis*, da in domo tua, tuis omnes unanimes obedire mandatis. Nos infirmitatis noſtræ nobis conſcii, te unum ſequi, à te uno pendere, ac tuæ plenè parati ſumus obſequi voluntati. Nos dignitatem hanc, te auctore, nobis delatam ad tui nominis glo-

riam

riam potiſſimum exercere, & alios fidei Bonon. Eccleſiæ creditos populos, vitæ exemplo, religioniſque ſtudio ad æternæ gloriæ præmia accendere exoptamus. Sed quid nos puſilli, quid ope tua deſtituti digne conari, aut aggredi poſſumus? Tu univerſorum ſalus, & firmamentum, adjuva inopiam noſtram, *quia pauperes facti ſumus nimis*. Tu, qui *infirmos accingis robore*, imbecillitatem noſtram confirma.

Tu quoque Regina Cœlorum, Populi Bonon. præſidium, & clamantium ad te per- A fugium, hanc Civitatem multarum hodie Eccleſiarum matrem effectam, tu omnium Mater clementiſſima in ſinum benignitatis tuæ recipe. Tu Clerum noſtrum, Magiſtratus, Senatores, aliorumque Civium ordines pietate tua cuſtodi, clementia protege, ut cum dignitatis amplificatione creſcant virtutum merita, ac ſanctitatis, caſtitatis, veritatis, juſtitiæque ſtudia ſe extollant, ut tuo hodie exemplo verè nos quoque canere poſſimus: *Ecce ſervus Domini, fiat nobis ſecundùm verbum tuum*.

LOCORUM INDICATIO,

Unde ſuperior eſt ſumpta Hiſtoria.

Numeri columnas denotant.

S. Zama Epiſcopus) *ex Kalendario Bononienſi, Fratre Leandro Alberto, Sepulcro S. Zamæ.* Col. 360

Perſecutio Diocleſiani) *ex Euſebio lib. Hiſt. Eccleſiaſticæ VIII.* ibid.

Martyrium Hermetis, Agni, Caji, Proculi, &c. *ex martyrologio Bedæ, & Uſuardi, Kalendario Bononienſi, ex natali IX. S. Paulini, ex exhortatione ad Virgines S. Ambroſii, Chron. S. Antonini tit. XXIV. cap. XIII.* 361.

S. Fauſtinianus Epiſcopus) *ex Vita Sancti Petronii, quæ eſt apud Monachos Sancti Stephani, Fr. Leandro in Hiſt. Bononien., ex ſepulcro ejus apud Sanctum Felicem.* 362

Ubi de Conſtantino, ex Hiſt. Euſebii libro X. ibid.

Ubi de Synodo Romana, ex primo Tomo Conciliorum. ibid.

S. Baſilius Epiſcopus) *ex Vita S. Petronii, Kalendario Bonon., Fr. Leandro.* ibid.

Ubi de Concilio Ariminenſi, ex Sacra Hiſt. Severi. 363

S. Euſebius Epiſcopus) *ex primo Tomo Conciliorum Concilio Aquilejenſi.* ibid.

Ubi de velandis Virginibus, ex Epiſt. S. Ambroſii, & III. de Virginibus. 364

Ubi de Synodo Aquilejenſi, ex Tomo primo Conciliorum. ibid.

Ubi de SS. Vitale, & Agricola, ex exhortatione ad Virgines S. Ambroſii, & vita S. Ambroſii à Paulino ſcripta. ibid.

Ubi de Synodo Mediolanenſi, ex Epiſtola Sancti Ambroſii CLXXXI. 366

Ubi de pueris ſepultis, ex lapide in pariete Sancti Stephani. ibid.

S. Felix Epiſcopus) *ex Vita Sancti Ambroſii, Vita Sancti Petronii, Kalendario Bononienſi, Bulla Julii II.* ibid.

Ubi de Privilegio Joannis Imp. ex Privilegio Gregorii VII. & Alexandri III. quæ poſtea recitantur. 367

De Epiſcopis Æmiliæ Archidiacono Ravennati ſubjectis, ex Hiſt. Blondi ſumpta ab Agnello, & iis quæ ſequuntur. ibid.

S. Petronius Epiſcopus) *ex Vita S. Petronii, Privilegio Gregorii VII., Fr. Leandro, Gennadio, Chronico Sancti Proſperi, Chronico Adonis, ex Kalendario Bononienſi, & Eucherii epiſtola ad Valerianum.* ibid.

Ubi de Bononia diruta, ex Panegyrico ad Conſtantinum. 370

S. Paternianus Epiſcopus) *ex Vita Sancti Petronii, Bulla Julii II. Fr. Leandro, Kalendario Bononienſi.* 378

S. Tertullianus Epiſcopus) *ex iiſdem locis.* 379

Ubi de Namatio, ex Gregorio Turonenſi de gloria Martyrum, & de Hiſtoria. ibid.

Ubi de Simplicio, ex primo Tomo Conciliorum. ibid.

S. Jocundus Epiſcopus) *ex iiſdem locis.* 381

Laurentius Epiſcopus) *ex Conſiliis Symmachi Pontificis Manuſcriptis penes Canonicos Regienſes.* ibid.

S. Theodorus Epiſcopus) *item ut ſupra in Sancto Paterniano.* ibid.

Ubi de Agapeto Pontifice, ex privilegio Gregorii VII., Paſchalis II., Alexandri III. penes Epiſcopum. ibid.

Ubi de Proculo, ex Chronico Antonini tit. XXIV. cap. XIII. 382

N. Epiſcopus anno 550. *ex conjectura.* 383

Ubi de Pelagio Pontifice, ex privilegio Gregorii. ibid.

N. Epiſcopus anno 580.) *ex conjectura.* ibid.

Epiſt. S. Gregorii, ex VI. libro Regiſtri. ibid.

N. Epiſcopus anno 600.) *ex conjectura.* 384

Ubi de Sancto Iſidoro, ex Fr. Leandro, & fama Civitatis, & ſepulcro. ibid.

N. Epiſcopus anno 620.) *ex conjectura.* ibid.

Luminoſus Epiſcopus) *ex primo Tomo Conciliorum.* 385

Victor Epiſcopus) *ex primo Tomo Conciliorum.* ibid.

N. Epiſcopus anno 716.) *ex conjectura.* ibid.

Ubi de Privilegio Gregorii, ex Privilegio Gregorii VII. penes Epiſcopum. ibid.

N. Epiſcopus anno 744.) *ex conjectura.* ibid.

Ubi de Diœceſi, ex Regiſtro Communis. 386

Ubi de Anſelmo, ex Chron. Nonantulano. ibid.

Petrus Epiſcopus) *ex Decreto Caroli Magni penes Regienſes.* ibid.

Ubi de Privilegio dato à Carolo Magno ipſi Epiſcopo, ex Privilegio Paſchalis II. penes Epiſcopum. ibid.

Ubi de Oratorio, ex Decreto Caroli Magni penes Regienſes. 387

N. Epiſcopus anno 789.) *ex conjectura.* ibid.

Ubi de Legibus Caroli Magni, ex Capitulario Caroli Magni. ibid.

N. Epiſcopus anno 814.) *ex conjectura.* ibid.

Inſcriptio ad Plebem Butrii, ex lapide vetere ibi poſito. 388

N. Epiſcopus anno 855.) *ex conjectura.* ibid.

Ubi de Synodo Ticinenſi, ex Tomo primo Conciliorum. ibid.

Joannes Epiſcopus) *ex Regiſtro Joannis VIII. Pontificis Vaticano.* ibid.

Ubi de Concilio, ex Archivo Canonicorum Mutinenſium, Decreto Burchardi, Vita Nicolai Pontificis. 389

De cognitione Cauſſæ Veronenſis Epiſcopi, ex Regiſtro Joannis VIII. Vaticano. ibid.

Ubi de Pontigonenſi, ex Bibliotheca Vaticana. 390

N. Epiſcopus anno 891.) *ex conjectura.* ibid.

Ubi de Formoſi Privilegio, ex Privilegio Gregorii VII. ibid.

Ubi de actis Formoſi, ex Concilio Joannis IX. penes Canonicos Mutinenſes. ibid.

De Synodo Joannis IX. Pontificis, ex Archivo Canonicorum Mutinenſium. ibid.

De Monaſterio, & Baſilica incenſa ab Hungaris, ex Luitprandi Hiſt., Chronico Nonantulano, Vita S. Petronii apud Monachos S. Stephani. ibid.

Ubi de Leone V. ex Regiſtro Canonicorum Bononienſium in Privilegio Joannis XIII. Pontificis. ibid.

Joannes Ravennas Epiſcopus) *ex Hiſt. Luitprandi Ticinenſis.* ibid.

N.

N. Epiſcopus anno 910) *ex conjectura*. 393
De Baſilica refecta, ex iis, quæ ſequuntur, & ceteris conjecturis allatis. ibid.
De more ingreſſus Epiſcopi, ex libro S. Stephani vetere, ex Chron. Civitatis in ſingulis Epiſcopis. 394
N. Epiſcopus anno 946) *ex conjectura*. ibid.
Ubi de Americo, ex diplomate apud Canonicos Bononienſes. ibid.
Ubi de Berengario, ex Hiſt. Luitprandi Ticinenſis. ibid.
Albertus Epiſcopus) *ex ſcriptis Canonicorum Bononienſium, & Mutinen.* 395
De Othonis Privilegio donato à Leone VIII. ex Decreto Gratiani, de electi poteſtate. ibid.
De Privilegio Othonis dato Epiſcopo, ex Privilegio Paſchalis II. penes Epiſcopum. 396
Privilegium Joannis XIII. eſt penes Canonicos. ibid.
Privilegium Othonis datum Canonicis, eſt penes Canonicos. ibid.
Concilium Ravennas 973. eſt penes Canonicos Mutinenſes. 397
Donatio Alberti, ex Diplomate Honorii 1221. penes Canonicos. ibid.
Clemens Epiſcopus) *ex Regiſtro Canonicorum.* ibid.
Donatio Clementis, penes Canonicos in Privilegiis Henrici II. ſequentis. ibid.
De Oſſibus Sancti Syneſii, ex Chronico Nonantulano. ibid.
Privilegium Henrici Regis, penes Canonicos. ibid.
Miraculum S. Petri, narratur à S. Petro Damiani. 398
Frugerius Epiſcopus) *ex iis quæ ſequuntur.* 399
De tribus Epiſcopis eodem tempore viventibus, ex Chartula Abbatis S. Luciæ Roffeni. ibid.
De Translatione Oſſium SS. Vitalis, & Agricolæ, ex vita ipſorum penes Monachos S. Stephani, & penes Canonicos. ibid.
De S. Bononio, ex Vita ipſius penes Monachos S. Stephani. 400
Adelfredus Epiſcopus) ibid.
De Everardo, ex ſcriptis Fr. Servorum. ibid.
Decretum Adelfredi penes Canonicos. 401
De Conſecratione ædis S. Luciæ Roffeni, ex Chartula Abb. S. Luciæ. 403
Privilegium Henrici II. penes Canonicos. ibid.
Donatio Adelfredi Epiſcopi, penes Canonicos. 404
Privilegium alterum Henrici, penes Canonicos. ibid.
Privilegium Henrici datum Epiſcopo Mutinenſi, eſt penes Canonicos Mutinenſes. 405
Lambertus Epiſcopus) *ex Regiſtro Canonicorum.* ibid.
Privilegium Alexandri II. penes Canonicos. 406
Privilegium Gregorii VII. penes Epiſc. ibid.
Sigifridus Epiſcopus) *ex Regiſtro Gregorii VII. Vaticano.* 409
De Sigifrido excommunicato, ex eodem loco. ibid.
Donatio Alberti Comitis, penes Canonicos. ibid.
Bernardus Epiſcopus.) ibid.

De Giberto Parmenſi, ex Abbate Urſpergenſi. ibid.
De Angela virgine, & Oratorio montis Guardiæ, ex Chronico Monaſterii S. Lucæ. 410
De conſecratione Confeſſionis ædis S. Luciæ, ex Chartula Abbatis Roffeni. ibid.
De morte Bernardi, ex Chronicis Civitatis manuſcriptis, quæ ab hoc loco Epiſcopos memorare incipiunt, & Fr. Leandro. ibid.
Victor Epiſcopus.) ibid.
De decreto Paſchalis II. ex decreto Gratiani. 411
De Rodilianis, & Sanguinetanis, ex Regiſtro Communis Bononiæ. ibid.
De Oratorio S. Mariæ in monte, ex Chronico ejus Eccleſiæ. ibid.
De Eccleſia S. Chriſtinæ, & eremo Camaldulenſi, ex Chronico Camaldulenſium. 412
De Lamberto Fagnano Cardinali, ex libro Jacobi Corelli de Card. & Onufrii Panvinii, Platina, & Abbate Urſpergenſi. ibid.
De Concilio ad Vardaſtallum, ex vita Paſchalis II. 413
De Lamberto Legato, ex Abbate Urſpergenſi. ibid.
De Honorio II. & Cardinalibus Bononienſibus, ex libro Jacobi Corelli de Card. à quo non diſſentit Onufrius. ibid.
De donatione S. Chriſtinæ, ex Chronico Camaldulenſium. ibid.
De Valtero Archiepiſcopo, ex ſcriptis Ravennatis Eccleſiæ. ibid.
De donationibus Honorii II. ex Regiſtro Canonicorum. ibid.
Henricus Epiſcopus) *ex Chronicis.* 414
De morte Honorii, ex vita ejus. ibid.
De conſecratione S. Chriſtinæ, ex lapide. ibid.
De Eccleſia S. Nicolai, ex ſcriptis Servitarum. ibid.
De incendio Baſilicæ, ex Chronicis. ibid.
Privilegium Innocentii II. eſt penes Canonicos S. Salvatoris. 415
De Lucio II. & Cardinalibus, ex vita ejus, & libro Jacobi Corelli. ibid.
De vita Guarini Cardinalis, ex ſcriptis Canonicorum S. Salvatoris. ibid.
Privilegium Lucii II. penes Epiſcopum. ibid.
D. Gerardus Epiſcopus.) *ex Chronicis.* 416
De Gerardo Canonico S. Joannis, ex Kalendario Canonicorum S. Joannis in monte, in quo mortui notati ſunt, quibus ipſi parentare debeant. ibid.
De exequiis Lucii, ex Chronicis. ibid.
Privilegium Eugenii, penes Epiſcopum. ibid.
Privilegium Anaſtaſii, continetur in privilegio Alexandri III. ibid.
De populo Montisbellii, ex Regiſtro Communis. ibid.
Privilegium Hadriani IV. datum Epiſcopo, ex Regiſtro Epiſcopi. ibid.
Privilegium Hadriani datum Canonicis, ex Regiſtro Canonicorum. ibid.
Literæ Alexandri III. ſunt apud Radevicum Friſingenſem. ibid.
De diis S. Guarini, ex Kalendario Bononienſi. ibid.
De tabula Imaginis B. Virginis, ex Chronicis. 417
De Hildebrando Craſſo Cardinali, ex libro Corelli, Regiſtro Communis, Ka-

Kalendario Sancti Salvatoris. ibid.

De Grattano, ex vita ejus, & lapide. ibid.

De Imolenſibus, ex Regiſtro Communis. 418

Privilegium Friderici, eſt penes Canonicos S. Joannes in monte. ibid.

D. Joannes Epiſcopus Canonicus) *ex Kalendario S. Joannis in monte.* ibid.

De Baſilica refecta, ex Chronicis. ibid.

De reliquiis translatis, ex vita SS. Vitalis, & Agricolæ penes Canonicos, & penes Monachos S. Stephani. ibid.

Privilegium Alexandri penes Epiſcopum. 419

De Lucio III. ex Chronicis Bononienſibus, & lapide Mutinenſi in foro. ibid.

Urbani Pontificis privilegia, ex regiſtro Epiſcopi. 420

De Fr. Cruciferis, ex privilegio Alexandri penes ipſos Fratres. ibid.

De Lesbio Craſſo, ex libro Jacobi Corelli. ibid.

De eremo, & Hoſpitali Camaldulenſium, ex Chronico Camaldulenſium. ibid.

Privilegium Urbani datum Monaſterio S. Stephani, penes Epiſcopum. ibid.

De Adventu Gregorii VIII. Bononiam, ex Chronicis. ibid.

De Gerardo Canonico Epiſcopo, ex Kal. S. Joannis in monte. ibid.

De S. Maria Majore, ex Chronicis. ibid.

De die mortis Joannis Epiſcopi, ex Kalendario S. Joannis in monte. ibid.

D. Gerardus Giſella Epiſcopus) *ex Chronicis, & Regiſtro Communis.* ibid.

De Henrico hoſpitante apud Gerardum Epiſcopum, ex Chronicis. ibid.

Privilegium Caroli IV. extat penes Epiſcopum. ibid.

De jure monetæ, ex Regiſtro Communis. ibid.

De Gerardo Prætore, ex Regiſtro Communis. 421

De reliquiis Martyrum, ex lapide. ibid.

Privilegium Henrici, penes Epiſcopum. ibid.

Privilegium Cæleſtini, penes Epiſcopum. ibid.

Res Camaldulenſes, ex Chronico Camaldulenſium. ibid.

Privilegium alterum Cæleſtini, penes Epiſcopum. ibid.

Expeditio contra Saracenos, ex Chronicis. 422

Gerardus Areoſtus Epiſcopus) *ex Chronicis.* ibid.

De Hoſpitali S. Margaritæ, ex Chronicis. ibid.

De ara S. Thomæ, ex ſcriptis Canonicorum S. Salvatoris. ibid.

Privilegium Innocentii III. datum Canonicis, penes Canonicos. 423

De æde S. Luciæ, ex ſcriptis Canonicorum S. Joannis in monte. ibid.

De exactione decimarum, ex Regiſtro Canonicorum. ibid.

De abdicatione Gerardi, ex Chronicis. ibid.

D. Henricus à Fracta Epiſcopus) *ex Chronicis, & Kal. S. Joan. in monte.* ibid.

De contentione Epiſcopi cum Prætore, ex Regiſtro Communis. ibid.

De conſecratione S. Leonardi, ex ſcripto ipſius Eccleſiæ. ibid.

De Monachis Humiliatis, ex Chronicis. 424

De Epiſcopio, ex Chronicis. ibid.

De contentione cum Prætore, ex Regi-

ſtro Communis, item ex Chronicis. ibid.

Privilegium Archidiaconi, penes Canonicos. ibid.

Literæ Honorii ad Henricum, penes Epiſcopum. 425

Privilegium Friderici, & Conradi, penes Epiſcopum. ibid.

Privilegium Honorii datum Canonicis, penes Canonicos. 428

Privilegium Gregorii IX. datum Epiſcopo, penes Epiſcopum. ibid.

De ſumma inopia, ex Chronicis. ibid.

De tecto Baſilicæ, ex Chronicis. ibid.

Res S. Dominici, ex vita ejus, & Chronicis. ibid.

De Fr. Joanne Vicetino, ex Chronicis multarum Civitatum, & Chronico Fr. Salimbenis Parmenſis. 429

De translatione S. Dominici, ex vita ejus, & Chronicis. 430

De prædicationibus Fr. Prædicatorum, & Minorum, ex Chronicis, & Hiſtoriis variarum Civitatum. 431

De S. Franciſco, ex Chronicis, vita ejus, & Speculo. ibid.

De terræmotu, prædicante S. Franciſco, ex Chronicis. ibid.

De æde S. Martini, ex Chronicis. 433

De Oratorio S. Mariæ Alemanorum, ex Chronicis. ibid.

De æde S. Mariæ Rhenanæ, ex ſcriptis Canonicorum S. Salvatoris. ibid.

De æde S. Sylveſtri, ex Chronicis. ibid.

Octavianus Ubaldinus Epiſcopus) *ex Chronicis.* ibid.

De Henrico ſepulto, ex Kalendario S. Joannis in monte. 434

De æde S. Mariæ ad Puliolas, ex ſcriptis Virginum S. Bernardini. ibid.

De compromiſſo, ex Regiſtro Communis. ibid.

De Cardinalatu, & abdicatione, ex Chronicis, & libro Corelli, & litteris Innocentii VIII. ibid.

Fr. Jacobus Boncambius Epiſcopus) *ex Chronicis.* ibid.

Literæ Innocentii, penes Epiſcopum. ibid.

De pace facta, ex Chronicis, & Regiſtro Communis. 435

De migrantibus Gentum, ex Regiſtro Communis. ibid.

De conſecratione ædium S. Dominici, & S. Franciſci, ex Chronicis. ibid.

De æde S. Chriſtinæ, ex Chronico Camaldulenſium. ibid.

De ſcalis, propylæo, & Campanario, ex Regiſtro Canonicorum, & Chronicis. 436

De Fratribus Pœnitentiæ Jeſu Chriſti, ex Chronicis. ibid.

De Regiſtro, ex Regiſtro ipſo. ibid.

De morte Jacobi Epiſcopi, ex Chronicis, & libro Beatorum Prædicatorum. ibid.

De teſtudinibus Templi S. Franciſci. ibid.

De Monaſterio S. Gregorii, ex Scriptis Canonicorum S. Gregorii. ibid.

Privilegium Alexandri IV. datum eremo, ex Cronicis Camaldulenſium. ibid.

De anno generalis devotionis, ex Chronicis Bonon., Mutinenſibus, & Regienſibus, & Fr. Salimbeni. ibid.

De Hoſpitali vita, & B. Rainerio, ex Scriptis Devotorum Hoſpitalis, &

la-

lapide. 437
De Curtibus duabus inſtitutis, ex libro veteri Statutorum in Actis Civitatis. 438
Octavianus Ubaldinus junior Epiſcopus) *ex Chronicis.* ibid.
De Fr. Servis S. Mariæ, ex Chronicis, & Scriptis Servitarum. ibid.
De Fr. Eremitis S. Jacobi, ex Chronicis. 439
De Fr. Carmelitis, ex Scriptis Carmelitarum. ibid.
De militibus S. Mariæ, ex Chronicis Fr. Salimbeni, ex Chronicis Civitatis, ex Dante, Chronicis Mutinenſibus. ibid.
De proceſſione Devotorum Mutinam, ex Chronicis utriuſque Civitatis. ibid.
De arca S. Dominici, ex Chronicis. 440
De S. Pariſio, ex Jacobo de Varagine. ibid.
De Cruce ab Hadriano donata, ex Hiſtoria Genuenſi à Juſtiniano ſcripta. ibid.
De Canonicis in S. Michaele in Buſco, ex Scriptis Olivetanorum S. Michaëlis. ibid.
De Virginibus S. Mariæ Montis-Guardiæ, ex Chronico ſeparatim de eo Monaſterio ſcripto. ibid.
De armis Clericis interdictis, ex Regiſtro Communis. ibid.
Sclatta Ubaldinus Epiſcopus) *ex Chronicis.* ibid.
De eodem teſte, ex Bulla Meſſanæ data. ibid.
De Monaſterio S. Anſani, ex Chronico Servitarum. ibid.
De morte Epiſcopi, ex Chronicis. ibid.
De æde S. Leonardi, ex Scriptis Eccleſiæ. ibid.
De Civitate tradita Bonifacio, ex Chronicis. ibid.
Fr. Joannes Sabellus Epiſcopus) *ex Chronicis, & Fr. Leandro.* 441
De Jubilæo, ex Chronicis. ibid.
De Monaſterio S. Helenæ, ex Scriptis Servitarum S. Joſeph. ibid.
De teſtamento, ex Scriptis Fr. Prædicatorum. ibid.
De Oratorio S. Mariæ, ex Scriptis Monachorum S. Proculi. ibid.
Hubertus Placentinus Epiſcopus) *ex Chronicis.* ibid.
De Fratribus Armeniis, ex Chronicis. ibid.
De æde S. Joſeph, ex Scriptis Servitarum S. Joſeph. 442
De Henrico Cæſare, ex Chronicis. ibid.
De puteo S. Petronii, ex Chronicis. ibid.
De quæſtionibus Templariorum, ex Hiſtoria Ravennate Hieronymi Rubei. ibid.
De æde S. Mariæ Gratiæ, ex lapide, & Chronicis. 443
De profectione Pontificis Avenionem, & ſeditionibus, ac defectionibus populorum, ex Chronicis. ibid.
Dies mortis Huberti Epiſcopi, eſt in libro Conſortiorum. ibid.
Arnaldus Acariſius Epiſcopus) *ex Chronicis.* ibid.
De æde S. Cæciliæ, ex Chronicis, & Scriptis Eremitarum S. Jacobi. ibid.
De Monaſterio prope S. Thomam, ex Chronicis. ibid.
De Monaſterio S. Eliſabeth, ex Scriptis Epiſcopi. ibid.
De turri Caballorum, ex Chronicis. 444
De Bertrando Legato, ex Chronicis. ibid.

Stephanus Agonettus Epiſcopus) *ex Chronicis.* 445
Lambertus de Podietto Epiſcopus) *ex Chronicis.* ibid.
De Monaſteriis abrogatis, ex Chronicis. ibid.
De æde S. Mariæ Maſcarellæ, ex lapide. ibid.
De Fr. Simone, ex Chronicis. ibid.
De Bertrando expulſo, ex Chronicis. ibid.
Albertus Acciajolus Epiſcopus) *ex Chronicis.* 446
De Monachis Carthuſienſibus, ex Chronicis. ibid.
De Hoſpitali Mortis, ex Chronicis. ibid.
De rixa cum Jacobo Pepulo, ex Chronicis. ibid.
Tumultus Civitatis ſequentes, ex Chronicis. ibid.
De Epiſcopo Nivernenſe, ex Regiſtro Canonicorum. ibid.
Beltraminus Paravicinus Epiſcopus) *ex Chronicis.* ibid.
De facultate Archidiaconi ſubdendi, ex diplomate apud Canonicos. 447
De æde Monachorum Armeniorum, ex Chronicis. ibid.
De Hoſpitali S. Onufrii, ex lapide, & Chronicis. ibid.
De decimis Bagnarolæ, ex diplomate penes Epiſcopum. ibid.
De æde S. Jacobi conſecrata, ex Scriptis Fr. Eremitarum. ibid.
De adventu Beltramini ad Eccleſiam, ex Chronicis. ibid.
De Fr. Servitis in via majori locatis, ex Chronicis. ibid.
De morte Beltramini, ex Chronicis, & literis Clementis V. ibid.
Joannes de Naſo Epiſcopus) *ex Chronicis, & lapide.* ibid.
Literæ Clementis V., ex Regiſtro Archiepiſcopi Ravennatis. ibid.
Ubi de mutatione Reipublicæ agitur, omnia ex Chronicis. 448
De Devotis Sanctæ Mariæ Mortis, ex Chronicis. 449
De æde decollationis, ex Chronicis. ibid.
De domo Boni Jeſu, ex lapide. ibid.
De ingreſſu Joannis, ex Chronicis. ibid.
De duobus Monaſteriis Converſorum, & Converſarum, & miraculo pictæ Imaginis, ex Chronicis. ibid.
De Epiſcopio inſtaurato, æde SS. Syneſii, & Theopontis, ex lapide. ibid.
De tumultibus Civitatis, omnia ex Chronicis. ibid.
De Canonica S. Mariæ diſturbata, ex Chronicis. 450
De rebus Egidii Legati, omnia ex Chronicis. ibid.
De morte Joannis Epiſcopi, ex Chronicis. ibid.
Aimericus Chatti Epiſcopus) *ex Chronicis omnia.* ibid.
Privilegium Innocentii eſt in Statutis Theologorum. 451
Indulgentia Urbani, ex Chronicis. 452
De æde S. Michaelis data Olivetanis, ex Scriptis Olivetanorum. ibid.
De Collegio Hiſpanorum, ex teſtamento Egidii. ibid.
Privilegium Caroli IV. penes Epiſcopum. ibid.

De

De Bartholemæo Mezzavacca, ex Scriptis Olivetanorum; reliqua omnia ex Chronicis. ibid.
Bernardus Lemovicenſis Epiſcopus) *ex Chronicis.* 453
Conſtitutiones Synodales extant, diplomata ejus pænes Epiſcopum; reliqua omnia ex Chronicis. ibid.
Philippus Caraffa, Epiſcopus) *ex Chronicis omnia.* 455
Coſmatus, & D. Bartholemæus Epiſcopi) *ex Platina, & Chronicis, & Jacobo Corello, & Fr. Onufrio.* 456
De Reliquiis S. Proculi, ex Chronicis omnia, præter ea, quæ de Jeſuatis dicuntur, ex Scriptis ipſorum. ibid.
Devotio generalis, deſcripta eſt ex Chronicis Bononienſibus, Mutinenſibus, Genuenſibus, & aliarum Civitatum. 458
De Altari S. Blaſii, ex Scriptis Epiſcopi pænes Palæotos. 459
De Sacrario, & teſtudinibus ab Epiſcopo factis, ex inſcriptione lapidum. 460
D. Antonius Corrarius Epiſcopus) *omnia item ex Chronicis, & Concilio Conſtantienſi.* 461
D. Joannes Abbas Epiſcopus) *omnia ex Chronicis.* 463
Fr. Nicolaus Albergatus Epiſcopus) *omnia ex Chronicis, præter Diplomata Pontificum data Nicolao, ſumpta ex Regiſtro Canonicorum, & à Familia Albergatorum.* 465
De Canonicis S. Georgii, ex Scriptis Canonicorum S. Gregorii, & S. Georgii in Alga Venetiis. 466
De Canonicis Sancti Salvatoris, ex Diplomatis Canonicorum S. Salvatoris. ibid.
De Monaſterio Sancti Felicis, ex Scriptis Monachorum Sancti Proculi. 470
De capite S. Annæ, ex Scriptis Carthuſienſium. ibid.
De Monaſterio Miſericordiæ, ex Scriptis Eremitarum Miſericordiæ. ibid.
De Imagine S. Lucæ, ex diplomate pænes Devotos Hoſpitalis Mortis. ibid.
De Monaſterio S. Proculi, ex Scriptis Monachorum. 472.
De morte Nicolai, ex Commentariis Carthuſienſium. 473
De proceſſione, & oblatione in Aſſumptione B. Virginis, ex Commentariis Oratorii S. Mariæ in Monte; reliqua omnia ex Chronicis. ibid.
D. Nicolaus Epiſcopus) *ex Chronicis, & Kal. S. Joannis in Monte.* 507
Thomas Sergianenſis Epiſcopus) *ex Chronicis, & libro ſecreto Canonicorum.* ibid.
Literæ Eugenii, ex libro ſecreto Canonicorum. 508
Literæ Thomæ, ex eodem loco. 509
Literæ Nicolai Papæ V., ex eodem loco. ibid.

Joannes de Podio Epiſcopus) *ex Chronicis, & libro ſecreto Canonicorum omnia.* 510
Philippus Calandrinus Epiſcopus) *ex Chronicis, & libro ſecreta Canonicorum, Onufrio Panvinio, Hieronymo Garimberto.* 512
De æde S. Mariæ Gratiæ data Fratribus Mendicantibus S. Hieronymi, ex Scriptis ipſorum Fratrum. 514
De æde S. Mariæ Caritatis data Fratribus Tertii Ordinis S. Franciſci, ex Scriptis ipſorum Fratrum. ibid.
De æde S. Mariæ Miſericordiæ data Fratribus Eremitis de Obſervantia, ex Scriptis eorum. 516
De æde Annunciatæ condita à Fr. Minoribus de Obſervantia, ex Chronicis, ut cetera omnia ſuperiora. 517
Franciſcus Gonzaga Epiſcopus) *ex Chronicis omnia.* ibid.
De æde Sancti Barbatiani, ex Scriptis ipſorum Fratrum. 518
Julianus à Ruvere Epiſcopus) *ex Chronicis omnia.* ibid.
Jo. Stephanus Ferrerius Epiſcopus) *ex Chronicis omnia, & libro ſecreto Canonicorum, ubi agitur de ingreſſu ejus, & ex libro Paridis Craſſi, de cæremoniis.* 520
Franciſcus Alidoſius Epiſcopus) *ex Chronicis omnia.* 525
De æde S. Bernardi, ex Scriptis Olivetanorum. 526
Achilles Craſſus Epiſcopus) *ex Chronicis omnia.* ibid.
Laurentius Campegius Epiſcopus) *ex Chronicis, & narratione viventium, & vita ejus à me ſcripta.* 529
De Virginibus S. Bernardini, ex diplomate Clementis Pont. pænes ipſas Virgines. ibid.
De Eccleſia S. Benedicti data Fratribus Minimis, ex diplomate Clementis pænes ipſos Fratres. 530
De area Ghiſiliertorum data Canonicis S. Georgii in Alga, ex diplomate Clementis pænes ipſos Canonicos. ibid.
Alexander Campegius Epiſcopus) *ex relatione vivorum omnia, & fide oculata.* 576
De Fratribus Capuccinis, & Clericis Regularibus S. Luciæ, ex Scriptis eorum. ibid.
Joannes Campegius Epiſcopus) *ex relatione viventium.* 577
De Eccleſia S. Blaſii data Eremitis Miſericordiæ, ex ipſo diplomate pænes eos. ibid.
Item de Eccleſia S. Luciæ, ex diplomate pænes eos. ibid.
Rainutius Farneſius, & Gabriel Palæotus Epiſcopi) *ex oculata fide.* 578

CONTINUATIO
HISTORIÆ
EPISCOPORUM BONONIENSIUM,

A POSTREMIS ANNIS

GABRIELIS PALÆOTI

S. R. E. CARDINALIS,

SUB QUO SIGONIUS VIVERE DESIIT,

USQUE AD EMINENTISS. PRÆSULEM

PROSPERUM LAMBERTINI

EAMDEM ECCLESIAM IN PRÆSENS ADMINISTRANTEM;

FACTA A CLARISSIMO VIRO

CAROLO CONSTANTIO RABBIO

AUGUSTINIANÆ FAMILIÆ (ut vocant) LOMBARDIÆ

LECTORE.

Google

PATRIS CAROLI CONSTANTII RABBII

AUGUSTINIANÆ CONGREGATIONIS (ut vocant) LOMBARDIÆ LECTORIS

MONITUM.

Hactenus Carolus Sigonius, cetera Gabrielis acta proſequuturus, ſi licuiſſet per mortem, quæ à contexta huc uſque ſcriptione paucos poſt menſes ipſum ſuſtulit magno bonarum literarum damno, & literatorum luctu. Ipſe Palæotus præ aliis intimum familiarem ſibi ereptum acerbe tulit, ejuſque memoriæ atque animæ, quam potuit, mercedem perſolvit: quippe collato ære proprio in amoris & gratitudinis pignus conſtituit, ut quotannis in Metropolitana Eccleſia Divinum Sacrificium pro Sigonio offerretur: Tantum fidelem, ut ipſe appellabat, amicum, quem viventem ſingulari benevolentia complexus fuerat, etiam poſt mortem dilexit.

Ego vero ne quæ egit præclariſſimus Antiſtes ad Bononienſis Eccleſiæ decus & incrementum, hic prorſus omnia deſiderentur, illuſtriora commemorabo, ſicut etiam ſequentium Archiepiſcoporum ad hanc uſque ætatem nomina addam, & acta inſigniora, paucis tamen; neque enim perfectam Hiſtoriam texere in animo eſt, ſed tantum Sigoniano operi coronidem aliquam imponere.

GABRIEL PALÆOTUS ARCHIEPISCOPUS.

1585 E Vivis itaque ſublato Gregorio XIII.
Gabriel Romam perrexit adſuturus co
mitiis novo Pontifici creando coactis, in
quibus renuntiatus fuit Sixtus V. Bononiam
deinde regreſſus celebravit Provinciale Con-
1586 cilium die Dominico V. Kal. Majas. Quar-
to autem Nonas ejuſdem menſis Corpora
S. S. Zamæ & Fauſtiniani ab Eccleſia S S.
Naboris & Felicis, olim Cathedrali, ad Me-
tropolitanam tranſtulit ſolemni ac magnifica
pompa, atque ſub ara maxima collocavit.
Adſuere Antonius Maria Cardinalis Salvia-
B tus Urbis Legatus, Senatus, ac Magiſtratus
omnes, ac præterea Epiſcopi Sarſinæ, Tifer-
ni, Forolivii, Caſtri, Averſæ, Faventiæ,
Maſſæ. Tum Romam iterum contendit, ut
à Summo Pontifice impetraret confirmatio-
nem eorum, quæ in Concilio ſancita fue-
rant. Pontifex vero non tantum, quæ ille
petebat, conceſſit, ſed Albanenſi Epiſcopatui
etiam præfecit. Ab hoc tempore ad annum
uſque 1592. Romæ detentus eſt, primùm
Sixto ita volente, ac jubente, deinde ob
graviſſima negotia, quæ ab aliis ſubinde
1590 Pontificibus ipſi fuerunt demandata. Cele-
bravit interim Synodum in Epiſcopatu Al-
banenſi, deinde per optionem, ut loquun-
C tur, ad Sabinenſem tranſiit. Cum autem
eum Romà diſcedere non permitterent ma-
ximi momenti curæ, ne Bononienſis Eccle-
ſia ex diutina ſui Paſtoris abſentia aliquid
incommodi pateretur, curavit, ut Alphon-
ſus Palæotus Bononienſis Archidiaconus,
(talis tantuſque vir, quantum adminiſtrata
ab eo Eccleſia poſtea experta eſt) coadjutor
ſibi adjungeretur, cui deſiderio, & curæ lu-
bens aſſenſit Gregorius XIV expeditis lite-
ris Pontificiis die 21. Martii an. 1591. Mor-
tuo interea Gregorio, ſuffectus eſt Joannes
Antonius Facchenettus, Innocentius IX. ap-
pellatus, qua creatione Bononia Civem
ſuum ad Summi Pontificatus apicem eve-
D ctum venerata eſt, atque in lætiſſimæ exul-
tationis argumentum conſtituit, ut quotan-
nis ipſa creationis die, quæ fuit 28. Octo-
bris, in Templo D. Petronii Sacris Miſſa-
rum Solemniis Magiſtratus intereſſent, &
equotum curſu populi lætitia proderetur.

A Poſtmodum creato Clemente VIII. Summo 1592
Pontifice, Gabriel Bononiam reviſit, ac Sy-
nodum Diœceſanam celebravit; qua occaſio-
ne plures Reliquias S. S., quæ privato in
loco Epiſcopii aſſervabantur, tranſtulit ad
Altare B. V. à ſe in Metropolitana extru-
ctum. Tunc etiam quatuor Sacerdotes dele-
git Sacramenti Pœnitentiæ miniſtros, collata
ipſis ampliſſima facultate ſolvendi, quos pro-
pterea Pœnitentiarios vocant, iiſque attri-
buit Eccleſiam S. Andreæ de Plateſiis. His
peractis, rurſus Romam evocatur à Pontifi-
ce, graviſſimis negotiis expediendis; inter
quæ nequaquam ſuæ Bononienſis Eccleſiæ
oblitus eſt. Nam ſollicite curavit, ut huc
B venirent Clerici miniſtrantes infirmis. In-
ſtituta eſt hæc Congregatio piorum virorum
à Camillo de Lellis, atque approbata pri-
mùm à Sixto V. an. 1586., deinde tamquam
Religionem ab aliis diſtinctam eſſe voluit,
multiſque gratiis ac Privilegiis auxit Gre-
gorius XIV. expeditâ Bullâ ſub die 21 Se-
ptembris an. 1591. Horum inſtitutum eſt
juvare infirmos, eorumque neceſſitatibus
tum animæ, tum corporis conſulere, quod
quidem magno ægrotorum bono præclare
præſtant. Itaque Gabriele inſtante B. Ca-
millus Bononiam miſit P. Joannem à Cali-
ſano, quem excepit Alphonſus Palæotus,
illique aſſignavit Eccleſiam S Columbani, 1597
C dudum Monachorum S. Galli Monaſterium,
poſtmodum Monialium Ordinis S. Benedi-
cti, demum Parochialis & Collegiata. Sed
his Clericis ubi data eſt, Parœciæ domus
proximis Parœciis diſtributæ fuerunt. Ga-
brielem etiam tamquam auctorem, imo tam-
quam optimum parentem agnoſcunt tum
domus Cathecumenorum, & Neophyto-
rum, ubi pueri puellæque Chriſtianam
Religionem ſuſcipientes aluntur, & Catho-
licæ Doctrinæ præceptis informantur, cum
ædes mulierum pænitentium, atque alia
plura pia loca, quæ vel excitavit, vel in-
ſtauravit. Atque hæc quidem Bononiæ:
Romæ vero quamplurima Chriſtianæ Rei-
D publicæ utiliſſima egit, quæ proſequi non
eſt hujus inſtituti. Tandem ſenio, labori-
bus, ac meritis plenus obiit Romæ ex do-
lore calculi anno 1597. XI. Kal. Auguſti
ætatis 75. Corpus exenteratum Bononiam
delatum eſt, atque tumulatum in Confeſſio-
ne

Digitized by Google

ne Baſilicæ S. Petri ante Sacellum Chriſto è A
Cruce pendenti dicatum, cujus altare Gregorius XIII. an 1575. Palæoto efflagitante pro ſuffragiis D ſuoctorum Apoſtolico Privilegio inſigniverat. Tumulo, ſicut ipſe juſſerat, hæc tantum inſcripta:

Hic jacet corpus Gabrielis Palæoti S. R. E. Cardinalis & Archiepiſcopi Bononiæ primi, cujus anima requieſcat in pace. . .

Plura ſcripſit doctus eruditisque viris maxime probata. Præter Epiſcopale, & Archiepiſcopale, ac ſalutaria monita ad Clerum, & Populum diverſis temporibus edita, egregium librum vulgavit de Nothis & Spuriis, mole quidem exiguum, ſed doctrina ampliſſimum, qui ab harum rerum peritis ma- B
gno in pretio habetur. Alios etiam de Bono ſenectutis, & de Sacris Imaginibus eruditi magno plauſu exceperunt; ut etiam graviſſimum illum de ſacri Conſiſtorii conſultationibus. Scripſerat multa alia, nempe Acta Concilii Tridentini, cui interfuit, illue à Pio IV miſſus an. 1561., dum eſſet Sacræ Rotæ Auditor, *qui Legatis Apoſtolicis aſſiſteret, & tam egregium opus conſilio, & opera adjuvaret*; ut refert Alexius Ledeſma in ejus vita lib. primo cap. 7. Præterea de cælibatu Sacerdotum, Deciſiones cauſſarum, Sermones varios, Epiſtolis Regibus aliiſque primariis viris datas, ſed hæc lucem hactenus non aſpexerunt. Laudatus Alexius Le- C
deſma Clericus regularis S. Pauli, & Pœnitentiarius in Metropolitana Bononienſi Vitam ejus tribus libris complexus eſt, quibus eleganter deſcribit acta & virtutes Gabrielis Palæoti; Viri plane digni, ut ait Ughellus, *ut ex ejus Præſulatu Bononiæ, tanta Civitas, ſibi putet ad perennitatem incomparabile decus acceſſiſſe.*

ALPHONSUS PALÆOTUS.

GAbriele defuncto, Alphonſus ejus conſanguineus, & jamdudum Coadjutor inſtitutus, Pallio à Summo Pontifice accepto Bononienſis Eccleſiæ adminiſtrationem D
1597 pleno jure ſuſcepit anno eodem 1597. Inauguratus enim fuerat Coadjutor, cum ſpe futuræ ſucceſſionis, eumque inauguraverat Ferrariæ Joannes Fontana ejuſdem Civitatis Epiſcopus, aſſiſtentibus Hercule Sacrato Comacленſi, & Gaſpare Silingardo (non ut perperam ait Maſinius, Philippo Sega, qui jam ad Eccleſiam Placentinam tranſierat anno 1578.) Ripæ Tranſonæ Epiſcopis. Hic tum virtute propria, tum Prædeceſſoris ſui exemplo ſtimulatus præclara multa geſſit, eoque ſedente, Bononia novis Religioſorum familiis aucta. Ac primo quidem
1599 an. 1599. die nona Maij, in quam incidit Dominica quarta poſt Paſcha, Clericos Re- E
gulares, quos Theatinos nuncupant, à Jo. Petro Caraffa, & Cajetano Thienæo, poſtmodum Sanctorum faſtis adſcripto, inſtitutos, & à Clemente VII. approbatos anno 1524 excepit, & ad S. Bartholomæum collocavit. Extruxerat hanc Eccleſiam D. Petronius an. 432., incenſam refecere Nobiles de Gozzadinis an. 1298., collapſam Joannes Leonis Decimi Datarius ex eadem gente de Gozzadinis reſtituit an. 1516. Verum in ampliorem & elegantiorem formam conſtructa eſt poſtmodum, & magnifice or-
1598 nata. Cum Clemens VIII. Ferrariam aditurus Bononiâ tranſiret, Alphonſus in Metropolitana Eccleſia obſequium illi præſtitit non tam ſplendidiſſimo apparatu, quam ſummo venerationis, & humilitatis officio.
Tum Clericis Regularibus S. Pauli Decol- 1600
lati, quibus an. 1593. S. Andreæ ædes tribuerat, & Pœnitentiariorum munus commiſerat, locum ad S. Michaelis Archangeli Eccleſiam in Urbe aſſignavit; ex qua anno 1606. in proximas domos eorum de Garzonis ab ipſis Clericis emptas migrarunt, inibi amplo Collegio extructo, & prænobili Templo, ſtructura, marmoribus, ac picturis egregiis ornatiſſimo. Hnc Religioſorum Virorum genus auctores ſuos agnoſcit Bartholomæum Ferrarium Mediolanenſem, & Antonium Mariam Zaccariam Cremonenſem; approbatum vero fuit à Clem. VII. an. 1533. dum Pontifex Bononiæ eſſet. Nec Virorum ſolum, verum etiam piarum Mulierum Congregationes Alphonſus in Civitatem invexit; eas ſcilicet, quæ à D. Urſula Protectrice Urſulinæ vulgo dicuntur, & jampridem Brixiæ an 1537. inſtitutæ fuerunt. Harum eſt potiſſimum caſtitatem profiteri ſingulari quodam ſtudio; Hinc floream coronam geſtant caſtitatis inſigne, & cum eodem ornamento ſepeliuntur. Eo Præſule, Clemens VIII. confirmavit 1604
erectionem Archiepiſcopatus Bononienſis, duabus Suffraganeis Sedibus mutatis. Nam cum Gregorius XIII illi attribuiſſet Epiſcopos, Cervienſem, & Imolenſem, Eccleſia Ravennas grave ſuæ jurisdictionis, præeminentiæ, & auctoritatis præjudicium ſe paſſam eſſe conqueſta eſt. Quamobrem Chriſtophorus Boncompagnus tunc Ravennas Antiſtes, quamquam Civis Bononienſis eſſet, & Gregorii nepos, patriæ nihilominus, & patrui amorem ac reverentiam amori ſuæ Eccleſiæ, & juſtitiæ (ut cenſebat) zelo poſthabuit. Tentavit enim impugnare, & irritari ac retractari facere literas Gregorii, ob cauſſas, quas refert laudatus Clemens in Bulla confirmationis. Mota ergo lis eſt, & pluribus annis agitata, eaque tandem, Ravennatenſem Sedem tenente Petro Cardinali Aldobrandino, hunc finem habuit: Ut Epiſcopi Imolenſis, & Cervienſis Ravennati Archiepiſcopo reſtituerentur; Bononienſi ſuffragari paſſi ſunt Antiſtites Cremæ & Burgi S. Domnini; confirmata erectio, & inſtitutio ejuſdem in Metropolitanam, provinciæque diſtinctæ, ac utriuſque fines deſignati, data eſt Bulla an. 1604 18. Kal. Januarii, ac quadraginta ſex Cardinalium ſubſcriptione roborata. Sequenti Al- 1605
phonſus erigendæ Archiepiſcopalis Baſilicæ primum lapidem poſuit, his verbis inſculptum: *Alphonſus Palæotus Bononien. Archiep. & Princeps Metropolit. ædem anguſtam, ac prope dirutam in ampliorem à fundamentis reſtituturus, primum hunc lapidem ſolemniter poſuit. An. ſalut. MDCV. die Annunciationis B. M. V. per mortem Clement. VIII. vacante Sede Rom.*

Demum pluribus pro Eccleſia ſibi credita functus laboribus, deceſſit an. 1610. die 1610
18. Octobris, annum agens octuageſimum, ſepultus eſt in confeſſione Baſilicæ Metropolitanæ, ubi Prædeceſſor ejus Gabriel fuerat tumulatus, translatus deinde in ſuperiorem Eccleſiæ partem, atque in ſepulcro, quod eſt ante Altare ſuæ gentis conditus,

ſer-

fertur ſuam ipſe vitam ſcripſiſſe, dum eſſet
annorum ſeptuaginta & unius, quam mihi
videre non licuit. Alia etiam reliquit ſui
ingenii monumenta; nam præter monita
ſalutaria, quæ Gabriel Palæotus variis tem-
poribus ediderat, à ſe in compendium re-
dacta, & Clero ac Populo propoſita, egre-
gium librum compoſuit, continentem ex-
plicationem Stigmatum, quæ in Sacra Syn-
done Taurinenſi viſuntur impreſſa, quem
*non minus doctè, quàm piè ac devotè conſcri-
ptum* (ut loquitur Clem. VIII. in privile-
gio, libro ipſi præfixo) *ad Populi Bononien-
ſis, & aliorum piorum Chriſtifidelium ſpiri-
tualem ædificationem in lucem protulit.*

SCIPIO BURGHESIUS.

ECcleſia deinde demandata eſt Scipioni
1610 Cardinali Burgheſio, qui Pauli V P. M.
nepos, graviſſimis, operoſiſque negotiis ex
pediendis Romæ detentus, numquam Bo-
noniam adire potuit. Quamobrem, eum
Archiepiſcopalem Sedem tenuiſſet per an-
num & menſes aliquot, eâ ſponte ceſſit, præ-
pingui penſione ſibi reſervata. Porro à Sci-
1611 pione Archiepiſcopo conſecrata fuit Eccleſia
S. Mariæ auxiliatricis (vulgo *del Soccorſo*)
paucis antea annis ædificata ad muros Ur-
bis in vico Burgi S. Petri per Julium Cæ-
ſarem Signium Bononienſem Civem, ac
Epiſcopum Reatinum, quo Epiſcopatu ta-
men ille ſe abdicaverat anno 1603., &
Bononiæ tum degebat. Illius autem Eccle-
ſiæ initia hæc fuere. Anno 1517. quidam
pueri memorati vici in mœnium loco, ubi
olim Urbis porta fuerat, Imaginem Deipa-
ræ venerari cœperunt. Creſcente in dies
pietate, plures illius viciniæ concurrebant
ſtatis horis veſpertinis ad laudes Virginis
canendas: Quapropter viſum eſt aliquibus
hanc illius gentis pietatem fovere, elegan-
tiorem Imaginem venerandam proponendo.
Sed cum diſſenſiones ſuborirentur, dum
alius hanc, alius illam mallet ibi locatam,
Hieronymus Fracaſſatus Rector ejus Parœ-
ciæ, in cujus finibus erat locus, ſtudia re-
ſtrinxit, &, quamdam ſatis antiquam ſta-
tuam B. Virginis, piâ pompâ illuc detulit
an. 1522. conſtructo inibi pro loci & tem-
poris opportunitate exiguo Sacello. Cum
verò miſeranda lues Urbem invaſiſſet anno
1527. incolæ Burgi S. Petri auxilium Dei-
paræ ferventius implorarunt, atque, ut illius
opem in præſenti diſcrimine impetrarent,
Statuam publica ſupplicatione per vicum
contulerunt anno 1528. Dominica ſecunda
poſt Paſcha, quæ fuit Nonis Maji. Ex eo
tempore peſtilentiæ vis nedum imminuta,
ſed penitus extincta fuit; quare Cives præ-
ſentiſſimum auxilium Deiparæ per hanc ſui
Effigiem ferentis agnoſcentes, & illi nomen
Auxiliatricis fecerunt, & huc confugien-
dum ad peſtilentiæ morbum avertendum
ſtatuerunt. Conſtituerunt inſuper Sacram
eandem Effigiem quotannis deferendam ad
Eccleſiam D. Rocchi; ibique ſolemni pom-
pa, & ritu Divinam Hoſtiam Deo Eucha-
riſticè offerendam, quod ſecunda Domini-
ca poſt Paſcha religioſe obſervatur. Inte-
rim Sacellum in amplam Eccleſiam, quan-
tum loci anguſtiæ permittebant, evaſit, ele-
ganter ſatis conſtructam, & egregiis pictu-
ris ornatam: atque hæc illa eſt, quam dixi-
mus per Julium Cæſarem Signium conſe-
cratam anno 1611. die 28. Auguſti, qui fuit
dies Dominicus.

ALEXANDER LUDOVISIUS.

ECcleſiam igitur Bononienſem dimiſſam
à Scipione Burgheſio obtinuit Alexan-
der ex prænobili Ludoviſiorum familia Bo-
noniæ natus, qui generis nobilitatem, vir-
tutum, & dignitatum ſplendore quàm ma-
ximè auxit, & illuſtravit. Primo enim ſatis
juvenis à Gregorio XIII. electus eſt Capi-
tolii Judex: tum à Clemente VIII. factus
Referendarius utriuſque Signaturæ; deinde
juſſus tenere locum Cardinalis Vicarii in
civilibus, quandoque etiam adimplere par-
tes Vicesgerentis, mox conſtitutus Roma-
næ Rotæ Auditor. Quæ munera omnia ita
explevit, ut *apud omnes incorrupti perſpica-
ciſſimique Viri laudes tulerit*, ſic de illo Ughel-
lus; miſſus poſtmodum una cum Maffæo Bar-
berino tunc Cameræ Clerico Beneventum
ad componendas contentiones inter Mini-
ſtros Pontificios, & Regios, negocium ma-
ximè arduum eximiâ prudentiâ, & admira-
bili dexteritate perfecit. Quibus, atque
aliis, quæ memorare longum eſſet, Viri
meritis, & virtutibus permotus Paulus V.
eum Archiepiſcopum Bononienſem creavit
IV. Idus Martii. Anno ſequenti ſacram vit- 1612
tam B. V. à quodam ſacrilego (cujus no-
mini parcimus) ſuffuratam, atque aliò aſ-
portatam magna & ſui, & totius Urbis
exultatione recepit, ſolemnique pompa in
locum, unde fuerat ſublata, repoſuit. Eſt
autem vitta B. V. zona ex ſerico, ut vide-
tur, & lana contexta, longitudine duorum
circiter cubitorum, latitudine duorum di-
gitorum, quam Deipara, ut fœminarum He-
bræarum mos erat, capiti circumligabat,
quibuſdam ſanguineis maculis aſperſa cer-
nitur, quas pie credimus contraxiſſe, cum
Virgo Mater Filium ad Calvariæ montem
Crucem ferentem amplexata eſt. Illam D.
Petronius ex Hieruſalem ad nos retulit an-
no 432., & eam ex tunc Civitas religioſè
æque, ac diligenter veneratur, & cuſtodit.
Sed diligentiam ſuperarunt impiiſſimi ho-
minis furaciſſimæ manus, namque ille VI 1613
Nonas Martii, quæ Sabbatum fuit, (dies
profectò Civitati noſtræ inter nefaſtos com-
putandus) ſacrum pignus ſuffuratus eſt, ac
cum eo Venetias ſe contulit, illud, ſi poſſet,
ut tentavit, pecuniâ commutaturus. Ubi
furtum innotuit (innotuit autem poſt bi-
duum) tota Civitas commota eſt, atque
illico in omnes partes miſſi, qui furem fur-
tumque exquirerent. At Archiepiſcopus ſuas
partes eſſe duxit monere populum, ut ad
Dei, Virginiſque Matris indignationem
placandam, ſi fortè ob noſtra ſcelera per-
miſſum eſſet, ſacra pignora hinc auferri,
quæ, ut rectè cenſemus, Urbibus ſunt, non
tam decus, quàm etiam præſidium. Ea pro-
pter ſolemnem ſupplicationem indixit IV.
Id. Martii à Metropolitana Eccleſia ad Ba-
ſilicam S. Petronii hic expoſito per quadra-
ginta horas continuas Venerabili Sacramen-
to. Vix hæc facta fuerant; & ecce Nun-
cius ſacram vittam inventam Venetiis, un-
de ad nos reducta fuit, ac III. Idus Apri-
les, quæ fuit item dies Sabbati ejuſdem an-
ni, frequentiſſimo populo concurrente, in-

gentique pompa, nec minori totius Urbis
ſtudio in Baſilica S. Stephani collocata.
1614 Anno 1614. per Alexandrum Boſcum Vica
rium Generalem recognovit Corpora SS Pa-
ſtoris Amani & Socii Martyrum, quæ Paulus
V. Claudio Aquavivæ Generali Præpoſito So-
cietatis Jeſu donavit; Generalis verò Eccle-
ſiæ S. Luciæ ſuæ Congregationis tribuit.
1616 Miſſus deinde à Pontifice Nuncius ad Du
cem Sabaudiæ, ut ab Italia imminentia bel
la averteret, pacem componendo inter præ-
dictum Ducem, & Regem Hiſpaniæ, rem
ex ſententia Pontificis confecit; eodemque
anno purpureo Galero decoratus eſt, attri-
buto illi titulo S. Mariæ in Tranſpontina. Eo
1618 ſedente Senatus donavit Eccleſiam S. Ma-
B riæ extra Portam majorem Patribus Carme-
litanis à S. Thereſia reformatis, qui antea
in vico prope viam S. Stephani ſatis angu
1619 ſtas ſedes poſuerunt anno 1606. Poſtero
Clericos minores excepit, & ad S. Proſpe-
rum, olim Eccleſiam Parochialem, collo-
cavit, quo in loco manſerunt ad annum
uſque 1641, tum die 10. Aprilis migrarunt
ad vicinas ædes S. Laurentii in Porta Steria;
demum anno 1647. eum locum, quem mo-
dò tenent, obtinuerunt; ubi, ſi Ghirardac-
cio fides (p. p. ſic. 469.) exſtabat Eccle
ſia, cui titulus S. Maria Mater Domini.
Porrò hujus Congregationis auctor fuit Joan-
C nes Auguſtinus Adornus Janueníis, cum
aliquibus Sociis, qui Inſtituti ſui approba-
tionem impetrarunt à Sixto V., approba
tionis autem literæ emanatæ ſunt Kalend.
Julii anno 1583. Eodem anno cœpta eſt
ædificari nova Eccleſia PP. Carmelitarum
S. Thereſiæ, ad quam ut commodior eſſet
via, conſtructa egregia porticus longitudi-
ne mille & ſeptingentorum pedum. Ut Pa-
tribus S. Thereſiæ, ita & Monialibus ſtu-
dioſè favit Alexander: iſtis enim Domum,
& Eccleſiam conceſſit in via S. Stephani:
quamquam Eccleſia, utpote nimis publicæ
viæ proxima, ac proinde juxta earum vir-
ginum inſtitutum, minus ipſis apta, diru-
D pta eſt poſtmodum, atque pro ea alia ædi-
ficata, quam modò videmus, à via paullo
1620 remotior. Defuncto Paullo V. Archiepiſco-
pus Romam perrexit, ut adeſſet Comitiis
ad Pontificem deſignandum coactis; in qui-
bus Divina Providentia factum eſt, ut ipſe
Summus Chriſtiani Orbis Hierarcha renun
ciaretur die 9. Februarii anno 1621. Gre
gorii XV. nomine aſſumpto. Quæ edidit
ſui Pontificatus tempore, egitque laudibus,
& memoria digniſſima, proſequi noſtrum
non eſt. Sufficit referre verba Ferdinandi
Ughelli (Tom. 2. col. 67.) ne videar ego
fortaſſis nimius in extollendis Patriæ Civi-
bus *per viginti, & octo menſes* (ait ille)
E *quibus Chriſtiano orbi* (*Gregorius XV.*) *jus*
dixit Divinum, tanta geſſit præclara, condi-
ditque tanta ad mores, ac reipublicæ bonum
decreta, ut vix alius per multos annos prope-
modum excogitare potuiſſet. Ex hac vita ex-
ceſſit laudatiſſimus Pontifex anno 1623. no-
nis Julii.

LUDOVICUS LUDOVISIUS.

INter primas Pontificis Gregorii curas
hæc una fuit, ut Bononiæ Antiſtitem
daret dignum ſe anteceſſore, dignumque
Eccleſia, & Patria ſibi multis titulis cha-
A riſſima. Viſus autem illi eſt omnino aptiſſi-
mus Ludovicus Ludoviſius ex fratre Hora-
tio Duce Fiani, & Lavinia Albergata Ne-
pos. Hunc ergo inſtituit Archiepiſcopum 1621
Bononienſem XII. Kal. Martias, & Cardi-
nalem ſimul S. Mariæ in Tranſpontina crea-
vit, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ Camera-
rium, & Avenionis Legatum. Ipſe verò ac-
cepto Pallio, primùm Cleri commiſſique ſi-
bi gregis profectus curavit, celebrata Sy-
nodo. Tum Patribus Oratorii à Philippo
Nerio, quem Gregorius anno ſequenti San-
ctorum Faſtis adſcripſit, Romæ anno 1550.
inſtitutis, & pridem ad S. Barbaram degen-
tibus, commodiorem ampelioremque locum
B attribuit; data illis æde S. Mariæ Galeriæ
ex conceſſione Pontificis ejuſdem. Tum an 1623
no 1623. aliis dignitatibus, noviſque titulis
auctus eſt; conſtitutus nempe Procancella-
rius, Præfectus Signaturæ Brevium, atque
Abbas Commendatarius Nonantulæ, & S.
Martini de Campis Pariſiis. Profectò ſi de-
cora, ſi titulos dignitatum, ſi animi etiam
dotes ſpectemus, (inerat enim illi animus
ingens, & excelſus tot muneribus honori-
buſque tuendis revera par: atque animo
inerant, comitas, liberalitas, magnanimitas,
pietas, ceteræq; virtutes Antiſtite, & Prin-
cipe dignæ) hæc, inquam, ſi ſpectemus,
vix alium reperire poterimus ea ætate feli-
C ciorem, ut fortunæ filium appellare poſſis.
At veriſſimè dictum, nihil apud mortales
eſſe ex omni parte beatum. Nam primum 1623
graviſſimo mœrore affectus eſt ſacrilega im-
pietate quorundam, qui Sacras Imagines
fœde per contemptum conſpurcabant.
Sceleroſos ut detegeret, nullas diligentiæ
partes omiſit, nec fruſtra labores conſum-
pſit. Brevi enim detecti ſunt peſſimi Sco-
nomiaſtæ, debitiſque ſuppliciis, ut par erat,
affecti. Defuncto Gregorio eodem anno No-
nis Julii Romam contendit, ubi coactis Car-
dinalium Comitiis creatus eſt Urbanus VIII.,
cujus deſignationi in ſummum Chriſtiani
orbis Hierarcam Ludoviſius egregiè juvit.
D Reverſus in Patriam, Paræciam S. Luciæ, ad
cujus Eccleſiam PP. Societatis Jeſu ſedes po-
ſuerant, vicinis Paræciis S. Joannis in Mon-
te, S. Damiani, & S. Blaſii diviſit an. 1624 1624
Eo ſedente, excitata eſt nova Eccleſia in
via Caſtilionis nomine S. Joſeph. Hoc etiam 1627
felicitati ejus importunum accidit, ut Ur-
bem peſte afflictatam videret, cui malo ille 1630
obviam ire contendit, animabus, corporibuſ-
que ſtudioſè providens. Jubilæum enim
ampliſſimum à Pontifice impetravit, tum
profuſis eleemoſynis populum, atque in-
primis Pia Loca liberaliſſimè adjuvit. De-
mum anno 1632. XIV. Kal. Decembribus 1632
interiit confectus inedia, qua ipſe poda-
E gram, eum dire cruciantem, conficere cogi-
tarat. Corpus, ut juſſerat, Romam delatum
fuit, & in Eccleſia S. Ignatii ſepulturam
accepit.

HIERONYMUS COLUMNA.

PAullo poſt Ludovici Ludoviſii obitum,
Urbanus VIII. Hieronymo S. Laurentii
in Lucina Cardinali ex nobiliſſima Colum-
nenſium familia, Bononienſem Eccleſiam
demandavit. Qui Pallio accepto & poſ- 1632
ſeſſione inita, Diœceſis viſitationem an-
no ſequenti occepit; eique perfectæ cele- 1633
brem

brem Synodum Diœceſanam habuit VI. Id.
1634 Junii anno 1634. Sequentibuſque annis ad
uſque 1645 ſibi creditum gregem tamquam
Paſtor optimus verbo pavit, & exemplo.
1644 Cum vero mortuo Urbano, Romam ſe contuliſſet ad comitia celebranda, in quibus
Innocentius X. Summus Pontifex renunciatus eſt die quartadecima Septembris, quietis cupidus, in manibus Pontificis Eccleſiam
egregie adminiſtratam reſignavit in favorem
Nicolai Albergati utriuſque Signaturæ Refe-
1645 rendarii, VIII. Id. Februarii quadam fructuum portione ſibi retenta. Eo ſedente V.
Nonas Maji, anni 1634. quæ fuit Feria
quarta, in foro majori aureum diadema
impoſitum eſt Imagini B. Virginis, quam
Sacratiſſimi Roſarii appellamus, ſolemni ritu, ac magnifica pompa, frequentiſſimo populo adſtante. Pia vero ac celebris impoſitio diadematis facta eſt per Antonium Santacrucium Bononiæ Cardinalem Legatum,
& ipſum Hieronymum Columnam, quo
item Archiepiſcopatum tenente Eccleſia
S. Joſeph in via Caſtilionis ædificata anno
1637. deſtructa eſt anno 1636., atque alia
amplior & elegantior in proximo, ſed aptiori loco conſtructa, additis ibidem ædibus,
in quibus puellæ, ſub quarundam nobilium
Matronarum cura Chriſtiane educantur.

NICOLAUS ALBERGATUS.

1645 EOdem anno, quo Hieronymus Columna
Archiepiſcopatu Bononienſi ſe abdicavit, eademque die collata eſt Eccleſia Nicolao Albergato, qui ſexto Idus Martii inter Cardinales cooptatus eſt ab Innocentio
X., ac eo ex tempore in Ludovici Ludoviſii conſobrini memoriam Cardinalis Ludoviſius dici voluit. Menſe Julio Civitatem
adiit, ſolemnique pompa, ac magna Urbis
1646 exultatione exceptus eſt. Poſtero anno die
vigeſimaſexta Martii Eccleſiam, cui Titolus omnium Sanctorum, recens extructam
publico uſui conceſſit; eam nunc tenent
Religioſæ quædam mulieres Ordinis Servo-
1647 rum B. M. V. Ut vero populo Paſſionis
Redemptoris noſtri memoriam excitaret, inſtituit, ut ſingulis ſextis Feriis horâ diei
vigeſimâ primâ, quâ Dominus noſter in
Cruce ſpiritum emiſiſſe creditur, aliquibus
Nolæ ictibus Metropolitana Baſilica ſignum
daret. Contigit per ea tempora Annam Archiducíſſam Ferdinandi III. Cæſaris filiam
deſponſatam Catholico Regi Philippo IV.
per Italiam iter facere, Hiſpanias aditu-
1649 ram. Summus Pontifex Innocentius X. ad
eam Legatum deſtinavit Nicolaum noſtrum,
qui ejus nomine Reginæ dignitatem, & feliciſſima ſponſalia gratularetur. Quo munere perfunctus Archiepiſcopus Bononiam
1650 redit, unde diſceſſit anno ſequenti, Romam contendens. Ibi ſummi Pœnitentiarii
munere & dignitate auctus, cum ſuam Eccleſiam ſe adminiſtrare non poſſe reſidendo
1651 cognoſceret, eam ultro ceſſit Hieronymo
Boncompagno, Pontifice ceſſionem probante.

HIERONYMUS BONCOMPAGNUS.

COmmendata eſt ergo Eccleſia Hieronymo filio Gregorii de Boncompagnis
Soræ Ducis, ac Senatoris Bononienſis, au-

A auguſtiſſimæque memoriæ Gregorii XIII. P. M.
nepotis, & Eleonoræ Zappatæ ex principibus familiis Neapolitanis, commendata,
inquam, menſe Decembri an. 1651. Ipſe 1651
vero Pallio accepto pleno jure Eccleſiæ adminiſtrationem à Paſtorali viſitatione exorſus eſt; eâque expletâ Diœceſanam Syno- 1654
dum habuit, celebrem præcipue ob leges
in ea latas ad Eccleſiaſticam diſciplinam
retinendam, moreſque Cleri ac Populi reformandos accomodatiſſimas. In eam vero
curam maxime incubuit Hieronymus, ut
adoleſcentes Chriſtianæ Religionis præceptis, & dogmatibus imbuerentur. Quapropter rem profecto pernceſſariam egregie
B promovit, innovatis legibus & inſtitutis editis olim à Gabriele Cardinali Palæoto Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ primo auctore, factâque iiſdem non levi Conſtitutionum acceſſione. Interea Archiepiſcopum
noſtrum Romam advocat Alexander VII., 1660
& Apoſtolico Palatio præficit; cujus muneris partes Hieronymus egregie explevit:
quamobrem ab eodem Pontifice purpureo 1664
Galero decoratus fuit, creatus Presbyter
Cardinalis Tituli SS. Petri & Marcellini.
Anno inſequenti Bononiam vênit diu expe- 1665
ctatus, & expetitus, ingentique totius Urbis plauſu & gaudio exceptus. Tum fuit
cum Collegiis Doctorum Juris Civilis &
C Canonici aggregari poſtulavit, ut refert
Maſinius eorum temporum Scriptor; poſtulatorum compotem fecerunt Sapientiſſimi
Viri die 15. Junii non tam enucleatis ſuffragiis, quàm lætiſſima acclamatione. Mirari profecto ſubit ingenium ac votum magni Præſulis, qui ſummis dignitatibus illuſtris tanti fecerit hæc Doctorum Collegia,
ut illis adſcribi expetendum ſibi, & honorificum duceret. Sed ea erat Hieronymi
indoles à puero literarum ſtudiis addictiſſimi: neque ſolas Latinas coluit, verum
Græcas etiam, in quibus erat non leviter
verſatus; ſedulam operam præterea navaverat Juri Civili ac Pontificio, ut Doctoratus
D inſignia retulerit adhuc adoleſcens. Eo ipſo 1665
anno die ſecunda Auguſti in Metropolitana
Baſilica inauguravit Petrum de Bayellinis
Patricium & Canonicum Bononienſem Archiepiſcopum Thebarum, aſſiſtentibus Franciſco Maria Ghiſlerio Imolenſi Epiſcopo,
& Flaminio Ceſenatenſi. Hieronymo Cathedram tenente Clerici Regulares miniſtran- 1670
tes infirmis ab ædibus S. Columbani ad
proximas ampliores SS. Gregorii & Syri
migrarunt. Has tenuerunt dudum Canonici
S. Georgii in Alga ædificatas partim ære
proprio, partim à Senatu Bononienſi liberaliter collato. Ædes quoque Sanctæ Mariæ Gratiarum, quas habitarant FF. Con-
E gregationis Feſulanæ S. Hieronymi, datæ
ſunt Carmelitis anno 1671. illis ſuppreſſis 1671
per Clementem X. anno 1668. At Hieronymus noſter poſtquam Bononienſi Eccleſiæ
plurimom profuit verbo, & exemplo, in
gravem morbum incidit, ex diuturna (ut
tamquam certiſſimum dicebatur) oratione.
Namque cum ad cœleſtem opem implorandam adverſus Turcas Viennam Auſtriæ obſidione prementes anno 1683. in Metropolitana Eccleſia Auguſtiſſimum Sacramentum
adorationi & precibus Fidelium exponi juſſiſſet, ipſe ante omnes ad multas horas ſingulis diebus orationem inibi protrahebat;

creditum eſt ex animi contentione , ac la- A
bore corporis ægritudinem contraxiſſe, quâ
confectus extremum diem clauſit die 24. Ja-
1684 nuarii. Moriens inſigne argumentum pieta-
tis dedit: Teſtamento ſiquidem inſtituit hæ-
redes æquis portionibus in aſſem pæne in-
tegrum Noſocomia S. Mariæ de Vita , &
S. Mariæ de Morte. Civi ac Paſtori opti-
mo non ſemel parentatum eſt. Quippe in
Metropolitana ejuſdem Eccleſiæ Canonici
primo, tum Conſulatorum Schola tamquam
uni ex XII. Magiſtris ſuis ordinariis juſta
fecerunt. Cadaver conditum eſt in eadem
Metropolitana ante Sacellum gentis ſuæ D.
Rocho Sacrum.

Tempore hujus Antiſtitis pietas Bono- B
nienſium erga Deiparam quam maxime eni-
tuit ; ſingulari ſcilicet cultu proſequuta eſt
Civitas Imaginem B. Virginis (ut vocant)
Præſidii, quam Civitati jamdudum dono de-
derat Narſes Eunuchus anno 553. Tum al-
teram Imaginem vulgo *della pioggia*. Hæc
in æde Orphanotrophii Rhenani aſſervatur.
Sed quod ante omnia Bononienſis populi
erga Virginem matrem religioſum obſe-
quium ac cultum demonſtrat, ſunt celebra-
tiſſimæ porticus ab Urbis porta, (quam Sa-
ragotiæ appellant) ad ſummum montis Guar-
diæ magnifice exſtructæ. Opus profecto mi-
randum, ſeu fabricæ longiſſimum ductum,
ad tria enim milliaria porticus continuæ du- C
cuntur, ſeu molitionis difficultatem; pars
enim montis alicubi complananda fuit, pars
alicubi exſcindenda; ſeu brevitatem tempo-
ris, quo totum opus abſolutum fuit: nem-
pe annis quinquaginta & uno porticus totæ
perfectæ ſunt. Tantæ fabricæ primus lapis
poſitus eſt die 28. Junii an. 1674 à D. Lu-
dovico Generolio Cive optimo & Sacerdote
piiſſimo, cujus hic opportunè mentionem
occurriſſe gaudeo, ut ejus nomen, ſi quid
hæc mea poſſunt, exteris notum ehatumque;
ac, quantum licet per homines, perenne
faciam, hoc, quod reddere valeo, grati ani-
mi argumento proſequutus memoriam illius,
qui me ſacro de fonte levavit. Quæ de Hie- D
ronimo Boncompagno retuli, & ea, quæ de
ſequentibus Archiepiſcopis referam, nota
mihi fecit eruditiſſimus æque ac doctiſſimus,
atque ut ipſe à me appellari gaudet, ami-
ciſſimus Alexander Macchiavellus titulis
quidem, ſed multo magis virtute ac ſapien-
tia, editiſque operibus clarus.

ANGELUS MARIA RANUCCIUS.

MOrtuo Hieronymo diu vacavit Cathe-
1687 dra Bononienſis. Per hæc tempora
tamen ædificari cœpta eſt nova Eccleſia
S. Mariæ de Vita: antiquæ enim tectum
anno ſuperiori penitus ruina conciderat. E
Porro eo in loco B. Virgini ædes conſtru-
xerat populus Bononienſis anno 1260. B. Ray-
nerio Barcobino Fagiano impulſore. Cæle-
ſtini Monachi etiam majus Sacellum ſuæ
Eccleſiæ in ampliorem & elegantiorem for-
mam redegerunt, egregiiſque picturis orna-
runt: qui pariter eo ipſo tempore, quo hæc
ſcribo, nova ornatiſſima Clauſtra moliuntur
magno ſane ſumptu, Architectore Franciſco
Dotti, cui hæc Civitas plura ædificia per-
1688 optime conſtructa debet. Vacante quoque
Sede abſolutum eſt Templum SS. Corporis
Chriſti, à fundamentis paucis antea annis
excitatum; egregia quidem ædificatione &
picturis elegantiſſimis Marci Antonii Fran-
ceſchini & Aloyſii Gracini illuſtre; ſed Sa-
cro Corpore S. Catharinæ de Vigris Bono-
nienſis longe illuſtrius. Dum hæc fiunt In-
nocentius XI. P. M. Archiepiſcopum Bono-
nienſem renuntiavit Angelum Mariam Ra-
nuzzium: de quo jure potuere Bononienſes 1689
illud Poëtæ uſurpare:

Oſtendent nobis hunc tantum fata, nec ultra
Eſſe ſinent.

Quandoquidem ſublato è vivis Innocentio
XI. dum ſe Romam confert Angelus ad co-
mitia celebranda, improviſo morbo corripi-
tur Fani-fortunæ, ibique paucos intra dies
occubuit anno 1689. die 27 Septembris.
Corpus in Cathedrali ejuſdem Civitatis con-
ditum fuit ea pompa, quæ decebat & Car-
dinalem S.R.E. & Paſtorem: fuerat enim
ab Innocentio Fanenſis Eccleſiæ Epiſcopus
inſtitutus. Sed cum de ipſo Archipræſule
morte nobis erepto nihil dicendum ſuperſit,
pauca dicamus de eo Cive optimo & Cla-
riſſimo. Natus eſt Angelus Bononiæ Patre
Comite Marco Antonio Ranuzzio, Matre
Orinthia Sylvia de Albergatis; priuſquam
vero Eccleſiæ miniſterio ſe devinciret, ex-
celſum Antianorum Conſulum Magiſtratum
geſſit cum Andræa Muſotto de Ghiſelardis
agnato ſuo Juſtitiæ Vexillifero. Poſtea Ro-
mam perrexit, ibi variis magniſque nego-
tiis expediendis adhibitus perſæpe, Pontifi-
ci Maximo totique Urbi ſuam in rebus agen-
dis prudentiam maxime probavit. Propte-
rea Fani fortunæ, ut dixi, Epiſcopus inau-
guratus, primo ad Sabaudiæ Ducem Nun-
cius, deinde ad Galliæ Regem Legatus di-
rectus eſt. Hic varias inter difficillimaſque
rerum viciſſitudines ita prudentia, conſtan-
tia, atque animi magnitudine ſe geſſit, ut
Romæ ac Galliæ acceptus fuerit; ita acce-
ptus, ut Innocentius XI. Cardinalatus inſi-
gnia illi contulerit ann. 1686. Ludovicus
XIV. ea illi propria manu impoſuerit. Quæ
vero in Galliis per plures annos egit, hiſto-
riis ejus ætatis ſatis proditum eſt, nec ea ad
inſtitutum Scriptoris rerum Eccleſiæ Bono-
nienſis ulla ratione pertinent.

JACOBUS BONCOMPAGNUS.

EX prænobili gente de Boncompagnis
Civitatis noſtræ ſingulari ornamento,
tum ob multos Clariſſimos Cives Patriæ da-
tos, tum præcipue ob Gregorium XIII. P. M.
Bononienſis Urbis dum viveret certiſſimum
præſidium, & nunc quoque ſplendidiſſimum
decus, ac numquam intermoriturum, natus
eſt Jacobus, atque Archiepiſcopus inaugu-
ratus Romæ Nonis Maji anno 1690. Tum 1690
ille ſtatim Bononiam contendit, & ſolem-
nis ingreſſus faſtu vitato, adminiſtrationi
commiſſi gregis exordium fecit paſtorali
viſitatione inſtituta. Interea Innocentius
XII. Sebaſtianum Tanaram Patritium Bono-
nienſem Sacro Purpuratorum Patrum Col-
legio adſcripſit, unaque ſimul Jacobum no-
ſtrum pridie Idus Decembris an. 1695. Ipſe 1695
vero viſitatione Diœceſeos expleta, magna
commiſſi ſibi gregis utilitate ac laude, Sy-
nodum habuit menſe Junio in Metropolita-
na Eccleſia, in qua plura decreta ſunt 1698
ad Cleri & populi ſpiritualem profectum
egregie conducentia; eaque poſtmodum

Ty-

1699 Typis edita fuere. Hoc interim ſpatio temporum Wilelmina Amelia ex Ducibus Brunſvvicenſibus Joſepbo I. Romanorum & Hungariæ Regi deſponditur, ac Mutinæ, ubi tum ipſa morabatur, ſponſalia celebranda erant, Sereniſſimo Raynaldo I. ejus Urbis Duce in ſolemnem ac lætiſſimam pompam omnem magnificentiæ ſplendorem conferente. Illuc ab Innocentio XII. Legatus eſt Jacobus Sereniſſimæ Sponſæ Pontificis nomine regales nuptias gratulaturus, eaſdemque feliciſſimas ominaturus; quod officii munus ipſe ampliſſime, ac ſplendidiſſime
1700 obivit menſe Januario an. 1700. Tum Innocentio e vivis erepto V. Kal. Octobres, Romam pertexit ad novum Pontificem deſignandum; creatoque Clemente XI. IX. Kal. Decembris, Bononiam reverſus eſt; ac dum ſuæ Eccleſiæ adminiſtrationi incumbit, factus eſt Epiſcopus Albanenſis, retenta adhuc Bononienſis Eccleſiæ adminiſtratione. Plures eo ſedente inſtitutæ ſunt piorum Congregationes (ut vocant). Harum una illa fuit, quæ habetur in antiquiſſima Eccleſia S. Barbaræ ſub protectione excelſi Senatûs; cujus potiſſima cura eſt variis pietatis operibus animas ſalutarium flammarum ignibus expiandas debitis Divinæ Juſtitiæ levare pœnis. Hanc memoramus præ aliis, quoniam ipſa exemplar exſtitit & incitamentum, ut ſimiles Congregationes non paucæ poſtmodum haberentur. Hujus piæ Societatis inſtitutor optimus Civis Karolus Antonius Macchiavelli J. U. D. Colleg. in ſacratiſſimo Paſ-
1718 chæ Reſurrectionis die 17. Aprilis 1718. fuit, & certe Macchiavella Gens ad Patriæ pietatem, decus, & veram utilitatem promovendam augendamque ſummo ſemper ſtudio incubuit: quod præterea apertiſſimè rebus per laudatum Karolum Antonium geſtis comprobatur, eoque magis operibus Collatii ejus Fratris, qui utillimè de Bononienſis Eccleſiæ, & Urbis gubernio egit, item D. Mariæ Eliſabeth eorûmdem Sororis, cui literatorum Reſpublica plurima debet, & demum maximè rebus actis, & ſcriptis Alexandri non ſemel à nobis alias laudati, illorum Fratris, de quo, tamquam de Cive optimè merito, pluribuſque Scientiarum ornamentis exculto Bononienſis Civitas gloriatur. Præterea mulieres pœnitentes S. Mariæ Ægyptiacæ ædes acceperunt in vico (ut vulgo appellant) Noſadellæ curâ Philippi Caroli Certani Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii, Sacerdotis piiſſimi, ac doctiſſimi: Ædes nunc in Monaſterii formam redactas videmus. Atque his omnibus Archiepiſcopus Jacobus opera, auctoritate, pia etiam liberalique manu, ubi res poſcebat, adfuit. Contulit etiam multum ad ejus adminiſtrationis memoriam illuſtrandam Imago quædam B. Virginis ad Caſtra Naſicæ in agro Bononienſi quatuor circiter milliatibus ab Urbe diſtantia. Per eam ſiquidem Deus plurima beneficia Fidelibus Deiparam in ejus Imagine venerantibus, & invocantibus conferre dignatus eſt; atque horum non panca ſupra omnem naturæ ſpem, omnemque virtutem. Ibi nunc Eccleſia ſatis elegans exſtructa viſitur. Interim Benedictus XIII.
1710 extremum diem obiit IX. Kal. Martii 1730., tum Romam Jacobus contendit novum Pontificem cum aliis S. R. E. Cardinalibus deſignaturus; creato autem Clemente XIII. ibidem aliquandiu ſubſtitit, ut expediendis rebus quibuſdam Albanenſis Epiſcopatus propior adeſſet. Quas dum curat, ſubitæ, ſed leviſſimæ genere mortis, (quippe defecit ſenecta ipſa conficiente) clauſit extremum diem IX. Kalendas Apriles 1731. Ju- 1731
ſta magnificè perſoluta fuerunt in Eccleſia S. Andreæ Clericorum Regularium, apud quos morabatur: Corpus deinde Bononiam die 22. Aprilis delatum eſt, & in Metropolitana Eccleſia, ubi cadaver Hieronymi Boncompagni ejus Patrui conditum erat, ſepulturam in veſperis diei 8. Maji accepit; nimirum ante Altare D. Rocho factum, quod ipſe Jacobus exquiſitis marmoribus, egregia arte, ac præclaris picturis Marci Antonii Franceſchini in elegantiſſimam formam exſtrui curaverat, & per eoſdem fere ejus mortis dies fuerat abſolutum.

Sed nec mittendum Jacobo Boncompagno Bononiæ Antiſtiti hæc inſuper, quæ ſequuntur, contigiſſe, & quidem in primis ſub An. Jubilæi 1700. die Jovis 4. Novembris inauguratam Philoſophicam Bononienſem Academiam fuiſſe in Ædibus Macchiavellianis, quæ à ſublimibus materiis in eâ pertractari ſolitis, nomen quoq; Sublimium tulit, qua neſcitur referre quantum & facultas illa, & Bononia commodi, & utilitatis tulerit. Interea ſatagentibus per nova cultus ſui in Deiparam teſtimonia veterem confirmare pietatem noſtris Bononienſibus, diem egerunt quam ſolennem 20. Sextilis 1704. auream precioſiſſimam Coronam auguſtæ cœlorum, terræque Dominæ ſub titulo Carminis Simulacro imponentes ad medium Fori Magni, adhibitâ ad rem ſplendidiſſimâ pompâ, ipſaque illam exornantibus Ferdinando de Abdua Card. Legato, & noſtro Jacobo Card. Archiepiſcopo in conſpectu omnium Magiſtratuum, ac interim effuſâ, adſtanteque universâ pene Civitate, ſub cujus feſtivis vocibus eſt poſtea coronata Imago in Ædes ſuas S. Martini ſupra A oſam oppido relata. Porrò de anno 1708. cum tota exterorum armis noſtra premeretur provincia, illud peculiari Omnip. Dei beneficio, & ipſius Genitricis intactæ præſidio, ac SS. Bononiæ Urbis Patronorum tutelâ eidem Patriæ largitum eſt, ſoſpitem prorſus, atque incolumem inter tot ſtrepitus, calamitates, & pericula, quod mirum eſt dictu, præſervaram, ſingulari quoque Magiſtratuum prudentiâ fuiſſe, ac datis de Senatorio Ordine Germano Militi obſidibus Camillo Co Bolognetto, & Antonio Bovio, placidiſſimè in Novembri menſe die 13. mediam per Urbem XII. millia militum, quærcu amicâ coronatorum una ſimul, ac adeò pacificè pertranſiiſſe, ut vel Artifices à ſuo non fuerint diſtracti opere, ac imbelles fœminæ, & pueri, impavido, imperterritoq; animo novæ, inſolitæque videndæ tantæ rei adſtiterint. Crediderim verò hoc conceſſum, Superis Civium votis fortunantibus, ſuperiori quia in menſe oratio facta eſt ſine intermiſſione, noſtro Præſule indicente, & præcunte, qui ideo in Urbem B. V. à S. Luca pictam Imaginem de Monte Guardiæ die Sabathi 20. Octobris deferri, ac poſtero in S. Petronii, ubi per triduum expoſita eſt, locari permiſit, Franciſco Ghiſellerio tunc Juſtitiæ Signifero, ut in Deiparam

pro-

proximius poſſet ſua ita Populus vota referre, & preces; item ad id inſtituta per ſolemnem ſupplicationem die 27. ejuſdem menſis, & anni publicâ actione, pretioſum S. Annæ Cranium de Sacello ſuo, (quod paucis ab hinc annis affabrè depinxit Joachimus Pizzoli non abſconditi nominis Pictor) in Metropolitanam transferri voluit, ne minus ſe confidere in ea videretur, ac ſalubriter aliàs confidiſſe Majores noſtros compertum habemus; ſub veſperam autem eodem ritu Carthuſienſibus ſuum hocce, & ampliſſimum pignus reſtitutum fuit, illudque laudato in Oratorio in via S. Eſaiæ reſtitutum eſt. Quod ſi adhuc per quædam Capitula à gubernio Bononiæ Præfectis, & Co. Friderico Davin Generali Cæſarianorum Duce die 14. Novembris ſubſcripta, quis eſt, qui plura de inito ſuper his rebus fœdere noſce optet, cum fas eſt, adeat, à quo hæc omnia communicata præmonoi, ac quem adire omnes neceſſitas eogit, qui de rebus Bononienſibus certior fieri efflagitat; amplius autem nobis in his manere, ipſa ſuſcepti noſtri propoſiti ratio vetat, & interdicit. Sed nec minus illuſtris anno 1709. affuit; namq; die 10. Martii potentiſſimus Daniæ Rex Fridericus IV. Bononiam eſt ingreſſus, ubi pro hoſpitalibus datis planè regiis Ranutiorum Ædibus, ſplendidiſſima per officia à Bononienſibus exceptus eſt, delectis item ad gratulandum nomine publico de ipſius adventu Excelſis Viris Co. Vincentio Bargellini præſtantiſſimo Equite, & penè nulli comparando Ampliſſimo Senatore, qui diſertiſſimam ſimul, ac omni majeſtate, & dicendi nitore ornatam orationem habuit, Antonio Bovio, Camillo Co. Bolognetto, & Co. Ferdinando Vincentio Ranuzzi ejuſdem Palatii Domino, & apud quem in diem 13 ejuſdem Martii conquievit, iterumque de Florentia remeando die 25. Aprilis ut pranderet hoſpitatus eſt, continuato deinde ſtatim iu regionem ſuam itinere. Sub diem porrò 14. Junii annos natus, ut latum eſt, 52 diem clauſit extremum Marcellus S. R. E. Card. de Aſte nobiliſſimus Romanus, & Anconæ Epiſcopus; namq; curandæ valetudinis cauſſa cum Bononiam veniſſet, morbo truculentius actus, vitâ cedere eſt impulſus non levi de ſe pietatis multæ relicta opinione; celebratis pro dignitate Exequiis in S. Dominici, apud cujus doctiſſimos Sodales diverterat, in conſpectu Aræ maximæ humi ſepultus eſt ſub humili marmore, modeſtiſſimoque titulo ad ſuperiorem uſque annum 1731. ſervato. Qui verò poſt autumnum conſequutus eſt hyems progreſſus in Aprilem uſque 1710. acutus ità, atque adeò rigidus fuit, quòd frigus tantum ſe nec perſenſiſſe unquam longiori canitie confecti ſenes apertiſſimè faterentur, imò id agri noſtri denudata ad plurimos poſtea annos ſuo virore facies teſtata eſt, cum oliveta, pometa, vineæ, ficus, & delicatiorum fructuum plantæ, ac arbores, in collibus maximè, & ubique penitus exſiccatæ, diſſectæque fuerint, nullusve frutex in viridariis, & hortis ab exſiccationis immaniſſimâ hac clade evaſerit, vel ſuperfuerit. Deinde anno 1710 Senatu rogante, Civitate exigente, & noſtro Archiepiſcopo authumante, inſtitutum, ut S. Dominici Prædicatorum numquam ſa-

A tis celebrandæ Familiæ Parentis feſtus dies omni, qua poteſt, majori ſolemnitate celebraretur, & ſub veſperam, quod venerandum ejuſdem Patriarchæ, Civis ex veteri, ac uſque dum viveret allectione, & Patriæ Patroni Caput in Plateam uſque magnam pro benedicendo Populo deferretur, ac ullis unquam deſit in tantum Protectorem Bononia officiis, cui ſe fatetur quàm maximè devinctam; ergo ita tunc actum primò, die Martis 5. Auguſti, Priorem Conventus agente Archangelo Vincentio Morbelli S.T. Magiſtro, ac viro pluribus nominibus recolendo. Altero anno nempè 1712. aucta

B Sanctis Bononia eſt, Pio V. ſcilicet Ghiſilerio P. M. hinc oriundo, & Catharinâ Vigri vulgò *da Bologna*, quippe in Feſto Individuæ Trinitatis 22. Maji Clemens XI. illos in album Sanctorum retulit; Ob id autem quantum gratulata Bononia ſit, difficilè dictu, auctâ inſuper lætitiâ propter ejeratam per ea tempora apud nos in Ædibus Bentivolorum lutherana hæreſi à celſiſſimo Friderico Auguſto Principe hæreditario Electoratus Saxoniæ, & Regis Poloniæ filio. Sequenti 1714. die 23. Martii Jacobo quoque noſtro præſente, cum longè ſolemni actione Inſtitutum Scientiarum Bononiæ inauguratum eſt, quod eſt opus æternæ memoriæ verè Illuſtriſſimi Viri Co. Aloyſii

C Ferdinandi Marſilii, qui effuſo in Patriæ bonum pretioſiſſimo patrimonio, illud Senatui commendavit, & porrò ſub honeſtorum hominum, & Litteratorum Virorum ingenti mœrore vitam amiſit Kal. Novembris 1730. condito cadavere apud Capuccinos. Verùm anno 1723. die 26. Julii jactus eſt primus lapis ſub grandi apparatu, & ſolemni ritu in Monte Guardiæ amplioris noviter deſignatæ Eccleſiæ ibi in honorem B V. à S. Luca pictæ Civium oblationibus extruendæ, Bernardino Comite Mareſcoto rem agente Bononienſis Metropolitanæ Archipresbytero. Cæterum hic annus ubertate tanta auctus, cumulatuſque eſt, quod Aſſiſia, ſive,

D ut appellant, *Calmiero*, prolata ſit ad rationem librarum quinque pro qualibet orba, quo tenui pretio nulla eſt memoria fuiſſe unquam idem triticum Bononiæ venditum. Sed nec minus recolendus Jubilæi A. 1725. vel propter abſolutum magnificentiſſimum, & planè auguſtum ejus ſumptuoſiſſimæ Porticus ædificium Civium dumtaxat liberalitate, & in Deiparam pietate conſtructum, quæ continuo eo ſub nobili protecto ab Urbe in Ædes B V. à S Luca pictæ deducit, idque operâ tum præſertim D. Joſephi Brighenti Civia optimi, atque Sacerdotis piiſſimi, cujus proinde non oblireranda memoria penes nos perpetuâ in benedictione erit, prout

E in ævum & agemus de Senatore Franciſco Maria Marchione de Monte Bendini, qui ut vixit, illi operi perficiendo ſummopere ſtuduit. Vel propter celebratam (res eſt autem apud nos hæc perrara) in maxima & penè ex omni gente, & lingua Vocalium frequentia, Dominicanorum Comitia generalia, in quibus de more in pervigilio Pentecoſtes die Sabathi 19. Maji ex unanimi ſententia datus Ordini ſplendidiſſimo, & electus eſt in LXII. Magiſtrum Generalem Prædicatorum Thomas Ripoli à Barcinona tunc Provincialis Arragoniæ, cui ſuum eſt omnino ſatis nomen, & ornamentum

rum. Vel poſtremò quòd poſtridie Kal. Junii ſingulari media ſupplicatione, Ægroti mederi ſoliti ad Plateam per Ven. Archiconfraternitat. S Mariæ de Vita, abs veteri ad novum ampliſſimum Noſocomium prope defluentem Rhenum ſalubrioris aëris cauſſa, translati ſint, ubi apertè quid Bononienſium pietas, & operoſa magnificentia noſtris licet diris, difficillimiſque temporibus poſſit, perhibetur. Ad A. verò 1728. quod ſpectat, Comitia ſunt item generalia ad S. Mariam Miſericordiarum, juxta mœnia Bononiæ, per meam Auguſtinianam Congregationem, ut appellant, obſervantem Lombardiæ, ſolemniter in Aprili menſe habita (quæ ſi memoro, ut vitio nolim exſordeſceotis jactantiæ, & affectationis vertat jam quiſpiam quaſi is vel ſim, qui præſumam mea laudare, verùm potius ad juſtæ commendationis titulum, quod referre velim,. poſtquam ipſa merentur laudari, nec res eſt de nobis ipſis, & ſingularibus planè, ſed agitur de univerſo cœtu, cui tamquam celebrato, & in præcipua opinione apud prudentes homines, nomen Deo favente dudum dedimus, & pro viribus operam conferimus), ac in his communibus ſuffragiis Dominico die 18. Aprilis, Generalis Vicarius Petrus Paulus Quaglini Pedemontanus electus eſt, ea Dignitate planè digniſſimus. Quod autem Congregationi meæ ob hæc Comitia lætandum, ſummopere accedit, iode colligitur, unde ſecum docta Bononia plurimùm gratulata eſt, nempe ob res ea occaſione de Suggeſtu, atque Cathedra actas illi vetuſtiſſimæ Academiæ gratiſſimas, quæ ideo de auſcultato diſputate inter ceteros graviſſimo Doctore Joſepho Maria Raffredi ex Auguſta Taurinorum, audita eſt in admirationem rapta tantæ ſcientiæ, hæc per anceps judicium effari, Auguſtinum vel eſſe illum redivivum, vel plane Auguſtini idolum. Per hæc quoque tempora juſſu noſtri Archiepiſcopi cœpere publicis intereſſe ſupplicationibus unà cum aliis Confratribus ſequentes Sodalitates, nempe S. Antonii de Padua in S. Mariæ *del Cemiterio*, vulgò *della Grada*, ad mœnia Urbis inter Portas S. Eſsïæ, & S. Felicis; SS. Angelorum Cuſtodum in Præpoſiturali notiquiſſima S. Columbani, inter ædes piiſſimæ Congregationis B. V. *dell'Orazione*, & Collegii Lucenſium; S. Mamnantis in S. Mariæ, vulgò *della Libertà*, ſupra Aſceterium Monialium S. Agnetis, & S. Mariæ de Aurora in Eccleſia S. Martini de Caccianimicis in Porta nova prope Palatium publicum Magiſtratuum. Addo ſub Jacobo Boncompagno Archiepiſcopo non paucis decoratam Cardinalibus Civitatem quoq; noſtram fuiſſe, in primis autem die 12. Decembris 1695. Sebaſtiano Antonio Tanara Abbate Nonantulano, cùm eſſet Nuncius apud Cæſarem, ac qui poſtremò pietate multa cumulatus Decanum agens Sacri Collegii, Romæ deceſſit 6. Maji 1724. qui etiam in Urbe humatus eſt; Porrò Alexandro Caprara ex Auditoribus, ut appellant, S. Rotæ, quem Clemens XI ultimo ſenio confectum, dudum promeritâ Purpurâ ornavit die 17. Maji 1706., obiit verò & ipſe Romæ die 8 Junii 1711., ac ibidem conditus eſt. Item Ulyſſe Joſepho Gozzadini, & quidem à laudato Clemente XI. die 15. Aprilis 1709., qui illummet Epiſcopum Imolenſem conſtituit, ac porrò Legatum de Latere ad deſponſandam Philippo V Hiſpaniarum Regi in Urbe Ducali Parmæ Principiſſam Elizabeth Farneſiam, prout magnificentiſſimè rem tamen die Dominico 16. Septembris 1714 explevit, ac tum cùm inſuper Legatione Romandiolæ, atque Exarchatus Ravennæ fungeretur; demum Imolæ vitam in mortem commutavit die 20. Martii 1728. eâque ſuâ in Cathedrali ſepultus eſt. Rurſus Jo. Antonio De Via per eumdem Clementem XI. die 18. Maji 1712. per quem una Arriminenſium Inſulis fuit honeſtatus, quas porrò, ut expeditius Romanæ Aulæ copiam ſui faceret, dimiſit. Tandem una & eadem die 29. Aprilis 1728, Benedicto XIII. authore, tum Proſpero Laurentio Lambertini Epiſcopo Anconitano, de quo infra dicemus, cum Vincentio Ludovico Gotti Theologo eximio, Controverſiarum publico Profeſſore, & Scriptore celebratiſſimo ex Catholica, & ſplendidiſſima Prædicatorum familia, cui ſub ingenti totius Patriæ ad eas ædes effuſæ gratulatione, ac coram univerſis Magiſtratibus, Cardinalatus Inſignia fuere inter Miſſarum ſolemnia die 9. Maji Dominicæ collata, ac quem in Patriarcham Jeroſolimitanum ibidem, ac præſertim in magnificentiſſimo Sacratiſſimi Roſarii Sacello, poſtea Jacobus noſter Archiepiſcopus in feſto die Pentecoſtes 16 Maji ejuſdem anni conſecravit, miniſtrantibus Reverendiſſimis Torello Epiſcopo Forolivienſi, & Cervionio de Monte-alcino ex Auguſtinianis per eam ætatem Epiſcopo Faventino. Tandem noverit Lector celebritates quotquot annis inpoſterum habendas quàm plures eſſe ſub hoc Archiepiſcopo inſtitutas cum laudum Orationibus per ornatiſſimos viros haberi ſolitis, ut puta de S. Cyro Medico in Parochiali S. Andrææ de Anſaldis; de S. Petronio in Decanali S. Sigiſmundi, quam veterem, rudiſſimamque Eccleſiam in elegantiorem ſuo ære, & Fidelium piorum largitionibus à fundamentis Joſeph Maria Palladini in præſens Rector inſtauravit, & de S Nicolao Barenſi Epiſcopo in ſua æde ad viam S. Felicis, ac etiam cetera memoriâ digna, quæ cum aliis rebus pluribus idcirco prætermittimus, propterea quia ea univerſam ſingillatim recenſere fortè ſupervacaneum, & prorſus longum nimis foret.

PROSPER LAMBERTINUS.


PRoſper ex antiquiſſima, & clariſſima familia de Lambertinis pene adoleſcens Romam contendit, atque in ampliſſimo illo Chriſtiani orbis Theatro per annos plures ſingularis doctrinæ, ac eruditionis argumenta dedit. Idcirco Summis Pontificibus Clementi XI., ac Innocentio XIII. acceptiſſimus, graviſſimis negotiis expediendis ſæpius adhibitus, multiſque Sacris Congregationibus adſcitus, expectationi, & votis egregiè reſpondit. Propterea titulis, atque Dignitatibus ſubinde auctus, tandem à Benedicto XIII in Sacrum Cardinalium
Collegium cooptatus fuit anno 1728. prid. 1728
Kal. Majas, unà cum Vincentio Ludovico Gotti Ordinis Prædicatorum, Cive Bononienſi, Theologiæ ſcientiâ, atque editis Libris

A bris celeberrimo. Eodem anno Proſper conſecratus eſt Epiſcopus Anconæ, à qua Eccleſia ad Bononienſem, Jacobi Boncompagni morte Paſtore viduatam, translatus eſt [illegible] Kal. Majas ann. 1731. Excellentiam, perfectamque hujus Archiepiſcopi ſapientiam, quam non pauca monumenta Typis edita demonſtrant, vigilantiam, zelum, ceteraſque virtutes Epiſcopo dignas, quibus Eccleſiæ ſibi commiſſæ commodis, utilitatibusque ſedulo inſtat, proſequi pluribus omittam. In viventis enim, atque Clariſſimi Præſulis commendatione *magis vereor* (verbis utar Auguſtini Epiſt. 226. juxta antiq. edition.) *loquacitatem meam reprehendi, quam eloquium requiri.*

CAROLI CONSTANTII RABBII PROTESTATIO.

Quamquam tum in Notis ad librum Caroli Sigonii de Epiſcopis Bononienſibus, tum in mantiſſa Archiepiſcoporum, qui ad hæc uſque tempora Eccleſiam Bononienſem adminiſtrarunt, acta continente, ſtudioſe ac diligenter cavi, ne titulum aut Elogium Sancti aut Beati cuiquam tribuerim, niſi iis, quibus per Eccleſiæ approbationem jure debetur: ſi quid tamen forte aliter à me factum in mea hac opella reperiatur, ſciant omnes velim, illud B *inogitanti mihi, imo nolenti, excidiſſe. Quandoquidem Decretis S. R. & Univerſalis Inquiſitionis ann. 1625. & 1634. ac F. M. Urbani PP. VIII. an. 1631. editis me prorſus obedire velle profiteor, ut decet hominem S. R. Eccleſiæ filium ſe eſſe gloriantem, atque ab ea in quacumque ſcriptione ſua dirigi, & emendari cupientem.*

F I N I S.



VITÆ

VITÆ
BB. LUDOVICI MORBIOLI, ET PARISII,
CIVIUM BONONIENSIUM
A DOCTISSIMO VIRO
CAROLO SIGONIO
SCRIPTÆ
ROGANTE AMPLISSIMO S. R. E. CARD.
GABRIELE PALÆOTO
BONONIENSI ARCHIEPISCOPO.
ACCESSIT ALTERA FUSIOR VITA
EJUSDEM B. PARISII.
Ex Hiſtoriis Camaldulenſibus Collecta
AB AUGUSTINIO FLORENTINO,
Cum prævio Commentario & Notis
CLARISS. VIRI
P. DANIELIS PAPEBROCHII
SOC. JESU.

VITA
DIVI LUDOVICI MORBIOLI BONONIENSIS.

Ex Carminibus F. Joh. Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ ad Innocentium VIII. PP., compendio conſcripta per Carolum Sigonium Vir. doctiſſimum, quam ad nos miſit Ill. Cardinalis Gabriel Palæotus Epiſc. Bonon.

Surius ad diem XXVIII. Octobris.

LUdovicus Morbiolus Bononiæ natus eſt ex gente obſcura, vir fuit mediæ ſtaturæ, formæ decoræ, barba & capillo nigro, cæſarie criſpa. Ab ineunte ætate avaritiæ & libidini fuit deditus, verùm mox gravi & periculoſo morbo oppreſſus, ad Deum ſe convertit, ac patientiam in primis, & vitæ aſperitatem amavit. Religionem autem profeſſus, primùm colore Carmelitarum eſt uſus, deinde albo. Pellibus ovium ſæpe corpus velavit; inhorteſcente hyeme veſtem tenuiſſimam induit, & calceos reſpuit, ita ut etiam nudis pedibus glaciem premeret. Pro cingulo funem adhibuit. Crines aluit, ſed promiſſos, & incomptos. Primùm ſedem propriam nullam habuit, ſed huc atque illuc erravit; poſt in domo Paulli Lupari Civis Bononienſis habitavit. Cæterùm aut humi, aut in duris ſtramentis cubare aſſuevit, lapidem ſibi pro cervicali ſternens. Cibo delectatus eſt non ſolùm tenui, ſed etiam vili, eumque, ſi delicatior videretur, cinere ſæpe conſperſit. Omnino carnibus abſtinuit: ficus, poma, nuces, atque olera frequentavit, quæ aut cruda ſumſit, aut certè ſinè oleo coxit. Ita ex ſumma inedia maciem ſummam contraxit. Per noctem lachrymans lapide pectus percutiebat, totus in meditatione Paſſionis Chriſti defixus. Interdiu, ne ocio langueret, ſacras ex oſſibus Imagines ſculpere didicit, aut prædicationi ſe tradidit, homines ad Cœleſtem gloriam conſectandam, & humanam contemnendam adhortans. Hujus prædicationis Bononia, Mutina, Regium, Ferraria, & Mantua teſtes fuerunt. Cultus Divinus auctus eſt ab eo, luminaribus ad Altaria inſtitutis.

Cùm vitam ad annum uſque quinquageſimum ſecundum produxiſſet, quinto Calend. Novembris migravit ad Cœlum, ſepultuſque eſt in Cœmeterio Eccleſiæ Cathedralis Sancti Petri: & poſt ſex menſes, cùm miraculis clarere cœpiſſet, in Eccleſiam translatus eſt. Hujus Vitam Frater Baptiſta Mantuanus Carmelita verſibus ſcripſit ad Innocentium Pontificem Octavum, unde hæc ſumpſimus.

VITA
BEATI PARISII BONONIENSIS.

Ex Libris Jacobi de Varagine ſummatim excerpta à Doctiſſimo Viro Carolo Sigonio, juſſu ampliſſimi Cardinalis Gabrielis Palæoti, Epiſcopi Bononienſis, qui eam miſit ad me.

Surius ad diem XI. Junii.

BEatus Pariſius, Bononiæ in Italia natus eſt circa annum ſalutis milleſimum centeſimum quinquageſimum. Is cùm jam inde à primis annis magna ſingularis, & inſolitæ cujuſdam in illa ætate probitatis, ac ſanctitatis argumenta dediſſet, poſtquam ſeſe corroboravit, eodem illo Religionis ſtudio ſic exarſit, ut, ſeculo relicto, Camaldulenſibus adſcribere ſe Cœnobitis voluerit. Ibi verò cùm per annos aliquot ita vixiſſet, ut non dubiam omnibus ſummæ temperantiæ, eximiæ caſtitatis, omniſque demum Monaſticæ moderationis opinionem attuliſſet, viſus eſt Cœnobii Præfectis idoneus, qui Sacerdotis officio, quem Capellanum appellant, Monachas Sanctæ Chriſtinæ Tarviſii gubernaret. Quam curam libenter ille obedientiæ Chriſtianæ cauſâ ſuſcepit, ac munus illud plurimos annos maxima cum ſui laude adminiſtravit, vitâ aſſiduè in jejuniis, vigiliis, Divinis precationibus, corporis afflictionibus, & manuum operibus ſinè ulla omnino hominum obtrectatione, aut Virginum ipſarum querela traductâ.

Quin etiam in eo officio jam effœtis corporis viribus, ut qui annos circiter centum ſexdecim ageret, expiravit, cùm annus Salutis ageretur milleſimus ducenteſimus ſexageſimus ſeptimus, tertio Idus Junias. Cæterùm cùm & vivens, & mortuus, aliquot miraculis editis, hominum in ſe oculos convertiſſet, Albertus Epiſcopus Tarviſinus, homo graviſſimus, faciendum ſibi eſſe putavit, ut vitam ejus, certis adhibitis de more Eccleſiæ teſtibus, exploraret: atque conſtanti eorum teſtimonio cognitum eſt, ſuperiorem omnem longiſſimæ illius vitæ conſuetudinem morti ſanctiſſimè obitæ, & multis ſignis illuſtratæ, facillimè reſpondiſſe.

DE SANCTO PARISIO

ORDINIS CAMALDULENSIS MONACHO PRESBYTERO TARVISII IN DITIONE VENETA

Commentarius Prævius Cl. V. Danielis Papebrochii Soc. Jeſu in Actis Bollandi ad T. II. menſis Junii.

De Vita atque Miraculis ſcriptis, & cultu Tarviſii atque Bononiæ.

1. *Ambroſius Camaldulenſis, vir ſua ætate doctiſſimus, & probatiſſimus, ac fortaſſis in noſtro opere commemorandus ad XX. Novembris, propter Beatitatis titulum ipſi in ſuo Ordine attributum; cum præter ſacram eremi conſuetudinem, ad Conventum Ordinis generalem Britonorii celebrandum, auctoritate Apoſtolica evocatus eſſet anno MCCCCXXXI. ibidemque menſe Octobri electus Generalis; ſuſcepta ex obedientia munere illo, continuo ſe vertit ad Monaſteria per Italiam viſitanda. Habemus viſitationis iſtius Hodœporicon ab eo conſcriptum, quod ex Laurentianæ Magni Ducis Bibliothecæ MS. extractum, & Illuſtriſs. Antonio Magliabechio dedicatum lucem Florentiæ vidit Anno MDCLXXVIII., itemque biennio poſt. Hic ille narrat, quomodo reformationi ordinis ſibi commendatæ intentus, Venetiis menſe Majo Junioque Tarviſium excurrit, eoque pervenit* die Sancti Pariſii: cujus, *inquit*, Corpus ibi conditum venerati ſumus; Vitamque conſcriptam, ſimpliciter licet, nobiſcum aſportavimus. *Hæc an uſpiam adhuc reperienda ſit, neſcio; ſiquidem Latine ſcripta, ut exiſtimo, fuit: Latinam certe non habuit Auguſtinus Florentinus, cum anno MDLXXV. Hiſtoriarum Camaldulenſium libros tres priores ederet, ubi lib. 2. cap. 20. exponitur Ædificatio Mo*naſterii S. Chriſtinæ Tarviſii, & Vita B. Pariſii. *Etenim num. 2. ſolum ab eo allegatur* ejus vulgaris Vita, quæ impreſſa eſt.

2. *Idem Auguſtinus num. 8. exponit quomodo Tarviſinus Epiſcopus Albertus*, B. Pariſii, *Anno MCCLXVII. die XI. Junii ex hac mortalitate evocati*, Miracula, *quæ vivus mortuuſque patrarat*, in publicam formam, diœceſano jure præmiſſo Teſtium juratorum proceſſu, qui ea viderant, redigenda curavit die Dominica intrante Januario proximo; *ideſt (ut reor) proxime ſecuto, felicem illius mortem. Equidem mihi cauſæque non defui, quo minus datis Tarviſium literis requiri facerem, tum Vitam, ſin minus Latinam MS., ſaltem Italicam impreſſam, tum prædictum Proceſſum. Sed hactenus fruſtra omnis diligentia fuit, utinam nec in perpetuum fruſtra ſit! Interim ex Auguſtini verſione Latina dabo, quæ ſola dari nunc poſſunt: quæque Silvanus Razzius, Abbas Camaldulenſis, ſola habuit Anno MDC. ibidem Florentiæ evulgaturus Italicè Vitas Sanctorum, ac Beatorum Ordinis. Nec dum Bononiam pervenerant primi illi Hiſtoriæ Camaldulenſis libri, cum eo appulit Laurentii Surii de probatis Sanctorum Hiſtoriis T. I. Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. Gabrieli Paleoto S. R. E. Cardinali, & Bononienſi Epiſcopo dedicatus, ſecunda editione Anni MDLXXVI., pro cujus editionis T. III.,*

A *Majum, & Junium menſes habituro, ne omnino deſideraretur notitia S. Pariſii, Bononiæ nati, idem Cardinalis providit, & ſic in illo Tomo, cui immortuum Surium invenimus, legitur in Indice ad XI. Junii*, de Sancto Pariſio Bononienſi, *ac porro in corpore Libri hic titulus:* Vita B. Pariſii Bononienſis, ex Libris Jacobi de Voragine ſummatim excerpta à doctiſſimo Viro Carolo Sigonio juſſu Ampliſs. Cardinalis Gabrielis Palæoti Epiſcopi Bononienſis, qui eam mihi miſit.

3. *Lego & relego Legendas Sanctorum, à Jacobo de Voragine collectas, & ſub nomine Legendæ Aureæ Hiſtoriæque Longobardicæ* B *vulgatas, nec non inſigni Appendice auctas à Claudio Rota, ſimulque Coloniæ editas Anno MCCCCLXXXV. ſed nuſquam reperio nomen* Pariſii. *Hoc tamen ſcio, opus illud, exeunte ſeculo XIII. compilatum, ubique locorum per Monaſteria tranſcriptum fuiſſe, eadem conditione, qua Martyrologium Uſuardi; ut ſcilicet ſuos quiſque Sanctos ei adderet; adeoque non miror, ſi inventum fuerit Bononiæ exemplum, cui inſcriptum fuerit compendium ejus ipſius Vitæ, quam Tarviſii à ſe repertam ſcribit Ambroſius prælaudatus. Dignum igitur illud fuit quod ſequeretur Sigonius, & in fide Sigonii ederet Surius; editum autem,* C *iiſdem pene verbis, recuderent Suriani operis abbreviatores, Franciſcus Haræus & Zacharias Lippelous. Eadem vero auctoritas tanti fuit Cardinali Baronio, ut Romanum Martyrologium juſſu Gregorii XIII. iterato recognoſcens, ad XI. Junii legi juberet (quod in prima anni MDLXXXIV. editione non invenitur*. Bononiæ S. Pariſii Confeſſoris, Monachi Ordinis Camaldulenſis: *addendo in Notis, quod de eo agant* Tabulæ Eccleſiæ Bononienſis. *His forſitan inſerendum curavit Cardinalis Palæotus, quem antiquitus Tarviſii coli ſciebat; eoque id fecit jure, quo Urbes quæque licite aſſumunt colendos Sanctos apud* D *ſe natos.*

4. *Sed cum* Acta ſummatim expreſſa apud Surium, *& in Notis iiſdem allegata, dicant clare, Pariſium longiſſimam ſuam ætatem pene omnem exegiſſe Tarviſii, ibidemque defuncti vitam ac miracula à Tarviſino Epiſcopo examinata fuiſſe; ecquid cauſæ potuit habuiſſe Baronius, ut eum præter Martyrologiorum ſtylum*, Bononiæ *adſcriberet potius, quam* Tarviſio? *Neſcio certe, an vel nunc, extra Mo*naſteria Ordinis, *aliquid de* Pariſio *Bononiæ fiat. Nam Joannes Paul. Maſini in ſua Bononia perluſtrata, auctiuſque edita Anno MDCLXXVI., ſolum nominat Eccleſiam San-* E *ctorum Coſmæ & Damiani, quæ Camaldulenſium eſt, & ſuum iſtum Sanctum colit XII. Junii, quia principaliori S. Barnabæ Apoſtoli Feſto verus Natalis impeditur. Hoc vero non credo factum fuiſſe Tarviſii, in propria ejus nominis Eccleſia, dum illa adhuc ſtaret, cumque ipſius colendi cauſa neceſſe non eſſet dimitti*

Offi-

Officium, aut Miſſam de Apoſtolo. Iſtis enim temporibus multi, præſertim nec dum Canonizati, celebrabantur abſque Officio, & Miſſa, per ſolum confluxum Fidelium ad ſepulcrum. Non fuiſſe autem ſolemniter Canonizatum Pariſium *agnoſcit Ferrarius, in Catalogo Sanctorum ac Beatorum Italiæ, poſt vitæ compendium*; licet Carolus Sigonius, lib. 3. Ep. Bonon. illum pro Sancto cultum aſſerat. *Hinc forte Auguſtinus ſcrupulo ſibi duxit, pluſquam* Venerabilem, & Beatum *dicere in vita, quam hic damus: ſed Ambroſius, tanto illo vetuſtior, ſecuros nos reddit de veteri Tarviſinorum uſu,* Sanctum *vocantium, cui nunc adſtipulatur Romani Martyrologii auctoritas.*

5. *Hic jam prælo paratis adferuntur Tarviſio excerpta Italica quædam de Sanctis ad Junium pertinentibus ex Hiſtoria Tarviſina Joannis Bonifacii, ubi pag. 297. hæc leguntur:* Anno MCCLXVII. cum Tarviſii munere Poteſtatis fungeretur Philippus Belegnus Venetus; XI. Junii ſancte obiit B. Pariſius, cujus Feſtivitas hoc die à Tarviſianis celebratur, idque ex publico decreto relato in librum legum municipalium Civitatis, & Provinciæ. *Deinde poſt aliquam vitæ ac miraculorum ſynopſim, unde nihil eruas, ultra inferius ponenda, ſubiungitur:* Corpus ſepultum fuit in Eccleſia S Chriſtinæ: quæ deſtructa, & in ipſa Civitate (nam foris antea erat) reſtaurata, dimiſſo nomine S. Chriſtinæ, cœpit dici S. Pariſii in honorem hujus magni ſervi Dei. Officium iſtic ei peragitur, ſub ritu duplici, tranſlato in diem alterum cultu S. Barnabæ, ubi ejus veneratio quotidie capit incrementum.

V I T A
SANCTI PARISII BONONIENSIS
EX HITORIIS CAMALDULENSIBUS
AUGUSTINI FLORENTINI.

1. ANno ſalutis MCXC. facta eſt ædificatio Cœnobii Sacrarum Virginum S. Chriſtinæ Tarviſii. Id juſſu Placidi (a) Generalis erexit Arianus Monachus, extra, & prope Urbem Tarviſii, juxta foſſatum Communis, in loco, cui vocabulum erat, Boteniga; in ſuperficie videlicet bonorum, quæ propterea donaverat ſacræ Eremo Ordelaſus pius Civis Tarviſinus. Qui quidem Arianus Crucem illic loci, ac primum lapidem, de licentia Conradi (b) Epiſcopi, poſuit die tertia (c) Martii, manu Rolandi (d) Notarii; illic autem Placidus Generalis Religioſas Fœminas, ſecundùm habitum, & inſtituta ſacræ Eremi, inſtituit: quas poſſeſſionibus, quæ ad ſacram Eremum in ea regione pertinent, honeſtiſſimè ditavit: iiſque Pariſium, qui inter alios veram, ac germanam Monaſticæ Religionis effigiem expreſſam habebat, animarum Patrem (e) ac loco Gubernatorem præfecit.

2. Is Bononiæ anno MCLI., ex honeſtiſſimis valde, piiſque Parentibus ortus, adhuc infans Divino Spiritu à Deo repletus eſt. Nam cum in ætate quinque annorum, (ſicut in ejus vulgari Vita, quæ impreſſa eſt, legitur) cuidam mulieri, quæ prima elementa pueros docebat, operam daret, quadam die ſitiens, parum aquæ ab ea expetiit, cui illa indulgere volens, pretioſum cyathum, ſicut eum, ut dulciſſimum puerum, amabat, Pariſio obtulit: qui forte fortuna, ex manibus prolapſus, cecidit, & comminutus eſt. Tunc ergo magiſtra, fœmineo more in lacrymas erumpente, Pariſius, Dei gratia actus, fragmenta cunctis inſpicientibus collegit; hiſque ſuper Crucis ſigno facto, cyathum integrum magno miraculo magiſtræ reſtituit. Eâ evulgatâ famâ de puello Pariſio, per totam Urbem, magna excitata eſt opinio, quod in Virum Dei perfectum foret evaſurus.

3. Ille autem, ætate, & gratia apud Deum, & homines creſcens, ubi pueritiæ attigit annos, magna morum documenta, & talia præbuit, ut vitiorum incentiva, quæ teneram ætatem inficere ſolent, incredibili modo averſaretur, limina Baſilicarum aſſiduè frequentans, & non niſi de ſpiritualibus ſermonem faciens. Quin etiam inedia, ac vigiliis corpus, teneraque membra ſic macerabat, ut nemini dubium fuerit, eum ad Religionem natum. Duodennis itaque mundi inquinamenta devitans, ſoli Deo placere cupidus, ad ſacram Camaldulenſem militiam, ad cœnobium S. Damiani convolavit (f). Illic autem mutatione priſtini habitus, ante omnia ordinem vitæ Monachorumque gravitatem conſiderans, difficile dictu eſt, quanta ſe, adhuc puer, humilitate, modeſtiâ, patientiâ, obedientiâ, caritate, ac ſanctimoniâ comparaverit verum Dei ſervum; quam creber fuerit in oratione, quam cœleſtium bonorum deditus contemplationi; & quam ſubinde, adoleſcente corpore, dæmonum ſuperare tentationes, ac carnis titillationes, jejuniis, officio, & hoſtis profligatione, laboraverit. Quo factum eſt, ut ipſius fragilita-

(a) Generalis Ordinis 13., ſucceſſerat Hildebrando an. 1181., & obiit 1199.
(b) Præfuit ab anno 1185., & vivebat adhuc anno 1200., juxta Ughellum.
(c) Annum inchoantibus a 25. Martii, adhuc erat annus 1190, qui nobis 1191., quando lit. Domin. F. dies 3. Martii erat Dominica, & quidem I. Quadrageſimæ, eo quod Paſcha celebrandum erat 14. Aprilis.
(d) Notariorum per Italiam, ætate ea, prima poſt Judices erat auctoritas.
(e) Capellanum ipſæ appellant, teſte Sigonio.
(f) Hoc S. Damiani Cœnobium Ordini creditur acceſſiſſe circa 1146., ut indicat Auguſtinus lib. 2. cap. 21.

litatis, ac ſanctimoniæ exemplis, Cœnobii dignitatem plurimum amplificaverit; univerſæ verò Religioni, quaſi mellifera apis, fuerit apprime utilis, ac neceſſarius.

4. Miſſus Tarviſium, cum vix trigeſimum ingreſſus eſſet annum, commiſſum ſibi ancillarum Chriſti gregem adeo ſanctè, ac pie Monachicis inſtitutis informavit, locique amplificationi, ac ſplendori incubuit, ut venerabiles mulieres, quaſi Angelum Dei ſibi cœlitus miſſum fuiſſe, cognoverint. Accepit Vir Venerabilis Pariſius in ea adminiſtratione, ut vere bonus, ſpiritum prophetiæ; uſque adeo ut angelicus medicus oppreſſis à cacodæmone, & variis morbis laborantibus deſtinatus à Deo videretur. Deploravit futurum Cœnobii excidium, & concionando omnes urbis clades Tarviſino populo vaticinatus eſt. Accidit noviſſimis diebus, ut (*g*) Albertus, Reverendiſſimus Urbis Epiſcopus, qui ad pedes Venerabilis Pariſii peccata diluere ſemper voluit, ob quaſdam cruentas rixas, quibus interfuerat, Romam ad Summum Pontificem ad dicendam cauſam evocaretur. Ille ergo Epiſcopalem dignitatem perdere ſubveritus, Virum Dei cum mœrore conſuluit, ut, quid agendum eſſet diſponeret. Cui Vir ſanctus; *Ne trepides, Reverendiſſime Pater; juſſionem Summi Pontificis exple, quia veniet tibi auxilium de Sancto, ſalvuſque, atque incolumis ad gregis tui ovilia repedabis*: quod ipſum exitus ad unguem probavit.

5 Inter miracula, quæ Deus meritis Servi ſui, dum viveret, fecit, hæc ab ipſo Epiſcopo prodita ſunt memoriæ: Famulus ſuus, quadam die vitem ſuper arbore putans, fortuito caſu in terram cecidit, ac crus fregit: cum verò non poſſet reſilire, magnis luctibus auxilium de terra poſtulabat. Accurrit illico Vir Dei Pariſius, ejuſque caſum miſeratur, orationem repente pro illius incolumitate ad Deum fudit: moxque tibiam ſigno Crucis conſignans, priſtinæ languentem virum reſtituit ſanitati: qui gratias Deo agens, illico ad interceptum redit opus. In Monaſterio item Benvenuta quædam, una ex ſacris Virginibus, per ſex annos gravi cruris dexteri ariditate vexata, adeo ut genu monſtruosè curvum haberet, & pedis digitos contractos; meritis Venerabilis *Patris* plurimum fiſa, ſeſe ei ſummo cordis affectu commendavit; & priſtinam conſecuta ſoſpitatem, Monaſterii officia quævis exinde ſemper exercuit.

(*g*) Albertus hic, profeſſione Minorita ab Alexandro IV. fuerat in ea Sede confirmatus anno 1255, ipſamque tenuit ad annum circiter 1275. Alexandro autem Papæ ſucceſſit Urbanus pariter IV., ordinatus 4. Septembris 1261., cujus anno I adhuc currente caſum iſtum accidiſſe, ſcribit Joannes Bonifacius, Hiſt. Tarviſinæ lib. 6. ad annum 1262. narrans, quomodo Tarviſinorum Legati duo cum ipſo Epiſcopo miſſi ad dandum innocentiæ teſtimonium, contra Fratres Rufinum & Bartholomæum, etiam Minores, qui Alexandrumſquoque Novellum Canonicum, & Decanum Tarviſinum hæreticos appellabant, Clerumque univerſum diſſolutioris vitæ inſimulabant: ipſi è contrario redarguti doctrinæ parum ſanæ, ut apud prædictum Scriptorem videre eſt pag. 292., & 293. Fuerunt autem Fratres illi auditi, & refutati in Conſiſtorio, coram Papa, & Cardinalibus, die 12. Junii.

6. Andreas de Piro, (qui unus ex teſtibus juratis ejus ſanctitatis fuit) cum maximis ſiniſtri tergoris, & ſimul brachii conficeretur doloribus; ad Virum Dei veniens, eum pro ſe orare, ac manu languentia membra tangere ſuppliciter eſt deprecatus: Quod cum Vir Sanctus feciſſet, confeſtim omni liberatus infirmitate, dedit laudem Deo. Puer quidam Faber Lignarius de Parochia S. Andreæ, podagricis doloribus ſæviſſimè laborans, nullo pacto greſſum movere valebat: & Adrianus, tunc inſignis Medicus, (qui unus item ex teſtibus veritatis ejuſdem ſanati fuit) cum multis diebus medicinam præſtitiſſet nihil omnino profecerat. Is denique ad Virum Dei delatus, ex ſigno Crucis priſtinam conſecutus eſt ſanitatem.

7. Anno MCCLXVII., poſtquam Venerabilis Pater Pariſius, Cœnobio S. Chriſtinæ ſeptuaginta ac ſeptem annos præfuerat; annum CXVI. (*h*) agens gravi labanti ſenio, ac corpuſculi exoſi membris, levi quadam adverſa valetudine laborare cœpit. Interea puer quidam Feltrenſis, contractus pedes, ad eum in lecto decubantem delatus, altera die ſe incolumitate donatum gaviſus rediit ad propria. Poſt paucos dies vir Dei febri abſumptus, innumera multitudine circumſtante, animam glorioſam virgo Deo retulit die XI. Junii. Tum deplorantibus cunctis viri Dei factam jacturam, & corpus pio more oſculantibus, placuit Divinæ Bonitati, ejus vitæ innocentiam, patenti ſigno hujuſmodi palàm facere. Quidam enim hæreticus (*i*) candelam ardentem in manu habens, intulit; ſi is Sanctus eſt, manus mea, uti hæc candela, ardeat; Ecce autem repente ignis ejus manum invaſit. Tunc miſerum hominem excruciatum, mortiſque terrore confectum, pœnitet; omnes pro ſe orare ſupplicat, danſque laudem Deo, & B. Pariſio, cunctis præſentibus, ſoſpes efficitur.

8 Sacro corpore honorificentiſſimè ſepulturæ tradito, innumera beneficia populi conſecuti, Cœnobii mutato nomine, illud Sancti Pariſii, uſque ad hæc tempora, ſemper denominaverunt. Ei autem Divini honores, decreto ipſius Alberti Reverendiſſimi Pontificis, tributi ſunt; quòd vir pientiſſimus ejus miracula in publicam formam, diœceſano jure, præmiſſo teſtium juratorum proceſſu, qui ea viderant, redigenda curavit, die Dominica, intrante (*k*) Januario pro-

(*h*) Imò CVII., nam ut (certè obſervat Ferrarius) qui annorum 30. ſolùm erat, cùm Tarviſium venit an. 1191. non potuit anno 1267., pluſquam 107. fuiſſe annorum, natus 1161. Nihilominus Sigonius apud Surium ſimiliter habet, vixit quod in Officio Capellani *effætis corporis viribus, ut qui annos circiter centum ſexdecim ageret, expiravit, cùm annus ſalutis MCCLXVII. ageretur, III. Idus Junias*.

(*i*) De hæreſibus, ea ætate per Italiam graſſantibus, fusè actum 29. Aprilis, ad Vitam Sancti Petri Martyris, per earum ſectatores occiſi an. 1252.

(*k*) Menſis intrans dicitur per totum priorem menſis medietatem: quod ſi Dominica hæc prima fuiſſet menſis intrantis anno 1268. biſſextili, habente initio literam Dominicalem A. fuiſſet prima quoque dies anni: magis igitur crediderim, factum id 8. Januarii.

proximo. Inter ea hæc leguntur, præter ſupraſcripta.

9. Donatus de S. Floriano (*l*) Feltrenſis (qui unus fuit ex teſtibus) filium Bucca nomine, qui cadens oculum turpiter attriverat, ad arcam B. Pariſii adduxit: votoque emiſſo frumenti ad pondus nati offerendi, eum extemplo ſanum factum, domum reduxit. Tranquillina Albertini, incurabili infirmitate agitata in pede dextero, adeo ut nec die, nec nocte quieſcere poſſet: monita per viſum ad Sepulcrum Beati Pariſii ſe conferre, baculo innixa iter arripuit, & ſtatim ſe in corpore nullam læſionem habere; gratias agens Deo, perſenſit. Puella mendicans, manum ſtupidam habens, voto ad corpus Beati Pariſii facto, ſanitatem repente recepit. Cùm puella Teutonica, & alia mulier cœcitate oculorum laborantes, ad Altare veniſſent, & Deum adoraſſent; ambæ, maximo omnium ſtupore, oculorum viſum recepere. Alia item puella Veronenſis, quæ oculorum beneficio carebat, auditâ famâ miraculorum B. Pariſii, ad ejus corpus veniens, voti compos effecta, cum gaudio remeavit ad propria.

10. Agnes Marcheſina, de Parochia Sanctæ Agnetis Venetiarum, apoſtemate ſe manum amittere videns, cum matre ad Mauſoleum Beati Pariſii veniens, libera ad Lucanas (*m*) rediit. Venetus item alius nobiliſſimus vir, cum uxore graviſſima infirmitate illa, quæ vulgò Vermir-canis (*n*) dicitur, circum guttura corrodebatur. Itaque voto ad B. Pariſium facto, uterque ab eo morbo liberatus eſt, & Dei in Sanctis ſuis magnalia celebravit. (*o*) Mulier Teutonica à dæmone vexabatur. Cùm hanc Exorciſtæ Sacerdotes de more liberare operam navarent, clamabat per os dæmon, ſe non niſi in Pariſio egreſſurum. Conſanguinei igitur, Pariſiorum Urbis Galliæ pro ejus ſalute iter ineuntes, in (*p*) Forum-Julii regionem deſcendunt: ubi auditâ æquivoci S. Pariſii famâ, dæmoniſque mendacium cognitum habentes, in die Natalis viri Dei ad ejus corpus dæmoniacam repræſentant; eamque magnis dæmonis cruciatibus in conſpectu omnium liberam recipiunt.

11. Quædam navis ab Alexandria veniens, horridam patiebatur tempeſtatem. Erat in ea homo B. Pariſio devotus, qui Deo ejus meritis ſuam ſalutem devotiſſimè commendabat. Is cum alios, qui navi vehebantur, ad idem faciendum hortaretur, mox omnis procella placatur, & navis, licèt ventis quaſſata, ſecurum portum tenuit. Angelus Bergomas Monachus, gubernationi Monaſterii Præfectus, Tarviſium per (*q*) Ferrariam equo vectus veniens, cuidam amico in via dextram dare volens, incautus cum equo retrorſum in flumen cecidit. Is cùm jam prope mergeretur, B. Pariſium invocavit. Nec mora: ad ripam delatus, ab accurrentibus hominibus in cauponam ſemianimis aſportatur. Interea verò, dum accitur Sacerdos, qui ei Sacramenta det, compos voti factus, & ſoſpes, reſumpto itinere, ad Cœnobium vênit. His acceſſerunt ſubinde alia miracula, quæ in dies innovantur, ut Tarviſii notum eſt.

12. Anno MCCCLVII. B. Pariſii vaticinia ſic expleta ſunt, ut, fervente regione (*r*) Tarviſinâ bello, Senatus, tuendæ, ac muniendæ Urbis gratia, Cœnobium S. Chriſtinæ humo æquaverit, tantoque impetu negotium confectum eſt, ut vix ſacris virginibus facúltas ſe in Urbem recipiendi data ſit; quin etiam Venerabilis Pariſii corpus, in arca, non ſinè gravi jactura, ex mœnibus receptum, cùm maximè propterea exagitaretur ab his, qui illud excipiebant, ex integro in cineres, & oſſium Reliquias majori ex parte comminutum eſt. Itaque Sanctimoniales, quaſi oves ſine Paſtore, ac loco, per Urbem, perque cognatorum domos errantes, denique in via, quæ Ferrarienſis dicitur, in unum convenerunt: ibique locà domum quamdam inhabitantes, tres parvas cellas primùm inſtituêre; & poſt pacatis rebus, locum, uti nunc cernitur, (*ſ*) ad Cœnobii formam redegere. Illic autem condito Templo, Ara Beato Pariſio erecta eſt; ubi ejus corpus ab accolis ſumma colitur veneratione; ad quod Deus Optimus Maximus multa beneficia fidelibus ſuis non ceſſat impertiri. Ejus ſacræ turri campana ineſt, quam B. Pariſius conflandam curavit; quæ miris modis adeò turbines atroſque nimbos ſemper fugare viſa eſt, ut Tarviſina Civitas ſemper, dum pulſatur, ſe meritis B. Pariſii in tuto eſſe nihil ambigere ſoleat.

(*l*) Feltra, Tarviſio diſtat 25. paſſuum millia Helvetiam verſùs.

(*m*) *Lacunas* Silvanus Razzius intelligit, & vertit *Venetias*.

(*n*) Scrofularum fortaſſis ſpecies aliqua, vel *Herpes*, qui Teutonice *Haeyr-voorm*, ideſt, Pilorum-vermis dicitur.

(*o*) Hactenus videntur miracula, primo ſemeſtri facta, atque ex proceſſu collecta: in ſequenti fit mentio *Natalis*, adeòque is jam cœperat anniverſariè coli.

(*p*) Quibus per Forum-Julii iter Pariſios fuit, eos ex Carniola, vel Styria veniſſe oportet.

(*q*) Ita lege, quod malè impreſſum *Ferrarum*; nam hujus nominis, nec Oppidum, nec Flumen habet Italia; Credibile autem eſt Bononia miſſum, qui Pariſio ſuccederet, uti Razzius rem concipit: atqui Bononia Tarviſium rectum per Ferrariam iter eſt; & ſic videri poteſt in Padum lapſus Angelus. Razzius nomen loci diſſimulare maluit.

(*r*) Matth. Villanius lib. 7. cap. 82., apud Odericum Raynaldum, narrat, quomodo Ludovicus Ungariæ Rex, cum Venetis in Marchia Tarviſina bellum gerens, & prœlio cum Tarviſinis commiſſo victor, Venetorum Ducem coegerit ad pacis, quas voluit, conditiones.

(*ſ*) Ambroſius Camaldulenſis in Hodeporico, anni 1431., & 32., *Antiquum*, inquit, *Monaſterium, quod fuit celeberrimum extra muros Civitatis, bellorum motus ad ſolum uſque diruerant, & nunc in domo minus idonea intra Civitatem remorantur Monachæ*.

F I N I S.

CAROLI SIGONII SCHOLIA,

QUIBUS

TITI LIVII PATAVINI HISTORIÆ,

Et earum Epitomæ, partim emendantur, partim etiam explanantur.

PHILIPPUS ARGELATUS S. C. C. M. A SECRETIS RECENSUIT.

LECTORI BENEVOLO
PHILIPPUS ARGELATUS
S. D.

NUmquam profectò ſatis juſta laude exceptus fuit celeberrimus Carolus Sigonius, tum ob innumera ejuſdem Scripta, eruditione ubique conſperſa, tum maximè ob expolitam Scholiis ſuis T. Livii Hiſtoriam Romanam, quam ut ab innumeris ferme erroribus, quibus ſcatebat in Chronologica rerum geſtarum ſerie, atque in iiſdem Latinæ Linguæ verbis, ad grave adoleſcentium tyronum damnum, & Sapientiorum incommodum, expurgaret, eo ipſo teſte, Græcorum Scriptorum monumenta, Capitolinas Tabulas, pleraque alia Romanæ antiquitatis fragmenta, critico examine indagare debuit, ac conciliare; quo ſtudio id tandem effecit, ut & Libros, & Epitomas Livii undequaque illuſtraris. Opus hoc in Hannoviana ejuſdem lucubrationum Collectione deſideratur; neque ego id prætereundum duxi, quin immo in hoc Tomo edendum curavi, nihil relinquens, quòd poſt Francofurtenſem impreſſionem Anni 1578., & Venetam apud Aldihæredes An. 1592. elegantiùs in præſens recuderetur: id enim mihi conſilium probatum fuit, tum, ne quid tam eruditi Auctoris calamo elaboratum fuerit, omitterem, tum, ut in re tam ardua, noſtriſque à temporibus remota, illius ingenium atque ſollicitudo clariùs omnibus innoteſcant. Neque verò me fugit, tot poſteriores Livii Illuſtratores hac veluti face uſos eſſe, qua duce adnotationes ſuas efformarent; quapropter eo ipſo motus ſum, ut fontem, ex quo ferme omnes hauſerunt, iterum reſerarem. Quid verò novæ utilitatis ac commodi curis meis præſtiterim, paucis exponam. Integram T. Livii Hiſtoriam prætermiſi, quippe quæ Literatis omnibus Viris perquam nota, ac privatis pluteis obvia jure meritoque cenſenda eſt; mutila tamen corruptaque loca, quibus animadverſiones ſuas Sigonius adjecit, Italico charactere, ſervato, ut decet, ordine, impreſſa conſpicies, ac parentheſibus ſejuncta, ut uno pæne dixerim obtutu, quæ Livii, quæque Sigonii verba ſint, dignoſcere poſſis. Antequam verò Scholia iſta typis committerem, prædictas editiones maximâ contuli diligentiâ, & quidquid modò in una, modò in altera additum vel emendatum reperi, id ſuis locis inſerui, ut numeris omnibus abſoluta tandem eadem Scholia, me adnitente, prodirent.

Nota Eruditis loquor, cùm vix perfunctoriè enuncio, quæ Glareanum inter ac Sigonium in Livianis Libris exornandis opinionum ſit orta diſſenſio, quæque ab ardentibus utriuſque ingeniis enutrita in apertam tandem controverſiam unum adversùs alterum concitavit; Glareanus namque perſæpe à Sigonio correptus, atque erroris damnatus, hanc ſibi inuſtam ignorantiæ notam moleſtè ferens, Sigonium tamquam juvenem ſuis editis Literis redarguit, & ſi quid iſte ſeveriori lima expolivit in Livio, id lumine quodam à dubiis ſuis excepto perfeciſſe profeſſus eſt. Ea omnia, atque alia quamplura tum Glareanus ipſe, tum nonnulli ejuſdem Fautores, quos inter Robortellus primam occupat ſedem, nonnullis in locis Sigonio repoſuere, quæ Typographus Francofurtenſis iiſdem Sigonii Scholiis inſeruit, parentheſibus tantummodo à contextu ſejungens. Ego tamen, ſicut haſce Notas non negligendas duxi, meliori, ut reor, uſus conſilio, ad calcem cujuſque paginæ rejeci, ne Sigonii verba cum verbis Cenſorum ejus quodammodo commiſcuiſſe viderer. Supererant, fateor, erudita Sigonii ipſius reſponſa, quæ ſanè minimè prætermittenda erant, eâ præcipuè de cauſsâ, quia in præcitata Veneta Editione, quod ſciam, ſolummodo impreſſa reperiantur. His perlectis, anceps hæſi, num objectionibus ſubjungerem, an verò ad calcem remitterem; tandem cùm ea in unum corpus collecta, ac Sigonii ipſius Epiſtola præeunte diſpoſita cognoverim, non ampliùs dubitavi, poſt integram Scholiorum impreſſionem, Corollarii loco recudere: nimis incongruum arbitratus, quòd Sigonius ſcriptis ſuis & contextum paginarum, & adnotationes impleret. Hoc denique fateri cogor, à quampluribus mendis, quibus præcedentes Editiones redundabant, meam hanc expurgaſſe; ut gratiam tuam, Amice Lector, labore ac ſtudiis meis magis magiſque promerear. En tibi poſt Epiſtolam nuncupatoriam, quam Sigonius T. Livii Hiſtoriæ præfixerat, porrigo Glareani Literas, quibus de Sigonio queritur, ut poſtea iſtius reſponſa, ac retorta in vibrantem tela, indicato loco reperias. Vale.

CAROLUS SIGONIUS

BERNARDINO LAUREDANO ANDREÆ F.

PATRICIO VENETO

S. D.

OMnes artes, BERNARDINE, juvenis ornatiſſime, quæ majorum noſtrorum vel excellenti ingeoio partæ, vel ſummo labore traditæ exiſtimantur, duabus potiſſimum de cauſſis eximio quodam à nobis (ut opinor) ſtudio celebrantur; quarum una eſt utilitatis, altera voluptatis. Etenim, ſi recte attendamus, nibil eſſe intelligemus, cur ea, quæ ab antiquiſſimis Philoſopbis acutiſſime, aut à vetuſtiſſimis Poëtis amantiſſime ſcripta ſunt, tanti à nobis fiant, quam quod partim ad noſtros animos excolendos, atque ad veritatis, & ſummi boni cognitionem tranſducendos, partim ad eoſdem relaxandos, atque hilaritate boneſtiſſima perfundendos magnum momentum habent. Quod idem in ceteris etiam artibus evenire, ut tum ad vitæ præſidium, tum ad animi remiſſionem à nobis adhibeantur, ſatis eſſe cuique perſpicuum poteſt. Quod ſi ita eſt, profecto nobiliſſimum ipſum hiſtoriæ ſtudium omnium nobis merito maxime retinendum, atque tractandum eſſe videtur, quod ea memorabiles clariſſimarum quarumque rerum eventus, quæ à priſcis hominibus omni virtutis genere cumulatis geſtæ ſunt, non ſine magna noſtra tum voluptate, tum utilitate tradantur. Etenim ſi propter cauſſarum explicationem, rerumque ac conſiliorum rationem tantopere libri expetuntur Philoſopborum, quid eſſe tandem hiſtoria optabilius poteſt, in qua veterum prudentiſſimorum bominum cum in Rep. tum in re militari egregia inſtituta, præclari poteotiſſimorum populórum mores, præſtantiſſima denique eorum in omni recta actione conſilia demonſtrantur? Sin autem ob inconſtantem rerum bumanarum naturam, ac crebras fortunæ viciſſitudines cleganter à Poëtis expreſſas eorum nos fabulæ adeo tenent, atque delectant, una certe hiſtoria hac ratione omnium omnibus videri jucundiſſima poteſt, in qua variæ Regnorum, ac Rerumpublicarum mutationes, admirabiles præſtantium virorum caſus, ancipites prœliorum eventus, nec opinatæ denique victoriæ continentur. Atque hoc quidem cum in omni hiſtoria verum, tum in ea veriſſimum eſſe perſpicitur, quæ in excellentium præſertim virorum, atque illuſtrium Rerumpublicarum, quales multas ſuperiora tulerunt ſæcula, rebus geſtis explicandis verſatur. Inter quas, vel ſi omnem priſcorum memoriam repetamus, nullam eſſe reperiemus, quæ cum Romana ipſa vel rerum claritate, vel virtutis amplitudine, vel Imperii magnitudine comparanda ſit. Nam quid aut Populi R. res geſtas cum Græcorum rebus, qui iis etiam Regibus paruerunt, qui Populi R. armis ceſſerunt, aut Pœnorum, qui vel florenti Rep. ſæpius victi, atque agris, ſtipendioque multati tandem ſub Romani nomiois ditionem pervenerunt, aut horum gravitatem, atque juſtitiam cum illorum levitate, atque perfidia, aut denique eorum anguſtias Reip. cum hujus Imperii amplitudioe conferamus? ut quemadmodum omnium populorum, regum, & gentium laudem, virtute, factis, atque Imperio unus poſt hominum memoriam hic populus ſuperavit, ſic qui res ejus geſtas memoriæ prodiderunt, qui prope innumerabiles fuiſſe feruntur, communi omoium conſenſu reliquis excellere videantur. Sed neſcio quonam factum ſit fato, ut, cujus Imperii nulla prope nobis hoc tempore clara ad conſpectum veſtigia vetuſtas inimica reliquerit, ejuſdem illuſtria ad famam etiam monumenta aut crudeliſſime abſumpſerit, aut certe tam fœde multarit, ac depravarit, ut omnino non ipſi ſolum ſanctiſſimo Imperii ſolo, ſed ejus etiam clariſſimo nomini bellum ab ea illatum acerrimum eſſe videatur. Qua tamen in re gravius nos profecto, (ſi vere judicandum eſt) quam tanti populi fama, vulnus accepimus, illius enim eam animis noſtris antiquæ Majeſtatis imaginem funeſtæ hæ, quæcumque ſunt, reliquiæ obtulerunt, ut ampliſſimam, ac prope incredibilem præſtantiſſimi cujuſdam Imperii ſpeciem mente, ac cogitatiooe comprehenderimus. Nos autem interea tot exemplorum ad imitandum, conſiliorum ad præcavendum, ſcriptorum ad dicendum fructu uberrimo aut prorſus caremus, aut ea certe ita manca, ac deformata, vix ut agnoſcantur, habemus. Ego vero & cetera omnia, & ea maxime, quæ à T. Livio memoriæ prodita de hac Rep. perpetua quadam hiſtoriarum ſerie fuerant, ulla ejuſmodi eſſe calamitate affecta, indigniſſime fero; quem quidem inter omnes, unum, variam multiplicemque doctrinam, atque induſtriam ad ſcriben-

dum

dum video contuliſſe. Nam eeteri quidem, quantum ipſe intelligere poſſum, pleriqne vel annales tantummodo ſcripſerant, vel hiſtorias ſcripſerant illi quidem, verum eas aut non tam alte repetierant, aut oon tam longe produxetant, aut denique nec tam copioſe, nec tam ornate, nec ad res ipſas ſub oculos ponendas, quæ maxima hiſtorici laus eſt, tam accommodate tractaraot. Factum eſt autem, ut ingentis illius prope librorum corporis vix particulam quandam fortuna miſerrimo quaſi quodam ex naufragio conſervarit, ſed eam ita decurtatam, & laceram, ut ad deplorandas Romanæ linguæ calamitates, non ad ejus opes inſpiciendas data nobis illius eſſe munere videatur. Quamobrem eorum ego ſemper ſtudium ſummopere laudandum eſſe putavi, qui cum ingenio, & rerum cognitione florent, in hujus velut tempeſtatis tabulis colligendis, ideſt in his librorum reliquiis emendandis, atque ab atrociſſima vetuſtatis injuria vindicandis ſibi elaborandum eſſe duxerunt, cum iiſdem ſimul & Principis quondam terrarum populi ſamæ, cujus nunc paucis. tantum, iiſque mendoſis in libris egregiæ laudes, & præſtantiſſima ſacta commemorantur, & præſentium, ac ſuturorum hominum utilitati, qui hinc vel ad ageodum, vel ad diceodum utiliſſima peterenr documeota, conſulerent. Quorum virorum inſignis ipſe ad laudem labor cum omnium credo hominum, tum meo certe in perpetuum, qualecumque erit, judicio, atque præconio celebrabitur. Sed quooiam in tanta vetuſtate, & tanta monumentorum, ac tam varia labe omnia ab iis loca vel temporum, vel rerum vitio purgari non potuiſſe videbam, immo vero multas adhuc tamquam vetuſti cujuſdam ædificii labeſactatas ſupereſſe partes, quæ aut in totum reſtituendæ eſſent, aut certe adminiculo aliquo ſulcieodæ, dignam eſſe rem judicavi, in qua magnorum virorum exemplo nonnullum & ipſe ſtudium collocarem; non quod ingenio, aut induſtria plus me illis profecturum eſſe confiderem, ſed quod cum multis, quibus illi caruiſſent, ad Romanam antiquitarem cognoſcendam præſidiis abundarem, quod illi multis in locis efficere nequiſſent, id eorum me ope non difficile præſtiturum eſſe non deſperarem. Neque vero longe aliter res, quam futurum ſpe, animoque conceperam, contigit. Etenim cum me ad Livianos ipſos libros, atque ad ea, quæ à ceteris ad eos corrigendos edita ſunt, legenda inrentiore, quam umquam antea, animo contuliſſem, tum tam multa loca, quæ illi aut obſcura parum intellexiſſent, aut depravata præteriiſſent, aut inregra corrupiſſent, inveoi, ut jam mihi non Livii magis, cujus ornatiſſima ſcripra tam turpibus fœdata vulneribus viſerentur, quam noſtra ipſorum miſerabilis eſſe condicio videretur; quibus de unoquoque tanti auctoris verbo aut obſcuro, aut ſuſpecto eſſet merito laborandum. Nam prætet vitioſiſſima Romanorum Magiſtratuum, atque adeo ipſorum etiam oppidorum, fluminum, atque locorum nomina, & tempora ipſa omni ſere ex parte labanria, quæ prope Romanam biſtoriam continere videntur, multas præterea voces deeſſe, multas ſupereſſe, alias luxatas, alias aut prave interpunctas, aut prodigioſe deſormatas, ſententiam ſæpe aut nullam, aut alienam, ſcriptorem ſui diſſimilem, ſibi repugnantem, multo etiam, quam natura ejus tulit, in ſcribendo duriorem alieno eſſe vitio animadverti. Quas labes nec Valla, nec Sabellicus, nec Rhenanus, oec Gelenius, nec Glareanus, qui partim ingenio, partim manuſcriptorum librorum auctoritate nixi in hujus hiſtoriæ correctione magna cum induſtriæ laude verſati eſſent, aut non vidiſſent, aut neglexiſſent, aut certe locupletibus teſtimoniis deſtituti non ſuſtuliſſent. Quas omnes cum mihi, quoad poſſem, delendas eſſe ſtatuerem, feci illud, quod vix fieri poſſe ante credideram, ut omnia rerum Romanarum monumeota diligentiſſime perluſtrarem. Itaque conjecturis primum iis, quas jam ex diuturna Romanæ antiquitatis obſervatione fitmaveram, deinde ſcriptorum librorum auctoritate ſretus, quos quam plurimos, & quam optimos potui, undique convocaveram, lapidibus præterea vetuſtis, & maxime Conſularibus Capitolinis, Nummiſque argenteis, quo in monumentorum genere incorruptam maxime latere veritatem animadverteram, poſtremo Græcorum libris tam iis, qui proxime typis impreſſi, quam qui adhuc tantum ſcripti leguntur, ducibus, atque auctoribus uſus, non pletoſque ſolum eorum locorum aut ab aliis depravatos emendavi, aut minus intellectos explanavi, aut omiſſos attigi, ſed immutatam etiam ab iis & rerum, & nominum, & temporum rationem, & conſtantiam priſtinam, quoad potui, revocavi. Neque vero tam in XXX. primis Libris, quos alii ſuis ante me correctionibus illuſtraſſent, quam in quinque extremis nuper inventis, & in Epitoma ipſa etiam mendoſiſſima laboravi, ex qua fructum percipi vel uberrimum poſſe, præſertim ubi Liviana deſideraretur hiſtoria, ſeoſeram. Et quooiam ad Romanam inrelligendam biſtoriam oihil tam aptum eſſe, quam rectam annorum, temporumque deſcriptionem, judicabam; qua in re diſſidenics inter ſe veteres auctores eſſe comperiebam, dedi etiam operam, ur, quod Glareanus ante me fecit, ne bac quidem in parte hiſtoriæ Livianæ deeſsem. Cujus quidem eruditiſſimi viri labore facile cootentus eſse poteram, niſi ab eo in tota ipſa

te

re diſſenſiſſem. Neque enim Livium in numerandis ab Urbe Condita annis eadem ratione uſum, qua ceteros, eſſe reperiebam. Qua ille opinione ductus, dum eorum auctoritatem ad Livianam Chronologiam conſcribendam adhibuit, in eam ſæpe ſe neceſſitatem induxit, ut, dum aliorum numeros ſequitur, omnino Livianos aut negligere, aut immutare coactus fuerit. Quod illi profecto in ea Chronologia committendum non erat, quam ipſe ſe Livianæ præſertim hiſtoriæ comparare profiteretur. Accedit, quod dum nimium ſuum ille voluit in ea re ſtudium indicare, cognomina multa, atque iteratorum, & multiplicatorum honorum notas Magiſtratibus ipſis affixit, quæ non ſolum ſtudioſe à Livio prætermiſſæ, ſed ab ipſius etiam Livii ſententia, atque adeo ab ipſa hiſtoriæ veritate remotæ eſſe videntur, quo factum eſt, ut nova mihi quoque ad Livianam hiſtoriam Chronologia ex Livii potiſſimum ſententia fuerit comparanda. Atque hæc quidem omnia cum in unum tandem quaſi corpus magno ſtudio redegiſſem, ac brevibus præterea explicationibus, ne quem fallerem, ratione conſilii, factique mei expoſita, diligentiam, induſtriamque in hoc genere meam ſigillatim probaſſem; haud mihi committendum eſſe putavi, ut ea, qualiacumque eſſent, tibi tamdiu cupienti, atque petenti diutius deberem. Tantum autem apud me rectiſſima tua voluntas valuit, ut, quæ ſcripſiſſem, ea non ſolum ad tuam, & eorum, qui Latinæ linguæ, & antiquitatis Romanæ ſtudio tenerentur, utilitatem, libentiſſime ederem, ſed tuo etiam ornatiſſimo nomini ſtudioſiſſime conſecrarem, quamquam jure hoc quidem. Neque enim mihi ſecus faciendum erat, quam ut cujus tu laboris auctor, ſociuſque fuiſſes, ejus etiam fructus in tuo potiſſimum nomine appareret, quandoquidem tu non ſolum cohortatione tua me jam inde ante etiam, quam Venetias commigrarem, ad tantum laborem ſuſcipiendum vehementiſſime impuliſti, ſed poſt quoque aſſiduum te prope mihi in ſcriptis libris colligendis ſocium adjunxiſti. Nummi vero ænei, atque argentei, ceteraque antiquitatis monumenta, quæ clariſſimus vir Andreas pater tuus plurima, eaque pulcherrima ſummo ſumptu, ac ſingulari diligentia ex tota prope Europa, Aſiaque collegit, mihi dies, noctesque ita, cum hæc conſcriberem, patuerunt, ut vere lucubrationes hæ non mea magis induſtria, quam veſtra, nec ex mea potius domo, quam ex veſtra, quaſi ex aliqua nobiliſſima omnis antiquitatis officina, prodire videantur, quo quidem in ſtudio adeo ille intentus eſt, ut, poſtquam à Reip. adminiſtratione, à qua jampridem ipſe ſua ſponte receſſit, ad otium, & quietem ſe contulit, nihil ſibi antiquius eſſe ſtatuerit, quam ut literas has, & ſimul omnem vetuſtatis memoriam excitaret, ac te, geminumque fratrem tuum Petrum, tui ut ore, ſic virtute, ac probitate ſimillimum, & his literis, & hac diſciplina imbuendos, erudiendoſque curaret. Quare quod ſtudium veſtra maxime familia fovit, ejus (ut dixi) fructus veſtro etiam potiſſimum nomini jure, meo quidem judicio, deberi videtur. Nolito enim putare, me aut veſtrorum erga me beneficiorum, aut hujus totius officii mei tam iniquum æſtimatorem eſſe, ut eorum me ne particulam quidem hoc, quantumcumque eſt, munere conſequi poſſe ſperem, quorum tanta in omni humanitatis genere magnitudo eſt, ut me, quia ad referendam gratiam imparem eſſe intelligo, vitæ prorſus pigeat meæ. Neque vero mihi tantum etiam tribuo, ut quamquam floreſcenti tuæ laudi maxime faveo, eam tamen hoc tenui ſcripti genere apud homines commendare, aut ampliorem reddere me poſſe exiſtimem; quippe quæ à ſumma nobilitate profecta, egregiis paternæ educationis inſtitutis innixa, excellentis deniq; ingenii, atque admirabilis induſtriæ præſidiis confirmata ipſa per ſe, ſine alterius adminiculo ingredi, & jam latius per ora virûm excurrere non ullius indigens præconii cœpit. Te vero potius adoleſcentem hortabor, vel (ut ajunt) currentem incitabo, ut, quod jam diu facis, & his ſtudiis, & hac præſertim lectione hiſtoriæ delecteris, quippe quæ utilia ſuppeditare documenta poſſit, unde tibi, & tuæ Reip. quod imitere ſumas; ad quam etſi propter ætatem nondum acceſſiſti, tamen his tantæ Reip. exemplis inſtructum, quæ una poſt homines natos totum fere terrarum orbem, dum ſanctiſſimis civilis concordiæ legibus ſtetit, latiſſime armis, imperioque complexa eſt, ad illam tuam unam in terris hodie bene conſtituræ civitatis imaginem capeſſendam accedere, multum arbitror profuturum. Mihi quidem valde laboratum eſt, ut & tibi, & ceteris, qui ejuſmodi ſcriptoris ſtudio eſſent dediti, faciliorem ad hunc intelligendum aditum præpararem; quod ſi qua ex parte hac mea induſtria fuero conſecutus, ſummum me laboris mei fructum cepiſſe putabo: ſin minus, mihi tamen gratum erit, ſi me ſaltem voluiſſe homines intellexerint. Fuit enim difficile in tanta librorum, rerumque mole me aut ſemper vigilare, aut etiam vigilantem, quę miris quibuſdam vetuſtatis involuta ſunt tenebris, explicare; quam multos tamen locos aut vitioſos à mendis, aut obſcuros ab iniquis reprehenſionib., & ineptis interpretationib. vindicarim, qui hęc legent, facile cognoſcent, quæ cum ceteros, tum te in primis, qui me ſæpe laborantem, vidiſti, atque æquiſſimum quemq; alienæ induſtriæ judicē, ſummopere credo eſſe comprobaturum. Vale. Venetiis, MDLV. Nonis Maji.

D. JO-

D. JOHANNI HERVAGIO,


TYPOGRAPHO

AC CIVI BASILIENSI,

GLAREANUS S. D.

PErhumaniter atqne benignirer mecum egiſti, ſuaviſſime D. Hervagi, quod ad me mi-
ſeris illius Glarianomaſtigis Annotationes. De quo jodicium meum audire cupis. At
qui valde vereor, oe quis mox exclamet: Nullum eſſe verum ab hoſte exrectandum
judicium, prædominari affectum, averſam à vero mentem. Quid multis ἀσυνήγητι? Ad
hæc ego dico: Poſſe fieri, ut ſepoſito omui affectu, etiam læſi indigne, recte tamen
judiceot. De me quidem id promittere fortaſſis ſuperbum fuerit, ſed certe homiois cordati ſue-
rit, non ad cujuſvis impudentiam moveri. De Sigonio iſto brovitet audi judicium meum: Mihi
videtur homo multæ lectionis, & velut librorum helluo, ot eſt apud Ciceronem, ſed judicii ju-
venilis, oon addam maligni, qui de bene merito judicat æque, ut de male merito, ne dicam ini-
mico. Annotationibus noſtris plus ſexcentis locis adjutus, egregie diſſimulat, & pro gratia
convitia ingerit, immo de me ita contemptim locis aliquot loquitur, perinde atque domi ipſiua
natus ſim veroa: Nullum majus io me habet telum declamandi, quam quod uonnunquam in
temporum ſupputatione uno, aliquando duobus annis ratio noſtra ab eo diſcrepat, cum Diony-
ſii à Livii ac Polybii ratione io totum fere duobus annis diſtet, quod toties in Annotationibus
noſtris clamo. Et in uno anno eom nemine me certaturum obique profiteor. Tandem ad IV.
annos devenit, & ut Hercules Antænm prorſus conficiat, ultima illa pulchella Annotatione,
quæ eſt de anuo, quando Livius ſiuierit Romanam hiſtoriam, ad XVII. annos me jugulat, cum
ſint etiam confeſſione mea XXVIII., iu qnibus tameo nihil negoiii eſt. Quis enim certo ſcire
poteſt, quot ediderit libros Livius? aut quos adjicere voluerit? Cum Euſebius eum vixiſſe in
Chronicis ſcribat ad qoartum uſque Tiberii annum. Sed audi ingenioſas illius rechnas, quibus
me ſubdole illaqueat: In Annotationibns oſtris aliquoties deploro, quod Polybii ac Dionyſii
Græca eaemplaria non habuerim. Unde facile erat aliquot eruere locos. Noſter, ubi hoc legit,
nactus hoc fœliciori tempore ea exemplaria, ac inſpectis locis, ubi hærebam, cum occaſionem
habuiſſet laudandi me, quod candido Lectori oſtenderim hulcera, tum quomodo ſanari poſſiot,
indicaverim, hic bonus vir id ad contumeliam trahit: Glareanus noo legit Polybium Græcum
clamitans, neque Diouyſii Græcum exemplar habuit; quod ipſe ego deploro, hoc vitio vertit.
Sed quod impudentios eſt, eum videt me loci alicujns nomeo, quod oon eſt prorſus vulgare,
non tenere memoria, ipſe vero de hoc me indicante monitus, ibi ad Indices converſus, iovento
oomine moa Thyados more elamat: Glareanus non legit Stephanum de Urbibus: Quaſi vero
quis omnium nominum meminiſſe queat, quæ uſpiam ſint apud Authores, etiamſi eos legerit.
Ter clamat, me oon legiſſe Priſcianum, quem ego coujicio me legiſſe, antequam ille Cuculus
naſceretur. Potuiſſet, ſi quid pudoris in eo eſſet, modeſte dicere, Glareanus non animadvertit,
quod apud Priſcianum eſt, vel quod Stephanus ſcribit, qood equidam moleſte onu tuliſſem, ni-
hil enim offendor candida admonitione, eaemplo D. Eraſmi Roterodami Præceptoris noſtri di-
ſertiſſimi. Quis autem ei diait, nec Stephanum, nec Priſcianum legiſſe me? Quia, inquit, de
loco dubitas, qui eſt apud Stephaoom. Elegans ratio, hic vide dialecticum acumen. Sed hoc
pulchrius eſt, quod ait, me oulla autiqua eaemplaria habuiſſe. Unde hoc ſcire potuit? nempe
unde priora. Ac nihil hunc etiam meotiri pudet, ipſe adjntus exemplaribus antiquis, ſibi hanc
impudenter adſcribit gloriam. Ego qui ea collatione multorum exemplarium tot locos emendâ-
rim, audire debeo: Glareanus noo habuit antiqua exemplaria. Quid ſi quis in Authore egregiu
eaercitatus, ea locorum collatione: Item ea alinrum Authorum lectione, ac comparatione mul-
ta egregie reſtituere potuit, onu ille etiam laudem meretur? Saaa quædam Capitolina, ac nu-
mimata objicit, quaſi illa ſint oracula Delphica, cum in bis ſæpe mire eiteror. Ante annos XX.
tumultuario ſtndio haſce Annotarinnes mihi collegeram, ac poſtea publicavi: Verum ounc na-
ctus exemplaria Græca, ipſe egn in meo adeo opere, ſi modo aliis oegotiis oon fuiſſem occupa-
tus, longe plures locos emendare potuiſſem, quàm plagoſus ille Orbilius. In pleriſque dnbita-
vi, quod exemplo doctorum virorum, qui ſæpins hærent, cum indoctis omnia ſint pervia, non
illibenter facio. Quoties hoc facio, bic candidus judea à me dubitatum, id aſſertum meotitur.
Sane niſi egn dubitaſſem pluribus in lncis, ille quod reprehenderet hercle non habuiſſet. De
Prænominibus, Nominibus, ac Cognominibus Romanorum, uegotium eſt infinitum, cni nec ille
Gigas ſatis fuerit, nec quiſquam mortalium, nec magni etiam uonc refert. Quid enim magis
obſcurat Romanam hiſtoriam, quam illa per nomenclaturam quæſita ambitio? Olim omnes fa-
miliæ ſuos in Magiſtratu fuiſſe legere cupiebant. Unde ab Hiſtorico neglectum aut omiſſum no-
men aliquod, piaculum videbatur apud illos Mundi Dominos. Verum quid hoc ad noſtram ætа-
tem? præſtiterit ea pleraque prætermiſſa fuiſſe, melius enim ſic conſultum erat Romanæ hiſto-
riæ. Riſi autem maaime cum mecnm velut expoſtulas; Quandoquidem Chronologiam ad Livia-
nam hiſtoriam, atqne adeo Romanam illuſtrandam deſumpſiſſe me diaerim, cur duos annos poſt
duceoteſimum viceſimum tertium ab U. C. non omiſerim, quos Livius conſulto, ut aſſerit Sigo-
nius,

Digitized by Google



CAROLI SIGONII SCHOLIA.

QUIBUS T. LIVII PATAVINI HISTORIÆ, ET EARUM EPITOMÆ PARTIM EMENDANTUR, PARTIM ETIAM EXPLANANTUR.

De germano Livianorum librorum indice.

GErmanũ non eſſe Livianorum librorũ indicem illũ,qui vulgo fertur, verum à grammatico aliquo parum ſcite fuiſſe affictũ, cum multis aliis ſummis ſuperioris memoriæ viris aſſentior, tũ maxime Franciſco Petrarcæ, qui in primo libro rerum memoratarum, & in epiſtola ad Joannem Certaldenſem non obſcure, quid ipſe de ejuſmodi re ſentiat, edit, his verbis: Sed heu quantam ætatis noſtræ maculam. Hujus tam ingentis, tamque egregii operis vix portio ſubeſt exigua quidem: cum in Decades vel ab ipſo conditore, vel, quod magis reor, à faſtidioſis poſtmodum lectoribus lectum foret, ex quatuordecim niſi tres Decades ſuperſunt. Item. Quod niſi fallit exiſtimatio, fruſtraturq; memoria, prope ad eandem literarum congeriem videtur accedere vel T. Livii Romanarum rerum liber ingens, quem in partes, quas Decades vocant, non ipſe, qui ſcripſit, ſed faſtidioſa legentium ſcidit ignavia. Hæc ille. Id autem ita eſſe ex grammaticis etiam veteribus, ut Priſciano, Diomede, Cenſorino, & eo demum, qui ſingulorum horum librorum epitomas ſcripſit, facilè intelligi poteſt, apud quos animadvertere licet in hac hiſtoria nominanda nullam Decadum, perpetuam librorum, in quos ipſa deſcripta erat, fieri mentionem. Quod facturos eos aliquando fuiſſe

credendum eſt, niſi jam mortuis illis ejuſmodi index celebrari cœpiſſet. Decadum autem nomen probabile reddidiſſe videtur numerus librorum, qui à T. Livio ſcripti eſſe dicuntur; cum XIV. Decades in CXL libros (tot enim ab eo editos eſſe vulgo creditur) rotundo quodam numero dividantur. Verum & hæc falſa opinio eſt. Idem enim Petrarca CXLII. ab eo ſcriptos eſſe tradit; idque nos ita eſſe in ſcholiis Epitomæ libri CXXXVI. oſtendemus. His igitur adducti rationibus germanam horum librorum inſcriptionem reſtituendam eſſe putamus hanc T. Livii Patavini Hiſtoriarum ab Urbe condita libri CXLII. Ex quibus tamen cum ſuperiorum ſæculorum incuria CVII interciderint, cogimur eos XXXV. tantummodo nominare. Hiſtorias autem eum credo iccirco ſcripſiſſe, ut hic liber diſtingueretur ab iis, qui Annales appellabantur; ſiquidem aliud erat Annales, aliud hiſtorias ſcribere. Nam Annales (ut à veteribus accepimus) tantummodo quod factum, quoque anno factum eſſet, demonſtrabant; Hiſtoriæ verò non ſolum id, quod geſtum eſſet, ſed etiam quo conſilio, quaque ratione geſtum eſſet indicabant; cum autem primis temporibus omnes, qui de rebus Romanis ſcriberent, Annales conficerent, ut Pictor, ut Piſo, ut Fannius, ut Libo, poſtremo etiam hiſtoriæ ſcribi cœptæ ſunt, ut à Cœlio, à Tuberone, ab Aſellione, à Siſenna, à Salluſtio, à Livio. Itaque cum qui hiſtorias ſcriberent, alii aliunde ſcribendi initium facerent, Livius ut & ipſe ſcriptionis ſuæ & genus, & initium indicaret, Hiſtorias ab Urbe condita nominavit; nimirum intelligi cupiens, ſe à primordio Urbis, (quemadmodum ipſe in principio profitetur) res Romanas eſſe ſcripturum. Atque hoc quidem etiam conſilio Salluſtius uſus libros hiſtoriarum complures edidit, quibus res (ut opinor) populi R. quibus ipſe interfuit, ſe perſcripturum eſſe teſtatus eſt. Initium certe ſcribendi à Sullæ morte; Catulo, Lepidoque conſulibus fecit. Quod ex verbis ejus quibuſdam, quamquam divulſis, quæ à Priſciano lib. XV. ex primo hiſtoriarum libro Salluſtii proferuntur, intelligi poteſt. Ea verò ſunt hæc. Res populi R. M. Lepido, Q. Catulo Conſulibus, ac deinde militiæ, & domi geſtas compoſui.

De Epitomis.

EPitomas porrò, ideſt (ut ego interpretor) brevia ſingulorum librorum argumenta unicuique libro præfixi: ut quiſque breviter, ac facilè, quid in quoque libro contineretur, cognoſcere, ac qui Liviani libri intercidiſſent, & quantum in iis amiſſis acceptum detrimenti eſſet, intelligere poſſet. Nam ſive à Livio, ſive à Floro, ſive ab alio, quo ſcripta ſunt, (hæc enim omnia traduntur) ad Romanas certe res illuſtrãdas accomodatiſſimæ ſunt, præſertim verò ubi Liviana Hiſtoria excidit. Qua in parte Livianam apud quemque obtinere debent auctoritatem.

In Epitomem libri primi.

SYlvii. Item, Tyberis.*) Silvii, & Tiberis ſcribendum eſſe ex manuſcriptis exemplaribus, Græciſque libris conſtat, apud quos eſt [illegible], & [illegible]. *In centurias populus diviſus.*) Lego, In curias. Nam Livius ita loquitur. cum populum in curias XXX. divideret, nomina Sabinarum curiis impoſuit. *Metti Suffetii.*) Fufetii, ut poſt dicam. *Ancus Martius.*) Marcius, ut poſt dicam. *Tentandæ ſcientiæ cauſſa.*) Veteres libri: Hic tentandæ ſcientiæ cauſſa. *Oſtiam condidit Tarquinius.*) Manuſcripti libri pleniores ſunt ita, Oſtiam condidit. Regnavit annos XXXIII Eo regnante Lucumo Damarati Corinthii filius à Tarquiniis Etruriæ civitate Romam venit, & in amicitiam Anci receptus Tarquinii nomen ferre cœpit; & poſt mortem Anci regnum excepit; centum additis &c. Quam lectionem probo. *Idque protinus factum.*) Vet. lib. idque protinus ab Attio factum. *Cloacas fecit. Ser. Tullius.*) Vet. lib. uberiores, ita, Cloaca fecit; occiſus eſt ab Anci filiis, cum regnaſſet annos XXXIIX. ſucceſſit ei Ser. Tullius natus ex captiva nobili Corniculana, cui puero adhuc in cunis poſito caput arſiſſe traditum eſt. *In Vejentes &c. Luſtrum condidit. Claſſis.*) Plenior antiqua eſt lectio, ſic. Luſtrum condidit, quo cenſa LXXXM. eſſe dicuntur. Claſſes.) Eſt autem hic numerus etiam apud Livium: & is, qui Epitomas ſcripſit, ejuſmodi ſummas diligentiſſimè ponere ſolitus eſt. *In Aventino fecit. L. Tarquinius.*) Plenior eſt vetuſta manuſcriptorum librorum lectio, hoc modo. In Aventino fecit. Interfectus eſt à L. Tarquinio Priſci filio conſilio filiæ ſuæ Tulliæ, cum regnaſſet annos XXXIV. Poſt hunc L. Tarquinius Superbus, neque Patrum, neque Populi juſſu regnum invaſit. *Quo die &c. Filius Sex. Tarquinius dolo.*) Vet. lib. Filii Sex. Tarquinii dolo, loquitur autem de rebus geſtis Tarquinii Superbi Regis. Itaque præter alia, Sex. etiam Tarquinii filii dolo (inquit) Gabios in ſuam poteſtatem redegit.

In Librum primum.

V*Elut diſſidentes primo mores ſequatur animo, deinde ut magis, magiſque lapſi ſint, tum ut ire cœperint præcipites.*) Probo doctorum quorundam hominum conjecturam, qui, deſideates, legunt. Etenim ſubſequitur. Ut magis, magiſque lapſi ſint, tum ut ire cœperint præcipites. Videtur enim eadem ſemper tranſlatione res magis creſcere, quàm tranſlationem, quia primo duriorem eſſe putavit, adhibita particula, velut, molliorem fecit. Quod in proprio, diſſidentes, faciendum non fuiſſet. Eſt autem deſidere leni quodam motu in ſemet concidere. (1) Porro autem his verbis mutationes omnes Romani Imperii breviſſimè complexus eſt. Nam cum, Partum Imperium, ait, intervallum illud totum indicat, quod à Romulo ad Ap. Claudium intercedit, qui primus bellum extra Italiam Carthaginienſibus fecit: Cum, auctum, tempus inde ad Carthaginem everſam notat. Deſediſſe præterea mores intelligit, Gracchanis temporibus; Lapſos magis eſſe, Sullanis; Præcipites iſſe, Cæſarianis. Reliqua inde tempora, Auguſti Imperium poſt devictum ad Actium Antonium, quibus hæc ſcribere aggreſſus eſt, ſignificat. Itaque lib. IX. ait: Modo ſit perpetuus hujus, qua vivimus, pacis amor, & civilis cura concor-

(1) Robortellus hoc loco reprehendit Sigonium libro 2. Emendat cap 35. ac Diſſidentes legendum putat. Vocat enim Livius diſſidentes mores in diverſa euntes: nec æqualitatem ſervantes.

cordiæ. *Rege Philæmene*,) Pylæmene legendum eſſe apparet ex verſu Homeri. παφλαγόνων δ' ἡγεῖτο πυλαιμένεος λάσιον κῆρ ἐξ ἐνετῶν (2) *In quem egreſſi ſunt locum, Troja vocatur, Pagoque inde Troja nomen eſt*. Malim, Pagoque io de Trojano nomen eſt, ut Noſyllaba reperenda ſit, ut ſæpe infra ſaciendum eſſe docebimus. *Hetruſcorum opes*.) Etruſci, & Etruria ſcribendum eſt ſine adſpiratione, manuſcriptis libris auctoribus, iiſque, qui lapides Triumphales, qui in Capitolio Romæ ſunt, deſcripſerunt. *Numicum flumen*.) Probo ea, quæ à Glareano dicta ſunt, cur Numicium, & non Numicum flumen dicendum ſit. Addo etiam Dionyſium Halicarnaſſ. libro I. ποταμὸν νομίκιον appellare. *Auctorem nominis ſui*.) Auctor, & auctoritas, ſcribendum, ita & manuſcriptis libris, & vetuſtis lapidibus atteſtantibus, & Dione tradente, qui declarans quid auctoritas Senatus ſit. αὐκτώριτας ſcribit: poſtremo ex vocis etiam ipſius ratione à veteribus grammaticis tradita.

Atys, Capys.) Atis ex iis nominibus eſt, quæ literam Y reſpuunt; quod vetera exemplaria docent, & derivativum nomen Atius. De quo ita Virgilius. Alter Atis genus unde Atii duxere Latini. Capys etiam cum Græcorum more flectitur, Capyos, amat literam Y, cum Latinorum, Capis, I.

Capeto Tiberinus, qui in trajectu Albulæ amnis ſubmerſus celebre ad poſteros nomen flumini dedit.) Tiberius legendum eſſe, auctoritaſe veterum hiſtoricorum, & maxime Dionis, Euſtathius in Dionyſium confirmat, qui Tiberim, cum Albula diceretur, à Tiberio vocatum eſſe ſcribit, non ab eo, qui Auguſto ſucceſſit, ſed à quodam alio, qui raptus à flumine nomen ei reliquit. Verba etiam illius placuit apponere. ὅτι ὁ τίβερις ἄλβουλος πρὶν καλούμενος, ὕστερον μετεκλήθη, ὡς βασιλέως τιβερίου ἐν αὐτῷ θανόντος, ἄλλως ἱστορίας φασί. καὶ ὁ τὸ δίων. τίβεριν δ' ἐνταῦθα ἡ ἱστορία φησίν, οὐ τὸν μετὰ τὸν αὔγουστον, ἀλλ' ἕτερον ἀρχαιότερον ὄν, φησίν. ἐν μάχῃ τελευτήσαντα, καὶ ὑπὸ τοῦ ῥεύματος παρενεχθέντα ἐπώνυμον ἑαυτοῦ τὸν ποταμὸν ἀφεῖναι.

Laurentiæ uxori.) Vet. lib. Laurentiæ. Item Plutarchus in Romulo, & Dionyſius libro I. λαυρεντίαν. *Et à Palanteo Urbe Arcadia Palantium, deinde Palatinum montem appellatum*.) Euſtathius docet Pallantium duobus LL., Palatium uno ſcribendum eſſe his verbis. τὸ πάλαι οἱ ἀρκάδες ἱδρύσαντο, καὶ λόφον ἐχυρωσάμενοι, ἐν παλλάντιον ὠνόμασαν ἀπὸ τοῦ ἐν ἀρκαδίᾳ παλλαντίου. ὅθεν καὶ νῦν οἱ ῥωμαῖοι τὰς βασιλεῖς οἰκήσεις τοῦτο ὅτι ὠκίσθη παλλάντιον καλοῦσι, καθ' ὑφαίρεσιν ἀποστείλαντες τὸ λ, καὶ τὸν ν. *Palatinum Romulus, Remus Aventinum*.) Vet. lib. Palatium Romulus. Recte. Nam Palatinum non eſt perinde, atque Aventinum, ſubſtantivum nomen, ſed adjectivum. Itaque niſi ubi collem addimus, Palatinum dicere non debemus, ut infra. Inter Palatinum, Capitolinumque collem. Ex Palatio autem Palatinus, ex Aventino Aventinenſis orta nomina ſunt. Ita paullo poſt Palatium primum, in quo ipſe educatus erat, non Palatinum lege. *Donec tradito ſervis publicis ſollemni miniſterio*.) Ap. Claudium Cæcum cenſorem intelligit, qui ſacra à Potitiis ad ſervos publicos tranſtulit, ut ipſe ſcribit libro IX. *Locum, qui nunc ſæptus denſis ſentibus inter duos lucos eſt, Aſylum aperit*.) Quidam veteres libri habent. Qui tunc ſæptus denſis ſentibus inter duos lucos erat. Quod non probo. Nam Dionyſius, ita, ut Livius, loquitur. τὸ μεταξὺ χωρίον τοῦ τε καπιτωλίου καὶ τῆς ἄκρας, ὃ καλεῖται νῦν κατὰ τὴν ῥωμαίων διάλεκτον μεθόριον δυοῖν δρυμῶν. *Centum creat Patres, ſive quia is numerus ſatis erat, ſive quia ſoli centum erant, qui creari Patres poſſent*.) Sane legendum eſſe videtur. Qui ciere Patres poſſent; ſic enim ſcribit lib. X. Qui Patrem ciere poſſent, eos Patricios eſſe appellatos. Dionyſius etiam, ac Plutarchus, ubi exponunt cauſſas, cur centum potiſſimum Senatores, quos Patres appellaverit, Romulus crearit, ita ajunt; ὅτι πατέρας εἶχον ἀποδεῖξαι μόνοι: ideſt quod Patres nominare ſoli centum poſſent, quaſi verò alii terræ filii eſſent. (3)

A pleriſque rogitantibus dimiſſi, ecquod fœminis quoque Aſylum aperuiſſent.) Vet. lib. ecquid non fœminis quoque. *Cænienſes*.) Dionyſius, & Stephanus de Urbibus. Urbem καινίνην ſcribunt cum diphtongo, ex quo apparet Cæninenſes eſſe ſcribendum. *Thalaſſii cuiuſdam*.) Vet. lib. Talaſii, itemque Græci ταλάσιον. *Cæninenſes, Cruſtumini que, & Antemnates*.) Vet. lib. Cæninenſes, Cruſtumini, & Antemnates. *Ovantem Romulum Herſilia conjux precibus raptarum fatigat, orat*. Vet. lib. Precibus raptarum fatigata, orat. Perſpicue verum, Sic loquitur alibi Livius. *Quod alienis cladibus ceciderant animi*.) Vet. lib. Quod jam alienis cladibus ceciderant animi. *In Cruſtuminium nomina darent*.) Legendum. In Cruſtuminum, ut ſubaudiatur, agrum. *Additur fabula*.) Probo ſuſpicionem Glareani, qui legit. Additur fabula, ut non ea, quæ expoſita ſunt, ſed, quæ exponenda ſunt, fabula dicantur. Addo illud, Livium ita lib. V. eſſe locutum. Inſeritur huic loco fabula, & libro X. Id credo cognomen errorem in ædilibus feciſſe, ſecutamque fabulam miſtam ex ædiliciis, & conſularibus comitiis convenientem errori. *Hoſtius Hoſtilius*.) Alio libro oſtendit ex auctoritate lapidum Capitolinorum, & Valerii, & Macrobii, Hoſtum eſſe prænomen tum in hoc Rege, tum in Hoſto Lucretio Conſule, de quo infra dicam, non Hoſtium. *Hic in Palatio*.) Vet. lib. Palatio, ut ante.

Ab arce decurrerat.) Vet. lib. Decucurrerat; oſtendit porrò Priſcianus bonos auctores compoſitum, cucurri, uſurpaſſe, ut Livius in II Et ſi ferocius procucurriſſent; idemque feciſſe Catonem, Plautum, & Terentium.

Equus Curtium in vado ſtatuit.) Hanc lectionem laudat Glareanus, injuſte. (4) Vet. enim libri habent, Equum Curtius in vado ſtatuit. Ex quo intelligi poteſt legendum eſſe: Equum

(2) Hoc ex Sabellico & Glareano habet, licet neutrius meminerit.

(3) Hunc locum reprehendit Robortellus lib. 2. Emendat. cap. 55. Ecto enim patricios ita dictos: non tamen Patres, nec ea de cauſa primùm ita appellati. Dionyſius lib. 2. multa de hac re ſcribit, & refellit eos nominatim, qui patricios dictos aſſerebant, quia patrem ciere poſſent. Cur itaque lectio mutatur contra fidem omnium antiquorum librorum?

(4) Glareanus legit: Equum Curtius, de verbo ſtatuit, dicere, quando omnes Codices ita habebant, ſuperſedit. Sabellicus de verbo, ſtatuit, loquitur. At Sabellicum omittit, Glareanum carpit, cùm Glareanus loquatur ex Gellii authoritate lib. 18. cap. 5. Robortellus mire hic increpat Sigonium de mutatione hujus loci, lib. 2. Emendat. cap. 51. horum verborum hanc ſententiam eſſe ſcribens: Equum emerſiſſe ex palude illa, & ſtatuiſſe Cur-

Equum Curtius in vado deſtituit; nam Plutarchus hanc ſententiam ita vertit. καὶ ἰδόντα τὸν ἵππον, ἑαυτὸν ἔσωσεν. I. deſtituto equo ſemet ſervavit. Errori locum dederunt finitimæ illæ ſyllabæ do, de. *Ab I. Tatio Titienſes appellati.*) Quamquam Feſtus à prænomine Tatii ait Titienſes eſſe dictos, tamen Tatienſes potius legendum puto a Tatio. Ita enim Vet. libri. Ita Varro. Ita Plutarchus. ἀπὸ τοῦ Τατίου [illegible].

Lucerum nominis, & originis cauſſa incerta eſt.) Iidem Lucenſes etiam à Feſto, & Plutarcho dicti ſunt. Horum originem incertam eſſe ait Livius, non quia nulla tradita ſit, ſed quia aliam alii tradentes rem in dubium adduxerunt; alii enim a luco, alii à Lucumone, alii à Lucero Ardeæ Rege nominatos voluerunt, auctor Plutarchus, Feſtus, Pedianus. *Ut tamen expiaretur ligatorum injuriæ, regiſque cædes, fœdus inter Romam, Laviniumque Urbes renovatum eſt.*) Si locus hic attentè ſpectetur, facilè, ut ait Glareanus, intelligetur aliquid deeſſe, deeſt autem ratio, *qua expiatio facta eſt.*) De qua Dionyſius ita: τότε ἄγος ἀφοσιοῦται τὸ περὶ τοὺς πρέσβεις γενόμενον, & Plut. in Romulo. καὶ καθαρμοῖς ὁ Ῥωμύλος ἥγνισε τὰς πόλεις, οὓς ἔτι νῦν ἱστοροῦσιν ἐπὶ τῆς Φερεντίνης πύλης συντελεῖσθαι. Aut igitur ſacrimentio deeſt, aut voce illa, Fœdus continetur, atque expreſſa eſt. Ceterum renovatio fœderis cum Laurentibus ſolemnis erat. Lib. enim IIX. ait. Cum Laurentibus renovari fœdus juſſum, renovaturque ex eo quotannis poſt diem decimam Latinarum. (5) *Quos celeres appellavit.*) Rationem affert nominis Plutarchus, ἀπὸ τῆς περὶ τὰς ὑπουργίας [illegible]. *Ad Capræ paludem.*) Suſpectum ſe habere hoc nomen ait Glareanus, neque alibi ſe legiſſe. At Plutarchus tamen in Romulo ita ait, [illegible]. Et Feſtus lib. III. Capralia appellatur ager, qui vulgo ad Capræ paludem dicitur. (6) *Ars, inquit, Romanis &c. proinde rem militarem colant &c.*) Hæc ſic vertit Plutarchus. [illegible]. Decreverunt enim, ut, cum populus Regem juſſiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi Patres auctores fierent. *Hodieque in legibus, Magiſtratibuſque rogandis uſurpatur idem jus vi ademptum, priuſquam populus ſuffragium ineat, in incertum comitiorum eventum Patres auctores fiunt.*) Difficilis, & lubricus locus hic eſt. In veteribus libris eſt, vi adempta, non vi ademptum. Quam lectionem aliorum ingenio partam probat Glareanus his verbis. Quidam emendarunt: Vi ademptum, & ad uſurpatur, verbum conjungunt, quod placet, & vi ademptum fortaſſis ad Julium Cæſarem retulit, quem tamen propter Auguſtum nominare non audebat, niſi quia malit ad ejus ſæculi ſeditiones referre, quæ Cæſarem præceſſerunt. Hæc ille. (7) Mihi vero neque hæc lectio, neque hæc ſententia probatur, neque enim hoc jus vi aut à Cæſare ademptum eſt, aut ante Cæſarem ab alio. De Cæſare teſtis eſt Svetonius, qui ſcribit de eo: Comitia enim populo partitus eſt, ut exceptis Conſulatus competitoribus de cetero numero candidatorum pro parte dimidia, quos populus vellet, pronunciarentur, pro parte altera, quos ipſe dediſſet, & edebat per libellos circum Tribum miſſos ſcriptura brevi. (8) Cæſar Dictator illi tribui. Commendo vobis illum, & illum, ut veſtro ſuffragio ſuam dignitatem teneant. De aliis auctor eſt Livius, qui ſæpius hoc inſtitutum relatum eſſe, & lege ſancitum nova, cum quaſi vetuſtate obſolevisſet, ſcribit, ut libro VI. Quia Patricii ſe auctores futuros negabant, prope ad ſeceſſionem Plebis res venit. Item S. C. factum eſt, ut duos viros ædiles ex Patribus Dictator populum rogaret, Patres auctores omnibus ejus anni comitiis fierent, & lib. IIX. Lata lex, ut legum, quæ centuriatis comitiis ferrentur, ante initum ſuffragium Patres auctores fierent. Præterea hunc eundem morem temporis vetuſtate obliteratum à L. Sulla Conſule renovatum fuiſſe ſcribit Appianus lib. 1. his verbis: ἐσηγοῦντο μηδὲν ἔτι ἀπροβούλευτον ἐς τὸν δῆμον ἐσφέρεσθαι νενομισμένον μὲν οὕτω καὶ πάλαι, παραλελυμένον δὲ ἐκ πολλοῦ. Accedit, quod Cic. in Oratione pro Plancio, quam poſt Sullæ mortem ante Cæſaris dictaturam dixit, ait: Apud majores noſtros Magiſtratum non gerebat is, qui ceperat, ſi Patres auctores non erant facti. Quæ cum ita ſint, probo magis veterem lectionem, vi adempta, ut ſit ſenſus. Hodie quoque uſurpatur idem jus, ut Patres comitiorum ſint auctores, niſi fortaſſe vis aliqua fiat à Tribuno plebis aliquo, qui ſine auctoritate Senatus cum populo agat. Quod ſæpiſſime ante Cæſarem factum eſſe, omnia Romanorum monumenta loquuntur. Quod autem inquit, vi adempta, Cicero dixit ad Lentulum, vi excepta. Ego tibi à vi, hac præſertim imbecillitate Magiſtratuum, præſtare nihil poſſum; vi excepta, poſſum confirmare te & Senatus, & Populi R. ſummo ſtudio amplitudinem tuam retenturum. Eſt præterea intelligendum, quod Romani dicunt, Senatum auctorem eſſe, id à Græcis dicit: προβούλευμα. Nam quod ait Livius lib. 3. Quod legum ab iis latarum Patres auctores fuiſſent, Dionyſius vertit lib. 11. [illegible] προβούλευμα εἰς τὸν δῆμον [illegible]. Quod ait etiam lib. 2 Victi tandem Patres, ut de connubio ferretur, conceſſere. Dionyſius vertit lib. 11. [illegible] τὸ προβούλευμα ὑπὸ τῆς [illegible], καὶ λαβόντες αὐτὸ μετὰ πολλῆς χαρᾶς οἱ δήμαρχοι προῆλθον εἰς τὴν ἀγοράν. Idem in Ser. Tul. ἡ βουλὴ οὐκ [illegible] πλῆθος, ὥσπερ αὐτῷ [illegible]. Et in iidem Conſolat. : τὴν βουλὴν [illegible] ἄρξαι προβουλεύματι [illegible], ὥσπερ [illegible]. *Ser. Tullo*) Ser.

Curtium in vado, id eſt: In loco tuto ac minimè profundo. Ita ut legendum ſit: Equus Curtium in vado ſtatuit. Et ita omnes vetuſti libri habent. Nec commode Livii verba ad Plutarchi ſententiam accommodari poſſunt, cùm uterque diverſos fuerit ſecutus authores. Nam id, quod narratur de eo, vario modo prolatum eſt ab Hiſtoricis. Dionyſius pedeſtrem illum pugnaſſe ait.

(5) Glareanus non dicit quicquam deeſſe, ſed ſcire cupit, quomodo inter Romanos & Lavinium ſit expiatum ſcelus cædis.

(6) Glareanus admonet duntaxat, nihil definit, ut aliis cogitandi anſam præberet, quod cum laudabile erat, non erat in contumeliam trahendum.

(7) Glareanus ingenuè fatetur, hoc ab aliis erutum, nec ſibi adſeruit.

(8) Hæc Svetonii verba ſatis declarant comitiorum rationem mutatam, etſi non omnino abrogatam; non igitur ſinè cauſa dubitavit Glareanus.

Ser. Tullio, perſpicue. *Augur ad lævam, ejus capite velato, ſedem cepit.*) Hunc in modum diſtinguendum eſſe hunc locum Rhodigino placuit, Plutarchi auctoritate adducto, qui ſcribit in Numa, [illegible] &c. videtur enim Plutarchus, ſi modo recte eſt apud illum vox illa ἐγκεκαλυμμένον) caput Regis velatum fuiſſe, non auguris ſignificare. (9) Me autem juvat eorum eſſe ſententiæ, qui ad lævam ejus ſcribunt, & caput velatum auguris intelligunt, quod infra dicat: Statua Attii capite velato in comitio fuit, & lib. X. Si augur capite velato victimam cædat, augurium ex arce capiat.

Quæ fama in Sabinos, aut quo linguæ commercio.) Vet. lib. qua fama. *Dea Ægeria.*) Vet. lib. Egeria, probo. Dionyſius enim & Plutarchus ἠγερίαν edunt, aut ἐγερίαν. Feſtus ab egerendo dictam eſſe ſcribit: *Atque omnium primum ad curſum Lunæ in XII. menſes deſcribit annum, quem, quia tricenos dies ſingulis menſibus Luna non explet, deſuntque dies ſolido anno, qui Solſtitiali circumagitur Orbe, intercalares menſibus interponendo, ita diſpenſavit, ut vicefimo quarto quoque anno ad metam eandem Solis, unde orſi eſſent, plenis annorum omnium ſpatiis dies congruerent.* M. Antonius Sabellicus hujus loci obſcuritatem primus (ut opinor)& ſenſit, &, ut ipſe ſibi viſus eſt, ſuſtulit, cujus viri auctoritas tantum valuit, ut poſt eum Glareanus, & ceteri, qui hunc locum attigerunt, eundem ita ut ille oſtenderat, expoſuerint. (10) Quorum interpretationem cur hoc demum tempore unus ipſe repudiem, paucis, ut inſtitui, explicabo; ſic igitur exponit Sabellicus. Cum Lunarem annum Numa XII. menſium, & CCCLV. dierum primus inſtituiſſet, quia cum Solari eum anno non convenire reperiebat, qui diebus CCCLXV., & quadrante conficitur, dies qui quotannis ad Solaris anni rationem deerant, quorum ſumma vigeſimo quoque quarto anno erat CCLXIV., ita diſpenſaviſſe, ut octavo quoque anno XC. interponeret, tertio autem octennio, ideſt viceſimo quarto quoque anno non XC., ſed LX., qui ſuperabant, atque ita effeciſſe, ut eo demum anno dies Lunaris, & Solaris anni, à quo orſi eſſent, congrueret. Hunc autem ſenſum ut eliceret, contra omnium librorum auctoritatem legit, viceſimo quoq; quarto anno, cum ubique, viceſimo, legatur. Ego autem ita ſentio. Lunarem annum Numam inſtituiſſe non CCCLV. ſed CCCLIV. dierum. Cum autem Solaris Lunarem ſuperaret quotannis XI. diebus & quadrante, invenit viceſimo anno Lunarem à Solari victum eſſe diebus omnino CCXXV., ut ergo illo demum anno Solaris cum Lunari congrueret, atque ad eandem metam Solis, unde orſi eſſent, dies convenirent, hos dies ita diſpenſavit, ut non octavo, ſed ſecundo quoque anno alternatim modo dies XXII., modo XXIII. interponeret. Qua ratione fiebat, ut cum perveniſſet ad annum XX., Lunaris annus à Solari nec vinceretur, nec eum vinceret. Quod unuſquiſque intelliget, qui ſummam annorum hoc modo concipiet; nam cum quarto quoque anno XLV. dies intercalentur, ſi quinquies quadraginta quinque ſumpſeris, eos CCXXV. reddideris. Hanc autem ſententiam, quamquam obſcurius, edit Plutarchus in Numa ita: [illegible] Et Cenſorinus ita. Cum intercalario menſi XXII. dies, vel XXIII. alternis annis addi placuiſſet, ut civilis annus ad naturalem exæquaretur, in menſe potiſſimum Februario inter Terminalia, & Regifugium intercalatum eſt. Hoc tantum inter hos intereſt, quod Plutarchus quadrantis diei rationem non habet. Itaque ſecundo quoque anno XXII. dies interpoſitos eſſe cenſet. Cenſorinus autem habet. Itaque modo XXII., modo XXIV. intercalatos eſſe ait, ut quinque dierum, qui ex quadrante diei vicies ſumpto oriuntur, ratio haberetur. Hæc cum ſummorum Scriptorum auctoritate firmentur, neminem non probaturum, illa altera non omnino repudiaturum eſſe confido. (11) *Pontificem deinde Numa Marcium Marci filium ex Patribus legit.* Nemo animadvertit hunc locum eſſe mendoſè, cum ſit tamen. Nominativus enim, Numa, vacat, cum tota oratio altius repetenda ſit, & ſuum habeat nominativum, quem ſpectet; inquit enim: Declaratus Rex Numa Janum indicem pacis, bellique fecit, annum deſcripſit, Flaminem Jovi aſſiduum creavit, virgines Veſtæ legit. Salios legit, Pontificem deinde Numa Marcium Marci F. legit. Hic ego dico, non eſſe neceſſe Nominativum, Numa, iterare, placere autem, Numam Marcium legi. Fuit enim Numa prænomen Sabinum. Itaque Pompilii, & Marcii id tulerunt. Marcus autem Marcius is eſt, (credo) qui Numam Pompilium ad regnum Romæ accipiendum (ut ais Plutarchus) hortatus, cum eo Romam ex Sabinis commigravit. Hic cum ab eodem Rege in Patriciorum numerum relatus eſſet, poſt ejus obitum cum Tullo Hoſtilio de regno contendit, ab eoque victus ſibi mortem conſcivit. Hujus filius Pompiliam Numæ Pompilii Regis filiam in matrimonio habuit, & ex ea Ancum Marcium Regem ſuſcepit, quem tuliſſe Numæ prænomen apparet lib. V. Taciti, ubi ait: Numam Marcium Præpoſitum Urbi fuiſſe à Tullo Hoſtilio Rege. Quod autem ratione confirmavi, id etiam in quibuſdam manuſcriptis libris inveni.

M. Marcius Sabinus.
à Numa Rege in Senatum lectus, & poſt in Regni petitione à Tullo Hoſtilio victus ſibi mortem conſcivit.

Numa Marcius
Numæ Regis gener, primus Pont. Max. ab eo factus à Tullo Rege Urbi Præfectus.

Ancus Marcius Rex IV.
Numa Regis ex filia nepos,
Plut. in Numa.

Et ſoli Fidei ſollemne inſtituit.) Vox, ſoli habet

(9) Non diſſentit Plutarchus à Livio, ut oſtendit Robortellus lib 2. Emendat. cap. ultimo. Nam verba Plutarchi ſic debent interpungi ex vetuſto Codice [illegible].

(10) Glareanus Macrobii traditionem explicavit non ſuam, in illum igitur clames oportet, non Glareanum.

(11) Improbat hanc Sigonii ſententiam Robortellus in diſputatione de ratione corrigendi, quòd adverſetur Macrobio & Cenſorino, qui imparis numeri habitam rationem a Numa docent, in anno inſtituendo.

bet ſine controverſia mendum. Dionyſius δημοσίαν πίστιν vocat, ideſt publicam Fidem; ſi autem in quibuſdam manuſcriptis eſt, (ut audio) Et ſimul Fidei, non improbo. (12) *Imperitabat tum C. Cluilius Albæ.*) Legendum eſt C. Clœlius. Quod hac ratione confirmo. Nominat hoc in loco Livius C. Cluilium Albæ Dictatorem, & foſſam Cluiliam ab ipſo C. Cluilio procul ab Urbe V. millia paſſuum factam Dionyſius lib. III. hunc ducem κλοίλιον, & foſſam κλοιλίαν vocat; at libro VIII., itemque Plutarchus in Coriolano κλοιλίας. Ex quo intelligi poteſt apud Livium, & Dionyſium lib. III. legendum eſſe Clœlium, & Clœliam; præſertim verò cum Feſtus ſcribat, Clœlias foſſas à Clœlio Albanorum Rege eſſe dictas. Fuit autem Clœlia gens Albana, poſt à Tullo Hoſtilio Albâ everſâ Romam tranſlata. Dionyſius auctor, itemque Livius. *Et neganti Albano bellum in trigeſimum diem indixerunt.*) Trigeſimum tertium legendum, ex eo, quod infra ſcriptum eſt. Si non deduntur, quas expoſcit diebus tribus, & triginta, tot enim ſollemnes ſunt, peractis, bellum ita indicit. *Albani Metium Suffetium creant.*) Lege Fuſetium; nam Dionyſius habet φουφέτιον, & Plutarchus in libro τῶν παραλλήλων, μέττιον φουφέτιον appellat. Eodem modo Q. Fuſius Calenus, non Fufius, ut vulgo, vocandus eſt. Quod ex Capitolino ejus Conſulatu, & Græco Dionis libro intelligi poteſt. (13) *Ex res à ſtativis excivit Metium, ducit quam proximè ad hoſtem poteſt.*) Vet. lib. Is ducit quam proxime. *Fæcialis.*) Fetialis ſcribendum arbitror ſine diphtongo. Ita enim lib. veteres, ita Græci, φετιάλεις, & φετιαλεις; ita demum nominis ratio poſtulat. Fetiales enim à feriendo dictos eſſe ſcribit Feſtus, quod pacis faciendæ eſſent auctores. *Sagmina, inquit, te Rex poſco. Rex ait, puram tollito.*) Vet. lib. Pura, ut ad Sagmina referatur. *Si prior defexit publico conſilio, dolo malo: tu illo die Juppiter Populum Romanum, ſic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam.*) Vet. lib. plerique. Tum ille dies Juppiter. Ex quo conjicio legendum eſſe. Tum ille Dieſpiter. Verba enim ſollemnia ſunt, eaque antiquiſſima, ut ait Feſtus lib. X. his verbis, Scilicem tenebant juraturi per Jovem, hæc verba dicentes: Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter, ſalvo Urbe arceque, bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem; eſt autem apud Livium, dolo malo, idem, quod; Si ſciens fallo. Dieſpiter autem Juppiter dictus eſt, quaſi Diei pater. Varro. *Eo majore cum gaudio, quo prope metum res fuerat.*) Vet. lib. quo propius metum, placet. *Sic eat, quæcumque Romana lugebit hoſtem.*) Vet. lib. quæcumque Romanum lugebit hoſtem, placet. *Lex horrendi criminis erat. Duumviri perduellionem judicent.*) Vet. lib. Hortendi carminis erat. Vere. Carmen enim appellat verba legis, quæ ſequuntur. Duumviri perduellionem &c. Sic lib. III. Recitabatque rogationis carmen. Si quis Tribunos Plebis decem, &c. (14) *Exempli parum memoris legum humanarum.*) Emendat Beatus Rhenanus, Romanarum, pro Humanarum, quod non placet; nam & à Vet. lib. diſſidet, & à Varrone, qui ita ſcribit lib. primo de vita Populi Rom., ut eſt apud Nonium. Metium Fuſetium propter perfidiam interfecit pæne imperioſius, quàm humanius. *Principes Albanorum in Patres legit Tullios, Servilios, Quinctios.*) Mendosè Tullia gens inter Albanas Romam à Tullo Hoſtilio tranſlatas numeratur pro Juliis. Id indicat Dionyſius, qui eodem ordine commemorans has gentes, inquit, ἰουλίους, σερουιλίους. Adde quod gens Tullia non Albana fuit, ſed Corniculana, & quod Tullus, & Tullius pro Julo, & Julio infra ſæpiſſime eſt mendosè. (15) *Quintios.*) Quinctum, Quinctium, Quinctilium, & Quintilianum ſcribendum eſſe facilè omnes illi intelligere poterunt, qui Capitolinorum lapidum ſcripturam obſervaverint. Eadem ſcriptura ſervatur etiam in quibuſdam Libris manuſcriptis Diodori Siculi, quos mihi commodavit vir omni & virtutis, & laudis genere præſtantiſſimus, Ludovicus Beccarellus, tum cum Venetiis Pontificiæ Legationis munus obiret, qui libri cum adhuc impreſſi non ſint, plurimum mihi, ut poſt idoneo loco oſtendam, ad Livianam hiſtoriam emendandam ſæpiſſime profuerunt, in iis ergo eſt κοΐντιος, & κοΐντιον, itemque eſt eum in aliis lapidibus, tum in quodam pervetuſto, qui in agro Regienſi eſt, apud ornatiſſimum juvenem, Horatium Malegutium, ejuſmodi.

QUINCTÆ, NONIÆ
RUFÆ ET
NONIÆ. Q. F. QUINCTULÆ

Quid plura? in ipſis etiam Livianis libris manuſcriptis ita demum ſæpe eſſe, quamquam inconſtanter, comperi. *Pugna atrox ad ſilvam Malycuſam fuit.*) Cum vetuſti libri omnes habeant, ad ſylvam Malitioſam, ſatis mirari non poſſum, cur iſti Emendatores Malycuſam malint, quam Malitioſam, quam germanam eſſe hujus loci lectionem probatur ex Dionyſio, qui hanc ſilvam appellat τὴν ὕλην καλουμένην κακοῦργον. Eſt autem κακοῦργος, Malitioſus. *Nec pugna deinde illis conſtare, nec fuga explicari.*) Vet. lib. Nec pugna deinde illis conſtare, verè. *Fulmine ipſum cum domo conflagraſſe.*) In omnibus Vet. lib. eſt. Fulmine ictum cum domo conflagraſſe, quod probo. Sic Cicero lib. II. de off. Phaëtontem ictu fulminis conflagraſſe, & Liv. lib. XXXIV. duas naves fulmine ictas conflagraſſe, & Lactantius lib. III. Capitolium ſæpius fulmine ictum conflagraſſe. *Ancus Martius.*) Marciæ gentis nomen ſcribi debere literas c, non t, quod imperitorum conſuetudo invexerat, docent Capitolina marmora Græcorum libri, & manuſcripti Latini, & ipſius denique nominis ratio, aut enim à Marco, aut, quod quidam tradiderunt, à Mamerco manavit. Etenim ſcribit Plutarchus in Numa, placuiſſe quibuſdam à Mamerco Marcios eſſe appellatos, qui Numæ Regis filius fuit, eoſque propterea cognomine Regis eſſe uſos. Nam Marciorum Regum familia Romæ fuit, quam tamen non à Mamerco Numæ filio, ſed ab Anco Marcio Rege originem traxiſſe intelligi ex Svetonio in Cæſare poteſt, apud Plutarchum autem mendosè legitur; ἀπὸ δὲ τοῦ μαμέρκου μαμερκίους, pro μαρκίους. Nam Ma-

(12) At improbat Robortellus lib. 2. Emendationum cap. 55. & ſoli legendum affirmat, quia non inſtituerat aliis diis ſolenne Sacrum, id eſt, Anniverſarium, ut vocat Varro in libro de lingua Latina, & Verg. lib. 3 ubi ait: Solennes tum forte dapes. Et Livius lib. 1. Solenne notum erat. Et lib. 5. Solenne gentis de Anniverſariis ſacris loquens, quæ ſemel quotannis fiebant ſtatis diebus.

(13) Glareanus credit Græcos Latina nomina ſæpe ſcriptora corrupiſſe, aut poſtea à Librariis malè deſcripta, quod hic in duobus nominibus ſatis claret κοΐντιοι κλοίλιοι, [illegible]. Robortellus hoc loco magnificè ridet Sigonium lib. 2. Emendat. cap. 52

(14) Hoc ante multos annos Sabellicus notavit, quare ſua laude privandus non fuiſſet.

(15) Et hoc quoque notavit Sabellicus.

Mamerciæ gentis nulla uſquam mentio fit. *Numæ Pompilii nepos filia ortus Ancus Marcius erat.*) Hic locus oſtendit vitioſè legi apud Plutarchum in principio Coriolani, cum ait, ὃν καὶ Νόμας ἐν γάμοις ἔσχεν θυγατριδοῦς, καὶ μετὰ Τύλλον Ὁστίλιον βασιλεὺς γενόμενος, legendum autem eſſe, ὃ καὶ Μάρκιος ἐν ἄγαις ὁ Νομᾶ θυγατριδῆς, ideſt, ex qua gente fuit etiam Marcius Ancus Numæ ex filia nepos. *Jus ab antiqua gente Æquicolis, quod nunc fetiales habent, deſcripſit.*) Hinc Valerius in epitome de prænominibus. Ab Æquicolis Sertorem Reſium, qui primus jus fetiale inſtituit. *Haſtam ferratam, ſanguineam, aut præuſtam.*) Lege ex Vet. lib. aut ſanguineam præuſtam. *Quod Populi priſcorum Latinorum, hominesve priſci Latini.*) Lege. Homineſque quia haud ita multo poſt ait. Populis priſcorum Latinorum, hominibuſque priſcis Latinis, & Gellius lib. XVII. ex Cincio. Quod Populus Hermundulus, homineſque Populi Hermunduli. Ubi eadem verba, quæ hic, uſurpantur. *Aventinum novæ multitudini datum.*) Neſcio cur Glareanus miretur Aventinum neutro genere à Livio eſſe dictum, cum Dionyſius paſſim τὸ Ἀβεντῖνον, & τὸν Ἀβεντῖνον λόφον dicat. (16) *Tellenis Ficanaque.*) Dionyſius Τελλήνην, & Φικόλνεαν πόλιν vocat, librarii vitio, pro Φικάνην. Nam paullo poſt addit de defectione Fidenatium. *Ponte Sublicio tum primum in Tiberi facto.*) Vet. lib. in Tiberim, itemque in epitom. Pontem Sublicium in Tiberim fecit. Sublicium porrò pontem ξύλινον γέφυραν Græci vocant, ideſt ligneum. *Quiritium quoque foſſa.*) Feſtus. Quiricium foſſæ, quibus Ancus Marcius Urbem circumdedit. *In ore Tiberis Hoſtia Urbe condita.*) Oſtia ſcribendum. Nam Dionyſius dictam eſſe ait, quaſi θύραν, iſteſt oſtium. *Ad Murtiæ datæ ſedes.*) Murciæ videtur ſcribendum ex Feſto, qui ait: Murciæ Deæ Sacellum erat ſub monte Aventino, qui ante Murcus vocabatur, & Plutar. in lib τῶν κεφαλαίων ἐν τῷ μυρσίνῃ ἀφροδίτης καλουμένην μυρτίαν τὸ παλαιὸν, ὡς ἔοικεν ὀνόμαζον. *Demarati Corinthii.*) Ita libri omnes Latini. Græci Δημάρατος, at Capitolina monumenta, Damarati edunt, qua ratione lib. XXXIIX. Nicodamus, & Damoteles, & alibi Damocritus dixit, cum tamen Græce litera η ſcribantur. (17) *Damœſtoque ibi comparato L. Tarquinium Priſcum edidere nomen.*) Puto vocem, Priſcum, inducendam eſſe, neque enim Priſci cognomen tulit, niſi poſtquam L. Tarquinius Superbus florere cœpit. Nam (ut ait Dionyſius) Priſcus eſt appellatus, qui major natu erat, quam Superbus. Non eſt autem veriſimile ab ipſo L. Tarquinio, Priſci cognomen editum eſſe, verùm multis poſt annis florente jam Superbo illud vulgo inveniſſe, comprobat hanc meam conjecturam, quod in veteribus libris luxatæ hæ voces ſunt. L. Tarquinium edidere Priſcum, ut gloſſema alicujus eſſe videatur in verba auctoris ex margine libri (ut fit) temere à librario translatum. *Statua Accii capite velato, quo in loco acta res eſt in comitio in gradibus ipſis ad lævam Curiæ fuit.*) Vet. lib. Statua Attii poſita capite velato, ſic lib. III. de Statua Clœliæ. In ſumma ſacra via fuit poſita virgo inſidens equo. *Poſteriore modo ſub iiſdem nominibus, qui additi erant, appellati ſunt.*) Vet. lib. Poſteriores. Recte, ut ſit poſteriores equites, qui additi erant, appellati ſunt ſub iiſdem nominibus, ideſt, idem nomen, atque priores, tenuerunt, ut poſt apertius dicam. *Pontem incendunt.*) Vet. lib. Succendunt, aptius; nam inquit accenſa ligna in flumen eſſe conjecta, quibus pons conflagravit. *Deditis ne vos, Populumque Collatinum, Urbem, agros.*) Vet. lib. Populum Collatinum. Vos enim vocandi caſus eſt, non nominandi, ut intelligunt ii, qui Populumque Collatinum emendarunt. Quod ex deditione Campanorum colligi poteſt lib. VII. ubi ait. Itaque Populum Campanum, Urbemque Capuam, agros, delubra Deûm, divina, humanaque omnia, in veſtram P. C. Populique Romani ditionem dedimus; non, Nos, Populumque Campanum. (18) *Ficulnea vetus, Cameria.*) Dionyſius etiam hoc loco mendosè habet Φικόλνεαν, pro Φικάνην, ut ſupra, ita ut Ficanam, & Ficulneam eandem eſſe Civitatem intelligere videatur. Varro quidem in lib. de lingua Lat. Fidenates, & Ficulneates ſuburbanos Populos vocat.

Tum quia Servio occiſo.) Vet. lib. Et quia Servio occiſo, atque ita ſine controverſia legendum eſt; nam hæc eſt altera ratio, quæ priorem ſubſequitur, quæ erat. Et quia gravior ultor cædis. Itaque apte altera alteri nunc reſpondet. *Tum demum palam factum. Et comploratione in Regia orta.*) Neſcio cur veterem lectionem immutaverit Rhenanus. Tum demum palam facta ex comploratione in Regia orta, cum ſit ſenſus. Servius celata morte Regis opes ſuas firmavit, tum demum palam facta ex comploratione in Regia orta regnavit. *Cornicines, Tubicineſque.*) Vet. lib. Tubicineſque. Egregiè, Dionyſius enim ubi hac de re agit, vertit σαλπιγκτάς. *In tres centurias diſtributi.*) Malim, in duas, ut ſcribit Dionyſius, ut centuriæ omnes ſint CXCIII., numero impari, ut concipit Dionyſius, non CXCIV. *Equitum ex primoribus Civitatis XII. ſcripſit centurias; ſex item alias centurias tribus ab Romulo inſtitutis, ſub iiſdem, quibus inauguratæ erant, nominibus fecit.*) Ex his verbis centurias colligit Glareanus XV., cum ſint XIIX. tres enim veteres tantùm auctas eſſe putare videtur, cum ex tribus ſex factas eſſe Livius intelligat. (19) Hac enim de re ſic ait in Priſco. Tarquinius equitem maximè ſuis deeſſe viribus ratus, ad Ramnenſes, Tatienſes, Luceres, quas centurias Romulus ſcripſerat addere alias conſtituit, ſuoque inſignes relinquere nomine, & paullo poſt. Neque tum Tarquinius de equitum centuriis quidquam mutavit, numero tantùm alterum adjecit, ut mille DCCC. equites in tribus centuriis eſſent; poſteriores modo ſub iiſdem nominibus, qui additi erant, appellati ſunt, quos nunc, quia geminatæ ſunt, ſex vocant centurias. Hæc ibi. Geminavit autem eas Tullius, ita ut ex tribus ſex faceret, ſed ſub iiſdem nominibus. Quo efficiebatur, ut primi eſſent, & ſecundi Ramnenſes, primi, & ſecundi Tatienſes, & Luceres. Quod Feſtus etiam docet, qui libro XVII. ait ita. Civitas Romana in VI. diſtributa erat partes, in primos

(16) Glareanus dubitat, ut ſolet, in quo laudem quærit. Feceſe hoc homines docti ante eum, quorum negligentiam mavult imitari, quam invidioſam aliorum induſtriam.

(17) Dorum lingua pro η uſurpat α, ut: τὰν μόναν pro τὴν μόνην, ita in hoc loco, quod tamen non advertit Sigonius.

(18) Sed cujus caſus eſt vos in præcedente verſiculo, ubi inquit, ut: vos populumque Collatinum dedeſeris? Quæ hæc diligentia!

(19) Vide annotationes Glareani, eique injuriam manifeſtam fieri dices.

mos, ſecundus Tarienſes, Ramnenſes, & Luceres. Dionyſius item decem & octo centurias à Tullio factas ſcribit, non quindecim. *Equites enim vocabantur primi, octoginta inde primæ claſſis centuriæ primum peditum vocabantur.*) Voces hæ, Primum peditum vocabantur, perſpicue gloſſema ſunt ejus, qui locum hunc in margine libri interpretatus eſt; id quod non ſolum ſupervacanea repetitio vocis, vocabantur, ſed etiam veterum aliquot librorum auctoritas, comprobat, à quibus abſunt ejuſmodi voces. Accedit, quod, ſi tollantur, multo venuſtior ipſa Oratio redditur. *Ibi ſi variaret, quod raro incidebat, ut ſecundæ claſſis vocarentur, nec fere umquam infra ita deſcenderent, ut ad infimos pervenirent.*) Glareanus hoc loco deſiderari aliquid cenſet, quaſi vero hæc ſententia futura fuerit. Ibi ſi variaret, tum efficiebatur, ut ſecundæ claſſis centuriæ vocarentur, neque intelligit totam hanc Orationem altius initium ducere, inquit enim: Gradus facti, ut neque excluſus quiſquam ſuffragio videretur, & vis omnis penes primores Civitatis eſſet, equites enim vocabantur primi, octoginta inde primæ claſſis centuriæ. Ibi ſi variaret (quod raro incidebat) alter gradus nimirum fuit, ut ſecundæ claſſis centuriæ vocarentur. Hunc ſenſum cum vetuſtiores aut Librarii, aut Emendatores non percepiſſent, deinde, Deſcenderent, pro Deſcenderunt, ſcripſere. Eſt autem nova quaſi res addenda ita (a). Quod ad tertiam, & reliquas claſſes attinet, numquam ita infra deſcenderunt, ut ad infimos pervenirent. Id quod Dionyſius prope ἀδύνατον fuiſſe ſcribit ita, τὸ τὸ δὲ ἐν ἐσχάτοις, καὶ ὁ μακρὰν ἀπέχον τοῦ ἀδυνάτου. *Nec mirari oportet, hunc ordinem, qui nunc eſt, poſt expletas quinque & triginta tribus, duplicata earum numero centuriis juniorum, ſeniorumque ad inſtitutam ab Ser. Tullio ſummam non convenire.*) Senſus eſt. Servius Tullius omnem Populum in IV. Tribus urbanas deſcripſit, & XV. ruſticas, ut eſſent XIX., idem eundem in centurias CXCIII. Subſequentibus autem temporibus, inquit, cum Populus ita creverit, ut duplicato numero XXXV. Tribus expletæ ſint, centuriatum etiam numerus auctus eſt. Quare mirandum non eſt, hunc ordinem centuriatum, qui nunc eſt, ad ſummam Ser. Tullii inſtitutam non convenire. *Quadrifariam enim Urbe diviſa regionibus, collibuſque, quæ habitabantur partes, Tribus eas appellavit.*) Quia meminit Tribuum XXXV., in quas poſt Populus eſt conjectus, quæ cauſſa mutationis centuriarum fuit, quod eſſent hoc tempore tribus exponit. Quatuor igitur fuiſſe à partibus Urbis quatuor, in quas diviſa Urbs à Tullio fuit, nominatas ait. Hæ fuerunt Palatina, Eſquilina, Suburrana, Collina, quæ ruſticis Tribubus accedentibus Urbanæ ſunt dictæ. Dionyſius autem Tullium eundem & urbanarum, & ruſticarum Tribuum auctorem fuiſſe, ſcribit. Quod præterit, ut alia, Livius, ſed eas XV. fuiſſe intelligitur ex iis, quæ poſtea ſcribit. *Cenſu perfecto, quem maturaverat metu legis de incenſis latæ.*) Senſus eſt. Regem mature perfeciſſe cenſum, quia Populus metuit legem de incenſis ab eo latam, quos ſe & bonis, & libertate multaturum eſſe edixerat; ſic enim Dionyſius ſcribit. τῷ δὲ μὴ τιμησαμένῳ τινα ἐν ὥσπερ τάς τε οὐσίας εἶρξεν, καὶ αὐτὸν μαστιγωθέντα πραθῆναι. *Idque conditum luſtrum appellatum eſt, qu in cenſendo finis factus eſt.*) Rhenanus ambigit de hac lectione, neque enim videri ſe ait, cur dicar Livius iccirco luſtrum appellatum eſſe, quia in cenſendo finis factus eſt. Juſta autem ejus dubitatio eſt. Ego autem vel repugnantibus veteribus libris, legendum puto. Qui in cenſendo finis factus eſt, ut ſit. Inſtitutum eſt, ut luſtrum Cenſionis finis eſſet, ſic enim Dionyſius uſque ad memoriam ſuam obſervatum eſſe tradit: τοῦτον καθαρμὸν αὐτοῖς ὡς τῶν κατ' ἐμὲ χρόνων ῥωμαῖοι καθαίρονται μετὰ τὴν συντέλειαν τῶν τιμήσεων ὑπὸ τῶν ἐχόντων τὴν ἱερωτάτην ἀρχὴν, λοῦστρον ὀνομάζοντες. *Pomœrium, verbi vim ſolam intuentes Poſtmœrium interpretantur.*) In Vet. lib. Poſtmœrium, & recte; nam antiquitus Mœri pro muris dicti ſunt. Varro etiam lib. IV. de lingua Lat. Principium inquit, quod erat poſt murum, Pomœrium dictum. *Ea erat confeſſio caput rerum Romam eſſe.*) Quia quærit Glareanus, ſi ea confeſſio erat, caput rerum Romam eſſe, cur bovem Romam Sabinus adduxerit, hujus loci ſententiam aperiemus. Templum, inquit, Dianæ à Latinis conditum eam confeſſionem Latinorum extorſerat, Romam ipſam Imperii caput eſſe, de quo toties armis certatum fuerat. Quæ res quamquam omni ex omnium cura Latinorum ob tot clades acceptas erat, ſubiit tamen cogitatio Sabino cuidam Imperii priſtini privato conſilio recuperandi, ſi ipſe bovem Dianæ ſacrificaſſet eam, de qua vates cecinerant, cujus Civitatis Civis Dianæ immolaſſet, apud eam Imperium fore. Ergo bovem Romam deduxit, ut Imperium recuperaret. Sabinos autem inter Latinos numerat. (20) Paullo poſt, Infima valle præfluit Tiberis, verba ſunt Romani Antiſtitis, non Hiſtorici; porrò autem Antiſtitem Fani Cornelium Sabinum Antronem Curatium nominat Plutarchus in libro τῶν κεφαλαίων. *Jam de Servio actum rati.*) Vet. lib. & jam de Servio. Verè. *Flectente carpentum dextra in Virbium clivum, ut in collem.*) Vide quid ſit, quod omnes manoſcripti libri ita habent. Flectere carpentum in dextram juſſit aurigam, ut in collem. Ceterum ſupra Urbicum clivum habitaſſe Ser. Tullium Regem, ſcribit Solinus cap. II. *Collem Eſquiliarum.*) Eſquiliarium habent Vet. lib. Perveniſſetque ad ſummum Cyprium vicum, & paullo poſt. Monumentoque locus eſt: *Sceleratum vicum vocant.*) Dionyſius hunc Vicum primum Beatum, poſt Sceleratum appellatum tradit: ὁ δὲ στενωπὸς ὄλβιος καλούμενος πρότερον, ἐξ ἐκείνου τοῦ ἄγους, καὶ μιαρὸς τοῦ πάθους ἀσεβὴς ὑπὸ ῥωμαίων κατὰ τὴν πάτριον γλῶτταν καλεῖται. Recte. Nam Cyprium Bonum ſignificat auctore Varrone de lingua Latina: Vicus Cyprius, inquit, à Cypro, quod ibi Sabini Cives additi conſederunt, qui à bono nomine id appellarunt. Nam Cyprum Sabine Bonum, prope hunc Vicus Sceleratus, dictus à Tullia Tarquinii Superbi uxore, &c. *Octavio Mamilio Tuſculano.*) Si nomen gentis hujus eſt Mamilius, ut Dionyſius, & Feſtus ſcribunt: ergo Octavius prænomen eſt, quod alias Octaviæ gentis eſt nomen, quia vero nuſquam prænomina loco nomi-

(a) Sed quis dedit tibi, ô Sigoni, addendi poteſtatem Livio verba? non putas Glareanum etiam potuiſſe addere verba, ſi id eſſet emendare auctores, & non potius corrumpere?

(20) Male aperit: & æquè manet dubitatio; Livium enim Sabinos inter Latinos numerare etiam Glareanus fatetur, ſed nondum liquet cur Romam duxerit bovem: Fortaſſis vel quia nullum Dianæ Templum erat in Sabinis, vel potius quia commune Templum præferendum eſſe putarit.

minum uſurpata ſunt, propterea ſuſpicor, ne Octavo Mamilio ſit legendum, ut Octavus ſit prænomen, perinde ac in viris Quinctus, Sextus, Decimus, & in feminis Prima, Secunda, Tertia, Quarta, & Quincta, auctore Varrone. Livius etiam poſt lib. III. L. Mamilio Tuſculano datam Civitatem ſcribit. (21) *Ne id quidem ab Turno tuliſſe tacitum ferunt, dixiſſe enim.*) Vet. lib. Ne id quidem Turnum tuliſſe tacitum ferunt, dixiſſe enim. Rectè; nam in priore lectione tuliſſe ad Superbum, in hac ad Turnum refertur. Quo fit oratio rectior. Nam addit: Dixiſſe enim. Sic lib. VII. Non patientibus tacitum Tribunis. *Quod morando ſpem deſtituerit.*) Vet. lib. ſpes deſtituerit. Videat autem eruditus Lector, an rectius dicatur, ſpem deſtituo, an, me ſpes deſtituit. Livius quidem lib. XXIX. ait: Scipio magna ſpe deſtitutus erat. *Miſcuit manipulos ex Latinis, Romaniſque, ut ex binis ſingulos faceret, binoſque ex ſingulis.*) Manipulus, teſte Vegetio, decem continet milites. Ex binis ergo ſingulos fecit, cum ex duobus manipulis altero Latinorum, Romanorum altero quinos ex hoc, & ex illo quinos milites ſumeret, & unum miſtum componeret. Ex ſingulis portò binis, cum duas unius manipuli partes in duos divideret. Quos geminavit, cum eundem manipulum ex Latinis, Romaniſque miſcuiſſet. *Ne Degeneratum in aliis huic quoque decori offeciſſet.*) Quærit Glareanus, quo referatur vox illa Degeneratum; is ergo accipiat, referri ad verbum, Offeciſſet; eſt autem hic modus dicendi Livio uſitatus, ſic lib. VII. Diu non perlitatum tenuerat Dictatorem. Item. Tentatum domi per Dictatorem, ut ambo Patricii Conſules crearentur, rem ad interregnum perduxit, & illud Virgilii: Notumque furens, quid fœmina poſſit. Sumitur autem ſententia pro nomine uno, & caſu recto. (22) *Pererraturum ſe omne Latium, Volſcoſque ſe inde, & Æquos, & Hernices petiturum.*) Vet. libri pleniores: Pererraturum ſe omne Latium, pulſumque ſe inde Volſcos, & Æquos. *Ipſe identidem belli auctor eſſet.*) Lege, Eſſe, ex Vet. lib. ut eadem ſit forma dicendi, atque ea, quæ ſequitur: Ia eo ſibi præcipuam ſcientiam aſſumere. *Quam ſummam pecuniæ neque ex unius tum Urbis præda ſperandam, & nullius ne horum quidem magnificentiæ operum fundamenta non exſuperaturam.*) Rhenanus ex fide vetuſti libri corrigit. Quia ſummam pecuniæ, hoc ſenſu: ſe credere potius Fabio, quàm Piſoni, quia ſummam pecuniæ ſcribit neque ex unius tum Urbis præda ſperandam. Itaque ad verbum, Scribit, ſubaudiendum putat. Nos autem in Vet. lib. invenimus ita legi: Quia ſumma pecunia ea ſit, neque ex unius tum verbis præda ſperanda. *Qui cum haud parvus & ipſi militiæ adderetur labor.*) Vet. lib. Qui cum haud parvus & ipſi militiæ .i. cum ædificandi labor haud parvus & ipſi militiæ adderetur. *P. Valerio Voleſi filio.*) Voluſi ſcribendum, ex Cap. Conſulibus. *Ferro, igni, quacumque dehinc vi poſſim exacturum.*) Vet. lib. & quacunque dehinc vi poſſim, ut lib. II. Pontem ferro, igni, & quacumque vi poſſent, interrumpant. Itaque Cicero pro domo ait: Deinde cum ille ſaxis, & ignibus, & ferro vaſtitatem meis ædibus intuliſſet, & pro Plancio: Quorum vidiſti toto illo anno ferrum in foro, flammam in ædibus, vim in tota Urbe verſari. *Præco ad Tribunum Celerem, in quo tum Magiſtratu forte erat Brutus, Populum advocavit.*) Hoc addit, quia niſi Magiſtratui Populum convocare non licebat, ut ait Dionyſ. lib. IV. ſia enim quærit à Bruto Valerius: περὶ δὲ τῆς ἐκκλησίας ἐπιβούλομαι μαθεῖν τίς ὁ καλέσων ἔσται αὐτὴν κατὰ νόμους καὶ τὴν ψῆφον ἀναδώσων ταῖς φράτραις, ἄρχοντες γὰρ ἀποδίδονται τοῦτο πράττειν, ὁ δὲ ὑπολαβὼν, ἐγὼ, ἔφη, ἐγὼ δὲ βούλομαι, τῶν γὰρ κελερίων ἄρχων εἰμί, καὶ ἀποδίδοταί μοι κατὰ νόμους ἐκκλησίαν, ὅταν βούλωμαι, συγκαλεῖν. *Duo Conſules inde comitiis centuriatis a Præfecto Urbis ex commentariis Ser. Tullii creati ſunt.*) Ita prope Dionyſius, præterquam quod comitia à Sp Lucretio patre Lucretiæ interrege, non Præfecto, habita fuiſſe ſcribit. Quod autem ex commentariis Ser. Tullii ait, ad Centuriata comitia pertinet, quorum ille rationem habendorum primus tradidit.

In Epitomen Libri Secundi.

S*Ilos quoque & fratris filios.*) Lege, & ſororis filios; ſic enim lib. IV. locutus eſt, intelligit autem Aquillios, Vitellioſque natos ex ſororibus duabus Collatini collegæ ſui. *Contractis Vejentium, & Tarquiniorum copiis.*) Vetuſti libri habent, Tarquinienſium. Quod placet, nam ut à Vejis Vejentes, ſic à Tarquiniis Tarquinienſes dicti ſunt. *Et cum reddita eſſet à Porſena honorificè remiſſa, equeſtrique ſtatua donata eſt.*) Lege, & interpunge ita ex Vet lib. Et cum reddita eſſet Porſenæ, honorificè remiſſa, equeſtri ſtatua donata eſt. *Numerus Tribuum ampliatus eſt, ut eſſent triginta una.*) Ex fide vetuſtorum librorum, ſcribendum eſt, viginti una, ut paulla poſt oſtendam. *Cn. Marcius.*) C. Marcius, ſcribe; eſt enim apud Dionyſium, & Plutarchum γάϊος μάρκιος. Item in quibuſdam aliis veteribus libris, C. Marcius. Eſt præterea genti Marciæ familiare prænomen Caji, non Cnæi. *T. Latinus.*) T. Latinius ſcribendum eſt ex Vet lib. Accedit, quod Lactantius Firmianus lib. II. Ti. Atinium, Macrob. lib. I. Annium vocant, errore non admodum à veritate alieno. *Cum Cn. Marcius Coriolanus, qui in exſilium pulſus, Dux Volſcorum factus exercitum hoſtium Urbi primo admoviſſet.*) Lege ad fidem veteris lectionis. Cum C. Marcius Coriolanus, qui in exilium erat pulſus, Dux Volſcorum factus exercitum hoſtium Urbi Romæ admoviſſet.

In Librum Secundum.

Q*Uas novas ipſi ſedet ab ſe auctæ multitudini addiderunt.*) Diſſentio à Rhenano, qui legendum putat, Multitudinis, cum vetuſti omnes libri habeant Multitudini. *Tribunicis procellis.*) Tribunicium C, litera, non T ſcribendum eſſe, ex Capitolinis lapidibus intelligitur. *Inde fertur, ut in Senatum vocarentur, qui Patres, quique conſcripti eſſent, conſcriptos videlicet novum Senatum appellabant lectos.*) Lege ex antiqua lectionis fide. Conſcriptos videlicet in novum Senatum appellabant lectos .i. qui in novum Senatum lecti erant, ii Conſcripti vocabantur, ſic ſupra dixit: In Patres legere. Hic idem locus tractatur apud Feſtum lib. XV. ſed mendoſe, legendum eſt autem ita: Qui Patres, quique Conſcripti, vocati ſunt in Curiam, quo tempore Regibus Urbe expulſis P. Valerius Conſul propter inopiam Patriciorum ex plebe adlegit in numerum Senatorum centum ſexaginta & quatuor, ut expleret numerum trecentorum; ſic duo genera appellavere. *Necubi ibi regum deſiderium eſſet.*) Rhenanus quia incidit in unum li-

(21) Hunc locum irridet Robortellus lib. 1. cap. 31.

(22) Hoc rectè explicat & docet Glareanus, qui doceri cupit, non irrideri.

librum, in quo erat forte per incuriam librarii ſcriptum, Necubi ubi, ut ille ait, correxit. Necubi ibi. i. ut ne in eo miniſterio Regem deſideraret Populus, ego autem probo magis, ut legatur, Necubi Regum, quomodo legitur in omnibus antiquis libris, ut ſit hic ſenſus: Ne quo in munere Rex deſideraretur. *Regem ſacrificulum creant.*) Non improbo hanc lectionem. Illud tantum admoneo, in veteribus libris legi: Regem ſacrificiorum, quo modo alibi etiam Livius locutus eſt. Quamquam ſæpius, ſacrorum, itaque Plut. in Problematis inquit, à Romanis appellari ῥῆγα σακρόρουμ. Dionyſius βασιλέα τῶν ἱερῶν. Alias etiam Rex ſacrificus. *Ut omnes Tarquiniæ gentis exules eſſent.*) Ita Varro rerum humanarum lib. XX. auctore Marcello. Omnes Tarquinios ejecerunt, ne quam reditionis per gentilitatem ſpem haberent. *Vitellias, Aquiliaſque.*) Aquilii duobus ll ſcribendi; ſic eſt enim in Capitolinis monumentis. Ceterum nequis putet Dionyſium diſſentire à Livio, qui pro Vitelliis Gellios nominet, nam mendum eſt in voce γελλίους pro οὐιτελλίους, ut eſt recte apud Plutarchum, in cujus Coriolano eſt etiam vitioſè, οὐκαίους pro λακουΐκαους, eadem ratione mendi. *Ne ſe ortum ejuſdem ſanguinis, extorrem, egentem.*) Rhenanus cenſet legendum eſſe, Ortu. Verum & quia ſine auctoritate vetuſtorum Codicum ita ſentit, & quia durum genus dicendi utrumque eſt, utramque lectionem mendum ſuſpicor continere. Vereor autem ne legendum ſit hoc modo. Ne ſe ortum ab iis, ejuſdem ſanguinis. Nam infra de eodem ita loquitur. Ne ſe ortum ab Etruſcis, ejuſdem ſanguinis, nominiſque, egentes &c. *Vindicio ipſi nomen fuiſſe.*) Vindici lego, quia Plutar. in Problemat. ait, οὐίνδικι δὲ ὄνομα, & Dionyſ. Nominabantur, inquit, οὐίνδικιοι. *Arſia ſilva.*) Sic etiam Valerius cap. de Miraculis, a Plutarch. ἄρσιον ἄλσος appellat. *Uno plus Etruſcorum cecidiſſe in acie.*) Plutarchus apertius in Poplicola. ὡς ἐνὶ πλείους ἐν τῇ μάχῃ τεθνήκασι τυῤῥηνῶν ἢ ῥωμαίων, i. Uno plures obiiſſe Tuſcos, quàm Romanos. Idem Dionyſius. *Ubi nunc vicus publicus eſt.*) Miror Rhenanum corrigendum putaſſe, Viriplacæ, cum unum tantum librum invenerit, in quo eſſet, Ubi nunc vicæ pocæ. Quos quidem ego legi, ii habent, Ubi nunc via publica eſt, verum vitioſè utrumque. Nam Plut. in Poplic. ait: ὅπου νῦν ἱερὸν ἐστὶ οὐΐκας πόκας ὀνομαζόμενον. Front. de aquæduc. 2. meminit vici Publicii, ut verear, ne legendum ſit, vicus Publicius. *Publicolæ.*) Scribe Poplicolæ, ex fide Capitolinorum marmorum, & Græcorum librorum, Dionyſii, Plutarchi, Dionis, præterea ex etymologia vocis; eſt enim Poplicola (ut ait Dionyſius) δημοκηδής, ideſt Populum colens, quamquam Priſcianus ait à vetuſtiſſimis Latinis Poblicum eſſe dicunt. Ad Conſularia munera ſalis quoque vendendi arbitrium, quia impenſo pretio venibat in publicum omne ſumptu ademptum privatis, ſuſpicor ne, ut cenſet Glareanus, legendum ſit, omni ſumptu ad mpto conceſſum privatis. *Ut Pontem ferro, igni, quacumque vi poſſent, interrumpant.*) Vet. lec. & quacumque vi poſſent. *Sp. Largium.*) Glareanus ubique Largium ſcribendum cenſet. nos Lartium partim antiquorum libror. auctoritate, partim etymologia vocis. Lartius enim à Larte prænomine dictus eſt. Græcorum tamen Codices ubique λάρκιον habent. *Tiberine pater, inquit, te ſancte precor hæc arma, & hunc militem propitio flumine accipias.*) Tiberinum Deum loci videtur intelligere, de quo etiam Virgil. lib. IIX. Hic Deus ipſe loci fluvio Tiberinus amœno, Populeas inter ſenior ſe attollere frondes, Viſus. Quo in loco docet Servius in ſacris Tiberinum, in communi loquendi ſermone Tiberim, in carmine Tibrim vocari. *Navibus undique accitis, & ad cuſtodiam, ne quid Romam frumenti ſubvehi ſineret.*) Deſideratur vox, Poſitis, quæ eſt in Vet. lib., & ad cuſtodiam poſitis. *Conſulum alter.*) Vet. lib. Conſul alter. *Verſiſque in Lucretium Etruſcis.*) Probo conjecturam Glareani, legendum eſſe, in Valerium, propter ea, quæ ſequuntur, Dextra, lævaque hinc à porta Collina, illinc ab Nævia redditus clamor; nimirum ab Lartio, & Lucretio, quorum ille Collina, hic Nævia porta egreſſus erat. *Juberem macte virtute eſſe.*) Vetus lectio: Juberem te macte virtute eſſe. Modus eſt autem jubendi is, de quo Livius lib. IV. Tum Dictator, Macte virtute, inquit C. Servili eſto. Ut autem ibi, Macte, pro Mactus, ponitur, auctore Priſciano, ſic hic Macte, pro Mactum. *Scevolæ.*) Cap. Lapides edunt, Scevulæ. *Huic tam pacatæ profectioni ab Urbe Regis Etruſci abhorrens mos traditus ab antiquis, uſque ad noſtram ætatem inter cetera ſolemnia manet, bona Porſenæ Regis vendendi.*) In omnibus Vet. lib. duæ amplius voces ſunt, Boais vendendis, quas eximit Rhenanus, quod in uno quem ipſe legit libro non reperit, ex quo ſuſpicatus eſt, eas eſſe interpretis alicujus gloſſema. Videndum eſt tamen an ita ſit. Etenim Cicero in Ver. III. ubi illa conſuetudo in bonis, prædiis, prædibuſque vendendis Conſulum, Cenſorum, Prætorum, Quæſtorum, ut optima condicione ſit is, cuja res ſit, cujum periculum. *Pax ſilis ita cum Porſena fuit. Conſules deinde.*) Ego aſteriſcum ponendum cenſeo inter Fuit, & Conſules, ut intelligatur deeſſe aliquid, deſunt autem nomina Conſulum Sp Lartii, & T. Herminii. Quorum meminit Dionyſius, & Caſſiodorus, qui tabulas ſuas Conſulares ex Liviana hiſtoria concinnaſſe videtur; puto autem deeſſe non Livii, ſed librariorum vitio, ut apertè infra in Chronologia oſtendam. (23) P. *Poſtumius.*) Poſtumus, & Poſtumius ſcribendum eſt ſine adſpiratione; nam ita & in manuſcriptis libris eſt, & in vetuſtis lapidibus, præſertim verò iis, qui in Capitolio ſunt. *Ap. Clauſus, cui poſtea Appio Claudio fuit Romæ cognomen.*) Nemo miretur me & hoc loco, & infra in IX. ubi ait. Sive Ap. Clauſum, ſive Ap. Claudium mavultis; legere Actium Clauſum. Hæc enim eſt lectio vetuſtorum librorum. Quæ auctoritate etiam Valerii confirmatur, qui ſcribit Appium prænomen ab Actio Sabinorum prænomine ortum eſſe. Ex quo intelligere poſſumus, Actium Clauſum Sabinum, ubi Romam commigravit, utrumque nomen immutaſſe, perinde atque Lucumo Tarquinienſis, qui ſe L. Tarquinium appellari voluit. Quod cum ita ſit, non eſt dubium, quin mendoſè Svetonius in Tiberio hunc Tatium vocet, pro Actio, & Dionyſius τίτος κλαύδιος mendoſè habeat pro ἄττιος κλαῦσος, ut Plutarchus in Poplicola. (24) Præterea pro voce, Cognomen, reſtitue, Nomen; nam hæc vox & aptior eſt huic loco, & eſt in Vet. lib. *Ab Regillo.*) Regillum Urbs eſt hoc in loco, non lacus, ad quem cum Latinis poſt debellatum eſt. Nam Stephanus ait; ῥήγιλλος πόλις σαβίνων. Hoc

(23) Hoc ex Glareano habetur, qui primus id aperuit, ſed Sigonius id diſſimulat.

(24) Vide Robortellum lib. 2. Emendationum cap. 31.

Hoc dixi, quia Glareaous incertus eſſe ſententiæ videtur, cum tamen Urbs ſit in Sabinis, lacus in agro Tuſculano, ut ait Livius. (25) *Aruncos.*) Dionyſius ἀρόγκους vocat. Cap Fragm. Auruncos. *Jam in eo eſſet, ut in muros miles evaderet.*) Vet. lectio melior: Jam in eo res eſſet, ut. *Poſtumium Cominium.*) Glareanus vehementer hoc loco errat, qui Poſtumium hoc in loco gentis eſſe nomen putat, & C. Poſtumium dici vult, eſt enim ſcribendum, Poſtumum Cominium, ut ſit prænomen, quemadmodum oſtendi in Prænominibus à me editis. (26) *M. Valerium M. F. Voleſi nepotem.*) Hunc primum Dictatorem creatum eſſe, contra atque tradit Livius, eundemque Voluſi, non Voleſi nepotem fuiſſe, quemadmodum etiam ſcriptum eſt in Capitolinis lapidibus, docet Feſtus lib. XIII. eujus verba ſubjungam, partim quia vulgo mendoſè leguntur, partim etiam, quia digna ſunt, quæ recitentur, inquit autem: Optima lex cum nominabatur in Magiſtro Populi faciendo, qoi vulgo Dictator appellatur, quam pleniſſimom poſſet jus eſſe ſignificabatur. Ut fuit M. Valerii Marci filii Voluſi nepotis, qui primus magiſter populi creatus eſt, poſtquam vero provocatio ab eo Magiſtratu ad populum data eſt, quæ antea non erat, deſitum eſt dici, ut optima lege, utpote imminuto jure poſteriorum Magiſtratuum. Erravit porro Rhenanus, qui M. Voleſi nepotem correxit, nam Voluſus prænomen eſt Valeriorum, ita ut Marcus ſit ſupeevacaneum. *Tacitæ induciæ quietum annum tenuere.*) Vet. lib. Datæ induciæ. Quamquam lib. extremo ait: Velut tacitis induciis qoiete utrimque ſumpta. *Ser. Sulpicius, M'. Manlius Tullus.*) Fœde erratom eſt in altero horum Conſulum nominando; eſt enim ſcribendum. Ser. Sulpicios, M'. Tullios. Hujus lectionis auctor eſt Dionyſius, qui inquit: *σουλπίκιος, μάνιος τύλλιος λόγγος*: & Cicero in Bruto, qui ait. M'. Tulium cum Ser. Sulpicio Conſulem fuiſſe anno X. poſt Reges exactos. Quod Glareanos non vidit. (27) Manius autem apud antiquos ita ſcribebatur, M'. ut in Capitolinis conſulibus, aut ita. M. ut eſt io nummis argenteis multis, quos cum apud alios, tum maxime apud patrem tuom virum clariſſimum legi: ut M. Sergius. M. Cordius. *T. Ebutius.*) Diphthongus non negligenda eſt quam affert Dionyſius. *τίτος αἰβούτιος*. *Romæ tribus una, & triginta factæ.*) Hic numerus eſt mendoſe non ſolum apud Livium, ſed etiam in epitome. Non enim triginta una, ſed viginti una ſcribendum eſt. (28) Id quod & vetuſta exemplaria habeot omnia, & Dionyſius confirmat, qui in explicando judicio Cotiolani habito paullo poſt hunc annum, nonniſi XXI. Tribus fuiſſe apertè oſtendit. Idem error fœdavit etiam ſextum Livii librum, ubi ait: Quatuor Tribus additas eſſe, Stellatinam, Tromentinam, Sabatinam, Arnienſem, atque XXXV. numerum expleviſſe. Non enim XXXV., ſed XXV., legendum eſt, quomodo in vetuſtis exemplaribus legitur. Quæ verò XXXV. numerum expleverint, eæ in ſubſequentibus libris nominantur à Livio. Præſtat autem, ut quo facilior hujus quæſtionis explicatio ſit, quæ quoque tempore Tribus additæ ſunt, ex ſententia Livii exponamus. Primum igitur tres à Romulo Rege Tribus factæ ſunt Tatienſium, Ramnenſium, & Lucerum. Hæ deinde à Ser. Tullio Rege quatuor redditæ à regionibus Urbis appellatæ ſunt, & Urbanæ propterea nominatæ Suburrana, Eſquilina, Palatina, Collina. Idem Rex, Dionyſio auctore, agro Romano diviſo, ruſticas alias Tribus fecit. Earum ne certum ipſe quidem oumerum affert, ſed XV. eas fuiſſe apparet. Livius VI. poſt R. E. anno veterem Tribum Claudiam appellatam, quod io eam clientes Ap. Claudii conjecti eſſent, ait: poſt autem anno CCLIX. Tribus XXI. Romæ factas ſcribit, quem nomerum Dionyſius etiam tradit in judicio Cotiolani à Tribubus facto an. CCLXIII. Livio autem auctore decennio poſt quatnor additæ ſunt, Stellatina, Tromentina, Sabatina, Arnienſis, eæque XXV. numerum expleverunt. Hinc decem aliæ acceſſerunt; duæ quidem anno CCCXCVII Pontina, & Publicia, item duæ anno CDXXIII, Mæcia, & Scaptia, itemque duæ anno CDXXXVI. Uſentina, & Falerina, & duæ anno CDLII Anienſis, & Terentina, poſtremo etiam duæ circa annum DX. Velina, & Quirina. *Sed recens ad Regillum lacum accepta clades Latinos ira, odioque ejus, qui numquam arma ſuaderet, ne ab Legatis quidem violandis abſtinuit.*) Probo magis hanc lectionem, quam eam, quæ eſt in quibuſdam libris manuſcriptis. Sed recens ad Regillum lacum accepta clade Latinus, præſertim verò cum hæc forma loquendi ſit frequens. *Nexu vincti, ſolutique ſe undique in publicum proripiunt.*) Non vereor ne legendum ſit, Nexi vincti, ſolutique; ſic enim locutus eſt lib. IIX. Ita nexi ſoluti, cautumque in poſterum ne necterentur. Item. Eo anno initium libertatis factum eſt, qnod ligati nexi deſierunt. (29) Nexos enim vocatos ait Varro liberos, qui ſuas operas in ſervitute pro pecunia, quam debebant, domino, dum ſolverent, præſtarent. Itaque Liv. lib. IIX. Cui cum ſe C. Publilius ob æs alienum paternum nexum dediſſet. *Curiamque ipſi futuri arbitri moderatoreſque publici Conſilii, circumſiſtunt.*) Vet. lectio. Circumſiſtere, magis placet; ita enim fit, ut ſervetur ſuperior forma dicendi, Dicere, Poſtulare, Circumſiſtere. *Adeo in alteram cauſſam non collega ſolum præceperat, ſed omnis factio nobi-*

(25) Glareanus & Urbem, & Lacum eſſe fatetur, ſed dubitat utro in loco Urbs, utro Lacus intelligendum.

(26) Glareanus ſecutus eſt Dionyſium, ubi etiam in Græco Codice legitur ποςόμιος κομίνιος, poteſt autem fieri ut etiam Græcus Codex erret: Nil igitur temerè fecit Glareanus, imò admonuit quoſdam legere triſyllabum.

(27) Glareanus etiam hos Conſules prodidit X. anni. Sed illud M. cum apoſtropho non vidit, magnum ſcilicet erratum. Sed quæſo, Cicero vocatus eſt ne Manius an Marcus? Lege verba Ciceronis diligentius, non enim ad ſolum nomen Tullius, ſed etiam ad Prænomen alluſiſſe videtur.

(28) Hunc locum Glareanus ante XX. annos annotaverat. Quare æquè ejus hic mentio atque alias facienda fuiſſet, ſi Sigonius ad vituperium magis quam laudem pronior videri nollet.

(29) Reprehendit hanc emendationem Robortellus lib. 2. emendat. cap. 35. ubi ait: Sigonium plus quam mille & ſexcentis locis corrupiſſe Livium, quia dum ait Livius Nexu vinctos, & ſolutos in publicum concurriſſe: intelligit & eos, quorum corpus ob æs alienum traditum erat creditori in ſervitium, & eos qui ſoluti fuerant nexu concurriſſe. Nam qui obligati erant nexu, poterant ſolvi diſſoluto ære alieno. Hos igitur ſolutos vocat Livius nexu, qui ſcilicet antè mancipio & nexu in ſervitutem ducti erant à creditoribus. Erant utique hi expertes mali teterrimæ illius ſervitutis, ideò non cum nexu obligatis in publicum proſilierunt. Nec quem ex lib. 8. allegat locum Sigonius ejus ſententiam comprobare poteſt: Ait enim ibi Livius nexos fuiſſe ſolutos, idest liberatos nexu, & cautum lege, ne poſteà necterentur, idest, ne quis liber operam ſuam pro pecunia creditoribus præſtaret.

bil.um.) Locus proculdubio mendoſus. Rhenanus legit: Adeo vi alteram cauſſam. Quam lectionem non probo. Vet. libri, alii Steterat, alii Præſtiterat habent. Quæ lectio ſuſpicionem mihi affert, ne ſit legendum, Præceps erat; nam & ſententiæ congruit, & locutio eſt Livio familiaris, ſic enim loquitur lib. XXIII. Quamquam præceps ingenio in iram erat. (30) *Ne ſi ſit laxamenti aliquid, aut plebi honeſtum eſſe.*) Prudens quiſque, ſi attendet, intelliget, vocem Aut vacare. *M. Lectori.*) Lætorius, & Plætorius ſcribi debet. Quod Capitolinis lapidibus, & numis argenteis comprobatur. *Periculum libertatis in creditores à debitoribus verterant.*) Multo melior priſca lectio, Verterat. Quo verbo ſæpe utitur Livius pro ſuo paſſivo. Ita enim fiet, ut ſuperiori forma reſpondeat: Vi agebatur. *Multis, ut erat, horrida & atrox Appii ſententia videbatur, rurſus Virginii, Largiique exemplo haud ſalubres, utique Largii putabant ſententiam, quæ totam fidem tolleret, medium maxime, & moderatum utroque conſilium Virginii habebatur.*) Cum hunc locum mendoſè legi animadverteret Rhenanus, homo de T. Livio optime meritus, hunc in modum demum emendavit, & interpunxit, hoc ſenſu: Appii atrox ſententia videbatur, Virginii, Lartiique ſententiæ exemplo haud ſalubres erant. Lartii ſententia totam fidem tollebat. Moderatum erat Virginii conſilium. Non intellexit autem, Virginii ſententiam, ſi ita legatur, modò probari, modò improbari. Melior igitur lectio eſt ea, quam ipſe in vetuſtis exemplaribus reperi, quæ eſt ejuſmodi: Multis, ut erat, horrida, & atrox Appii ſententia videbatur, rurſus Virginii, Largiique exemplo pernicioſa, haud ſalubrem utique Largii putabant ſententiam, quæ totam fidem tolleret (31) Quamquam non Virginii Largiique exemplo, legendum eſt, ſed Virginii, Vetuſiique. Hi enim hoc anno Conſules cum coërcendæ plebis cauſſa ſeverè delectum haberent, majorem ſeditionem fecerunt. Qua de cauſſa ſit, Appii ſententiam partim atrocem, partim pernicioſam eſſe viſam Virginii Vetuſiique exemplo, quibus eadem ſeveritate uſis, quæ Appii ſententia continebatur, malè res ceſſit. Tollebat autem totam fidem Larcius, quia omnibus ſatisfieri oportere cenſebat, ut Appius nemini. *M. Valerium Dictatorem Voleſi filium.*) Non eſt hic M Valerius Voluſi filius, qui paullo ante mortuus eſt, ſed frater ejus prænomine Manius, ut Dionyſ. & Capitolina fragmenta oſtendunt. Quæ res valde torſit Glareanum. (32) Quare M'. Valerium ſcribo. *C. Licinius, & L. Albinus.*) Hi primi Tribuni plebis creati ſunt ex Livii ſententia. Porrò autem aſſentior quibuſdam libris manuſcriptis, qui non hunc ſolum, ſed etiam alium, L. Albinum, & M. Albinum de plebe homines, quos infra commemorabit Livius, Albinios vocant. Eſt enim veriſimile, ſi qui duo nomina ferrent, caruiſſe eos cognomine; prænomen autem, & nomen tuliſſe, id quod in jus deſinit. Albinus autem Poſtumiorum, qui Patricii ſunt, eſt cognomen. Idem de Latinio ante dictum eſt. Diſſentit autem à ceteris Scriptoribus omnibus Livius in horum Tribunorum nominibus recitandis. Dionyſius enim Λεύκιον Ἰούνιον Βροῦτον, Γάϊον Σικίννιον Βελλοῦτον, itemque Plut. in Poplicola, & Suidas in voce δήμαρχοι, tradiderunt, parique ratione Pedianus in Corneliana C. Sicinium L. F. Bellutum, L. Junium C. F. Paterculum edit. (33) Quamquam apud eum mendum eſſe puto; legitur enim L. Sicinium Velutum, cum ex Græcorum auctoritate C. Sicinium Bellutum legendum eſſe videatur. Bellutus autem belluæ ſimilem ſignificare docet Feſtus. De duobus Tribunis Pl. primum creatis citat auctorem Livium Pedianus. *Poſtumius Cominius.*) Lege Poſtumus Cominius, ut ante docui. *Antiates Volſcos fundit, fugatque compulſos in Oppidum Longulam perſecutus mœnibus potitur, inde protinus Mucamitem Volſcorum capit, tum magna vi adortus eſt Coriolos.*) Mirari ſatis non poſſum, neminem adhuc vocis hujus Mucamitem novitate offenſum eſſe, neque fœdiſſimum mendum ſenſiſſe. Eſt enim legendum ita: Inde Poluſcam item Volſcorum capit; nam paullo poſt Livius, ubi hæc tria oppida Romanis adempta ſcribit, ſic: Longulam, Poluſcam, Coriolos novella hæc oppida Romanis ademit. Quamquam eo in loco vitioſè legitur etiam, Polluſtiam, pro Poluſcam. Huic autem lectioni fidem afferunt manuſcripti libri, qui hoc in loco, protinus Ulſcamitem, & paullo poſt, Poluſcam, Coriolos, apertè habent; itemque Dionyſius, qui priore loco πολίσκα, poſteriore πολυσκανὸν πόλιν, habet, quamquam priore quidem loco mendum etiam eſt, inquit .n. ἦγε τὴν δύναμιν ἐφ' ἑτέραν πόλιν τῶν Οὐολούσκων, ἣ καλεῖται μὲν πόλις, κατὰ διάστημα δὲ οὐ πολὺ γῆς Λογγίλλας ἀπέχει, legendum eſt enim πολύσκα, κατὰ διάστημα .i. Adduxit autem exercitum ad alteram Civitatem Volſcorum, quæ Poluſca vocatur, ſpatio autem non longè à Longula diſtat. *Cn. Marcius.*) C. Marcius, ut ante dixi, in Coriolano, legendum eſt. *P. Minucius.*) Minucios ſcribo, non Minutios, auctoritatem ſecutus Capitolinæ ſcripturæ, & Græcorum librorum, & veterum Latinorum. *In Volſcis, Pomptinoque.*) Dionyſ. πωμεντῖνον πεδίον vocat. Vet. lib. In Pontino habent. *Quæ ſola alimenta ex inſperata fortuna dederat.*) Melior priſca lectio, Dederit. *Ibi ira eſt ſuppreſſa.*) Lege ex fide Vet. lib. Ubi ira eſt. *Sed adeo coorta erat inſenſa plebs.*) Luxatæ ſunt voces hæ, ex Vet. lib. ita ordinandæ: Sed adeo inſenſa erat coorta plebs. *Accis Tullus, longe is tum princeps Volſci nominis erat.*) Hic Vir Attius Tullus dictus eſt, ita ut Tullus prænomen, Attius nomen gentis eſſet, ut in Tullo Hoſtilio. Quod autem dico, ex fide veterum librorum dico, & Græci exemplaris Dionyſii, à quo Τύλλος Ἄττιος dicitur ubique, ſemel per mendum Τύλλος Ἀττίδιος, ut à Plutarcho in Coriolano Τύλλος Ἀμφίδιος. Major autem etiam labes inſidet in principio vitæ Ciceronis, ubi, Τύλλος Ἄππιος nominatur, pro Τύλλος Ἄττιος. (34) *Verecundia tamen Magiſtratuum timorem vicit, ne in ora hominum pro ludibrio abiret.*) Vetus lectio, pro, Timorem vicit, habet, Timorem injecit. *Viſus Jupiter dicere, ſibi ludis præſultatorem diſplicuiſſe.* Quamquam legitur in veteribus libris,

(30) Hoc admonet, quaſi Sabellicus ea non antè annotaverit.

(31) Hic Robortellus increpat Sigonium lib. 2. emendat. cap. 34. interpunctum ponens ante illam dictionem exemplo, & præter fidem omnium exemplarium nomen Vetuſii additum affirmans.

(32) Torſit, & non injuriâ.

(33) Si Livium citat auctorem Pedianus, & nomina à Pediano illa proferuntur ex Livio, quomodo diſſentire poteſt Livius ab eo? Potius itaque exiſtimandum, corrupta fuiſſe hæc nomina apud Livium. Robortellus lib. 2. emendationum cap. 29. ex Sicinio per erratum ſcriptum Licinium, & ex L. Junio Albinum.

(34) Reprehendit hoc Robortellus lib. 2. emendationum cap. 31.

bris, Ludi, probatur tamen magis, Ludis; nam Dionyſius ſic ait: [illegible] .i. nuncia mihi proximis Ludis præſultatorem, haud bellum eos dediſſe. Præſultatorem autem vocat, eum, qui quaſi Ludorum prima pars fuerit, qui antequam Ludi committerentur, ſaltaverit. Itaque Plut. in Coriolano ait: [illegible]. Cicero de Div. primo: Præſultatorem ſibi non placuiſſe Ludis. *Urbem excederent.*) Vet. lib. Urbe excederent. *Quærendo indignandoque.*) Vet. lib. Querendo. *Ad caput Ferentinum.*) Priore libro Caput aquæ Ferentinæ dixit, ad quod Turnum Herdonium dejectum fuiſſe narravit. Eodemque libro Lucum Ferentinæ nominavit, ad quem conveniſſe Latinos ſcribit, parique ratione lib. VII. ad Lucum Ferentinæ Latinorum Concilium tradit eſſe habitum. (35) Quod Concilium Dion. [illegible], ubi de Superbo Rege agit, vocat; Plutarchus autem in Romulo quorundam ſacrarum meminit, quæ fiebant à Latinis [illegible]. Ut autem ad lucum Ferentinæ Latinorum, ſic ad Fanum Voltumnæ Etruſcorum populorum Concilia habebantur. *Qua per noſtram ignominiam ludos commiſere.*) Vet. lib. Qui, ut referatur non ad Contumeliam, ſed ad Pupuli Romani. *Quem ſpes nequaquam fefellit.*) Vet. lib. Quæ ſpes nequaquam fefellit, quod probo. *Longulam, Polluſciam, Coriolos novella hæc Romanis oppida ademit.*) Paullo ante docui, Poluſcam legendum eſſe. Novella autem hæc oppida vocat, quia triennio ante in poteſtatem Populi R. venerant. *Labicos.*) Nec Græci, nec Latini libri ſibi conſtant in hoc oppido nominando, modò enim Labicos, & Labicanos: modò Lavicos, & Lavicanos: modò [illegible], & [illegible]: modò [illegible], & [illegible] edunt. *Trebiam.*) Servius exponens Virgilii locum in VII. Oliviferæque Mutiſcæ. Hæc, inquit, Trebia poſtea dicta eſt, quam modò Trebulam dicunt. *Ab Urbem à Pedo ducit.*) Vet. lib. Ab Pedo. *Foſſas Cluilias.*) Foſſas Clœlias legendum ex Dionyſio, & Feſto, ut ante docui. *Templum Fortunæ muliebri ædificatum, dedicatumque eſt.*) Plut. in lib. de Fort. Romanorum, primum Templum Fortunæ virili ab Anco Marcio Rege Romæ dicatum ait, alterum Fortunæ muliebri hoc tempore. *Id modo non conveniebat.*) Vet. lib. Id modo, ſicut aliàs, non conveniebat: ſic infra: Extremo anno pacis aliquid fuit, ſed ut ſemper aliàs ſolicitæ certamine Patrum, & Plebis. *Cæ.one Fabio.*) Cæſonem prænomen eſſe, & ſingulari litera K. notari ſolitum eſſe ab antiquis, docui in prænominibus à me editis ex Capitolinis lapidibus. In libris etiam ejuſmodi notam uſurpatam eſſe id eſſe argumento poteſt, quod C. Fabius, pro K. Fabio ſit ſæpe vitioſè, ut ſigillatim ſuo loco oſtendam. Itaque antiquam prænominis notam hoc loco reſtituendam cenſeo, ſic paullo poſt. Cæſo Fabius. K. Fabius. *T. Valerium Conſulem dedit.*) Antiqua lectio habet, Conſules, & rectè, ut & M. Fabium, & L. Valerium Conſules datos à Patribus eſſe intelligamus. *Cum Tribunis.*) Vet. lib. Cum Tribunis plebis. *Q. Fabius inde, & C. Tullius Conſules.*) Ut ſupra Tullios pro Juliis eſſe vitioſè monuimus, ſic hoc loco Tullius pro Julius. Quod ex Caſſiodoro, & Dionyſio intelligi poteſt, & ex ipſomet etiam Livio, qui infra C. Julium decemvirum factum eſſe, cum Conſularis eſſet, ſcribit. *Artonam Latinam Urbem.*) Legendum puto Ortonam, me in hanc ſententiam ducunt cum Livius ipſe, tum Dionyſius. Sic enim eſt in veteribus libris Livianis, atque Dionyſius ipſe, quamquam mendoſè, tamen ita apertè, ut veſtigia veræ ſcripturæ inſideant, idem ſcripſiſſe videtur. inquit enim hoc in loco [illegible], libro autem X. [illegible], inquit, [illegible]. Quam Urbem vulgati Livii libri Hortanam vocant, manuſcripti Hortonam. Quibus ex locis illud conjici poteſt, ubique Ortonam eſſe legendum. Quamquam ſi aut Dionyſium, aut fragmenta quædam, quæ dicuntur eſſe Catonis Originum, ſequimur, Ortonem legendum eſt, in quibus ita legitur: In Pelignis Curſellum, Orton, & Sulmo. Artenam autem unam ſtatuit Livius in Volſco agro, alteram Cæretum fuiſſe ait libro quarto extremo. *Sp. Licinius Tribunus plebis.*) Dionyſius in hunc annum edit Tribunum plebis Sp. Icilium, quamquam mendoſè eſt apud eum [illegible], pro [illegible]. Quare & hoc loco ita legendum; movet enim me maximè gens Icilia, ex qua multi per hæc tempora Tribuni fuerunt, infeſtiſſimi Patribus; movet etiam prænomen Spurius, quod nuſquam aliàs in gente Licinia fuiſſe reperio, in Icilia autem ſæpe, ita ut decem abhinc annis Sp. item Icilius Tribunus plebis à Livio memoretur, & in annum CCCXLVI tres Icilii Tribuni plebis prodantur, ſic enim ait Livius: Auctores fuiſſe tam liberi populo ſuffragii Icilios accipio, ex familia infeſtiſſima Patribus, tres in eum annum Tribunos plebis creatos. *Ad duo ſimul bella exercitus ſcribitur, Fabio in Vejentes, in Æquos Furio datur. Et in Æquis quidem nihil dignum memoria geſtum eſt. Fabio aliquanto plus negotii cum Civibus, quàm in hoſtibus fuit.*) Hic locus eſt, in quo primum Sabellicus, deinde etiam Glareanus ſe valde jactarunt, & Livium duobus verbis ſui oblitum eſſe contenderunt. (36) Movet enim eos, quod Fabium primum ſcribit cum Vejentibus pugnantem ab exercitu deſertum eſſe, in Æquis à Furio nihil geſtum, deinde verò haud ita multo poſt, contraria ſuggerit, Fabium nimirum cum Æquis pugnantem fuiſſe deſertum; ait enim, Proximo bello in ipſa acie, in ipſo certamine, conſenſu exercitus traditam ultro victoriam victis Aequis. Item: Non magis ſecum pugnaturos, quam pugnaverint cum Aequis; omnis autem ejuſmodi reprehenſio tollitur, ſi legamus, quemadmodum legitur in antiquo exemplari: (37) Fabio in Aequos, in Vejentes Furio datur. Et in Vejentibus quidem nihil dignum memoria geſtum eſt. Quod enim opponit Glareanus, Livium ita, ut vulgata lectio eſt, ſcriptum reliquiſſe, quia idem à Dionyſio traditum ſit, id mihi leviſſimum eſſe videtur; quaſi vero nunc primum Livius à Dionyſio in hac hiſtoria explicanda diſſentiat. Eſt enim multo magis ferendum, duos inter ſe diſſidere, qui rato conveniunt, quam unum non ſibi conſtare, & duobus verbis repugnantia dicere. *Tib. Pontificius.*) Cum ante legeretur T. Pontificus, rectè Rhenanus emendavit ad vetuſti Codicis fidem Tiberius Pontificius; num eo prænomine affecit eum etiam

(35) Hæc omnia in annotationibus Glareani inveniuntur, quare diſſimulanda ita non fuiſſent.

(36) Utrique injuria fit & Sabellico, & Glareano, ut ... ſuam ſententiam dixit abſque jactantia, non itaque Viri de literis bene meriti ita notandi erant.

(37) Glareanus valde veretur hunc verum dicere. Nam Robortellus id quoque ſæpius facit.

etiam Dionyſius . Id autem prænomen duabus litteris, ut ab antiquis accepimus, ſcribebatur, Ti. non Tib. *Sp. Licinio*.) Sp. Icilio ; ut dixi . *Novumque tribunorum adverſus unum moratorem publici commodi auxilio delectum conſules habent*.) Mendum eſt in voce, Novum, quam vocem invexit Rhenanus , cum antea, Novem, legeretur ; neque enim Novem Tribunos uni reſiſtere potuiſſe putavit , quia his temporibus non decem , ut poſtea , ſed quinque tantum Tribuni crearentur, Livio ipſo auctore. Itaque Novum , ad vocem , Delectum , referendum cenſuit. Qua lectione nihil eſſe durius poteſt . Ego autem lego libenter , quomodo legi animadverti in vetoſto libro : Quattuorque Tribunorum; præſertim vero cum Dionyſius eundem edat numerum, inquiens, τέτταρα ἐκ τῶν δημάρχων ; libr. IX. Mendi cauſſa ex notis numerorum (ut ſæpe fit) orta eſt IV. & IX. ſæpe enim X. pro V. mendoſe eſt . *Præceps Fabius in vulnus abiit*.) Vet. Codices: Obiit. *Conſul. Mortifera ictus vulnere cadit*.) Vet. lib. Demum conſul. *Eo cum exercitu cæſa miſſus in ipſorum equorum agrum depopulandum tranſit*.) Vet. lib. Depopulabundua tranſit. ſic lib. III. Cum populabundus iſſet. *L. Æmilius*.) Reſpuunt Latini literam y , in vocibus Latinis ; quæ neſcio quo modo temere invaſit in multa nomina Romanorum, ut in Aemilios , & Papirios . Quod ex Græcis manu & ſcriptis libris & ex antiquis lapidibus, præſertim Capitolinis, & argenteis nummis percipitur. *Tuſcus ager*.) Tuſcus ſine adſpiratione ſcribitur in tabulis Capitolinis, in veteribus Latinis, & in vulgatis Græcis libris. *Poſt acceptam proximam pugnæ cladem*.) Vet. lib. Proximæ pugnæ . *Multiplicatis in arcto ordinibus* .) Hoc quid velit, Glareanus Homo ingenuus profitetur ſe neſcire ; eſt autem ſenſus. Aciem quo breviore in ſpatio cogitur, & orbem colligit, eo pauciores ordines habere , quo majore in ſpatio explicatur , eo plures . (38) *Quod inopia frumenti quamvis in præcipitia , dum celeriora eſſent, agebat conſilia*.) Vetus lectio eſt : Quamvis præcipitia. Quod placet, ut reddatur trita illa locutio: Agere præcipitem . *Q. Conſidius , & T. Genutius* .) Ne quis moveatur Dionyſii lectione velim, qui κοιντίλιον, pro κονσίδιον habet; diſplicet autem Quinctilii nomen in Tribuno plebis hoc tempore, quia Quinctilia gens patricia eſt. Porro autem Genucius ſcribe ad fidem Græcæ , & Capitolinæ ſcripturæ. Idem Genucius in Vet. libris non Titus, ſed Cajus , apud Dionyſium modo τίτον, modo γάϊον nominatur. *Eum oppreſſi* .) Vet. lib. Eum oppreſſerunt , ut ſit Q. Conſidius , & T. Genucius trib. pl. Menenium oppreſſerunt . *Cum & patres haud minus , quam pro Coriolano annixi eſſent*.) Vet. lib. Pro Coriolano ante annixi eſſet. *L. Cæditio*.) Cædicio ſcribe , Græcorum librorum, & Capitolinorum marmorum auctoritatem ſecutus. *L. Furius inde , & C. Manlius*) Dionyſius αὖλον μάλλιον nominat; cui aſſentior ; eſt enim idem Manlius, qui paullo poſt in decemviratu , & à Dionyſio , & ab ipſo Livio Auli prænomine afficitur. *Suadent , monent*.) Vet. lib. Moventque. *Ita animum nunciam inducant*.) Luxatæ , & depravatæ voces ita leguntur in antiq. lib. Jam nunc ita in animum inducant. Qui dicendi modus olet undique Livianam formam. *Conſilia inde non publica , ſed in privato , ſeductaque à plurium conſcientia habuere*.) Vet. lib. Seducta à plurium conſcientia habere , ut ſit dicendi modus ille frequentiſſimus , qui infinitivo profertur. *Adeoque neminem noxiæ pœnitebat*.) Vet. lib. Noxæ . *Ut etiam inſontes feciſſe videri vellent, palamque ferretur*.) Vet. lectio: Palamque ferrent . *Voleronem Publium de plebe hominem*.) Volero prænomen eſt, ut ait Valerius . Publius item prænomen . Itaq. ne duo prænomina conjungantur , Publilium lege , quod plebejæ gentis nomen eſt. Quæ ſcriptura extat etiam in Capitolinis fragmentis. *Res tamen ſuo ipſa molimine gravis certaminibus in alterum annum extrahitur*.) Vet. codex plenior: Gravis magnis certaminibus & recte. *Conſul. lictorem ad Tribunum, privatum eſſe clamitans, ſine imperio, ſine magiſtratu*.) Hunc locum, in quo Tribunum pl. privatum, non Magiſtratum eſſe traditur , ne quem forte Romanæ antiquitatis ignarum perturbaret , verbis Plutarchi prolatis viſum eſt explanare Ea ſunt in libro τῶν κεφαλαίων in hanc ſententiam : Cur cum purpura alii magiſtratus utuntur, Tribunis pl. non utitur? an quia Tribunus pl. Magiſtratus non eſt? neq; enim ex ſella Tribuni jus dicunt, neque principio anni , ut reliqui Magiſtratus, ineunt, neque creato Dictatore ſe abdicant, verum omni tranſlato ad Dictatorem Imperio, ipſi tamen poteſtatem ſuam retinent, quaſi Magiſtratus non ſint; quemadmodum autem tranſlationem judicium eſſe Rhetores quidam negant, ſic Tribunatus impedimento potius eſt Magiſtratui, quam Magiſtratus. Etenim reſiſtere potentiæ Magiſtratus, & nimiam ejus licentiam coërcere, ad ejus auctoritatem pertinet . (39) *Tribunique , Conſuleſque*.) Non probo hanc lectionem Rhenani, quæ antiquis libris, quos vidi, repugnat, ſed, Tribuni, Conſuleſque . *Piſo auctor eſt, nominat quoque Tribunos, Cn. Siccium , L. Numitorium, M. Duilium, Sp. Icilium , L. Merilium*.) Hos Tribunos nominat Diodorus lib. X. μάρκον δυΐλιον, γάϊον ἰκίλιον. γάϊον σικίνιον, λούκιον νομιτώριον. Scribe igitur Duilius , non Duellius, partim Græcis, partim Capitolinis monumentis auctoribus. Quamquam Cicero in Oratore Duellium videtur defendere ; inquit enim: Ut duellum bellum. ſic Duellium , qui Pœnos claſſe devicit, Bellium nominarunt; præterea C. Sicinium, non Cn. Siccium , partim Diodori ſcriptura motus , partim etiam Livii , qui paullo poſt C. Sicinium cum M. Duilio Tribunum prodit. De C. autem Sicinio, & Sp. Icilio Tribunis Plebis ſupra etiam dictum eſt. *Volſci tum Æquiq. inter ſeditionem Romanam , & bellum coortum vaſtaverant agros*.) Hic locus fœde legebatur ante, ita: Volſcum Æquicumque inter ſeditionem. Quam lectionem etſi valde probo, moveor tamen, cum in vetuſtis libris omnibus ita lego : Ex S. C. Bellum indictum contra Volſcum, Æquumque, qui inter ſeditionem,& bellum coortum vaſtaverant agros. *Se unico Conſule*

(38) Tractat hunc locum Robortellus lib. 2. emendat. cap. 30. Confitens ſe non percipere quid Sigonius velit, & exiſtimat Livium cum Multiplicatis dixit, idem intellexiſſe, ac ſi dixiſſet, condenſatis.

(39) Errat Sigonius cùm purpuram vertit: Nam περιπόρφυρον habet Plutarchi liber, & ſatis notum eſt hanc a Plutarcho dici, quam prætextam Latini vocant. Robort. lib. 2. emendat. cap. 28. Et ut in hoc, ſic quoque in illo errat, quòd ait creato Dictatore Conſules ſe abdicare ſolitos. Nam Plutarchus ait τοῦτο, quod non abdicare ſe, ſed interim deſiſtere uti poteſtate & jure ſuo dum Dictator is eſt, ut ibidem annotat Robortellus.

ſuis objecto.) Vet. lect. Et ſe unico Conſule objecto. *Quam minore conatu, nequaquam tanto Patrum ſuperiores impedierint Conſules.*) Vet. libri omnes: Nequaquam tanta Patrum ſpe priores impedierint Conſules. *Nec ulla vi domari poterat, tantum certamen animis imbiberant.*) Vet. lib. Poterant. Quo fit, ut numerus congruat cum eo, qui ſequitur, Imbiberant. Alii Poterat, & Imbiberat. Quod magis probo. *Ut invictus ille odio plebejo animus interdum moveretur, omni nequidquam acerbitate prompta: nihil jam cum civibus ageret, à Centurionibus corruptum exercitum diceret, Tribunos plebejos cavillans interdum & Volerones vocaret.* Ex manuſcriptis libris ita interpunge, & lege: Interdum moveretur. Omni ne quidquam acerbitate prompta nihil jam cum civibus agere &c. item paullo poſt, dicere, item, vocare. *Quandoquidem nihil præter tempus noxæ lucrarentur.*) Vet. lib. Rixæ lucrarentur. *T. Æmilio.*) Lege Ti. Æmilio ex Dionyſio, qui τιβέριον αἰμίλιον hunc ubique nominat. Fuiſſe autem Æmilius familiare hoc prænomen Tiberii, facile Capitolinæ tabulæ demonſtrare poſſunt. M. Duellius, & Cn. Siccius. M. Duilius, ut ante dixi; itemque C. Sicinius ex vetuſtis libris, atque ex Diodori auctoritate, de quo etiam ante dictum eſt, lego. *T. Numitius.*) Numicius, ut Minucius, videtur c litera eſſe ſcribendum, nam Græci νομίκιος. *Cenonem oppidum.*) Dionyſius non ponit nomen, ſed oppidulum maritimum vocat. Vet. lib. Cerionem. *In Volſcis Reſpublica egregia geſta.*) Lego Res egregie geſta, ex Vet. lib De quo dicendi genere dicam infra. Sic etiam lib. III. Ab altero Conſule Res geſta egregie eſt. *Cum cædes, & incendium circa Anienem flumen feciſſent.*) Vet. lib. Incendia. *Ingens vis hominum ex omnibus Volſcis, Æquiſque populis in caſtra venit.*) Vox, Populis, abeſt à Vet. lib. neq; neceſſaria eſt. *Cornicines, tibicineſque in equos impoſitos.* Vet. lib. In equis, ſic libro primo dictum eſt. Dextra in capite impoſita. *Deinde ut obtinentes locum vires ferebant, audent ultro gradum inferre.*) Lege ex vetuſtis exemplaribus: Deinde ut in obtinentes locum.

In Epitomen Libri III.

AD *bellum gerendum miſſus eſt.*) Vet. lib. Ad id bellum. *Cum modeſte ſe in honore geſſiſſent.*) Vet. lib. Se in eo honore. *Cum complura impotenter feciſſent.*) Ex veſtigiis depravatæ antiquæ lectionis, & ex Livianis verbis, ita hæc verba legenda ſunt: Duabus tabulis ad decem adjectis cum complura impotenter feciſſent. *In tertium annum detinuerunt.*) Vetus lectio: Retinuerunt.

In Librum III.

CONſules *inde Poſtumius Albus, Sp. Furius.*) Legendum A. Poſtumius Albus, Sp. Furius Fuſus; prætermiſſum eſt enim prænomen prioris Conſulis, quod & apud Dionyſium eſt, & in Capitolinis Conſulibus, & ab ipſo infra affertur. Veteres autem libri in poſteriore Conſule habent, Sp. Furius Fuſcus, mendosè, pro Fuſus. Quod fuit Furiorum cognomen, ut Julus Juliorum; Quod ex Capitolinis fragmentis intelligi poteſt. *Cenſa ſunt civium capita centum quatuor, & viginti millia CCXIV.* Hic numerus eſt in omnibus libris, & bene habet. Hoc admoneo, ne quis Rhenanum ſequatur, qui putat legendum quater centena millia CCXIV. non intelligens hanc ſummam Civium his temporibus non convenire; nam per multos annos CC. & CCC. millia cenſa ſunt; ſero autem CD. millia, ut infra oſtendam. *Qui cum haud gravate veniſſent.*) Vet. lib. gravatim, utrumque recte. *Proconſulem T. Quinctium ſubſidio caſtris cum ſociali exercitu mitti.*) Vet lib. Proconſule. Proconſulatus autem non eſt Magiſtratus, ſed imperium, quod aut extra ordinem privato datum eſt, ut hoc loco T. Quinctio, aut ex Conſulatu prorogatum eſt, ut Q. Publilio Philoni, de quo Livius poſtea lib IIX. ita: Actum cum Tribunis plebis eſt, ad populum ferrent, ut, cum Publilius Philo Conſulatu abiſſet, Proconſule rem gereret, & paullo poſt: Duo ſingularia hæc ei Viro contigere, prorogatio imperii non ante in ullo facta, & acto honore triumphus. In Capitolinis etiam triumphus Q. Publilius Philo primus Proconſule fuiſſe traditur. *Romanos cecidiſſe in Hernico agro V. millia.*) Hæc ſumma ſuperat fidem, id quod ex Dionyſio intelligi poteſt. Itaque placet magis vetus lectio, Duo millia, & paullo poſt, non, duo millia, ſed, tria. *Pro triſti nuncio triſtiorem domum referentes.*) Vet lib. Triſtiora. *Inde Romam reditum eſt. Juſtitium remiſſum eſt.*) Vet. lib. Juſtitium remiſſum. Quod placet, ne bis ponatur, Eſt. *Comitia inde habita.*) Vet. lib. Deinde. *Calendis.*) In antiquis & libris, & lapidibus Kalendæ ſcribuntur, non Calendæ. *Labicanos agros.*) Vet. lib. Lavicanos. *Eo vis omnis, tempeſtaſque belli converſa eſt.*) Vet. lib. Obverſa eſt. Sic lib. VI. Obverti aciem dixit. *A Tuſculano.*) Vet. lib. Ab Tuſculano. *T. Virginius Rutilus.*) Rutilius nomen eſt gentis, ut in P. Rutilio Lupo. Hic autem cognomen quæritur. Ergo Rutilus ſcribendum Quod in Capitolinis fragmentis eſt. Rutilius quidem ea de cauſſa reſpuitur, quod cognomina in jus non deſinant ea terminatione, quæ patronymicum ſignificat. Itaque Rutilius, Flavius, Flaminius, Licinius, Pacilius, & ejuſmodi alia, quæ in vulgatis libris pro cognominibus uſurpantur, ſunt corrigenda, Rutilus, Flavus, Flaminus, Licinus, Pacilus. *Cum exitus haud in faciles eſſent.*) Vet. lib. Cum exitus haud inde faciles eſſent. *C. Terentillus Arſa.*) Vet. lib. Terentilus. Legendum eſt Terentius, & paullo poſt, Lex Terentia, ex Dionyſio, & ratione gentium, & Legum Romanarum. *Immoderata, infinita poteſtate.*) Vet. lib. Infinitaque poteſtate. *Anno deinde inſequenti.*) Vet. lib. Sequenti. *Sparſum ita jacuiſſe per aliquot dies.*) Vet. lib. Sparſum humi. Ita Valerius ubi hac de re agit cap. de ominibus. Reliquum humi per aliquot dies proſtratum jacuit, & Dionyſ. ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐν γῇ ἐρριμμένον διέμεινεν. *Sparſum humi ita jacuiſſe per aliquot dies, ut nihil odor mutaret.*) Puto legendum Odoris, quia Valerius ait: Reliquum humi per aliquot dies neque odore tetro, neque deformi adſpectu mutatum jacuit, & Dionyſ. ἐπὶ χρόνον μεταβαλὸν ἐκ τοῦ δέοντος διεφύλαττε οὔτ' ἐν αὐτῶ ἑτέρον, niſi ſi, Mutaret, paſſive accipiamus, ut apud Græcos μεταβάλλειν. *Ecquid ſentitis jam vos Quirites.*) Vet. lib. Ecquid ſentitis, inquit, jam vos Quirites. *Inſtructum naturæ, fortunæ omnibus bonis.*) Vet. lib. Fortunæque. *Sinerent tantum Virum ſenem in Civitate fieri.*) Vet. lib. in Civitate ſeneſcere. *Appellati Tribuni medio decreto jus auxilii ſui expediunt.*) Vet. lib. Protinus jus auxilii ſui expediunt. *Juſſu Conſulum in Tuſcos in exſilium abiit.*) Vet. lib. Inſciis Conſulibus. *In Tuſcos.*) Veteres libri, Tuſculum, ſed placet magis, in Tuſcos,

ſcos, quia Dionyſius habet [illegible]. *Ut divenditis omnibus bonis aliquandiu trans Tiberim veluti relegatus devio quodam in tugurio viveret.*) Vet. lib. Ut is divenditis, &c. Relegatus vili quodam in tugurio habitarit; vocem autem, Devio, invexerat temere Rhenanus leviſſima conjectura fretus; probatur autem, Vili, quia inquit Dionyſius: [illegible], .i. in quo agro humile quoddam erat tugurium. *Tumque eſſe peregrino.*) Deme vocem, Que, ex vet. libris. *Tam felix vobis corrumpendis fuit, qui ſervitia non ſommovit auctor.*) Vet. lib. Qui ſervitia veſtra. *At vos veremini Deos veſtros.*) Vet. lib. Deos patrios. *Ne Sabini, ne Vejens hoſtis moveretur.* Vet. lib. Ne Sabinus. *In peragendis Conſularis officii partem ad ſe vindicabant.*) Vetus lectio: In peragendis Conſulariis Conſularem officii partem. Hinc ego ſuſpicatus ſum eſſe legendum: In peragendis conſiliis Conſularis officii partem, ut ſit ſenſus. Conſul alter comes animoſior erat, quam auctor, ita ut ille conſiliorum eſſet princeps, hic conſilia ipſa exſequeretur, & Conſulari officio in ea re non deeſſet. *Senatusconſulta fiunt, neque Tribuni Plebis legem eo anno ferrent.*) Vet. lib. Senatusconſultum fit, ut neque Tribuni Plebis. *Aliorum exemplo peccetis.*) Vet. lib. Peccaris. *Fabio, ut Antium legiones duceret, datum. Cornelius, ut Romæ præſidio eſſet.*) Vet. lib. Cornelio, quo pacto ſine controverſia legendum eſt. *Ut numquam eo ſubire potuit.*) Vet. lib. Sobiri. *Haud dubio.*) Vet. lib. Haud dubie. *Multorumque tabe menſium.*) Vet. lib. Multorumque tabe menſium mortuum. *Secum euntum, frequentemque ad ſigna ſine ullo commeatu fuiſſe.*) Vet. lib. Frequentem ad ſigna. *L. Minucius inde, & L. Nautius Conſules.*) Ego ſecutus Dionyſii, Diodori, & Capitolinorum lapidum auctoritatem, C. Nautius lego. (*) *M. Valerio Valerii filio, Voleſi nepote.*) Supra duos Marcos Valerios mortuos legimus, unum ad Lacum Regillum, alterum augurem in peſtilentia. Quorum unus pater, alter filius fuit. Qui vero nunc Quæſtor eſſe dicitur, is eſt procul dubio, qui biennio poſt Conſul in Capitolinis tabulis Manii filius, Voluſi nepos dicitur. Itaque hoc loco lego, M. Valerio M. F. Voluſi nepote, neque enim cum quis nominabatur, à patris nomine gentilicio, ſed à prænomine oſtendebatur. Horum autem ſtemma eſt ejuſmodi:

Voluſus Valerius.

P. Valerius Poplicola quater Conſul. anno 245. 246 247. 250.	M. Valerius Conſul. ao. 249. ad Lacum Regillum periit.	M. Valerius Dictator, an. 260.
P. Valerius Poplicola Cos. ao. 292. in prœlio contra Herdonium cecidit.	M. Valerius, quem quidam auctor Dictatorē fuiſſe ann. 255. augur mortuus ann. 289.	M. Valerius, Quæſtor an. 294. Cos. an. 296.

Græcum Cluilium.) Veteres libri omnes conſtantiſſime habent, Clœlium. Quamquam Dionyſii liber [illegible] edit, ut puto, mendoſè. *Quæſtum injurias, & ex eo fœdere res repetitum.*) Vox, Eo, ſupervacanea eſt. Id & veteres declarant libri, & Liviana forma dicendi; ſic enim etiam lib. I. Injurias, & non redditæ res ex fœdere; quæ repetitæ ſunt. *Munitiones circumdant.*) Hoc expreſſit Dionyſius his verbis: [illegible], .i. foſſa, valloque caſtra Romana circumdedit, vel munitiones caſtris objecit; ſic autem etiam paullo poſt: Exercitum omnem longo agmine circumdat hoſtium caſtris. *Vallo objectæ.*) objecto, ex vet. lib. *Tantus pavor, tanta trepidatio fuit.*) Vet. lib. Tantaque trepidatio. *Bipalio innixus.* Veteres libri omnes, Palo; Quod etiam ante me Rhenanus docuit. *Dictatorem eum gratulantes conſalutant.*) Veteres libri: Legati gratulantes. *Lucium Tarquitium patriciæ gentis.*) In tabulis Capitolinis eſt Lutius Tarquitius. Quibus danda fides eſt. Nam Tarquinii ex Urbe exacti omnes fuerant. Et de Tarquinio non dixiſſet, patriciæ gentis, cum id ſatis conſtaret. *Fabius ſucceſſor.*) Vet. lib. Q. Fabius ſucceſſor. *Q. Minucius, M. Horatius.* Emendo, C. Horatius, partim quia Dionyſius, & Capitolini Scriptores eo prænomine hunc afficiunt, partim etiam, quia poſt Livius idem facit, ut de C. Horatio augure mortuo loquitur. *Hortanam.*) Supra oſtendi, quid de hoc loco ſentirem; Ortonam enim crederem legendum eſſe. *T. Romilio, & C. Veturio Conſulibus.*) Dionyſius, & Diodorus auctor eſt, Romilium eſſe ſcribendum. Quæ eadem ſcriptura eſt in Capitolinis tabulis. Veturius autem una cum T. Romilio collega ejus poſt fit Decemvir. Quo in Magiſtratu Diodorus, & Capitolini ſcriptores prænomine Spurii eum afficiunt, in vulgatis autem Livii libris, L. Veturius ſcribitur. Itaque ut uterque locus ſibi conſtet, Sp. Veturium, utrobique vocandum cenſeo. Siquidem, qui Decemvir factus eſt, idem Conſularis erat. *Sp. Tarpeio, A. Æternio.*) Variant omnes omnium auctorum libri in altero horum Conſulum nominando. Plin. lib. VII. cap. XIIX. Æternium, Caſſiodorus Aternium, Diodorus [illegible]. Gellius lib. II. cap. XI. Thermum. Dionyſius [illegible]. Vetuſti Liviani libri Tercinium. Ego, ſi conjecturæ locus dandus eſt, Aternum, maxime, ut eſt apud Diodorum, probo; alia enim nomina gentium numquam legi. *C. Claudio Cicerone.*) Pro hoc tribuno C. Siccium Dentatum edit Dionyſius. *A. Manlius P. Sulpicius.*) Dionyſius legatos hos viros conſulares fuiſſe tradit: Itaque Sulpicius idem eſt, qui Conſul fuit anno CCXCI. poſt autem Decemvir erit. Quod cum ita ſit, profecto cum in Conſulatu Ser. Sulpicius nominetur, etiam in legatione, & poſt in decemviratu Servius appelletur neceſſe eſt. *In cujus locum C. Veturium.*) Ut dixi, lege Sp. Veturium. *C. Menenius.*) Diodorus, & Feſtus hunc T. Menenium vocant; placet autem, ut ſit T. Menenii ante Conſulis filius. *P. Sextius.*) Dionyſius, & Diodorus [illegible], auctores Capitolini Sextium hunc nominant. Sextii autem patricii, Sextii plebeji fuerunt, ex quibus is extitit, qui primus è plebe Conſulatum cepit. *Lex Actlia de Aventino.*) Hæc lex à L. Icilio

(*) Hoc ante Sigonium etiam annotavit Glareanus.

Icilio Tribuno plebis lata eſt, anno CCXCIIX. ut ait Dionyſius. Itaque legendum procul dubio, Icilia. *T. Genucius, P. Sextius, L. Veturius.*) T. Genucius, P. Sextius, Sp. Vetorius, ex tabulis Capitolinis, ut ante dixi. *Sulpicius, P. Curiatius, T. Romulius.*) Ser. Sulpicius, P. Curatius, T. Romilius, ut ante dixi. *Sp. Poſtumius.*) Vet. lib. Poſtumius Albus. *Eas leges habiturum Populum R. quas conſenſus omnium invaſiſſe videri poſſet.*) Nuſquam alias legi hoc genus dicendi, Invadere, pro Inferre, & Invehere. Itaque pro certo habeo legendum eſſe, Invexiſſe. *Prehenſarent homines.*) Vet. lib. prenſarent: *Ea ætate, hiſq; honoribus.*) Vet. lib. Iiſque. *Duellios.*) Duilios, ut ante. *Dejectiſque honore per concionem duobus Quinctiis.*) Lego vel repugnantibus libris omnibus: Per coitionem, nam lib. IX. ait: Coitiones honorum adipiſcendorum cauſſa factas adverſus Remp. eſſe, & lib. XXXIX. Coierantque candidati omnes ad dejiciendum honore eum, & Ped. in toga: Coierant ambo, ut Ciceronem Conſulatu dejicerent. *Q. Petilius.*) Veteres quidam libri habent, Q. Pœtilius. Dionyſ. ποιτέλιος. Capitolinæ tabulæ, Pœtelius, ergo ita ſcribendum. *M. Rabulejus.*) Hic à Dionyſio μάνιος vocatur. Quare M'. Rabulejus caſtigo. *Comitia Decemviris creandis in trinum nundinum indicta ſunt.*) Recte trinum nundinum; quamquam plerique libri habent, trinundinum. Id enim ſignificat, in tertias nundinas. Quod Græci dicunt, εἰς τρίτην ἀγορὰν, ut Dionyſius lib. 7. προθέντες δὲ τὴν δίκην οἱ δήμαρχοι εἰς τρίτην ἀγορὰν τὴν περὶ τοῦ πολίτου διαγνῶναι. Plutarchus in Coriolano: οὐ δὲ μάλιστα προσαγορεύομεν εἰς τρίτην ἀγορὰν παρῆσαν. & poſt: ἐν δὲ τῷ μεταξὺ χρόνῳ ἡ τρίτη ἀγορά. ἀγορὰς δὲ τοίνυν ἐποιοῦν δι' ἡμερῶν ἐννάτων συνιόντες καλοῦσιν. De Nundinis copioſius Macrob. lib. 1. Satur. Quod autem dixit Cicero pro Cornelio ex prorogatione trinundinum, Priſcianus interpretatur dictum eſſe pro trinundinatum lib. VII. *Cum fortuna, qua quicquid cupitum foret.*) Vet. lib. quicquam. *Recepto ad Eretum, quod poſſim vagatum erat, agmine.*) Dionyſius pro Ereto habet, mendosè, ut puto, ἐν ῥήγῳ. *Caſtra in Algido locant.*) Eutropius montem Algidum vocat. Dionyſius modo ait: ἐν ἀλγιδῷ πόλει, modo ἐν ἀλγιδῷ. *Conſenſu inviſum imperium.*) Vet. lib. Inviſum conſenſu imperium. *Jam caput fieri libertatem repetentium, ſe ſi plebs comitem Senatui det.*) Vet. lib. libertatis repetendæ. *Suarum, quæ rerum erant, ſoliciti, amiſſa publica.*) Vetus lectio. Suatumque rerum erant, amiſſa publica, .i. ſuis rebus operam dabant. Quam formam dicendi, qui non agnoverunt, mutarunt, addendo de ſuo, Soliciti. Sic lib. VI. Plebs cum jam unius hominis eſſet, ſic hoc libro paullo ante. Hominum non cauſſarum toti erant: *Experirentur quanta ferocior dolor in libertate ſua vindicanda, quàm cupiditas in injuſta dominatione eſſet.*) Rhenanus, qui putat particulas duas, In, tollendas eſſe, idem non ſenſit, vocem huic ſententiæ deeſſe, quæ eſt in Vet. libris, in injuſta dominatione retinenda eſſet. *Quod unum exequandæ ſit libertatis.*) Lege, Exæquendæ, ex Vet. lib. *L. Cornelius complexus Appium, non cui ſimulabant, conſulendo.* Vet. lib. ſimulabat. *Poſſe in oblivionem Tribunorum adduci.*) Vet. libri addunt vocem ita: Poſſe in oblivionem Tribunorum plebem adduci. *M. Rabulejo, Q. Poetilio.*) M'. Rabulejo. Q. Pœtelio, ut dixi. *Cæſone Duellio.*) K. Duilio, ut ſupra. *Fidenas, Cruſtumeniamque.*) Cruſtomeriamque, ut dixi in primum lib. *Tuſculum ſe fide, miſericordiaque victurus hoſpitum, (quæ tamen non fefellerunt) contulerant.*) Vet. lib. Hoſpitum, qui tum non fefellerunt contulerat. *Perinde Uxor inſtituta fuerat, liberique inſtituebantur.*) Vet. lib. Liberi quoque inſtituebantur. *Deſponderant filiam L. Icilio.*) Lege ex vet. lectione: Deſponderat, ut ad patrem L. Virginium referatur, non ad matrem, quam multis ante annis mortuam eſſe tradit Dionyſius. *Auctoribus, qui aderant, ut ſequeretur.*) Vide, quid ſit, quod quidam libri veteres habent: Adjutoribus, qui aderant, aſſequentibus. *In his enim quæ aſſerantur in libertatem.*) Vet. lib in iis enim qui aſſerantur. *P. Numitorius puellæ avunculus.*) Libri Veteres habent, Avus, ſed placet magis Avunculus, quia Dionyſius inquit, ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος τῆς παρθένου. *Placidum quoque ingenium, tam atrox injuria accendiſſet.*) Vet. lib. Cum placidum quoque &c. *Nuptamque pudicam habiturus.*) Vetus lectio, Nuptam, pudicamque habiturus. *Cum inſtaret aſſertor puellæ, ut vindicaret, ſponſoreſque daret.*) Aſſertorem vocat puellæ non L. Icilium, ut putat Glareanus, ſed M. Claudium, qui inſtabat, ut Icilius Virginiam vindicaret uſque in poſterum diem, datis ſponſoribus fore, ut ea poſtridie ſiſteretur, ſic etiam ſupra eum vocavit. (40) *Improbum conſilium ſerum, ut debuit, fuit, & jam commeatu ſumpto.*) Lege ex fide Vet. lib. Jam enim commeatu ſumpto. *Prehenſare.*) Vet. lib. Prenſare. *Decreſſe vindicias ſecundùm libertatem.*) Vet. lib. Dediſſe. Ego, Dare ſe, legendum puto; nam tempus præſens quæritur. Hoc genere dicendi ſæpius uſus eſt in hac re, numquam autem, Decernere; inquit enim ſupra: Vindicias det ſecundùm libertatem, & infra: Judicem te ab libertate in ſervitutem vindicias non dediſſe. Item Vindicias ne ab libertate in ſervitotem dederit. Quibus dicendi generibus uſus eſt hoc loco Livius, at Pedianus pro Cornel. Quis fuerit ille ex Decemviris, qui contra libertatem vindicias dederit. Eſt autem dare vindicias ab libertate, vel ſecundùm ſervitutem dare poſſeſſionem ei, qui ſervum eſſe aſſerit. Dare vindicias ab ſervitore, vel ſecundùm libertatem, dare poſſeſſionem ei, qui liberum eſſe aſſerit. *Decemvir alienato ad lib. dinem animo.*) Cur placeat Rhenano, Alienatus, neſcio. Mihi alienato magis probatur, ut & in Vet. lib. eſt, & in VII. lib. dixit: Milites alienatis ab memoria periculi animis. *Si inclementius in te ſum invectus.*) Lib. vet. Si quid inclementius. *Prope Cloacinæ.*) Plinius Cluacinam legit lib XVI. cap XXIX. cum ait: Quippe ita traditur, myrtea verbena Romanos, Sabinoſque cum propter raptas virgines dimicare voluiſſent, depoſitis armis purgatos in eo loco, qui nunc ſigna Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui purgare dicebant, at Lactantius lib. I. de Falſa religione, Cloacinam, agnoſcit. Verba ejus ſunt: Cloacinæ ſimulacrum in Cloaca maxima repertum Tatius conſecravit, & quia cujus eſſet effigies ignorabat, ex loco illi nomen impoſuit. *Agitatus deinde conſiliis, atque ex omni parte aſſentiendo.*) Pro certo habeo legendum, Agitatis deinde conſiliis, ut eſt in Vet. lib. Nam quarto libro ait: Conſilia ad movenda bella ad Fanum Voltumnæ agitata, &

(40) Glareanus hunc locum dubium reliquit, nihil definivit. Sed Sigonius non explicat ut Icilius vindicarit: Nam ibi eſt difficultatis nodus.

& poſt etiam: Secreta Agitare conſiliis; itemque ſæpius, Agitare conſilia. *Strictum etiam telum, reſperſuſque ipſe cruore, tota in ſe caſtra convertit.*) Nemo animadvertit, hic vocem unam deeſſe, ſine qua ſenſus eſſe nullus aptus poteſt; ea verò eſt in libris antiquis, ſic: Strictum etiam telum tenens, reſperſuſque. Quam eandem affert etiam Dionyſius in eadem re explicande, *τὴν μαγειρικὴν σφαγίδα χειρὶ ἔχων, αἵματι πεφυρμένος ὅλος*, .i. lanii cultrum manu tenens, totus ſanguine fœdatus. (41) *Sibi vitam filiæ ſuæ cariorem fuiſſe, ſi liberæ, ac pudicæ vivere licitum fuiſſet.*) Mallem legi hoc loco: Cariorem futuram fuiſſe. Ceterum lib. Vet. habens, Libere, ac pudice, ſine dipthongo. *Miſeram, ſed honeſtam mortem occubuiſſe.*) Vet. lib. Miſeram, ſed honeſta morte. *C. Julius, P. Sulpicius.*) Hic Sulpicius Conſularis eſſe traditur, at in Conſulatu Ser. Sulpicius nominatus eſt. Ergo & hic Ser. etiam Sulpicius ſcribendum. P. tamen Sulpicium Conſularem Legatum nominat etiam Pedianus pro Cornelio; verum reclamant Græci. *Via Nomentana, cui tum Ficulenſi fuit nomen.*) Lego, Ficulnenſi, ab oppido Ficulnea, quaſi verò everſa Ficulnea, mutaverit nomen. *Togatorum aliorum.*) Vet. lib. Togatorum, aliorumque. *Q. Furius Pontifex maximus.*) Hunc in oratione pro Cornelio vocat Pedianus ex Livii, & aliorum ſententia, M. Papirium. Cujus ſcripturæ aſſentior magis, quam Livianæ. Nam de Q. Furio nulla nec per hos, nec alios annos eſt mentio, de M. autem Papirio, magna. Qui autem Pontificatum maximum gereret, cum par eſt alios etiam Magiſtratus, qui magni habebantur, cepiſſe. Ultimæ autem utriuſque nominis litteræ erratum ineſſe indicant, cum ſint eædem. *A. Virginium inde L. Icilium, & P. Numitorium avunculum Virginiæ.*) Virginius hic Pater Virginiæ fuit, ut Icilius, ſponſus, auctore Dionyſio. Ergo L. Virginius nominandus, non A. ex iis, quæ ſupra à Livio, & Dionyſio, & à Pædiano in orationem pro Cornelio dicta ſunt. *C. Sicinium progeniem ejus, quem primum Trib. pleb. creatum.*) Neſcio cur placeat magis hoc loco Rhenano, Progenie, quàm Progeniem, cum ita loquatur Cicero in Epiſt. ad Octavium: Populum, quem ipſe primo, poſt progenies ejus à regibus liberavit. *Ap. Julius.*) Appii prænomen non probo niſi in Sabinis viris, ut in Claudiis, ut in Ap. Herdonio Sabino, qui Capitolium occupavit. Julia gens cum patricia eſt, tum numquam Appio, vel Publio prænomine uſa eſt. Itaque legendum puto in hoc Tribuno plebis. P. Villius. Eſt enim gens Villia plebeja, ubique in vulgatis libris pro Julia habita, eaque uſa eſt prænomine Publio. *Ut quod tributim plebes juſſiſſet, populum teneret.*) Vet. lib. Ut quod Tribunus plebeis juſſiſſet, placet tamen magis: Tributim plebes, .i. tributis comitiis, ſic enim ait Dionyſius libro XI. *καὶ τοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου τεθέντας ἐν ταῖς φυλετικαῖς ἐκκλησίαις νόμους ἅπασι κεῖσθαι Ῥωμαίοις ἐξ ἴσου, τὴν αὐτὴν ἔχοντας δύναμιν τοῖς ἐν ταῖς λοχίτισιν ἐκκλησίαις τεθησομένοις*. i. leges tributis comitiis latas omnibus Romanis eſſe latas, eamdemque vim habere, atque eas, quæ centuriatis comitiis latæ ſunt, ſic lib. IIX. Legem tributim de viceſima eorum, qui manumitterentur, tulit, ſic alibi Centuriatam. *Sanciendo novam legem, ne quis.*) Lege ex Vet. lib. Nova Lege. *Ædilibus, judicibus, decemviris nocuiſſet.*) Vox Decemviris abeſt à veteribus libris, nec videtur neceſſaria. Eſt enim ridiculum, Plebem caviſſe Decemviris, quos peroſa judicio etiam eſt perſecuta. *Ad ædem Cereris, Liberi, Liberæque.*) Vide ne quis ædem de ſuo addiderit. Nam lib. XLI. ait: Supplicatio ad Cereris, Liberi, Liberæque fuit. *Sed eum, qui eorum cuiquam nocuerit ſacrum ſanciri.*) Antea multò fœdius legebatur. Sed eum qui Deorum cuiquam nocuerit, id ad ſacrum ſanciri. Nos autem meliorem (ut arbitramur) hac utraque lectionem reperimus in vetuſtis libris, quæ eſt hæc: Sed caput ejus, qui eorum cuiquam nocuerit ſacrum eſſe, id ſanciri, rectè; ſic enim Cicero pro Cornelio. Sacroſanctum eſſe nihil poteſt, niſi quod Populus Plebſve ſanxiſſet. Sanctiones autem ſacrandæ ſunt aut genere ipſo, aut obteſtatione, & conſecratione legis, aut pœna, cum caput ejus, qui contra facit, conſecratur. *Vos met ipſi armis vindicaſtis.*) Vet. lectio: Voſmetipſos. *Unius tantum criminis niſi vindices judicem te.*) Vet. lib. Niſi judicem vindices te. Senſus, niſi te à judicio unius criminis liberes, .i. ab libertate in ſervitutem contra leges vindicias non dediſſe te, niſi probes. *Si hoc indemnato, indicta cauſſa non liceat.*) Vet. lib. Si huic indemnato. *Judicem illi ferre, ni vindicias ab ſervitute in libertatem dederit.*) Lege procul dubio, pro, Ni vindicias, Vindicias ne. Senſus eſt: Se ferre illi judicem, qui videat, vindicias ille, Decemvir cum eſſet, contra libertatem dederit, nec ne. *Valerio Æqui evenere.*) Deeſt vox, ut ſit, Æqui, Volſcique evenere. Eam vocem habent veteres libri, eamdem paullo infra Livius repetit, eandem habet Dionyſius: *ἐπ' αἰκάνους καὶ οὐολούσκους*. *Sed neceſſariorum Virginiæ trium Tribunorum preces audirent.*) Vetus lectio: Et trium Tribunorum, ita ut altera ratio videatur, cur eorum preces ſint audiendæ, & quod neceſſarii, & quod Tribuni eſſent. *Tibur.*) Tibur, & Tiburtes invenio ſcribi in antiquis libris, & in triumphis Capitolinis, litera Y, non I. *Reſponſum Romanus nemo reddebat.*) Vet. lib Romanorum nemo. *Arma tegerent.*) Vet. lib. Contegerent. *Nec omnes dum eductos.*) Vet. lib. Nec dum omnes eductos. *Procurſantes pauci, recurrenteſque.*) Vet. lib. Recurſanteſque. *Veteris, perpetuæque alterum gloriæ, alterum nuper nova victoria elatum.*) Mirum eſt, neminem ſenſiſſe hìc deeſſe vocem, ſine qua vix conſtare oratio poteſt, quæ eſt in Vet. lib. Gloriæ avidum, alterum, &c. *Sexcenti fere ex equis deſiliunt.*) Veteres libri habent vocem unam præterea: Sexcenti fere propere ex equis deſiliunt. *Populus injuſſu & altero die frequens, iit ſupplicatum.*) Sic lib. VII. Si quis injuſſu in hoſtem pugnaſſet, & lib. X. Nec tamen injuſſu movere ſe auderent. *In Prata Flaminia, ubi nunc ædes Apollinis eſt, (circum jam tum Apollinarem vocabant.)* Paullo ante ſic: In Pratis Flaminiis, quem nunc circum Flaminium appellant. *Forte quadam utili ad tempus.*) Vet. lib. Ad id tempus. *Si qui vos minus hodie decem Tribunos plebis fecerint.*) Vetus lectio: Si quos minus hodie decem Tribunos, &c. *Hi tum utique quos ſibi collegas cooptaſſent, ut illi legitimi.*) Veteres libri, Hi ſunt, quos ſibi, &c, pro, Ut illi legiti-

(41) Hunc locum reprehendit Robortellus lib. 2. emendat. cap. 54. dictionem tenens ablegandam ſentiens: Duo enim admirationem militibus injecerunt, primo telum ſtrictum, deinde ipſe Virginius reſperſus cruore, nec ad rem facit quòd apud Dionyſium ſit ἔχων, nec enim is totidem verbis vertit locum Livii: Imò omnes veteres libri dictionem habens, non habent.

Google

gitimi. Porrò autem pro Cooptaſſent, apparet legendum eſſe, Cooptaſſint, antiquè dictum, pro cooptaverint. *Cum præ ſtudiis apertè petentium novem Tribunorum alii candidati tribus non explerent.*) Tribus non explere, eſt non poſſe legitimum, ac neceſſarium ſuffragiorum numerum ferre. Hoc dixi, quia Glareanus Tribuni pro claſſe accipiendum ait, cum Tribuni plebis tributis comitiis fierent. Alibi legitima ſuffragia non conficere dixit. (42) *A. Æternium.*) A. Aterium, ut ſupra. *Sp. Germinius, T. Virginius.* Sp. Herminium conſulem Dionyſius λάρτον ἑρμίνιον vocat. Diodorus λαρῖνον ἑρμίνιον. Valerius in Prænominibus Lartem Herminium. Ergo non Sp. ſed Lar. Herminius hoc loco reſtituendum eſt, ut etiam dixi in Prænotationibus à me editis multo latius. *Cælimontanus.*) Cœlimontanus, quia Cœlius, non Cælius ſcribitur. *Dum X. Tribunos plebis faceret.*) Vet. lib. Plebi. *M. Geganius Macrinus.*) Græci, & Capitolini Scriptores Macerinum cognomen addunt Geganiis, non Macrinum. *Conciones Tribunorum adverſus nobilium juventutem ortas ſedavere.*) Quid eſt ſedare conciones ortas? Quando umquam alias dixit: Oriri conciones? Quis eſt, qui non videat, aut Coitiones, aut Contentiones eſſe legendum? vel repugnantibus antiquis exemplaribus. *Deinde ne ipſi quidem inviolatè erant, utique poſtremis menſibus cum & per Coitiones potentiorum injuria fieret, &c.*) Hic ſenſus miſere laceratur ab iis, qui ejus ignari, verba inſcite diſpunxerunt, facile reſtituetur in integrum, ſi ita interpunxeris: Ut utique poſtremis menſibus, cum inviolati erant, jungas, ſic. Ne inviolati quidem erant utique poſtremis menſibus. i. præſertim poſtremis menſibus, cui orationi cauſſas ſubnectit ſtatim duas. *Legatum alterum P. Sulpicium.*) Ser. Sulpicium, ut ſupra dixi. *Conſurgit P. Scaptius de plebe magno natu: Et ſi licet, inquit, conſules de rep. dicere, errare ego populum in hac cauſſa non patiar.*) Inconſequens oratio videatur, ſi ita legas, neque enim vox ſubſequitur, quæ illi præcedenti: Etſi, reddatur. Intelligendum eſt autem orationem incipere a voce: Si licet; Vocem autem: Et, eſſe hiſtorici qui ait P. Scaptius conſurgit, & inquit. Si licet conſules &c. quare ita diſpunge, magno natu, &: Si licet, inquit, conſules. *Cum ad Coriolos ſit bellatum.*) Vet. lib. Debellatum, quod placet, quia tum Corioli in poteſtatem Populi Romani venerunt. *Annum ſe tertium, & octogeſimum agere.*) Neſcio cur in mentem venerit Glareanus probare, tertium, & nonageſimum potius, quàm tertium, & octogeſimum; præſertim verò cum hunc numerum & libri Veteres habeant, & diligens annorum ſumma eum poſtulet. Nam ab hoc anno, qui eſt ab Urbe condita CCCIIX. ad annum CCLXI, quo Corioli capti ſunt, numerantur anni XLVII. Quibus ſi addantur anni XX., quos ſe ante militaſſe Scaptius ait, erunt anni LXVII., à quo anno uſque ad annum LXXXIII. numerantur anni XVI., quo anno ætatis tirocinium de more depoſuit Scaptius. Itaut anno ætatis XVI. militare cœperit, poſt annos XX. ad Coriolos fuerit an. ab U. C. CCLXI., anno verò CCCIIX. hæc loquatur annos natus LXXXIII. (43) *Cum ad Coriolos ſit bellatum.*) Vet. lib. debellatum, quod placet: quia tum Corioli in poteſtatem Populi Romani venerunt: *Controverſiam adjudicaret rem:*) Vet. lib. Controverſam. *Sexptione hoc concionali ſeni.*) Senem concionalem ad contumeliam dixit, quomodo autem Concionalis ignominiam afferre poſſit, nemo tradit, puto Coëmptionali legendum. Ceterum ſenes, ut inquit Cicero in ſecundo de legibus, qui filios ſuſcipere non poterant, coemptiones faciebant, ne ſacra privata interirent, ex quo Curius ad Ciceronem, Senes coëmptionales ſcripſit. Habet autem ignominiam quandam, adeo decrepita ætate eſſe, ut ſuſcipere liberos non poſſit.

In Epitomen Libri Quarti.

L*Ex de Connubio patrum & plebis contentione magna.*) Lege ex Vet. lib. A Tribunis contentione magna. Tribunorum autem Princeps fuit C. Canulejus. *Perlata eſt à Tribunis plebis aliquot annis res Populi R. domi, militiaque per hoc genus Magiſtratus adminiſtratæ ſunt.*) Vet. libri ita: Perlata eſt. Tribuni aliquot annos. Eſt antem locus mancus, cujus hæc erat ſententia: Tribuni militum Conſulari poteſtate creati. Aliquot annos res Populi Romani, &c. Rem autem ita habere docet Livius. Quare ſtellula addenda eſt. *Sp. Melius.*) Mælius ſcribe, addita diphthongo ex Capitolinis tabulis, & Græcis monumentis. *Servilio Hala.*) Ahala ubique ſcribendum eſt. Documento ſunt hujus ſcripturæ libri aliquot manuſcripti, lapides Capitolini, & nummi argentei. *Volſcos, & Vejentes.*) Adde ex Vet. libris, & ex ipſo Livio: Volſcos, & Vejentes, Fidenates & Faliſcos. *Eoque colonis miſſi ſunt.*) Addendum, Novi. Nam Livius novos colonos vocat, & alio loco numerum additum colonorum ait: primum enim deducta colonia eſt à Romulo Rege.

In Librum Quartum.

M. *Genucius, & P. Curiatius Conſules.*) Livius paullo poſt C. Curiatium vocat. Dionyſius γαΐον κύρτιον. Diodotus ἀγρίππαν κύρτιον. Ergo C. Curtius, non P. Curiatius legendum. Accedit etiam Varro, qui Lacum Curtium ab hoc Conſule Curtio dictum eſſe ait. Verba ejus hæc ſunt lib. IV. de lingua Latina. Cornelius, & Luccejus ſcribunt eum locum eſſe fulguratum, & ex S. C. ſeptum eſſe, idque factum eſſe à Curtio Conſule, cui M. Genucius fuit collega, Curtium Lacum appellatum. *Confundique jura gentium rebantur.*) Paullo poſt, Colluvionem gentium ait. Gentem autem genus, ac gentilitatem intelligit, quam ſe ſolos habere Patricii ipſi gloriabantur, ut ſcribit lib. X. Quid autem ſit gens, ac familia, quoniam non idem ſunt, verum magno inter ſe intervallo disjuncta ſunt, contra atque ſummis hujus memoriæ Viri, qui utroque nomine promiſcue utuntur, ſentire videntur, paucis oſtendam. Illud igitur intereſt, quod Gens ad Nomen, Familia ad Cognomen refertur. Itaque illa tanquam totum continere videtur, hæc quodammodo partem. exempli cauſſa; Cornelii omnes unius gentis eſſe dicuntur, quia uno nomine continentur omnes, at vero partes gentis hujus ſunt plures, quæ ex cognominum varietate diſtinctæ ſunt, eæque familiæ dicuntur, ut, Cornelii Dolabellæ, Cornelii Cethegi, Cornelii Scipiones, Cornelii Lentuli, itemque in ceteris; at vero Cornelii

(42) Glareanus non definit, ſed dubitat ut lectorem excitet. Hoc Sigonius in calumniam trahere videtur.

(43) Glareanus nihil prorſus hoc loco aſſerit, ſed ſcrupulum injicit: Ait autem tandem de lana caprina eſſe.

nelii omnes unius exſiſtuat gentis. Itaque recte Feſtus lib VII. Geotem definit, quæ ex multis familiis conficiatur. Quod autem dixi de gente, & familia, idem judicandum eſt de genere, & ſtirpe, quorum item alterum ad Nomen, alterum ad Cognomen pertinet. Id autem ita eſſe, ex his Scriptorum verbis apparet. Svetonius in Galba: Imagines, inquit, & elogia univerſi generis exſequi longum eſt, familiæ breviter attingam. Qui primus Sulpiciorum cognomen Galbæ tulit, cur, aut unde traxerit, ambigitur. Hoc loco Svetooios geous appellat omoos Sulpicios, familiam vero, Sulpicios Galbas. Livius lib. XXXIIX. Scipio Naſica orationem habuit plenam decoribus oon communiter Corneliæ gentis, ſed propriæ familiæ ſuæ, & lib. VII. ſic loquitur Valerius Corvus: Non ſi mihi Novum hoc Corvi cognomen diis auctoribus homines dediſtis, Poplicolarum vetuſtum noſtræ familiæ cognomen memoria exceſſit, & lib. I. Julia gens Julum auctorem nominis ſui nuncupat, & lib. XL. Inde cognomen familiæ inditum, ut Annales appellarentur. Rurſus apud Svetonium ſic loquitur Julius Cæſar: Ab Anco Marcio ſunt Marcii Reges, quo nomine fuit mater, à Venere Julii, cujus gentis familia eſt noſtra, & in Auguſto. Gens Octavia à Tarquinio Priſco rege inter Romanas gentes allecta, mox à Ser. Tullio inter patricias traducta. Primus ex hac Magiſtratum cepit C. Rufus, is Quæſtorius Cnæum, & Cajum procreavit, à quibus duplex Octaviorum familia defluxit conditione diverſa, & Cicero in Bruto: Funebres orationes ipſæ familiæ quaſi ornamenta ſervabant ad uſum, ſi quis ejuſdem generis occidiſſet, & Livius lib. IX. Duodecim familiæ Potitiorum fuerunt, cum gens Potitia tota interiit. Quæ adhuc protuli exempla, ea ſatis valere arbitror ad explicandam vim gentis, generis, & familiæ. Nunc de ſtirpe dicam. Loquitur Cicero pro Rabirio ſic: Qua in familia laus aliqua forte floruerit, hanc fere qui ſunt ejus ſtirpis cupidiſſimè perſequuntur. Et de legibus primo: Hic orti ſtirpe antiquiſſima ſumus, & in Lælio: Qui aliquandiu propter ignorantiam ſtirpis, & generis in famulatu fuerunt, & Svetonius in Claudio. Claudius Cn. Pompejo antiquiſſimæ ſtirpis Magni cognomen ademit. Quæ ſi ita ſunt, jam apparet, qui ſit ſeoſus loci illius apud Ciceronem lib. de Oratore primo: Quid; qua de re inter Marcellos, & Claudios patricios centumviri judicarunt? eum Marcelli ab liberti filio ſtirpe, Claudii patricii ejuſdem hominis hæreditate gente ad ſe rediſſe dicerent, non ne in ea cauſſa fuit de toto ſtirpis, & gentilitatis jure dicendum? Senſus enim eſt. Claudios patricios gente pugnaſſe, quia ille Claudiorum liberti filius fuit; Marcellos, ſtirpe, quia Marcellorum Claudiorum. Itaque illi geoeris, hi familiæ jure contendebant. Hinc gentilicia Sacra dicta, quæ erant communia toti genti, ac generi, & Svetonius Cæſarem gentiliciis hæreditatibus multatum ſcribit, i. bonis, quæ geotis Juliæ aote fuerant. Atque hæc quidem hactenus. Jam vero an alius ſit Geotis ipſius uſus, infra alio loco dicemus. *Et mentio primo ſenſim illata à Tribunis.*) Lege, A Tribuno, cum ex Vet. lib. auctoritate, tum quia ſtatim iofertur, ut rogationem Novam Tribuni promulgarent. Tribunum autem intelligit C. Caoulejum. *Ut rogationem novem Tribuni promulgarent.*) Quamquam ſeoſus optimus eſt, ſi legatur, Novem, tamen placet magis, Novam, quæ vox eſt in Vet libris, hoc ſenſu. Mentio illata primo ſenſim à C. Canulejo, ut alterum ex plebe Conſulem liceret fieri, eo deiode proceſſit, ut Tribuni reliqui Novam rogationem promulgarent, ut promiſcue Conſules ſeu de plebe, ſeu de Patribus poſſent pro Populi arbitrio creari. Novem aotem ſi legamus, omnes accipiamus Tribooos præter C. Furnium, quem excipit Dionyſius. *Et quemadmodum plebs glorieri poſſet, auctiorem, ampliorem que eſſe.*) Verus lectio: Se auctiorem. *Finem non fieri poſſe in eadem Civitate Tribunos plebis, & Patres eſſe.*) Quamquam Rhenanus ita legerit in vetuſtis libris, miror tameo hanc lectionem ei probari potuiſſe. Quid eſt eoim hoc loco, finem non fieri poſſe? &c. Locus eſt igitor adhuc depravatus. Quos ego libros veteres legi, ii ita habent: Finem fieri oon poſſe. Quamobrem partim ex volgata, partim ex antiqua lectione legendum puto: Finem ergo non fieri. Non poſſe in eadem &c. Nam ſuot etiam quidam libri, qoi habent, Sinere oon poſſe. Ex quo conjicio legendum: Finem ergo, præſertim vero cum ſupra dixerit Livius. Finem ergo noo fieri, nec futurum umquam. *Illinc ut impune.*) Tolle, ut, ex Vet. lib. fide. *Et cum hoſtes tantum non acceſſierint, exercitus conſcribi adverſus hoſtes non patiantur? Sed audeat Canulejus in Senatu proloqui*) Lege, ut legitur in manuſcriptis libris: Et cum hoſtium tantum acceſſerit, exercitus conſcribi adverſos hoſtes non modo patiantur? Sed audeat Canulejus, & tolle interrogationis notam affixam voci, patiantur. *Se proditurum patriam oppugnari, atque capi paſſurum.*) Venoſtior antiqua lectio: Se proditurum patriam, oppugnari, atque capi paſſurum. *Demarati.*) Damarati, ut ſupra. *Quid? hoc ſi polluit nobilitatem iſtam veſtram, quam plerique & cetera.*) Hunc locum, atque adeo etiam hanc ſententiam vituperat Glareaous, quæ ornatiſſima atque apertiſſima eſt, ſi ita iotelligatur: Si connubia plebis contaminaot veſtram nobilitatem, ooo ne poteratis privatis potius conſiliis eam ſinceram ſervare, aut nullam plebejam ducendo, aut nullam e Patribus enubere ſinendo, quam lege cavere, ne conoubia inter plebem, & Patres eſſent, quam legem decemviri tulerunt (44). *Itaque ad bella iſta.*) Lege ex Vet. lib. Ita ad bella iſta. *Si hæc impediet aliquis.*) Legendum: Sin hæc impediet aliquis. *Quod nemo plebejus auſpicia haberet.*) Hoc ait, quod lege Romuli Regis ſacra ſolis patriciis erant commiſſa, auctore Dionyſio lib. II. *ἐνομοθέτει τοὺς μὲν εὐπατρίδας ἱερᾶσθαί τε, καὶ ἄρχειν, καὶ δικάζειν καὶ τὰ κοινὰ πράττειν, τοὺς δὲ δημοτικοὺς τούτων μὲν ἀπολελύσθαι τῶν πραγμάτων.* & Livius lib. VI. Penes quos ſunt auſpicia more majorum? nempe penes; nam Patres; nam plebejus quidem Magiſtratus nullus auſpicato creatur, nobis adeo propria ſuot auſpicia, ut noo ſolum, quos populus creat patricios Magiſtratus, aliter, quam auſpicato creet, ſed nos quoque ipſi ſine ſuffragio populi auſpicato interregem prodamus, & privatim auſpicia habeamus, quæ iſti ne in Magiſtratibus quidem habent. *Apparebat aut hoſtibus, aut civibus.*) Lege ex Vet. lib. Apparebat autem aut. *Quibus indictis extemplo quicumque aliquid ſeditioſe dixerat, aut fecerat, quam maxime Tribunicii & prehenſare homines, & concurſare toto foro candidati cœpere.*) Veteres libri, pro: Quam ma-

(44) Glareanus non vituperat, ſed ait implicatam eſſe.

maxime, habent: Hinc quam maxime; ex quo intelligi poteſt legendum eſſe: Hinc quam maxime .i. inter eos, qui ſeditioſe dixerant, aut fecerant, quam maxime Tribunicii prenſabant. *L. Atilius, T. Cæcilius.*) Cæcilia gens plebeja fuit. Itaque Cæcilius Tribunus militaris patricius eſſe nequit, Dionyſius hunc κοιντον κλοιλιον σικελον vocat. Cognomen Siculi facit, ut mendoſe eſſe κλοιλιον pro κλαιλιον putem. T. autem Clœlium Siculum paullo poſt commemorat etiam Livius triumvirum coloniæ deducendæ, in quibuſdam manuſcriptis libris eſt, T. Celius. *C. Curiatius.*) C. Curtius, ut ante dictum. *Legati ab Ardeatibus Romam venerunt.*) Lege ex Vet. lib. ab Ardea. *L. Papyrium Mugilanum.*) Ex Capit. lap. L. Papyrium Mugillanum; menda eſt fœda apud Dionyſium, ἐκεῖ οἱ μουκιον παπιριον μουγιλλανον, pro ἐκεῖ μεν λευκιον παπιριον. *Ad monetæ inventos.*) Vet. lib. Inventa, ut referatur ad Nomina conſulum, quæ Prætermiſſa dixit. *Publicorum jus, privatorumque locorum, vectigalia.*) Lego ex Vet. lib & vectigalia. *Æquo Cluilio.*) Clœlio, ut ante ſæpe dixi de Cluiliis. *Et alia parte.*) Vet. lib. Ex alia parte. *Muro Ardeæ brachium injunxerat.*) Vet. lib. Immiſerat. *Volſci exiguam ſpem in armis, alia undique abſciſſa cum tentaſſent.*) Vox deeſt, quæ eſt in manuſcriptis. Volſci exiguam ſpem in armis ponentes, i. Volſci exigua ſpe in armis poſita, cum alia tentaſſent, i. an per colloquium res componere poſſent, nec quidquam profeciſſent, hoc eſt enim: Undique abſciſſa. *Vix nunciis cædis relictis.*) Vet. lib. Cladis. *Romanus conſul Ardeæ turbatas.*) Conſul non eſt in Vet. lib. *Qua concordiæ, paciſque.*) Vet. lib. Qui, nam ad Quinctium refertur. *Poſtumium Ebutiam.*) Poſtumum Aebutium, hoc loco quidam habent libri, quemadmodum ante docui etiam ſcribendum eſſe. Idem docet Valerius in Prænom. *C. Furio Pacilio.*) Pacilum eſſe cognomen Furiorum, qui Capitolinos conſules legerit, facile invenerit. Quare, Pacilo, legendum. *Qui præter minime populare miniſterium agro aſſignando ſociis.*) Vetus lectio: Per minime populare, recte. Hæc enim cauſſa eſt, cur plebem offenderint, quia minime populare munus ſuſceperint. *M. Papirio Craſſo.*) Diodorus Siculus hunc conſulem μάνιον παπίριον vocat. Fuiſſe autem Papiriis familiare prænomen Manii Dionyſ. oſtendit, qui primum Regem Sacrificulum Manium Papirium nominat lib. V. *Cauſſa certaminum nequidquam à Petelio quæſita, qui Tribunus pl. ea ipſa denunciando factus.*) Pœtelio, ut ante, lege. Cum autem de priore ejus Tribunatu ne verbum quidem ante fecerit, hoc loco, ut alibi ſæpe, Tribunum etiam ante fuiſſe tacite intelligendum eſt. Ea vero ipſa, intelligit, legem agrariam, & delectus impedimentum. *Poſtremo perpulere plebem haud adverſante Senatu, ut.*) Lege, Perpulere plebeji, nam id & ſenſus poſtulat, & veteres libri habent. *Et nullum momentum annonæ feciſſet.*) Dele particulam Et, ex Vet. libris. *Sp. Melius.*) Mælius ſcribe, ex fragmentis Capitolinis, Græcorum libris, & quibuſdam etiam manuſcriptis Latinis. *Plebemque hoc munere delinitam, quacumque incederet, conſpectus, elatuſque ſupra modum hominis privati ſecum trahere.*) Fœda inſident menda in voce Conſpectus, ſi quibuſdam veteribus libris credimus, in quibus eſt: Conſulis pectus gerens. Error ex compendioſa ſcriptura natus eſt. Conſ. pectus, quas voces cum quidam conjunxiſſet, tertiam: Gerens, alius ut ſupervacaneam prætermiſit. Eſt autem Conſulis pectus gerens, Conſularem ſpiritum habens, aut ad Conſulatum adſpirans, qui ipſi à plebe deſpondebatur, ut ſupra lib. II. Velut omnes Dictaturas Conſulatuſque gerens in voce, ac viribus ſuis, & alibi. Tribunatum ſpirans. Ego tamen: Conſpectus, etiam probo. *Conſulatum favore, ac ſpe deſpondentem.*) Vet. lib. Conſulatum ei favore. *Nec dum compoſitis, maturiſve ſatis conſiliis.*) Dura locutio eſt: Componere conſilia. Itaque ſequamur auctoritatem veterum librorum, qui habent: Nec dum compoſitis rebus, maturiſve ſatis conſiliis. *Hic Minucius eandem Reip. curam agens, quam Melius privatim agendam ſuſceperat.*) Vet. lib. Quam Sp. Mælius. Ceterum Antonios Florebellus, Epiſcopus Lavellinus, vir doctrinæ, atque ingenii laude præſtantiſſimus, legit: Eandem publice curationem agens, ut Publice ſit adverbium, cui reſpondeat Privatim, erat autem curatio frumentaria. *Eodemque anno ſororis filios Regis, & liberos Conſulis.* Vox, Regis, inducenda eſt, quia abeſt à quibuſdam Vet. libris, & quia hiſtoriæ veritatem pervertit; non enim Collatinus, de quo intelligit, Rex fuit. Intelligit enim Vitellios, Aquilioſque natos ex duabus ſororibus Collatini Conſulis, & Junios liberos Bruti Conſulis, ita ut, Conſulis, bis accipiendum ſit; cur enim Collatinum Regem appellet, quem ſequenti verſu Conſulem nominat? *Vilibus farris libris ſperaſſe libertatem Civium ſuorum emiſſe.*) In omnibus antiquis libris legitur: Bilibre farris. Quam lectionem immutavit Rhananus. Eſt autem optima ſententia, ſi binas libras pro vili pretio ponat; quippe cum ſic etiam locutus ſit in VI. Selibris ne farris gratiam ſervatori relaturum. Bilibrem autem, & Trilibrem dici, docet Priſcianus de Menſuris. (45) *Æquimelium.*) Vet. lib. Æquimælium. *L. Minucius bove aurato extra portam Tergeminam eſt donatus, &c. Hunc Minucium apud quoſdam auctores tranſiſſe à Patribus ad plebem, undecimumque Tribunum pl. cooptatum.*) Eadem tradit Plinius lib. XIIX. cap. III. Minucius Augurinus, qui Sp. Mælium coarguerat; farris pretium in trinis nundinis ad aſſem redegit, undecimus plebei Tribunus. Qua de cauſſa ſtatua ei extra portam Tergeminam à populo ſtipe collata ſtatuta eſt. *Sed ante omnia refellit falſum imaginis titulum.*) Imagini domeſticæ L. Minucii falſo Tribuni plebis nomen affictum fuiſſe ſignificat ab iis, qui laudem familiæ ex eo Magiſtratu, tituloque quærebant; ſic lib. IIX. Vitiatam memoriam falſis imaginum titulis reor, dum familia ad ſe quæque famam rerum geſtarum, honorumque fallente mendacio trahunt, ſic lib. III. Ap. Claudium Decemvirum virum honoratiſſimæ imaginis futurum ad poſteros, legum latorem, Conditoremque Romani juris. *Titinnium.*) Titinius ſcribe ex Græcis, & manuſcriptis Latinis libris, itemque nummis argenteis. *Haud dubie, quin.*) Vet. lib. Haud dubia ſpe, quin. *Mamercus Æmilius.*) Mamerci prænomen tribus literis notatur in lapidibus Capitolinis Mam. Æmilius. *C. Julium Tullum, Sp. Nautium.*) Horum Legatorum meminit etiam Cicero Philip. IX. Tulli Cluilii, Sp. Ancii, neque manuſcripti libri à vul-

(45) In aliis legitur bilibra farris: Nam bilibris eſt adjectivum, ut apud Martialem, nullumve bilibrem. Sed conſiderandum erat, qua ratione hic dicatur bilibre farris, quod ſi legeretur in ablativo bilibri farris, melius fortaſſè intelligeretur, nec malè bilibra farris. Sed bilibre farris non ita clarè.

vulgatis diſſident. Veteres libri Liviani habent, Clœlium Tullum, Sp. Ancium. Itaque ſatis mirari non poſſum, cur antiqua lectio immutata ſit, & C. Julium Tullum, Sp. Nautium, factum ſit. Tullus autem in Clœlio prænomen eſt, ut in Tullo Hoſtilio, & Tullo Attio. Ancia verò gens Romæ fuit, ex qua Ancius Brito Tribunus plebis, de quo Cicero in Bruto, ab Anco prænomine deducta. *Cauſſam mortis legatis fuiſſe, rem incredibilem &c. nec deinde in horrorem verſum facinus.*) Vet. lib. Ac deinde in errorem verſum facinus. Cujus lectionis hic eſt ſenſus. Ambiguam regis vocem à Fidenatibus exceptam mortem attuliſſe legatis, poſt autem cauſſam facinoris in errorem eſſe conjectam. Qui ſenſus optimus cum ſit, idem admonet, omnia à, Rem incredibilem ad, Luſus animum, parentheſi eſſe includenda. *L. Quinctium.*) Quidam, ut dixi, manuſcripti libri ſemper Quinctium habent una cum tabulis Capit. & Diodoro. *Colleſque inter Fidenas, atque Anienem ceperunt referentes caſtra.*) Non eſt dubium, quin ita intelligendus hic locus ſit. Dictator trans Anienem ſubmovit hoſtes, qui cum caſtra referrent, colles inter Fidenas, atque Anienem ceperunt. *Nec ante in campos digreſſi ſunt.*) Degreſſi; loquitur enim de deſcenſu ex collibus in campos, ut & ante dixi, & poſt dicam, nam ſæpius hoc mendum eſt apud Livium. *Ne longinquam militiam non paterentur Faliſci.*) Vet. libri non habent, Non. *Romuli ſpolia, quæ prima opima appellata ſola ea tempeſtate erant.* Vox, Prima redundat, neque enim tum prima appellari pôterant, cum adhuc ſecunda non eſſent relata; abeſt certe ab antiquis libris. (46) *Prope ſacrilegium ratus ſum, Coſſum ſpoliorum ſuorum, Cæſaremque ipſius templi auctorem ſubtrahere teſtem.*) Probo magis antiquam lectionem. Coſſo ſpoliorum ſuorum Cæſarem ipſius templi auctorem ſubtrahere teſtem. Nam quæ dixit, omnia Cæſaris teſtimonio nituntur. *Septimo poſt demum anno.*) Nono, legendum, habita diligenti annorum omnium ratione, error ex notis manavit, IX. & VII. *T. Quinctio Pœno.*) Quinctiorum cognomen eſt Pennus, non Pœnus; ſi antiquis & librorum, & lapidum monumentis credimus. *Nam etiam illud accedit.*) Vet. lib. Nam & illud. *Dictatorem dici A. Servilium.*) Hic in ſecunda dictatura, quam cepit anno CCCXXXV. & apud Livium, & in Capitolinis tabulis, Q. Servilius dicitur. *Cuique Priſco alii.*) Vet. lib. non habent: Que. *Poſtumium Ebutium.*) Poſtumum Æbutium, ut ante. *Cenſores villam publicam in campo Martio probaverunt; ibique primum cenſus Populi actus eſt.*) Quærit Glareanus, quid ſit, Probaverunt, &, Primum, cum cenſus in campo Martio à Ser. Tullio Rege primum ſit actus, non ab his Cenſoribus. Reſpondeo; Probaverunt, ex vetere Romano more dictum eſſe, quomodo adhuc in antiquis lapidibus Romæ viſitur. (47)

L. FABRICIUS C. F. CUR. VIAR.
FACIUNDUM COERAVIT.
Q. LEPI. M. F. M. LOLIUS M. F. COS. PROBAVERUNT. Item,
P. LENTULUS CN. F. SCIPIO. T. QUINTIUS CRISPINUS VALERIANUS COS.
EX S. C. FACIUNDUM CURAVERE IIDEMQUE COMPROBAVERE.

Si autem cenſus actus eſt alias in campo Martio, at non in villa publica, quæ hoc primum anno probata eſt. Qua de re ſic Varro lib. III. de re ruſt. Villa publica ad Remp. adminiſtrandam eſt utilis, ubi cohortes ad delectum Conſulis adductæ conſidant, ubi arma oſtendant .i. ubi Cenſores cenſu admittant Populum. *C. Furius Pacilus.*) Pacilus, ut dixi. *Depoſito ſuo Magiſtratu, modo alterius Magiſtratui impoſito, fine alteri.*) Voces duæ, Fine alteri, ſunt in veteribus multis libris, nec videntur neceſſariæ; neque enim quis ille ſit Magiſtratus, apparet. Siquidem depoſuit Dictaturam, cenſuræ modum impoſuit. Niſi ſi magiſterium equitum intelligere velimus, at in ſuo, ideſt in Dictatura includitur. *Quamquam deminutum cenſuræ jus voluiſſent.*) Florebellus, de quo dixi. Epiſcopus, eodem ingenio uſus, legit Noluiſſent; hoc ſenſu. Mamercus, qui Dictator cenſuram ex quinquennio annuam, & ſemeſtrem fecerat, ærarius factus à proximis Cenſoribus ingenti animo tulit eam rem, cauſſam potius ignominiæ reſpiciens, quam ipſam ignominiam: Patres quamquam Mamerco inimici erant, quod noluiſſent, cenſuræ jus ab eo imminutum, quia facta annua, & ſemeſtri cenſura ſæpius ſe quiſque cenſoribus ſubjectum fore videbat, quam cenſuram geſturum, tam exemplo acerbitatis cenſoriæ offenſi ſunt .i. quod Mamercus ea de cauſſa ærarius à Cenſoribus factus ſit. *M. Folius.*) Capitolini lapides M. Foslius habent. Quorum auctoritas ſumma mihi ſemper viſa eſt. *Aut Patricios habendos fuiſſe Tribunos plebis.*) Vet. libri Alioquin Patricios habendos fuiſſe Tribunos plebi. Quod placet. *Cn. Julius Mento.*) Diodorus γάϊον ἰούλιον vocat. Itemque in quibuſdam Vet. lib. C. Jul. quod probo; Nam Cnæi prænomen nunquam alias in Julia gente reperi, Caji verò ſæpiſſime. *Quia etſi ſæpe victi populi, majore tamen conatu, quam alias unquam rebellarent.*) Vet lib. Rebellarant. *Ante omnia pravitas Conſulum, diſcordiaque inter ipſos.*) Longe ſecus, & melius veteres libri: Ante omnia privata Conſulum diſcordia, quæ inter ipſos erat. *Siquidem cogi aliquid pro poteſtate ab Tribuno Conſules.*) Vet. lib. Cogi aliquando; quod placet. *Cn. Julio.*) C. Julio, ut dixi. *Vectius Meſſius.*) Utrumque nomen vitium continere ſuſpicor, ſcribendumque Vettius Metius; eſt autem Metius prænomen, ut in Fuferio, & Curtio, & aliis. Vettius autem non Vectius ſcribendum, ut Attius, non Actius. Cujus ſcripturæ exſtat Mutinæ in monumento marmoreo pervetuſto inſigne teſtimonium ejuſmodi.

P. VETTIO.
P. FIL. CAM. SABINO
EQ. P. IIII. VIR.
AED. POT.
ET MAG MUN RAVEN.
CORNELIA MAXIMINA
MARITO INCOMPARABILI
ET SIBI VIVA POSUIT.

Item

(46) Primus reſpicit antecedentia non ſequentia, ut, Maria primogenitum Chriſtum peperit, nullum paritura. Sigonius hic non ſatis circumſpectus.

(47) Non dubitat Glareanus ex veteri Romano more dictum eſſe, Probaverunt, ſed explicatum voluit, quod Sigonius non facit.

Item apud Appianum libro primo, [illegible]. *Hoſtius Lucretius Tricipitinus.*) Hoſtius huic prænomen eſt: Quare Hoſtus ſcribendum, quemadmodum etiam ante diximus. *Siccitate eo anno plurimum laboratum eſt.*) Vet. lib. Et ſiccitate. *Novos ritus ſacrificando, vaticinando inferentibus in domos.*) Vet. lib. Novos ritus ſacrificandi vaticinando. Hac de re ſic Livius lib. XXXIX. Quoties hoc Patrum, majorumque ætate negotium eſt Magiſtratibus datum, ut Sacra externa fieri vetarent? Sacrificulos, vateſque, foro, circo, urbe prohiberent? vaticinos libros conquirerent, comburerentque? omnem diſciplinam ſacrificandi præterquam more Romano abolerent? *Utrum populi juſſu indiceretur bellum, an ſatis eſſet Senatuſconſultum.*) Placet, ut legatur, Senatuſconſulto, ut eſt in antiquis quibuſdam libris. *Ut Quinctius Conſul de bello ad populum ferret.*) Quinctius habet mendum, non enim hoc anno Conſul erat, ſed priore, in vet. certe libris multis abeſt. Quare non dubito quin legendum ſit: Ut conſules de bello ad populum ferrent. *T. Quinctius Pennus ex Conſulatu.*) In quibuſdam libris aliena mano notatum eſt ſuper, ex Conſulatu, ter Conſul, ſed temere, jam enim non niſi bis Conſul fuerat. Intelligendum autem anno poſtquam Conſul fuit, factum eſſe Tribunum militum Conſulari poteſtate, habetque rationem ejus anni, quo Quinctius petivit, non quo geſſit. *Cum ibi quoque religio obſtaret, ne poſſet niſi ab Conſule dici dictator.*) Vet. lib. Ne non poſſet. *Adeo ſimul fortuna Civitatis virtute vera eguit nihil cenſoria animadverſio effecit, quominus.*) Legendum ut in manuſcriptis: Ut nihil cenſoria animadverſio effecerit. *Ad ſpem prædæ adſciverunt.*) Repone adſciverant, ex vet. lib. *Placuit, & tamquam.*) Vet. libri plerique habent: Et qui tamquam. Suſpicor igitur legendum: Itaque tamquam, ut ex It, & Qui, fiat; Itaque. *Romæ Terror ingens erat, accito exercitu ab Vejis, hoſtibus poſitis ad Fidenas, eoque ipſo ab re male geſta perculſa caſtra locantur ante portam Collinam.*) Ex his verbis alia luxata ſunt, alia temere inculcata. Germana lectio in veteribus libris reperitur: Accito exercitu ab Vejis, eoque ipſo ab re male geſta perculſo: caſtra locantur ante portam Collinam. Neque vero verba illa: Hoſtibus poſitis ad Fidenas, neceſſaria ſunt, cum præſertim dixerit: Trajecto Tiberi Vejentes Fidenas tranſtulerunt bellum. *Vejentem hoſtem ſexies victum.*) Quid ſi legatur: Toties, ut in pleriſque antiquis libris legitur, præſertim cum ſæpius, quam ſexies, victi Vejentes ſint? *Cum Etruſci pleni animorum, ac priſtini diei meliore occaſione, quam pugna.*) Lege vel repugnantibus omnibus teſtimoniis veteribus: Ab priſtini; ut ſit dictum, pleni animorum ab priſtini diei occaſione meliore, quam pugna, quomodo dictum eſt etiam: Exercitum perculſum ab male re geſta, & mæſtam Civitatem ab male re geſta, & ejuſmodi alia multa. *Quod incendio ſimilius, quam prælio territum ceſſerat flammis.*) Similius dictum videtur, pro, veriſimilius. *Effreno equo.*) Vet. lib. Effreni equo. *Ruinæ igitur ſimilem ſtragem eques quacumque pervaſerat dedit.*) Placet magis, pervaſit, quod eſt in antiquis lib. *Infert pavidos fuga in mediam cædem, ob truncantur in ripis.*) Neſcio quomodo placet magis priſca quorundam librorum lectio: Reſidui pavidi fuga in mediam cædem obtruncantur in ripis, & recte; nam, inquit, Vejentium maxima pars Tiberim effuſi petunt. Fidenatium, qui ſuperſunt ad urbem Fidenas tendunt. Reliqui cum pavidi in mediam cædem fugerent, obtruncantur in ripis. *Claſſibus quoque ad Fidenas pugnatum.*) Vet. libri alii: Claſſi, alii: Claſſe habent. Claſſi autem pro Claſſe uſus eſt etiam Virgil. lib. VIII. Advectum Aeneam Claſſi. Priſc. lib. VII. *Cl. Craſſus.*) Lege Ap. Claudius Craſſus, neque enim Livius prætermittere ſolet prænomen in iis nominandis, quorum tunc primum mentionem faciat, deinde vero alio loco id ipſum afferre, ut infra, cum ait: Ap. Claudium filium decemviri præfectum urbi relinquunt. *Sp. Nautius Rutilus.*) Lege Rutilus ex tabulis Capitolinis. *T. Sergius.*) Legendum eſt L. Sergius. Nam in priore Tribunatu, & in tertio, quem cepit anno CCCXXXVII. L. appellatur à Livio, itemque ab iis, qui Capitolinos Tribunatus deſcripſerunt. Accedit quod Diodorus etiam in hujus anni Magiſtratibus exponendis [illegible] nominat, corrupte tamen pro [illegible]. *Sex. Julius Tullus.*)Ex Capitolinis lapidibus, itemque ex Dionyſio, & Diodoro intelligi apertè poteſt, Juliorum cognomen eſſe Julium, non Tullum. *Gravatos ſomno, epuliſque.*) Vet. lib. Graves ſomno, epuliſque. *Ab Romanis diſſonus, impar, ſegnis, ſæpe iteratus, incerto clamore prodidit pavorem animorum.*) Suſpectam habeo hanc dicendi formam. Clamor diſſonus incerto clamore prodidit pavorem. Malimque legi: Incerto tenore, ut ſupra: Quinque Conſulatus eodem tenore geſti, & lib VIII. Fremitus æqualis, tenorque idem pugnæ. *Cum quo tegumen modo omnis exercitus fuerat, nuſquam viderent.*) Malim, ut in Vet. libris eſt: Cum quod tegumen modo, &c. *Sex. Tempanium, A. Sellium, & Antiſtium, & Spurilium fecit.*) In duobus poſterioribus Tribunis puto eſſe mendum; movet enim me nova nominandi ratio, quod Tempanium, de quo ante locutus eſt, prænomine ſuo afficiat, ignotos homines Antiſtium, & Spurilium ſuo ſpolier. Suſpicor autem prænomina horum latere in illis duabus vocibus: Et, Et. Legendumque eſſe. Sex Tempanium, A. Sellium, Sex. Antiſtium & Sex. Pompilium. Nam Sex. Pompilium hoc anno cum Antiſtio Tribunum poſt tradit Livius, cum inquit: Petentibuſque inter aliquot plebejos filio Antiſtii Tribuni plebis, & fratre alterius Tribuni Sex. Pompilii. Noſtram porrò conjecturam adjuvat etiam verus lectio, quæ pro Spurilio, Sex. Polium habet. Errorem inde ortum puto, quod qui Sex. Pompilium ſcripturus erat, S. Pompilium ſcripſit. Inde alius Spurilium. *L. Papirius Mugillanus.*) Hic deeſt nomen quarti Tribuni. Is eſt L. Servilius Structus. Quem Livius an. CCCXXXVIII. iterum fuiſſe tradit, nec tamen apparet, quo anno primum fuerit, niſi hoc anno fuiſſe dicamus, quo tres tantum videmus Tribunos militum nominari, cum jam quatuor quotannis cœpiſſent fieri. Multos autem etiam alios in vulgatis libris deſiderari infra oſtendam. *Plebi, Patribuſque gratior fuit.*) Vet. lib. Gratius, ut reſpondeat voci proximæ Ingenium non remotæ, Pietas. *Cn. Fabio Vibulano.*) Numerius, quod prænomen litera N notatur, erat Fabiis familiare, ut oſtendi in Prænominibus ex Feſti ſententia. Hic autem Fabius Numerius dictus eſt auctoribus ſcriptoribus Capitolinis. Nota autem Numerii, N, ubique fere eſt per mendum in Cn. converſa. *L. Quinctius Cincinnatus tertium, Sex. Furius Medullinus iterum.*) Legendum eſt, L. Furius Medullinus item. Neque enim aut ante, aut poſt ſit mentio Sexti cujuſquam Furii Tribuni militum, ut nunc iterum, aut primum

num eſſe poſſit. Favent etiam conjecturæ noſtræ libri manuſcripti, qui, L. Sex. Furius Medullinus, habent. Sed quoniam tres per hos annos Lucii Furii Medullini Tribunatum ceperunt, de quibus Livius cum Capitolinis ſcriptoribus non convenit, ne quis in errorem inducatur, omnes eos ordine explicabo, ut quiſque cauſſam errandi agnoſcat, de qua Glareanus deſperavit. (48)

An. 322.	L. Furius Medullinus.
329.	L. Furius Medullinus.
335.	L. Furius Medullinus II. is qui vulgò Sex. dicitur.
348.	L. Furius Medullin. II.
350.	L. Furius Medullin. III.
355.	L. Furius Medullinus.
357.	L. Furius Medullinus III.
358.	L. Furius Medullin. IIII.
360.	L. Furius Medullin. V.
361.	L. Furius Medullin. VI.
364.	L. Furius Medullin. VII.

A. Sempronius Atratinus.) Glareanus legendum eſſe docet L. Papirius. Movet eum, quod Livius in anno CCCXXXIX. A. Sempronium Atratinum tertium, ſcribit fuiſſe, cum tamen, quartum, fuerit ſcribendum, ſi idem hic nunc eſſet, tertium. Verum errat. Nam qui fuit anno CCCX. non eſt idem cum hoc. Id quod ex ſequenti ſtemmate Atratinorum intelligitur.

A. Sempronius Atratinus Cos.
an. 257. & 263.

A. Sempronius Atratinus. Tr. mil. ann. 310.
- C. Sempronius Atratinus. Ex Dionyſ. patruelis Auli. Cos. ann. 331. malè re in Volſcis geſta damnatus.

L. Sempronius Atratinus frater Auli. Cos. 310. Dionyſ.
- A. Sempronius L. F. A. N. Atratinus. Tr. mil. ann. 329. 335. 339.

Pontifex Max. jocis abſtinere juſſit.) Nomen hujus Pont. Maximi fuit Sp. Minucius, ut ait Plut. de utilitate ex inimico capienda. *Sp. Nautium. A* [illegible]) Lego Sp. Nautium, & C. Servilium. Deſideratur enim nomen quarti Tribuni militum C. Servilii, qui eſt in tabulis Capitolinis. *Nec tunc bellum parari.*) Vet. lib. Nec dum bellum parari. *C. Servilium. Q. Servilii Priſci filium.*) Lege, C. Servilium Priſci filium; nam ubi patris cognomen illuſtre eſt, ſolet Livius fere à cognomine patris filium indicare, ut ſupra. T. Quinctius Capitolini filius, item T. Quinctius Cincinnati filius, & infra. Q. Fabius Maximi filius. Huic etiam obſervationi favet hoc loco Vetus lectio, quæ ita, ut dixi, habet. *Halam Servilium.*) Ex veteribus lapidibus, nummis, itemque ex aliquot manuſcriptis libris, Ahalam ſcribendum. *Captis Lavicis.*) ac deinde Tribunis militum Conſulari poteſtate Agrippa, & Veteres plerique libri: Ac deinde Tribunis militum Conſulari poteſtate creatis Agrippa &c. *Et Sp. Rutilio Craſſo.*) Lege Sp. Veturio, ex Diodoro, qui οὐετούριον habet, non ῥουτίλιον, & recte. Nam Rutilia gens plebeja eſt; hic Patricium Tribunum mil. quærimus. Et vero Craſſus cognomen Veturiorum, non Rutiliorum. *Sp. Nautio Rutilio, biennium.*) Hoc item anno deſideratur nomen quarti Tribuni mil. Itaque lege Sp. Nautio Rutilio, & Q. Fabio Vibulano. Biennium. Hic enim ab auctoribus Capitolinis, & à Diodoro in hunc annum editur. Intercidit autem, ut alii ſuperiores, librariorum vitio, non Livii, quod ex eo intelligi poteſt, quod Livius biennio poſt, Q. Fabium Vibulanum iterum Tribunatum ait cepiſſe, cum tamen, quando primum ceperit, numquam tradiderit, niſi hoc anno dicamus. Hæc autem quæſtio quantopere torſerit Glareanum, ex ſcriptis ejus intelligi poteſt. *Sp. Mecilius quartum, & Metilius tertium.* Puto legendum eſſe, Spurii Mecilius, ut intelligatur ambos eos prænomine Spurii fuiſſe præditos. *Prehenſantur à principibus.*) Vet. lib. Prenſantur. *Ap. Claudius nepos ejus, qui Xvir legibus ſcribendis fuit.*) Hoc loco nihil eram dicturus, niſi me ad hanc orationem ſuſcipiendam Glareanus impuliſſet, qui inquit, legendum eſſe: Ap. Claudius filius ejus, qui Decemvir. Movetur autem Glareanus, quod Avum ſuum hic memoret, Ap. Claudium illum, qui primus ex Sabinis venit, quem Abavum fuiſſet dicturus; ſi hic verè Nepos Decemviri fuiſſet. Errat autem, quia non intelligit Proavum ſæpe impropriè poni, & Ciceronem, ad Ap. Pulchrum cum ſcriberet, Ap. Claudium Cœcum Proavum ejus vocaſſe, qui ne Attavus quidem propriè dici poſſet. Quoniam autem is multos alios Livii locos in his Claudiis male habere putat, & ſine ratione, ut uno loco occurram omnibus, Claudiorum gentem hic uſque ad Ap. Claudium Cœcum exponam. (49)

Actius

(48) Glareanus has nugas non tanti facit, ut propterea deſperare velit.

(49) Glareanus de proprietate linguæ rectè judicavit, quod ſi auctor impropriè locutus eſt, nil ad Glareanum: Sed vide hic ingenium Sigonii, qui cùm majorem hujus Genealogiæ partem ex Glareano habuerit, gratiam ſcilicet rependit convitiis.

Actus Clauſus.
Qui poſt Ap. Claudius, ex Sabinis venit: auctor interceſſionis per Tribunos pl. Cos. an. 259.

Ap. Claudius Sabinus Coſ. an. 281.

C. Claudius Sabinus Ap. F. Xviri Patruus, Coſ. an. 292.

Ap. Claudius Ap. F. Ap. N. Craſſinus Xvir. an. 301. 302. 303. mortuus.

Ap. Claudius Craſſus Tr. mil. 330. Idemque Xviri filius, & juvenis à Livio dicitur.

Ap. Claudius Craſſus Sabinus Regillenſis. Tr. mil. 332 Dictat. 393 Idem à Livio dicitur an. 339. minimus natu ex Patrum Concilio, & Xviri Nepos. Itemque in an. 352. & 387.

P. Claudius Craſſus, de quo nihil accepimus.

C. Claudius Regillenſis Dictator an. 418.

P. Claudius P. F. Craſſus Coſ. an. 408.

Ap. Claudius C. F. Ap. N. Cœcus Cenſor an. 442. Coſ. an. 446. 456.

Ap. Claudius C. F. Ap. N. Caudex Coſ. 485. Cœci frater; Gell.

Duo bella inſequens annus habuiſſet.) Vet. libri aliquot: Duo aſſidua bella. *Quinctius Cincinnatus, M. Fabius Vibulanus.*) Intercidit prænomen Quinctii culpa librariorum; neque enim probare poſſum id ipſum à Livio fuiſſe omiſſum, cum reliquorum Tribunorum prænomina non prætermiſerit. Porrò autem N. Fabius ex tabulis Capitolinis legendum eſt. *Volanis ſuæ gentis Populo.*) Quod docui ante de Lavicis, idem dico de Volis, nam modo Bolas, modo Volas apud auctorem hunc, ceteroſque ſcribi invenio. Virgilius illud præterea affert, quod ſingulari numero hoc nomen prodidit, cum dixit: Coramque, Bolamque. Fuerunt autem oppida duo non admodum, ut videtur, inter ſe diſtantia Bolæ, & Bovillæ, quibus in nominandis mirum in modum depravati Græcorum libri ſunt, ut Dionyſii, & Plutarchi. Uterque enim eorum in Bello Coriolani explicando, duo ab eo oppida Latinorum everſa ſcribit, quorum prius, βωλανὸν πόλιν, alterum βῶλας vocant, non longe à Lavicis, & ipſi capti ab eo ſunt. Eſt autem mendum in voce βῶλας, pro βόλλας. Si quidem Stephanus ait. Βόλλαι oppid Latinorum. Gentile nomen eſt, βολλανός, ut tradit Dionyſ. lib. VIII. Romanæ antiquitatis. Quod ipſum in eo libro non eſt, niſi βώλλας non βῶλας legamus. Idem mendum eſt etiam lib. V. ubi populos nominat Latinos, qui in populum Rom. conjuraverant, inquit enim ἀρικινοὺς, βωιλλανοὺς, pro βοιλλανούς. Quod ex Floro intelligi poteſt; qui in ejus belli expoſitione ait: De Bovillis etiam triumphatum. Eandem vicinitatem agnoſcit etiam Cicero pro Plancio, cum ait. Lavicana, aut Bovillana vicinitas. De Bola autem ſic Stephan. βῶλα πόλις ἰταλίας, οἱ οἰκοῦντες, βωλανοί. *Volis in ſequente anno receptis Aequi, coloniaque eo deducta, novis viribus oppidum firmarunt.*) Vox: Aequi, non ſuum videtur tenere locum, ſi pleriſque manuſcriptis libris credimus, verum hoc ordine legenda: Volis inſequente anno receptis, coloniaque eo deducta Aequi novis &c. *M. Poſtumio Regillenſi.*) Capitolina monumenta una cum veteribus libris P. Poſtumio edunt. *Pravæ mentis homini, quantum victoriæ magis, quam bellum oſtendit.*) Vet. lib. Quam tum, diviſis vocibus habent. *Incipite deinde mirari.*) Venuſtior antiqua lectio: Incipite demum mirari. *P. Sextius.*) P. Seſtitios legendum, eſt enim Patricius: Sextii autem plebeji, ut diximus. *Jacere tam diu irritas actiones, quæ de ſuis commodis ferreutur.*) Placet magis vox, Sanctiones, quæ reprobata eſt à Rhenano, dictum eſt enim Ferre ſanctionem, ut legem, non actionem. *Quos vi teneret pertinacem nobilitatem eſſe.*) Placet etiam magis hujus loci priſca lectio: Quos ut teneret. *Oppidum reliquerunt.*) Lege, Reliquerant ex Vet. lib. *C. Furio Pacilio.*) Pacilo, ut dixi. *M. Papirio Atratino, C. Nautio Rutilio Conſulibus.*) Legendum eſt: M. Papirio C. Nautio Rutilo: Diodorus enim in hunc annum μάρκον παπίριον, Caſſiodorus M. Papirium edit. Quod autem cognomen Atratino delendum ſit, intelligi poteſt partim ex eo, quod Atratinus non Papiriorum, ſed Semproniorum cognomen eſt, partim ex eo, quod in veteribus libris P. Atratinus, pro M. Papirio legitur vitioſe, fuit autem hæc cauſſa vitii. Qui enim M. Papirius erat ſcripturus, M. Patratinus ſcripſit, quomodo apud Dionyſium eſt etiam, πατρίνιος. pro πατρίκιος. Quem errorem cum alii tollere vellent: M. P. Atratinus ſcripſerunt, ne autem duo prænomina uni tribuerentur, demum P. Atratinus manſit. Fuiſſe autem hujus Conſulis cognomen Mugillanum, non Atratinum, oſtendit etiam tabula quædam antiqua; in qua bini Conſules in ſingulos annos ſuis tantis cognominibus nominati ſunt, cujus ſæpe teſtimonium profert Cuſpinianus. Ea enim ita hos Conſules edit: Mugillano, & Rutilio Quorum illud eſt Papirii, hoc Nautii Conſulis: M. autem Papirius Mugillanus ante trib. mil. fuit. *Cum in legationes non plus ſingulis Senatoribus invenientes coacti ſunt binos equites adjicere.*) Veteres aliquot lib. Non plus ſingulis Senatoribus miſſis invenientes; Recte, nam paullo ante dixit: Dimiſſis circa omnes populos legatis. *M. Aemilio: C. Valerio.*) Scribe M. Aemilio, ex Capitolinis tabulis, & Diodoro, qui μάρκον αἰμίλιον nominat. *M. Menenius Tribunus pl.*) Scribe: M. Menius. Gens enim Menenia Patricia eſt: Mænia plebeja, infra autem apertius oſtendam pro Mænio Menenium in plebejo Dictatore eſſe mendoſe. Hæc cum ita emendaſſem, inſpexi librum etiam veterem ita habentem. *Arcem Carventanam.*) Steph. καρουέντον πόλιν λατίνων, ἧς ὄνομα καρουεν- ta-

ravit. *Detrectantibus militiam inhibenti.*) Pro, inhibenti, quidam libri habent, ferenti, & recte: Verba autem ſic ordinantur: Novem Tribuni ex collegii ſententiaa pronunciaverunt ſe auxilio futuros adverſus interceſſionem collegæ C. Valerio Conſuli damnum aliamque coercitionem ferenti, detrectantibus delectus cauſa militiam. *Uni Patricio: C. Fabio Ambuſto.*) Ex Capitolino hujus Tribunatu N. Fabio eſt ſcribendum. *Auctores fuiſſe tam liberi populo ſuffragii Icilios accipio &c. hi multarum magnarumque rerum.*) Aut oratio inconſequens eſt, aut tollenda eſt vox: Hi, quæ oon eſt in quibuſdam libris. *Pro ingenti itaque victoria id plebi fuit, quæſturamque non honoris ipſius finem æſtimabant.*) Melior antiqua lectio; Quæſturam namque non honoris. *Neve quis reficeretur in annum Tribunus pl.*) Vet. aliquot lib. reficeretur io annum ſequentem. *Conſules ambo.*) Vet. libri quidam: Ceterum Conſulum ambo. *Verruginem in Volſcis eodem exercitu receptam.*) Verrugo Volſcorum, arx Carventana Aequorum fuit. Ceterum non apparet, quando amiſſa Verrugo ſit, cum tamen receptam eſſe eam hoc anno ſcribat. Valerius Maximus C. Sempronium Conſulem male rem geſſiſſe in Volſcis apud Verruginem ſcribit, de qua clade etiam loquitur ſupra Livius. *C. Julius Tullus.*) C. Julius Julus, ut dixi. *Cn. Cornelius Coſſus.*) Libri omnes veteres, præterea Diodorus P. Cornelium edunt, non Cn. Cornelium. *Tædio ſordium in quibuſdam inſignium populum à plebejis avertiſſent.*) Alii libri ita babent, alii pro, Inſignium babent: Inſcium: Ego autem utramque vocem retinendam eſſe puto, ut legatur: Tædio ſordium in quibuſdam inſignium inſcium populum à plebejis avertiſſent. *Et ſi maneat in ſententia Senatus, dictatorem nocte proxima dicturum, ac ſi quis intercedat, Senatuſconſulti auctoritate ſe fore contentum.*) Neſcio an locus alius aut pulchrior ſit, aut obſcurior, cujus quæ ſit ſententia, jure ſe ignorare Glareanus profitetur. (50) Quis enim ſenſus ex tam mendoſis, & male interpunctis verbis elici poſſet? Sic igitur lege: At ſi quis intercedat Senatuſconſulto, auctoritate ſe fore contentum: Particulam: At, habent veteres libri. Reliqua Romani moris obſervatione ſunt comparata. Nam inter Senatuſconſultum, & Senatus auctoritatem illud intereſſe comperio, quod Conſultum decretum ſit ratum magis, quam auctoritas. Nam ſi forte Senatores omnes, qui vocati erant, non conveniſſent, habebatur Senatus ille quidem, & quod decretum erat ſcribebatur, at ſcitum tamen id pro imperfecto, nec rato habebatur, verum auctoritas ſcribebatur tantummodo, ut Senatorum voluntas, atque judicium de re exſtaret. Quoties autem nec legitimo in loco, nec die idoneo, nec edicto legitimo, ſed ambitioſe convocatus Senatus eſſet, aut Tribunus pl. interdixiſſet, tum vero Conſultum Senatus non poterat fieri, ſed ea auctoritas dicebatur. Quæ vero dico, ea ex Dionis ſententia dico lib. LV. εἰ δὲ ποτὲ ἐκ συντυχίας τινὲς μὴ συλλεχθεῖεν, ὅσους ἡ χρεία ἑκάστοτε ἐκάλει, ἐβουλεύετο μὲν καὶ ὅγε γνώμη συνεγράφετο, ὁ μέν τι καὶ τέλος τι ὡς κεκυρωμένον ἐλάμβανεν. ἀλλ' αὐκτώριτας ἐγίγνετο ὅπως φανερὸν τὸ βούλημα ᾖ, τοιοῦτον γάρ τι ἡ δύναμις τοῦ ὀνόματος δηλοῖ ἑλληνίσαι γὰρ αὐτὸ καθάπαξ ἀδύνατόν ἐστι, τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο καὶ εἴ ποτε ἐν τόπῳ τινὶ μὴ νενομισμένῳ ἢ ἡμέρᾳ μὴ καθηκούσῃ, ἢ καὶ ἔξω τρόπου παραγγέλματος ὑπὸ σπουδῆς ἠθροίσθησαν, ἢ καὶ ἐναντιωθέντων τινῶν δημάρχων, τὸ μὲν δόγμα οὐκ ἠδύνατο γενέσθαι, τὴν γνώμην σφῶν οὐχ ὑπομένοντες ἀποκρυφθῆναι, ἐνόμιζον καὶ αὐτὸ μετὰ ταῦτα ἡ κύρωσις κατὰ τὰ πάτρια ἐπηγίγνετο, καὶ τὴν ἐπίκλησιν τοῦ δόγματος ἐπέφερεν. Hic idem mos explicatur etiam in Epiſtola Cœlii. Quod M. Marcellus V. F. de provinciis, D. E. R. I. C. Senatum exiſtimare, neminem eorum, qui poteſtatem habeot intercedendi, impediendi moram afferre oportere, quo minus de rep. quamprimum ad Senatum referri, S. Q. C. fieri poſſit. Qui impedierint, eum Senatum exiſtimare contra remp. feciſſe, ſi quis huic S. C. interceſſerit, Senatui placere auctoritatem perſcribi, & de ea re ad Senatum populumque referri. De Senatus autem Conſulto faciendo, idem ita: Senatuſconſultum factum eſt, auctoritateſque perſcriptæ prid. K. Oct. in æde Apollinis, ſcribendo affuerunt L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus, Q. Cæcilius Q. F. Metellus, Pius Scipio &c., & ad Lentulum Cicero lib I De bis rebus Senatus auctoritas graviſſima interceſſerat, cui cum Cato, & Caninius interceſſiſſent, tamen eſt perſcripta. Hioc legimus etiam apud Livium, Dictatorem modo factum ex Senatuſconſulto, modo ex auctoritate Senatus, cum tamen non ſit idem. His verbis ſatis & Livii locum emendatum, & quid ſit Senatus cum auctoritas, tum conſultum, declaratum puto. *Felicitate, quam gloria major in Urbem rediit.*) Vet. lib. Felicitate, quam gloria majore. Quæ locutio venuſta eſt, & bonis Scriptoribus uſitata. *Cn. Fabius Vibulanus.*) Lege N. Fabius Vibulanus, ex monumentis Capitolinis, & ex Diodoro, qui νουμέριον φάβιον edit. *In Senatu magis, quam Tribunis.*) Vet. lib. Quam in Tribunis. *C. Fabio Ambuſto.*) Scribo item N. Fabio Ambuſto, ſecutus & marmora Capitolina, & Diodorum. Vixeruot autem hoc tempore duo Numerii Fabii, alter Vibulanus Q. F. alter Ambuſtus M. F. Quod ut omnes ita eſſe intelligant, Fabiorum ſtemma ſubjungam, ex Livii, Dionyſii, Diodori, auctorumque Capitolinorum ſententia, uſque ad Q. Fabium Maximum Rullianum.

(50) Glareanus fatendo ingenuè quod ignorabat, benè fecit, ac Sigonio cogitandi occaſionem dedit, quare humanius cum eo agendum erat.

K. Fabius Vibulanus.

K. Fabius K. F. Vibulan. Coſ. 268. 271. 273. — M. Fabius K. F. Vibulan. Coſ. 269. 272. — Q. Fabius K. F. Vibulan. Coſ. 267. 270.

Q. Fabius M. F. K. N. Vibulan. qui puer ad Cremeram ſuperfuit CCCVI. Fabiis interfectis. Coſ. 285. 287. 294. Xvir 302. 303.

Q. Fabius Q. F. M. N. Vibulan. Coſ. 331. Tr. mil. 339. 341. — M. Fabius Vibulanus Coſ. 312. Tr. mil. 321. — N. Fabius Q. F. M. N. Vibul. Coſ. 333. Tr. mil. 340. 348.

M. Fabius Ambuſtus. de quo nihil. — Q. Fabius Ambuſtus. Coſ. 343. — N. Fabius M. F. Q. N. Ambuſtus. quæſt. 346. Tr. mil. 349. — K. Fabius M. F. Q. N. Ambuſtus Tr. mil. 351. 354. 360.

Q. Fabius cum duobus Fabiis fratribus M. Ambuſti F. legati ad Gallos. Tr. mil. 365. — M. Fabius N. F. M. N. Ambuſtus Coſ. 395. 399. 401. Dict. 405. — M. Fabius K. F. M. N. Ambuſtus. Tr. mil. 375. 386. Pont. Max. ſocer Stolonis.

Q. Fabius M. F. N. N. Maximus Rullianus Coſ. 431. — M. Fabius Ambuſtus mag. eq. 431.

Lars Tolumnius.) Lar Tolumnius eſt in veteribus libris, atque ita ſcribendum eſſe ex Cariſii, Priſciani, & Servii nobilium Grammaticorum auctoritate docui in Prænominibus. *Prehenſanteſque veteranos.*) Vet. lib. Prenſanteſque. *Profertur tempus ferundæ legis, quam ſi ſubjecta invidiæ eſſet, antiquari apparebat.*) Legem intelligit, non de Conſule ex plebe creando, quæ poſt Tribunos mil. creatos refrixit, relataque poſtea eſt à L. Sextio, & C. Licinio Tribunis pl. verum legem de bello Vejentibus indicendo. *Additum deinde omnium maxime tempeſtivo principum in multitudinem munere.*) Ita legendum putavit Rhenanus, cùm antea legeretur: Additum deinde omnium maximè tempeſtivè præcipuum in multitudinem munus. Quæ utraque lectio non ſatis probatur: probatur autem ea, quæ eſt in libris veteribus, quos ipſe inſpexi: Additum deinde omnium maximè tempeſtivè principum in multitudinem munerum. Principium autem donandæ multitudinis ſtipendium fuiſſe ait tum primùm de publico militibus datum. *Cum commoditas juvaret rem familiarem, ſaltem aquieſcere eo tempore, quo corpus addictum, atque operatum Reipub. eſſet.*) Suſpectum habet verbum: Acquieſcere, Glareanus, quaſi vero non lib. V. ita locutus ſit Livius: Ut feſſa diutino bello acquieſceret Civitas, .i. quieſceret. (51) *Neque id etiam ſi cæteri ferant, paſſuros eos.*) Vet. lib. Neque enim id. Quod placet. *C. Julius Tullus.*) Julius Julus, ut dixi. *A. Manlius.*) A. Manlius, ex Tribunatu hujus Capitolino, præterea Manlii plebeji; hìc patricium quærimus. Item Aulus prænomen eſt Manliorum, non Manliorum. *M. Æmilius Mamercus.*) M'. Æmilius Mamercinus, ex Tribunatu hujus Capitulino. *M. Sergium Fidenatem.*) Scribe M'. Sergium ex Tribunatu ejus Capitol., & ex Diodoro, qui μάνιον σέργιον hunc vocat; præterea ex veteribus libris, qui Manlium Sergium habent; fuiſſe autem Sergiorum prænomen Manium, argentei nummi indicant, qui multi cum apud alios, tum apud clariſſimum Patrem tuum ſunt, cum his literis: M' Sergi. Silus.

C. Fabium Ambuſtum.) Diodorus hunc καίσωνα φάβιον vocat, .i. Cæſonem Fabium, itemque Capitolini ſcriptores, apud quos eſt hoc anno K. Fabius. Quare ita legendum eſt. *Servius Romanus vocitatus.*) Vet. lib. Servus. *Sed eam Reges Romani delevere.*) Vet. lib. Diruere, ut lib. VII. Reſtitutaque Urbs, quam Latini diruerant.

In Epitomen Libri Quinti.

CUm *inundatio in lacu Albano facta eſſet.*) Vet. lib. Ex lacu Albano. *Ab hoſtibus captus eſt.*) Vet. lib. De hoſtibus, præclarè: erat enim vates ille unus ex hoſtibus. *Cum alter ex cenſoribus Julius deceſſiſſet.*) Vet. lib. C. Julius, itemque Livius. *L. Apulejo.*) Appulejus duobus pp ſcribi debet, ſi ſequimur nummos argenteos, & lapides Capitolinos. *Ad alliam.*) Aliam ſcribendum uno l, & dies Alienſis. Hanc enim habent ſcripturam plerique veteres libri, item Græci Scriptores, πρὸς ἀλίαν ποταμὸν, & ἀλιάδα ἡμέραν, ut Plutarch. Servius etiam in VII. Æneidos docet à Poëtis: Aliam duobus ll dici, metri cauſſa, ut Relliquias. *In quod ſe juvenes contulerant.*) Vet. lib. In quod ſe juventus contulerat. *Interpendendum aurum.*) Vet. lib Inter ipſum colloquium, quo de pacis conditionibus agebatur. *Ædes locutio facta.*) Liviani libri veteres, Allocutio habent. Hunc Deum Gellius lib. XVI. cap. XVII. Ajum vocat. Cicero de Divin. Ajum loquentem, ex quo ego ſuſpicatus ſum Ajo locuto & hìc, & apud Livium eſſe legendum. Verba Ciceronis ſunt hæc, lib. II. At paullo poſt audita vox eſt monentis, ut providerent ne à Gallis Roma caperetur, ex eo Ajo loquenti aram in Nova via conſecratam, quid ergo? Ajus iſte loquens, quando eum nemo norat; ajebat, & loquebatur, & ex eo nomen invenit, poſteaquam & ſedem, & aram, & nomen invenit, obmutuit? Plutarchus in Camillo φήμην καὶ κληδόνα vertit.

In

(51) Quid dicis Sigoni? Non exponit etiam Glareanus acquieſcere pro quieſcere? Imò verò facit.

In Librum Quintum.

M. *Æmilius Mamercus iterum.*) Lege M'. Æmilius Mamercinus iterum; ſic enim ſcriptum eſt in primo, & tertio bujus Tribunatu Capitolino, & apud Diodorum. *M. Julius Tullus.*) Scriptores Capitolinorum Tribunatuum L. Julium Julum vocant. Diodorus item γένων ἴουλον, ἴουλλον. *M. Furius Camillus, M. Poſtumius Albinus.*) Nemo eſt, qui non M. Furium Camillum Tribunum militum hunc eſſe putet, qui poſt Dictator Gallos Urbe expulit. Ita eos ſentire, argumento eſt, quod & tertium, & ſeptimum Tribunum hunc poſthac contra auctoritatem veterum librorum ſcripſere, hunc annum numerantes. Errare autem eos oſtendam, ſi prius Tribunatus Camilli, prout in vulgatis habent libris appoſuero.

An.	352.	M. Furius Camillus cum M. Poſtumio Albino ex octo.
	354.	M. Furius Camillus iterum.
	357.	M. Furius Camillus tertium.
	361.	M. Furius Camillus ſine nota numeri. Faliſcos vicit.
	370.	M. Furius Camillus ſine nota numeri. Sutrium recepit.
	372.	M. Furius Camillus quinctum.
	375.	M. Furius Camillus ſeptimum.

Quæ, malum, eſt iſta emendatorum inſcitia, qui ſi ſeptem Tribunatus Camilli numerarunt, non anno CCCLXXII. ſextum correxerint, pro, quinctum? Itaque quoniam Camillus in libris veteribus invenitur eſſe Trib. mil. an. CCCLVII. iterum, non tertium, & CCCLXXV. ſextum, non ſeptimum, quoniam item Plutarchus, an. CCCLVII. cum Capenatibus eum pugnaſſe Tribunum mil τὸ δεύτερον, non τὸ τρίτον ait, quo anno uterque prodigium Albani lacus exponit, & an. CCCLXXV. eundem Camillum ſextum Tribunatum geſſiſſe narrat, non ſeptimum, quo anno L. Furium collegam infeſtum habuiſſe uterque tradit; præterea vero quoniam inter Capitolinos hujus anni Tribunos non M. Furius Camillus numeratur, ſed M. Furius Fuſus, Camillus autem cum M. Poſtumio Albino cenſuram hoc anno geſſiſſe ſcribitur, propterea non videtur eſſe dubitandum, quin principium Tribunatuum Camilli non ab hoc anno, ſed ab anno CCCLIV. ducamus, quo anno apertè apparet inſignem illum Camillum in Magiſtratu fuiſſe; hoc autem anno non illum, ſed alium M. Camillum minus ſtrenuum Tribunatum geſſiſſe dicamus, quippe qui nihil in Magiſtratu geſſiſſe tradatur. Quare ita diſpone, & corrige:

An.	352.	M. Furius Camillus alius à Dictatore.
	354.	M. Furius Camillus, qui poſt Dictat.
	357.	M. Furius Camillus. II.
	361.	M. Furius Camillus, ſine nota numeri.
	370.	M. Furius Camillus, ſine nota numeri.
	372.	M. Furius Camillus. V.
	375.	M. Furius Camillus. VI.

Aliis frons in Etruriam ſpectans.) Glareanus notat hunc locum, ut vitioſum, ſine cauſſa. Nihil enim habet mendi, quamquam obſcuritatis non parum. (52) Romanis, inquit, cum ad Vejos caſtra baberent, etſi nunciabantur quietæ rés ex Etruria, ita ut ſubſidio eos ab Etruſcis adjutum iri non timerent, tamen muniebant ita, ut una munimenti fronte Vejentium eruptionem ex Urbe impedirent, altera auxiliis, ſi qua ab Etruſcis forte venirent, aditum obſtruerent; ſic enim poſt Appius loquitur: Munitiones non in Urbem modo, ſed in Etruriam etiam ſpectantes, ſi qua inde auxilia veniant, oppoſuere. Ergo recte ait; ancipitia munimenta erant, alia erant in Urbem verſa, alia frons ſpectans in Etruriam opponebatur auxiliis, ſi qua forte inde venirent. *Sub pellibus durare ne byemis quidem ſpatio, quæ omnium bellorum terra marique ſit quies, arma deponentem.*) Livi. lib. XXXVII. Aut ſub pellibus habendos milites eſſe, aut ſi concedere in hiberna vellent, differendum eſſe in æſtatem bellum, & Cicero in Lucullo: Ut non multum imperatori ſub ipſis pellibus otii relinquatur. His hibernacula, vel tabernacula pellibus contecta ſignificantur. Siquidem tecta caſtrenſia Tabernacula vocantur, licet tentoriis, aut pellibus contegantur, aut fiant. Unde contubernales vocati ſunt, auctore Feſto. Ex hoc loco Hiberna, & Hibernacula inter ſe differre, & quid differant, intelligitur. *Quam diſſolvendæ maxime Tribunitiæ poteſtati rentur eſſe.*) In vetuſtis pleriſque libris legitur, Poteſtatis, in caſu gignendi, non Poteſtati. Quam lectionem probat Rhenanus, non intelligens uſitatam hanc locutionem hiſtoricis eſſe, ut dicant: Eſſe alicujus rei faciendæ, pro pertinere ad rem illam faciendam. Sic loquitur Livius libro III. Quod unum exæquandæ libertatis eſſet, & libro XXXIX. Nibil æque diſſolvendæ religionis eſſe. Et Salluſtius in concione Lepidi: Et omnia retinendæ dominationis honeſta æſtimet, & Livius libro XXVII. Ea prodendi Imperii Romani, tradendæ Hannibali victoriæ eſſe. Ergo Poteſtatis retinendum. *Sive illud pro plebe, ſeu contra plebem eſt.*) Vet. lib. ſive contra. *Nos tamquam cum civibus agere volumus.*) Vet. lib. At nos tamquam cum. *Adeo quidquid Tribunus plebis loquitur, etſi prodendæ patriæ, diſſolvendæque Reip. eſt, aſſueſtis audire, & dulcedine poteſtatis ejus capti quælibet ſub ea ſcelera latere ſinitis.*) Veteres libri alii habent: Aſſueſtis qui audire, & dulcedine. Alii: Aſſueſtis quippe audire, dulcedine. Ex quo intellexi legendum eſſe: Aſſueſtis audire, quippe dulcedine poteſtatis ejus capti. Quod enim dixit, Et ſi prodendæ patriæ, pro quamvis accipiendum eſt. *Et equis certus numerus æris eſt aſſignatus.*) Vet. lib. Equiti. *C. Servilium Halam.*) Ahalam, ut dixi. *M. Sergium iterum.*) M. Sergium iterum, ut ſupra. *Q. Servilium, P. Virginium.*) Vet libri aliquot habent, P.L. Virginium. Diodorus Λεύκιον Οὐεργίνιον Ex quo L. Virginium puto legendum, præſertim vero cum nuſquam alias Publii præno-

(52) Glareanus non dicit locum vitioſum, ſed mutatum dicendi genus, id quod verum eſt, nec mendi ullam facit mentionem: imò Sigonius hic fatetur obſcuritatis non parum huic adeſſe loco.

nomen in Virginia gente reperiatur, Lucii autem frequentiſſime. Accedit, quod ſequenti anno inquit Livius: Fortunaſque. L. Virginii, ac M. Sergii ſit exſecratus, eum de hoc loquatur. *Nec ſuis munimentis arcere jam vim.*) Vox, jam, non eſt neque in iis, quos ego legi, libris, neque in iis, quos ſe legiſſe Rhenanus profitetur. *Ut quoſque ſtudium, aut gratia occupaverunt, adſunt.*) Vet. lib. Occupaverat. *M. Furio Camillo iterum.*) Tolle vocem, iterum, nam, ut dixi ante, hic eſt primus Tribunatus Camilli Dictatoris. *M. Aemilio Mamerco tertium.*) Lege, M. Aemilio Mamercino tertium, ex tertio hujus Tribunatu Capitolino. *C. Fabio Ambuſto.*) Diodorus καισωνα φαβιον. Capitolini auctores K. Fabium ſcribunt. Eos igitur ſecuti K. Fabio Ambuſto corrigimus. *L. Julio Tullo.*) L. Julio Julo, ex Capitolinis lapidibus. *Romæ ſimul delectu, ſimul tributo conferendo laboratum eſt.*) Lege ex Vet. lib. Simul de delectu. *Unum bellum annum jam tertium trahi.*) Annum quinctum emendandum eſſe cenſet Glareanus, quia quincto ante anno Veji obſideri cœpti ſint. Non intelligit autem: Tribunos plebis, quorum hæc oratio eſt, non habere rationem ejus anni, verum anni ante tertii, quo primum Vejorum obſidendorum cauſſa hibernacula facta ſunt, quod plebs indigniſſime tulit. Itaque ab eo anno trahi bellum inquiunt. *Poſtquam obtineri non poterat, tamen labefactandæ legis Tribuniciæ cauſſa effectum eſt.*) Vet. lib. Tum labefactandæ. *Tribunipl. C. Lacerius.*) Plerique libri habent C. Lacerius, aliquot etiam, C. Lucretius; Lucretios autem conſtat & patricios, & plebejos fuiſſe. *Id quod petiſſent Patres.*) Pendet oratio à Vociferans, uſque ad Arguere, eſt autem Vociferans arguebat, & in manuſcriptis eſt. Id quod petiſſent Patres quidem incœpto repulſi, tum Tribunos. *Tamen Tribunos militum expugnaſſe.*) Vet. libri: Tum tamen Tribunos militum. *P. Curiatius.*) Vet. lib. omnes: Curatius; Fuit autem Curatia gens & patricia, & plebeja: Itaque & hic, & alius P. Curatius: Naſica & Bruto Conſulibus Tribuni pl. fuerunt: Epit. lib. LV. *Compacto eam rem, & communi fraude patriciorum actam.*) Aliquot libri: Conſpecto: Alii, quibus aſſentior, ex compoſito, habent, pro compacto, ſic infra: Clariſſimis viris ex compoſito præparatis ad petendum. *L. Virginii, ac M. Sergii.*) M'. Sergii, ut dixi. *Minime convenire, quibus iratos quiſque deos precatus ſit, in iis ſua poteſtate, cum liceat, & oporteat, non uti.*) Vet. libri habent: Summa poteſtate, atque ita ſine dubio legendum eſt. *M. Aemilius, & Q. Fabius.*) Lege, M. Aemilius, & K. Fabius: Hic eſt enim qui in comitiis hujus anni deſcribendis à Livio C. Fabius vulgo dictus eſt, itaque ſatis mirari non poſſum, cur hos locos emendatores iſti non concordarint: Nos autem ſupra hujus correctionis rationem reddidimus. *P. Manlius, & P. Titinius: P. Melius: L. Furius Medullinus: L. Popillius Volſcus.*) Nomina horum Tribunorum pleraque vitioſe habent. Quod ex Diodoro, & ex Capitolinis Tribunatibus intelligi poteſt. Nam veteres libri nulla in re alia diſſentiunt à vulgatis, niſi quod quidam habent P. Manlius, P. Titinius, ſine particula, Et, quod etiam placet. Diodorus autem ita habet: ποπλιος μαιλιος, μανιος αιμιλιος, φοριος λευκιος ἐξ ἴσων τρίς, in ſecundo horum Tribunatu: λευκιος αιλιος, ποπλιος λικινιος, ποπλιον μαιλιον, κοιντον μαινιον, γναιον γενυκιον, λευκιον ατιλιον. Ergo legendum eſt P. Mænius, L. Titinius, P. Mælius, L. Furius Medullinus. Cùm autem Diodori liber μαινιον, modo αιλιον, modo κοιντον nominet, nos tamen P. retinendum eſſe putamus, quod prænomen Mæniis familiare eſſe reperimus. Porrò autem L. Publilius, non Popillius legendum eſt. Quod & Tribunatus ejus Capitolinus oſtendit, & Vulſci cognomen, quod Publiliorum eſt, non Popilliorum. Cum autem Livius dicat uno P. Licinio excepto, reliquos ex his Tribunos militum Patricios eſſe, Titinium etiam, & Mænium, & Mælium, & Publilium Patricios eſſe intelligamus neceſſe eſt, cum tamen nuſquam alias Patricios eos eſſe appareat. *Alii Cn. Cornelii fratris.*) P. Licinius ex plebe vir non erat frater Cn. Cornelii Patricii ex eadem matre, quod eadem nupſiſſet primum plebejo, poſt patricio, poſt communicata plebis & Patrum connubia, ut tradit Glareanus. Qui enim potuit P. Licinius jam extrema ſenectute Vir ex eadem matre naſci, qua Cn. Cornelius, ita ut ex iiſdem parentibus natus eſſet ille quidem, ſed in Corneliam gentem eſſet adoptatus; adeo ut modo Cn. Cornelius Coſſus, modo Licinius Coſſus diceretur, perinde atque M. Brutus, M. etiam Brutus Cæpio dicebatur, quod à Cæpione adoptatus eſſet. Hoc autem ita eſſe ex Plutarcho didici, qui in Camillo Legatos tres Delphos miſſos ait, Licinium Coſſum, Valerium Potitum, & Fabium Ambuſtum, eoſdem prope qui Collegæ etiam in Tribunatu mil. fuiſſe à Livio traduntur. *P. Licinius, ut cæperat, haud tumultuosè Magiſtratum majore gaudio plebis, quam indignatione Patrum, ita etiam geſſit.*) Ceperat, à Capio, non à Cæpi legendum eſt, & Ceperat haud tumultuosè Magiſtratum, ſcribendum eſt, ſublato commate. *L. Titinium, P. Menenium Racilium, Cn. Genucium, L. Atilium.*) Hoc anno M. Veturium Patricium, reliquos ex plebe Tribunos militum creatos eſſe ſcribit Livius L. Titinium, P. Menenium Racilium, Cn. Genucium, L. Atilium. Pro his autem nominibus in omnibus vetuſtis libris hæc invenio, M. Veturius, M. Pomponius, C. Duilius, Volero Publilius, Cn. Genucius, L. Atilius; Itemque apud Diodorum: γναιον γενυκιον, λευκιον ατιλιον, μαρκον πομπωνιον, γαιον δυιλιον, μαρκον ουετουριον, βολερον ποπλιλιον. Quapropter ego ſatis mirari non poſſum, cur hic locus contra auctoritatem omnium monumentorum ſit vitiatus, & alii Tribuni ſint invecti, qui numquam fuerant. Sequamur igitur antiquam lectionem, vulgatam autem, in qua ne omnium quidem Tribunorum nomina exprimuntur, rejiciamus. De Volerone Publilio exſtat etiam fragmenti Capitolini teſtimonium. Porrò autem Atilios non t ſcribi oportere docent & veteres libri, & Græci Scriptores, & Capitolini lapides, & etymologia vocis. Ab Atiis enim orti ſunt. Atii autem ab Ati. Unde Virgilius: Alter Atis, genus unde Atii duxere Latini. *M. Furium Camillum tertium.*) Vet. lib. Iterum. Plutarchus etiam hoc anno, quo Lacus Albanus inundavit agros, Camillum fuiſſe ὁ δικτάτωρ ait, ut ſupra oſtendi. *Prodigia interim multa nunciari.*) Plerique libri veteres: Nunciata. *L. Julius Tullus.*) Julus, ut ante. *A. Manlius.*) A. Manlius, ex Capitolinis Tribunatibus. *Magiſtratum inierunt.*) Ineunt. Vet. lib. *Cetera bella, maximeque Vejens incerti exitus erant.*) Vet. lib. In cetera bella. *P. Licinium Calvum prærogativa Tribunum militum non petentem creant.* Vet. libri habent: Tribunum militum conſulari poteſtate non petentem. Ceterum prærogativæ, non prærogativa legendum eſt: Nam quæ primæ Tribus ſuffragium inibant, prærogativæ dicebantur, quod primæ rogaren-

tur, quos vellent Conſules fieri, ſecundæ jure vocatæ, quod in his ſequente Populo, ut ſæpe contigit, prærogativarum voluntatem, jure omnia complerentur, ut ſcribit Pedianus in ſecundam Verrinam; ſic in libro X. Eumque & prærogativa, & primo vocatæ omnes Centuriæ Conſulem dicebant. Erat autem una juniorum prærogativa, altera ſeniorum. Quod ex aliis locis intelligi poteſt. Prærogativæ autem ſorte educebantur. *Omneſque deinceps ex collegio ejuſdem anni refici apparebat L. Titinium, P. Menenium, Cn. Genucium, L. Atilium.*) Veteres libri nihil diſſentiunt à vulgatis, niſi quod non P. Menenium, ſed P. Mænium habent. Diodorus autem, ut ante dixi, hæc edit nomina. [illegible]. Quare cum quinque tantùm Tribunorum nomina ſint in libris Livii, pro P. Menenio, P. Mænium, P. Mælium reponendum eſt; præſertim verò cum ſcribat: Omneſque deinceps ex Collegio ejuſdem anni refici apparebat; ſunt enim omnes ex eodem Collegio præter Cn. Genucium, & L. Atilium, & rectè, non enim ait omnes refectos eſſe ejus Collegii, ſed apparebat omnes refici. Atq; hic locus cauſſam dedit Glareano, ut in Livium acerbe inveheretur. (53) *Qui priuſquam renunciarentur, jure vocatis Tribubus permiſſu interregis P. Licinius Calvus ita verba fecit.*) Si ſenſum explicavero, quemadmodum interpungi verba oportet, apparebit: P. Licinium, inquit, non petentem prærogativæ Tribunum militum creant, omneſque deinceps ex collegio ejuſdem anni refici apparebat, qui priuſquam renunciarentur à jure vocatis Tribubus: P. Licinius permiſſu interregis ita locutus eſt. *Omen concordiæ Quirites rei maximæ in hoc tempus utilis.*) Vet. aliquot libri habent: Utili, ita ut Concordiæ ſit caſus dandi, non gignendi: Ceterum obſcuriſſimi loci hic ſenſus eſt. Vos video Quirites, dum me collegaſque meos Tribunos pl. reficitis memoria prioris Magiſtratus noſtri in inſequentem annum omen concordiæ petere rei maxime in hoc tempus utili .i. ominari concordiam anni futuri. Quod ſi collegas eoſdem reficitis, me certe præterire debetis. *Præcipitavere ſe in inſidias.*) Vox: Se, abeſt à Vet. libris: Ita autem locutus eſt etiam in ſexto: Ipſi præcipitavere ſe in inſidias. *Jam ludi, latinæque inſtaurata erant.*) Vet. lib. Inſtauratæ. *Efficitque ut hoſtis.*) Vet. lib. Effecitque. *Suis conſiliis patientia Militum.*) Vet. lib. & patientia Militum. *Duæ ſe natum diſtinebant ſententiæ: Senis P. Licinii &c. Altera Ap. Claudii.*) Quis eſt, qui non ſentiat huic ſententiæ explicandæ vocem unam maxime neceſſariam deeſſe? quæ eſt in veteribus libris: Duæ Senatum diſtinebant ſententiæ, una ſenis P. Licinii. *Vt Senior ſit prædator, et fortiſſimus quiſque laboris periculique præcipuam petere partem ſoleat.*) Refellit Ap. Claudius ſententiam P. Licinii, quæ fuerat, ut qui particeps eſſe prædæ vellet, in caſtra Vejos iret, cujus rei cauſſam affert his verbis: Quod ita ferme eveniat, ut qui ſegnior ſit, prædæ, fortiſſimus quiſque laboris, periculique, præcipuam petere partem ſoleat: quæ lectio ex conjectura antiquæ lectionis eruitur; quæ eſt: Ubi ſegnior ſit prædator, fortiſſimus quiſque &c. Quorum verborum ſententiam elicere nequivit Rhenanus. *Seditionum inde, ac legum novarum.*) Vet. lib. Seditionumque inde, ac legum. *Precatus eſſet, ut ſi cui deorum, hominumque nimia ſua fortuna populique R. videretur, ut eam invidiam leniri quam minimo ſuo privato incommodo, publicoque Romani populi liceret.*) Vet. lib. Populi Romani, habent: Ceterum quod Glareanus contra omnium librorum fidem legendum putat: Lenire ſuo privato incommodo, quam minimo Romani populi liceret; non procedit. Nam Plotarchus hanc ſententiam ita vertit in Camillo. [illegible], & Valerius libro primo: Si cui deorum nimia felicitas populi R. videretur, ejus invidia ſuo aliquo incommodo ſatiaretur. (54) *Atque ille dies cæde hoſtium, ac direptione urbis opulentiſſimæ conſumptus eſt.*) Vet. lib. Itaque ille dies. *Pure lautis corporibus.*) Vet. lib. Pure lotis. *Gratias diis agentium.*) Vet. lib. Grates diis agentium. *C. Fabium Ambuſtum iterum.*) Veteres libri: Cæſonem Fabium Ambuſtum iterum habent: Diodorus item [illegible] nominat. Quoniam autem Cæſo Fabius Ambuſtus bis ante Tribunus militum fuit, Livio ipſo, & Capitolinis Scriptoribus, & Diodoro teſtibus, propterea hoc anno tertium ſit neceſſe eſt, non iterum. *Craterem auream.*) Vet. lib. Crateram. *Simul extrahi rem ex eo anno viderunt.*) Vet. lib. Simul ut extrahi. *Tribunos plebis latores legis in annum eoſdem reficiunt.*) Vet. lib. In eum annum eoſdem. *Sed timor longius progredi prohibuit, mille fere paſſuum ab oppido caſtra locavit.*) Vet. lib. Sed timore longius progredi prohibente, mille fere paſſuum &c. *Vejentium exitium pæne, quam Capenatium pacem mallent.*) Vet. lib. Exitium. *In conſpectu erant poſita in plano.*) Vet. lib. Et in conſpectu erant poſita in plano. *His Adhortationibus principes concitati Patres, ſenes, juveneſque, cum ferretur lex in forum venerunt.*) Scribe ex auctoritate Veterum librorum: His adhortationibus Patres concitati, principes, ſenes, juveneſque. *Prehenſantes.*) Vet. lib. Prenſantes. *Et Legem unam plures Tribus antiquarunt, quam juſſerunt.*) Cur unam? quaſi vero multæ leges promulgatæ, una tantum antiquata eſſet, reliquæ latæ. Lex hæc eſt promulgata de commigrando Vejos. Quare legendum eſt: Et legem una plures Tribus, ideſt uno conſenſu: Sic ſupra de hac lege: Senatum vero incitare adverſus legem haud deſiſtebat. Item, cum dies ferendæ legis veniſſet. *Quos perſeverantior cædendi in fuga fuit.*) Vet. lib. Cædendis hoſtibus in fuga. *Cum Volſinienſibus.*) Vulſinii, & Vulſinienſes ſcribendum eſt, ex lapidibus Capitolinis. Porro autem Salpinatium, de quibus ambigit Glareanus, meminit Fabius Pictor in vulgatis ejus fragmentis. *M. Cedicius.*) Cædicius ex Capitolinis tabulis, & Græcorum monumentis ſcribendum. Plutarchus de Fortuna Romanorum, [illegible] vocat, ubi de hac re agit. *L. Apulejo.*) Appulejo, ut dixi. *Precatus ab Diis immortalibus, ſi innoxio ſibi ea injuria fieret, primo quoque tempore deſiderium ſui Civitati ingratæ facerent.*) Has preces ſic expreſſit Suidas, [illegible]. *Aruntem Cluſinum ira corruptæ uxoris ab Lucumone, cui tutor is fuerat ipſe, præpotente juvene.*) Glareanus intelligit Lucumonem

(53) Glareanus non invehitur in Livium, ſed ait fieri poſſe, ut Codices Livii ſint depravati, aut Livius lapſus memoria.

(54) Id minus ſyncerè ſcribis Sigoni, cùm libri ad manus ſint, quos Glareanus ſecutus eſt, ac Plutarchi verba & Valerii pro Glareano ſunt.

nem aut Arunti, aut uxori Aruntis ab ſe corruptæ tutorem fuiſſe, cum tamen intelligendum ſit, Lucumoni Aruntem tutorem puero fuiſſe. Id enim apertè ſcribit Plutarchus in Camillo his verbis: ἄῤῥων τυῤῥηνὸς ἀνὴρ ἐπιφανὴς ἐκ ἐπιτρόπου παιδὸς ὀρφανοῦ πλούτῳ τε πρώτου τῶν πολιτῶν, καὶ θαυμαζομένου κατ' εἶδος ὄνομα Λουκούμωνος. Et paullo poſt; ὅτι πολλοῦ χρόνου ἐλάνθανε διεφθαρκὼς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, καὶ διεφθαρμένος ὑπ' ἐκείνης. (55) *Is quod eis ex populis abundabat.*) Quis omquam latinè dixit: Abundare ex populis, niſi Livius hoc in loco? immo verò ne Livius quidem, ſi emendate locus legatur, prout in veteribus libris legitur, ſic: Is, quod ea gens populis abundabat. *Nulla dum via (quod quidem continens memoria ſit, niſi de Hercule fabulis credere libet) ſuperatas.*) Ego germanam hujus loci lectionem eam eſſe exiſtimo, quæ in priſcis aliquot exemplaribus eſt ejuſmodi: Nulla dum via (quod quidem continens ulla memoria ſit) niſi ab Hercule (ſi fabulis credere libet) ſuperatas, ita ut hanc totam ſententiam duæ parentheſes includant. Præterea malim etiam. Quo de quidem continens, quam Quod quidem, ut ſit elegans, & uſitata verborum tranſgreſſio. *Maſſilienſes erant hi, navibus à Phocide profecti.*) Phocæa legendum eſt non ſolùm propter rationes, quas alii afferunt, qui ita emendandum duxerunt, ſed etiam quia ita eſt in exemplaribus priſcis. *Senones, Æduos.*) Vox, Senones, olet mendum; Ita enim fieret, ut Senones & primi, & ultimi alpes tranſcenderint, ſiquidem ſubjicit: Tum Senones recentiſſimi advenarum, fortè, Santones, reponendi pro Senonibus ſunt. *Ipſi per Taurinos ſaltuſque Juliæ alpis tranſcenderunt.*) Vet, lib. Ipſi per Taurinos ſaltuſque Juliæ alpis tranſcenderunt. Itaque aſſentior Rhenano acutiſſimo viro, qui locum hunc ita legit: Ipſi Taurino ſaltu invias alpes tranſcenderunt: Siquidem ſubjicit Livius: Alia ſubinde manus Cœnomanorum veſtigia priorum ſecuta eodem ſaltu cum tranſcendiſſet alpes. Juliæ autem alpes aut nullæ umquam, aut per ea certè tempora non fuerunt. *Cum tranſcendiſſet alpes.*) Vet. lib. Tranſcendiſſent. Quod probo, quia ſequitur etiam: Conſidunt Cœnomani, inquit, cum tranſcendiſſent alpes, ubi nunc Brixia, & Verona ſunt, (eos locos ante Lebui tenuere) conſidunt. *Poſt hos Saluvii, qui prope antiquam gentem Levos Ligures, incolentes circa Ticinum amnem, petiere Apenninum, deinde Boji, Lingoneſque tranſgreſſi.*) Dici non poteſt, quam hic locus mendosè legatur, ita ut nec ſententiæ ſanitas exſtet, neque verborum. His autem incommodis ope unius veteris libri longe omnium, quos legi, optimi, ſubvenimus, in quo ita eſt: Poſt hos Salvii, qui præter antiquam gentem Lævos, Ligures incolentes citra Ticinum amnem expulere. Pœnino deinde, Boji, Lingoneſque tranſgreſſi. Senſus eſt: Poſt Cœnomanos Salvii alpes tranſgreſſi ſunt, qui omnes citra Ticinum amnem incolentes præter antiquam gentem Lævos, Ligures, expulere: Poſt hos Boji, Lingoneſque alpes Pœnino tranſgreſſi &c. Eſt enim propoſitum auctori oſtendere, qui Galli qua parte alpium tranſgreſſi ſint, & quibus populis pulſis, qua in parte Italiæ conſederint. Itaque Bituriges, inquit, & Arverni Taurino ſaltu alpes tranſgreſſi agrum Inſubrium tenuerunt. Eodemque ſaltu Cœnomani cum tranſcendiſſent alpes, Lebuorum loca occuparunt. Poſt hos Salvii tranſgreſſi præter Lævos, Ligures reliquos, qui citra Ticinum amnem incolunt, expulerunt. Deinde Boji, Lingoneſque Pœnino tranſgreſſi, Etruſcos, Umbroſque agro pellunt, ita tamen ut ſe intra Apenninum continerent. Quod ad voces ſingulas pertinet, in Vet. lib. eſt modo Saluvii, modo Salvii, qui iidem à Plinio Salyi, ab aliis Salyes nominantur. Lævi Ligures etiam cum diphtongo ſunt in veteribus libris, de quibus Plin. lib. III. cap. XVII. Ex Liguribus Lævi, ac Marici condidere Ticinum non procul à Pado, ſicut Boji trans alpes profecti Laudem Pompejam. Porrò autem alii habent Pœninon, alii, Pœnino, quas voces inducendas eſſe cenſet Rhenanus. Ego autem probo magis Pœnino, ut duas vias, quibus Galli in Italiam venerint, oſtendat. Taurino ſaltu, & Pœnino jugo. De quo Livius libro XXI. ſic: Miror ambigi quanam Hannibal alpes tranſierit, & vulgo credere Pœnino, atque inde nomen & jugo alpium inditum, tranſgreſſum, & poſt: Neque certè montibus his ab tranſitu Pœnorum ullo Veragri incolæ jugi ejus norunt nomen inditum, ſed ab eo, quem in ſummo ſacratum vertice Penninum montani appellant. Lævos, Lebuoſque Polybius λάους & λεβεκίους vocat libro II. *Tum Senones recentiſſimi advenarum ab Uſente flumine uſque ad Atheſim fines habuere.*) De Senonum finibus loquitur; eſt autem mendum in nomine utriuſque fluminis. Nam Uſens eſt in ora Campaniæ ad Tarracinam, ut ait Plinius, Atheſis ad Veronam, quæ nihil ad Senonum fines attinent. Mihi autem dubium non eſt, quin ſit legendum, pro Atheſim, Æſim. Etenim libro V. Strabo ſic ait: Antea Æſim flumen Galliæ terminum faciebat, rurſus Rubiconem. Æſis inter Anconem labitur, & Senogalliam, at Rubicon inter Ariminum & Ravennam uterque in Hadriaticum influit Pelagus. Idem fere Plinius, & Ptolemæus. De Uſente in iis locis flumine nihil adhuc comperi. Veteres libri habent: Utente, mira inter ſe conſenſione, ut Vite legendum eſſe videatur. Vitis autem amnis meminit Plinius in iis locis. Uſens eſt in Campania. *Cum multitudinem, tum formas hominum inuſitatas cerneret.*) Lege, ex veterum librorum fide: Cum multitudinem, cum formas. *Ecquid in Etruria rei Gallis eſſet.*) Vet. lib. Etquid, quod probo. P. *Sulpicius Longus.*) Lege, Q. Sulpicius Longus; ita enim hic vocatur tum in veteribus libris, tum apud Diodorum, tum etiam apud Macrobium libro I. Satur. tum apud Gellium libro V. cap. XVII. P. *Servilius Maluginenſis.*) In vocibus P. Servilius fœde erratum eſt, neque enim Maluginenſis eſt Serviliorum cognomen, ſed Corneliorum; erravit autem librarius, quia cum Servius Cornelius eſſet ſcripturus, Servilius ſcripſit. Quo errore nihil eſt in libris manuſcriptis frequentius. Emendandum eſt autem, Ser. Cornelius Maluginenſis; primum quia Diodorus in hunc annum nominat Tribunum militum σέρουιον κορνήλιον μαλουγινὸν, deinde quia Ser. Cornelium Maluginenſem per hæc tempora Tribunum militum ſepties fuiſſe invenio in tabulis Capitolinis, qui numerus ex Livio colligi non poteſt, niſi hunc annum numeremus, id autem ex ſequenti deſcriptione cognoſci poterit.

An.

(55) Glareanus dubitavit & Sigonio anſam dedit inquirendi. Sed nulla apud eum eſt gratiarum actio.

An. 385.	Ser. Cornelius lapides Capitolini addunt Malnginenſ. VII.
385.	Ser. Cornelius lapides Capitolini addunt Maluginenſ. VI.
376.	Ser. Cornelius Maluginenſis.
374.	Ser. Cornelius Maluginenſis IV.
372.	Cornelins Maluginenſis III. mendosè tamen II. legitur.
370.	Ser. Cornelius.
365.	Ser. Cornelius Maluginenſis, qui mendosè P. Servilius Maluginenſis dicitur.

Quando igitur nullns alins annus invenitur, quo Ser. Cornelius Maluginenſis primum Tribunatum geſſerit, cum hoc anno geſſiſſe dicendum eſt. *Flumen Allia.*) Alia ſcribe, ut dixi. *Romani, cum pars major ex acie Vejos petiſſet, quam Romam, nemo ſupereſſe quemquam præter eos, qui Romam refugerant, credere, comploratis omnes pariter vivi, mortuique totam prope Urbem lamentis repleverunt.*) Quamqnam ferri hæc lectio poteſt, neſcio tamen, cur non antiqua, quæ multo rectior eſt, reſtituatur, quæ eſt: Romani, cum pars major ex acie Vejos petiſſet, nec ſupereſſe quemquam, præter eos, qui Romam refugerant, crederent, comploratis omnibus pariter vivis, mortuiſque, totam prope Urbem lamentis repleverunt. *In arcem, Capitoliumque concedere.*) Vet. lib. Conſcendere. *Urbis per trecentos ſexaginta annos omnibus bellis victricis.*) Hunc numerum Glareanus putat eſſe mendosè, quod hic annus non ſit ab Urbe condita CCCLX. verùm CCCLXV. ut Livius ait paullo poſt in Oratione Camilli, neque intelligit Romam dici hoc anno per CCCLX. annos omnibus bellis victricem fuiſſe, & recte dici. Nam à primo bello, quod anno quarto ab Urbe condita geſſit Romulus, ut ait Dionyſius, cum Sabinis ad hunc, anni numerantur CCCLX. poſt autem Camillum, cum Romam captam anno CCCLXV. ait, annos ab origine Urbis, non à prima victoria numerare, quamquam lib. VII rhetoricè ait, conditæ Urbi æqualem victoriam eſſe. (56) *L. Albinus de Plebe.*) Vet. lib. L. Albinius. Valcrius item Maximus, ut eſt in manuſcriptis, Albinius, recte, eſt enim nomen gentis plebejæ, non cognomen patriciæ Poſtumiæ. *Irreligioſum ratus Sacerdotes publicos ſacraque Populi Romani pedibus ire, ferrique ſe ac ſuos in vehiculo conſpici.*) Diſtinguenda verba ita: Pedibus ire, ferrique, inde ſe, ac ſuos in vehiculo conſpici. Nam Ire ad Sacerdotes ferri ad Sacra refertur. *M. Papirius unus ex his.*) Hunc vocat in Camillo μάρκον παπίριον Plutarch. credo vitiosè pro μάρκον παπίριον, ut ſit M. Papirius Craſſus, qui Conſul, & Tribunus militum fuit ante annos ad triginta, ex quo merito eum vocat ſenem honoribus perfunctum. *Caritate ædium ſuarum.*) Vet. lib. Sedum, quo pacto veteres locutos eſſe docet Priſcianus lib. VI. Frequentius inquit in Es terminantia abſque I inveniuntur, ut vatum pro vatium. Virgilius in IV. Multaque præterea vatum prædicta priorum. Cicero pro Sextio: Veſtrarum ſedum templorumque cauſſa, eſt autem locus pro Sextio mendoſiſſimus. Nam vulgo legitur: Te patria obteſtor, & vos penates, patriique dii, me veſtrarum ſedium, temporumque cauſſa &c. cum Teſtor, & Sedum, & Templorum legendum ſit. *Quocumque clamor, ſonitus hoſtium, mulierum, puerorumque ploratus, ſonitus flammæ, & fragor tectorum.*) Vox prior, Sonitus, redundat, neque enim proprie ſonitus hoſtium dicitur, ſed flammæ. Recte autem habebit res, ſi ſua cuique reddantur, clamor hoſtium, ploratus mulierum, ſonitus flammæ; Quod etiam veteres comprobant libri. *A. Ceditio.*) Vet. lib. Ab Q. Cædicio. *Ad Salinas.*) Romanas Salinas vocat lib. VII. *C. Fabius Dorſuo.*) Dorſo, ut Mento, ut Labeo, ſcribendum, ex veteribus libris, & Valerio Maximo, & Vellejo libro primo, qui inquit, Fabio Dorſone Conſule Pæſtum colonia deducta. *Gabino cinctu, ſacra manibus gerens.*) Libri quidam ſcripti habent, Gabino ritu cinctus: Quam lectionem habet etiam Valerius Maximus libro primo. C. Fabius Dorſo, inquit, Gabino ritu cinctus manibus, humeriſque ſacra gerens. Et Livius libro decimo: Incinctum Gabino cultu ſuper telum ſtantem. Ego tamen nihil mutandum cenſeo. Nam idem Livius lib. VIII. de Decio ait: Ipſe incinctus cinctu Gabino: & Virgilius: Ipſe Quirinali trabea, cinctuque Gabino inſignis. Et Feſtus: Procincta claſſis dicebatur cum exercitus cinctus erat Gabino cinctu. *Cujus haudquaquam negligens eſt.*) Vet. lib. Eſt gens. *Pontius Cominius.*) Cominus. Vet lib. & Front. lib. III. cap. XIII. Quod probo. Plutarchus de Fortuna Romanorum, γάϊον πόντιον vocat. *Eadem degreſſus nuncios Vejos contendit.*) Eandem ſententiam de eodem loquens expreſſit his verbis: Quadrigarius, ut eſt apud Gellium lib. XVII. cap. II. Comininus, inquit, qua adſcenderit, deſcendit, atque verba Gallis dedit .i. latuit Gallos. Itaque Degreſſus, non Digreſſus, legendum. Quam vocem ſæpe depravatam apud Livium oſtendam. Eſt autem, Degredi, Deſcendere. Item legendum paullo poſt: Degreſſus ex arce. *Carmentis ſaxum.*) .i. Quod Carmentali portæ imminet, ut Plutarchus in Camillo ait, & Dionyſ. libro X., ubi de Capitolio ab Ap. Herdonio capto tradit. *Cum primos ſterneret.*) Vet. lib. Cum proximn ſterneret. *Selibras farris, & quartarios vini.*) Repudianda eſt antiqua quorundam librorum lectio, qui habent: Sex libras farris, ſex quartarios vini. Etenim Plutarchus in Camillo ita vertit, σίτου μὲν ἡμίλιτρον, οἴνου δὲ κοτύλης ἑκάστῳ τέταρτον. Eodem modo lib. VII. Livius: Libras farris, ſextarios vini contulerunt. *P. Sulpitius Tribunus militum.* Q. Sulpicius, ut ante dixi. *Ob nocturni periculi memoriam.*) Vet. lib. Nocturni periculi memoria. *Humorique, ac frigori aſſueta.* Vet. lib. Humori, ac frigori aſſueta. *Tum æſtu, & angore vexati, vulgatis velut in pecora morbis morerentur.*) Vet. lib. Cum æſtu, & algore vexata vulgatis velut in pecua morbis moreretur. Hæc enim omnia referuntur ad vocem illam, Gens. Alii libri, langore, non algore habent. *Et cum ſtationes procederent.*) Veteres libri aliquot: Et cum in ſtationes procederent. *Inter P. Sulpicium.* Legendum, Inter Q. Sulpicium, ut dixi. *Auditaque intoleranda Romanis vox, væ victis eſſe.*) Feſtus hunc locum ſic expreſſit: Væ victis, in proverbium veniſſe exiſtimatur, cum Roma capta à Senonibus Gallis aurum ex conventione, & pacto penſum, ut recederent, quod de iniquis ponderibus uno ex Tribunis quærente, Brennus Dux Gallorum ad pondera adjecit gladium, & dixit, væ victis, quem poſtea Furius Camillus cum inſidiis circumventum concideret, & quereretur contra foe-

(56) Glareanus non dicit mendosè, ſed dicit non rotundam ſupputationem.

fœdus fieri, eadem voce remuneraſſe dicitur. *Sed diique, & homines prohibuere.*) Veteres plerique libri: Sed dii, & homines. *Retulit, & Senatusconſultum facit*) Vet. lib. Retulit Senatusconſultum fit. *Cum Cæretibus Publice hoſpitium fieret.*) Gellius libro XVI. cap. XIII. Cæritibus hoc tempore Civitatem datam ſine ſuffragio ait, ob conſervatorum ſacrorum meritum. *Locutio.*) Ajo Locuto, ut ante dixi. *In Jovis ſellam collatum.*) Repone Cellam, ut lib. VI. In Jovis cella conſtat ante pedes Junonia poſitas fuiſſe. *Non niſi me Senatuſconſulto, Populique juſſu revocaretis, rediturus umquam fuerim.*) Manuſcripti: Non ſi me, & recte, hoc ſenſu: Antea adeo abhorrebam à reditu in patriam, ut etiam S. C. & lege revocatus rediturus non eſſem: nunc non muto ſententiam. Nam ſi redivi, fortuna veſtra me perpulit. *Quoad vita ſuppeditat.*) Manuſcripti, ſuppetat. *Non ante cepit finem, quam.*) Manuſcripti: Num ante cepit finem? cum interrogatione. *Quod inter nos, ac majores interſit.*) Vet. lib. Ac majores noſtros interſit. *Non malitis hanc ſolitudinem veſtram, quam Urbem hoſtium eſſe?*) Senſus, quem ſe percipere non poſſe Glareanus ex his verbis fatetur, hic eſt: Si Æqui. Volſcique Romam commigrent à vobis relictam, nonne malitis Romæ ſolitudinem hanc veſtram eſſe, quam Urbem hoſtium Vejos? Solitudinem autem iccirco ait, quia vaſtatam à Gallis Romam plebs deſerere cupiebat, & Vejos tranſmigrare. Hoc autem vultis. Nonne relictis tum Vejis ad Romam occupandam recurretis? (57) *Et quidem fatebor vobis.*) Vet. lib. Equidem fatebor vobis. *Fortuna certè loci huius transferri non poſſit.*) Vet. lib. Transferri hinc non poſſit.

In Epitomen Libri VI.

R*Es adverſus Æquos, & Volſcos, & Etruſcos proſperè geſtas continet.*) Pro, Etruſcos, repone, Præneſtinos. Nam hæc vox eſt in Vet. lib. Et de Præneſtinis ſubactis agit hoc in libro pluribus Livius. *Sabbatina.*) Sabatina uno, b, ſcribendum. Eſt enim, ut ait Feſtus, à Sabate lacu appellata. *Promentina, Arnienſie.*) Tromentina, Arnienſis, ſcribendum, ex Feſto, qui à campo Tromento Tribum Tormentinam inveniſſe nomen ait; item ex veteribus libris, oratione prima contra Rullum, & lib. XXIX. Livii. *Ne cui de Manlia gente Marco cognomen eſſet.*) Perſpicue mendoſum, Marco cognomen. Prænomen enim potius ſcribendum eſſet, ut ait Quinctilianus lib. III. M. Manlii prænomen è familia in poſterum exemptum eſt. At legendum tamen puto Nomen. Erravit autem librarius, quia Marco cognomen ſcribit ſyllaba, ut fit, repetita, ſine cauſſa. Itaque recte Plutarchus in libro τῶν κεφαλαίων. ἢ μᾶλλον αἰνιγμάτων φησὶν εἶναι τὸ εἶναι μηδενὶ μηδὲν ὄνομα μόνον γενέσθαι. (58) *Ut Conſules etiam ex plebe fierent.*) Veteres libri non habent, Etiam: *Eam legem.*) Vet. lib. Eamque legem. *Primus omnium ex plebe factus eſt.*) Induce vocem: Omnium, ex Vet. lib. *Necuiquam.*) Vet. lib. Necui.

In Librum VI.

T*Um quod perraræ per eadem tempora literæ fuere.*) Vet. lib. Tum quod & raræ per eadem. Nam ſequitur pars altera, & quod etiam. *Et, quod etiam ſi quæ in Commentariis Pontificum, aliiſque publicis, privatiſque erant monumentis incenſa Urbe pleræque interiere, clariora deincept, certioraque, &c.*) Plutarchus de Fortuna Romanorum hæc verba ex Livio vertit, citato ejus nomine. Ita, ἀλλά τι δεῖ περὶ αὐτῶν ἀκριβοῦν, ἃ σαφὲς οὐδὲν, ὡρισμένον ἔχει, τῶν γε τῶν πραγμάτων διαφθαρέντων τῶν Ῥωμαίων, καὶ συγχυθέντων τῆς ἐπὶ ... ὑπομνημάτων, ὡς Λίβιος ἱστόρηκε. καὶ γὰρ ἔοικεν μᾶλλον ... δόξα καὶ κατορθοῦν ... τὴν τύχης ἐπιμένουσα. *Ceterum primo quo adminiculo erecta erat, eodem innixa ſtetit.*) Lege ex Vet. lib. Ceterum quo primo adminiculo. *Interregnum init P. Cornelius Scipio.*) Vet. lib. Inter Interregnum iniit tum P. Corn. *P. Cornelius Scipio Interrex.*) In veteribus Codicibus paucis non eſt vox illa, Interrex. Eademque aut non admodum neceſſaria eſt, aut ſi neceſſaria, pro Interrex, iterum reponendum eſt. Siquidem hic idem Interregnum etiam ante cepit. (59) *A. Valerium Publicolam iterum.*) Ex quatuor reliquis ejus Tribunatibus mil. apparet non A., ſed L. Valerium Poplicolam legendum. Auli etiam prænomen non tulerunt, quod memoriæ traditum ſit, Valerii, niſi in mendoſis perſpicuè libris. *Is ex Interregno.*) Vet. lib. Hi ex Interregno. *Erant autem eæ duodecim tabulæ.*) Vet. lib. Erant autem æreæ duodecim tabulæ. *Alia ex eis edita etiam in vulgus.*) Ex eis, &c. præterea, ut in principio lib. XXIX. *Diemque ad XV. Kal. Sextiles.*) Legendum puto: Diemque A. D. XV. Kal. Sex. Qua de re infra dicam. *Non litaſſet Sulpicius.*) Vet. lib. Non litaſſet P. Sulpicius, at ego ſupra oſtendi Q. Sulpicius legendum. *Quidam, quod poſtridie Idus.*) Manuſcripti libri pro quidam habent quin, & finiunt ſententiam in voce Juſſum, quod placet. *Inde ut poſtridie Kalendas quoque ac Nonas eadem religio eſſet, traditum putant.*) Miratur Glareanus Livium dixiſſe: Traditum putant, pro, Tradunt, eumque quaſi parum Latinè locutum arguit; verum immerito, non enim interpuncta ſcitè hæc verba ſunt, verum ita debent diſtingui: Inde, ut poſtridie Kal. quoque ac Nonas eadem religio eſſet, traditum, putant, hoc ſenſu: Inde putant traditum, atque inſtitutum eſſe, ut poſtridie Kal. & Nonas ater dies haberetur. Id enim ita eſſe docet Macrobius libro primo Saturnalium: Tum Patres juſſiſſe, ut ad Collegium Pontificum de his Religionibus referretur, Pontificeſque ſtatuiſſe, poſtridie omnes Kal. Nonas, Idus atros dies habendos. Idem tradit etiam Gellius libro V. cap. XVII. & Plutarchus in libro τῶν κεφαλαίων, citato etiam Livii teſtimonio (60) *Admetium is locus dicitur.*) Plutarchus in Camillo in expoſitione hujus belli bis ait περὶ τὸ Μάρκιον ὄρος i. ad Marcium montem, ut intelligi ex eo poſſit, hoc etiam in loco legen-

(57) Docere Glareanum nititur, ſed is æquè intelligit, ac antea, hoc eſt, dicit ſe non intelligere, & vix credit Sigonium quid diceret intellexiſſe.

(58) Huic emendationi Robortellus lib. 1. emendat. cap. 13. opponit locum ex Valerio Max. lib. 3 cap. 4.

(59) Hos locos ex Glareano emendavit.

(60) Glareanus ait ſe Syntaxin non intelligere, ex quo nunc ſequitur Livium non loqui ſatis Latine, ut hic ſalsò ſyllogizat.

grodum eſſe diviſis vocibus, ad Marcium.: Ejuſmodi loquendi forma eſt apud Feſtum, lib. IV. Capralia appellatur ager, qui vulgo ad Capræ paludem dici ſolet. Item ſcribit Diodorus lib. XIV. Verba ejus omnia apponam, quia liber ille adhuc vulgatus non eſt, [illegible] quo loco legendum eſt Μαικιον, ex Vet. lap. *Et hoc loco ad Macium, unde tribus Mæcia fuſis hoſtibus, cæſiſque cum caſtra impetu cepiſſet Dictator.*) Sine dubio deeſt vox, primo, ut ſit, primo impetu cepiſſet, ſic de eodem loquens infra: Qui adveniens caſtra urbeſque primo impetu capere ſit ſolitus. *Cujus ſpes moram cum pati fortuna non potuiſſet.*) Poſſet, requirit ſenſus, & manuſcripti habent. *Quominus ſperatam minime largitore duce.*) Vet. lib. Speratam à minime largitore duce. *Victor ex Volſcis in Æquos tranſit: exercitum eorum ad Bolas oppreſſit.*) Hanc rem his verbis complexus eſt Diodorus lib. XIII. [illegible] &c. *Ad Deditionem Volſcos ſeptuageſimo demum anno, ſubegit.*) Monet me numerus ſeptuageſimus. Etenim Vulſci bellum renovarunt Livio auctore anno CCLIX. hoc autem demum anno, qui eſt CCCLXVII. ad deditionem ſubacti ſunt. Quæ ſumma annos continet centum, ac ſeptem, ut mendoſe locus eſſe videatur, ac pro ſeptuageſimo, ſeptimo ac centeſimo, ſit reponendum. (62) *Etruria prope omnis armata Sutrium ſocios populi R. obſidebat.*) Quos hic ſocios Sutrinos vocat Livius, colonos nominat Diodorus eodem lib. [illegible] *Multitudo in cuſtodias diviſa.*) Vet. lib. Dimiſſa. *Dies præſtituta, capitaliſque pœna, qui non remigraſſet Romam.*) Vet. lib. Niſi remigraſſent Roma, placet. *Julius Tullus.*) Lege L. Julius Julus, ex Diodoro. *Sulpitius Ruffus.*) Sulpicius Rufus, ex Vet. lib. & argenteis nummis. *Ad Cortuoſam.*) Cort Noſſam legendum ex fragmentis originum Catonis. *Contenebra.*) Cort Enebra, ex iiſdem. *L. Papirium, Cn. Sergium: L. Aemilium iterum: L. Licinium: M. Menenium: L. Valerium Publicolam tertium.*) Ita prope etiam Veteres libri, præterquam quod pro: L. Licinium: M. Menenium, habent Licinium Menenium: Nam cum animadvertiſſent quidam non niſi quinque Tribunos militum memorari, Licinium, Meneniumque duos fecerunt; quam inconſulto autem id egerint, unus Diodorus oſtendere poteſt, apud quem hujus anni Tribuni bis nominibus eduntur, [illegible] Ita pro Cn. Sergio eſt, C. Servilius: pro L. Aemilio, Q. Fabius: Additur poſtremo ſextus Tribunus vitio librariorum apud Livium omiſſus, C. Cornelius: Erroris cauſſam præbuit librariis, quod cum ſcripturi eſſent: C. Cornelius: C. Sergius: C. Sergium tantum ſcripſerunt, alterum reliquerunt, puto autem legendum eſſe C. Sergius, nam Livius poſt etiam C. Sergium III. Tribunum edit: Non ergo Licinius Menenius: ſed L. Menenius legendum, ut Diodorus ait: Nam prænomen huic quærimus: Licinius autem gentis nomen eſt. *Pomatina, Sabbatina.*) Tromentina, Sabatina, ex Vet. lib. ut ante dixi. *Eaque triginta quinque numerum explevere.*) Lege viginti quinque, ex Vet. lib. ut ante. *Populos inventutem ſuam miſiſſe ad id bellum.*) Vet. lib. Juventutem ſummiſiſſe. *Tam honoratorum collegarum obſequio.*) Vet. lib. Tam honorato collegarum obſequio. *Te Sergi Corneli.*) Vet. lib. Te Servi Corneli. *Ducibus pluribus, & exercitibus adminiſtrandam Remp. eſſe.*) Vet. lib. Adminiſtrandam Remp. opus eſſe. Ex quo: intellexi legendum: Ad adminiſtrandam Remp. opus eſſe. *Arma, tela, frumentum, quæque belli alia tempora poſcent.*) Vet. lib. Arma, tela, frumentumque, quæ bellica tempora poſcent. *Ab Nepote, ac Sutrio.*) Reprehendit Liviū Glareanus, quod Nepete dixerit in caſu auferendi, cum Nepeti fuerit dicendum, quippe cum in recto caſu Nepete dicatur, ſed facit injuſte; non enim Livius ſcripſit ullo in loco Nepete, ſed Nepet, ut eſt in vetuſtis libris. Docent autem grammatici Cariſius, & Priſcianus Git, & Nepet oppidi Italici nomen t litera terminari, eaque flecti non poſſe. Quamquam ne ſi Nepete quidem in recto caſu diceretur; Nepeti tamen eſſet ei in ablativo edendum. Nam propria in e deſinentia ejuſdem terminationis habent nominativum cum ablativo, ut Præneſte; dixit enim Virgilius: Quique altum Præneſte Viri, &c. Qualis eram cum primum aciem Præneſte ſub ipſa. Hæc Priſcianus, ſic etiam infra corrigendum eſt. Nepet exercitus ductus pro Nepete. (62) *Itaque diviſo exercitu.*) Vet. lib. Ita diviſo exercitu. *Oppidanis jam oppugnando feſſis.*) Vet. lib. Pugnando. *T. Et L. Quinctiis Capitolinis, L. Papirio Curſore Tribunis conſulari poteſtate.*) Hoc habent boni veteres libri, quod in iis eſt: L. Papirio Curſore II. Tribunis militum conſulari poteſtate. Quoniam autem non niſi quinque Tribunorum nomina eduntur. C. autem Sergius & ante ſemel, & poſt tertium Tribunus mil. fuiſſe à Livio traditur, quo autem anno, iterum fuerit, niſi hoc dicamus, ne colligi quidem conjectura poteſt, propterea videtur eſſe legendum: L. Papirio Curſore II C. Sergio II. Tribunis militum conſulari poteſtate. (63) *Et non contentus agrariis legibus, quæ materia ſemper Tribunis plebis ſeditionum fuiſſet, idem moliri cœpit. Acriores quippe æris alieni ſtimulos eſſe, qui non egeſtatem modo, atque ignominiam minentur, ſed nervo, ac vinculis corpus liberum terreant, & erat æris alieni magna vis, res damnoſiſſima etiam divitibus ædificando contracta.* Hujus loci obſcuritatem cum ſentiret Glareanus, ita de eo tradidit: Colon ponendum puto poſt verbum, Stimulos; Quæ verò deinde ſequuntur, verba ſunt Manlii ſeditioſè conquerentis de Patribus, moventiſque Senatui invidiam. Qua in re laudandum Glareani ingenium, quod difficultatem ſenſit; irridendum, quod portenta dixit, neque, quibus verbis vitium contineretur intellexit. (64) Vitioſè autem habent illa: Idem moliri. Neque enim intelligi poteſt, quid velit Livius, cum ait: Non contentus agrariis legibus idem moliri cœpit, neque enim Manlius, de quo nunc loquitur,

agris

(61) Hunc locum Glareanus antè Sigonium tractavit, ſed Sigonius egregiè diſſimulat.

(62) Glareanus non reprehendit Livium, ſed ad honorem ejus ait, cum non curaſſe rancidas Grammaticorum leges.

(63) De C. Sergio admonuit quoque antè Glareanus: Hic autem quaſi primum hoc viderit narrat.

(64) Glareanus non ait portenta, quare ea illi affingenda non erant.

agris dandis, ut Sp. Caſſius, neque ſtumento, ut Sp. Mælius, ſed pecunia condonanda, ut nemo ante, plebem ad ſe alliciebat. Cum autem eos, qui æs alienum fecerant, quia ſolvendo non eſſent, addictos duci ægre pateretur, atque id ne fieret ſua ſe pecunia prohibiturum eſſe profiteretur, propterea recte dici poteſt, fidem moliri cœpiſſe, itaut legatur non, iidem moliri, ſed fidem moliri cœpit. Eſt autem Fidem moliri, prohibere ne qui debent, ea quæ debent, ſolvant, ſic autem ſupra accepit Fidem libro III. Haud ſalubrem utique Lartii ſententiam putabant, quæ fidem tolleret, & Cicero, pro lege Manilia: Scimus Romæ ſolutione impedita fidem concidiſſe, & paullo poſt: Hæc fides, atque hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in Foro verſatur, implicita eſt cum illis pecuniis Aſiaticis, ruere illa non poſſunt, ut hæc non eodem labefacta motu concidant, & Cæſar libro III. bellorum civilium: Cum fides tota Italiæ eſſet anguſtior, neque creditæ pecuniæ ſolverentur, & Livius hoc libro haud ita multo poſt: Spem factam à te Civitati video, fide incolumi ex theſauris Gallicis, quos primores Patrum occultent, creditum ſolvi poſſe. Sic libro IX. montes ſua ſede moliri, pro demoliri, & alio loco, Fores moliri. *Quæ nunc vix ſeminario militum relicto ſervitia Romana ab ſolitudine vindicant.*) Hujus loci, quem ſe non intelligere Glareanus fatetur, hic eſt ſenſus. Ea tum loca frequentiſſima fuiſſe, quæ nunc prope deſerta eſſent, niſi à ſervis Romanis, qui ea a ſolitudine vindicant, colerentur, præſertim cum ibi pauci admodum ſint, qui militent, vix militum exiguo ſeminario relicto. *Gladiis tantum dextram armemus.*) Vet. lib. Dexteras. *Tu Quincti.*) Vet. lib. Tu T. Quincti. *Fluctuantis ſimilis acies.*) Vet. lib. Fluctuanti ſimilis. *Illi devovere.*) Vet. lib. Illi ſe devovere. *Sive ut & ipſe in parte prædæ ſit, ſive quia vanum judicium eſt.*) Vet. lib. Sive quod & ipſe in parte prædę ſis, ſive quod vanum indicium eſt. *Hoccine patiendum fuiſſe, ſi ad nutum Dictatoris non reſponderit Vir Conſularis.*) Manuſcripti habent: Ut ſi ad nutum. Videtur autem ἀνανταπόδοτον in re indigna. Hoccine patiendum fuiſſe, ut ſi ad nutum Dictatoris non reſponderit Vir conſularis, in carcerem conjiciatur? *Vereor ne abſtuleritis obſervantibus*) *etiam oculos*. Veteres libri Oculis. *Satricum coloniam duo millia civium Romanorum.*) Non dubito, quin apud Vellejum lib. 1. ubi ait: Sutrium poſt annos VII. quam capta Roma eſt, deductam eſſe Coloniam; legendum ſit ex hujus loci auctoritate: Satricum: Satrici etiam Coloniæ meminit lib. IX. Livius: Nam Coloniæ Sutrii meminit Diodorus anno poſt Romam captam. *Colonis Circejenſibus, & à Velitris purgantibus ſe.*) A Velitris dixit, ut primo lib. Turnus ab Aricia, & Virgilius in Georgicis: Paſtor ab Amphryſo. *Creatique Tribuni militum conſulari poteſtate Sergius Cornelius Maluginenſis ſecundum: P. Valerius Potitus iterum.*) Antiqui libri ita. Creatique Tribuni militum Conſulari poteſtate ex Patribus Ser. Cornelius Maluginenſis, II. Ex Patribus autem iccirco dictum eſt, quia aliquando per hæc tempora fiebant etiam ex plebe: Ceterum non Maluginenſis II. ſed III., ſcribe, nam proxime infra IIII. fuiſſe dicitur, & jam bis ante fuiſſe eundem docuimus. *Tempus eſt etiam majora conari.*) Vet. lib. Unde tempus eſt etiam majora conari. *Tribuni Conſulari poteſtate, Tribunique plebis.*) Vet. lib. Tribuni militum Conſulari poteſtate. *M. Menenius, & Q. Publius Tribuni plebis.*) Lege, M. Mænius, & Q. Publilius: Mænius quia Menenii patricii, & ſæpe in hoc nomine erratum eſt: Publilius ne duo prænomina coëant: Quod in hac gente fit ubique, ut ante etiam admonui. *Quid cum plebe aggredimur.*) Videtur legendum: Quin cum plebe. *Ad hoc ſervatos.*) Vet. lib. Ad hæc. *Peſtilentiam, inopiam frugum.*) Manuſcripti Peſtilentiam inopia frugum, ſubaudi excepit, & recte. *Quid acceſſurum ſuis, deceſſurum hoſtium viribus ſperantem? quam occaſionem? quod tempus? quem inſidiis inſtruentem locum?*) Manuſcripti habent pro Inſtruentem Ingruentem: ex quo legendum videtur: Congruentem .i. aptum inſidiis locum. *Nepete Coloniæ deducendæ.* Vet. lib. & ratio, quam ante attuli, docent: Nepet, legendum eſſe. *Labicanis.*) Vet. lib. Lavicanis. *Fœdeque in captis exercuere victoriam.*) Vet. lib. Fœdamque in captivis exercuere victoriam. *M. Furium Camillum VII. Tribunum militum.*) Vet. lib. VI. ut ante oſtendi, & recte. *Verſus itaque in victoriam terror, & novo hoſte, & ſupina valle Romanam inclinavit aciem.*) Duas cauſſas affert, quibus Romana acies exterrita inclinata eſt: Novum hoſtem, & ſupinam vallem, quam paullo ante legem à tergo clivum appellavit: Itaque locum integrum eſſe cenſeo, contra atque cenſet Glareanus. (65) *Et quod ductu meo ſoletis, vincite.*) Vet. lib. Et ut ductu meo ſoletis, vincite. *Niſi victorem receptatura ſunt.*) Vet. lib. Receptura. *Inde ut circumagi ſigna, obvertique aciem viderunt in hoſtem.* Deeſt vox una ad ſententiam complendam, quæ eſt in veteribus libris, in quibus ita legitur. Ut circumagi ſigna, overtique aciem viderunt, ruunt in hoſtem. *Verbis confutare nihil attinet.*) Vet. lib. Nil attinet. *Ab Tuſculo legiones reductæ.*) Vet. lib. Deductæ. *Creatis militaribus Tribunis.*) Vet. lib. Creatis Tribunis militaribus. *Licinio Menenio II.*) Miror eos, qui ſupra Licinium Menenium in L. Licinium & M. Menenium commutarunt, hujus loci rationem non habuiſſe. Alioquin fruſtra quæras quo primum anno Licinius hic Menenius Tribunus militum fuerit, opus eſt igitur in emendando diligentia ſumma, ut omnes omnibus locis certiſſima ratione reſpondeant: L. autem Menenio II. eſſe legendum apparet ex priore Tribunato, ut docui ex Diodoro. *Raptim agmine facto.*) Acto videtur legendum, quo genere loquendi ſæpe utitur Livius. *In agro Sabino conceſſiſſe.*) Conſediſſe. *Quin ipſi Galli ſi offerantur, illo loco ſe ita pugnaturos.*) Vetuſta lectio veſtigia certa continet germanæ lectionis, in veteribus enim libris aliquot eſt. Quin ipſi ſibi Galli ſe offerant, puto autem legendum: Quin ipſi ſibi Galli ſe offerant, ibi autem intelligit, ad aliam. *Præter caſtra prælati.*) Perlati legendum eſt potius, alioquin Præter vacat ut in libro quincto: Effuſa fuga caſtra ſua prælati. *Die XX. quam creatus erat Dictatura ſe abdicavit.*) Nil emendatius hac eſſe oratione videtur, cum tamen, ſi veteres libros attendamus, turpiſſimè depravata ſit, in quibus ita eſt: Duodeviceſimo quam creatus fuerat Dictatura ſe abdicavit. Item. Duodeviceſimo quam creatus fuerat die Dictatura ſe abdicavit. Quod magis probatur, prior enim ſyllaba vocis, Dictaturæ, in errorem impuliſſe librarium videtur, ut vocem: Die, omiſerit. Hæc autem ſi germana lectio eſt, accipien-

(65) Glareanus non ait corruptum locum, ſed obſcurum ac ſuſpectum.

piendum eſt dictum eſſe, duodeviceſimo die, pro XXII. die, ſic enim antiquos locutos eſſe docet Nonius his verbis: Duodeviceſimo, ita ut: Duodecimo: Varro humanarum rerum libro XVI. Mortuus eſt anno duodeviceſimo, rex fuit XXI. Cato quarto originum: Inde duodeviceſimo anno poſt dimiſſum bellum, quod IV. & XX. annos fuit. Quamquam Gellius lib. V. cap. IV. ſuperius exemplum ex Fabii annalibus profert ita: Mortuus eſt anno duo, & viceſimo, rex fuit anno viceſimo primo. (66) *Plebs C. Sextilium, M. Albinum.*) Vet. lib. M. Albinium, optime, eſt enim è plebe. *Cujus & ipſos poſt modo & Patres, qui dederant, pœnituit.*) Vet. lib. Poſtmodum. *Utrobique proditæ temeritate, atque inſcitia res.*) Veteres lib. Prodita. *Eodem anno etiam ipſis querentibus penuriam hominum, novi coloni adſcripti.*) Deſideratur coloniæ nomen. Nam de Præneſtinis rebellantibus intelligi non poteſt. Ne de Satrico quidem, & Valitris; neque enim ſyllabas habent, quæ erroris cauſſam tribuere librario potuerint. Itaque ego ſine dubio legendum puto: Eodem anno Setiam ipſis querentibus. Setiæ enim coloniæ poſt Satricum deductæ meminit Vellejus lib. I., & Livius lib. VII. extremo Norbam, & Setiam finitimas colonias vocat, cum tamen quo anno deducta Setia ſit, nuſquam apud eum exſtet. Quod autem Novi coloni dicat de iis, qui tum primum deducti ſint, non eſt mirum. Etenim ſic locutus eſt ſupra. Norbe in montes novam coloniam miſerunt, & Pedian. in Piſon. Pompejus non novis incolis eas conſtituit, ſed veteribus incolis manentibus jus dedit Latii. Item, Placentiam novi coloni deducti ſunt. *Q. Servilio II. Licinio Menenio III.*) Pro Licinio Menenio III. legendum puto: C. Licinio, me in hanc ſententiam ducit Diodorus, qui quatuor hujus anni Tribunos militum his nominibus edit: [illegible]. Item Livius, qui poſtea C. Licinium eum, qui primus è plebe Magiſter equitum fuit, Tribunum militum ſcribit fuiſſe, neque tamen quo anno fuerit, exſtat, niſi hoc anno dicamus. Item quod idem ſequenti anno Tribunos militum, patricios omnes à plebe invita factos ſcribit, quaſi vero hoc ipſo non omnes fuerint, ſiquidem C. Licinius è plebe fuit. Quod verò in veteribus etiam libris legatur Licinio Menenio III. cauſam attulerunt imperiti illi emendatores veteres Nicomachus, & Victorianus, qui quia ſcripſarant, bis Licinium Menenium ante Tribunum, hoc etiam loco inſcite ſcripſerunt, ubi in Licinium inciderunt, & de ſuo III. addiderunt, itemque Menenium. *Duobus millibus inde aberat.*) Vet. lib. Duo millia paſſuum inde aberat. *Quam nec honos, nec gratia intrare poſſet.*) Vet. lib. In quam nec. *Alteram de modo agrorum, ne quis plus quingenta jugera agri poſſideret.*) Hujus legis meminit his verbis Varro libro primo de re ruſt. Nam Stolonis illa lex, quæ vetat plus quingenta jugera habere Civem Romanum. *Tertiam ne Tribunorum militum comitia fierent, Conſulumque utique alter ex plebe crearetur.*) Repone, ut eſt in Vet. lib. Ne Tribunorum militum comitia fierent, ſed Conſulum, & ut utique alter ex plebe crearetur. Ita enim fit, ut hujus legis duo capita eſſent, unum, quo Tribuni militares abrogarentur; alterum, quo Conſulatus plebejus conſtitueretur. *A. & C. Valerii.*) Legendum eſt P. & C. Valerii. Id docent Capitolina fragmenta in quibus eſt, Poplicola V., Ex quo apparet P. Valerium Poplicolam eſſe, qui quater ante Tribunus militum fuit, & poſt etiam VI. traditur eſſe à Livio. Quæ res in magnum errorem Glareanum induxit, ut annum ibi ſine cauſſa interjiciendum eſſe putarit. (67) *C. Veturius, A. & M. Cornelii.*) Quia antea legebatur, C. Veturius, M. Aulus, M. Cornelius, propterea probo conjecturam Glareani, quæ eſt ut legatur. C. Veturius II. A. & M. Cornelii. Nam C. Veturius ſemel ante fuit. A. autem & M. Cornelii infra iterum eſſe dicuntur, quorum alter Coſſus eſt, alter Maluginenſis. *An placeret fœnore circumventam plebem, ni potius quàm ſortem creditum ſolvat, corpus in nervum, ac ſupplicia dare.*) Glareanus tollendam vocem putat illam: Ni, & immerito, ſenſus enim eſt, placeret ne plebem, ni prius uſuram, quàm ſortem ſolvat, vinculis adſtringi? (*) *Repleri vinctis nobiles domos.*) Vet. lib. Nobilium domos. *An jam memoria exiſſe.*) Hic locus, quem alii aliter interpungunt, ſic mihi videtur legendus, atque interpungendus: An jam memoriâ exiſſe, cum Tribunos militum iccirco potius, quàm Conſules creare placuiſſet, ut & plebejis pateret ſummus honos, IV. & XL. annis neminem ex plebe Tribunum militum creatum eſſe? Quis crederet duobus ne in locis ſua voluntate impertituros plebi honorem, qui octona loca Tribunis militum creandis occupare ſoliti ſint? *IV. & XL. annis neminem ex plebe Tribunum militum creatum eſſe.*) Reprehendit hunc numerum Glareanus, ut alios multos, quod à primis Tribunis militum uſque ad hunc annum multo plures numerentur anni, quam XLIV. itemque quod ſæpius quam quater & quadragies fieri ex plebe Tribuni militum potuerint. Verùm injuſta accuſatio eſt. Mens enim auctoris eſt hæc: Quater & quadrigies Tribunos militum ex patriciis ſolis factos eſſe nullo admiſto plebejo. Hinc error natus eſt Sex. Rufi, qui ſcribit Romam ſub Tribunis mil. Conſulari poteſtate fuiſſe an. XLIII. Quamquam re diligenter inſpecta, ne patricios quidem ſolos in hoc Magiſtratu fuiſſe reperire poſſum, niſi annos duos, & quadraginta. *Ex Plebe cœptos creari?*) Tolle notam interrogationis. *Et uti rogaſſent primæ Tribus dicerent.*) Veteres libri habent: Uti rogas, non ſolùm hoc in loco, ſed etiam lib. X. ubi ait Livius: Hanc legem uti rogaſtis jubendum cenſeo, & recte. Fuit enim, Uti rogas, vox, aut tabella, qua Populus rogatus in jubendo, ſciſcendoque aliquid, utebatur, de qua Cicero lib. II. de Legibus: Suade igitur iſtam ipſam legem, ut ego, Uti rogas, poſſim dicere (ſic enim legendum eſt, non ut legitur, Edicere.) Idem ad Attic. lib. I. Tabellæ miniſtrabantur ita, ut nulla daretur, Uti rogas. Itaque apud Livium lib. XXX. De pace uti rogaſſent omnes Tribus juſſerunt, legendum eſt, Uti rogas. Et lib. XXXI In ſuffragium miſſi, uti rogarat, bellum juſſerunt: Uti rogas. Has autem voces cum mendosè eſſe animadverterent ii, qui ante me Li-

(66) Ne hic Sigonius oſtendit ſe quoque errare poſſe, cùm Livius lib. I. de Tarquinio Priſco dicat duodequadrageſimo fermè anno, ex quo regnare cœpit Tarquinius. Quis neſcit pro XXXVIII. anno dictum?

(67) Glareanus alias adducit rationes, quæ non diluuntur, ut fieri oportebat.

(*) Glareanus non ſimpliciter aſſerit hoc, ſed ſibi videri abeſſe poſſe clariore ſenſu.

Livinm emeadarunt, Uti rogata eſt, Uti rogatæ eſſent, Uti rogati eſtis, corrigendum ſine ratione putarunt. *Et interceſſionem ſeceſſione quondam plebis partam nobis eadem vi factus irritam, qua peperiſtis.*) Vobis habent manuſcripti, & recte. *Dictator interceſſioni adero.*) Vet. lib. Interceſſioni veſtræ adero. *Sacramento omnes juniores adacturum, exercitum ixtemplo ex Urbe deducturum.*) Vet. lib. Eaereitumque extemplo educturum. *Et quod uſque ad memoriam noſtram Tribuniciis, Conſularibuſque certatum viribus ſit, Dictaturæ ſemper altius faſtigium fuit.*) Deſideratur voa una, ſine qua ſtare hæc ſeotentia non poteſt, quam diu a me quæſitam via in uno tandem manuſcripto libro reperi. Et qnod quoties uſque ad, at malim illam poſtponi, ſic: Et quod nſque ad memoriam noſtram, quoties Tribuniciis. *De Plebejo Conſulatn antiquabant.*) Vet. lib. De plebejo Conſule. *Ni Tribuni ſe.*) Vet. lib. Ni Tribuni plebis ſe. *C. Licinio, qui Tribunus militum fuerat, Magiſtro iquitum de plebe.*) Hic non eſt C. Liciniut, qui Tribunatus pl. novem per hos annos geſſit eum L. Seatio, ut tradit Plutarchus in Camillo. Nam de eo vel hoc etiam anno Tribuno plebis, ita ſuggerit Livius: Licinius, Seatiuſq; cum Tribunorum plebis creandorum indicta comitia eſſent, ita ſe gerere, ut negando jam ſibi velle continuari honorem, acerrimè accenderent ad id quod diſſimulando petebant, plebem, paulloque poſt iidem loquuntur. Jam nec collegas, nec bellum, nec Dictatorem obſtare, quippe qui etiam omen plebejo Conſuli Magiſtro equitum ea plebe dicendo dederit. Cum autem non exſtaret annus apud Livium, quo Tribuoatum hic militum cepiſſet, eum ipſum ſupra ea Diodori auctoritate tradidi. Eſt autem veriſimile, ſi Livius Licinium Tribuaum plebis intellexiſſet, noo: Qui Tribunus militum fuerat, ſed Qui Tribuous plebis erat, dicturum fuiſſe. Quod ne animadvertit quidem etiam Glareanut. *Deinde comitiis Tribuniciis declararent voluntatem.*) Tribunicia vocat comitia, quibus plebs mandare Tribunatnm plebis Licinio, Sextioque cupiebat. Quare non eſt, cur Tributis legamus, ut placet Glareano. *Succlamare bona venia veſtra liceat.*) Hæc verba ita interpungenda ut appareat; Bona venia veſtra &c. eſſe Appii ſucclamantis, ſic: Succlamare; Bona venia. *Non, inquit, licebit tu de fœnore atque agris.*) Fœdata pulcherrima ſententia eſt ab iis, qui eam non percipientes, non recte diſtinxerunt, ſic enim accipiendum eſt, ut illæ voces: Non, inquit, licebit, ſint Licinii reſpondentis Appio ſucclamanti. Reliqua verò: Tu de fœoore &c. ſint Appii, Licinium ex ejus reſponſo arguentis: Quare ſic ſcribe: Non, inquit, licebit Tu de fœnore, &c. Contra ſenſit Glareanus. *Ut Sextium.*) Vet. lib. Uti Sextium, ex quo colligi poteſt legendum: Ut L. Sextium. *Videas, aut omnia accipe, aut nihil fero, ut ſi quis ei, quem urgeat fames.*) Adde notam interrogationis voci, Videas? Quæ ſequuntur verba. Aut omnia accipe, aut nihil fero, verba ſnnt Licinii Tribuni pl. ab Appio recitata per μίμησιν, perinde atque illa. Non, inquit, licebit. Jam verò illa: Ut ſi quis ei, quem urgeat fames, ſunt Appii coarguentis Licinii ſententiam illam: Aut omnia accipe, aut nihil fero. *Rogationibus tuis.*) Adde notam interrogationis. *Quid eſt dicere aliud, quia indignos veſtra voluntate.*) Vet. lib. Quid eſt dicere aliud, niſi quia indignos &c. *Eſt aliquis ſe æſtimari faſtidiat.*) Et hæc, & quæ ſequuntur verba ſine interrogatiune legenda ſunt. *De Decemviris ſacrorum ex parte de plebe creandis pertulere.*) Vet. lib. Legem pertulere. *T. Quinctium Pennum.*) Pennum, ex Capitolinis lapidibus. *Cum quo provocatus manus conſeruit.*) Vet. lib …aoum. Hoc autem anno in Albano agro cum Gallis Dictatore M. Furio ſigna collata. Hac de re ſic Polybius lib. II. [illegible]. Hoc tamen à Livio diſcrepat; nam à Roma capta ad huuc annum non XXX., ſed XXIII. apnd Livium numerantur. *Prope ſeceſſionem plebis, terribileſque alias minas civilium certaminum venit.*) Vet. lib. Prope ad ſeceſſionem: Probo. Nam libro VIII. ait: Prope ad ultimum dimicationis ventum eſt, & libro X. Quam prope ad ultimum diſcrimen nuper ventum foret.

In Epitomen Libri Septimi.

DUo novi Magiſtrat. adjecti ſunt.) In Vet. lib. non eſt vox, Novi, & ſine ea ſenſus ſtare poteſt. *A. M. Pompejo Tribuno pl.*) Lege, M. Pomponio, ex Livio, & Cicerone. *Propter delectum acerbè factum.* Vet. lib. Actum. *Filium relegatum.*) Vet. lib. Filium rut relegatum, recte, ſic enim Livius. *Tunc omnia pernicioſa omiſſa ſunt. In patentem voraginem urbis Romæ Curtius armatus equo ſi præcipitavit.*) Hic locus ita legendus: Tunc omnia pretioſa miſſa ſunt in patentem voraginem urbis Romæ, in eam Curtius &c. Quam lectionem veteribus in libris ſe recepiſſe mihi affirmavit juvenis eruditiſſimus Claudius Puteanus, & Livius ipſe comptobat, cum ſcribit: Donaque, ac fruges ſuper eum à multitudine virorum, ac mulierum congeſtas. *Manlius adoleſcens.*) Vet. lib. T. Manliut. *Plus quingentorum jugerum.*) Ant lege Plus quingeota jugera, nt Livius, aut, Plus quingentis jugeribus, nt in epit. lib. VI. *Corvini nomen.*) Corvi nomen, ut poſt dicam. *P. Decii Tribuni.*) Vet. lib. P. Decii Muris Tribuni. *Id Jugum, in quo Samnites ſiderant.* Vet. lib. Conſederant. *Milites, qui Capuæ in præſidio erant relicti, cum de ea occupanda Urbe conſpiraſſent.*) Vet. lib. Cum milites Romani, qui Capuæ in præſidio erant relicti, de ea occupanda Urbe conſpiraſſent. *Corvinum Dictatorem.*) Corvum, ut dicam. *Patriæ reſtituti ſunt.*) Præter hæc adde: Res præterea contra Hernicos, & Gallos, & Tiburtes, & Privernates, & Tarquinienſes, & Samnites, & Volſcos proſperè geſtas continet, ſic enim eſt in Vet. lib., atque ita eſt apud Livium.

In Librum Septimum.

ANnus hic erit inſignis novi hominis conſulatu.) Novut homo apud Livium dicitur, & it, qui Magiſtratum capit, quem non antea geſſit, & qui primus ea familia ſua curulem Magiſtratum cepit. Priore modo locutus eſt lib. XXII. Nec cuiquam eorum præter Terentium Conſulem, erat mandatus honos, quem jam non antea geſſiſſet, prætetitis aliquot fortibus, ac ſtrenuis viris, quia in tali tempore nullus novis Magiſtratus videbatur mandandus. Poſteriore, hoc loco: Hominem enim novum L. Seatium plebejum vocat, qui primus è gente ſua curulem Magiſtratum Conſulatum cepetit. Novis autem hominibus Nobiles opponuntur, & Novitati Nobilitas. Nobiles autem ii dicti, qui majorum ſuorum habent imagines. Imagines autem ſui ponere, ac poſteris tradere non

poſſunt niſi qui curulem Magiſtratum geſſerunt, quorum primus erat ædilitas. Qui Magiſtratus quoniam ſolis patriciis primum patuerunt, icirco ſoli patricii Nobiles primum appellati. Ubi vero plebi honores etiam curules ſunt communicati, tum plebeji etiam Nobiles nominati ii, qui majorum ſuorum imagines haberent. Eſt autem imago (auctore Polybio lib. VI.) ſimulacrum oris ſimilitudinem affabre, miroque artificio effictam coloribus, pigmentiſque adumbratam referens, quam in inſigniori, ac celebriori domus parte collocabant. De jure autem ponendarum imaginum ſic Cicero in Verrem: Ego me ob ædilitatem mihi delatam adeptum eſſe intelligo antiquiorem in Senatu ſententiæ dicendæ locum, togam prætextam, ſellam curulem, jus imaginis ad memoriam, poſteritatemque prodendam, & contra Rullum. Eſt hoc in more poſitum, Quirites, ut ii, qui beneficio veſtro imagines familiæ ſuæ conſecuti ſunt, eam primam habeant concionem, qua gratiam beneficii veſtri cum ſuorum laude conjungant. Eſt autem conſequi imagines familiæ, Magiſtratus curules à majoribus ſuis item geſtos capere, & poſt. Me hominem novum Conſulem feciſtis. Item: Mihi apud vos de meis mejoribus dicendi facultas non datur, non quod non tales fuerint, quales nos illorum ſanguine creatos, diſciplinisque inſtitutos videtis, ſed quod laude populari, atque honoris veſtri luce caruerunt: Item. Quemadmodum cum petebam nulli me vobis auctores generis mei commendarunt, ſic, ſi quid deliquero, nullæ ſunt imagines, quæ me a vobis deprecentur, & in Piſonem. Commendatio fumoſarum imaginum, & Livius lib. I. Ancus Marcius nobilis una imagine Numæ, & Pædianus in oratione in Toga. Cicero competitores quatuor plebejos habuit, ex quibus duo Nobiles, duo qui tantum non primi ex familiis ſuis Magiſtratum adepti erant, & Liv. lib. XXII. Nec finem ante belli habituros, quam Conſulem vere plebejum, ideſt hominem novum feciſſent; nam plebejos nobiles jam iiſdem initiatos eſſe ſacris, & contemnere plebem, ex quo contemni deſierint à Patribus. *Patres Præturam Sp. Furio M. Filio Camillo dederunt.*) Hic M. Camilli quinquies Dictatoris filius fuit, auctore Suida, qui ita ſcribit in voce, Πραίτωρ. [illegible] *Suarum gentium viris gratiæ anteſtri ceperunt.*) Vet. lib. omnes. Dederunt, ſic poſt: ab patribus L. Cornel. Scipio Conſul datus. *Collegam Conſulibus.*) Prætor Collega Conſulum dicebatur, quod iiſdem auſpiciis crearetur; auctore Meſſalla apud Gellium lib. XIII. cap. XIV. *Cenſorem &c. mortuos ferunt.*) Nomina Cenſorum per hos annos edit nulla Livius; in Capitolinis tabulis eſt, Poſtumius Albinus Regillenſis, & C. Sulpicius Pæticus. Albinus procul dubio mortuus. Nam de Pætico poſt magna mentio fit. *Par deinde per quinque, & triginta annos.*) Libri veteres, Viginti quinque; egregiè, tot enim à Roma capta ad hunc uſque annum numerantur, i. ab anno CCCLXV. ad annum CCCXC. (68) *T. Sulpicio Petico.*) Lege, C. Sulpicio Pætico ex lapidibus Capitolinis, ex Diodoro, Caſſiodoro, omnibus.

(69) *Nam Circi modo ſpectaculum fuerat.*) Hoc quid ſit declarat Valerius libro II. cum ait. Itaque placandi cœleſtis numinis gratia compoſitis carminihus vacuas aures præbuit, ad id tempus Circenſi ſpectaculo contenta, quod primus Romulus raptis Virginibus Sabinis Conſualium nomine celebravit. *Quia Hiſter Tuſco verbo ludio vocabatur.*) Quidam libri Hiſtrio habent, at Plutarchus etiam in Problematis à Tuſcis ἵστρον vocatum ſcribit, ut recte Hiſter legatur. *Non ſicut ante Feſcennino verſu ſimilem incompoſitum temere, ac rudem alternis jaciebant.*) Hic locus partim librariorum vitio, partim antiquitatis ignoratione obſcuriſſimus eſt. Habent tamen libri veteres impreſſa aliqua veſtigia veræ lectionis. Nam in quibuſdam eſt: Feſcenino ſimilem verſu incompoſitum temere. Quibus adductus ſum, ut credam legendum eſſe. Feſcenino ſimilem verſum, compoſitum temere, itant prima ſyllaba vocis, Incompoſitum, ſit ultima litera vocis verſum. Quid enim ſignificat verſus incompoſitus temere? Eſt autem ſenſus. Primum ludiones ex Etruria acciti ſine carmine ad tibicinis modos ſaltarunt; poſt verſus ſed inconditi, & motus à voce non abſoni acceſſerunt, tum diligentia quoque major adhibita eſt. Non enim Feſcenino ſimilis verſus, temere compoſitus, ac rudis, ut ante allatus eſt, verum deſcripto ad tibicinem cantu, ſaltuque congruenti ſatyras peregerunt. Quo fit ut mos ille explicetur, qui ab Ariſtotele in Poeticis recitatur. Veteres nimirum hiſtriones imitatos eſſe ῥυθμῷ, ἁρμονίᾳ, καὶ λόγῳ, .i. ſaltu, concentu, & verſo. (70) *Qui ab Satyris auſus eſt primus argumento fabulam ſerere.*) Hanc ſententiam his verbis tradidit Valerius libro II. Paullatim deinde ludicra ars ad Satyrarum modos perrexit, à quibus omnium primus Poeta Livius ad fabularum argumenta ſpectantium oculos, & animos tranſtulit, iſque ſui operis actor, cum ſæpius à populo revocatus vocem obtudiſſet, adhibito pueri, & tibicinis concentu geſticulationem tacitus peregit. *Diverbiaque tantum ipſorum voci relicta.* Hinc eſt, quod ait Donatus in Andr. Diverbia à ſolis Hiſtrionibus fuiſſe pronunciata. Hiſtriones enim videtur vocare eos tantum, qui canerent, non qui item ſaltarent, aut tibias inflarent. Quaſi verò intelligendum ſit, in Canticis rem actam eſſe tibiis, ſaltu, & verſo, in diverbiis autem verſu tantummodo; id quod veteres Latini, aſſa voce dixerunt. Diverbia partes comœdiarū ſunt, auctore Diomede, in quibus plures perſonæ verſantur; Cantica, in quibus una tantum. *Quæ inde exodia poſtea appellata.*) Exodia idem ſunt, atque apud Ariſtotelem in Poeticis, Epiſodia, hæc, quod extra rem ſint, illa, quod rei inſerantur, appellata. Etenim Suidas ait: [illegible] δράματος. Item: [illegible] Sic Livius vocat, Ridicula intexta verſibus, Conſertaque fabellis potiſſimum Atellanis. Nonius Marcellus exempla ſæpe profert ex fabula Novii Poetæ comici, Exodio, *C. Genutio.*) Cn. Genucio, ex tabulis Capitolinis, & Diodoro, qui γνάιον γενύκιον edit. *Repetitum ex ſeniorum memoria dicitur.*) Hac de re nihil ante tradidit. *Notam numeri fuiſſe ferunt.*) Scilicet,

(68) Hoc Glareanus ante Sigonium notavit, ſed hoc obiicet.

(69) Et hoc quoque Glareanus annotavit.

(70) Hunc locum reprehendit Robortellus lib. 2. emendationum cap. 33. concedens ea quidem ſe ita habere quæ ab Ariſtotele exponuntur, at ſimul oſtendens aliud eſſe quod ab Andronico factum Livius ſcribit. Cùm enim unus eſſet qui imitaretur cantu & ſermone, ſeparare is cœpit, quia impediri illum qui duo ſimul faceret, videbat; Ariſtoteles verò hiſtoriones tres fuiſſe introductos. Primùm a Sophocle, qui ſermone imitarentur, ut hic eſſet primarum partium, alter ſecundarum, tertius tertiarum,

cet, ut quotanni, tot clavi numerarentur. Quod Glareano obſcurum videtur; cum tamen ſcribat Feſtus. Clavus annalis appellatur, qui figebatur in parietibus ſacrarum ædium per annos ſingulos, ut per eos colligeretur numerus annor. *Quia numerus Minervæ inventum ſit.*) Vet. lib. A Minerva inventus ſit. *Volſinus.*) Vulſinus, ex vet. lib., & Capitolinis lapidibus. *Perinde ac Reipublicæ gerendæ, ac non ſolvendæ religione gratia creatus eſſet.*) Non poſſum non vehementer diſſentire à Sigiſmundo Gelenio, qui, cum antea legeretur: Rei gerendæ, ac non ſolvendæ religionis gratia, & recte legeretur, emendavit, Reip. gerendæ, ac non ſolvendæ religione gratia. Diſſentio autem ab eo non ſolum, quod à veterum auctoritate librorum, ſed etiam quod ab ipſa ratione alienam attulit lectionem. Neque enim Dictatorem umquam traditum eſt creatum eſſe Reip. gerendæ cauſſa, ſed Rei. Rem autem gerere eſt bellum Reip. cauſſa gerere. Itaque cum aliis multis de cauſſis Dictator creari ſolitus fuerit, hæ tamen duæ præcipuæ ſemper habitæ ſunt, pacis & foris, & domi præſtandæ. Quorum illud Rei gerendæ dixerunt, hoc, Seditionis ſedandæ, quemadmodum ex Capitolinis Dictaturis intelligi poteſt. Neque vero ſolum Rei, ſed etiam Belli gerendi cauſſa inquit Livius, ut lib. VIII. extremo; Id ambigitur belli ne gerendi cauſſa creatus ſit, & lib. XXXIV. Novumque Imperatorem rei gerendæ cauſſa ex Italia veniſſe. Solvere autem Religione, & Religionem non ſunt idem. Nam illud eſt liberare eo officio, quo per religionem tenemur; hoc præſtare illud, quod ipſi ut faciamus, noſtra nos religio admonet. *Sanguine ipſo ſuo exerceret.*) Vet. lib. Sanguine ipſe ſuo. *Quod naturæ damnum utrum nutriendum patri, ſi quidquam in eo humani eſſet, an caſtigandum, ac vexatione inſigne faciendum.*) Glareanus ſine veterum libror. auctoritate ita legendum putat. Utrum nutriendum patri, ac vexatione inſigne faciendum, an caſtigandum potius, ſi in eo quidquam humani fuiſſet? Quæ lectio alienam edit ſententiam ab ea, quæ vulgata continetur, quæque Germana videtur. Induxit autem eum in hunc errorem, quod ignoravit, quemadmodum filiorum vitia à patribus nutrirentur. Qua de re Horatius Satyra III.

At pater ut gnati, ſic nos debemus amici
Si quod ſit vitium, non faſtidire Strabonem
Appellat pætum pater, & pullum male parvus.
Si cui filius eſt, ut abortivus fuit olim
Siſyphus, hunc varum diſtortis cruribus, illum
Balbutit ſcaurum pravis vultum male talis.

Eſt igitur ſenſus. Nutriendum potius fuiſſe patri vitium filii pro humanitate ejus, quam relegatione caſtigandum, atque inſigne faciendum. Nutrire autem dixit Livius, quod Horatius non faſtidire. *Ad M. Pomponium Tribunum pergit.*) Vet. lib. Tribunum plebis pergit. *Ad conciliandum gratiam.*) Vet. lib. Ad conciliandam gratiam. *Cum eo anno primum placuiſſet Tribunos militum ad Legiones ſuffragio fieri.*) Eo modo dixit Tribunus militum ad Legiones, quo Cicero: Cum in Africam veniſſem Tribunus militum ad quartam Legionem, libro ſexto de Republica. *Nam & antea ſicut nunc, quos Ruſulos vocant, Imperatores ſibi faciebant.*) Feſtus item. Ruſuli appellabantur Tribuni mil. tum à Conſule facti, non à populo, de quorum jure, quod Rutilius Rufus legem tulerit, Ruſuli, ac poſt Rutuli ſunt appellati. *Nunc fama rerum ſtandum eſt.*) Corrige, Fama. Etenim cum dicimus Stare pactis, ſtare promiſſis, & ejuſmodi, caſum auferendi uſurpamus, non dandi. Sic Livius in extremo octavi: Nec quiſquam æqualis temporibus illis Scriptor exſtat, quo ſatis certo auctore ſtetur. *Deinde ut eveniret res, ita communicatos honores proſpere aut Cæcus conſulto habitura.*) Vet. lib. Perinde ut eveniret. Item. Probe aut ſecus. *Ab inſciis, quem interfeciſſent, occideretur.*) Vet. lib. Quem interficerent. *Crearent conſules ex plebe.*) Vet. lib. Conſulem. Siquidem lata lex erat, ut alter utique ex plebe Conſul crearetur. *Quia diſſuaſerat legem.*) Vet. lib. Legem in concione. *Neque ſegnius ad hoſtes bellum apparatur.*) Veteres lib. alii habent: Neque ſegnius apud hoſtes bellum apparatur alii. Neque ſegnius & hoſtes bellum apparant: Utrumque probe magis, quam quod vulgo legitur. *Clamore provolant ante ſigna.*) Scribe ex veteribus libris: Clamore ingenti provolant ante ſigna. *Quidquid hinc aut illinc communis Mars bello aufert.*) Quanquam veteres omnes libri habent, bello, corrigo tamen, belli: Eſt enim hæc locutio Livio familiariſſima, cujus ex plurimis pauca exempla ſubjiciam, lib. IIX. Affirmando communem vere Martem belli utramque aciem pari cæde proſtraviſſe, & lib. X. Quamquam communis adhuc Mars belli erat, & lib. XXIIX. Quid quod in Africa quoque Mars communis belli erit? & lib XXX. Martem belli communem propone animo, & lib. XLII. Quam incertus fortunæ eventus, communiſque Mars belli ſit. *Agmenque fugientium ab ſignis, cum præter mœnia eorum infrequentia ſigna conſpecta eſſent, fuſum, ac per agros trepida fuga palatum eſt.*) Nullum habet vitium hic locus, contra atque cenſet Glareanus, ſenſus eſt, cum ſigna Hernicorum prope mœnia oppidi conſpecta eſſent deſerta ab ſuis, agmen eorum, qui ab ſignis fugerant, fuſum, fugatumque eſt. Signa autem infrequentia vocat, quæ militum frequentia non eſſent ſtipata, ſic lib. IX. locutus eſt. (71) *Cum L. Sulpicius.*) C. Sulpicius legendum, ex priore hujus Conſulatu, partim Liviano, partim Capitolino, item ex Diodoro, & Caſſiodoro, & ceteris. *Tyburtes.*) Tibur, & Tiburtes ſcribendum litera, i, ex veteribus libris, & lapidibus Capitolinis, & Græcorum monumentis. *Galli ad tertium lapidem Salaria via trans Pontem Anienis.*) Glareanus Falaria legit bis verbis. Falarienſium meminit Plinius lib. III. cap. XIII. in Picenis, quod melius quadrat, quàm Salaria via, ut quidam habent Codices. Quæ autem affert Glareanus, portenti ſimilia ſunt. Nam de Salaria via ita Feſtus lib. XVII. Salaria via Romæ eſt appellata, quia per eam Sabini ſal à mari deferebant, & lib. X. Lucaria feſta in luco colebant Romani, qui magnus inter viam Salariam, & Tiberim fuit, pro eo, quod victi à Gallis fugientes è prœlio ibi ſe occultaverunt. Hinc tertium Gallorum motum nominat Appianus in Celtico T. Quinctio duce compreſſum. *Sergium Cornelium.*) Ser. Cornelium, perſpicue. *Recipiunt ſe inde ad ſtationem.*) Melius in Vet. lib. Recipiunt ſe inde ad ſtationem ceteri. *Et (quoniam id quoque memoria dignum antiquis viſum eſt) linguam etiam ab irriſu exerentem.*) Inter antiquos fuit etiam Q. Claudius Quadrigarius, qui in primo annalium, teſte Gellio, hanc pugnam deſcribens, ita ait: Deinde Gallus irridere cœpit, atque linguam exertare.

(71) Glareanus nullum vitium hic eſſe ait, ſed locum obſcurum, ut eſt.

rare. *Tot circa mortalium animis ſpe, metuque pendentibus.*) Animi, non animis legi oportere, exiſtimat idem, quem ingenio dixi excellere, Florebellus, ut fit: Tot mortalibus pendentibus animi ſpe, metuque & illud exprimatur, quod eſt lib. VIII. Tot populos inter ſpem, metumque ſuſpenſos animi haberis. *Cum ſcuto ſcutum imum perculiſſet, totoque corpore interior periculo vulneris factus inſinuaſſet ſe inter corpus, armaque, uno alterove ſubinde ictu ventrem, atque inguina hauſit.*) Obſcurum quia cenſet eſſe hunc locum Glareanus, ejus ſenſum exponam. (72) Manlium ait, eum ſcuto ſcutum imum Galli percuſſiſſet, toto corpore, ne à Gallo vulneraretur, Gallum ipſum ſubiiſſe, & proxime ad eum acceſſiſſe, ita ut ſe inter corpus Galli, & ſcutum ejus implicaret. Sic enim Q. etiam Quadrigarius in primo annalium, auctore Gellio, à quo hujus pugnæ deſcriptio ſumpta à Livio eſt. Manlius iterum ſcuto ſcutum percutit, atque de loco hominem iterum dejecit, eo pacto ei ſub Gallicum gladium ſucceſſit, atque Hiſpanico pectus hauſit. *Torquati nomen auditum.*) Lege, Additum, ex Vet. lib. *Celebratum deinde poſteris etiam, familiæque honori fuit.*) Vet. lib. Poſteris, & familiæ honori fuit. *C. Petilius Balbus.*) Capitolini lapides hunc C. Pœtilium Libonem vocant. *Fuga Tibur ſicut arcem belli Gallici petunt, palati à Conſule Pœtelio haud procul Tibure excepti.*) Suſpicor legendum eſſe: Fugati Tibur; nam ſubſequitur, Palati. Syllaba quidem prima vocis Tibur errorem probabiliorem mihi reddit. *Egregiè cum ab Dictatore, tum ab Conſule geſta eſt res.*) Vet. lib. Egregiè tum ab Dictatore, tum ab Conſule res geſta eſt. *Hernicos devincit.*) Vet. lib. Devicit. *Recepiſſe ſe in Urbem.*) Vet. lib. Intra Urbem. *Tumultum exciere in hoſtium portis.*) Quidam legunt: Excire, at Exciere infinitivus verbi Excieo, eſt in veteribus libris. *M. Popilio Lenate.*) Ex Capitolinis tabulis, M. Popillio Lænate ſcribendum eſt. Diodorus item μάρκον ποπίλιον λαινάτην Conſulem vocat. Duxit autem cognomen à læna, ut ait Cicero in Bruto: M. Popilius Lænas Conſul cum eſſet, eodemque tempore ſacrificium publicum cum læna faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebis contra Patres concitatione & ſeditione nunciata, ut erat læna amictus, ita venit in concionem, ſeditionemque cum auctoritate, tum oratione ſedavit. Livius item hoc anno orientem ſeditionem inter Patres, & plebem metu Tiburtini belli compreſſam ſcribit. *Ad hoc multorum inſcitia.*) Vet. lib. Ad hæc. *Tarquinienſes fines Romanos, maxime qua ex parte Etruriam adjacent, peragravere.*) Vet. lib. Qua ex parte Etruria adjacet: probo. *Conſules C. Fabius, & C. Plautius.*) Diodorus μάρκον φάβιον, & γάϊον πλαύτιον edit. *Ex Fœdere vetuſto.*) Quod ictum cum Latinis erat victis ad lacum Regillum. Livius lib. II. *Gallos mox Præneſte veniſſe, & Dictatorem dici C. Sulpicium placuit.*) Hic eſt quartus Gallorum in Romanos impetus, C. Sulpicio Dictatore repreſſus, de quo ſic Appian. in Celtica. μετὰ δὲ βραχὺ κελτῶν ἕτερος στρατὸς ἐπῆλθε ῥωμαίοις, ὁ αὐτὸς γάϊος σουλπίκιος ἐνίκησε μετὰ τρόπου ἀγαθοῦ. *Si quis injuſſu in hoſtem pugnaſſet.*) Vet. lib. Injuſſu. Probe, ſic enim & lib. III. Populus injuſſu & altero die frequens ſupplicatum iit. *Nec in circulis modo fremere, ſed jam in principiis.*) Veget. lib. II. Principia principales milites ait fuiſſe, qui privilegiis muniebantur, ut Tribuni, Ordinarii, Aquiliferi. Hoc loco in principiis, eſt in cœtu principalium militum. *Obedientiſſimum militum.*) Vet. lib. Militem. *Noſtra quoque quidem ætate uſi ſunt.*) Inter ceteros C. Marium nominat Frontinus lib. II. qui contra Teutonas dimicaturus, jumentorum magnam partem inſtruxit, eaque agaſones, lixaſque conſcendere juſſit, ut per id facies equitatus objiceretur. Idem eodem in loco C. Sulpicii etiam meminit. *Ubi digreſſos repente viderunt.*) Degreſſos. Nam paullo ante dixit: Evadere in montes jubet. Item Non deſcenſuros in æquum Romanos. *Mulis ſtrata detrahi jubet, binisque tantum centunculis relictis agaſones partim captivis, partim ægrorum armis armatos imponit.*) Sic Frontinus lib. XI. de Mario: Agaſones lixaſque armatos ſimul ire juſſit, jumentorumque magnam partem inſtructorum cum centunculis, ut per hoc equitatus ſpecies objiceretur. Ex his locis centunculus videtur fuiſſe pannus, quo equi inſternebantur: Nam mulis & Sulpicius, & Marius centunculos addiderunt, ut ſpeciem equorum præberent. *A C. Pœtilio Tribuno pl.*) Pœtelio, ex Capitolinis lapidibus. *A fallaci equitum ſpecie, agaſonibuſque.* Vet. lib. Non habent vocem: Que, ita ut: Agaſonibus, appoſitive dictum ſit: Fallax enim equitum ſpecies, nihil aliud erat, quam Agaſones mulis impoſiti. *Ignominia populi Romani inſignitior fuit.*) Vet. lib. Inſignior. *M. Duellio, L. Menenio Tribunis pl.*) M. Duilio: L. Mænio, ut ante. *Ad bella nova priore anno deſtinata Faliſci quoque hoſtes exorti.*) Veteres quidam libri habent: Faliſci quoque novi hoſtes exorti: Verum non ſine menda. Non enim novi hoſtes Faliſci erant, quos ante domuerat Camillus: Suſpicor legendum: Noti hoſtes: ita ut vox Noti reſpondeat vocibus illis: Ad bella nova: De hoc bello Faliſcorum ſic Diodorus lib. XVI. ῥωμαῖοι δὲ πρὸς φαλίσκους συνεστήσαντο πόλεμον, καὶ μέγα μὲν οὐδὲν, ἀλλ' ἀξίας μνήμης ἐπετέλεσαν. *Nihil enim non per milites juratos in Conſulis verba, quamvis perniciosum populo, ſi id liceret, fieri poſſe.*) Lego: Ferri poſſe, quia de militibus, qui legem novo exemplo in caſtris tulerant, loquitur. *Inde terror maximus fuit, quod Sacerdotes eorum facibus ardentibus anguibuſque prælatis inceſſu furiali militem Romanum inſueta turbaverunt ſpecie.*) Obſcure hoc à Livio dictum eſſe ait Glareanus, at Frontinus lib. XI. cap. IV. iiſdem fere utitur verbis: Faliſci, & Tarquinienſes complutibus ſuorum in habitu Sacerdotum ſubornatis faces & angues furiali habitu præferentibus aciem Romanorum turbaverunt: Idem Vejentes, & Fidenates facibus arreptis fecerunt: De his autem ſic ſcribit Florus, quaſi rem exponens Fidenæ, quia pares erant ferro ad terrorem movendum facibus armatæ, & diſcoloribus ſerpentum in modum vittis furiali more proceſſerunt. Quod autem ait Florus de anguibus Fidenatum, id non eſt apud Livium, qui ſic loquitur lib. IV. Ignibus armata ingens multitudo facibuſque ardentibus tota collucens velut phanatico inſtincta curſu in hoſtem ruit. *Concitatur deinde nomen Etruſcum.*) Sic Diodorus lib. XVI. συμβάντος δὲ ταρκυνιήτας ῥωμαίους ἐπελθόντας πολλὴν τῆς πολεμίας χώραν, καὶ μάχῃ τῷ πλήθει καταδραμόντας ἐπανελθεῖν εἰς τὴν οἰκείαν. *Quia nec per Dictatorem.*) Vet. lib. Et quia nec per Dictatorem. *Intercedentibuſque Tribunis.*) Vet. lib. Tribunis plebis. *Quinctio*

tri-

(72) Sigonius quidem exponit, res tamen nihilominus manet in obſcuro: diſcutiat lector locum, & videbit Livium ipſum ex Quadrigarii imitatione hanc commiſiſſe obſcuritatem.

triceſimo.) Vet. lib. Quincto & triceſimo. *Ablato poſt nonum annum à plebe Conſulatu.*) XI. corrigendum eſt .i. undecimum, tot enim anni ſunt, ex quo plebejis patuit Conſulatus. Error ex notis natus eſt, IX. & XI. (73) *Medio in foro omnes virgis caſi.*) CCCLIIX. Tarquinienſes in foro Romæ cæſos ſcribit: at Diodorus CCCLX. ſic enim lib. XVI. [illegible] ἀγορᾷ. *Ut Samnites quoque amicitiam peterent.*) Diodorus his item Conſulibus fœdus inter Samnites, & Romanos factum ſcribit. *Si Plebejus jam Magiſtratus fiat Conſulatus, aut poſſidendum totum.*) Vet. lib. Si plebejus jam Magiſtratus Conſulatus fiat, aut totum poſſidendum. *Pro T. Quinctio M. Popillium Conſulem invenio.*) Diodorus etiam T. Quinctium edit Conſulem. *Nexumque inibant.*) ideſt operas in ſervitute pro pecunia, quam debebant, præbebant, auctore Varrone. *Verus belli terror invaſit.*) Vet. lib. Etiam verus belli terror invaſit. *Ea ne meritos crederet quiſquam hoſtes repente ſine cauſſa factos?*) Sententia, quæ obſcuriſſima Glareano viſa eſt, hæc eſt: Credibile ne eſſet, eos qui tam magna beneficia populo Rom. dediſſent, hoſtes ejus repente ſine cauſſa factos? Inde transfertur culpa aut in temeritatem eorum, qui feciſſent, aut in neceſſitatem. *Q. Publius, & T. Aemilius.*) Q. Publius, & Ti. Aemilius. De Publilio ſupradictum eſt. De Aemilio dicam haud ita multo poſt. *Cui Magiſter equitum adjectus L. Aemilius.*) Vet. lib. Magiſter equitum ei adjectus eſt L. Aemilius. *Tentatum domi per Dictatorem, ut ambo patricii Conſules crearentur, rem ad Interregnum perduxit.*) Rectus hujus orationis caſus eſt. Tentatum. Ejuſmodi forma dicendi uſus eſt ſupra: Diu non perlitatum tenuerat Dictatorem. *Quidam Kæſonem, alii K. cognomento Quinctio adjiciunt.*) Cæſo, & Kajus prænomina ſunt, non cognomina. Neque quiſquam qui latinè locutus ſit, alio unquam modo loquutus eſt, niſi fortaſſe viriatæ voces ſint, ut hoc loco; in antiquis enim libris legitur. Quidam Kæſonem, alii cognomen Quinctio adjiciunt. Quæ lectio veſtigia germanæ lectionis oſtendit, quæ eſt, alii C. nomen Quinctio adjiciunt. Depravatum eſt enim C. nomen, mutatumque primum in Conomen, poſt in Cognomen. Nomen autem, & prænomini, & cognomini congruit. (74) *Quin cum Manlio Nævio Cenſor Marcius crearetur.*) Si Marcius hic è plebe primus Cenſor factus eſt, ut ait Livius, profecto Manlius Nævius hic patricius ſit neceſſe eſt. Nam ambo ex plebe Cenſores ſero admodum fieri cœpti ſunt, cum autem Cenſores niſi ex Conſularibus fere crearentur, non eſt dubium, quin hic Manlius Cnæus Imperioſus ſit, qui Conſul ante fuit. Erroris autem cauſſam attulit prænomen Cnæus, quod antiqui Næum dixerunt. *Nullo terrore belli, ſed ne Licinia lex comitiis Conſularibus obſervaretur.*) M. Fabium non rei gerendæ, ſed comitiorum habendorum cauſſa creatum eſſe ſignificat, ne Conſul alter ex plebe ex lege Licinia fieret, ſed uterque patricius. Qua de lege lib. priore tradidit. *Gallicum bellum Popilio extra ordinem datum.*) Popilium item Appianus in Celtica egregie rem poſt Sulpicium geſſiſſe cum Gallis auctor eſt. *Poſtquam neque in æquum dimitti agmen vidit.*) Demitti legendum eſt, ut libro XXVII. In inferiorem campum equites Numidas Aſdrubal demiſit, & hoc libro paullo poſt. Quod totum in vallem infimam demitteret agmen. Idem error eſt, qui eſt in Digredi. Nam ubi de deſcenſu verba ſiunt, Degredi, ſic non Dimitti, ſed Demitti. *Triarii erant.*) De Triariis, Principibus, & Haſtatis, Polybius lib. VI. Livius libro VIII. Suidas in voce Π[illegible], nos etiam infra. *In campum degreſſis.*) Degreſſis, ut ante dixi. *Reddidit patribus poſſeſſionem priſtinam Conſulatus.*) ideſt, nomen nullius plebeji comitiis Conſularibus accedit, ac neminem plebejum Conſulem fieri paſſus eſt, contra quam M. Fabius Dictator fecerat. *Collegam Ap. Claudium Craſſum dixit.*) L. Camillus eſt, qui collegam Ap. Claudium dixit. Eſt autem legendum P. Claudium, ex veteribus libris Ciceronis de Senectute, ubi ait, Platonem veniſſe Tarentum L. Æmilio, Ap. Claudio Coſ. cum in veteribus libris legatur, L. Camillo, ac P. Claudio. Confirmant hanc lectionem Capitolina quoque fragmenta, in quibus hic Claudius P. F. vocatur. Maximus enim natu filius ferme patris prænomen ferebat. *Inter hos longe maximus exſtitit error.*) Vet. lib. Inter hæc. *Conſul alter Ap. Claudius.*) P. Claudius, ut ante. De ejus obitu ſcriptum eſt & in fragmento Capitolino. *Ob omen fauſtum ad Gallicum tumultum cognominis.*) Hoc ait quia pater ejus Camillus Gallos prœlio victos Urbe exegerat, patrem autem L. Furii M. Camillum fuiſſe docet ipſe poſt, cum ait: Paternæ virtutis memor, itemque Appianus in Celtica, ubi poſt Popilium à L. Furio Camilli filio Gallos devictos eſſe ſcribit. *Cum in agrum Pomptinum deſcendiſſet.*) Gallos item in agro Pontino conſediſſe bis Conſulibus tradit Gelius libro IX. cap. XI. *Quatienſque ſcutum haſta.*) Gellius eodem in loco dixit, manu telum reciprocans; nimirum ex antiquo aliquo Annali totam hanc Galli, & Valerii pugnam ſumens. *Inde Apuliam ac mare inferum petierunt.*) Malim & ipſe, ſuperum, ut Glareanus. Volſci enim ad inferum, Apuli ad ſuperum mare ſunt. *Æmulumque decoris ſui.*) Quia T. Manlius, qui comitia habebat, Gallum & ipſe ſingulari in certamine obtruncarat. *M. Valerium Corvinum, id enim illi deinde cognominis fuit.*) Scribe, Corvum, non Corvinum, ſic enim eſt in Capitolinis tabulis, & veteribus pleriſque libris. Egregie. Ut enim Albus, Rufus, Craſſus, Luſcus, Longus cognomina primum inventa ſunt, poſt autem Albinus, Rufinus, Craſſinus, Luſcinus, Longinus ſubſecuta ſunt, ſic qui primus cognomen hoc tulit, Corvus, poſteri Corvini appellati ſunt. *Cujus populi ea, cujuſque gentis claſſis fuerit, nihil certi eſt, maxime Siciliæ fuiſſe tyrannos crediderim.*) Vereor, ut claſſis ea Timoleontis Corinthii fuerit, qui priore anno Dionyſium tyrannum Syracuſanum vicit, & Regno exegit, legeſque Siciliæ victor dedit, ut ſcribit lib. XVI. Diodorus, qui idem fortaſſe Italiæ quoque oram tanta elatus victoria claſſe tentaverit. Idem tamen poſt Poſtumii tyranni prædones, aliorumque quorundam, quos idem Timoleon ſuſtulit, meminit. *T. Manlio Torquato, C. Plautio ſecundum Conſulibus.*) In veteribus lib. nota iterati honoris eſt adjuncta Torquato, & abeſſe tamen ab utroque debet. Nam nec Caſſiodorus eam affert, & Torquatus in Capitolinis tabulis ea caret, quia nunquam ante Con-

(73) Hæc Glareanus de verbo ad verbum, Sigonius verò quod is prius correxit, quaſi ipſe primus hoc inveniſſet, adducit.

(74) Errare hoc loco Sigonium demonſtrat Robortellus lib. 1. emendat. cap. 19. aſſerens nomen prænomen nunquam appellari ibidem cap. 23.

Conſulatum cœpit, cum tamen bis Dictaturam geſſerit, & poſt iterum, tertiumque Conſul eſſe, non tertium, quartumque traditur. Neque vero Plautius ea nota affici debet, quia non eſt idem cum eo, qui paullo ante Conſul fuit; ille enim Proculi cognomen tulit, hic (ut opinor) Hypſæi. Qua de re dicam in ſecundo hujus Conſulatu. *In penſiones æquas triennii.*) Vet. lib. In triennium. *M. Fabius Dorſuo.*) Dorſo, ut ſupra dixi. *Quid illis non ſolicitis, ac pendentibus animis renunciare jubeatis.*) Et hoc etiam in loco Animi recte reponit Florebellos. *Ad eandem ædem.*) Vet. lib. Ad eam ædem. *Simili vetuſto Montis Albani prodigio.*) Hoc prodigium factum eſt Tullo Hoſtilio regnante, ut ſcripſit libro primo. *Ambo patricii Conſules creati ſunt.*) Priore etiam anno ambo patricii Conſules fuerunt, (cujus tamen rei non meminit,) Fabius, inquam, & Sulpicius. *Populus nos Campanus legatos.*) Hæc petitio Campanorum expreſſa eſt ea primo libro Thucydidis, quo in loco Corcyræi auxilium ab Athenienſibus petunt: Quod quiſque intelliget, qui utraſque orationes comparabit. *Non loquor apud recuſantem juſta bella populum: Sed tamen ſi oſtenderitis auxilia veſtra, ne bello quidem arbitror vobis opus fore.*) Glareanus mendoſe habere putat illas voces: Sed tamen, legendumque: Sed tantum, neque intelligit correctionem hanc eſſe oratoriam, ita: Quamquam quid dixi bella, neque enim ſi oſtenderitis auxilia veſtra, bello ullo opus fore arbitror. (75) *Ad Satriculam.*) Saticulam, ſic Vellejus libro primo, ſic Diodorus, ſic Stephanus, uterque enim σατικόλαν edit. *Montem Gaurum.*) Hujus montis meminit Florus, Cicero contra Rullum, Plin. lib. III. cap. V. *Mollitiaque ſua, quam vi hoſtium victos eſſe.*) Vet. lib. Quam virtute hoſtium. *Utrum qui audiendus magnificus dumtaxat adhortator ſit.*) Glareanus legendum putat: Utrum audiendus, qui magnificus dumtaxat adhortator ſit, quaſi vero non optimus ſenſus eliciatur ex hac lectione .i. utrum qui imperat, & cui obediendum eſt, ſit, tantum magnificus adhortator, ſic paullo poſt: Hoc ſilentium in me audiendo ſervandum eſt. *Non factionibus modo, nec per conciones uſitatas nobilibus, ſed hac dextra mihi tres Conſulatus, ſummamque laudem peperi.*) Glareanus tollendam vocem: Modo, putat, quia eadem quoque præceſſerit. Nec diſciplinam modo, ſed exemplum etiam à me petere, neque videt illam, ſolum, ſignificare, hanc vero, nuper, atque ita utramque locum habere. Ceterum legendum eſt, per coitiones, non conciones: Quid autem ſit in petendo Magiſtratu Coitio, ſupra oſtendi, cum alia loca emendavi. *Factis benignus pro re, dictis haud minus libertatis alienæ, quam ſuæ dignitatis memor.*) Senſus hujus loci, quem ſe ignorare Glareanus fatetur, eſt: Factis, inquit, habita perſonæ, & temporis ratione liberalis erat, dictis ita cautus, ut non minus aliorum libertatis, quam ſuæ dignitatis rationem haberet: Dicta autem Latini vocant, quæ Græci ἀποφθέγματα. (76) *Quadringentorum annorum decora.*) Hic annus eſt CDXII. ab Urbe condita, non enim ubique rotundi poſtulantur numeri. *Cacumen illud ſupra hoſtes.*) Aſperum, editumque locum intelligit, quem verrucam appellat Cato, ubi de ſimili facto Calpurnii Flammæ Triboni mil. bello Punico primo agebat in Originibus auctore Gellio, libro III. cap. VII. *Digreſſos in vallem.*) Degreſſos, ut ante. *Quænam illa inſcitia belli, ac pigritia eſt, quonam modo iſti ex Sidicinis.*) Vet. lib. Aut quonam modo. *Quæ pars major erit, eo ſtabitur conſilio.*) Vet. lib. Ejus ſtabitur conſilio. *Ecce hoc aliud minus dubium.*) Vet. lib. Ecce autem aliud. *Decius cum non fallerent, clamorem tollere juſſis, militibus.*) Vet. lib. Quando non fallerent, alii: Quoniam non fallerent. *Centum bobus, eximioque uno albo.*) Eximium ſacrificale verbum eſt, de hoſtiis dictum, quæ ad ſacrificium deſtinatæ eximantur e grege, auctor Macrobius lib. III. *Gramineam coronam obſidionalem.*) De hac corona Gellius lib. V. cap. VI. itemque de ceteris. *Ad Sueſſulam.*) Sueſſulani, ut ex hoc loco apparet, Campani erant. *Quam in exiguum orbem contracta caſtra eſſent, paucitatem inde militum colligentes.*) Vet. lib. Quod in exiguum, probo. *Campanorum deinde, Sueſſanorumque.*) Legendum: Sueſſulanorum, à Sueſſula, ad quam pugnatum eſt, non à Sueſſa, quod alia quam Sueſſula ſit. *Jam tum minime ſalubris militari diſciplinæ Capua.*) Hoc dictum eſt propter Hiberna Hannibalis, cujus Capuæ corruptus exercitus eſt. *Eodem ſcelere adimendæ Campanis Capuæ, per quod illi eam antiquis cultoribus ademiſſent.*) Hac de re lib. IV. Capuam Etruſcorum Urbem Samnites cepere prius bello fatigatis Etruſcis, in ſocietatem Urbis, agrorumque acceptis, deinde feſto die gravatos ſomno epuliſque incolas veteres novi coloni nocturna cæde adorti. Idem Strabo libro V. *In Urbe inſidentem labem creſcentis in dies fœnoris pati.*) Vet. lib. Tabem. *Per Tribunos comperta & ætate haberet, & uſu doctus.*) Vet. lib. Comperta haberet, & ætate, & uſu doctus. *Jam valida admodum numero manus erat.*) Vet. lib. Valida. *In Sacrum montem.*) In ſacrum montem ſeceſſio facta pro libertate plebis, in Aventinum pro pudicitia. Livius lib. II. & III. *Quamquam vel iniqua ſtandum eſt potius.*) Ideſt, vel quantumvis iniqua condicio accipienda eſt. *Oravit, ut cauſſam.*) Vet. lib. Oravitque ut cauſſam. *In Luco Petelino.*) lib. VI. Petelinum lucum appellavit. Plutarchus etiam in Camillo πετηλίνον ἄλσος apud Varrone de lingua Latina, libro IV. eſt Petilius pro Petelinus per mendum. *Oravit etiam bona venia Quirites.*) Sic ſupra lib. VI. Putate me ea media concione unum civem ſucclamare: Bona venia veſtra liceat, ea bis rogationibus legere, quas ſalubres nobis cenſemus eſſe. *Et ne particeps eorum eſſet.*) Vet. lib. Ne particeps eorum eſſet, placet. *Romæ eorum multitudinem conjuratorum ad arma conſternatam eſſe.*) Conſternari eſt erigi, & concitari, hoc loco, ut libro VIII. Tumultu ſanos etiam conſternante animos, & libro XXXIV. Conſternatio muliebris, pro ſeditione mulierum. Sic Marcellus.

In Epitomen Libri Octavi.

L*Aborantibus Romanis P. Decius tunc cum Manlio devovit ſe.*) Vet. lib. P. Decius devovit ſe. Malim: P. Decius tunc cum Manlio Conſul devovit ſe. *Auſonibus victis in oppidum Cales colonia deducta eſt.*) Vet. lib. In oppidum ex iis captum Cales. *Victi bello, & obſidione.*) Vet. lib. Bello & obſidione victi. *Q. Publis, qui eos obſederat primum imperium prolatum, & per Conſules ei decretus triumphus.*) Ea Capit. Triumphis,

(75) Mendoſe adverbium non dixit Glareanus: Locum autem lectoris judicio committit.

(76) Glareanus inquit, non admodum patet: Sigonius dicit Glareanum fateri ſe ignorare, ita ubique invertit verba.

phis, & ipſius Livii verbis legendum eſt. Q. Publilio, qui eos obſederat primo, & imperium prolatum eſt, & pro Conſule decretus triumphus. Sensus eſt: Q. Publilius primus fuit, cui in inſequentem annum prorogaretur imperium, & qui non Conſul, ſed Proconſul triumpharet. *C. Publio.*) C. Publilio. *Contra edictum ejus præliatus eſt, qui proſpere adverſus Samnites pugnavit.*) Vet. lib. Contra edictum ejus proſpere adverſus Samnites pugnavit.

In Librum Octavum.

C*Onſules erant C. Plautius iterum.*) Glareanus C. Plautium tertium legit, atque hunc C. Plautium Venocem eſſe cenſet, in quo multiplex error eſt; primum quod C. Plautii Proculi Conſulatum, quem ille geſſit anno CCCXCVII. huic C. Plautio tribuit, deinde quod hunc Venocis cognomine afficit, cum Hypſæus potius appellandus ſit. De Proculo ſcriptum eſt in Capitolinis tabulis, de Hypſæo in nummis argenteis. Hic enim C. Plautius Privernum in Conſulatu cepit, auctore Livio. Itaque eſt apud patrem tuum nummus cum his literis:

ab una parte, { C. YPSÆUS COSS. PRIV. CEPIT. } ab altera, P. YPSÆUS S. C.

Videtur autem P. Hypſæus is fuiſſe, qui nummum cudendum curarit, qui nobilitandæ familiæ cauſa unum ex ſuis majoribus clariſſimi tituli Virum, ab altera (ut fiebat) parte nummis inciderit. *Prius ad Privernum profectus.*) Vet. lib. Prius Privernum. *Recenſentibus, quot viros in acie amiſiſſent.* Vet. lib. Quot viros. *T. Æmilius Prætor.*) Ti. Æmilius. Nam Diodorus hunc in Conſulatu ὕπατον nominat; ſupra etiam alius Ti. Æmilii meminimus ex Dionyſio. *Quo minus perpetua amicitia eſſet.*) Vet. lib. Perpetua cum eis amicitia.) *Inde exercitus Romanus ductus.*) Vet. lib. Deductus; ſic paullo poſt: Reductæ Romam legiones, ut fortaſſe recte, Romam deductus, legi poſſit. *Ex his tot populis ingens exercitus.*) Veteres lib. Unus ingens exercitus. *Duo interreges fuerunt, M. Valerius, ac M. Fabius, creavere Conſules.*) Veteres libri Is creavit Conſules: Recte, ut de poſteriore interrege Fabio intelligatur. *In Italiam claſſe appuliſſe.*) Vet. lib. Claſſem, probo: non enim appellere navi, ſed navim, latinè dicitur, ſic lib. X. Claſſis Romana cum appulſa Pompejos eſſet. Hunc Alexandrum Moloſſum vocat Gel. libro XVII. ubi de hoc ejus in Italiam adventu ait. *In alio tractu Orbis.*) In Aſia ad Orientem. Adhuc tamen Philippus Alexandri pater vivebat, nec in Aſia res gerebantur, ſed in Græcia, auctor Diodorus. *L. Numitium.*) Numicium Græci eum νομίκιον. *Evocatos ſe ab Senatu docent Romano.*) Quid ſi Romam, legas? *Cum plus ducentorum annorum morem ſolveremus.* Elatorie loquuntur Latini, non enim niſi CLX. anni numerantur à pugna ad lacum Regillum, qua victi à Romanis leges acceperunt, ad hunc annum, niſi à fœdere cum L. Tarquinio icto initium ſumas. *Quoniam vires quoque æquari diis immortalibus placuit.*) Vet. lib. Quando vires. *Eſt cæleſte numen, es magne Juppiter.*) Sic lib. III. Dum pro ſe quiſque deos eſſe, & non negligere humana fremunt. *Agitatum etiam in Concilio eſt, ut ſi quando umquam ſevero ullum imperio bellum adminiſtratum eſſet, tunc uti diſciplina militaris ad priſtinos redigeretur mores.*) Malim: Tunc utique, quod eſt tunc omnino, tunc maxime; alioquin vacet neceſſe eſt aut Ut, aut Uti. *Præerat Geminius Metius.*) Meminit hujus etiam Valerius, ſic Vet. lib. *Hic quoque efficiemus profecto, ne nimis acies vobis, & collata ſigna nobiſcum cordi ſint.*) Vet. lib. Ne quid minus, quàm acies vobis &c. *Ignarus facti, futurique laus an pœna merita eſſet.*) Sic Vet. lib. At fati, malim, hoc ſenſu: Ignarus fatalis futuri ſupplicii, ſive laus, ſive pœna à ſe merita eſſet; ſic etiam ante: Præceps ad id certamen agitur, quo vinceret, an vinceretur, haud multum intereſſet. Et, Movet juvenis animum inexſuperabilis vis fati. *Fuit enim civili maxime bello pugna ſimilis.*) Veteres libri: Fuit autem civili, & recte: Eſt enim novæ narrationis initium. *Clypeis Romani.*) Quales clypei fuerint, exponit pluribus lib. VI. Polybius, eum enim credo eſſe clypeum, quem θυρεὸν vocat, ſcutum verò quod ὅπλον. *Prima acies haſtati erant &c.*) Secus de Romana militia Polybius, quam hoc loco Livius agit de Latina, ita tamen, ut quid ille ſentiat, facilius, quàm quid Livius, intelligi poſſit. Legionem enim quatuor milium peditum fuiſſe ſcribit. Eam vero in quatuor partes dividit. Velites, quos γροσφομάχους appellat, Haſtatos, Principes, & Triarios, primos natu minimos, extremos maximos, medios inter utroſque interjectos fuiſſe; præteres Triarios ſexcentos, Principes, itemque Haſtatos ſingulos mille & ducentos Velites, inde mille. Sin autem legio major fuerit, tum præter haſtatos reliquarum trium partium numerum pro portione auctum fuiſſe. Haſtatos præterea in X. partes diſtributos, ac ſingulis earum Centuriones duos præfuiſſe, itemque in Principibus, ac Triariis. Velites porro in partes æquales diviſiſſe, iiſque ſeparatim Centuriones duos præfeciſſe, partes has σπεῖραν, σῆμα, σημαίαν, Præfectos ταξιάρχους, κεντυρίωνας nominat. Hæc ille: Livius autem primam aciem Haſtatos facit, ideſt leves milites, ac ſervatos in eamque pubeſcentes ad militiam omnes conjicit, alteram Principes una cum ſcutatis, quos antepilanos vocabant, tertiam ex XV. ordinibus conſtituit, quorum unuſquiſque tres partes haberet, earum unamquamque primum pilum vocabant: ex tribus vexillis conſtabat, Triariorum, Rorariorum, & Accenſorum. In nominibus autem, Ordo, & Manipulus, atque in ſumma militum ex verbis ejus concipienda, mira obſcuritas eſt. *Quatuor fere legiones quinis millibus peditum.*) Mallem legi, legiones fere quinis, non enim de numero legionum ambigit, ſed de numero militum cujuſque legionis. Libro autem priore, quaternum millium & ducenorum peditum fuiſſe legionem ſcribit, & lib. XXII. auctam eſſe uſque ad quina millia; ſic enim ait: Numero quoque peditum equitumque legiones auctas, millibus peditum, & centenis equitibus in ſingulas adjectis, ut quina millia peditum, treceni equites eſſent; quo ex loco apparet, ante tempus illud, nonniſi quaternum millium eam fuiſſe, quemadmodum apertè quoque ibi Polybius ait. Eadem dubitatio de equitibus incidit, quos hoc tempore trecenos vocat, cum ſecundo bello Punico centum adjectis primum trecenos factos eſſe ſcribat: Fortaſſe autem hæc non ad hoc, ſed ad illud tempus accommodavit. *Duo primi pili.*) Nomina horum Centurionum omiſit, Romani, & Latini. *Pares ordines duxerunt.*) Malim, Duxerant. *Haud procul radicibus Veſuvii mon-*

montis.) Ad eaſdem radices caſtra poſita fuiſſe ſcribit Valerius lib. I. cap. V. *Decio caput jecinoris à familiari parte cæſum haruſpex oſtendiſſe dicitur*.) Feſtus Peſtifera auſpicia fuiſſe ait, ubi caput in jecinore non fuiſſet. Fuiſſe autem & fiſſum, & caput jecoris apparet ex lib. II. Ciceronis de Divinatione: Fiſſum, inquit, familiare tractant, & vitale caput jecoris ex omni parte diligentiſſime conſiderant. Unde Lucanus in primo Pharſaliæ:

Ecce videt capiti fibrarum increſcere molem,
Alterius capitis pars ægra, & marcida pendet,
Pars micat.

Quod autem Cicero familiare fiſſum, & Livius caput à familiari parte cæſum ajunt, eo pertinet, quod pars una hoſtis, altera familiaris dicebatur. Unde Lucanus: Venaſque minaces Hoſtili de parte videt. *Si ab collega litatum eſt*.) Vet. lib. Si ab collega proſpere litatum eſt. *Precor, veneror, veniam peto*.) Sollemnia in ejuſmodi devotionibus verba. Quæ adhibet etiam Macrobius lib. III ubi de ratione Urbium, & exercituum devovendorum agit. *Signum ſeptem pedes altum*.) Signum opinor vocare imaginem ejus hominis, qui devotus non eſt mortuus; mortem enim ejus defoſſione imaginis & hoſtiæ cædere repræſentari voluerunt. *Et piaculum hoſtia cædi*.) Niſi quid vitii ineſt, Piaculum cædi, dixit, pro fieri. Nam paullo poſt ait: Marti ſue, ove, taurilibus piaculum fieri. *Sue Ove taurilibus*.) Olim Solitaorilibus legebatur. At Feſtus docet rationem, cur & Solitaurilia, & Sue ove taurilia defendi poſſint. *Veſcia Urbs eis receptaculum fuit*.) Stephanus. Βεσκία πόλις Αὐσόνων Hoc dixi, quia Glareanus ſe nuſquam alibi legiſſe hoc nomen ait. (77) *Inter Sinueſſam Minturnaſque ei locus eſt*.) Hinc Diodorus lib. XVI. ait, Latinos, Campanoſque ad Sueſſam hoc anno victos, vitioſè pro ad Sinueſſam. Ῥωμαῖοι δὲ πρὸς Λατίνους καὶ Καμπανοὺς παραταξάμενοι περὶ Σουέσσαν πόλιν ἐνίκησαν, καὶ τῶν ἡττηθέντων μέρος τῆς χώρας ἀφείλοντο· ὁ δὲ κατορθώσας τὴν μάχην ὕπατος ἐθριάμβευσε. *Latium, Capuaque agro multati*.) Vet. lib. Latini, Capuaque. *Poſt diem decimum Latinarum*.) Vet. lib. Decimam. Latinæ feriæ per quatuor dies agebantur, poſt X. diem, quam actæ erant, renovabatur hoc fœdus. *Fuere autem mille, & ſexcenti*.) Ne quis de hac lectione dubitet, ita etiam in lib. Vet. eſſe ſcito. *T. Æmilius Mamercus*.) Ti. Æmilius Mamercinus, Diodorus & Vet. lib. *Q. Publius Philo*.) Publilius, ut ante. *Ab Lanuvio, Antioque*.) Lavinio, ex Vet. lib. ut poſt dicam. *Quia cupiditate offenſis patribus, negantibusque*.) Procul dubio legendum eſt, offenſis patribus, præſertim cum ſubſequatur, Negantibuſque. *Æmilius cujus tum faſces erant*.) Vet. lib. Cui, ut lib. I. Brutus prior concedente collega faſces habuit, & alibi de eadem re: Penes quem ſumma imperii erat. (78) *Dictatura popularis*.) Lego, Dictator popularis; nam ſequitur, leges tulit, alioquin fiet, ut dicamus: Dictatura leges tulit, ſic Vet. lib. *Magiſter equitum Junius Brutus*.) Hic eſt D. Junius Brutus Scæva, qui poſt Conſul erit. *Ut plebiſcita omnes Quirites tenerent*.) Contra alii, ut Plinius, Gellius, & Juriſconſulti, qui hanc legem primum latam eſſe à Q. Hortenſio Dictatore ſcribunt, ut poſt dicam in Epitoma lib II. *Tertiam, ut alter utique ex plebe, cum eo ventum ſit, utrumque plebejum fieri liceret, Cenſor crearetur*.) Miror non hoc loco notatum eſſe à Glareano Livium. qui ſcripſerit eo ventum eſſe, ut utrumque Cenſorem plebejum fieri liceret, cujus rei nihil ante meminerit. Nam de altero tantum occupato à plebe Cenſuræ loco egit. Hoc tamen ſi quis fecerit, injuſtè faciet, legitur enim mendoſè in vulgatis libris; rectè autem in manuſcriptis ſic: Cum eo ventum ſit, ut utrumque plebejum Conſulem fieri liceret, ſenſus eſt: Ut, quoniam, quod gravius erat conceſſum eſt à Patribus, utrumque Conſulem ex plebe fieri, concedant id etiam, quod levius eſſe videtur, ut alter utique Cenſor ex plebe fiat. De utroque autem Conſule plebejo lata lex eſt anno CDXIII ut ait Livius lib. VII. extremo. *L. Furio Camillo, C. Mænio Conſulibus*.) Plin. lib. XXXIV. cap. V. C. Mænium cum Livio Conſules edit. Diodorus Λεύκιος Φούριος, Γάϊος Μαίνιος. C. Mænius P. F. P. N. in Cenſura, & Dictatura ejus Capitolina dicitur, at collega L. Furius Sp. F. M. N. Camillus, ex quo apparet errare Glareanum, qui hunc iterum Conſulem eſſe ſcribendum putat, quaſi vero idem ſit, atque ille, qui ante & Conſul & Dictator fuit, cum ille M. F. hic Sp. F. M. N. ſit hoc modo.

M. Furius Camillus.
Tr. mil. an. 352.

M. Furius Camillus Tr. mil. an. 354. 357. 361. 370. 372. 375. Dictator 359. 365. 367. 387. 388.

M. Furius Camillus mort. in damnatione Patris: Livius. Plutarchus.

Sp. Furius Camilli Dictat. F. Prætor primus, 389.

L. Furius Camillus Dictat. F. Dict. 405. 410. Coſ. 406.

L. Furius Sp. F. M. N. Camillus, Coſ. 437. 410.

Inſignitius omiſſa res.) Vet. lib. Inſignius. *Aricinos, Lanuvinoſque, & Veliternos Antiatibus Volſcis ſe conjungentes ad Aſturæ flumen Mænius improviſo adortus fuit*.) Quemadmodum paullo ante Ab Antio, Lavinioque dixit, ſic hoc loco, Aricinos, Lavinioſque, legendum puto. Me in hanc ſententiam adducunt cum libri veteres, tum maxime Capitolini lapides, in quibus hic C. Mænii triumphus his verbis deſcriptus eſt:

C. MAENIUS P. F. P. N. COS. DE ANTIATIBUS AN. CDXV.
LAVINIEIS VELITERNEIS PRIDIE K. OCTOB.

Quo-

(77) Hoc non dicit Glareanus, ſed ſe, quæ de hac Urbe dicat, nihil habere.

(78) Hæc non probant, Cui pro Cujus legendum.

Quoniam autem in his duorum oppidorum nominibus tanti errores implicant non ſolum Latinorum, ſed etiam Græcorum auctorum, ut vix Lavinium à Lanuvio diſtinguere, vel diuturna attentione queas, non alienum ab hoc inſtituto eſſe duxi, notas quaſdam afferre, quibus alterum ab altero prudens lector internoſcere poſſit. Eſt autem illa una, quod Lavinium ab Ænea, ut omnes, Lanuvium à Diomede, ut Appian. lib. II. ait, conditum eſt. Altera quod Lavinium colonia, Lanuvium municipium fuiſſe traditur. De Lavinio ſcriptum eſt in Epitome lib. LXX. Marius Antium, & Ariciam, & Lavinium colonias devaſtavit. De Lanuvio in oratione pro Milone, pro Murena, & apud Pedianum. Tertia, quod Lavinii Conſules Veſtæ, & penatibus ſacra peregerint: Lanuvii vero Soſpitæ Junoni. Illius Hiſtoriæ auctor eſt Dionyſius lib. I., & Macrobius lib. III. cum ait: Conſules, & Prætores, & Dictatores cum ineunt Magiſtratum Lavinii rem divinam faciunt penatibus pariter, Veſtæ. Hujus Cicero pro Morena: Nolite, inquit, ſacris patriis Junonis Soſpitæ, cui omnes Conſules facere neceſſe eſt, domeſticum, & ſuum Conſulem potiſſimum avellere. Erat autem Murena è municipio Lanovio, ut ipſe paullo ante ait. Quarta quod Lavinium longius abeſt à Roma, quam Lanuvium. Diſtat enim à mari quatuor ſtadia, ut ait Dionyſius lib. I. ſitum inter Oſtiam, & Antium auctore Strabone lib. V. At Lanuvium abeſt à Roma ſtadia CL ut ait App. lib. II., itaut auctore Strabone ab eo mare, & Antium proſpici poſſit, haud procul ab Aricia, quæ CLX. ſtadia abeſt in Appia via ſita. Ipſa tamen inter ſe non admodum diſtantia videntur fuiſſe. Quæ res majorem etiam erroris cauſſam præbuiſſe videtur. Horum etiam oppidorum populos commemorat Dionyſius lib. V. [illegible], [illegible], [illegible], .i. Laurentes, Lanuvinos, & Lavinios. Ac Stephanus quidem etiam [illegible] populos edere [illegible] ait: Ubi vero ait: [illegible], dubitationem affert, quia Dionyſii ex V. Libro teſtimonium profert; ne mendoſe pro Laurento, aut pro Lanuvio ſit. Apud Dionyſium etiam vox illa [illegible] vitioſè videtur eſſe, pro [illegible]. Verum, ut dixi, mira horum nominum depravatio eſt. *Ad Aſturæ flumen.*) Vet. lib. Ad Saturam flumen. Ego tamen legendum puto: Ad Stutam flumen, nam Feſtus in vocibus incipientibus à litera S ait: Stura fluvius eſt in agro Laurenti: Item Strabo libro V. eundem in bis locis [illegible] vocat. *Maxime valido exercitu, majore mole.*) Majore mole, quod Glareanus ait neſcire ut intelligatur, eſt, majore apparatu. Nam quia de Mænio dixit, Aricinos improviſo adortus fudit, hinc opponit: At Camillus Tiburtes, majore mole, quamquam æque proſpero eventu. *Oppida Latina omnia, & Antium ex Volſcis, aut vi capta, aut recepta in deditionem.*) Quam Volſci Latini erant, tamen Latinorum numero haud habiti eſſe videntur, ſcilicet, quia fœdere Latino non continebantur. Captum ergo ait Antium Camillus, quod tamen nominatim ſupra non eſt expreſſum à Livio, niſi cum dixit: Nec quievere ante, quam expugnando, aut in deditionem accipiendo ſingulas urbes Latium omne ſubegere. *Et veſtram utique de eis.*) Placet antiqua quorundam librorum lectio, & veſtram utique. Quæ lectio deſiderare videtur, ut verba illa: Tot populos &c. parentheſi includantur, atque hoc modo tota ſententia colligatur: Sed maturato opus eſt, quid ſtatuere placet, (tot populos inter ſpem, metumque ſuſpenſos animi habetis,) & veſtram utique de eis curam quamprimum abſolvi, & illorum animos dum exſpectatione ſtupent, ſeu pœna, ſeu beneficio præoccupari oportet. *Lanuvinis Civitas data, ſacraque ſua reddita cum eo, ut ædes, lucuſque Soſpitæ Junonis communis Lanuvinis municipibus cum populo R. eſſet.*) Quamquam in quibuſdam libris eſt, Laviniis, tamen Lanuvinis, legendum eſt, nam de Municipio, deque Sacris Junonis Soſpitæ mentio fit. Hoc autem primum tempore Lanuvini municipes facti ſunt una cum aliis Latinis multis, quos numerat Liv. Hac de re Cicero pro Cornelio, ſic: Itaque ex Latio multi & Tuſculani, & Lanuvini, & ex ceteris generibus gentes univerſæ in Civitatem ſunt receptæ, ut Sabinorum, Volſcorum, Hernicorum: Neque vero moveat quemquam, quod Lanuvinis civitatem datam ſcribat, quos ne victos quidem ante tradiderit; Nam, ut dixi, ſatis habuit dicere: Neque ante quievere, quam expugnando, aut in deditionem accipiendo ſingulas urbes, Latium omne ſubegere. *Tuſculanis ſervata Civitas, quam habebant.*) Data eſt Civitas Tuſculanis, auctore Livio an. ab U. C. CCCLXXV. ut merito Cic. pro Plancio Municipium antiquiſſimum vocet Tuſculum. *Veliternos veteres Cives Romanos.*) Velitræ colonia deducta eſt anno ab U. C. CCLX. lib. II. *Et Antium nova colonia miſſa.*) Ea primum deducta fuit an. ab U. C. CCXXCV. *Arma quondam.*) Hac de re libro priore dictum eſt. *Cujus Capuam.*) Capuam agro multatum tantum dixit ſupra: Latini Capuaque agro multatis. *Roſtriſque earum ſuggeſtum in foro extructum adornari placuit: Roſtraque id templum appellatum.*) Hinc Plin. lib. XVI. cap. IV. Antea roſtra navium Tribunali præfixa fori decus erant, velut populo R. ipſi corona impoſita, & Cic. in Vatin. In roſtris, in illo inquam augurato templo, ac loco; & pro lege Manilia: In eum ipſum locum adſcendere, quem majores exuviis nauticis, & claſſium ſpoliis ornatum reliquiſſent. *P. Ælio Peto.*) Pæto ex Capit. lapid. & nummis argenteis. *Sueſſam communiſſe.*) Vet. lib. Commeaſſe: Recte, nam inquit Auruncos oppidum antiquum ſuum deſeruiſſe, ac profugiſſe: Nomen autem ejus oppidi Aurunca fortaſſe fuit, quo deinde nomine Sueſſa ipſa etiam affecta eſt. Sic Auſonum fuit oppidum Auſona. *Viva ſub terram ad portam Collinam dextra via ſtrata defoſſa eſt.*) Cur ſub terram ſtratam dicat, exponit Plut. in Numa, ubi de pœna Veſtalium agit, [illegible] .i. Eo in loco (ad portam Collinam) præparatur ſub terram domus haud admodum magna, in ea vero lectus eſt ſtratus. *Scelerato campo, credo ab inceſto id ei loco nomen factum.*) Vet. lib. Ac inceſtu, at Feſtus, Sceleratus campus appellatur proxime portam Collinam, in quo virgines Veſtales, quæ inceſtum fecerunt, defoſſæ ſunt. *Qui negabat rationem ejus ſe habiturum.*) ideſt nomen ejus candidati non recepturum, Conſules enim prætoria comitia habebant. *Minus in prætura intendente.*) Vet. lib. Tendente, quod ſæpe uſurpat Livius. *Cæſone Duellio.*) K. Duilio, ut ſupra, nota hujus prænominis mendum poteris in Epiſtola Cic. ad Pætum, cum ait L. Papirius Craſſus quadriennio poſtquam Dictator fuit, Conſul factus eſt cum C. Duilio, cum ſit legendum K. Duilio. *L. Æmilium Mamercum.*) Mamercium, ex Vet. lib. Quo prænomine

molti Aemilii uſi ſunt. *T. Veturius, Sp. Poſtumius.*) Calvinus ille, hic Albinus vocatus eſt: Livius auctor lib. IX. Plut. in Parallelis. *L. Cornelius iterum.*) A. Cornelius eſt ſcribendum Caſſiod., Diodoro, & Vet. lib. atteſtantibus, eſt autem is, qui Conſul ante fuit an CDXII. *Adverſus regem exſcenſionem à Pæſto facientem.*) Vet. lib. omnes, Exſcenſionem habent, quomodo alio loco locutus eſt Livius, ut lib. XXII. Exſcenſu e navibus in terram facto, & lib. XXIIX. ad Erythras exſcenſionem fecit. Quæ lectio placet, ſi ad Pæſtum, legamus, ut placet aliis, excurſionem, legit. Quod etiam probatur, ſi: A Paſto legatur, cum paucis ante annis idem Alexander appuliſſe claſſem in Italiam ſupra dicatur. *T. Valerio Conſulib.*) Nuſquam alias Titi prænomen in gente Valeria comperi. Quare aſſentior Diodoro, & Caſſiodoro, qui nunc Conſulem C. Valerium vocant. *Q. Fabium Maximum ædilem.*) Adhuc Maximus non dicebatur, nam poſt in Cenſura id cognomen invenit. (79) *In ſeceſſione quondam plebis.*) Hac de re antea nihil Livius, ſeceſſit primum plebs in montem ſacrum, ejus ſedandæ cauſſa Dictator M'. Valerius creatus eſt, iterum in Aventinum, per Conſules reducta eſt, denique ſeceſſit exercitus, per M. Valerium Corvum Dictatorem res compoſita eſt. Liv. lib. II. III. & VII. nuſquam autem clavi figendi mentio facta eſt. (80) *I. Plautius Venox.*) Venno ſcribendum eſt ex ſecundo hujus Conſulatu Capit. Nam qui Venox eſt dictus, is & Caji prænomen tulit, & multis poſt annis in Cenſura illud cognomen invenit; ſunt autem cognomina duo Venno, & Venox, utrumque Plautiorum, verum librariorum incuria alterum prope ex hominum memoria evulſum eſt, & à Scriptoribus Capit. modo reſtitutum. *Ex Volſcis Fabraterni, & Lucani Romam venerunt orantes, ut in fidem reciperentur.*) Vox, Lucani, mendum habet, (81) neque enim Lucani aut Volſci ſunt, aut Volſcis vicini, neque ita per ſe invalidi, ut à Samnitibus quidquam timere poſſent, quibus paullo ante erant amici, præſertim vero cum dicat haud ita multo poſt: Lucani, atque Apuli, quibus gentibus nihil ad eam diem cum Populo Romano fuerat, in fidem venerunt. *Quæ Vacci, prata diruto ædificio, publicatoque ſolo appellata.*) Hinc Cicero pro domo: In Vacci pratis domus fuit M. Vacci, quæ publicata eſt, & everſa. *Sana conſtare mens.*) Vet. lib. Sane. *Fundanis pacem eſſe.*) Vet. lib. Fundis, quod placet; dixit enim, Priverni hoſtes eſſe. *Carceres eo anno in circo primum ſtatuti.*) Varro lib. IV. de lingua Lat. In circo primo, onde mittuntur equi, Carceres dicuntur, dicti quod coërcerentur equi, ne inde exeant ante, quàm Magiſtratus ſignum miſit. *Conſules novi L. Æmilius Mamercus, & Cn. Plautius.*) Scribe L. Æmilius Mamercinus, & C. Plautius. De Mamercino teſtantur & vetera, & Capitolina monumenta, de C. Plautio triumphus ejus Capitolinus, in quo ipſe ita deſcribitur. C. Plautius P. F. P N. Decianus; ſunt enim multi per hæc tempora illuſtres Plautii, ſed diverſis cognominibus præditi, Proculo, Hypſæo, Vennone, Venoce, Deciano. Hunc tamen adoptionis cognomine uti cenſeo, non familiæ. *In Sacello Sangi verſus ædem Quirini.*) Vet. lib. Adverſus ædem. *Si bonam dederitis.*) Idem tradit Valerius lib. VI. cap. II. *P. Plautio Proculo, P. Cornelio Scapula.*) Pro Plautio Diodorus edit A. Poſtumium, ſic enim eſt apud eum, *αὖλος ποσύμιος, πόπλιος κορνήλιος*. *Fregellas Signinorum ſi ager, deinde Volſcorum fuerat.*) Satis apparet ex locorum deſcriptione, Sidicinorum legendum, qui populi fuerunt inter Volſcos, & Campanos, non Signinorum, quæ Urbs fuit in Latio. *Proximis comitiis abſens præſentibus præfertur.*) Vet. lib. omnes, Abſens petentibus. Glareanus Præſentibus mavult, quaſi vero non alio loco Livius apponat, abſentes petentibus, quippe cum abſens non ſolum dicatur is, qui non adeſt in Urbe, ſed etiam qui ne in campo quidem, ut alio loco oſtendam. (82) *Cumani ab Chalcide Euboica.*) Idem Strabo lib. V. *In inſulas Ænariam, & Pythecuſas egreſſi.*) Plin. has duas inſulas unam facit, at Mela duas, cum inquit: Pythecuſa, Leucothea, Ænaria, Sinonia &c. Italico lateri citra Tiberina oſtia objacent. Hoc torſit valde Glareanum. *Samnitium infidæ adverſus Romanos ſocietati freta.*) Vet. lib. Infida ſocietate. Quod Latina locutio etiam poſtulat. *Recepta Palæpoli miſerat.*) Vet. lib. Recepta Palæpolim miſerat. Utrumque recte. Dixit enim Cic. pro Archia: Luculli cum domum ſuam receperunt, & Liv. Oppido, ac tectis receperunt, eſt enim ſenſus: Publius ad Senatum miſerat, duo millia Nolanorum, & quatuor millia Samnitium Palæpolim hoſtium oppidum eſſe recepta. *Romæ compertum eſt, delectum.*) Vet. lib. alii habent: Romæ compertum eſt, Cornelius delectum, alii omnino vacant vocibus his, Romæ compertum eſt, habent vero vocem, Cornelius. Quorum lectionem valde probo. Nam cum ab utroque Conſule de Samnitium bello certiorem Senatum factum dixiſſet, poſt ſubdidit, quid Publilius nunciaſſet, hoc vero loco, quid Cornelius, ita: Ab utroque Conſule exiguam ſpem pacis cum Samnitibus eſſe, certior fit Senatus. Publilius duo millia Nolanorum militum, & quatuor Samnitium, magis Nolanis cogentibus, quàm voluntate Græcorum recepta Palæpolim miſerat. Cornelius, delectum indictum à Magiſtratibus, univerſum Samnium erectum, ac vicinos populos Privernatem, Fundanumque, & Formianum haud ambigue ſolicitari. Egregie. Nam Publilius in Græcos ierat, Cornelius in Samnites. *Quid perplexe agimus, inquit,*) Subaudiendum eſt, Samnis. Sequitur enim: Et Samnis, Romanus ne Imperio Italiam regat, decernamus. *Proconſul rem gereret.*) Vet. lib. Proconſule. *Oriente nocte.*) Vet. lib. Ineunte: Oriente, gloſſema eſt. *Conſules creat C. Pœtelium.*) C. Pœtelium tertium ſcribendum eſſe cenſet Glareanus, putat enim eundem eſſe cum eo, qui Conſul fuit an. CCCXCV. in quo decipitur, ille enim Pater, hic Filius eſt: Quod ex Conſulatu ejus & ex Dictatura hujus Capitolina cognoſcitur, in quibus, ille C. Pœtelius C. F. Q. N. Vibo Viſolus, hic C. Pœtelius C. F. C. N. Libo Viſolus appellatur. Eſt igitur C. hic Pœtelius Conſul II. non III. nam primum fuit anno CDIX. (83) *L. Papirium Mugillanum, Curſorem in aliis annalibus invenio.*) Quamquam ambigere de cognomine Papirii Conſulis videtur, Curſorem tamen probat magis, quod ex eo intelligi poteſt, quod eum II. poſt Conſulem profitetur, hunc annum numerans. Idem ſa-

(79) Et hoc Glareanus annotavit.
(80) Hæc rurſus ex Glareani annotationibus habet.
(81) Et hæc ex Glareano notat, nulla ejus mentione.

(82) Quid ergo tu in tuo codice habes præſentibus non petentibus?
(83) Glareanus in hoc ſecutus eſt Caſſiodorum, quem reprehendere debebat, ſed Glareanum maluit.

faciunt Capitolini Scriptores. *Eodem anno Alexandriam in Aegypto proditum conditam.*) Sic Solinus cap. XXXV. L. Papirio Sp. F. C. Pœlio C. F. coſ. Alexandria condita eſt: Idem Caſſiodorus. *Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caveret Acheruſiam aquam, Pandoſiamque urbem, ibi fatis ejus terminum dari.*) Oraculum boc his duobus Græcis verſibus expreſſum eſt:

[illegible]

[illegible]

Eandem rem tradit etiam Strabo lib. V. bis verbis, [illegible] *Bruttiorum coloniam Acerinam.*) Merito ſuſpectam habet vocem Acerinam Glareanus, neque enim ejus oppidi apud quemquam ulla mentio eſt: Quo fit, ut ſuſpicer, pro Acerinam, Terinam eſſe legendum, quod oppidum Bruttiorum fuiſſe ſcribit aperte Strabo lib. VI. [illegible] Eandem Stephanus vocat [illegible]. Itaque ſubdit: Alias inde Meſapiorum, ac Lucanorum urbes: Terinæ Plinius etiam, & Mela meminerunt. *Haud procul Pandoſia urbs imminente Lucanis, at Bruttiis finibus tres tumulos aliquantum inter ſe diſtantes inſedit.*) Eorundem tumulorum meminit etiam Strabo, & alterius oraculi, a quo Alexander deceptus ſit, ait enim: [illegible] *Corpore regio utcumque multato.*) Glareanus Eraſmo præceptori ſuo placuiſſe ait, boc in loco pro multato, legendum eſſe, mutilato, at Cicero ita quoque locutus eſt pro Milone.

Qua in turba C. Vibienus ita eſt multatus, ut vitam amiſerit. *Fœdere ergo in amicitiam accepit.*) Recte: Nam aut fœdere, aut deditione in amicitiam veniebant; Sic enim ſupra: Campanorum aliam conditionem eſſe qui non fœdere, ſed per deditionem in fidem veniſſent. *Tarentinorum juventutem, Græci Græcos.*) Tarentinos Græcos Palæpolitani Græci exſpectabant: Tarentum enim Lacedæmoniorum colonia fuit: Juſtinus lib. III. *Ad Philonem venit.*) Vet. lib. Ad Publilium Philonem. *Quod bonum, fauſtum, felix.*) Vet. lib. Felixque. *Haud ignarus opinionis alterius, qua hæc proditio à Samnitibus facta traditur &c.*) Senſus eſt: Proditionem Palæpolis ab aliis Palæpolitanis auctoribus, ab aliis Samnitibus auctoribus factam eſſe traditum eſt, me ut Palæpolitanis ducibus factam eſſe credam cum Scriptorum auctoritas movet, qui id tradiderunt, tum fœdus Neapolitanum: Nam Græcorum rei ſumma à Palæpoli Neapolim deinde tranſlata eſt. Videtur autem fœdus Neapolitanum vocare id, quod Græci cum Romanis victoribus Neapoli icerunt, nam ſi cum Samnitibus ictum eſſet, non Neapoli fœdus, quæ Græcorum erat, ſed in Samnio factum eſſet. *Duo ſingularia hæc ei viro primum contigere, prorogatio Imperii non ante in ullo facta, & acto honore triumphus.*) Glareanus legendum cenſet: Aucto honore: Quid tamen ſit aut: Acto, aut Aucto honore, ſe ignorare profitetur: (84) Mihi vero hæc eſſe videtur mens auctoris: Duo hæc ſingularia Publilio contigiſſe, & quod primus prorogato ultra Conſulatum imperio proconſul rem geſſerit, & quod primus exacto Conſulatu proconſul triumpharit. Eſt enim acto honore, pro eo, quod eſt, poſtquam honore abiit, ſic lib. III. Ea ætate, iiſque honoribus actis, & epitom. lib. LXI. Gracchus ſeditioſo Tribunatu acto interemptus eſt, ſic in Capitolinis lapidibus:

Q. PUBLIUS Q. F. Q. N. PHILO II PRIMUS PRO COS.
DE SAMNITIBUS PALÆPOLITANEIS:

Cum corpora nuda intuliſſent. Vet. lib. nudata. *Initium libertatis factum eſt, quod necti deſierunt.*) Vet. lib. Quod ligari nexi deſierunt. Recte. Nam paullo poſt ſubdit: Ita nexi ſoluti, cautumque in poſterum ne necterentur, & Epitome lib. VI. Cum obſtrictos ære alieno liberaret, nexos exſolveret, & Varro lib. I. de lingua Latina: Liber, qui ſuas operas in ſervitute pro pecunia, quam debebat, præbet, nexus vocatur, ut ab ære obæratus. Hoc C. Pœtelio Viſolo Dictatore inſtitutum ne fieret. Quæ verba quamquam mendoſa ſunt, tamen ad hunc locum pertinere perſpicuum eſt, & Suidas in voce [illegible]: [illegible] *L. Furio Camillo iterum.*) Quam vehementer erret Glareanus, qui L. Furio Camillo tertium legit, ſupra oſtendi. *Fortes fortunam juvare.*) Eodem proverbio utitur lib. XXXIV., & Cicero Tuſcul. lib. II. Fortes non modo fortuna adjuvat, ut eſt in veteri proverbio, ſed multo magis ratio. *Q. Fabius Maximus Rutilianus.*) Ex Capitolinis tabulis apparet, Rullianum, non Rutilianum eſſe legendum, mendoſè etiam apud Valerium lib. II. cap. II. at apud Plinium recte: Q. Fabius Rullianus, Livius eundem poſt Rullum nominat. Plutarchus in Pompejo [illegible], in Fabio [illegible] appellat, ut puto, vitioſè. *Profectus ad Imbrinium.*) Hermolaus Barbarus in III. lib. Plinii, meminit hujus loci, idque etiam Simptivium dictum ſcribit. Unde Tacitus, ad ſtagna Simprivia, & Silius: Gelidoque rigantur Simprivio, & iterum Tacitus: Fontes ſub Imbrivinis collibus deductos Urbi intulit. *Seu credere libet Fabio auctore factum, ne.*) Vet. lib. Seu, ſi credere libet, Fabio, &c. *Spolia in triumphum ferret.*) Vet. lib. In triumpho. *T. Manlii facta laudantem.*) Vet. lib. Factum, probo. Severitatem enim ejus in filium, qui injuſſu Imperatoris pugnaverat, intelligit. *Quod ſe abſente Reſp. egregie geſta eſſet.*) Vet. lib. Res egregie, ut ante, ſic paullo poſt: Ad rem gerendam. *Conſulis, Regia poteſtas.*) Recte, quod pro Rege, duo Conſules creati ſunt iiſdem inſignibus, & eadem fere poteſtate, prætetquamquod annua hæc, illa perpetua erat, lib. II. *Quo tu imperio meo ſpreto.*) Quo, eſt pro eo quod Græci dicunt, [illegible], & [illegible], ut Cicero ad Fabium: Martis vero ſignum quo mihi pacis auctori? *Lacerantibus veſtem lictoribus.*) Vet. quidam lib. Lacerantibus fœde lictoribus. *Patre auctore M. Fabio, qui ter jam Conſul, Dictatorque fuerat.*) M. Fabius Ambuſtus pater fuit Coſ. an. CCCXCV. CCCXCIX. CDI. Dictator an. CDV. Livius, & Plinius auctores. *Iterata deinde contentio.*) Vet. lib. Contentio eſt. *Tribunos plebis appello, & provoco ad populum.*) Hinc intelligi poteſt à Dictatore ad populum provocationem fuiſſe. Qua de re ſic Feſtus: Optima lege cum dicebatur in Magiſtro populi faciendo, qui vulgo Dictator appellatur, quam pleniſſi-

(84) Glareanus ingenue fatetur ſibi non conſtare ut aliis cogitandi daret anſam,

niſſimum poſſet jus eſſe ſignificabatur, ut fuit M. Valerii M. F. Voluſi N. qui primus Magiſter populi creatus eſt, poſtquam vero provocatio ab eo Magiſtratu ad populum data eſt, quæ ante non erat, deſitum eſt dici. Ut optima lege, utpote imminuto jure poſteriorum Magiſtrorum. *Bene agis, cum eo nos deduci juſſiſti, unde & privati vocem mittere poſſemus.*) Hoc ait quia M. Fabius in concione pro roſtris ad populum loqui non potuiſſet quod eſſe privatus, ex inferiore autem loco, quo eum deduci Dictator juſſerat, licebit. Non enim niſi Magiſtratus, & qui à Magiſtratibus producti erant, in concionem adſcendere poterant. *Non tam perpetuæ orationes, quam altercatio exaudiebantur.*) Quidam libri: Altercationes audiebantur. Quod non probo, nam lib. IV. inquit: Cum res à perpetuis orationibus in altercationem vertiſſet. *Dictatorem Quinctium Cincinnatum in L. Minucium.*) Hac de re lib III. *M. Furium Camillum in L. Furio.*) Hoc fecit Camillus Trib. mil. VI. an. CCCLXXV. Livius lib. VI. *Ne iram quidem ſuiſſe atrociorum in eos, qui temeritate, atque inſcitia exercitus amiſiſſent, quam ut pecunia eos multaret.*) Lib. IV. Mœſtæ Civitati ab re male geſta, & iratæ ducibus M. Poſtumius reus objectus, qui Tribunus mil. pro Cos. ad Vejos fuerat, X millibus æris gravis damnatur. *Propter Q. Fabium Civitatem in lætitia, victoria, ſupplicationibus, ac gratulationibus eſſe.*) Vet. lib Propter Q. Fabii victoriam Civitatem in lætitia, ſupplicationibus, ac gratulationibus eſſe. *Cum ſe nihil morari Magiſtrum equitum pronunciaſſet.*) Genus dicendi, quo utebantur in abſolvendo, ſic ſupra lib IV. Tribunus plebis: Sempronium nihil moror, & Philip XIII. in epiſtola Antonii. Nihil moror eos ſalvos eſſe & ire quò lubet. *Digreſſum cum templo.*) Templum non curiam Hoſtiliam intelligendum eſſe puto, ut ait Glareanus quibuſdam placere, ſed Roſtra, quæ ſummoto Magiſtro equitum Dictator adſcenderat, & ex eis verba ad populum fecerat, ſupra autem, Roſtra templum dici, monuimus. *Adoleſcentis Manlii.*) Vet. lib. T. Manlii. Recte, præceſſit enim Q. Fabii. *Q. Æmilium Cretanum.*) Cerretanum ex Cap. Conſulibus & Vet. lib. *Q. Æmilio.*) (Aulium quidam annales habent.) Quæſtio eſt an alter Coſ. Q. Æmilius, an Q. Aulius Cerretanus fuerit. Aulium vocandum eſſe, & Livius, & Capitolini ſcriptores conſentiunt; eſt enim is, qui poſt Magiſter equitum in prœlio occiſus eſt. Livius lib. IX. & Capitolinæ tabulæ. *Æmilio forte evenerunt.*) Malim, Aulio, ut dixi. Accedit quod pro Æmilio Diodorus αἶλιον, Caſſiodorus Ælium vocant, mendoſe. *Socios ejus gentis populos.*) Ideſt ſocios populi Romani Apuliæ populos, in amicitiam enim paullo ante venerant una cum Lucanis. *Clamatumque ad arma.*) Vet. libri Conclamatumque ad arma. *Ut in Tuſculanos animadverteretur, quorum ope, ac conſilio, Veliterni, Privernateſque populo Romano bellum feciſſent.*) De Tuſculanis nihil ante libro VII. ubi de Privernatibus, & Veliternis ita ait: Acceſſit ad eam cladem vaſtatio Romani agri, quam Privernates, Veliterni deinde incurſione repentina fecerunt. *Nec quemquam ferme ex Pollia tribu candidatum Papiriam ferre ſolitum.*) Locus non eſt (ut cenſet Glareanus) mancus, ac debilis. Quod ipſum ſenſus oſtendit, qui eſt hic: Cum Pollia tribus una Tuſculanos condemnaſſet, memoriam iræ Tuſculani in Polliam tribum uſque ad Patrum memoriam conſervarunt, neque enim quiſquam ex tribu Pollia candidatus Papiriam ferre ſolitus erat, in quam præſertim conjecti Tuſculani cives fuerant, & in qua ſuffragia ferebant. Auctor Valerius libro IX. quamquam ibi Popillia eſt, pro Papiria. (85) *Q. Fabio.*) Rullianum intelligit, ex triumpho Capit. hoc anno acto. *L. Fulvio.*) Fulvii cognomen Curvus, ex Capit. ejus triumpho. *M. Fabius Ambuſtus.*) Magiſter eq. erat Ambuſtus, Rullianus Conſul. Ambuſtum Rulliani patruelem fuiſſe reor M. Ambuſti Pont. Max. F. *Nec pedeſtres quidem copiæ.*) Vet. lib. Ne pedeſtres quidem. Samnitium autem copias intelligit. *Locum caſtris dimetari juſſit.*) Vet. lib. Communiri juſſit. *Id vero, circumfuſo undique equitatu, ut vallum peteretur, opuſque inciperet, fieri non poterat.*) Senſus eſt: Dictator, ubi ultra progredi ſe non ſine ſummo incommodo poſſe vidit, locum caſtris communiri juſſit; cum autem hoſtium equitatus circumfuſus eſſet, ne id quidem fieri poterat, ut vallum poneretur, & opus inciperet, in quibuſdam enim libris eſt pro, peteretur, poneretur. *At Hercule illo die.*) Vet. libri Et hercule. *Impio bello, & contra fœdus ſuſcepto.*) Hoc ait, quia paullo ante dixerat: Samnites inducias annuas ab urbe retulerunt, nec earum ipſarum ſancta fides fuit &c. Itaque ſubdit: Brutulus Papius haud dubio erat proximarum induciarum ruptor. *Brutulus Papius.*) Papia gens Italica fuit. Itaque bello Italico Papius Mutilus inter ejus belli duces inſignis eſt: Appianus. Alii. *Ceterarum rerum irrita fuit deditio.*) Ideſt non acceptæ res ceteræ, quæ dedebantur, nec ex eo pax conſecuta eſt. *Hoc bellum à Conſulibus belligeratum quidam auctores ſunt.*) Inter ceteros ſunt Capitolini ſcriptores, qui Q. Fabium, L. Fulvium bujus anni Conſules de Samnitibus triumphaſſe, non Dictatorem A. Cornelium tradiderunt. *Fabium etiam in Apuliam proceſſiſſe.*) Hinc apud eum, qui ſcripſit de viris illuſtribus, ſcriptum eſt, Q. Fabium Coſ. primum de Apulis, & Lucerinis triumphaſſe. Quod idem extat etiam in Capitolino triumpho. *Signum mittendis quadrigis daret.*) Inter ceteras cauſſas Dictatoris creandi hæc etiam fuit, ludorum Rom. cauſſa, quod eſt, ut ſignum mittendis quadrigis daret. Signum autem dediſſe Dictatorem, & Prætorem hic locus docet, Conſulem liber XLV. *Vitiatam memoriam funeribus laudibus reor, falſiſque imaginum titulis, dum familia ad ſe quæque famam rerum geſtarum, honorum fallente mendacio trahunt, inde certe & ſingulorum geſta, etiam publica monumenta rerum confuſa.*) Hunc locum à Cicerone accepiſſe videtur in Bruto: Niſi quem nonnullæ mortuorum laudationes forte delectant, & hercule hæ quidem extant; ipſæ enim familiæ ſua quaſi ornamenta, ac monumenta ſervabant, & ad uſum, ſi quis ejuſdem generis occidiſſet, & ad memoriam laudum domeſticarum, & ad illuſtrandam nobilitatem ſuam, quamquam his laudationibus hiſtoria rerum noſtrarum eſt facta mendoſior; multa enim ſcripta ſunt in eis, quæ facta non ſunt, falſi triumphi, plures Conſulatus, genera etiam falſa, & à plebe tranſitiones, cum homines humiliores in alienum ejuſdem nominis infunderentur genus.

In

(85) Explicare debebat quid ſit Papiriam ferre, ſic enim ſatisfeciſſet Lectori. Ego credo Papiriam ferre ſuffragium à Papiria tribu ferre.

In Epitomen Libri Noni.

O*Mnibus, qui per fœdus ſpoponderant.*) Vet, lib. Qui fœdus ſpoponderant. *Nec etiam multo poſt.*) Vet. lib. Nec multo poſt. *Libertinorum filios in Senatu legit.*) Vet. lib. In Senatum. *Eaque res Fabio Maximo nomen dedit.*) Vet. lib. Maximi, ideſt ex ea re Maximus appellatus eſt, ſic Livius. Porro autem adde hæc verba ex manuſcriptis libris. Badius hæc habet in exemplari ſuo. In hoc libro mentionem habet Alexandri, qui temporibus his fuit, & æſtimatis populi Romani viribus, quæ tunc arant, colligit, ſi Alaxander in Italiam transjeciſſet, non tam facilem ei victoriam de populo Romano fore, quam de gentibus, quas ad Orientem imperio ſuo ſubjecerat.

In Librum Nonum.

A*Uctores belli, quia vivos non potuimus.*) Brutulum Papium intelligit, cujus examine corpus deditum erat. *Legiones Samnitium in Apulia eſſe, Luceriam omnibus copiis circumſedere.*) Apuli quadriennio ante ſocietate juncta in fidem populi Romani venerant. Ea de cauſſa Romani hoc tempore Luceriæ, quam à Samnitibus circumſedari nunciabatur, opem ferunt; ait enim: Haud arat dubium, quin Lucarinis opem Romanus ferret, bonis ac fidelibus ſociis, iidem tamen poſt eladem Caudinam ad Samnites defeciſſe videntur; Itaque Luceria poſt à Romanis recipitur, iterumque cum defeciſſet, capta, colonia deducitur. Neque anim probare videtur Livius eorum auctoritatem, qui Q. Fabium prioris anni Conſulem de Apulis, & Lucerinis triumphaſſe ſcripſerunt. *Montibus circa ſe perpetuis inter ſe juncti.*) Vet. lib. Montibus perpetuis inter ſa juncti. *Per Altum ſaltum arctiorem, impeditioremque.*) Vet. lib. Altiorem impeditioremque: Recte, nam paullo ante dixit. Saltus duo alti, anguſti. *Cum ad alias anguſtias protinus pergerent, ſæptas dejectu arborum ſaxorumque ingentium objacentem molem invenerunt.*) Malim: Objacenta mole, ut ſit: Sæptas dejectu arborum, & ſaxorum objacente mole. *Alius per obices viarum, alius per diverſa montium.*) Vet. lib Per adverſa montium. *Quem annos jam prope XXX. vincimus.*) De Samnite loquitur, qui vinci cœptus eſt anno U. C. CDXII. Quoniam autem ab eo ad hunc annum niſi XXIII. anni numerantur: Glareanus hunc numerum reprehendit, & XX. non XXX. legendum cenſet. Ego contra: Nam ſi XX. dixiſſet, particulam, Prope, non addidiſſet, quæ ſolet addi, cum numerus re vera minor aſt, quam dicitur. (86) *Jam et gravior annis.*) Vet. lib. Gravis annis. *Quidquid iſtuc præſens neceſſitas inuſſerit.*) Vat. lib. Iſtinc: Malim ego: Iſtic. *Herennius domum è caſtris eſt avectus.*) Vet. lib. Revectus: Egregie: Inde enim in caſtra vectus fuerat. *Suis deinde legibus.*) Vet. lib. Suis inde legibus. *In medios me mittere hoſtes paratus ſum.*) Ver. lib. Immittere. *Produntur magis omnia.* Vet. lib. Ea omnia. *Omnium egena corpora humi proſtraverunt.*) Vet. lib. Egeni. *Super mœrorem pudor quidam effugere colloquia, & cœtus hominum cogebant.*) Vet. lib. Cogebat. *Ad finem Campanum proſequerentur.*) Vet. lib. Ad finem uſque Campani agri; Dixit tamen alibi: Finem Piſanum. *Multo ſibi mœſtiores, & abjectiores animi viſos.*) Vet. lib. Mœſtioris, & abjectioris animi. *Oſilius Calavius Ovii filius.*) Vet. lib. Ovi. *Sine ulla publica auctoritate conceſſum in omnem formam luctus eſt.*) Vet. lib. Sine ulla publica auctoritate, conſenſu ne in omnem formam luctus populus verſus eſt: Ego tamen nihil muto. *M. Æmilius Pappus.*) Scribe M. Æmilius Papus, auctoribus Capitolinis lapidibus, & lib. veteribus. *Quo die creati ſunt, eo (ſic enim placuerat Patribus) Magiſtratum inierunt.*) Ante ſollemnem ineundi Conſulatus diem iniſſe ſignificat, qui per bellum Punicum II., & reliqua inſequantia fuit Idus Mart. His autem X. primis libris res hæc tota inconſtantiſſima eſt: Nam modo Kalen. Sept., modo Kal. Sext., modo Idibus Majis, modo Id. Decembr., modo Kalen. Octobr., modo Kalen. Quinctilis iniiſſe Conſulas à Dionyſio, Livioque traduntur. *Sollemnibuſque ſenatibuſque Senatusconſultis perfectis de pace Caudina retulerunt.*) Vet. lib. Sollemnibuſque ſacris, probo tamen magis, Senatusconſultis: Erant enim quædam ſollemnia Senatusconſulta, quæ ad religionam, & cærimonias pertinebant: Nam quemadmodum ſcriptum eſt apud Gellium, anta de rebus divinis, quam de humanis referebatur. Itaq; Cicero ait ad Quirites poſt reditum: P. Lentulus Coſ. ſimulatq; de ſollemni religione retulit, nihil humanarum rerum ſibi prius, quam de me agendum judicavit. *L. Livio, & Q. Melio Tribunis pl.*) Mælio, ſcribe, mendoſe antem ſunt apud Ciceronem hæc nomina: Numicio, & Æmilio, in Carone. Ceterum Tribunatum pl. ceperunt, poſtquam ſub jugum ad Claudium miſſi fuerant. Neque anim Tribunos pl. in caſtris fuiſſe conſentaneum eſt, & ſi fuiſſent, & ſpopondiſſent, eorum ſupra meminiſſet Livius, cum dixit: Spoponderunt Conſules, Legati, Quæſtores, Tribuni militum. *Poſtumius in ore erat.*) Vat. lib. In ore omnium erat. *Piaculaque pro populo dare Romano.*) Vet. lib Romano dare. *Noxam nocuerunt.*) Vet. lib. Noxa nocuerunt. *Eo juſtius bellum geſturos.*) Vat. lib. Romanos eo juſtius bellum geſturos, quod placet. *Qui te captum victori cum qua potes fide reſtituis?*) Vet. lib. Qui te nunc captum victori. *Numquam ne cauſſa deſiet.*) Vet. lib. Deficiet. *Quod nec ad Luceriam ire.*) Hoc loco Luceria Samnitium eſt, quod forte ad eos, ut dixi, poſt Caudinam cladem defecerit, quemadmodum tacite intelligi vult Livius. *Publilius in Samnio ſubſiſtit adverſus Caudinas Legiones.*) Si: Adverſus, legas, Caudinas Legiones Samnitium exercitum ad Caudium victorem intelligas, ſi (ut malim, & eſt in quibuſdam libris vet.) Adducens, Romanorum exercitum ad Caudium ſub jugum miſſum, accipias neceſſe eſt. Ita vero accipiendum eſſe, docet Livius libro XXV. Caudinæ Legiones, quæ ſine armis redierant Romam, armatæ remiſſæ in Samnium, eundem illum hoſtem ſub jugum miſerunt, qui hac ſua ignominia lætatus fuerat. Idem autem tradit hoc loco Livius, ex quo intelligi debet Publilium cum Caudino exercitu in Samnium eſſe profectum, Papirium cum novo in Apuliam. *Samnites ea tempeſtate in montibus vicatim habitantes campeſtria, & maritima loca contempto cultorum molliore, atque, ut evenit fere, locis ſimili genere, ipſi montani, atque agreſtes depopulabantur.*) Glareanus merito obſcuritatem hujus loci jactat, non enim ſolum obſcurus eſt, ſed etiam vitioſus. Lege autem ex veterum librorum fide: Contempto cultu molliore, ut ſit, Samnites montani campeſtria loca depopulabantur

(86) Badii codex habet XX. & propius ideſt vero quid quid hic arguteur Sigonius.

tur contempto cultu molliore, & locis ejuſmodi, ut fieri ſolet. *Tum quoque profectos inde.*) Vet. lib. Tum vero prufectos. *Auctoribus diis (ut videtis) ad rem agendam proficiſcimur.*) Vet. lib. Rem gerendam. *Conſulere quid victis patiendum cenſeri.*) Vet. lib. Paciſcendum, probe, agitur enim de conditionibus pacis. *Id magis mirabile eſt, ambigi Lucius ne Cornelius Dictator cum M. Papirio Curſore Magiſtro equitum eas res ad Caudium, atque inde Luceriam geſſerit.*) Scriptores Capitolini L. Cornelium dictat, cum L. Papirio Magiſtro equitum adſcribentes has res ab eo geſtas eſſe ſentire videntur. Puto autem hunc eſſe L. Cornelium Lentulum, qui ante Conſul fuit, qui ob res bene geſtas ad Caudium Caudinus appellatus ſit, ſiquidem Caudius poſt fuit Lentulorum cognomen. *Sequitur hunc errorem alius error, Curſor ne Papirius proximis comitiis cum Q. Æmilio Cæretano iterum ob rem bene geſtam Luceriæ continuata Magiſtratu Conſul tertium creatus ſit, an L. Papirius Mugillanus, & in cognomine erratum ſit.*) L. Papirium Curſorem Cos. III. & Capitolini triumphi ejus Scriptores, & Livius ipſe, qui poſt eundem IV. Conſulem nominat, ſentiunt. Quod autem ad Q. Æmilium Cæretanum attinet, eum ne de hoc quidem nomine inter auctores conveniat, an Æmilius, an Aulius ſit, ut ait Livius, intelligendum eſt Aulium à Livio, & Scriptoribus Capitolinis magis probari; nam in vet. lib. apud Livium & hoc loco, & infra: Aulius eſt, non Æmilius. Ceterum Cerretano ex Capitolinis lapidibus, & veteribus aliquot libris legendum eſt, non Cæretano. *Cum Ferentanis una ſecunda prœlio debellavit, Urbemque ipſam, quo ſe fuſa contulerat acies, obſidibus imperatis, in deditionem accepit.*) Oppidum intelligit nomine Ferentum. De quo Horatius Oda IV. lib. III. Et arvum pingue tenent Humilis Ferrenti, quo loco ait Acro. Ferentum oppidum eſt Apuliæ Venuſinæ Civitati vicinum in valle ſitum. Itaque Diodorus lib. XX. hanc victoriam ſic deſcribit, ῥᾳδίως δὲ διαπολεμήσαντες συμμάχους Φερεντὸν πόλιν τῶν Ἀπουλίων κατὰ κράτος εἷλον. Fuit autem Ferentum, quod & Ferentinum eſt dictum, in Samnitibus, de quo ſic Stephanus, Φερεντῖνον, λέγεται καὶ Φερέντιον, πόλις Ἀμπελιτῶν ἐν Ἰταλίᾳ. οἱ πολῖται Φερεντινᾶτες. Hujus meminit Livius lib. X. Idque oppugnatum eſſe una cum Romulea ſcribit anno U. C. CDLVI. Porro autem Ferentinum alterum in Volſcis, ſive in Latio fuiſſe ſatis conſtat. Quod ipſum Volſcis ademptum: Hernicis donatum eſſe à Romanis Livius ſcribit lib. IV. Itaque libro VII Ferentinum Hernicorum Urbem vi captam eſſe ab iiſdem ait, & Ptolemæus Ferentinum inter mediterraneas Urbes Latinorum ſtatuit. Ab hoc Cives Ferentinates appellati ſunt, ut hoc libro Livius: Præter Aletrinatem, Ferentinatemque, & Verulanum omnes Hernici nominis populi populo R. bellum indixerunt, & Pli. lib. IV. cap. V. Ex agro Falerno Ferentinates. Hinc Concilia Latinorum ad lucum Ferentinæ habita eſſe ſcribit Livius libro I. & VIII. Quod (ut ſupra dixi) Concilium Dionyſius τῇ ἐν Φερεντίνῳ ἀγορᾷ vocat. Hinc etiam idem Livius libro I. meminit aquæ Ferentinæ, & II. capitis Ferentini. Poſtremo Ferentiam oppidum collocat in Tuſcis Ptolomæus, quam Ferentinum etiam nominat Plinius lib. III. cap. V. cum ait: Fæſulæ: Ferentinum: Præter hæc ſunt etiam populi quidam nomine Ferentani Apuliæ finitimi, de quibus Mela: Picentes, Frentani, Apuli, & Plin. Peligni, Frentani, Marrucini, Veſtini, & poſt. In ora Frentanorum: Item, Anxani, Frentani: Ptolemæus item poſt Apulos ſtatuit Frentanos, Pelignos, & Marrucinos, & Polybius lib. III. Μαρρουκίνων, καὶ Φρεντανῶν χώραν. Quæ cum ita ſint, non eſt dubium, quin libro hoc extremo ſit legendum, Frentani, ubi vulgo legitur: Marrucini, Marſi, Peligni, Frentini. Hæc dixi, ut intelligerent omnes, quanto cum ſtudio, atque judicio in veterum auctorum lectione verſandum ſit. *Cum ad mœnia Satrici admotus eſſet exercitus.*) Vet. lib. Satriceæ, per mendum. Intelligit enim Satricum coloniam Romanam in Latio, quippe cum ſubjiciat: Plus ea voce, quam armis illatis terroris colonis injectum. *Qua noctis hora, quamque per portam, & quam in viam egreſſurus hoſtis foret.*) Vet. lib. Quaque porta. *Præcipua pedum pernicitas inerat, quæ cognomen etiam dedit.*) Vet. lib. alii: Quæ cognomen via dederat: Alii: Quæ cognomini viam dedit: Hinc ego ſuſpicor legendum: Quæ cognomen avo jam dedit, (87) ut intelligamus, quemadmodum neceſſario intelligendum eſt, non hunc primum inveniſſe hoc Curſoris cognomen, ſed Avum ejus ante: Avus autem ejus fuit L. Papirius Curſor, qui Cenſor fuit anno U. C. CCCLXI., & poſt etiam Tribunus militum Conſulari poteſtate: Hic enim, de quo nunc loquitur Livius, in lapidibus Capitolinis L. Papirius Sp. F L. N. Curſor dicitur. *Quod avus fuit quod adoleſcens in incremento rerum.*) Scribe ex Vet. lib. Quod adoleſcens, quod in incremento rerum, ut tertia eſſe cauſſa videatur. *M. Curium.*) M'. Curium, Capitolini lapides, item alii. *Si Punicum Romano prævertiſſet bellum, ſeniorque in Italiam transjeciſſet.*) Senſus: Si Alexander ante intuliſſet, Romano bellum, quàm Pœni: Quod futurum erat, ſi ſenior in Italiam transjeciſſet, niſi malimus legere pro Punicum, Indicum. Nam ſequitur: Longe alius Italiæ, quàm Indiæ viſus illi habitus eſſet. *Quem juvenes duo.*) T. Manlius Torquatus, & M. Valerius Corvus, de quibus paullo poſt: Ceſſiſſet videlicet in acie oblatus par Manlius Torquatus, aut Valerius Corvus. (88) *Quem qui ex Regibus conſtare dixit.*) Cyneas hic fuit Legatus Pyrrhi bello Tarentino. Plutarchus in Pyrrho. *Inter purpuram, atque aurum enervatum fortunæ ſuæ apparatibus.*) Vet. lib. Oneratum: Quod placet, ſubdit enim: Prædam verius, quàm hoſtem, & præceſſit: Mulierum, ac Spadonum agmen trahentem. *Non intelligunt ſe homines res geſtas, & ejus juvenis cum populi jam octingenteſimum bellantis annum conferre.*) Scribe ex Vet. lib. Se unius hominis, opponuntur enim hæc inter ſe. Unus homo, idemque juvenis, & populus idemque jam octingenteſimum annum bellans: Paullo ante dixit, quod unus fuit, quod adoleſcens; elatorie autem dixit: Octingenteſimum. (89) *Impedimentum majus, quam auxilium traheret.*) Vet lib. Impedimen-

(87) Livius hunc à curſu laudat, non avum: Nihil igitur hic agit Sigonius.

(88) Hæc ex Glareano habet.

(89) Hinc inſcitiam Hiſtoriæ Alexandri Sigonius prodis: Alexander enim cùm ex India Babylonem rediſſet, jam claſſem deſtinarat in Carthaginienſes non in Romanos: Etſi tum rebus humanis ereptus non eſſet, ac in Africam veniſſet, aliquot annis ibi bellandum erat, poſito X. Jamque Alexander erat XLIII. annorum, ſic ſenex non tamen, Valde veniſſet in Italiam. Senſus igitur eſt: Si Alaxander prævertiſſet bellum Africanum quàm Romanum, hoc eſt, prius Africam aggreſſus, quam Italiam; id enim in ejus ſenectute futurum erat.

mentum magis. *Cum & fœderibus vetuſtis juncta Punica res Romanæ eſſet.*) Fœdera hæc renovata iterum, atque iterum, & quo tempore, late tradit Polybius lib. III. *Abſit invidia verbo.*) Vet. lib. Veto. *M. Follius Flaccina.*) M. Foslius Flaccinator, ex Conſulatu Capitulino. *L. Plautius Venox.*) Veano, ex Conſulatu Capitolino, ut dixi. *Induciæ biennii, cum per aliquot dies fatigaſſent ſingulos, precibus impetratæ.*) Diſpunge ita, ut ſit, fatigaſſent ſingulos precibus, non autem, precibus impetrare. Nihil eſt enim tam familiare Livio, quam fatigare precibus, ut libro I. Precibus raptatum fatigata. *Ex Apulia Thanenſes.*) Teanenſes ſine aſpiratione, ex Vet. lib. & Græcis τεανοι. *Ex Apulia Theanenſes, Canuſinique populationibus feſſi, obſidibus L. Plautio Conſuli datis in deditionem venerunt.*) Hac de re ſic Diodorus libro XX. ἐπόρθησαν δὲ καὶ τὴν Ἀπουλίαν τὴν Δαυνίαν πᾶσαν, καὶ ἄρχοντα ὅμηρα κανυσίνους ὁμήρους παρ' αὐτῶν ἔλαβον. *Et duæ Romæ additæ Tribus, Uſentina, ac Falerina.*) Earundem meminit Diodorus, προσέθεσαν δὲ καὶ δύο φυλὰς ταῖς ὑπαρχούσαις, τήν τε Φαλερῖνον, καὶ τὴν Ὠφεντίναν. *Inclinatis ſemel in Apulia rebus Theates quoque Apuli ad novos Conſules C. Junium Bubulcum, Q. Æmilium Barbulam petitum fœdus venerunt.*) Parum conſtat, qui ſint Theates Apuli: Nam Theate Theatinos edit, ut Reate Reatinos, quos tamen non inter Apulos, ſed inter Marrucinos collocat Plinius: De Teanenſibus autem dixit paucis ante verſibus; Teanenſes, Canuſique populationibus feſſi obſidibus L. Plautio Conſuli datis in deditionem venerunt, ut ſupervacaneum fuiſſe videatur, eoſdem ad novos Conſules fœdus petitum veniſſe, niſi ſit, quia pacis per omnem Apuliam præſtandæ auctores venerant, audacter id petentes impetraverint. Ceterum Teana duo fuiſſe, auctor eſt Strabo, unum cognomine Sidicinum, alterum Apulum, & Plinius lib. III. cap. XI. Apulorum, inquit, tria genera ſunt: Teani à duce Gares, Lucani ſubacti à Calchante, & Daunii: Vet. lib. Teates habent: Sthepanus populos, & cives Teani vocat τεανίς. Polybius tamen libro III. nominat Calenos, Teanitas, Daunios, Nolanos, ut Campaniæ mediterranea incolentes, καληνοί, τεανῖται, δαύνιοι, νωλανοί. *Neque ut æquo tamen fœdere, ſed in ditione populi R. eſſent.*) Vet. lib. Sed ut in ditione. Eſt autem hoc unum e tribus generibus ſocietatis ineundæ, de quibus Livius lib. XXXV. aut enim victis leges dantur, aut pares bello paciſcuntur, aut cum numquam hoſtes fuerint, fœdere junguntur. *Apulia perdomita (nam Tarento quoque valido oppido Junius potitus erat.*) Quid ſit hoc loco Tarentum, ambigitur, neque enim Tarentum Apuliæ eſt, neque à Romanis hoc tempore captum eſt. Neque vero Ferentum habere locum poteſt, quod quibuſdam placuit, eſt enim biennio ante captum: Vet. lib. alii Acronto, alii Acerronto cum habeant, me in hanc ſententiam trahunt, ut putem legendum eſſe Acheronto, quod oppidum erat in Apulia, ut ait Horatius, & ejus interpres Acro, quamquam Horatius Acherontiam vocat Oda IV. lib. III.

Mirum quod foret omnibus
Quicumque celſæ nidum Acherontiæ,
Saltuſque Batinos, & arvum
Pingue tenent humilis Ferenti.

Qui ſine legibus certis, ſine Magiſtratibus agere querebantur.) Vet. lib. Sine legibus, certiſque Magiſtatibus. *Satriculam oppugnare.*) Saticulam, ut ante. *Satricani magis cum tumultu.*) De Saticulæ Civibus cum agatur: Saticulani certe ſcribendum eſt: Nam Stephanus σατίκολα πόλις, τὸ ἐθνικὸν σατικολανός, & Diodorus libro XIX. ubi Saticulæ meminit à Romanis obſeſſæ, ait, ῥωμαίων σατίκολαν πολιορκούντων σαμνῖται ἐπελθόντες μετὰ δυνάμεως ἀδρᾶς, ἀπέθανον πολλοὶ τῶν πολιορκούντων. *Pliſticam ipſi ſocios Romanorum circumſidunt.*) Diodorus lib. XIX. Pliſticam vocat, cum ait de hac re ita. Πλιστικὴν μὲν ἔχουσαν φρουρὰν ῥωμαϊκὴν ἐξεπολιόρκησαν. *Bellum deinceps ab Q. Fabio Dictatore geſtum eſt.*) Glareanus hunc Dictatorem hoc anno fuiſſe ſine Conſulibus exiſtimat, verum errat: Fuit enim Q. Publilio, & L. Papirio quartum Conſulibus, teſte Diodoro, qui in horum Conſulatu ait, οὗτοι δὲ ἐν τοῖς κινδύνοις ἀντιπαρετάττοντο τοῖς πολεμίοις καθ' ἑαυτοὺς ἀξιολόγων αὐτῶν, προσεχώρησαν τῶν κοινῶν φυλῶν καὶ μόνοι ἀνεῖ κοινῶν ὅλων ἵππαρχον, ἐπεὶ τῆς δυνάμεως ἀναλαβόντες παρετάξαντο πρὸς τοὺς σαμνίτας περὶ τὰς καλουμένας λαυτόλας. Narrat deinde Romanorum item, ut Livius, fugam, & Q. Aulii Mag. eq. necem; eſt enim apud Diodorum ἄλιον, pro Aulium, ut cum dicimus Clodius, pro Claudius. *Conſules novi ſicut ſuperiores Romæ manſerunt.*) Deſunt nomina novorum Conſulum, ſine dubio librariorum vitio, neque enim alias umquam ea ſtudioſe Livius prætermiſit, ſunt autem apud Caſſiodorum L. Papirius, Q. Publilius; itemque in Capitolinis tabulis: L. Papirius Curſor IV. & Q. Publilius Philo IV. & apud Diodorum lib. XIX. λεύκιος παπίριος ὁ πέμπτον, καὶ κόιντος ποπλίλιος ὁ δεύτερον. Atque ita reſtituendum eſſe apud Livium puto, ut eſt in Capitolinis lapidibus: Nam in horum temporum Conſulibus nominandis mire diligens eſt, ita ut neque cognomina, neque multiplicatorum honorum notas ullas prætereat, & L. Papirium biennio poſt Conſulem quinctum tradit. Quod non faceret, niſi hoc anno eum Conſulem quartum nominaſſet: Hoc ipſum (ut dixi) cum Glareanus non intelligeret, annum unum ſine Conſulibus interſeruit; L. autem Papirium, & Q. Publilium in inſequentem annum tranſtulit, ita ut uno anno Livium antecedat contra omnium monumentorum auctoritatem. (90) *Eo intentus Dictator in mœnia hoſtium verſus, id bellum tanti ducere, quod urbem oppugnabat; ſecurior ab Samnitibus agere, ſtationibus modo oppoſitis, ne qua in caſtra vis fieret: Eo ferocius adequitare Samnites vallo, neque otium pati.*) Hujus loci ſenſus, quem ſibi ignotum eſſe Glareanus ait, hic eſt: Dictator ad oppugnationem urbis converſus id opus tantum pro bello habebat, quatenus oppugnabat, at ceteris in rebus nulla belli ſpecies erat. Nam à Samnitibus ſecurus, ſtationibus tantum, ne qua vis in caſtra fieret, oppoſitis, erat: Quo fiebat, ut Samnites, cum ſe contemni putarent, ferocius obequitarent vallo caſtrorum, neque quietem agere paſſent; In veteribus enim libris Obequitare legitur, non Adequitare. Poſt hæc novæ orationis principium fieri debet: Et cum jam prope. *Nec (ut fit) ad ducis caſum perculſa magis, quam irritata eſt multitudo omnis, qui circa erant in Aulium temere invectum.*) Vet. lib. Omnes, qui circa erant. *Sora ad Samnites defecerat interfectis colonis Romanorum.*) Sic Diodorus lib. XIX. σωρανοὶ δὲ τοὺς ἐνοικοῦντας κατασφάξαντες τοὺς παρ' αὐτοῖς ῥωμαίους, συμμαχίαν δὲ πρὸς σαμνίτας συνέθεντο. *Et ſi homines juvare velint, iniqua loca ſunt.*

(90) Glareanus ubique teſtatur ſe pro uno anno cum nemine certaturum. At hic ita nunc clamat, quaſi id non legerit apud eum.

ſunt.) Vet lib. Omnes. *Ad lantulas ancipiti prælio dimicatum eſt.*) [illegible]. *Conſules M. Petilius, C. Sulpicius.*) Pœtelius, ex Conſulatu Capitolino: Diodorus, [illegible], at [illegible] mendoſe. *Arx ab hoſtibus capta eſt, defendite, ite.*) Vet. lib. Ite, defendite, ſic ſupra: Ite Conſules, redimite Civitatem, & lib. VII. Irent, crearent Conſulem ex plebe. *Concurſantes per viam.*) Vet. lib. Per vias. *Ex hoc CCXXV.*) Vet. lib. CCXXXV. *Auſona, & Minturnæ, & Veſtina urbes.*) Vet. lib. alii Veſtitia, alii Veſtia: Ego Veſcia, legendum puto: Nam Veſcia, ut lib. IIX. dixi, Auſonum erat, auctore Stephano. *Vicit tamen ſententia, ut mitterentur coloni.*) De Luceria colonia deducta in Apulia loquitur: De qua ſic Diodorus in Conſulatu priore, [illegible]. *Dictatoremque quæſtionibus exercendis dici placuit, C. Mænius dictus, is M. Foſlium Magiſtrum equitum dixit.*) Hos iterum ambos factos eſſe ſcriptum eſt in tabulis Capitolinis: De quibus ſic Diodorus lib. XIX. [illegible]. Ergo Diodorus Dictatorem creatum rei in Campanos gerendæ, non quæſtionis in eos exercendæ cauſſa ait. *Calavios Ovium, Noviumque.*) Vet. lib. Ovum, Novumque, ſunt autem hæc Calaviæ gentis prænomina. *Quæ uſpiam coiſſent, conjuraſſentve adverſus Romanum Populum.*) pro certo habeo legendum eſſe: Adverſus remp. nam ſubdit: Coitiones honorum adipiſcendorum cauſſa factas, adverſus remp. eſſe: Et hæc eſt trita loquendi forma: Error ex notis ortus: R. P. *Quæſtores ideoneos ejus criminis.*) Vet. lib. Quæſitores, ut Virg. Quæſitor Minos urnam movet. *Tutos à criminibus iſtis eſſe.*) Vet. lib. Criminationibus. *Is enim à Senatu mandata res eſt.*) Vet. lib. Erat. *Cum audiſſet arcem Fregellanam à Samnitibus captam.*) Q. Fabium Dictatorem bis coſ. ad arcem Fregellanam rem geſſiſſe non C. Pœtelium ſcribit Diodorus: De C. tamen Pœtelio auctores ſunt Scriptores Capitolini: Diodorus ſic lib. XIX. [illegible]. *Et frequenter ibi habitatur.*) Vet. lib. Habitabatur. *Sueſſa, & Pontia coloniæ deductæ ſunt.*) Vet. lib. Sueſſam, & Pontiam, ſic lib. X. Soram atque Albam coloniæ deductæ, ſic Diodorus, [illegible]. *Et in tertiam Caſinum ut deducerentur coloni S. C. factum eſt.*) Vet. lib. alii habent: Et Minturna, & Caſinum ut deducerentur coloniæ, alii Veternam & Caſinum, alii Internam, & Caſinum: Quæ voces in eam Gelenium traxerunt ſuſpicionem, ut: Et in tertiam Caſinum affirmarit eſſe legendum, & pro Deducerentur coloniæ: Deducerentur coloni, ſubjecerit. Ego autem reſtituendum puto ita: Et ut Interamnam, & Caſinum deducerentur coloniæ. Etenim Vellejus lib. I. poſt Sueſſam Auruncam coloniam deductam, cujus hoc loco meminit Livius: Interamnam deductam eſſe ſcribit, & Livius libro X. anno CDLIIX. ait Samnites Interamnam coloniam Romanam, quæ via Latina eſt, occupare conati, neque tamen quo anno deducta colonia ſit ante dixit, niſi hoc loco tradiderit. Movet etiam me loquendi forma: Deducere colonias vel colonos in Caſinum tertiam coloniam. *Conſules M. Valerius, P. Decius.*) M. Valerius hic non eſt Corvus, ſed M. Valerius Maximus; ut eſt in Capitolino horum Conſulatu. *Dictatorem C. Junium Bubulcum dixit.*) Lege ex auctoritate Capitolinarum tabularum: Dictatorem C. Sulpicium Longum, is Magiſtrum equitum C. Junium Bubulcum dixit: Etenim ſatis apparet, errore librarii C. Sulpicii nomen deſiderari, neque enim Livius Magiſtros equitum prætermittere ſolet. *Cenſura clara eo anno Ap. Claudii, & C. Plautii.*) Pro C. Plautio L. Claudium edit Diodorus lib. XX. C. Fabium Frontinus de aquæductibus; C. Plautium Capitolini Scriptores. *Ob infamem, atque invidioſam Senatus lectionem.*) Vet. lib. Atque ignominioſam. Egregie: Nam libertinorum filii lecti erant. *Potitia gens.*) Potitia: Græci enim [illegible]. *In plauſtra ſomno victos conjiciunt.*) Vet. libri Vinctos, probe: Etenim niſi ſomno vincti fuiſſent, vinculis conſtringendi fuerant, quod Romam inviti perducerentur. *Pentrorum Samnitium.*) De Pentris Samnitibus item lib. XXII. *Sed quem eſſe jam virtuti Romanæ inexpugnabilem locum?*) Lege: Ecquem eſſe, & cum priori membro junge ita, dummodo continerentur uno animo invadere hoſtem victum acie, caſtris exutum, ecquem eſſe jam virtuti Romanæ inexpugnabilem locum? *Sed loca difficilia hoſti quæſita ipſos cum ſua fraude impediebant.*) Vet. lib. Sed loca difficilia ab hoſte quæſita ipſos cum ſua fraude impediebant. *Ab oppugnando Sutrio, quæ Urbs ſocia Romanis velut clauſtra Etruriæ erat.*) Sutrium coloniam deductam à Romanis poſt annos VII., quam à Roma a Gallis capta eſt, ſcribit Vellejus. Eandem [illegible] hoc anno vocat Diodorus, præterea Liv. lib. XXVII. inter colonias numerat. *Nec quidquam eo anno res memoria digna apud Sutrium geſtum eſt.*) Vet. lib. Memoria dignum. *Inter patricios Magiſtratus, Tribunoſque.*) Vet. lib. Tribunoſque pl. *Nam & ſi tenuerit lex Æmilia eos Cenſores, quorum in Magiſtratu lata eſſet, quia poſt illos Cenſores creatos eam legem populus juſſiſſet, quodque poſtremum juſſiſſet, id jus ratumque eſſet; non tamen aut ſe, aut eorum quemquam, qui poſt eam legem latam creati Cenſores, teneri ea lege potuiſſe.*) Hæc cavillatio hanc habet vim. Legem Æmiliam de annua & ſemeſtri Cenſura tenuiſſe tantum Cenſores eos, quorum in Magiſtratu lata eſt, quia bis de illorum Magiſtratu ſcivit populus, primum comitiis Cenſoriis, ut Cenſuram in quinquennium obtinerent, deinde legem ferente Æmilio Dictatore, ut obtinerent in XIIX. menſes. Itaque videri latam legem illam in eos tantum Cenſores, qui tum erant, non in eos, qui futuri erant. Hunc ſenſum non percipiens Glareanus, hic aliquot verba intercidiſſe ſine cauſſa exiſtimat. *Cum centeſimus jam annus ſit.*) Vox illa: Jam, habet hanc vim, ut centeſimum annum jam præteriiſſe ſignificet, ſic enim res habet: Quod intelliget, qui ſummam annorum concipiet. *Ubi duæ contrariæ leges ſunt, ſemper antiquæ abrogat nova.*) Alii in manuſcriptis libris legi ajunt, ut Ferrarius: Antiquam abrogat nova. At ego legi: Antiquæ abrogat nova: Eſt autem obrogare legem, non tollere legem latam, id enim abrogare dicitur: ſed novam legem ferre veteris infirmandæ cauſa. *Interregno quinque diebus contentum fore.*) Vet. lib. Quinque dierum. *Gens antiquior originibus hujus Urbis.*) Potitiam intelligit, quæ ante adven-

ventum Æneæ Herculis Sacrum faciebat, ut ait lib I. *Niſi Æmiliæ legi parueris, in vincula duci jubebo.*) Vet. lib. Te in vincula. *Quoſdam etiam pedem referentes, fluctuanteſque, & inſtabilem.*) Vet. lib. Fluctuantemque, & inſtabilem aciem. *Silva erat Ciminia, magis tum invia, atque horrenda, quam nuper fuere Germanici ſaltus.*) Cæſarem intelligit, qui, ut ait Florus, Germanos hoſtes Hercyniis quæſivit in ſilvis. Sed in ſaltus, & paludes omne genus diffugerat, & de bello Etruſco: Ciminius interim ſaltus in medio ante invius plane quaſi Calydonius, vel Hercinius. *Fos ipſos non ſignum certum, non ducem ſequentes fundit Romanus, fugatoſque perſequitur.*) Vet. lib. Fugatos eques perſequitur. *Coortis undique Tuſcis, Umbriſque opprimeretur.*) Vet. lib. Undique ab Tuſcis. *Cum hæc in Etruria geruntur.*) Vet. lib. Dum hæc. (91) *Fabius infeſtus privatim Papirio erat.*) Vet. lib. Infenſus. (92) *Sine reſponſo, ac mentiane facta ſui, Legatos dimiſit, ut appareret.*) Vet. lib. Ira Legatos dimiſit, ut appareret. *Atque ſi legem curiatam de imperio ferenti, triſte omen diem diffidit, quod Faucia Curia fuit principium.*) Curiatis comitiis mandari conſueviſſe imperium ex eo intelligi poteſt, quod Livius ait lib. VI. Curiata comitia rem militarem continent: Et curiatam legem latam de imperio Camillo abſenti tradendo, & Cicero contra Rullum. Conſuli ſi legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet, & ad Lentulum: Appius legem curiatam ferre vult. Erant autem comitia curiata, cum populus deſcriptus in curias ſuffragabatur. Nomina XXX. curiarum interciderunt. Feſtus Tifatæ, & Titiæ meminit, Livius nunc Fauciæ, quam prærogativam fuiſſe ſignificat in imperio Papirio mandando. Me ut hæc dicerem, coëgit Glareanus, qui ſe non ſatis intelligere hunc locum inquit. (93) *Cum ab neutris prælium inciperetur.*) Vet. lib. Inciperet. *Nam & cum Umbrorum exercitu acie depugnatum eſt.*) Tranſit à bello Samnitum, ad res in Etruria cum Umbris, & Etruſcis geſtas, adhibita particula, Nam; quod mirabile mihi cum videretur, inſpexi veteres libros diligentius. Quorum alios ita habere inveni, ut vulgo legitur, alios ita: Nam & cum Umbrorum exercitu acie depugnatum eſt, fuſi tamen magis, quàm cæſi hoſtes, quia cœptam acriter non tolerarunt pugnam. Interea res in Etruria geſtæ, & ad Vadimonis lacum Etruſci. Tum intellexi cauſſam admirationis meæ probabilem eſſe. Deeſſe enim huic tranſitioni hæc verba: Interea res in Etruria geſtæ, quæ in veteribus libris luxata erant. Itaque ita lege: Interea res in Etruria geſtæ; nam & cum Umbrorum exercitu acie depugnatum eſt, &c., & ad Vadimonis lacum Etruſci, conjungit enim Umbrorum, Etruſcorumque, ut ante bellum. Hinc temere Glareanus mendum eſſe putavit in voce: Umbrorum, quos Samnitum populos eſſe voluit, & ad Samnitium bellum hæc referenda eſſe. (94) *Ad Vadimonis lacum.*) Polybius libro ſecundo [illegible] vocat. *Campani ab ſuperbia, & odio Samnitium, gladiatores, qui ſpectaculum inter epulas erant, eo ornatu armarunt: Samnitumque nomine appellarunt.*) Hinc Cicero dixit pro Sextio. Et ergaſtulis emptos nominibus gladiatoriis ornavit, & ſortito alios Samnites, alios provocatores fecit, & Lucilius, ut eſt apud Marcellum:

Aeſernius fuis flacco ore una equidem
Samnis, ſpurcus homo, vita illa dignus, locoq;
Cum Pacidiano componier, optimus multo
Poſt homines natos, gladiator qui fuit unus.

Erant etiam alia gladiatorum nomina, ut Thrax, Marmillo, Retiarius, de quibus alii. *Præſtantiore, quam Dictator victoria.*) Vet. lib. Præſtantiore etiam, quam. (95) *Is Profectus ad Nuceriam Alliſatis jam tum pacem petentis, quod uti ea cum daretur noluiſſent, aſpernatus, oppugnando ſubegit.*) Vet. lib. Is profectus ad Nuceriam Alphaternam, jam tum pacem petentes, quod uti ea cum daretur noluiſſent, aſpernatus, eam oppugnando ſubegit: Ita autem legendum eſſe, aperte etiam docet Diodorus, qui ſcribit Sp. Nautio, & M. Popillio Conſulibus, ita [illegible], ideſt: Qui Nuceriam Alphaternam incolunt à Romanis defecerunt: Ita paullo ante Livius dixit: Claſſis Romana à P. Cornelio in Campaniam acta, cum appulſa Pompejos eſſet, ſocii inde navales ad depopulandum agrum Nucerinum profecti: Eſt autem Nuceria in Campania IX. millis paſſuum diſtans à mari, auctore Plinio, qui idem de Alphaternis populis mentionem facit: Neque vero hic Alliſæ locum habent, quas ſupra captas tradidit, neque poſtea defeciſſe adſcripſit Glareanus tamen Luceriam ſine cauſſa emendat. *Volſinienſium.*) Vulſinienſium, ex Capitolinis triumphis. *In agro Pepinienſi.*) Scribe Pupinienſi, ideſt, qui erat in Pupinia, de qua dicam poſt, quod quid ea ſit, ſe dicat Glareanus ignorare. *Urbem Romanam oppugnaturos minati ſunt.*) Vet. lib. Expugnaturos. *Mirabilia dictu.*) Vet. lib. Mirabile dictu. (96) *Umbrnibus, incuſſamque ala.*) Vet. lib. Umbonibus incuſſa ala. *L. Poſtumius: T. Minutius.*) Ti. Minutius, tum ex fragmento Conſulatus Capitolini, tum etiam apertius ex Diodoro, qui [illegible] edit. *Tiſernum Poſtumius.*) Tiſernum cum ſit in Umbria oppidum, miratur Glareanus hoc loco in Samnio poni, quod idem fit etiam ſequenti libro: Ego vero utroque in libro Triſernum in omnibus veteribus libris legi reperio. *Alii haud dubie Samnites victos, ac triginta inde millia hominum capta tradunt, alii æquo Marte diſceſſum.*) Malim in dubia inter auctores victoria duo millia, quam triginta, ut Diodorus ſcribit, [illegible]. *Samnitium imperator Statius Gellius.*) Diodorus vocat, [illegible]. *Bovianum, ubi poſtero die captum oppugnari, brevi capitur.*) Miratur hoc etiam loco Glareanus, Bovianum, quod anno CDXLIII. ſupra expugnatum traditur, idem hoc anno iterum, ſine ulla defectionis mentione, captum à Livio ſcribi, ne miretur, Diodorus admonet, qui Bolam, non Bovianum captum ait lib. XX. ubi res geſtas his Conſulibus edit. [illegible]. (97) *Sora, Arpinum, Cenſentia recepta ab Samnitibus.*) Vet. lib. Cenſennia: Diodorus Serenniam edit, lib.

(91) Ita Badius.
(92) Ita Badius.
(93) Non veretur dicere Glareanus ſe non omnia intelligere: Sigonio verò omnia invia ſunt pervia ſcilicet.
(94) Glareanus non eſt Geographiæ tam imperitus, ut Umbros Samnites credat, nec hoc dixit, ſed hoc loco putat aliud nomen ſubſtituendum.
(95) Ita Badius.
(96) Ita Badius.
(97) Glareanus hic tibi occaſionem præbuit inſpiciendi locum apud alios auctores: Quare pro gratia non erat reddendum convicium.

lib. XX. οἱ δ' ὕπατοι τῶν συμμαχησάντων πόλεων τοῖς ἀκάτοις ἀπέκτειναν ταφρεῖν, ἀφεῖναι, καὶ στρατεύειν. Conſentia certe locum non habet. Quis de re laborat Glareanus. *P. Sulpicio Averrione.*) Saverrione ex tabulis Capitolinis. *Unum & quadraginta oppida intra dies triginta omnia oppugnando ceperunt.*) Vet. lib. Dies quinquaginta, atque ita etiam Diodorus lib. XX. ἐχειρώσατο μὲ πόλεις ἐν ἡμέραις ν. *Marrucini, Marſi, Peligni, Ferentani.*) Supra oſtendi legendum eſſe Frentani: Eadem menda eſt apud Cæſarem lib. I. de bello civili: Per fines Marrucinorum, Ferentinorum, Larinatium in Apuliam pervenit Diod. item lib. XX. Cum Marrucinis, Marſis, Pelignis amicitiam & ſocietatem initam pariter ſcribit. Cum appareter ædilibus fierique ſe pro tribu ædilem videret, neque ejus accipi nomen, quod ſcriptum faceret. Vox, Ejus non eſt in veteribus libris, ſic Piſo apud Gellium de eodem: Cn. Flavius patre libertino natus ſcriptum faciebat, iſque in eo tempore ædili curuli apparebat, quo tempore ædiles ſubrogantur: Eumque primæ Tribus ædilem curulem renunciaverunt, at ædilis, qui comitia habebat, negat accipere, neque ſibi placere, qui ſcriptum faceret, curulem ædilem fieri: Cn. Flavius dicitur tabulas poſuiſſe, ſcripto ſeſe abdicaſſe: Iſque ædilis curulis factus eſt: Factum porro eſſe cum Q. Anicio Prænestino ſcribit Plinius libro trigeſimotertio, capite primo: Hic autem non C. Flavius, ut vulgo, ſed Cn. dicitur in veteribus libris apud Diodorum, apud Ciceronem in Epiſtolis ad Atticum, & apud Piſonem, ex quo perſpici poteſt etiam hoc loco Cn. Flavium eſſe ſcribendum: Porro autem, pro Tribu ædilem fieri, eſt à prima Tribu ædilem renunciari, ut ait Piſo. *Ab eodem inſtitutum dicitur, ut equites Idibus Quinctilibus tranſveherentur.*) Idem iiſdem verbis tradit Valerius. Ceterum id ſignificare videtur, de quo Plutarchus in Pompejo; ad ſedentes in Foro Cenſores, unumquemque equitem, equum ſuum adduxiſſe, & de ſtipendiis legitimis confectis interrogatos rationem iis reddidiſſe, ita: τῶν προκαθημένων μὲν οἱ τιμηταὶ γενόμενοι, καὶ λέντυλος ἐν κόσμῳ, καὶ πάροδος ἦν τῶν ἱππέων ἐξεταζομένων ὤφθη δὲ πομπήϊος ἄνωθεν ἐπ' ἀγορὰν κατερχόμενος τὰ μὲν ἄλλα παράσημα τῆς ἀρχῆς ἔχων, αὐτὸς δὲ διὰ χειρὸς ἄγων τὸν ἵππον. ἐπεὶ ὁ πρεσβύτερος ἠρώτησε, πυνθάνομαι σοῦ ὦ πομπήϊε, εἰ πάσας ἐστράτευσαι τὰς κατὰ νόμον στρατείας. Cæterum de Cenſura Ap. Claudii bujus copioſe Diodorus lib. XX.

In Epitomen Libri Decimi.

LEx de provocatione ad Populum à Valerio Conſule tunc primum lata eſt.) Turpem mendam tolle ex veteris libri fide: Et a Valerio Conſule tunc tertium lata eſt, reſtitue, id enim ſcribit Livius: Primus autem legem de provocatione tulit anno CCXLV. P. Valerius Poplicola, deinde anno CCCIV. L. Valerius Potitus, nunc demum tertius M. Valerius Corvus. *Anienſis, & Terentiana.*) Terentina. *Q. Fabio ducibus.*) Vet. lib. Q. Fabio Conſulibus ducibus. *Qui jurejurando adſtrictus fuerat, quo majore conſtantia virtutis in aciem deſcenderet.*) Vet. lib. Qui jurejurando obſtrictus, quo majore conſtantia virtutis pugnaret, in aciem deſcenderat, probe.

In Librum Decimum.

SOram, atque Albam coloniæ deductæ.) Soram, atque Albam colonias duas deductas eſſe decennio poſt Interamnam tradit etiam Vellejus: Itaque videndum eſt, quid ſit quod Livius anno CDXXXIX. libro priore Soræ coloniæ meminerit, ut ait: Sora ad Samnites defecerat interfectis colonis Romanorum, & poſt de eadem: Ad recuperandam coloniam. *M. Livio Dentre, & C. Æmilio Conſulibus.*) Scribe M. Æmilio, ex Diodoro, & ipſomet Livio, qui hunc eundem Magiſtrum equitum hoc anno M. Æmilium vocat. *Ut tumultus ejus cauſſa Dictator diceretur C. Junius Bubulcus cum M. Titinio Magiſtro equitum profectus primo congreſſu Æquos ſubegit.*) Vet. lib. Dictator diceretur C. Junius Bubulcus: Is cum M. Titinio Magiſtro equitum profectus. *Turias Urbem in Salentinis, vi cepit.*) Vet. lib. Thurios, oppidum eſt in Sallentinis, quod auctore Stephano Thurii, Thuriæ, & Thurium dicitur. Itaque Livius paullo poſt Thuriæ redditæ: Sallentini, duobus ll, ſcribendi, ut poſt dicam. *Illirici.*) Vet. lib. & Capitolini triumphi: Illyrii. *Ibi expoſitis paucis, qui loca explorarent, cum audiſſent tenue prætentum litus eſſe, quod tranſgreſſis ſtagna ab tergo ſint irrigua maritimis æſtibus, agros haud procul campeſtres cerni, ulteriora colles videri eſſe; oſtium fluminis prælti, quo circumagi naves in ſtationem tutam vidiſſet (Meduacus amnis erat) eo invectam claſſem ſubire adverſo fluminis juſſit.*) Hoc in loco valde laborat Glareanus, ut aliquorum verborum ordinem reperiat, neque ſeſe explicare poteſt: Eſt autem locus valde memorabilis propter ſitum Urbis hujus, quæ poſt in æſtuario, de quo loquitur, condita eſt. Interpungitur autem, & legitur in veteribus libris hoc modo: Ibi expoſitis paucis, qui loca explorarent, cum audiſſet, tenue prætentem litus eſſe, quod tranſgreſſis ſtagna ab tergo ſint irrigua æſtibus maritimis agros haud procul proximos campeſtres cerni, ulteriora colles, inde oſtium fluminis prælti, quo circumagi naves cum in ſtationem tutam vidiſſet (Meduacus amnis erat) eo invectam claſſem ſubire adverſo flumine juſſit. (98) Eſt autem ita accipiendum: Cleonymus cum audiſſet hæc ab Exploratoribus, itemque cum alia vidiſſet, ita fieri juſſit. *Simul Marſos agrum vi tueri, in quem colonia Carſeoli deducta erat.*) Aliquot libri habent: Simul à Marſis: Quo fit, ut putem legendum eſſe; Simul à *Marſis* agrum vi teneri. Nam ſequitur; Prœlio uno Marſos fudit: Carſeolos coloniam biennio poſt Albam, & Soram, deductam ſcribit Vellejus: Cur autem Livius hanc deductam quadriennio poſt etiam repetat, ut de Sora ante admonui, cauſſa incerta eſt. *M. Æmilium Paulum.*) Paullum ſcribi duobus ll Capitolini lapides, & nummi argentei docent. *Milionam, Pleſtinam.*) Glareanus miratur Milionam, & Pleſtinam hic Marſorum oppida dici, quorum illud paullo poſt Samnitium eſſe traditur, hoc vero lib IX. inter Samnitium etiam oppida numeratum eſt, nec juſte miratur: Nam Samnitium oppida ſunt Milonia, & Pliſtia, Marſorum vero Milionia, & Pleſtinia, ut poſt etiam dicam ex veterum librorum, & Stephani auctoritate. (99) *Eo & hoſtes ſecuti, quamquam ex re bene geſta.*) Vet. lib.

(98) In Venetis facilè conceſſerit Sigonio Glareanus, tamen occaſionem diſcutiendi loci ei dedit.

(99) Glareanus accuſat Codices, quos ſæpè etiam reprehendit Sigonius: Verùm id quod ſibi laudi dat, in alio carpit.

lib. Et quamquam. *Quo magis feſtinantes videt Dictator.*) Vet. lib. Feſtinantes ire videt. *Et ſuper alios alii nuncime.*) De Romanis intelligendum, non de Etruſcis: Itaque nova periodus inſtituenda eſt. *Ceterum ſatis fretus eſſe etiam nunc tolerando certamini legatum.*) Vet. lib. Ceterum fretus ſatis eſſe etiam tunc. *Agger pondere ſupraſtantium in foſſam procubuit.*) Vet lib. Superſtantium. *Per interregem eacomitia facta.*) Probo magis: Habita, quod eſt in Veterib lib. *Q. Apulejo.*) Appulejo, ex Capitol. tabulis. *Qua non infimam plebem accenderent, ſed ipſa capita plebis.*) Vet. lib. Qua non infimam modo Plebem. *Rogationem promulgarunt.*) Vet. libri Rogationem ergo promulgarunt. *Ut tres antiqua Tribus Ramnenſes, Tatienſes, & Luceres.*) Has libro primo vocavit centurias, quas nunc Tribus nominat: Eaſdem tamen & Plutarchus in Romulo, & Pedianus, & Feſtus Tribus vocant. *Pro lege Licinia quondam.*) De hac libro ſexto tradidit. *Seu Ap. Clauſum, ſeu Ap. Claudium mavultis.*) Supra oſtendi legendum: Seu Actium Clauſum. *Semper iſta audita ſunt eadem, penes vos auſpicia eſſe, non ſolos gentem habere.*) De Patriciis loquitur, qui ſoli ſe gentem habere gloriabantur, quod eſt idem, atque gentiles eſſe, ſic enim definit Gentiles in Topicis Cicero ex Scævolæ ſententia; Gentiles ſunt, qui inter ſe eodem nomine ſunt, qui ab ingenuis oriundi ſunt, quorum nemo ſervitutem ſervivit, neque capite deminutus eſt. Ejuſmodi vero eſſe ſe Patricii profitebantur, quod Romulus tales legiſſet, ideſt, qui Patrem, gentemque haberent, nam paullo poſt Patricios interpretatur, qui patrem ciere poſſent, ideſt nihil ultra, quam ingenuos. Itaque lib. VI. Ap. Claudius ita loquitur: An hoc ſi Claudiæ familiæ non ſim, ſed unus Quiritum quilibet, qui modo me duobus ingenuis ortum, & vivere in libera Civitate ſciam, reticere poſſim. Poſt autem hæc laus gentilitatis cum plebejis etiam communicata eſt, ut hoc loco Decius argumentatur. *En umquam fando audiſtis.*) Vet. lib. En Romæ umquam fando audiſtis. *Qui Patrem ciere Avumque poſſent*) Voces, Avumque, inducendæ ſunt; neque enim reperiuntur in Vet. lib., neque vero deſiderantur: Patriciorum enim tradit etymologiam, eoſque dictos ait, qui Patrem ciere poſſent: Quod etiam Dionyſius, & Plutarchus in Romulo prodidit: qui vero Avum, addiderunt, id credo ea moti ratione fecerunt, quod ſubdit Conſulem jam Patrem ciere poſſum, Avumque jam poterit filius meus. Cujus orationis hic eſt ſenſus: Si Patricii ſunt, qui Patrem ciere poſſunt, ego certe Patricius, qui Patrem Conſulem, multoque magis filius meus, qui Patrem, & Avum ciere Conſulem poteſt. *Uti Rogatis jubendum cenſeo.*) Supra oſtendi: Uti rogas, legendum eſſe. *Porcia tamen lex ſola.*) Vet. lib. Porcia inde lex. *Si quis adverſus ea feciſſent, nihil ultra, quam improbe factum adjecit, id quod, qui pudor tum hominum erat, viſum credo vinculum ſatis validum legis, nunc vix ſervo ita minetur quiſquam.*) Quidam legunt, ſerio, quod non probo, ſignificat enim, cum ſervis minantur, gravius minari, quam ut dicant, improbe feciſſe, malum enim minabantur, ut lib. IV. Audiſtis Quirites ſicut ſervis malum minantem militibus? *Sulpicio Averrione.*) Sulpicio Saverrione, ex Capitolinis lapidibus. *Eodem anno ab Etruſcis adverſus indutias paratum bellum.*) Indutiæ datæ fuerant in biennium Livio, & Æmilio Conſulibus extremo anno CDLI. At hoc anno, qui eſt CDLIV. adverſus indutias parant bellum recte, non enim biennium completum eſt, neque enim annus, quo datæ ſunt, numeratur. Hoc dixi, ut defenderem à Glareani calumnia Livium. (100) *M. Valerium Conſulem omnes ſententiæ.*) Hic eſt M. Valerius Corvus, qui anno priore V., hoc vero VI Conſul creatus eſt, Plutarcho, Livio, & Cicerone, & Svetonio auctoribus. *Pecuniam ingentem ſine labore, ac periculo paratam.*) Vet. libri partam. *Ut nemo extra munimenta progredi auderet.*) Veteres lib.: Munitiones. *In agrum Æquicolorum deducta.*) Vet. lib. In agro Æquicolarum. Recte utrumque, ſic enim in Epitoma lib. XIX. Colonia deducta in agro Sallentino Brunduſium, & libro XX. Coloniæ deductæ in agro de Gallis capto Cremona, & Placentia. Æquicolarum autem, ab Æquicola ſcribendum, unde Virgilius: Duris Æquicola glebis; neque enim audiendus eſt Gelenius, qui Plinium ſcribentem Carſeolanos eſſe Aquicolarum, Æquicolorum emendat, atque deminutivum eſſe ait. *Legem recitari juſſit, qua intra decem annos eundem refici Conſulem non liceret.*) Hæc lex lata eſt anno CDXIII. C. Marcio, Q. Servilio Conſulibus, ut ait Livius libro VII extremo. Ea vero nunc tenetur Q. Fabius; nam tertium Conſul fuerat anno CDXLV. Hic autem annus, quo quartus ei defertur Conſulatus, eſt CDLIV. Legis autem hæc erat ſententia, ut nemo poſtquam Conſul fuiſſet, niſi exactis decem annis reficeretur, ita ut inter duos Conſulatus anni X. intereſſent, qui inter tertium & quartum Fabii Conſulatum numerari non poſſunt. Quod cum ita ſit, ergo merito contemnenda ſunt ea, quæ à Glareano contra Livium hoc in loco ſunt dicta: De Scipione enim quod ille opponit ſuo loco reſpondebo. (1) *Ab Sutrio, & Nepete.*) Napet, ut ante dixi. *Non fefellere ad Tifernum.*) Trifernum, ut ante. *Sive quia ex omnium.*) Vet. lib. Seu quia ex omnium, ſequitur enim alterum membrum: Seu quia diſcrimen. *Et ipſos nominatim juvenes pari comitate utrumque nunc laudibus, nunc promiſſis onerat.*) Vet. lib. Utcunque. *Averſoque hoſti ab tergo repente ſe oſtendere.*) Vet. lib. Ex adverſo hoſti. *Ni ſecunda acies juſſu Conſulis in primum ſucceſſiſſet.*) Vet. lib. In primam. *Non vero tantum metu terruere.*) Vet. lib. Non vero metu tantum. *Capti trecenti ferme, & viginti.*) Vet. lib. Capti ad trecentos ferme, & triginta. *Ni P. Decius Conſul.*) Vet. lib. Ni P. Decius Conſul alter. *Nec valli tantum, ac foſſarum veſtigia relicta, ſed multa illis inſigniora monumenta vaſtitatis circa, regionumque depopulatarum.*) Vet. lib. Sed multo illis inſigniora monumenta vaſtatis circa regionibus, depopulatiſque. *Cum primo vocatæ Q. Fabium dicerent omnes Centuriæ.*) Primo vocatæ Centuriæ dicebantur, quæ primo poſt prærogativas vocarentur. Nam ſic paullo poſt loquitur: Eumq; & prærogativæ, & primo vocatæ omnes Centuriæ Conſulem cum L. Volumnio dicebant. Ex quo convincitur in veterib. lib. eſſe mendosè; Cum primo vocatum Q. Fabium. *Fabius primo de ſe eadem fere.*) Vox: Primo, non eſt in veteribus libris, nec deſiderari videtur. *Majeſtatemque priſtinam tum honori, tum patriciis gentibus redderet.*) Id fore putabat nobilitas, ſi duo, ut ante, patricii Conſules facti fuiſſent.) *Ad Murgan-*

(100) Magna verò calumnia, ſi quis dicat aliquem memoria lapſum.

(1) Glareanus carpitur injuſtè, nec enim reſpondet ad alteram partem, quando hæc lex toties neglecta eſt.

gantium validam Urbem.) Stephanus [illegible Greek] *Ad Romul. in Urbem.*) De hac ſic Stephanus, [illegible Greek]. *Ceterum ibi plus laboris, ac periculi fuit, & defenſa ſuamſa vt munita ſunt.*) Vet. lib. Nam & defenſa. *Sed alterius P. Volumnii.*) L. Volumnii ex ipſomet Livio, & Capitolinis tabulis. *Ceterum magis eo profectum eſt, quod.*) Vet. lib. eo magis. *Ibi longiores orationes habitæ in eandem fere ſententiam, in quam inter paucos certatum verbis fuerat.*) Vet. lib. in quam paucis ante certatum verbis fuerat, recte, iccirco enim ait longiores nunc orationes habitas. *In Campaniam, Falernumque agrum tranſcendunt.*) Vet. lib. In Campanum, Falernumque agrum. *Per Veſtinos in Campanum, Falernumque agrum tranſcendunt.*) Veſcinos legendum eſt, à Veſcia oppido in his locis, ut alibi dixi; nam Veſtini Sabinos attigerunt, non Campanos, ſic paullo poſt, Veſtinum, & Faleranum agrum, item; In ſaltu Veſtino Falernum contingente, lege Veſcinum, & Veſcino. *Calænum agrum.*) Calenum, ſine diphtongo ex Capitolinis triumphis, & Græcis, καλην. *Prædam, Prædæque cuſtodes exire, ignobile agmen.*) Vet. lib. Immobile agmen. Vere, nam ſubdit, Samnites præda impediri. *Statium Egnatium ducem.*) Vet. lib. Statium Miniatium. *Quod fuerat dies decem octo.*) Vet. lib. Per dies decem, & octo. *Adverſus quatuor populos duces Conſules illo die deligi meminiſſent.*) Vet. lib. Duos Conſules, optime. Quatuor enim populos duobus Conſulibus opponit. *Qui haud dubie tum primus omnium ductor habeatur, Dictatorem fuiſſe extemplo dicturum.*) Ludit in vocibus Ductor, & Dictator. *Ad Collegam P. Decium poſcendum, id ſenectutis ſuæ adminiculum fore.*) Vet. lib. Hunc ſenectuti ſuæ. *Eſſe præterea viros natos militiæ.*) Vet. lib. Gnaros militiæ. Vere, nam ſequitur oppoſitum: Ad verborum, linguæque certamina rudes, ſic ſupra; Gnaros Oſcæ linguæ. *Conſules creati Q. Fabius, & P. Decius, Ap. Claudius Prætor, omnes abſentes.*) Non eſt prætereundum hoc in loco, qui dicendi genus hoc, quod multos ſæpe, in primis autem Glareanum torſit, explicetur: Id eſt, quid ſit apud Livium, abſentem Conſulem, aut Prætorem creari, non enim eum ſignificat tantum, qui abeſt ab Urbe, ſed etiam, qui cum in Urbe ſit, abeſt à campo, in quo tamen comitia creandi Magiſtratus cauſſa habeantur. Sic loquitur lib. IV. Plebs Tribunos plebis Sex. Tempanium, A. Sellium abſentes fecit, hos vero ex caſtris in Urbem cum Conſule reverſos paucis ante verſibus tradidit, & hoc libro ſupra: Conſul ex Dictatura factus M. Valerius. Non petentem, atque adeo abſentem creatum tradidere quidam, ſic hoc loco: Q. Fabius, & P. Decius facti Conſules ſunt, cum in campo non adeſſent, Ap. Claudius Prætor, cum non ſolum in campo, ſed ne in Urbe quidem tum, ſed in Etruria verſaretur: Hoc autem ita eſſe aperte docet Dionyſius lib. IX. de Ap. Claudio Conſule abſente facto, ideſt, ut ipſe interpretatur, qui in campum non deſcenderat, [illegible Greek]. (2) *Publice vinum, ac thus præbitum.*) Vet. lib. Ac thus ſacrificiis præbitum. *Quam arborem conſeruiſſet.*) Vet. lib. Seruiſſet. *Ut quod populi ſit, populus ius ac poteſtas, quam gratificentur.*) Sic locutus eſt Pedianus in orat. pro Cornelio: Promulgavit legem, ne quis, niſi per populum legibus ſolveretur, eamque tulit invitis Optimatibus, qui vel pauci gratificari ſolebant, ſic enim legendum eſt, non Paucos, ut vulgo legitur; nam ante præceſſit, eaque ipſa Senatuſconſulta per pauculos admodum fiebant. *Qui nomina dederitis, mecum ducam.*) Vet. lib. Dederint. *Ad oppidum Abarnam.*) Vet. lib. Adharnaham. *Ad Cluſium, quod Camars olim appellabant.*) Hinc Polybius libro II. [illegible Greek] χώρᾳ. Quos Polybius Camartinos vocat, eos Cluſinos eſſe intelligendum eſt. *Minus quinque millia peditum, equitumq; cum Fabio veniſſe.*) Vet. lib. Equitumq; mille cum Fabio. Recte, minor enim numerus equitum debet eſſe, quàm peditum. *L. Poſtumius Megillus.*) Vet. lib. & lapides Capitolini, L. Poſtumius Megellus. *Samnites, Galliſque delegata pugna.*) Vet. lib. Samnitibus, Galliſque. *Etruſcos ex agro Sentinate ad ſuos fines tuendos movet.*) Polybius lib. II. ubi de hac re loquitur. [illegible Greek]. (3) *Cœleſtium, infernorum iras*) Vet. lib. Infernorumque. (4) *Cornelius Scipio, & C. Marcius.*) Vet. lib. L. Cornelius Scipio. *Et in Etruria per eos dies.*) Vet. lib. Per eoſdem dies. *Res ex ſententia geſtæ, & præter ingentem.*) Vet. lib. Nam præter ingentem. *Peditum quadraginta millia CCCXXX., equitum ſex, & quadraginta millia.*) In quibuſdam libris eſt: Equitum ſex millia. Recte, non enim equitum numerus numerum peditum ſuperare debet. *L. Volumnium Proconſulem ducem Conſulibus, exercitumque ejus legionibus Conſulum adiiciunt.*) Vox, Ducem, non eſt in pleriſque libris veteribus, & inducenda eſt: Nam ſine ea præclare ſtat [illegible Greek]. Adjiciunt Proconſulem Conſulibus, & exercitum Proconſulibus legionibus Conſulum. *In Tifernum montem.*) Tifernum, ut ante. *Et parte alia in Eſernium, quæque Vulturno adjacent fluminis, deſcendere.*) Vet. lib. Et parte alia in Æſerniacum, quæ Vulturno adjacet flumini, ut agrum Æſerniæ intelligat oppidi Samnitium. *Agrum Veſtinum, Formianumque.*) Lege, ut ſupra, Veſcinum. *L. Volumnius Proconſul ſequeretur.*) Vet. lib. Proconſule. *Superſunt etiam nunc Samnitium bella, quæ continua per quartum jam volumen, annumque ſextum, & quadrageſimum à M. Valerio, A. Cornelio Conſulibus, qui primi Samnio arma intulerunt, agimus.*) Rotundus numerus erit, ſi annus Conſulum Valerii, Corneliique numerabitur, ideſt, ſi anni extremi non negligentur, neque vero aliter loqui poteſt, cum dicat: Bella agimus per annum XLVI. alibi, ut oſtendam, primum annum non numerat. *L. Poſtumius Megillus.*) L. Poſtumius Megellus, ut ante. *Attilius.*) Atilius. Veteres libri, & Capitolini lapides. *Velut ex compoſito ibi obvium habuere hoſtem.*) Veteres libri plerique, habuit, & recte, refertur enim ad vocem, Atilius. *Samnites prohiberentur.*) Venuſtior eſt priſca lectio: Samnitem prohiberent: Cujus hic eſt ſenſus: Romani ibi obvium habuerunt hoſtem Samnitem, ubi & intrare, nedum vaſtare Samnitium

(2) Abſentes hos dici æquè Glareanus atque Sigonius, ſcivit.

(3) Conveniebat ut diceret ubi & quis eſſet ille ager, ſed neſciebat: In Umbris eſt.

(4) Ita Badius habet.

nitium agrum ipſi prohiberentur, & egredi in fines populi Romani Samnitem prohiberent: Deinde novæ periodi faciendum eſt initium: Cum caſtra caſtris. *Quam ædilis curulis ex multaticia pecunia faciendam curaverat, dedicavit.*) De L. Poſtumio Megello Conſule loquitur, quem in ædilitate ædem Victoriæ faciendam curaſſe ait, cum ſupra tamen hujus ædilitatis nulla mentio ſit, neque hoc librorum vitio: Eſt enim hoc Livio familiare, ut Magiſtratus alicujus aut legis, aut rei, non anno illo, quo de ea actum eſt, verum multos poſt annos mentionem inferat. Quæ res ſæpe augit Glareanum, ut in lege Oppia abroganda, quam numquam ante latam eſſe ſcripſerat, lib. XXXIV. (5) *Poſtumius Milioniam oppugnare adortus.*) Vet. libri Milonism: Item Stephanus μιλωνίαν Urbem eſſe Samnitium clariſſimam ſcribit. *Ab hora quarta uſque ad octavam ferme horam.*) Vet. lib. Ab hora quarta diei ad octavam. *Hoſtem in caſtra venturum, niſi illi extra exiſſent.*) Vet. lib. Niſi ipſi. *Armatis ac dimicantibus dubiam victoriam eſſe.*) Turpe mendum ſenſum attendentes ſuſtulimus, ita: Haud dubiam victoriam eſſe, ſiquidem altera, quæ ſequitur pars ἀνταπόδοσις id oſtendit: Qui nudus atque inermis hoſtem maneat, ei aut mortem, aut ſervitutem patiendam. *Tunc vero Conſul indignum facinus eſſe vociferari.*) Vet. lib. Tum verò. In manuſcriptis eſt: Tunc enimvero, Conſul indignum facinus eſſe vociferari: Eſt autem enimvero vox indignationis, & dolori exprimendo aptiſſima, ſic lib. VI. Enimvero indignum facinus videri, & lib. XXII. Tum Metilius id enimvero ferendum eſſe negat, & libro XXXVIII. Enimvero, inquit Conſul, ferri jam ludificatio iſta non poteſt. *Procedunt adverſus hoſtem nec ſpe, nec animo certiorem.*) Vet. lib. Fortiorem: Egregie: Nam de Romanis dixit: Mœſti, ac prope victi. *Procurrerant Samnites.*) Vet. lib. Procurrerunt. *Numerus fuit ſeptem millia CCC.*) Veteres libri Septem millium, ac ducentorum. *Numerus relatus ſeptem millia trecenti.*) Vet. lib. Septem millium & ducentorum. *L. Horatium, M. Valerium Conſules.*) M. Horatium, L. Valerium, fuerunt enim anno CCCIII. ab Urbe Condita: Livius, Dionyſ., Caſſiod. *Nova lege, ut qui juniorum non conveniſſet ad imperatorium edictum, quique injuſſu abiſſet, caput Jovi ſacratum erat.*) Vet. lib. Sacratum eſſet. *Ibi ex libro vetere linteo lecto ſacrificatum ſacerdote Ovio Paccio quodam.*) Sunt, qui ambigant, Lecto, ad librum ne, an ad ſacerdotem referendum ſit: Mihi non eſt dubium, quin ad librum referatur, hic enim eſt ſenſus: In eo linteis contecto loco ex veteris libri lintei lectione ſacrificatum eſt, Ovio Paccio quodam ſacerdote rem divinam faciente. *Tum in loco circa omni contecto ara in medio.*) Paullo ante hunc locum linteis contectum dixit: In hoc ergo loco tam undique clauſo erant aræ in medio, vel, ut Feſtus ait, ara. *Eis dictum, ut vir virum legeret.*) Veteres lib. Eis Edictum, ſic ſupra lib. IX. Etruſci lege ſacrata coacto exercitu, cum vir virum legiſſet, & Virgil. XI. Legitque virum vir. *Ea Legio linteata ab integumento conſæpti, quo ſacrata nobilitas erat, appellata.*) Ut Sæptum, ſic Conſæptum dicitur, qua voce uſus eſt & Varro, & Columella: Vocat autem conſæptum, locum undique ſæptum cratibus, qui quod linteis erat contectus, linteatæ legioni dedit nomen, quæ ibi conſcripta eſt. Quare Feſtus ait: Legio Samnitium linteata appellata eſt, quod Samnites intrantes ſiaguli ad aram velis linteis circumdatam, non ceſſuros ſe Romano militi juraverunt. *Papirius novo exercitu (ita decretum fuerat) ſcripto.*) Vet. lib. Ita enim decretum fuerat. *Auream olim, atque argenteam Samnitium aciem à parente ſuo occidione occiſam.*) De hac re lib. IX. Duo exercitus erant: Scuta alterius auro, alterius argento cælaverunt. *Datum hoc nomini.*) Vet. lib. Datum hoc forſan nomini. *Exeunti jam in aciem.*) Vet. libri: Iam forte in aciem. *C. Ceditium, & Trebonium.*) Vet. lib. C. Cædicium, & C Trebonium. *Promovent & Samnites ſigna, inſequitur acies ornata, armataque.*) Ornatam vocat Linteatam legionem, cui dixit arma fuiſſe inſignia data, ut inter ceteros eminerent, ea fuit XVI. millium: Armatam alteram vocat XX. millium, quam poſt linteatam conſcriptam eſſe dixit. *Ut parvo admodum plures caperentur.*) Vet. lib. Parvo admodum numero plures. *Neque obſidio, neq; bellum ex æquo erat.*) Papirius, inquit, ad Sæpinum difficilius bellum geſſit: Etenim ſæpe in acie, ſæpe in agmine, ſæpe circa ipſam Urbem adverſus eruptiones hoſtium pugnavit: Neque vero aut obſidendi, aut dimicandi facilis, & expedita ratio erat, quod Samnites non minus acriter armis mœnia ſua defenderent, quam ipſi ſe muris tutarentur. Quod autem ait: In agmine, in itinere faciendo intelligit. Hæc dixi, quia Glareanus vitium ſubeſſe ſuſpicatur ſine cauſſa. (6) *Transferre, ac tranſvecti.*) Veteres libri Tranſvecti ſunt. *Æris gravis tranſvecta vicies centum millia, & quingenta triginta millia.*) Vet. lib. Æris gravis magna vis tranſvecta, vicies centies millies, & quingenta triginta millia. Sic etiam lib. XXVI. Et auri, argentique relata ad Imperatorem magna vis. *Minus duo millia capti.*) Vet. lib. Capta. *In Etruria Troilium.*) Troſſulum: Plin. lib. XXXIII. cap. II. *Servilio Tullo.*) Ser. Tullio: Plutarchus in libro de Fortuna Romanorum, cum multarum ædium Fortunæ à Ser. Tullio dedicatarum meminerit: Fortis tamen Fortunæ ab eo dicatæ non meminit. De ea tamen ſcriptum eſt apud Varronem libro V. de Lingua Latina. *Cenſa capitum millia ducenta ſexaginta duo.*) Et Liviani, & Epitomarum manuſcripti libri, Septuaginta, habent. *Cenſores viceſimi ſexti à primis Cenſoribus, luſtrum undeviceſimum fuit.*) In Capitolinis fragmentis hoc luſtrum triceſimum eſſe ſcriptum eſt. Varietatis cauſſa eſt, quod Livius decem luſtra ante Cenſores creatos acta præterire videtur. Numerus etiam hic Cenſorum negligentiam ejus arguit in tradendis ante Cenſoribus; neque enim qui ab eo ſupra editi ſunt hanc ſummam conficere poſſunt.

In Epitomen Libri XI.

E*Oque inſulam Tiberis egreſſo, eodem loco ſedes Æſculapii conſtituta eſt.*) Caſtiga ex fide Vet. lib. Ædes Æſculapio conſecrata eſt. Nam Feſtus etiam libro IX. inquit: In inſula Æſculapio facta ædes fuit, quod ægroti à medicis aqua maxime ſuſtentenitur, & Valerius libro primo. At in ripam Tiberis egreſſis Legatis, in Inſulam, ubi Templum dicatum eſt, tranſnavit. *Plebs propter æs alienum, & graves & longas ſeditiones ad ultimum ſeceſſit in Janiculum.*) Vet. lib.

(5) Glareanus non fruſtra clamat in hoc ἀμίαντον ὄνομα.
(6) Glareanus dubitat; at apud Sigonium ne dubitare quidem oportet.

lib. Poſt graves, & longas ſeditiones. Nam Auguſtinus etiam lib. III. cap. XVII. de Civitate Dei its loquitur: Poſt graves & longas Romanas ſeditiones ad ultimum plebs in Janiculum boſtili diremptione ſeceſſit. *Unde à Q. Hortenſio Dictatore deducta eſt.*) De hoc Dictatore ſic Plinius libro XVI. cap. X. Q. Hortenſius Dictator, cum plebs ſeceſſiſſet in Janiculum, legem in Eſculeo tulit, ut, quod ea tuliſſet, omnes Quirites teneret. Idem ſcribit Gellius libro XV. cap. XXVII. Idem eſt libro primo Inſtitutionum Juſtiniani. Hac de re ſupra dixi in librum octavum. *Coloniæ deductæ ſunt Caſtrum, Sena, Hadria.*) De Sena per hos annos in agro Gallorum deducta, Polybius lib. II. *Volſinienſes.*) Vulſinienſes, lapides Capitolini.

In Epitomen Libri XII.

L. *Cæcilius Prætor.*) Hunc Cæcilium prætorem Oroſius, & Auguſtinus libro III. cap. XVII., vocant: Polybius l. I. *λεύκιον στρατηγὸν* nominat, in ejuſque occiſi locum ſuffectum eſſe M'. Curium. *Duce, qui præerat claſſi, occiſo.*) Vet. lib. Duumviro, qui præerat Claſſi. Duumviri autem navales creari primum cœpti ſunt anno ab Urbe condita CDXLIII. *Brutios.*) Brutii duobus t t in Capitolinis lapidibus ſcribuntur, itemque in nummis argenteis, quos perantiquos parer habet tuus, cum his litteris ΒΡΕΤΤΙΩΝ, præterea Euſtathius in Dionyſium docet omnino Βρεττίους διὰ δύο ττ eſſe ſcribendos. *Cùm in præſidium Rheginorum legio Campana cum Præfecto Decio Jubellio miſſa eſſet.*) Polybius lib. I. hunc *δέκιον καμπανὸν* vocat.

In Epitomen Libri XIII.

V*Alerius Levinus.*) Lævinus, ex Capitolinis lapidibus à Lævo, ut Craſſinus à Craſſo, Albinus ab Albo: Plutarchus in Pyrrho mendosè *λαβῖνον* habet, pro *λαιβῖνον*. *C. Fabricius miſſus ad eum, ut.*) Vet. lib. Miſſus ad eum à Senatu, ut. *Cyneas Legatus.*) Cineas, ſic enim Plutarchus in Pyrrho, ſic Suidas, *κινέας*. *Jamdiu à conſiliis publicis abſtinuerat.*) Vet. lib. Conſiliis publicis ſe abſtinuerat. *P. Domitius Cenſor primus ex plebe luſtrum condidit.*) Vet. lib. Cn. Domitius: Quod placet, eſt enim Cn. Domitius, qui per hæc tempora cum P. Dolabella Conſul fuit, præterea Publii prænomen nuſquam alias in Domitia gente reperi, ut autem C. Marcius Rutilus primus è plebe Cenſor fuit, auctore Livio, ſic Cn. Domitius primus è plebe Cenſor luſtrum condidit. *Cum Carthaginienſibus quarto fœdus renovatum eſt.*) Hujus fœderis meminit Polybius libro tertio, *ἐπὶ πᾶσι τοῖς προειρημένοις ... χαρχηδονίων ... πόλεμον*. *Is, qui ad eum à Pyrrho transfugerat.*) Hunc alii Timocharem, alii Niciam appellarunt, auctor Gellius libro tertio, cap. octavo.

In Epitomen Libri XIV.

C*Urius Dentatus, cum delectum haberet, ejus, qui citatus non reſponderat, bona vendidit.*) Vet. lib. Bona primus vendidit. Hac de re ſic Varro, ut eſt apud Marcellum: Manius Curius Conſul in Capitolio cum delectum haberet, nec citatus in Tribu Civis reſpondiſſet, vendidit tenebrionem. Valerius & bona, & ipſum, qui citatus erat, veniiſſe à Curio ſcribit lib. VI. cap. III. *Pirrhum iterum ex Sicilia in Italiam reverſum vicit.*) Vet. lib. Iterum Pyrrhum, præclare; eſt enim aliud iterum reverſum, & iterum vicit: Eſt autem, iterum vicit, intelligendum. *Cenſa ſunt capita civium CCLXXI. millia.*) Placet legi CCLXXXI. millia, ut ſingulis luſtris numerus Civium augeatur. Nam tertio ante luſtro cenſa ſunt CCLXXII millia, altero vero CCLXXIIX., hoc CCLXXXI., proximo inſequenti CXCII. *Coloniæ deductæ ſunt Poſidonia, & Conſa.*) Coſſa legendum eſt. Vellejus lib. I. Coſſam, & Pæſtum colonias deductas ait, Fabio Dorſone, Claudio Canina Conſulibus, & Plin. lib. III. cap. V. Coſſam Vulcientium coloniam deductam ait. Ita etiam lib. Vet. *Carthaginienſium claſſis auxilio Mamertinis venit, quo facto ab iis fœdus violatum eſt.*) Primum intelligendum eſt placere antiquis Grammaticis, Carthaginienſium dici, quod à caſu dandi ejuſmodi nomina edantur additis ſyllabis Enſis, idque præceptum verſu Ennii confirmari. Hoſtem qui feriret, mihi erit Carthaginienſis, deinde verò vocem, Mamertinis, mendum continere, neque enim de Mamertinis adhuc dicendi locus eſt, verum initio belli Punici, & Mamertinis quidem etiam tum non Pœni, ſed Romani venerunt auxilio. Tarentinis autem reponendum eſt, non ſolum quia ita habent manuſcripti libri, ſed etiam, quia Hanno Carthaginienſis apud Livium libro XXI. id factum eſſe ſignificat, cum ait: Sed ut Tarento rom, & Italia non abſtinueramus ex fœdere, ſic nunc Sagunto non abſtinemus, ſic Oroſius, ut ibi dicam. *Pyrrhi mortem.*) Vet. lib. Pyrrhi Regis mortem.

In Epitomen Libri XV.

S*Alentini.*) Sallentini duobus ll ſcribi debent ex fide Capitolinorum triumphorum, & Græcis Scriptoribus, ſic enim Stephanus *σαλεντία ... σαλεντῖνοι*. *Tunc primum populus Romanus argento uti cœpit.*) Plin. libro XXXIII. cap. III Q. Fabio Conſule argentum ſignatum eſt annis quinque ante Punicum bellum cœptum. *Quæſtorum numerus ampliatus eſt.*) In Vet. lib. eſt: Quæſtorum numerus ampliatus eſt, ut eſſent. Deſideratur autem numerus, ſic enim in Epitoma lib. II. Numerus Tribuum ampliatus eſt, ut eſſent XXI. & libri decimi: Collegium augurum ampliatum eſt, ut eſſent novem, & libri XX. Prætorum numerus ampliatus eſt, ut eſſent quatuor. Puto legendum hìc eſſe, ut eſſent octo: Quæſtores enim primum duos creatos eſſe anno primo poſt Reges exactos ſcribit Plutarchus in Poblicola. Duos deinde his additos eſſe, ut eſſent quatuor, duos qui urbanas, duos, qui militares res curarent anno ab Urbe condita CCCXXXIII. tradit Livius, lib. IV. & lib. VI., & Tacitus lib. XI. cum autem Tacitus ſubſequatur his verbis: Mox duplicatus Quæſtorum numerus ſtipendiaria jam Italia, & accedentibus provinciarum vectigalibus, eos profecto octonos factos eſſe hoc tempore ſignificare videtur.

In Epitomen Libri Decimiſexti.

O*Rigo Carthaginienſ., & primordia Urbis referuntur.*) Vet. lib Urbis eorum referuntur. *Cenſa ſunt Civium capita CCCLXXII. millia.*) Melius Eutropius, qui CCXCII. millia edit. Etenim tertio ante luſtro cenſa ſunt CCLXXXIV. millia, neque interea clades ulla accepta eſt,

ut

ut tantopere Civium numerus imminutus ſit. *Edidit primus*.) Vet. lib. Primus edidit. *Eſernia*.) Vet. lib. & Græci, Æſernia: *Res præterea contra Pœnos, & Volſcos proſpere geſtas continet*.) Dii boni quid hoc tempore rei Romanis cum Volſcis erat toties victis? certe nihil: Ergo non Volſcos, ſed Vulſinios ſcribe, ut eſt in Vet. lib. Cum quibus hoc tempore bellatum eſſe docent hiſtorici, & maxime Capitolinus M. Fulvii Flacci Conſulis triumphus de Vulſinienſibus primo anno primi belli Punici actus.

In Epitomen Libri Decimiſeptimi.

CN. *Duilius Cos.*) C. Duilius Vet. lib. lapid. Capit., & reliqui. *Ob quam cauſſam ei perpetuus honos habitus eſt, ut revertenti à cœna tibicines canerent, & funale præferretur*.) Vet. lib. Perpetuus quoque honos habitus eſt, ut revertenti à cœna tibicine canente funale præferretur, ſic Valerius lib. III. cap. VI. Ad funalem cereum præeunte tibicine, & fidicine à cœna domum reverti ſolitus eſt. *M. Calpurnii Tribuni militum virtute*.) Hunc lib. XXI. Calpurnium Flammam nominat Livius, eundem Q. Cædicium Cato, alii Laberium appellarunt, auctor Gellius lib. III. cap. VII.

In Epitomen Libri Decimioctavi.

A*Tilius Regulus in Africa*.) Vet. lib. Atilius Regulus Conſul in Africa. *Serpentem portentoſæ magnitudinis*.) Hanc hiſtoriam à T. Livio curioſe pariter, ac facunde relatam ſcribit Valerius libro primo: Quam eandem recitat etiam ex Ælio Tuberone Gellius libro VI. *Cum aliquot prœliis adverſum Carthaginenſes pugnaſſet*.) Vet. libri: Cum aliquot prœliis bene adverſus Carthaginienſes pugnaſſet. *Inter cauſſas petendi ſucceſſoris erat, quod agellus ejus à mercenariis devaſtaretur*.) Vet. lib. A mercenariis deſertus eſſet: Sic Valer. lib. quarto, cap. IV. Conſulibus ſcripſit villicum in agello, quem ſeptem jugerum in Pupinia habebat, mortuum eſſe, occaſionemque nactum mercenarium amoto inde ruſtico inſtrumento, diſceſſiſſe, ideoque petere, ut ſibi ſucceſſor mitteretur, ne deſerto agro non eſſet, unde Uxor, & Liberi ſui alerentur. *T. Coruncanius*.) Ti. Coruncanius. Vet. lib. Triumphi Capitolini, Polybius, Pomponius de origine juris. *M. Sempronius Sophus, Valerius Maximus Cenſores*.) P. Sempronius Sophus, M. Valerius Maximus Cenſores, ex Capit. lap. *Cenſa ſunt Civium capita CCCXVII. millia CCXVII.*) Vet. lib. CCXCVII. millia DCCCXCVII. recte. Nam priore luſtro ex Eutropii ſententia cenſa ſunt CCXCII. millia. *Et ſi eam minime impetraret*.) Vet. lib. Et ſi eam non poſſet impetrare. *Jurejurando adſtrictus eſt rediturum*.) Vet. lib. Jurejurando adſtrictus rediturum.

In Epitomen Libri Deciminoni.

C*Glauciam dixit*.) Et hic & apud Svetonium in Tiberio legendum eſt, Claudium Gliciam, ex Capitolina hujus Dictatura, apud Svetonium enim eſt Iliciam. *Coloniæ deductæ ſunt Fregellæ*.) Vet. lib. Fregenæ, optime: Fregellæ enim Colonia deductæ ſunt anno CCCXXVII. in agro Volſcorum, auctore Livio lib. VIII. Idem etiam Fregenarum meminit maritimæ coloniæ lib. 31. Alii porrò, & Fregenarum meminit Cato in fragmentis Originum, & Plin. lib. III. cap. V. Eadem menda eſt apud Vellejum lib. II. ubi ait, poſtque XII. annos Æſulum, & Alſium, Fregellæque poſt biennium, proximoque anno Torquato, Semproniοque Conſulibus Brundiſium, legendum eſt enim Fregenæ. *Cenſa ſunt civium capita CCLI. millia*.) Priore luſtro cenſa ſunt CCXCVII. millia, hoc autem CCLI. minore multo ſumma. Hic autem numerus (ſi probe habet) iccireo imminutus eſt, quia maxima pars, cum P. Claudius Conſul rem navali prœlio male geſſiſſet, interiit. *A ludis divertens*.) Vet. lib. Revertens, Gellius lib. X. cap. VI. de hac eadem Claudia, à ludis exiens. *Ob eam cauſſam multata eſt*.) Vet. lib. Multa ei dicta eſt: Sic loco citato Gellius, ob hæc mulieris verba tam improba, ac tam incivilia C. Fundanius, & Ti. Sempronius ædiles pl. multam dixerunt ei æris gravis XXV. millia. Id factum Fabio Licinio, Otacilio Craſſo Conſulibus. De eadem Svetonius in Tiberio. *Rebus adverſus Pœnos pluribus ducibus geſtis*.) Vet. lib. A pluribus ducibus proſpere geſtis. *Duæ tribus adjectæ ſunt Velina, & Exquilina*.) Turpis menda eſt in voce Exquilina, hæc enim Tribus una fuit ex Urbanis quatuor à Ser. Tullio Rege factis, ut ſupra diximus: Itaque non Exquilina, ſed Quirina reſtituendum eſt, manuſcriptis præſertim libris ita admonentibus.

In Epitomen Libri Vigeſimi.

S*Politium*.) Vet. lib. Spoletum: Priſcianus etiam ita dicendum eſſe contendit. *Tutia virgo*.) Vet. lib. Tuccia: Sic alibi Tucciæ gentis mentio. *Qui in Italiam eruperant*.) Vet. lib. Irruperant. *Eo bello populus Romanus ſociorum: Latinique nominis trecenta millia armatorum habuiſſe dicitur*.) Vet. lib. ad trecenta millia. Eadem ſumma colligitur etiam ex Polybii libro II. qui quot quique ſocii pedites, quot equites dederint, exponit. In ſumma tamen concipienda ineſt apud eum labes; inquit enim omnem exercitum tam Romanorum, quam ſociorum fuiſſe, pedites [illegible], cum ſit legendum [illegible], equites autem fuiſſe [illegible], cum ſit legendum [illegible] aperte ex verbis ejuſdem. *Bellum Illyriis propter unum ex legatis, qui ad eos miſſi erant occiſum, indictum eſt*.) Legatos duos miſſos ſcribit Polybius lib. II. C. & L. Coruncanios, ex iis alterum Teutæ reginæ juſſu fuiſſe interfectum, qui liberius in eam invectus fuerat, [illegible] *M. Claudius Marcellus Conſul occiſo Inſubrium Gallorum duce Viridomaro opima ſpolia retulit*.) Lege Virdumaro: Sic enim Propertius lib. IV. Virdumari genus hic Rheno jactabat ab ipſo, & in lapidibus Cap. M. CLAUDIUS M. F. M. N. MARCELLUS COS. DE GALLEIS INSUBRIBUS ET GERMAN. ISQUE SPOLIA OPIMA RETULIT DUCE HOSTIUM VIRDUMARO AD CLASTIDIUM INTERFECTO. *Iterum Illyrii cum rebellaſſent domiti in deditionem venerunt*.) De Illyriis priore bello triumphavit Cn. Fulvius Centumalus Cos. ut eſt in Capit. Triumphis: De iiſdem hoc tempore L. Aemilius Paullus Polybio auctore lib. III. Ejus belli initium intulit Teuta regina, hujus Demetrius Pharius Rex. *Cum ante diſperſi fuiſſent*.) Vet. lib. Cum ante per omnes diſperſi fuiſſent. *Munivit, & circum Flaminium exſtruxit*.) Locus, ut omnes ſentiunt, mancus, ita reſtitui debet: C. Flaminius cenſor viam Flaminiam munivit, & circum Flaminium exſtruxit: De via, & circo à C. Flaminio hoc anno cenſore factis auctor eſt Caſſiodorus, &

Fe-

Feſtus. De luſtro condito C. Flaminio, & L. Aemilio Cenſoribus Livius lib. XXII. & XXIII. ut de hac lectione omnino dubitandum non eſſe videatur. Caſſiodorus ita: L. Veturio, C. Lutatio Conſulibus via Flaminia munita, & circus Flaminius factus eſt. Feſtus autem ita: Flaminius circus, & Flaminia via dicta eſt à Flaminio Cenſore, qui interfectus eſt ad lacum Traſimenum: Circus Flaminius, quondam prata Flaminia dictus. Livius lib. III.

In Epitomen Libri Vigeſimiprimi.

IN *Italia belli ſecundi Punici acta narrantur.*) Malim, ut alibi: Initia narrantur. *Pyrenæo ſaltu.*) Pyrenæo, ſic Græci πυρηναῖον. *Fuſis, qui obſiſtere ei conati erant.*) Vet lib. Fuſis Volſcis, qui: Sic autem tradit de Volſcis Livius.

In Librum Vigeſimumprimum.

PErfecto *Africo bello.*) Hoc bellum cum mercenariis militibus per quinquennium in Africa Carthaginienſes geſſerunt poſt bellum primum Punicum, auctor Polybius lib. I. *Tactis ſacris iureiurando adactum.*) Hoc narrat Antiocho Hannibal apud Polybium libro tertio. *Sicilia, Sardiniaque amiſſæ.*) Sicilia amiſſa eſt primo Punico bello: Sardinia inter primum & ſecundum, auctor Polybius. *Nimis celeri deſperatione rerum.*) Vet. lib. rerum deſperatione: Hæc ſententia ſumpta eſt à Polybio, Καρχηδόνιοι γὰρ ἀρτίως λύσαντες τὸν ὑπὲρ Σικελίας πόλεμον, συνεπιτείναντες δὲ αὐτοῖς τὴν ὀργὴν κατὰ τὴν Σαρδόνα, καὶ τὸ τῶν προσεπιταχθέντων χρημάτων πλῆθος, mille autẽ ducenta talenta impoſita tradit. *Per quinque annos.*) Malim per quattuor: Nam Polybius libro primo extremo ſcribit tribus annis, & quattuor menſibus hoc bellum eſſe confectum, τρία μὲν ἔτη, καὶ τέτταρας πρὸς μῆνας ἐπολέμησαν οἱ μισθοφόροι πρὸς τοὺς Καρχηδονίους. *Ut appareret, majus eum, quam quod gereret.*) Vet. lib. Ut appareret omnibus, majus eum. *Flore ætatis, uti ferunt, primo Hamilcari conciliatus.*) Hac de re Polybius nihil: Paullo tamen poſt: Hanno, florem ætatis, inquit, Haſdrubal, quem ipſe patri Hamilcari fruendum dedit. *Gener inde ob altam indolem profectus animi adſcitus.*) Vet. lib. ob altam indolem animi profecto adſcitus. In quibuſdam etiam lib. Profecto, vacat. *In imperio poſitus.*) Vet. lib. Imperio potitus. *Cum hoc Haſdrubale &c. fœdus renovaverat populus Romanus, ut finis utriuſque imperii eſſet amnis Iberus.*) Hoc ſextum fuit fœdus cum Pœnis ictum Haſdrubale duce. Itaque recte Cato libro IV. Originum dixit: Carthaginienſes ſextum de fœdere deceſſere. Tertii fœderis meminit Livius libro IX. P. Cornelio Arvina, Q. Marcio Tremulo Conſulibus: Quarti in epitome lib. XIII. dum cum Tarentinis, & Pyrrho bellabatur: Quinti Polybius libro III. confecto primo Punico bello: Sexti cum Haſdrubale icti, & Polybius lib. III. & hoc libro ſæpius Livius. *Hannibal intra prætorium delatus.*) Vet. lib. in prætorium. *Prærogativam militarem.*) Polybius αὐτὸν στρατηγὸν ᾑροῦν. *Hunc vix dum puberem Haſdrubal literis ad ſe acceſſierat.*) Vix dum puberem appellat juvenem natum annos ad XXII. Id ita eſſe apparet ex eo, quod Probus tradit, imperium Hannibali mortuo Haſdrubale eſſe delatum, cum eſſet minus XXV annis natus, per triennium autem ante ſub imperatore Haſdrubale militaſſe ſcribit hoc loco Livius: Atque hoc idem alia etiam confirmari ratione poteſt. Hannibal enim anno ætatis nono cum patre Hamilcare in Hiſpaniam venit, qui per annos IX. in ea provincia fuit, his annis, qui XVII eſſe concipiuntur, ſi VIII. quibus ſucceſſor Hamilcaris Haſdrubal in Hiſpania rem geſſit, adjunxeris, annorum XXV. ſummam effeceris, ex quibus triennio detracto, relinquuntur anni XXII., quos natus Hannibal Carthagine in Hiſpaniam ad Haſdrubalem miles venit. Hæc ex Livii: & Polybii verbis omnia collecta ſunt. (7) *Deinde brevi effecit, ut patri in ſe minimum momentum ad favorem conciliandum eſſet.*) Vet. lib. Ut pater in ſe. *Veſtitus nihil inter æquales excellens, arma, atque equi conſpiciebantur.*) Conſpiciebantur, conſpicua erant, intellexit, veſtitu non differebat à ceteris, armis, & equis differebat, ſic alio loco: Conſpectum eſſe, pro excellere dixit. Hoc non intelligens Glareanus, interpretatur, ſi quando arma, & equi conſpiciebantur, equitum, peditumque idem primus erat, quo nihil abſurdius. (8) *Has tantas viri virtutes ingentia vitia æquabant; inhumana crudelitas, perfidia pluſquam Punica, nihil veri, nihil ſancti, nullus deum metus.*) Sæpe, ut dixi, ſententiam pro nomine ponit, ut Salluſtius de Catilina, Animus audax, ſubdolus, varius, cujuslibet rei ſimulator, ac diſſimulator, alieni appetens, ſui profuſus, ardens in cupiditatibus, ſatis eloquentia, ſapientiæ parum. *Ultimus conſerto prœlio excedebat.*) Vet. lib. Confecto. *Quibus oppugnandis, haud dubie Romana arma movebantur, in Olcadum fines prius induxit exercitum.*) Vox una deeſt, quæ maxime ſententiam ſuſtinet, ea ex vet. lib. revocanda eſt: Quibus oppugnandis, quia haud dubie Romana arma movebantur; de Olcadibus Polybius, & Stephanus. *Ut non petiſſe Saguntinos, ſed rerum ſerie finitimis domitis gentibus, jungendoque tractus ad id bellum videri poſſet.*) Vet. lib Jungendiſque: Sic paullo ante: Sollicitandis gentibus, imperioque jungendis ſuo. *Carteiam Urbem caput gentis eius.*) Carteiam Olcadum caput eſſe ait, cum ſit urbs Baſtulorum ad Calpen montem auctore Ptolemæo, Plinio, & præter ceteros ipſomet lib. XXIIX Ad Carteiam claſſe acceſſit. Urbs ea in ora Oceani eſt: Quare ſecutus Polybium lego Altheam, in eo enim eſt Ἀλθαίαν, eſt autem Olcadum urbs teſte Stephano. Ὀλκαία πόλις Ὀλκάδων, οἱ δὲ Ὀλκάδες ἔθνος Ἰβηρίας πλησίον χώρας Καρχηδονίας, ἐν κώμαις καὶ πολλαῖς πόλεσιν, ὡς ἰβήρων ἔθνος. *Cunctis corum ſociorumque animis in ſe firmatis.*) Vox, ſuorum, abeſt à vet. lib. *Hermandica.*) Polybius Ἑρμανδικήν: Stephanus, Ἐλμαντική πόλις Ἰβηρίας ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ. Πολύβιος γ. Itaque Helmandica lego. *Arbocala.*) Vet. lib. Arbocala: Polibius Ἀρβύκαλα. *Carteiorum Urbs vi capta.*) Vet. lib. Carthorum. Polybius Vaccæorum Itaque eandem vocem repono: dixit enim in Vaccæos promotum bellum. *Conciunt Carpetanos.*) Hos ubique Καρπησίους vocat Polybius. *In ripa elephantos ante quadraginta diſpoſuit.*) Non vereor ne vox: Ante, mendoſe ſit, pro: Ad; ſiquidem Polybius ait, καὶ τοῖς θηρίοις, οἷς ὁ χω-

ρο-

(7) Hic vide quam nitirur hic defendere Livium, & primam Glareani annotationem convellere, ſed nihil facit.

(8) Glareanus dubitavit, nihil aſſeruit, idque ea de cauſa ut aliis eſſet cogitandi occaſio: Hanc ſanam Glareani curam diſſimulans, aſſertivè accipis, quæ dubia relicta ſunt, ut lector videret illum carpendi ſtudioſiorem, quam ut ingenuè doceret. Doceri petit Glareanus, convitiis aſpergi odit.

[illegible] ideſt, & Elephantis; quos ad quadraginta habuit. Sic alibi docebo ex Ad, Ante factum eſſe. *Olcadum, Vaccæorumque centum millia fuere.*) Polyb item [illegible]. *Vel inermi equite equo temere acto perverti poſſet.*) Vet. lib. Vel ab inermi equite. *Poſtremi, quibus ingreſſus in ſuam ripam tutior fuit.*) Vet. lib. Poſtremit, quibus regreſſus in ſuam ripam tutior fuit. Egregie, ut ſit, poſtremis Hannibal fugam ex ripa fecit. *Quos cum adiſſet idem, qui litis erat ſator, nec certamen juris, ſed vim quæri appareret.*) Vet. lib. Quibus cum adeſſet idem, qui litis erat ſator, ſenſus eſt: Hannibalem, qui litem inter Turdetanos, & Saguntinos ſerebat, Turdetanis affuiſſe contre Saguntinos. *Legati à Saguntinis Romam miſſi auxilium ad bellum jam haud dubie imminens orantes; Conſules tunc erant, P. Cornelius Scipio, & T. Sempronius Longus.*) Diſſentit Livius à Polybio, quem maxime tamen in hoc bello tradendo ſequitur, de rebus ab Hannibale in Hiſpania geſtis, de anno, quo Saguntus oppugnata eſt, & quo legati ad Hannibalem miſſi ſunt: Quia vero multo veriſimilius & planius hæc omnia Polybius explicat, ea quemadmodum apud ipſum diſpoſita ſint, prius demonſtrabo, tum demum, quæ Livius tradiderit, ſubjungam. Sic igitur Polybius. *P. Cornelio, M. Minucio Conſulibus.*) Hannibal mortuo Haſdrubale Imperator in Hiſpania declaratus in Olcadum fines transgreſſus Halthejam capit, & Carthaginem in hiberna recedit, L. Veturio, C. Lutatio Conſulibus. Hannibal vere primo in Vaccæos ducit. Arbocalam, & Helmandicam eorum Urbes capit. Carpetanos in deditionem accipit. Quo terrore finitimi Saguntini compulſi Romam Legatos res has nunciatum mittunt. Legati Romani in Hiſpaniam venientes ab Hannibale Carthagine Nova, dum in hibernis eſſet, auditi ſunt. Bellum Hannibali indictum, niſi Sagunto abſtineret, ab iiſdem idem Carthagine factum. *M. Livio, L. Æmilio Conſulibus.*) Hannibal Carthagine nova profectus Saguntum oppugnat, & intra octo menſes capit, & in hyberna reverſus omnes milites domum ad ſuos reviſendos miſit. Legati alteri Carthaginem miſſi ad depoſcendum Hannibalem rupti fœderis auctorem, & niſi traderetur, ad bellum aperte indicendum, indictum eſt. *P. Cornelio Scipione, Ti. Sempronio Longo Conſulibus.*) Hannibal motis Carthagine Nova caſtris, transjecto Ibero Ilergetes, Barguſios, Auſetanos, & ceteros Hiſpaniæ populos uſque ad Pyrenæos montes ſubigit; iiſque ſuperatis per Galliam ad Alpes venit, & in Italiam quincto menſe, quam Carthagine moverat, tranſgreſſus P. Cornelium Conſulem ad Ticinum, Ti Sempronium Conſulem ad Trebiam fundit. Hæc Polybius, cui aſſentiri videtur Probus, qui per triennium res in Hiſpania ab Hannibale geſtas ſcribit. Livius autem ita: L. Veturio, C. Catulo Conſulibus. Hannibal Althejam Olcadum capit, & in hiberna Carthaginem Novam revertitur. M. Livio, L. Æmilio Conſulibus. Arbocala, & Helmandica Vaccæorum, & Carpetani ſubacti, Saguntus oppugnari cœpta. P. Scipione, Ti. Longo Conſulibus. Legati Saguntini, qui antequam Saguntus oppugnaretur profecti erant, his Conſulibus Romam perveniunt. Legati Romani P. Valerius Flaccus, Q. Bæbius Tampbilus in Hiſpania ad Hannibalem Saguntum oppugnantem cum veniſſent, & ab eo non admiſſi, Carthaginem profecti. Saguntum octavo menſe, quam cœptum erat oppugnari, captum, inde in hyberna Hannibal receſſit, quincto deinde menſe, quam ex bibernis profectus eſt, in Italiam venit: Quæ ſi ita ſunt, inquit fieri, non potuit, ut P. Cornelius, & Ti. Sempronius Conſules fuerint, ad quos, & in principio oppugnationis Legati Saguntini miſſi ſint, & qui in ſuo Magiſtratu cum Hannibale, alter ad Ticinum amnem, ambo aliquanto poſt ad Trebiam pugnaverint, aut Saguntum principio anni, quo P. Cornelius, & Ti. Sempronius Conſules fuerunt, non cœptum oppugnari eſt, ſed captum. Hæc Livius: Non intelligit autem, ſi capto Sagunto Hannibal in biberna conceſſit, & primo vere in Italiam ſuperatis Alpibus venit, Saguntum ne initio quidem Conſulatus Scipionis, & Longi potuiſſe capi; ſiquidem inierunt Idibus Martiis, quo tempore illum ex hibernis moventem tranſitum in Italiam paraſſe veriſimile eſt; ſed captum eſſe, Livio, Æmilioque Conſulibus. Quod ſi ita eſt, ne Legati quidem Saguntini, qui aut antequam Saguntum oppugnaretur, aut initio oppugnationis profecti ſunt, Scipione, & Longo Conſulib. Romam pervenire potuerunt, præſertim vero cum Legati R., quos ſerius miſerunt, Hannibalem Saguntum etiam oppugnantem invenerint. Habet igitur incommoda multa hæc Liviana tractatio, in quæ miror illum incidiſſe, Polybio præſertim hæc omnia diligentiſſime explicante. *T. Sempronius Longus.*) Polybius [illegible] nominat Eutropius Tiberium, itemque Probus, & plerique vetuſti libri: Filius etiam hujus in Capitolinis tabulis Ts. F. Ti. N. Longus ſcribitur. *Legatos ad res ſociorum inſpiciendas.*) Sic Polybius [illegible]. *Q. Bæbius Tamphilus.*) Vet. aliquot lib. Q. Bæbius Tamphilus, ita Capitolini ubique lapides, nummi argentei, Bæbius Tampilus. *Mille ferme paſſus à mari.*) Sic Polybius [illegible]. *Et juventus delecta ubi plurimum periculi, & laboris oſtendebatur, ibi vi majore obſiſtebant.*) Vet. lib. obſiſtebat. *Ad centum enim quinquaginta.*) Vet. lib. Ad centum enim & quinquaginta. *Falarica erat Saguntinis miſſile telum.*) Feſtus: Falarica genns teli miſſile, quo utuntur ex falis, ideſt locis extructis, vel, ut ait Noniut, ex turribus ligneis dimicantes. *Nec tuto eos aditoros inter tot effrenatarum gentium arma.*) Vet. lib. efferatarum, probo porro autem Polybius hinc Legationem admiſſam eſſe ab Hannibale ait. *Ægates inſulas, Erycemque ante oculos proponite.*) Vet. lib. inſulam. Sic Polybius [illegible], & [illegible] appellat. Ad Ægates autem inſulam priore bello navali prœlio victus eſt Hamilcar, idemque in fœderibus jungendis Eryce, quem tenebat in Sicilia, præſidia deducere juſſus eſt, auctor Polybius. *Sed Tarento tum in Italia non abſtinueramus ex fœdere.*) Vet. lib. Sed tunc Tarento, & Italia. Ceterum hic eſt locus, quem Glareanus male habere credidit, quia Tarentinis Pœnos auxilio veniſſe numquam accepit. At ſupra in Epitom. lib. XIV. Carthaginienſium claſſis auxilio Tarentinis venit, quo facto ab iis fœdus violatum eſt. Item Oroſius: Tarentini Pyrrhi morte comperta nova arma ſollicitant adverſus Romanos, Carthaginienſium auxilia poſcunt, atque accipiunt. *Alcon inconſciis Saguntinis.*) Vet lib. Alcon inſciis Saguntinis. *Ne ignoretis.*) Vet. lib. Ne ignoraretis. (9) *Octavo menſe, quam cœptum oppugnari, captum Saguntum.*) Polybius, [illegible]. *Quando dein-*

(9) Ita Badius.

deind. menſe, quam à Charthagine profectus, ſit Italiam perveniſſe.) Polybius item, τὴν μὲν πᾶσαν πορείαν ἐκ καινῆς πόλεως ἐν πέντε μησὶ ποιησάμενος. *Trepidarent magis, quam conſulerent.*) Vet. lib. Conſultarent. *Hiſtros, atque Illyricos.*) Iſtros, atque Illyrios. Capit. Triumphi. Nominat bella inter primum, & ſecundum Punicum bellum geſta cum Sardis, Corſis, Iſtris, Illyriis, & Gallis: De quibus triumphi aliquot acti ſunt. *Pœnum hoſtem veteranum trium & viginti annorum militia duriſſima inter Hiſpanas gentes ſemper victorem primum Hamilcare, deinde Haſdrubale, nunc Hannibale duce acerrimo aſſuetum.*) Lege, XIIX. annorum, non XXIII. (10) Hamilcar enim novem imperavit annos, Haſdrubal octo, unum Hannibal, auctore Livio, ſiquidem intelligendum eſt octavum annom Haſdrubalis primum eſſe Hannibalis, error ex notis natus, V. enim in X. mutatum eſt. *L. Manlius Prætor.*) Meminit bujus Prætoris etiam Polybins, ceterum hoc anno L. Manlius, C. Terentius Varru, M. Æmilius, C. Attilius Serranus Prætores à Livio memorantur. L. Manlius Galliam, C. Atilius Ligures, M. Æmilius Siciliam, C. Terentius urbanam juriſdictionem obtinuiſſe videtur. *Aut ea parte belli dimicaturum hoſtem credebant.*) Aliquot libri vet. non habent vocem, belli; nec neceſſaria eſt. *M. Livium.*) Hic M. Livius, is qui poſtea Salinator dictus eſt, eſſe non poteſt, quod Conſul eſſet, tum cum hæc Legatio miſſa eſt, aut ſi poſteriore anno miſſa eſt, vel reus, vel damnatus, ut lib. XXIX. apparet. (11) *Luctatio Conſule.*) Lutatio ſcribe, ſic enim lapid. Capit. ſic Græci, ſic plerique veteres libri. *Niſi ex auctoritate, aut juſſu icta.*) Vet. lib. Niſi aut ex auctoritate, aut juſſu veſtro icta. Hæc autem de fœdere diſceptatio apud Polybium eſt multis verbis. *Et quod diu parturit animus veſter, aliquando pariat.*) Hoc à Cicerone ſumptum, qui dixit in Antonium: Utinam aliquando dolor Populi Romani pariat, quod jamdiu parturit. *Tum Romanus ſinu ex toga facto. Hic, inquit, vobis bellum, & pacem portamus.*) Sic Polybius, ὁ δὲ πρεσβύτατος αὐτῶν δείξας τὸν ἐν τῷ συνεδρίῳ τὸν κόλπον, ἐνταῦθα καὶ τὸν πόλεμον αὐτοῖς ἔφη, καὶ τὴν εἰρήνην φέρειν; *Itaque aliud de integro fœdus publico conſilio ictū eſt.*) Senatus Ro. non ſtetit conditionibus pacis, de quibus inter Lutatium Imp., & Hamilcarem convenerat, verum X. Legatos in Siciliam miſit, ex quorum ſententia, auctoritateque aliud ictum fœdus, ac confirmatum eſt, auctor Polybius. *Ita ne quidquam peragrata Hiſpania in Galliam tranſeunt. In his nova terribiliſque ſpecies viſa eſt, quod armati (ita mos gentis erat) in Concilium venerunt.*) Excidit hoc loco nomen ejus populi, quem primum in Gallia Legati Romani adierunt, ut enim in Hiſpania Barguſios, & Volcianos aditos dixit, ſic in Gallia præcipuos quoſdam nominabat populos, præſertim vero cum dicat: In his nova terribiliſque ſpecies viſa, quod armati (ita mos gentis erat) in Concilium venerunt, non enim totius Galliæ hic erat mos, ſed præcipue eorum, quos primum adierunt; & poſt ſubjungat: Eadem ferme in ceteris Galliæ Conciliis dicta, audiaque. Qui vero populi fuerint, ne divinare quidem poſſum. Ita tamen legendum exiſtimo. Ita ne quidquam peragrata Hiſpania in Galliam ad . . . . . . tranſeunt. In his nova, &c. Idem ſentit etiam Glareanus. *Si cetera proſpera eveniſſent.*) Vet. lib. Proſpere.

Tredecim millia octingentos quinquaginta pedites.) Sic Polybius, πεζοὶ μὲν μύριοι τρισχίλιοι ὀκτακόσιοι πεντήκοντα, ἱππεῖς δὲ χίλιοι διακόσιοι. *Firmatque eum Africis maxime præſidiis peditum Afrorum XI. millibus, octingentis quinquaginta Liguribus, trecentis Balearibus, ad hæc peditum auxilia.*) Harum copiarum ſumma ad verbum ſumpta eſt à Polybio, qui ita ait: πεζοὺς Λιβύων μυρίους χιλίους ὀκτακοσίους πεντήκοντα, Λιγυστίνους τριακοσίους, Βαλιαρεῖς πεντακοσίους. Ex cujus verbis perſpicue apparet, in Livianis libris deeſſe vocem, quingentis, ut ſit Balearibus quingentis, atque ita hunc locum eſſe legendum, & diſtinguendum: Peditum Afrorum XI. millibus DCCCL., Liguribus CCC., Balearibus D. Ad hæc. Nota numeri D. creavit errorem, præſertim vero cum ſequeretur, AD. eaque excidit. *Elephantis XIV.*) Vereor ut legendum ſit, XXI. Nam Polybius edit, ἐλέφαντας εἴκοσι καὶ ἕνα. *Aptæ inſtructæque remigio.*) Hoc ait Polybius πληρώματα ἔχουσας. Ceterum in numero navium non diſcrepant. *Præter Etoviſſam Urbem.*) Ptolemæus nominat [illegible], ſtatuitque inter [illegible]. *Nonaginta millia peditum, duodecim millia equitum Iberum tranſduxit.*) Sic Polybius: πεζοὺς μὲν ἔχων εἰς ἐννέα μυριάδας, ἱππεῖς δὲ περὶ μυρίους, καὶ δισχιλίους, καὶ [illegible]. *Ilergetes inde, Barguſioſque, & Auſetanos, & Aquitaniam.*) Sic Polybius, τό τε τῶν Ἰλουργητῶν ἔθνος, καὶ Βαργουσίων, ἔτι δὲ τοὺς Αἰρηνοσίους, καὶ τοὺς Ἀνδοσίνους. Quos vocat Livius Auſetanos, eos Ptolemæus Αὐσητανοὺς nominat. *Aquitaniam, quæ ſubjecta Pyrenæis montibus eſt.*) Aquitania pars eſt Galliæ citra Pyrenæus montes. Hiſpaniæ autem oram Livius nominat, neque enim adhuc Hannibal in Galliam tranſjecerat: Vox autem corrupta eſt. Hanc oram Ptolemæus vocat Λαιητανίαν: Plutarchus Λακετανίαν: Strabo Ἰακκητανίαν. Sic enim inquit: συνοικεῖται δὲ ὑπὸ πλειόνων ἐθνῶν ἡ χώρα γνωριμωτάτων δὲ τῶν Ἰακκητανῶν λεγομένων οἳ δ' ἀρξάμενοι ἀπὸ τῆς παρωρείας τῆς κατὰ τὴν Πυρήνην εἰς τὰ πεδία πλατύνονται. Ideſt: Hæc ora compluribus incolitur gentibus, è quibus nobiliſſima Lacetana dicitur. Hæc à Pyrenes radicibus inchoans in campos latius extenditur, & poſt Liv. Cn. Scipio cum Pyrenæos montes circumvectus Emporiis appuliſſet claſſem, orſus à Lacetanis omnem oram uſque ad Iberum flumen Romanæ ditionis fecit, & Salluſtius in epiſtola Pompeji: Recepi Galliam, Pyreneum, Lacetaniam. *Pyrenæum tranſgreditur, & ad oppidum Illyberim caſtra locat.*) Ilybirrim vocat Strabo libro IV. ἐν μὲν τῆς παρώρης [illegible] καὶ ὁ Ἰλλιβίρρις πόλιν ἔχων ὁμώνυμον ἑκάτερος αὐτῶν. De Ruſcinone paullo poſt Livius. *Nuper circa Padum Placentiam, Cremonamque colonias in agrum Gallicum deductas ægre patiebantur.*) Hæ coloniæ deductæ ſunt hoc anno, P. Cornelio, Ti. Sempronio Cos. prid. Kal. Jan., auctore Pediano in Piſonianam, nec diſſentit Polybius: Hac de re etiam in Epitome libri XX. *C. Lutatius, C. Servilius, T. Annius: Lutatii nomen haud dubium eſt, pro C. Servilio, & T. Annio. Q. Acilium, & C. Herennium habent quidam Annales, alii, P. Cornelium Aſinam, & C. Papirium Maſonem.*) De his ita Pedianus. Deduxerunt Triumviri P. Cornelius Aſina, C. Papirius Maſo, Cn. Pompejus, ſive Cn. Cornelius Scipio. Porro autem in vulgatis Livianis libris erat: A. Servilius. Scripſi tamen C. Servilius, quia hic pater eſt C. Servilii Conſulis anno DLVII. auctore Livio, qui in Conſulatu Capitolino C. F. ſcribitur. Polybius C. Lu-

(10) Hic omittit V. annos belli Africi pudendo errore, cur igitur legitur XXIII. non XVIII.

(11) Glareanus omnino putat Salinatorem fuiſſe.

Lutatium Conſularem, & duos Prætorios nominat. *Silvæ tunc circa viam erant, pleriſque incultis.*) Vet. lib. Pleriſque locis incultis, Polybius, [illegible] vocat. *Nec dum per patentia loca ducebatur agmen, cum apparuit hoſtis.*) Seoſus docer legendum eſſe: Nec dum per pateatia loca docebatur agmen, apparuit hoſtis, ubi rurſus ſilvæ iotratæ, tum poſtremos adorti, ut fit, hoſtesnon apparuiſſe interea dum exercitus Romanus pateotibus campis iter ſaceret, ubi ſilvas intraverit, extremum agmea eſſe adortas, poteſt etiam vulgata lectio retineri, hoc ſeaſu: neque adbuc per ſatis patientia loca ducebatur agmen, cum apparuit hoſtis, ubi ſilvæ iotratæ ſunt, vehementius ſe iatulit. *Finis, & Gallis territandi.*) Vet. lib. Fiois iode & Gallis territandi *Cannetum vicum.*) Vet. lib. Tanetum: Polyb. libro III. [illegible]. Ptolemæus [illegible]. Livius lib. XXX. ubi de eadem hac re loquitur, Tanetum edit. *C. Atilium Prætorem.*) nomen Prætoris non affert Polybius, cetera ab eo ſompta ſunt. *Tranſcripta legione nova.*) Polybius, [illegible]. *Sexaginta longis navibus.*) Polybius [illegible] tantum dixit. *Mox pervenit Maſſiliam.*) Hoc quid ſit exponit Polybius, [illegible], ideſt quincto die. *Ad proximum oſtium Rhodani.*) Polybius [illegible]. *Metu, aut pretio pacatis.*) Polybius [illegible]. *Et diffiſi citeriore agro.*) Vet. lib. Sed diffiſi. *Ceteros accolas fluminis Hannibal, & eos ipſos, qui ipſas ſedes tenuerunt, ſimul perlicit donis.*) Vet. lib. Et eos ipſos, quorum ſedes teouerat: Polybius [illegible], Recte autem: Quorum ſedes teoocrat, quia ſubdit: ſimul & ipſi transjici exercitam levarique quamprimum regiooem ſuam taata urgeote hominum multitudioe cupiebaot. *Itaque ingens coacta vis navium eſt, lintriumque temere ad vicinalem uſum paratarum.*) Vicinalem dixiſſe videtur Livius, pro, vicinitatis: Hoc ſic expreſſit Polybius [illegible]. Uſum viciaiæ expreſſit in mercibus ultro citroque devehendis. *Novaſq; alias primum Galli inchoantes cavabant ex ſingulis arboribus.*) His verbis vocem expreſſit Polybii, [illegible]. *Millia quinque & viginti ferme.*) Polybius [illegible]. *Supra parvæ inſulæ circumfuſum amnem.*) Polybius [illegible]. *Hiſpani ſine ulla mole in utres veſtimentis conjectis, ipſi cetris ſuperpoſitis incubantes flumen tranſnatavere.*) Vet. lib. habeat Suppoſitis. Quam vocem ſenteatia quoque deſiderat. *Eques fere propter equos nantes navium agmen ad excipiendum adverſi impetum fluminis parte ſuperiore tranſmittens tranquillitatem infra trajicientibus lintribus præbebat.*) Eqoites habeor Vet. libri. Hinc ego legendom ſuſpicor: Equites fere præter equos nantes. Eſt eaim hic ſenſus: Navium agmen ad excipieodum adverſi fluminis impetum equites præter equos oantes ſuperiore fluminis parte traoſmittens, tranquillitatem lintribus, quibus pedites iaſeriore parte transjiciebantur, præbebat. Inquir autem: Præter equos nantes, nam noo omnes equi in naves impoſiti fueraat, verum magna pars lorjs à puppibus trahebatur: Sic prope etiam Polybius. (12) *Impoſuerunt in naves.*) Vet. lib. Impoſuerant. *Cum variis ululatibus, cantuque.*) Polyb. [illegible] *Certe variata memoria eſt.*) Vet. lib. Certe varia memoria eſt. *Tradunt ferociſſimum ex iis irritatum à Rectore ſuo, cum refugientem in aquam natantem ſequeretur.*) Vet. lib. Cum refugientem eum io aquam. Rectorem autem intelligit. *Ut quemque timentem altitudinem deſtituerat vadum, impetu ipſo fluminis in alteram ripam rapiente.*) Senſus, quem elicere Glareanus aoo potuit, hic eſt: Elephaatem à rectore ſuo irritatum, cum eundem refugientem in aquam ſequeretur, traxiſſe gregem impetu ipſo flumioıs in alteram tipam rapieate, prout quiſque eorum altitudioem aquæ timeos à vado deſtituebatur. *Nec Scipionis ſtare ſententia poterat, niſi ut.*) Lego, Scipioni. Hoc enim Latina locutio poſtulat, ſic paullo poſt: Hannibal, poſtquam ipſi ſenteotia ſtetit pergere, ire, & libro XXX. Proinde ſeu ipſi ſtaret jam ſenteatia, ſeu conſulendus Haſdrubal eſſet, & libro XLIV. Interim Conſuli ſeatentia ſtetit eo ſaltu ducere. *Reguli Matali adventus.*) Magili, ex Polybio, [illegible]. *Ab occaſu Solis ad exortus.*) Vet. lib. Ad ortum. *Alpes quidem habitari, coli, gignere, atque alere animantes, pervias paucis eſſe, exercitibus invias.*) Malim pervias paucis, eſſe exeteitibus invias, ideſt, quas pauci legati Gallorum ſuperaverint, eas hic exereitus noa transjiciet. *Has Alpes ingentibus ſæpe agminibus.*) Quoties Galli alpes ſuperaverint aote hoc tempus, tradidit ſupra libro VI. & Polybius lib. II. *Nec majores quidem eorum.*) Veteres lib. Ne majores quidem eorum. *Tuto tranſmiſiſſe.*) Vet. lib. Tuto traoſiſſe. *Cepiſſe quondam Gallos ea.*) Romam iotelligit. *Ad Inſulam pervenit, ibi Arar, Rhodanuſque amnis diverſis ex Alpibus decurrentes, agri aliquantulum amplexi confluunt in unum.*) Polybius [illegible]. mendum tameo puto eſſe in voce [illegible] pro [illegible]. *Ad lævam in Tricaſtinos flexit, inde per extremam oram Vocontiorum agri tetendit in Tricorios haud uſquam impedita via, priuſquam ad Druentiam flumen pervenit.*) Hnc de itinere oibil Polybius, at Ammianus lib. XV. Hanoibal Tauriois duceotibus accolis per Tricaſtioos, & oram Vocoatiorum extremam ad ſaltus Tricorios veoit, indeque exorſus aliud iter ante hac inſuperabile fecit, exciſaque rupe in immenſum elata per Drueatiam flumen gurgitibus vagis in totum regiones occupavit Etruſcas. *Saxa glareoſa volvens.*) Vet. lib glomeroſa. Recte: Subdit enim: Nihil ſtabilis, oec tuti ingredientibus præbet. *Genuam repetit.*) Antea: Placeotiam, at Geouam habenr & veteres libri, & Ammianus loco citato. Supra autem dixit, eum præter oram Ligurum perveniſſe Maſſiliam. *Galliſque ad viſenda loca præmiſſis.*) Legatos Bojorum iotelligit, qui ſe hujus itineris duces futuros eſſe profeſſi fuerant. *Cum repente conſpiciunt alios arce occupata ſua ſuper capita imminentes.*) Vor. lib. Sua ſupra capita. *Quoſdam & armatos, inde ruinæ maximæ, modo jumenta cum oneribus devolvebantur.*) Vet. lib. Quidam & armati in ruinas maximas, modo jumenta cum oneribus devolvebantur. *Caſtellum inde, quod caput ejus regionis erat vicoſq; circumjectos capit.*) Haoc [illegible] vocat Polybius, ideſt Urbem eam, ex qua Allobrogum iocurſiones in exercitum Hannibalis fiebant. *Frequentem cultoribus alium, ut inter montana populum.*) Populum dixit, æque ac Græ-

(12) Rectè quidem Polybius, at vide quæ hic ſit conſtructio, equites tranſmittens.

Græci [illegible] uſurpant. Qui & populum ſignificat & caſtellum. *Occurſantes per obliqua montani erupto medio agmine viam inſerere.*) Vet. lib. perrupto medio agmine. Recte. *Nono die in jugum alpium perventum eſt.*) Polyb. ἐννεαῖος δὲ διανύσας εἰς τὰς ὑπερβολὰς αὐτοῦ κατεστρατοπέδευσε, καὶ δύο ἡμέρας ἔμεινε. *Occidente jam ſidere Vergiliarum.*) Polib. διὰ τὸ συνάπτειν τὴν τῆς πλειάδος δύσιν. *Circumpadanos campos.*) Polyb. τὰ περὶ τὸν Πάδον πεδία. *Natura locus jam ante præceps recenti terræ lapſu in pedum mille admodum altitudinem abruptus erat.*) Ita emendavit olim Valla, cum ante legeretur: Natura locus jam ante præceps recenti terræ lapſu impeditus, tum ille admodum altitudinem abruptus erat. Utramque autem lectionem mendoſam eſſe ſenſus ipſe docet. Deſcribit enim Livius locum anguſtum, & abruptum. Nam paullo ante dixit: Ventum eſt ad multo anguſtiorem rupem, atque ita rectis ſaxis, ut &c. Ex emendatione autem Vallenſi nihil elici de anguſtia poteſt. Quamobrem ex veterum lib. aliquot fide ita legendum eſt: Natura locus jam ante præceps recenti terræ lapſo impeditus, in mirum admodum altitudinem abruptus erat: Duo enim ſignificat incommoda naturalibus incommodis acceſſiſſe, quod cum natura locus jam ante præceps eſſet, nunc dejectu terræ impeditus erat, & in magnam admodum altitudinem abruptus. Quo fit, ut expreſſerit cauſſam, cur dixerit: Multo anguſtiorem rupem, atque ita rectis ſaxis; Ita enim Polybius, [illegible], & paullo ante dixerat, [illegible]. *Haud dubia res viſa, quin per invia circa, nec trita ante, quamvis longo ambitu circumduceret agmen.*) Senſus eſt: Degreſſus ad rupem inviſendam Hannibal ſenſit, ſe per invia loca, nec trita antea agmen ducere, neque ea re quidquam profeciſſe, quod longo ambitu exercitum circumduxiſſet, quo facilius, & expeditius iter haberet. Polybius ait: Hannibalem inſpecta rupe, conatum eſſe eam ſuperare, verum nova accedente nive deterritum eſſe, atque ad ſaxum illud cædendum ſe convertiſſe, in quo nihil ab eo diſſidet Livius. *Itaque in levi tantum glacie, tabidaque nive volutabantur jumenta, ſecabantur interdum, etiam tum infirmam ingredientia nivem & prolapſa jactandis gravius in continendo ungulis, penitus perfringebant, ut pleraque velut pedica capta hærerent indurata, & alta concreta glacie.*) Primum dicam, quæ in his verbis emendanda arbitror, deinde qui ſit eorum ſenſus. Nam eum Glareanus homo ingenuus plane ſe ignorare profitetur. In Vet. lib. eſt, pro: Itaque: Ita, pro infirmam, infimam; pro ſecabantur; necabantur. pro interdum etiam tum: Interdum etiam dum; pro alta concreta, alte concreta. (13) Ea vero omnia probe habere ſenſus ipſe demonſtrat, qui eſt ejuſmodi. In ſuperanda rupe duplex labor ſuſceptus eſt, unus propter recentem modicam, alter propter veterem intactam nivem. Nam cum ſuperiore illa hominum jumentorumque inceſſu dilapſa eſſet, & per nudam infra glaciem, fluentemque labem liqueſcentis nivis ingrederentur, tetra ibi luctatio erat, ut à lubrica glacie non recipiente veſtigium, & in prono citius pede ſe fallente. Et ſeu manibus in aſſurgendo, ſeu genu ſe adjuviſſent, ipſis adminiculis prolapſi, ſi iterum corruiſſent, nec ſtirpes circa, radiceſve, ad quas pede, aut manu quiſquam eniti poſſet, erant. Atque hunc, inquit, in modum in levi glacie, tabidaque nive jumenta volutabantur, addit deinde: Necabantur interdum etiam, dum infimam ingredientia nivem, & prolapſa jactandis gravius ut ſe continerent, ungulis, perfringebant, ut pleraque velut pedica capta hærerent indurata, & alte concreta glacie. Quam poſteriorem ſententiam ſic expreſſit Polybius: τὰ δ' ὑποζύγια διέκοπτεν, ὅτε πέσοι, τὴν κάτω χιόνα κατὰ τὰς ἐξαναστάσεις, διακόψαντα δ' ἔμενε μετὰ τῶν φορτίων. Ideſt jumenta vero perfringebant, ubi prolapſa erant, infimam nivem in aſſurgendo, qua fracta hærebant una cum oneribus. *Quinto decimo die Alpibus ſuperatis.*) Polybius: τὴν τῶν Ἄλπεων ὑπερβολὴν ἡμέραις πεντεκαίδεκα κατῆρε τολμηρῶς. *Inferiora vallis.*) Vet. lib. Inferiores valles. *L. Cincius Alimentus, qui captum ſe ab Hannibale ſcribit, maxime auctor moveret me.*) Vet. lib. Alimentus, non hic ſolum, ſed etiam in epiſtolis ad Atticum. Quod probo: Cognomen enim eſt Cinciorum, ut Rutilus Marciorum, non, ut vulgo, Rutilius. In iiſdem libris eſt, Maximus auctor, & hoc quoque placet. Maximum enim auctorem vocat locupletiſſimum, quippe qui rebus ipſis gerendis interfuerit. *Poſtquam Rhodanum tranſierit, triginta ſex millia hominum.*) Polybius XXXVIII. millia edit, πεζοὺς εἰς ὀκτακισχιλίους καὶ τρισμυρίους; eorum vero dimidiam partem in Alpibus ſuperandis amiſiſſe. *Ingentemque numerum equorum, & aliorum jumentorum amiſiſſe in Taurinis, quæ Gallis proxima gens erat in Italiam digreſſo.*) Ne in id incommodum incidamus, ut dicendum ſit. Hannibalem in Taurinis, i. in Italia ea amiſiſſe, quæ in Alpibus tranajiciendis amiſerat, legendum eſt, in Taurinos. Itemque Degreſſo, non Digreſſo. Eſt autem verbum Livio familiare, ubi de deſcenſu loquitur, idque ſæpiſſime vitiatum, ut infra oſtendam; ſenſus autem erit, ſe audiſſe, ipſo in Taurinos, quæ Gallis proxima gens erat in Italia, degreſſo, triginta ſex millia poſtquam Rhodanum tranſierit amiſiſſe. Taurinos ſcribit Polybius ad radices Alpium fuiſſe. (14) *Otium etenim ex labore.*) Vet. lib. Otium enim ex labore. *Ea P. Cornelio Conſuli cauſſa fuit, cum Piſas navibus veniſſet, exercitu à Manlio, Atilioque accepto tirone, & in novis ignominiis trepido, ad Padum feſtinandi.*) Sic Polybius: [illegible] κατέπλευσεν εἰς Πίσας. ποιησάμενος δὲ τὴν πορείαν διὰ Τυρρηνίας, καὶ παραλαβὼν τὰ παρὰ τῶν [illegible] στρατόπεδα [illegible] τὰ περὶ τὸν Πάδον πεδία. Intelligendum autem eſt, Genua Piſas veniſſe. Livius porro nomine Piſarum provinciam Liguriam, ut Arimini citeriorem Galliam ſignificare ſolet. L. Manlius Galliam, C. Atilius (opinor) Ligures provinciam obtinebat, ut ante dixi. *Taurinorumque Urbem unam caput gentis ejus, quia volens in amicitiam non veniebat, vi expugnarat.*) Polyb. [illegible] τὴν βαρυτάτην πόλιν ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐξεπολιόρκησε. *Conſeſſionem ſedentes, ac detrectantes certamen.*) Vet. lib. Cedentis. *Quaſſata, fractaque arma.*) Vet. lib. Confractaque. *At nihil, magis vereor, ne antequam vos.*) Vet. lib. Quam, ne antequam vos. *Licuit in Hiſpaniam provinciam meam ire.*) Vet. lib. Licuit mihi in Hiſpa-

(13) Glareanus libenter fatetur ſe neſcire quædam, imo plurima exemplo D. Eraſmi præceptoris ſui, Angeli Politiani, ac aliorum doctiſſimorum virorum. At Sigonio omnia ſunt pervia.

(14) In Taurinos etiam Glareanus legendum ante admonuerat.

ſpaniam. *Peditum agmen, quod in modum fugientium raptim agebatur, quia aſſequi terra non poterat, neque regreſſus ad naves erat quanta maxima celeritate potui, tanto maris, terrarumque circuitu in radicibus Alpium obvius fuit.*) Hoc loco illud admirationem movere facile poreſt, qui factum ſit, ut ſi regreſſus ad naves non arat, tanto maris, terrarumque circuitu obvius fuerit. Hoc enim dicere vult, ſe quia hoſtem aſſequi terra non poterat, naves conſcendiſſe. Quod cum ita ſit, ergo recte legitur in veteribus libris: Quia aſſequi terra non potuit regreſſus ad naves, quanta maxima celeritate &c. *Hannibal hic ſi æmulus itinerum Herculis.*) Herculem fama erat unom ante Hannibalem cum exercitu Alpes tranſmiſiſſe, cum à Gerionis bello recederet. Probus in Hannibale: Ammianus lib. XV. Hinc Grajæ Alpes ab illo dictæ. *Reſpiceret profectò, ſi non patriam victam, domum certè, pacemque & fœdera Amilcaris ſcripta manu.*) Vet. lib. Domum certè, patremque, probo. *Pacem cum victis fecimus, tutelæ noſtræ deinde duximus cum Africo bello urgerentur.*) Commemorat beneficia Populi Romani erga Pœnos, maxime, quod eos auxilio juvit bello Africo. De qua re ſic Polybius lib. I. [illegible]. Itaque ſuſpicor hoc loco legendum eſſe: Tutelæ noſtræ deinde addiximus, aut quid tale. *Unuſquiſque ſe non corpus ſuum, ſed conjugem, ac liberos.*) Vet. lib. Non corpus ſuum ſolum, ſed &c. Porro autem ſumma hujus orationis eſt apud Polybium, ut etiam ejus, quæ ſequitor Hannibalis. *Ut viginti annorum militiam veſtram.*) Elatorie XX. annorum militiam vocat Hannibal, quam ſupra XXVIII. Livius verius appellarat, at ſervit cauſſæ Hannibal. *Caſa, victo circumſeſſa à Gallis.*) Vet. lib. Circumſeſſoque. *Tam laudaſtis me milites.*) Vet. lib. Collaudaſtis me milites. *Tranſductus Romanus exercitus in agrum Inſubrium, quinque millia paſſuum à vico tumulis conſedit.*) Probo Glareani ſuſpicionem, Vici nomen deſiderari. Probus hanc pugnam pugnatam ad Claſtidium ait, cujus vici poſt meminit Livius. *Mutatam ſecam fortunam.*) Vet. lib. Immutatam. *Servis quoque dominos proſecutis libertatem proponit.*) Vet. lib. Promittit. *Scipio jaculatores, & Gallos equites in fronte locat, Romanos, ſociorumque quod roboris fuit in ſubſidiis.*) Polybius, [illegible]. *Hannibal frenatos equites in medium accipit, cornua Numidis firmat.*) Polybius: [illegible]. *Tranſire non potuit pontem, ut extrema reſoluta erant.*) Vet. lib. Quod extrema. *Circa flumen interceptos.*) Vet. lib. Citra flumen. *Ad Claſtidium vicum.*) Polybius: [illegible] vocat, mentio Claſtidii eſt in triumpho Marcelli Capitolino. *Hæc ſicut audita erant, Rex Meſſanæ Æmilio Prætori, cujus Sicilia erat provincia, perſcribit.*) Lege ex veteribus libris: Hæc, ſicut nunciata erant Meſſanæ, Rex Æmilio Prætori. Hiero enim Syracuſarum Rex fuit, non Meſſanæ, niſi intelligas: Rex Meſſanæ, ubi ſum forte erat, perſcribit. Æmilius hic eſt tertius hujus anni Prætor. *Ne quid moram conſcendendi facerent.*) Vet. lib. Ne quis moram conſcendendi faceret. Malim tamen: Ne quid. *Ex templo, & circa Prætorem ad Civitates miſſi Legati.*) Circa Prætorem, dixit, pro, à Prætore, ego malim: Circa à Prætore. *Sublatis ornamentis veniebant.*) Sublatis, intelligit in altum elatis, ut procul conſpici poſſent. Itaque ſubſequitur oppoſitum: Demendis armamentis eo tempore conſumpto. *Nam ut ſociis navalibus affatim inſtructam claſſem, ita inopem milite habebat.*) Socios navales hoc loco remiges vocat, eoſque demum, qui nautica miniſteria aliqua in navi obeunt, ut lib. VI. De remigum ſupplemento agi cœptum eſt, in quam rem, cum neque hominum ſatis, nec ex quo pararentur, ſtipendiumque acciperent: Pecuniæ quidquam ea tempeſtate in publico aſſet, edixeront Conſules, ut privati ex cenſu, ordinibuſque, ſicut antea, remiges darent; Nam, unde cum pecunia in ærario non eſſet, paraturos ſocios navales, paullo poſt ait: Milites, nautaſque: Item, legiones ſocioſque navales. Item, claſſicos milites, navaleſque ſocios. *Fugam ceteræ ceperunt.*) Vet. lib. Ceteræ fugam ceperunt. *Et fretum intranti.*) Vet. lib. Ei fretum intranti. *Quibaſdam volentibus res novas.*) Vet. lib. Et quibuſdam. *Conſul alter equeſtri prœlio uno, & vulnere ſuo minutus.*) Quid ſi legas: Una. *Duo milia peditum, & mille equites: Numidas pleroſque, miſtos quoſdam & Gallos.*) Polyb. [illegible]. *Ultra differri, ac teri tempus.*) Vet. lib. aut teri. *Fama prius, deinde recognitam.*) Lege, re cognitum. *Prædare omnes juberent.*) Polybius: [illegible]. *Hannibal prima luce.*) Polybius, [illegible]. *Erat forte brumæ tempus, & nivalis dies.*) Polyb. [illegible]. *Pectoribus tenus.*) [illegible], Polyb. *Baleares locat ante ſigna, levem armaturam.*) Vet. lib. Levemq; armaturam. Sic libro XXII. Baleares, ceteramque levem armaturam poſt montes circumducit, & Polyb. [illegible]. *Duodeviginti millia Romanorum erant, ſociûm, nominiſque Latini XX.*) Polyb. Romanorum XVI. millia tradit: [illegible]. *Nam cum vix per ſe reſiſterent X. millibus equitum quatuor millia, & feſſi Romani pleriſque integris Pœnis.*) Voces Romani, & Pœnis, abſunt à Vet. lib. & gloſſema ſunt alicujus, qui verba illa (ut fit) interpretatus eſt. *Veſtigia cedentis ſequentes agminis.*) Vet. lib. Veſtigia ſequentes cedentis agminis. *Elephantes prope omnes abſumpſit.*) Polybius: [illegible]. abſumpſit; repoſui ex Vet. lib. Cum ante, conſumpſit, legeretur. *Emporium prope Placentiam fuit, & opere valido & magno munitum præſidio.*) Veteres libri: Et opere magno munitum, & valido firmatum præſidio, valde probo, ſic paullo poſt: Ad firmandum præſidio ſaltum. *Ceterum ut hiberna quidem Romanis quieta erant, vagantibus paſſim Numidis equitibus, & quæ his impeditiora erant, Celtiberis, Luſitaniſque.*) Glareanus Celtiberos, & Luſitanos impeditiores, quam Numidas fuiſſe intelligit, in quo vehementer (ut opinor) errat. Senſus enim eſt: Hiberna & Romanis inquieta erant vagantibus paſſim Numidis equitibus, & eadem his equitibus erant impeditiora, quam Celtiberi, Luſitanique in Hiſpania fuerant. Nam paullo ante dicebat Hannibal ad milites: Satis adhuc in vaſtis Luſitaniæ, Celtiberiæque montibus pecora conſectando nullum emolumentum tot laborum vidiſtis. Cauſſam deinde ſubdit, quod omnes undique clauſi commeatus erant. In Vet. lib. eſt: Æquequa his impeditiora erant. Suſpicor

inde: Omnes enim undique legendum, ut ſi ſenſus, & æque hic hiberna erant impedita propter Luſitanos, & Celtiberos vagantes. (15) *Quo magis ratam fore cum his pacem, ſocietatemque crederet, traduntur.*) Senſus eſt: Venienti in Ligures Hannibali Quæſtores, Tribunique Romani intercepti à Liguribus traduntur, quo ipſe ratam magis ſocietatem cum Liguribus crederet contra Romanos, quos tanta injuria affeciſſent. *Tranſeuntem Apenninum.*) Veteres libri Tranſeuntem autem Apenninum. *Sed perculſos hoſtes in caſtra perſequerentur.*) Vet. lib. Pulſos hoſtes. *Et ſicut æquata ferme pugna erat, ita clade diſceſſum eſt.*) Vet. lib. Ita pari clade diſceſſum eſt. *Emporiis appuliſſet claſſem.*) Emporium vocat Polyb. ὡς κατὰ τὸ καλούμενον ἐμπόριον πόλιν. Item Strabo lib. III. *Orſus à Lacetanis uſque ad Iberum flumen.*) Veteres lib. Orſus à Lacetanis omnem oram uſq; ad Iberum flumen &c. *Hanno non inſcius erat, cum reliquerat Hannibal ad regionis ejus præſidium.*) Nemo eſt, qui non ſit quæſiturus nomen hujus regionis, in qua Hanno erat: Quod ipſum librariorum vitio prætermiſſum eſt. Illud eſt in Vet. lib. Hanno non inſcius in Iberi Provincia erat. Idque hiſtoriæ veritas quærit. (16) *Et Sciſſum, propinquum caſtris oppidum expugnatur.*) Ciſſam vocat Polibius: ἐπιπορευθεὶς τὴν ἀκτὴν περὶ πόλιν προσαγορευομένην Κίσσαν. Vet. lib. habent: Sciſſum. *Circa Pyreneum vel Ultis.* Vet. lib. Citra. *Scipio raptim ad famam novorum hoſtium agmine acto.*) Vet. lib. Acciro; accivit autem agmen Scipio claſſicorum militum, & navalium ſociorum, quos vagos, palanteſque per agros Haſdrubal oppreſſerat, ut in paucos præfectos animadverteret. *Excito deinde Scipione hibernis, hoſtis cis Iberum Tarraconem verſus cedit: Agros Scipio relictos ab auctore defectionis, & Ilergetum gentem cum infeſto exercitu invaſiſſet.*) Hunc locum, ut vitioſum, notat Glareanus, probatque, ut ita legatur: Hoſtis cis Tarraconem Iberum rurſus cedit; neque Livii ſententiam aſſequitur, quæ vetuſta in lectione continetur, ita: Excito deinde Scipione hibernis, toto cis Iberum rurſus cedit agro: Scipio relictam ab auctore defectionis Ilergetum gentem cum infeſto exercitu invaſiſſet, &c. Quod enim ait, Toto cis Iberum rurſus cedit agro, recte ait, quia paullo ante idem Haſdrubal trans Iberum ſe receperat, poſt autem digreſſo ab Tarracone Scipione reverſus eſt. Tum excito hibernis Scipione toto rurſus ceſſit agro. Quia vero trans Iberum Haſdrubal ſe receperat, propterea ait: Ilergetum gentem, quam ad defectionem ſolicitaverat, ab auctore defectionis Haſdrubale relictam fuiſſe: Nam Ilergetes cis Iberum ſunt. (17) *Hominum ſpecies procul candida veſte viſas, nec tamen illis congreſſos.*) Vet. lib. alii, nec tamen cum illis congreſſos, alii, nec tamen cum ullo congreſſos. *Subinde aliis procurandis prope Civitas operata fuit.*) Vet. lib. Prope tota Civitas. (18) *Ut is exercitus Idibus Martiis Arimini eſſet in caſtris.*) Vet. lib. Adeſſet. *Memori veterum certaminum cum Patribus, quæ Tribunus plebis, & quæ poſtea Conſul, prius de Conſulatu, qui abrogabatur, deinde triumpho habuerat.*) De C. Flaminii Tribunatu ſic Cicero in Catone. Q. Fabius Max. Coſ. iterum Sp. Carvilio collega quieſcente, quod potuit C. Flaminio Tribuno pl. reſtitit agrum Picenum, & Gallicum viritim contra Senatus auctoritatem dividenti, & Valerius lib. V. Cum C. Flaminius Tribunus pl. legem de Gallico agro viritim dividendo promulgaſſet invito Senatu, precibus, minisque ejus reſiſtens, ac ne exercitu quidem adverſus ſe conſcripto, ſi in eadem ſententia perſeveraret, abſterritus, poſtquam pro roſtris ei legem jam ferenti pater manum injecit, privato fractus imperio, deſcendit è roſtris. Idem Polyb. lib. II. Cicero de Invent. de Conſulatu, & triumpho C. Flaminii ſcribit Plutarchus in Marcello: Cum augures vitio creatos eſſe Conſules Flaminium, Furiumque dixiſſent, Senatum eos extemplo ab exercitu literis emiſſis revocaſſe; receptas autem literas Flaminium non ante aperuiſſe, quam hoſtes fuderit. Itaque ei redeunti triumphum via conceſſum eſſe, ipſum privatum triumphaſſe, atque Conſulatu ſe abdicare coactum eſſe. Triumphavit de Gallis. *Ob hoc ratus auſpiciis emendis, Latinarumque feriarum mora.*) Olim Emendis, inde Ementiendis, factum eſt. In quo verbo ſenſus eſt ille quidem, verum non germanus. Quis enim erat, cujus intereſſet ementiendis conſulto auſpiciis, C. Flaminium Conſulem retinere, ne adverſus ferociſſimum hoſtem exiret? Malim ego perendis, aut repetendis, ut eſt in Ver. aliquot libris, .i. cum ſecunda non apparuerunt iterum, atque iterum uſque ad perlitationem petendis. Quam rem ſæpiſſime Conſules ne extemplo in provincias ire poſſent, moratam eſſe alibi tradit, ut lib. XLI. Cn. Cornelio, & Q. Petilio Conſulibus. *Conſulem ante inauſpicato factum, revocantibus ex ipſa acie diis, atque hominibus non paruiſſe, & nunc comitia Prætorum, & Capitolium, & ſollemnem votorum nuncupationem fugiſſe.*) C. Flaminium, ut dixi, vitio Conſulem factum à Senatu à bello, quod cum Gallis gerebat, revocatum non paruiſſe, tradit Plutarchus. Quod cum ita ſit, ſane intelligi poteſt, cum in Vet. lib. Conſcientias Prætorum inveniatur, conſcientia præteritorum, eſſe emendandum; Nam quo modo vulgo legitur: Comitia Prætorum, nihil ad rem pertinet, neque enim initio Conſulatus habebantur comitia Prætoribus creandis, ſed eodem fere tempore, quo Conſulibus. Hanc autem lectionem excogitavit Paulus Manucius, qui in ejuſmodi veterum auctorum mendis, & dignoſcendis, & emendandis maxima cum ingenii, & doctrinæ laude jam per multos annos verſatur. *Ne Senatum inviſus ipſe, & ſibi uni inviſum.*) Vet. lib. Inviſus ipſi.

In Epitomen Libri Vigeſimiſecundi.

C*Um in iniquo loco conflixiſſet.*) Vet. lib. Cum iniquo. *Idemque milites facere commilitonibus juſſit.*) Vet. lib. Non habent vocem, Commilitonibus. *Effecitque, ut omnes minime relictum iri à ſe Italiam.*) Vet. lib. Ut omnes non relictum iri.

In Librum Vigeſimumſecundum.

J*Am ver appetebat.*) Polyb. ὑποφαίνετο δ᾽ ἡ ἐαρινὴ ὥρα. *Cum Hannibal ex hibernis movit.*) Hannibalem in Gallia hibernaſſe tradit Polybius, itaque tacite intelligendum eſt apud Livium, eundem ea Liguribus, in quos profectum eſſe ante dixit, in Galliam in hiberna ſe recepiſſe.

Vi-

(15) Glareanus hic nihil definit, Sigonius autem non eſt auſus in contextum hoc ponere, cùm dubitet.

(16) Badius ita habet, Hannonis cis Iberum provincia erat: Non eſt igitur nomen ullum omiſſum ut imaginatur Sigonius.

(17) Rectè hic Glareanus dubitavit, quod ex vetuſto exemplari Sigonius oſtendit.

(18) Ita Badius habet.

Viderent hibernis.) Vet. lib. Hibernis viderent. *Duos ſe Conſules creaſſe, unum habere, quod enim illi juſtum imperium, quod auſpicium eſſet Magiſtratus, id à domo, publicis, privatiſque penatibus, Latinis feriis actis, ſacrificio in monte perfecto, votis rite in Capitolio nuncupatis, ſecum ferre, nec privatum auſpicia ſequi, nec ſine auſpiciis profectum in externo ea ſolo nova, atque integra concipere poſſe.*) Nihil erat cauſſæ, cur hoc loco verbum facerem, niſi Glareanus admoneret nos, ut videremus, quemadmodum Livius paucis verbis pugnantia diceret: Nam paullo ante dixiſſe, Flaminium Capitolium, & ſollemnem votorum nuncupationem fugiſſe, ne Latinas indicere, ne Jovi Latiali ſollemne Sacrum in monte Albano faceret, nunc autem dicere: Eundem feriis Latinis actis, ſacrificio in monte perfecto, votis in Capitolio rite nuncupatis ab domo juſtum imperium, atque auſpicium ferre. Quamobrem cogor ego quoque te, ceteroſque admonere, ut videant, ne temere Glareano aſſentiantur, neque enim ipſum (ut alias) Livianam ſententiam percepiſſe. Hoc enim ait Livius: Queſtum eſſe Senatum, duos ſe Conſules creaſſe, unum habere, Conſulem enim eum demum eſſe, qui juſtum imperium, & auſpicium habeat. Juſtum autem imperium, & auſpicium à domo, & à privatis, publiciſque penatibus ſecum in provinciam ferri Latinis feriis actis, ſacrificio in monte Albano perfecto, votis in Capitolio nuncupatis. Quæ quia non fecit Flaminius, propterea Conſulem non eſſe habendum, ſed privatum. Auſpicia enim non ſequi privatum, qui autem ſine auſpiciis ſit profectus, ut Flaminius, ea in externo ſolo nova, atque integra ipſum non poſſe concipere. *Scuta duo ſanguinem ſud.ſſe.*) Hæc eadem prodigia tradit Plutarchus in Fabio: [illegible] αἵματι γενέσθαι διαβρόχους. Et quod ait: Ardentes lapides cœlo cecidiſſe, ille vertit: καὶ λίθους ἐκ τοῦ ἀέρος διαπύρους, καὶ φλεγομένους φέρεσθαι. Et quod ait: Antii metentibus cruentas in corbem ſpicas cecidiſſe, ille vertit: καὶ [illegible] περὶ [illegible]. in Vet. autem libris eſt: Et in Antii agro metentibus. *Falerus cœlum findi viſum, velut magno hiatu; quaque patuerit ingens lumen effulſiſſe: ſortes ſuas ſponte attenuatas, unamque excidiſſe ita ſcriptam; Mavors telum ſuum concutit.*) Sic lib. XXI. Cæræ ſua ſponte ſortes extenuatas: Prænestinæ autem quædam ſortes inter ceteras fuerunt, quæ perfracto quodam ſaxo erupiſſe dicuntur, ideſt in robore inſculptæ priſcarum literarum notæ, auctor Cicero lib. II. de Divin. Plutarchus autem ubi hoc prodigium tradit, tabulas quaſdam cœlo decidiſſe ait, quarum una has literas haberet, ſic enim ait: [illegible] γράμματα [illegible]. *Lunæque inter imbrem cadentis.*) Lego, candentis, ideſt, ſplendentis, præceſſit enim ſpeciem cœli ardentis. *Decemviri Ardeæ in foro majoribus hoſtiis ſacrificarunt.*) Mirum Glareano videtur, Decemviros Ardeæ ſacrificaſſe, cum ibi prodigium nullum exſtitiſſet, neque videt eum alias factum, tum lib. XLII. Nam cum columna roſtrata Romæ fulmine diſcuſſa eſſet, Decemviri luſtrandum oppidum, ſupplicationem, obſecrationemque habendam, victimis majoribus ſacrificandum & in Capitolio Romæ, & in Campania ad Minervæ promontorium renunciarunt. *Decembri jam menſe ad ædem Saturni Romæ immolatum eſt &c. an per Urbem Saturnalia dic, ac nocte clamatum, populuſque eum diem feſtum habere, ac ſervare in perpetuum juſſus.*) Hæc dies A. D. XIV, Kalen. Jan. fuit, auctore Macrobio libro primo. *Maxima Gallos, ſi tædio laboris, longæque viæ, (ut eſt mollis ad talia gens) dilaterentur, cohibentem.*) Succenſere ſolet Livio Glareanus, ut falſam Gallis molliciem adſcribenti, idque immerito (19) Hæc enim ille ab aliis ſumpſit, ut à Polybio, [illegible], & paullo poſt. Galli neque ſuſtinere ſe prolapſi, neque aſſurgere ex voraginibus poterant &c. Polybius: [illegible]. *Maximaque omnium vigiliæ conficiebant, per quatriduum jam & tres noctes toleratæ.*) Polybius: [illegible]. *Jumentorum itinere toto proſtratorum paſſim acervi, tantum quod exſtaret aqua quærentibus ad quietem parvi temporis neceſſarium cubile dabant.*) Hoc ita Polyb. [illegible]. *Ipſe Hannibal æger oculis &c. elephanto, qui unus ſuperfuerat, quod altius exſtaret vectus.*) Vet. lib. Ab qua: Cæterum hoc ſic Polybius: [illegible]. *Feſulas.*) Polybius, & ceteri [illegible] vocant. Quare non eſt omittenda diphtongus. *Sicut olim Camillum ab Veiis.*) Hic de re lib. VI. *Conſulem ſuper caput, lapſum effudit.*) Plutarchus in Fabio, [illegible]. *Hannibal quod agri eſt inter Cortonam Urbem, Thraſymenumque lacum.*) Polybius, [illegible] vocat, quam Polybius Cortonam, neque eſſe in Polybio menda poteſt, cum Stephanus ſcribat, [illegible]. Πολύβ. γ. & alio loco ſcribat [illegible] Urbem eſſe Etruriæ: Thraſymenum, Græci [illegible] appellant. *Baleares, ceterumque levem armaturam.*) Polybius, ut ante, [illegible]. *Ut cum terræmotum, qui multarum Urbium Italiæ magnas partes proſtravit.*) Hæc verba vertit Plutarchus in Fabio, ubi hujus terræmotus meminit. *Non illa ordinata per Principes, haſtatoſque, ac triarios.*) De hoc loco dicam in XXX. librum. *Circa Conſulem tamen acrior, infeſtiorque pugna eſt.*) Vet. lib. Pugna erat. *Donec Inſuber equum (Ducario nomen erat) faciemque noſcitans.*) Probo magis antiquam lectionem, quam alii reſpuerunt: Donec Inſuber eques (Ducario nomen erat) faciem noſcitans: Cur probem, hæc cauſſa eſt, quod ni, Eques, dicturus Livius fuiſſet, Inſuber quidam, dixiſſet, præterea, faciem equumq; potius dixiſſet; ſi modo veriſimile eſt, Flaminium, ex quo cum Gallis Inſubribus bellavit per annos VII., eodem ſemper equo eſſe uſum. Polybius à quibuſdam Gallis eum interfectum tantummodo ſcribit. Equitem certe eum fuiſſe apparet ex eo, quod ſubdit: Subditiſq; calcaribus equo, per confertiſſimam hoſtium turbam impetum facit. *Cum in tumulo quodam conſtitiſſent.*) Polyb. [illegible]

(19) Non ſolùm hos loco malè Gallis loquitur Livius, ſed & in prima Decade multis in locis.

[illegible]. *Neque perſpicere præ caligine poterant.*) Vet. lib. Proſpicere. *Triarii obiectu clypeis arcuere* .) Vet. lib. (20) Scutis: Recte eſt enim ſcutum Triariorum, lib. IIX. Triarii ſub vexillis conſidebant, ſcuta innixa humeris tenentes. *Cum caleſcente ſole depulſa nebula aperuiſſet diem.*) Vet. lib. Diſpulſa. *Quindecim millia Romanorum in acie cæſa ſunt.*) Polybius, [illegible]. *M. Pomponius prætor: Pugna, inquit, magna victi ſumus.*) Polybius, [illegible]. Plutarchus autem ſic, [illegible]. *Cum C. Centronio proprætore* .) Vet. lib. quidam, Centinio: Polybius, [illegible] vocat, & C. Centenium: Probus, paullo poſt C. Centenii Penulæ etiam meminit, ut dubitandum non ſit, quin C. Centenio ſit legendum. *Actum pro penatibus, pro urbe dimicandum eſſe, quando Italiam tueri nequiviſſent.*) Reſtituenda eſt priſca lectio: Cum Pœnis pro urbe dimicandum eſſe; Urbis enim tantum mentio facienda eſt, quia dixit: Negotium ab Senatu datum, ut muros, turreſque urbis firmarent. Si penatum autem mentionem facturus fuiſſet, pro urbe, pro penatibus, dixiſſet, ut oratio rhetorice creſceret. *Per Umbriam uſque ad Spoletum venit, inde &c. in agrum Picenum avertit iter.*) Umbriæ tantum, & Piceni meminit Polybius [illegible]. *Prætutianum, Hadrianumque agrum; Marſos inde, Marrucinoſque, & Pelignos devaſtat, circaque Arpos, & Luceriam proximam Apuliæ regionem.*) Polybius ita, [illegible]. *Q. Fabius Maximus Dictator, qua die Magiſtratum iniit.*) In quibuſdam Vet. lib. inveni, Dictator iterum: Quam vocem credo conſulto ab iſtis emendatoribus eſſe omiſſam, quod neſcirent Fabium ante alteram dictaturam eſſe functum, itaque eaſtare inſcriptionem quandam in libro Epigrammatum Antiquæ urbis, ejuſmodi. Q. FABIUS MAXIMUS DICTATOR BIS COS. V. CENSOR INTERREX II. AED. CUR. &c. Fuit autem Dictator paullo ante hunc bellum cum C. Flaminio magiſtro equitum, ut ait Valerius libro primo, capite primo: Occentus ſoricis auditus Fabio Maximo dictaturam, C. Flaminio magiſterium equitum deponendi cauſſam præbuit. (21) *Plus negligentia cærimoniarum, auſpiciorumque temeritate, quam inſcitia peccatum.*) Corrige ex Vet. lib. Plus negligentia cærimoniarum, auſpiciorumque, quam temeritate, atque inſcitia peccatum. Negligentia dixit, ideſt deſpicientia, atque neglectu. Plutarchus [illegible]. Et Livius infra: Clades per temeritatem, atque inſcitiam ducum acceptas. *Ver ſacrum vovendum.*) Feſtus: Ver ſacrum vovendi mos fuit Italis, magnis enim periculis adducti vovebant, quæcumque proximo vere nata eſſent apud ſe animalia, immolaturos: Sed cum crudele videretur, pueros, ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem velabant, atque ita extra fines ſuos exigebant, & Siſenna hiſt. lib. IV. ait: Quondam Sabini feruntur voviſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet, ſe ver ſacrum facturos, ex Nænio Plutarchus votas eſſe capras, ſues, oves, boves, quotquot vere proximo orirentur ait, itemque Livius: Itaque quoniam in Vet. lib. legitur, Suillo, ovillo, caprino, ovillo grege, ſuſpicor legendum, ſuillo, ovillo, caprino, bovillo grege, nam Plutarchus vertit, [illegible]. Extremam enim vocem, ovillo, quia temere iteratam eſſe emendatores duxerunt, omnino repudiandam eſſe duxerunt. *M. Aemilium Prætorem, ex collegii Pontificum ſententia, omnia ea, ut mature fiant, curare jubet.*) Hoc loco ver ſacrum juſſu Pontificum votum eſſe ait à M. Aemilio Prætore, at lib. XXXIII. ubi de hoc tempore, & de hac re loquitur, à Mammula, ut aut vitium ſit librarii, aut auctoris. Ver, inquit, ſacrum ex Pontificum juſſu fecere, quod A. Cornelius Mammula Prætor voverat, fuiſſe autem hoc anno Mammulam Prætorem hinc intelligi poteſt, quod anno inſequenti Sardiniam pro-Prætore obtinuiſſe traditur. *L. Cornelius Pont. Max.*) Hic eſt L. Cornelius Lentulus Caudinus, qui Conſul cum Q. Fulvio Flacco fuit inter primum, & ſecundum bellum Punicum, ante hunc fuerat L. Cæcilius Metellus, is qui Palladium ex incendio rapuit, ante Metellum Ti. Coruncanius, qui primus e plebe factus eſt. *Datum donum duit populus R.*) Quid ſi: Votum donum duit? *Ejuſdem rei cauſſa ludi magni voti.*) Vet. lib. Et ejuſdem rei cauſſa. *Aeris CCCXXXIII. millibus, triente.*) Hoc ſi vertit Plutarchus, [illegible]. *Tum ædes vota Veneri Erycinæ, ædem Q. Fabius Max. Dictator vovit.*) Caſtiga ad fidem optimi cujuſque libri: Tum ædes votæ. Veneri Erycinæ ædem Q. Fabius Max. Dictator vovit: Nam ſequitur. Menti ædem Atilius Prætor vovit. *Menti ædem Atilius Prætor vovit.*) Satis conſtat T. Otacilium Craſſum Prætorem hoc anno fuiſſe: Itaque anno ſequenti Livius T. Otacilium pro-Prætorem vocat. Eundem etiam T. Otacilium Craſſum Mentis ædem dedicaſſe idem tradit lib. XXIII. Quare dubium non eſt, quin & hic, & infra alibi mendosè ſit Atilius, pro T. Otacilius: *Tum de bello, reque publica.*) Vet. lib. deque Rep. *Viatorem miſit, qui Conſuli nunciaret, ut ſine lictoribus ad Dictatorem veniret.*) Idem tradit Plutarchus in Fabio. *Vetuſtate jam prope oblitæ ejus imperii.*) Paucis ante annis idem Fabius Dictator primum fuerat, & ante eum, L. Cæcilius Metellus, ante Metellum C. Duilius, ante Duilium Ti. Coruncanius, ante Coruncanium A. Atilius Calatinus, qui ante annos XXXIII. fuit. Itaque miror eum, Cives, ſocioſque vetuſtate oblitos fuiſſe Dictatorii imperii, ſcribere, niſi forte intelligendum eſt, oblitos fuiſſe Dictatoris rei gerendæ cauſſa creati: Nam poſt A. Atilium Calatinum omnes comitiorum habendorum cauſſa uſque ad Q. Fabium Maximum Dictatorem iterum creati ſunt, ex Capitolinis tabulis. *Hannibal ex Arpis in Samnium tranſit.*) Vet. lib. ex Arpinis. Sunt autem Arpini Arporum populi. *Teleſiam Urbem capit.*) Polybius [illegible]. Ego tamen nihil mutandum puto. *Ut ſe in agrum Caſinatem ducat.*) Sic Plutarchus, [illegible]. *Per æſtivos ſaltus devioſque colles.*) Vet. lib. Calles, ſic paullo poſt: Prope inviis cal-

(20) Ita Badius.

(21) Livius ſanè hîc fatetur vetuſtate propè oblitos homines ejus imperii, quid ad hoc dicis?

vallibus ad Dictatorem profugerunt. *Dictator unicus in rebus aſſlictis quæſitus.*) Vet. lib. Affectis. *Modo Conſuli Luctatio qua res alia, quam vel celeritate victoriam dedit.*) Lutatio, ex Græcis, & Capitolinis tabulis. Malim etiam ita legi: Modo C. Lutatio. Sic enim paullo ante dixit: L. Papirius Curſor, abſque nomine Magiſtratus, quem Magiſtratum ſi nominaſſet, Lutatio Conſuli, potius dixiſſet, ut ſemper alias: Sic alibi oſtendam Proconſul Scipio, pro P. Scipio eſſe mendoſe, neque vero in hac re Conſulatus nomen momentum aliquod ad augendum habet. C. Lautatium Catullum intelligit, qui bello Punico primo confecto triumphavit. *Succeſſit tamen Pœnus cum expeditis equitibus, atque ad laceſſendum hoſtem raptim, & procurſando recipiendoque ſeſe pugnavere.*) Vet. lib. Cum expeditis equitibus ad laceſſendum hoſtem carptim, ut ſit ſenſus: Pœnus cum equitibus ad laceſſendum carptim hoſtem paratis ſucceſſit. Itaque procurſando, recipiendoque ſeſe pugnarunt. *Linterni.*) Vet. lib. & Græci, Literni. *Maxime, ſi poſſet, ſuper ſaltus ab hoſte inſeſſos.*) Vet. lib. Super ſaltu ab hoſte inſeſſo. Recte; nam paullo ante dixit: Minucius ſe conjunxerat Fabio ad firmandum præſidio ſaltum, item: Qui ad tranſitus ſaltus inſidendos locati erant: Saltum vocat Polybius, τὰ στενά, ideſt Anguſtias. *Gerionem pervenit.*) Polybius: [illegible] vocat Stephanus, [illegible]. In Vet. lib. Sæpe eſt Gerionum. *Extracta prope æſtate per ludificationem hoſtis.*) Vet. lib. Exacta, (22) ſic paullo poſt: Per variam fortunam diei majore parte exacta. *Sacrorum cauſſa Romam revocatus.*) Plutarchus, [illegible]. *In Hiſpania terra marique cœptum bellum eſt.*) Vet. lib. Pugnari cœptum. *Quadraginta navium claſſem Himilconi tradidit.*) Polybius, [illegible]. Ex his verbis Hamilcarem Præfectum eſſe, non Himilconem apparet, niſi vitium ſit apud Polybium. *Deinde omnes terra propter ingentem famam novorum auxiliorum concurrere auſae.*) Vet. lib. occurrere. Vere: Sic enim Polybius: [illegible]. *Quinque & triginta navium claſſe.*) Polybius [illegible]. *Altero ad Tarracone die ad ſtationem XX. millia paſſuum diſtantem ab oſtio Iberi amnis pervenit.*) Legendum, X. millia, ex Vet. lib. & ex Polybio, qui LXXX. ſtadia ſit, [illegible]. *Cum alii reſolvunt erat, aut anchoram vellunt, alii ne quid, &c.*) Vet. lib. Cum alii reſolutis loris ancoram vellunt, &c. (23) *Duæ tamen primo concurſu captæ erant.*) Vet. lib. Primo occurſu. *Proras litore illiſas.*) Vet. lib. Litori. *Ad V. & XX. naves ex XXX. cepere.*) Puto legendum: Ex XXXX. tot navium claſſis Haſdrubalis fuit, ut ante ſcripſit, XXV. captas item tradit Polybius. (24) *Tecta quoque conjuncta muro.*) Vet. lib. Juncta. *Fuiſſetque per Pœnum hoſtem.*) Vet. lib. Fuiſſetque propter per Pœnum hoſtem. *Magnoque commeatu adjecto.*) Vet. lib. Advecto. *Acedux erat Sagunti nobilis Hiſpanus.*) Hic à Polybio dicitur [illegible], conſtantiſſima libri fide, ut Abilux vocandus eſſe videatur. *Argenti pondo bina, & ſelibras.*) Plutarchus vertit, [illegible]. CCXLVII. *Cum plures Romanos, quam Pœnos recepiſſet.*) Vet. lib. CCLIII. Plutarchus ducentos quadraginta vertit. Vereor ne ſcriptum fuerit, CCXLII. ut in vetere lectione V. pro X. temere ſcriptum ſit. *Argentumque pro eis debitum, &c. tardius rogaretur.*) Rogaretur, pro erogaretur, dictum videtur. *Cujus urbis captæ, atque incenſæ ab ſe uſum horreorum pauca reliquerat tecta.*) Vet. lib. In uſum horreorum: Polybius, [illegible]. *Duo ferme à Gerione millia.*) Polybius [illegible]. *Numerio Decimio Samnitis deinde adventu prælium reſtitutum.*) In Vet. lib. eſt: Interventu. Porro autem Decimii, legendum eſt: Nam Numerius prænomen eſt: Decimorum autem ſæpe mentio ſit. *Cum læta Civitate Dictator unus, nihil nec famæ, nec literis crederet, ut ſi vera omnia eſſent, ſecunda ſe magis, quam adverſa timere diceret.*) Vet. lib. Et, ut vera omnia eſſent. *M. Metellus Tribunus plebis.*) Hic à Plutarcho [illegible] dicitur: Fuit autem etiam gens Metilia, e qua Tribuni pl. multi, atque ita puto legendum: Nam M. Cæcilius Metellus dixiſſet, ut infra L. Cæcilium Metellum deſerendæ Italiæ auctorem nominavit. Hujus M. Metilii legati cum C. Lætorio meminit etiam lib. XXV. *Id unum enimvero ferendum eſſe negat.*) Unum, abeſt à Vet. lib. *Duos prætores Siciliæ, atque Sardiniæ occupatos.*) T. Otacilius Craſſus Siciliam: A. Cornelius Mammula Sardiniam obtinuiſſe videtur. Cornelius quidem ſequenti anno in ea proPrætor fuit, & Craſſus claſſem hoc anno obtinuit: Reliqui duo Prætores fuerunt: M. Aemilius, qui urbanam, M. Pomponius Matho, qui peregrinam provinciam obtinuit. *Sed Campanum, Calenumque.*) Vet. libri. Et Campanum, Calenumque. *Exercitum cupientem pugnare.*) Vet. lib. Verum etiam exercitum cupientem pugnare. *Se Sævo tempore, & ſine ignominia ſervaſſe exercitum.*) Vet. lib. Se in tempore, & ſine ignominia, eſt autem: In tempore, ubi tempus tulit, ac poſtulavit: Quod qui ignorarunt, Sævo, addiderunt. *Conſule creato M. Attilio Regulo.*) Polybius [illegible] vocat. Iterum creatum eſſe poſt ſcribit Livius: Fuerat enim ante Conſul cum P. Valerio Flacco. *C. Terentius Varro, qui priore anno Prætor fuerat.*) Hujus Prætoris priore anno non meminit: Urbanus autem Prætor fuit. *Quod nulla memoria habeat annalium.*) Sic Plutarchus: [illegible], ideſt, ut magiſter equitum æquo eſſet cum Dictatore imperio. Item Polybius, [illegible]. *Sibi communicatum cum illo, ſed non ademptum imperium eſſe.*) Sed, vacat, ex Vet. lib. *Tumulus erat inter caſtra Minucii, Pœnorumque, eum, qui occupaſſet, haud dubie iniquiorem erat hoſti locum facturus.*) Vet. lib. Minucii, & Pœnorum, quem qui occupaſſet: Plutarchus ad verbum ita [illegible] &c. *Prima, & quarta Minucio, & ſecunda & tertia Fabio evenerunt.*) Plutarchus, primam & quartam legionem Fabio, ſecundam & tertiam Minucio eveniſſe tradit. *Principio levem armaturam dimittit, deinde conſerto agmine mittit equites.*) Plutarchus ſic vertit, [illegible]. *Ita eſt, inquit, non celerius, quam timui, deprehendit fortuna temeritatem.*) Sic Plutarchus:

(22) Ita Badius.
(23) Ita Badius.

(24) Hæc à Glareano ante annotata fuerant.

chus: [illegible] ... *Sæpe ego, inquit, audivi milites, eum primum esse virum, qui ipse consulat, quid in rem sit, secundum eum, qui bene monenti obediat, qui nec ipse consulere, nec alteri parere sciat, eum extremi esse ingenii.*) Hanc sententiam expressit ex Hesiodo, qui ait:

Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ
Φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω,
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὃ δ' αὖτ' ἀχρήιος ἀνήρ.

Hanc eandem sententiam sic vertit Cicero pro Cluentio; Sapientiſſimum eſſe dicunt eum, cui quod opus ſit ipſi veniat in mentem, proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperat. In ſtultitia contra eſt: Minus ſtultus eſt is, cui nihil in mentem venit, quam ille, qui quod ſtulte alteri venit in mentem comprobat: Eandem ita adumbravit Plutarchus, τὸ μὲν ἁμαρτεῖν μηδὲν ἐν πράγμασι μεγάλοις, μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπόν ἐστι, τὸ δ' ἁμαρτόντα χρήσασθαι τοῖς πταίσμασι διδάγμασι πρὸς τὸ λοιπὸν ἀγαθοῦ, καὶ νοῦν ἔχοντος. *Tandem eam nubem, quæ ſederet in jugis montium ſoluta, tam procella imbrem dediſſe.*) Plutarchus, [illegible]. *Meninge inſula vaſtata, & ab incolentibus circa eam, ne & ipſorum ureretur, diripereturque ager, decem talentis argenti acceptis.*) Hanc inſulam Cercinam vocat Polybius [illegible]. In Vet. lib. Menia inſula eſt, duæ hæ finitimæ inſulæ ſunt ad Syrtim. *Cum à ſequentibus palantes.*) Malim, ut ante, frequentibus, (25) quia præceſſit: Inſulas cultorum egentes; & poſt: Litoribus hoſtium plenis. *Sempronio Blæſo.*) Blæſo, ex Capit. lap. & Græcis libris. *Traditaque Lilybæi tota Atilio Prætori.*) Jam oſtendi, hoc anno Atilium nullum Prætorem fuiſſe, T. Otacilium fuiſſe. Ea res me admonuit, ut turpe mendum delerem, & pro, tota Atilio: T. Otacilio ſcriberem. *Literiſque Fabii accitus.*) Lege Literis Q. Fabii; perſpicue. *Ad depoſcendum Demetrium Pharium.*) Hic Rex Illyriorum fuit paullo ante hoc bellum à Romanis bello ſuperatus, auctor Polybius lib. III. qui item eundem ad Philippum ex acie confugiſſe ait. *Biennio ante L. Manlius Prætor in Gallia voviſſet.*) Miror dixiſſe, Biennio ante, de eo, qui anno ante Prætor in Gallia fuerit, ut lib. XXI. tradidit. *Cæſo Quinctius Flaminius.*) Lege K. Quinctius Flamininus: Sic enim & antiqua prænominis nota, & nominis, cognominiſque hujus vera ſcriptura cuſtodietur, ut enim Augurinus Minuciorum: Cenſorinus Marciorum cognomen eſt, ſic Flamininus Quinctiorum, lapidibus Capitolinis, & quibuſdam etiam Vet. lib. teſtibus. *M. Pomponium Mathonem.*) Scribe M'. Pomponium Mathonem, ob cauſſam, quam poſt dicam. *Cn. Claudius Apii filius Cento.*) Scribe, C. Claudius Ap. F. Centho, ex Capitolinis Conſulibus. *Bæbius Herennius Tribunus plebis.*) Herennius hoc loco cognominis eſt, ut lib. IX. prænominis, in Herennio Pontio C. Pontii Patre, alio loco pro nomine eſt, ut in M. Herennio Conſule. Vereor tamen ne & in prænomine, & in cognomine vitii aliquid ſit. Hoc autem loco ſuſpicor, ne Vibius Terentius ſit legendum, eſt enim Vibius prænomen, ut in Vibo Sextio, & Vibo Virio. Hic autem cognatus fuiſſe C. Terentii à Livio dicitur. *In Italiam abductum.*) Vet. lib. adductum. (26) *Volſone.*) Vulſone, ex Conſul. Cap. & Vet. ſæpe libris. *L. Æmilium Paullum, qui cum M. Lælio Conſul fuerat.*) Vet. lib. M. Livio: Recte. Sic enim eſt apud Caſſiodorum, & apud Plin. lib. XXXIX. Conſules autem fuerunt biennio ante. *Damnatione collegæ.*) De M. Livio Salinatore agit, qui Conſularis damnatus eſt à populo, quod prædam non æqualiter diviſerat militibus. Auctor Frontinus lib. IV. cap. II. *Inter cives, & inter peregrinos.*) Veteres lib. Inter cives, & peregrinos, ſic alia ubique. *Quia in tali tempore nullus novus Magiſtratus videbatur mandandus.*) Novum hominem hic intelligit, non ut paullo ante C. Terentium appellavit, ideſt eum, qui primus ex familia ſua Magiſtratum curulem cepiſſet, ſed eum, qui non antea Magiſtratum eundem geſſiſſet, quique novus ad munus illud tractandum veniret, ideſt, qui tum primum præturam caperet. *Is proximo comitiali die.*) Vet. lib. Ita is proximo. *Parque magis in adverſando.*) Vet. lib Par magis. *Alii novas quattuor legiones quinque legionibus additas, ut novem legionibus rem gererent.*) Veteres legiones quattuor fuiſſe, non quinque, apparet, ex eo, quod Fabio prima & quarta, Minucio ſecunda, & tertia evenerunt: Polybius quidem hoc loco octo legionibus rem geſtam ait, non novem, ἐπεβάλοντο δὲ στρατοπέδοις ὀκτὼ διακινδυνεύειν, ὃ πρότερον οὐδέποτε ἐγεγόνει παρὰ Ῥωμαίοις. Hæc autem ſumit à Polybio Livius. *Numero quoque peditum, equitumque legiones auctas, millibus peditum & centenis equitibus in ſingulas adjectis, ut quina millia peditum, treceni equites eſſent.*) Romulus primus legiones conſtituit ex tribus millibus peditum ſingulas, ut unaquæque tribus, tum cum tres erant, tria millia daret. Poſt quattuor millium facta eſt, unde quadrata dicta, equitum ducenorum. Hoc autem primum tempore, quinque millium peditum reddita eſt, & trecenorum equitum, Livio, & Polybio auctoribus. Poſtremo C. Marius ſex millium ut eſſet, inſtituit, ut ait Feſtus. Itaque alius aliis temporibus fuit militum legionis numerus. *Septem, & octoginta millia armatorum, & ducentos.*) Plutarchus ſummam confecit, octo & octoginta: Sic enim ait: μυριάδες ὀκτὼ [illegible] ἀνδρῶν [illegible] at Polybius: πεζῶν μὲν εἰς ὀκτὼ μυριάδας, ἱππεῖς δὲ μικρῷ πλείους τῶν ἑξακισχιλίων. *Ab Hierone claſſis Hoſtiam cum magno commeatu acceſſit.*) Vet. lib. Cum magno apparatu. (27) Quod placet, ut non commeatum ſolum, ſed etiam ſagittarios, & funditores ab Hierone miſſos intelligat. *Legati in Senatum introducti.*) Vet. lib. Legati Syracuſani in Senatum. (28) *Cædem C. Flaminii Conſulis, exercituſque allatam adeo ægre tuliſſe Regem.*) Vet. lib. Adeo affeciſſe Regem. Quod probo, quia rectior oratio eſt, & quia ſequitur: Ut nulla ſui propria, regnique ſui clade moveri magis potuerit. *Quantum præterea opus eſſet, quo juſſiſſent, ſubvecturum.*) Vet lib. & quo juſſiſſent: *Nam ad eam diem nihil præter ſacramentum fuerat, & ubi ad decuriatum, aut centuriatum conveniſſent, ſua voluntate ipſi inter ſe equites decuriati, centuriati pedites conjurabant.*)

Quod

(25) Ita Badius.
(26) Ita Badius.

(27) Ita Badius.
(28) Ita Badius.

Quod hoc loco ait intereſſe Livius inter ſacramentum & jusjurandum, id tradit Servius in IIX. Æneid. intereſſe inter conjurationem, & ſacramentum. (29) Nam cum ipſi qui convenerant, ſimul jurabant, conjuratio; cum ſinguli jurejurando adigebantur, ſacramentum erat, auctore Servio. Conjurationem autem & ſacramentum idem eſſe apparet ex eo, quod Livius in ſacramento explicando conjurandi verbum adhibuit. Sacramentum ergo voluntarium, jusjurandum neceſſarium, & legitimum ait fuiſſe. *Pro Gerionis caſtelli Apuliæ inopis, tamquam pro Carthaginis mœnibus.*) Vet. lib. Gerioni, ut vere ita legendum eſſe videatur, quia Polybius [illegible] edit. *Cn. Servilius, atque Atilius.*) Vet. lib. Atque M. Atilius. *Hæc una ſalutis eſt via L. Paullo, quam difficilem, infeſtamque cives ſibi magis, quam hoſtes facient.*) Tibi legendum putat Florebellus; quod probo. *A veritate laborare nimis jus ſæpe aiunt, exſtingui numquam.*) Vox, jus, non eſt in Vet. lib. hoc ſenſu, tritum illud proverbium eſt, Hominem veritatis cauſſa nimis ſæpe laborare, numquam vero exſtingui. Hæc autem vox, jus, ex ingenio à Valla allata eſt. *Nec ego, ut nihil agatur, ſed ut agentem te ratio ducat, non fortuna.*) Vox una, Moneo, ex Vet. lib. repetenda eſt, ita: Nec ego, ut nihil agatur, moneo, ſed ut agentem. *Dictatori magiſtrum equitum intolerabilem fuiſſe, quid conſilii adverſus collegam ſeditioſum, ac temerarium atque auctoritatis fore.*) Vet. lib. Non virium, habent, ſed virium: ut ſit, conſilii, virium atque auctoritatis. Florebellus ingenioſe, pro conſilii Conſuli reponit. Recte utrumque, argumentatur enim, ſi Minucius Magiſter equitum Dictatori Fabio gratus fuit, quas vires, atque auctoritatem habebit Paullus Conſul adverſus collegam ſuum Varronem? *Claudiique Conſulis primo Punico bello memorata navalis clades.*) P. Claud. Pulchrũ intelligit, qui pullos paſcere nolentes, in mare projici juſſit, ut biberent: auctor Cicero de Divinatione. Valerius de contempta religione. *Si maturitas temporum exſpectata foret.*) Vet. lib. Temporis. *Cum utriuſque Conſulis eadem, quæ ſemper ante fuiſſet, ſententia.*) Vet. lib. Cum utriuſque Conſulis eadem eſſet, quæ ſemper ante fuiſſet, ſententia. *Quod Hannibal jam velut ſuam cepiſſet Italiam.*) Et hoc quoque debetur ingenio Florebelli, Uſucepiſſet, pro ſuam cepiſſet: jam enim tertius agebatur annus, cum Hannibal in Italiam profectus eum quaſi jure uſucapionis tenebat. Sic lib. VI. Nec hoc natura inſitum vobis eſt, ſed uſu poſſidemini. *Numidas ad invadendos ex minoribus caſtris.*) Polybius: [illegible]. *Nihil conſulto collega ſignum propoſuit.*) Vet. lib. Signum pugnæ propoſuit. Signum autem eſt, ut ait Plutarchus: [illegible]. *Cn. Servilio media pugna tuenda data.*) Polybius, Servilio M. etiam Atilium priore anno Servilii collegam addit, quem tamen ætatem excuſantem Romam à Conſulibus miſſum fuiſſe ante Livius ſcripſit. *Balearibus, levique alia armatura præmiſſa.*) Polybius, ante, ait: [illegible]. *Dextrum cornu Numidis equitibus datum, media acie peditibus firmata.*) Vet. lib. Media acies. *Galli ſuper umbilicum erant nudi. Hiſpani linteis prætextis purpura tunicis.*) Polybius, [illegible]: Ex quo intelligi poteſt, prætextis purpura dixiſſe Livium, quod Polybius [illegible], & eum prætexta roga dicitur, præciſe dici, pro prætexta purpura roga. *Numerum omnium, qui tum peditum, equitumque in acie ſtetere, illum ferunt, videlicet quadraginta peditum millia, decem equitum.*) Vox, illum, aperte mendoſa eſt, neque enim intelligere potes, quò referenda ſit, ſuſpicor, millia, pro ea ſcriptum fuiſſe, & L. millia eſſe legendum, ita: Numerum omnium, qui tum peditum, equitumque in acie ſtetere L. millia fuerunt, videlicet quadraginta peditum millia, decem equitum. De ſumma peditum, equitumque idem ſcribit Polybius. Placet autem, ut quemadmodum de Romanis dixit in univerſum affuiſſe VII., & LXXX. millia, ſic de Pœnis dicat, deinde vero diſtinguat. *Dextrum tegebat Maharbal.*) Vet. lib. Regebat: Polybius pro Maharbale edit Hannonem, [illegible]. *Romani diu, ac ſæpe conſilio agitabant, qua fronte &c.*) Malim, Conſilia: Eſt enim hæc ei trita locutio: Agitare conſilia. Agitare conſilio, adhuc non legi. *Haſdrubal, quia ea parte præerat, ſubductos ex media acie Numidas.*) Haſdrubal lævum cornu regebat, Numidæ in dextro erant. Itaq; mirum videtur, Livium ita loqui: Haſdrubal Numidas ad perſequendos hoſtes mittit, cum ea parte præeſſet. Ego certe malim: Qui læva parte præerat. Siquidem hoc loco Polybius ait, Haſdrubalem à lævo cornu ad Numidas ſublevandos ſe contuliſſe, [illegible]. *Quam mallem vinctos mihi traderet.*) Plutarchus, [illegible], idest: Hoc mallem, quam ſi mihi vinctos traderet. *L. Æmilium præceptorem ejus memorem extitiſſe, & vixiſſe, & adhuc mori.*) Florebellus tollit vocem Extitiſſe, ut ſupervacaneam. *Hæc exigentem.*) Cum legeretur: Hæc exagentis, Valla emendavit, Exigentem: Malim ego, Exſequentem, quo verbo utitur ſæpe Livius. *Quadraginta millia peditum, duo millia ſeptingenti equites.*) Polybius item ad ſeptuaginta millia occiſa ait. Quod ſequitur: Et tanta Civium, ſociorumque pars, expoſitionis vim habet, eum enim numerum Civium, ſociorumque parem prope fuiſſe ſignificat. *Cum quinquaginta ferme equitibus Venuſiam profugit.*) Polybius ſeptuaginta, edit, [illegible]. *Inter eos Cn. Servilius, & C. Minucius Numatius, qui Magiſter equitum priore anno aliquot diebus ante fuerat.*) In veteribus libris eſt, M. Numatius, mendoſè utrobique: Fuit autem Magiſter equitum aliquot ante dies Manius Pomponius Matho, is (ut reor) qui Conſul fuit anno DXVII. quemadmodum ſcriptum eſt in Conſulibus Capitolinis. Cum autem Livius M. Matho, aut Manius Matho ſcripſiſſet, imperiti librarii M. Numatius, & Minutius Numatius fecerunt. Poſtremo imperitiores emendatores C. prænomen de ſuo addiderunt. *Præterea Senatores, aut qui eos Magiſtratus geſſiſſent, unde in Senatum legi deberent.*) Eorum, qui in Senatum veniebant, alii Senatores erant, quippe qui lecti à Cenſoribus eſſent, alii jure Magiſtratus, quem aut tum gerebant, aut ante geſſerant, jus quidem ſententiæ dicendæ habebant, verum ſententias non rogabantur, ſed quas Senatores dixiſſent, in eas deſcendebant. Itaque de M. Livio dixit Livius lib. XXVII. Sed tum quoque aut verbo aſſentiebatur, aut pedibus in ſententiam ibat. Hine cum Senatores in Curiam vocabantur, ita vocabantur. Senatores, quibuſ-

que

(29) Sigonius oſtendere debebat conjurationem & jusjurandum eſſe quod non facit.

que ſententiam dicere licet: Seminarium autem Senatus, ideſt, eorum, qui à Cenſoribus legerentur, cum alii multi pro arbitrio Cenſorum fuerunt, tum maxime ii, qui curules Magiſtratus geſſiſſent. Hæc fere ex Livio, & Gellio. *Hæc eſt pugna Cannenſi clade nobilitata, par cetera Allienſi, utque hæc illa ite, quæ poſt pugnam accidere levior, quia ab hoſte ceſſatum eſt, ſic ſtrage exercitue gravior.*) Placet priſca lectio: Hæc eſt pugna Cannenſi clade nobilitata, par Allienſi: Ceterum, ut hæc illa &c. ſic Polybius, ὁ μὲν ἐν τοῖς περὶ Καννας γενομένη μάχη ..., ... *Qui in majoribus caſtris præerant.*) Vet. lib. Qui majoribus caſtris præerant. *Uno agmine Canuſium abituros eſſe.*) Canuſium uno, n, & veteres libri, & Græci ſcribunt. (30) In iiſdem vet. lib. eſt: Uno agmine inde Canuſium abituros, ſic paullo poſt: Atque inde protinus Canuſium pervenerunt. *Et exquiré ab interrogantibus, Romanus Civis ſis, an Latinus forime.*) Hæc interrogatio fiebat, ut in Romanos Hannibal animadverteret, ſocios concilianda eorum ſibi gratiæ cauſſa dimitteret. *Quamvis per confertos hoſtes.*) Ideſt per quamvis confertos. *Quietum & ipſe ſibi ſumeret.*) Vet. lib. Et ipſe ſibimet. *Maharbal Præfectus equitum.*) Hunc vocat Plutarchus in Fabio Βάρκαν ... χιλίαρχον. *Immo, ut quid hac pugna ſit actum ſcias, diequinctu, inquit, in Capitolio epulaberis, ſequere cum equite.*) Vet. lib. alii die quinto habent: Ego legendum puto, diequinti, copulate pro adverbio: Nam ut Gellius, & Macrobius tradiderunt, die quarto, & die quinto de præterito dicitur, die quarti, & die quinti de futuro, ut hoc loco. Accedit quod Cœlius, & Cato, cum hunc eundem locum tractarent, diequincti dixerunt, à quibus Livius hæc verba mutuatus eſt: Cato in originibus; Igitur Dictatorem Carthaginienſium Magiſter equitum monuit: Mitte mecum Romam equitatum, diequincti in Capitolio tibi cœna cocta erat: Cœlius Hiſtoriarum lib. II. Si vis mihi equitatum dare, & ipſe eum cetero exercitu me ſequi, diequincti Romæ in Capitolio curabo ut tibi cœna ſit cocta: Plutarchus, πεμπταῖον γὰρ ἀπὸ τῆς ... ἐν Καπιτωλίῳ δειπνήσεις. *Præcedunt, Hannibal inquit, nuncii, letales eſt, ſed via major, quam ut eam ſtatim capere animo poſſin.*) Ego neque hanc lectionem, neque hunc ſenſum probare poſſum. Vet. lib. eſt: Præcedant Hannibal inimici letales, & via major, quam ut eam capere non poſſint: Hinc ego hanc elicio & lectionem & ſententiam; Præcedant, Hannibal inquit, nuncii letales, eſt vis major, quàm ut eam ſtatim capere nunc poſſint, reſpondet enim ad id, quod Maharbal dixerat, ſequere cum equite, ut prius te veniſſe, quam venturum ſciant: Viam majorem eſſe, quam ut ſtatim capere nunc equites prœlio deſſeſſi poſſint. *Vincere ſcis Hannibal, victoria uti neſcis.*) Plutarchus οὐ πάντα ... οἶδας, ... νικᾶν ... οἶδας. *Et omnium primum brachio fluminis objecto, eos excludit.*) Malim: Brachio flumini objecto, ſenſus eſt enim, Hannibalem brachio objecto Romanis uſum fluminis, & aquationis eripuiſſe; ſic enim captivi ipſi poſt ajunt, cum circumſeſſi ab exercitu victore, aqua arcerentur, lib. IV. Muro Ardeæ brachium immiſerat. Item: Et mœnibus hoſtium vallum objecere. *Intra caſtra hoſtes acceperunt.*) Vet. lib. Receperunt. *Eos, qui Canuſium perfugerant, mulier Paulla nomine Buſa genere clara, ac divitiis, mœnibus tantum, tectiſque à Canuſinis receptos, frumento, veſte, viatico etiam invit.*) Nemo eſt, qui non quærat, quid ſit, mulier Paulla, nomine Buſa, genere clara, menda enim eſt in voce Paula: Nam de Buſæ nomine ſatis conſtat, ipſe enim poſt ait: Sed Canuſii gravius onus Buſæ multitudo faciebat, & Valerius libro IV. de liberalitate: Buſa nomine, regionis Apuliæ ditiſſima; ſuſpicor igitur legendum eſſe: Mulierecula Buſa nomine, ut mulierculam appellet, eam comparans cum Canuſinis: id enim fecit muliercula, inquit, quod cuncta Civitas non fecit, ut veſte, frumento, & viatico Romanos juvaret: Qua de cauſa Valerius eandem etiam, Feminam appellavit, & poſt Livius: Ne à muliere Canuſina Populus Venuſinus beneficiis vinceretur: Eſt autem hic mos Livii, ut primum appellationis nomen afferat, deinde proprium, ut lib. XXIII. Cum Præfecto nomine Iſalca, item lib. hoc: Eques, Ducario nomen erat. *L. Publicius.*) L. Poblicius, ex Capitolinis lapidibus, & nummis argenteis. *Cuſtodiendoſque ſemetipſos contra Hannibalem Scipioni tradunt.*) Vet. lib. Hannibalem contra: Sic ſæpe alias præpoſitio poſtponitur. *Appiuſque, & Scipio.*) Vet. libri Appius, & Scipio. *Occidione occiſum cum duobus exercitibus Conſulem, deletaſque omnes copias, allatum fuerat.*) Suſpicor legi oportere: Occiſos cum duobus exercitibus Conſules, ſubdit enim: Conſule exercituque ad Thraſymenum priore anno amiſſo, non vulnus ſuper vulnus, ſed multiplex clades, cum duobus Conſulibus Conſulares exercitus amiſſi nunciabantur, nec ulla jam caſtra Romana, nec ducem, nec militem eſſe: Non enim inquit, Conſul cum exercitu amiſſus, quod vulnus ſuper vulnus fuiſſet, ſed duos Conſules cum duobus exercitibus periiſſe; ideo multiplex clades accepta nunciabatur. *Amiſſi annunciabantur.*) Vet. lib. Nunciabantur. P. *Furius Philus, & M. Pomponius Prætores.*) Horum alter urbanam, alter peregrinam juriſdictionem habebat. *Percunctarentur aliquos profectos ex fuga, paſſim diſſipatos, forte referant.*) Vet. lib. Si forte referant. *Canuſiique ſe eſſe...*) Quæ vacat in aliquot Vet. lib. *Sed Hannibalem nunc ſedere.*) Sed, vacat in aliquot Vet. lib. *Senatus conſulto diebus XXX. luctus eſt finitus.*) Sic Plutarchus, πένθος δὲ καὶ ... καθ' ... ἀποδείξαι ... ἐφ' ἡμέρας τριάκοντα ... βουλεύειν. *T. Otacilio.*) Otacilio, ex Græcis, & Capitol. monumentis. *M. Claudium, qui claſſi ad Oſtiam ſtanti præeſſet, Canuſium ad exercitum mittendum.*) Subaudienda ſunt verba, cenſuerunt Patres, vel decreverunt: Sic enim Plutarchus in Marcello, ἔγραψε δὲ βουλὴ ... παρελθεῖν, καὶ ... ἐξήγαγε ... *Scitatum quibus precibus, ſupplicationibuſque Deos poſſent placare.*) Vet. lib. Quibus precibus ſupplices Deos poſſent placare. *Ipſe Legione claſſis, (ea tertia Legio erat) cum Tribuno militum Teano Sidicino præmiſſa.*) Vet. lib. Cum Tribunis militum Teanum Sidicinum, recte: Hanc enim Legionem ex claſſe Canuſium adducturus, Teanum præmiſit. *T. Sempronius Magiſter equitum.*) Hic eſt, qui poſt ab Hannibale occiſus eſt in Lucania, quem Valerius libro quincto cap. I. Tiberium Gracchum vocat. Quare, Ti Sempronius ſcribendum eſt; eſt autem Tiberii prænomen Sempronius familiariſſimum. *Ad militiæ ex formulis accipiendos.*) De hac formula ſcribit libro VIII., ubi de fœdere cum La-

(30) Nam Canuſi lapidoſus aquæ non ditior Urna Hor. lib. 1. Serm. Satyra 5. Hoc adducere debebat pro ſide Sigonius.

Latinis icto agit. *Trecenos pediti, ſervo centum.*) Vet. lib. Centenos. *Ad Heracleam cum Pyrrho.*) Plutarchus in Pyrrho. *Si tam duri orie eſſe velitie.*) Vet. lib. Si duriores eſſe velitis. *Vix exiſtimari poteſt.*) Vet. lib. Æſtimari. *Priori Punico bello Calpurnius Flamma.*) Livius lib. XVII., ut eſt ſcriptum in Epitoma. *Deminuti capite.*) Hoc eſt, amiſſa Civitate, & libertate. Sic enim poſt ait: Abalienati jure Civium, ſervi Carthaginienſium facti. *Neque iis quadraginta millia hoſtium obſtitere.*) Supra: Quinquaginta millia edidit. In vet. autem libris eſt hoc loco: Sexcenta millia, ut videantur opponi, ſexcentis armatis, ita: Ex millibus ſeptem armatorum ſexcenti exſtiterunt, qui erumpere auderent, neque iis ſexcenta millia hoſtium obſtitere. Eſt autem hic numerus uſitatus etiam Ciceroni pro magno quodam, & immenſo numero. *Unus ex iis domum abiit, quod fallaci reditu in caſtra, jurejurando ſe exſolviſſet.*) Hæc Polybii ſententia fuit, ut ait Cicero lib. III. de Off. Polybius bonus auctor in primis ſcribit ex decem nobiliſſimis, qui tunc erant miſſi, novem reverti ſſe, à Senatu re non impetrata, unum ex decem, qui paullo poſtquam egreſſus erat è caſtris, rediſſet, quaſi aliquid eſſet oblitus remanſiſſe. Polybii liber ille, ubi hoc tradebat intercidit. Eadem hiſtoria eſt apud Gellium lib. VII. cap. VIII. *Eſt & alia de captivis fama, decem primos veniſſe, &c.*) Acilii hæc opinio fuit eodem Cicerone teſte. Acilius autem ille, qui Græcè ſcripſit hiſtoriam, plures ait fuiſſe, qui in caſtra reverti ſſent eadem fraude, ut jurejurando liberarentur. *Ab cognato Scribonii Tribuni plebis de redimendis captivis relatum eſſe.*) Legendum Tribuno plebis, ideſt ab Seribonio Tribuno pl. L. Scribonii captivi Legati cognato relatum eſſe. *Omnium notis, ignominiiſque confectos eſſe.*) Vet. lib. Affectos. Cicero lib. III. de Offi. eoſdem à Cenſoribus omnibus ignominiis notatos eſſe ſcribit, & Gell. lib. VII. cap. VIII. de iiſdem: Omnium notarum eos damnis, & ignominiis affecerunt. *Apulorum pars.*) Ἀργυριππανοὶ deſeciſſe ex Apulis, ſcribit Polybius. *Samnites præter Petellinos.*) Nec Petellini inter Samnites ſunt, ſed inter Bruttios, neque iidem hoc tempore ab Hannibale deſecerunt, cum ſequenti libro uni in Bruttiis in amicitia Romana manſiſſe dicantur. Quid ergo? obloquimur ſæpe bonis auctoribus, eoſque aut inconſtantiæ, aut imprudentiæ, aut negligentiæ arguimus, ſed ſine cauſa, ut hoc loco Glareanus Livio, quem iccirco temerariæ confuſionis arguit. (31) Quam juſte ipſe viderit, non enim hoc loco Petellinos, legendum eſt, ſed Pentros, quod ille didiciſſet, ſi accuratius manuſcriptos libros, quos ne adiſſe quidem videtur, legiſſet. Pentrorum Samnitium meminit in lib. IX. Inde victor exercitus Bovianum ductus. Caput hoc erat Pentrorum, Samnitium longe ditiſſimum. Poſſis etiam legere: Præter Petellinos Bruttii omnes. *Et Græcorum omnis ferme ora, Tarentini, Metapontini.*) Polybius ita: *καρχηδόνιοι παραχρῆμα τὰς μὲν λοιπὰς πόλεις χεδὸν πάσας τῆς μεγάλης καλουμένης Ἑλλάδος ἔσεσθαι ἐγχειρίσαι, ταραντίνοι γὰρ δ' ἦσαν ἐγχειρίζειν αὐτοῖς.* Polyb. ſtatim hos populos deſeciſſe ait, quod tamen non ita eſſe, inſra apparebit, niſi: Statim, intelligamus, ut primum potuerunt. Ceterum quatuor hi populi Græci vocabantur, quod Græcorum coloniæ eſſent. *Crotonenſes.*) Croto Crotonienſes edit, at Cortona Cortonenſes: Priſcianus. Accedit quod Croto Crotoniatas quoque edit, ut omnino Crotonienſes videatur eſſe legendum. *Neque ante Conſulis Romani adventum, nec poſtquam is rediit.*) Ex veteribus libris: Neque ante Conſulis adventum Romam: In iis enim eſt. Ante Conſulis adventum Romani. *Obviam itum frequenter ab omnibus ordinibus ſit.*) Plutarchus in Fabio, *ἀντέτασσεν αὐτ' περὶ τὴν νίκην ἐπιβαινέ, καὶ οἱ ὄχλ⊕ ἦσαν ἀναζέσιμοι.*

In Librum XXIII.

H*Annibal poſt Cannenſem pugnam, caſtra capta, ac direpta confeſtim ex Apulia in Samnium moverat.*) Glareanus putat legendum, Caſtris captis, ac direptis, neque enim, inquit, Hannibal Romanorum caſtra capta, ac direpta movit, neque ſua cepit, ac diripuit, verum contra. Errat autem, non enim ea eſt mens Scriptoris, ſed hæc: Hannibal poſt Cannenſem pugnam confectam, & poſt Romanorum caſtra capta, ac direpta, in Samnium moverat, ita ut verbum: Moverat, abſolute accipiamus ut ſæpe alias, non ad caſtra referamus. (32) *Accitas in Hirpinos.*) Irpini Samnitium ſunt auctore Strabone lib. V. dicti ἀπὸ τοῦ ἵρπου, .i. lupo, qui dux eis in deducenda colonia fuit. Græce autem ſine adſpiratione ſcribuntur. *Pollicente ſe Compſam traditurum.*) Vet. lib. Compſam, & Compſanus, Plinius lib. III. cap. XI. Compſam in Irpinis ſtatuit, de qua nunc Livius. *Quacumque arte poterat, diſpoſuit.*) Vet. lib. Potuit. *Pacuvius Calavius.*) Calavium gentis Campanæ nomen eſſe conſtat: Ergo Pacuvius hoc in loco prænomen eſt. Vereor tamen ne Paculus ſit legendum. Nam Silius Italicus hunc Paculonem vocat, & Livius lib. XXXIX. Paculæ Minioe Campanæ Sacerdotis meminit, & in hoc libro haud ita multo poſt, Minios Celeres Srenium: Pacuviumque nominat. In veteribus etiam libris eſt Pacinus: *Filiamque Romam nuptam Liviis dediſſet.*) Vet. lib. Romæ. *Video quæ ſententia de hoc ſit data.*) Quid ſi legamus: Lata, ſenſus enim eſt: Video hunc à vobis condemnatum eſſe. *Hoc multo magis in ſecundo, ac tertio Senatore eſt factum.*) Vet. lib. Ac tertio citato Senatore. *Si plebis ibi eſſet concilium.*) Vet. lib. Adeſſet. *Ad Satriculam.*) Saticulam, ut libro ſeptimo dixi, & ſæpius alias. *Coeptumque propter vos cum Samnitibus bellum, per centum prope annos variante fortuna eventum, tulerimus.*) Elatorie dixit Terentius per centum prope annos, verius autem legatus Romanus in concilio Aetolorum lib. XXXI. qui per annos ſeptuaginta bellatum eſſe cum Samnitibus ait; Etenim cœptum eſt anno ab urbe cond. CDXII. M. Valerio, A. Cornelio Coſ. finitum ao. CDLXXIX. C. Fabritio, C. Claudio Coſ. De iis enim C. Claudius Coſ. triumphavit, ut exſtat in Capitolinis Triumphorum fragmentis. (33) *Quod fœdus æquum dedimus, quod leges noſtras.*) Hoc factum M. Foslio t L. Plautio Conſulibus, ut ait lib. IX. Eodem anno primum præfecti Capuæ creari cœpti, legibus ab L. Furio Prætore datis. *Pœnus nec Africæ quidem indigena ab ultimis terrarum oris*

freto

(31) Glareanus dicit Livio multa commixta, quod ſatis notum eſt: Sententia itaque in alios a Sigonio contorta in ejus caput recidit.

(32) Hic rectè Glareanum carpit, ſed Glareanus antè ſuum errorem agnoverat quam hic admonuit.

(33) Hæc omnia diligenter a Glareano notata, tanquam ipſe primus invenerit narrat.

freto Oceani Herculiſq; columnis, expertem omnis juris, & conditionis, & linguæ prope humanæ militem trahit.) Vet. lib. habent: Indigenam, quam lectionem probo, ni non Hannibalem, ſed militem ejus Africæ indigenam eſſe neget, quippe quem ex ultimis terrarum oris extraxiſſet. Etenim lib. XXIX. ſic ait, cum de exercitu Romano loquatur: Romana arma, & exercitum alienigenam. (34) *Veſci humanis corporibus docendo.*) De Hannibalis crudelitate loquitur, qui adeo efferaverat animos militum, ut eos etiam veſci carnibus humanis docuerit. Hoc autem falſum eſſe tradit Porphyrius lib. II. περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων. *Supius Virius.*) Vet. lib. Vibius Virius; puto legendum: Vibus Virius: Eſt enim Vibus, prænomen, ut in P. Seſtio Q. F. Vibi N. Capitolino Conſule. *Latinorum quandam poſtulationis.*) De qua ſupra lib. IIX. *Balneis includi juſſit, ubi fervore, atque æſtu anima interclusa.*) Vet. lib. Fœtore, atque æſtu. *Decius Magius.*) Magios item gentem Campanam eſſe, & hic Livius, & contra Rullum Cicero oſtendit, cum inquit: Magius, Bloſios mihi videbar illos videre, ac Jubellios: Quare Decius quod alias nomen eſt gentis, in hoc viro prænomen eſt, mendoſe, ut ſolet, pro Decimus. *Marium Bloſium.*) Bloſios pariter gentem eſſe Campanam idem Ciceronis locus docet, unde C. Bloſius genus traxit, is, qui cum Ti. Graccho Tribunus pl. fuit: De quo Cicero in Lælio, & contra Rullum. Quod ſi ita eſt, ergo corrupte Marius pro Marco, vel Manio: Sit enim prænomen neceſſe eſt. *Mumos celeres.*) Vet. lib. Minios, recte; nam Pacullæ Miniæ Campanæ lib. XXXIX. meminit. *Convivium non ex more Punica, aut militari diſciplina eſſe, ſed ut in Civitate atque etiam domo diu ad varias omnium voluptatum illecebras inſtructum.*) Malim pro diu, divite, ut in Civitate, & domo divite: Nam Calavios, quorum domi erat Hannibal, inclytos nobilitate, ac divitiis paullo ante nominavit. In Vet. lib. eſt interdiu, luxatis fortaſſe ſyllabis: Hoc certe ſententia poſtulat, ut recta ſit [illegible]. *Hannibalem pater filio meo potui placare.*) Vet. lib. Hannibalem modo. *Sed ſi nihil ſancti, non fides, non religio, non pietas, audeatur infanda, ſi non perniciem nobis cum ſcelere afferunt, unus es aggreſſurus Hannibalem.*) Longe aliter hæc oratio & legitur, & interpungitur in Vet. lib., & procul dubio melius. Florebellus ita legit: Sed ſi nihil ſancti, non fides, non religio, non pietas: audeantur infanda, ſi non &c. Perniciem nobis cum ſcelere afferunt, unus es aggreſſurus Hannibalem. Duo enim argumenta ſunt, quibus deterret filium pater ab impetu in Hannibalem faciendo, unum ἀπὸ τοῦ αἰσχροῦ, alterum ἀπὸ τοῦ ἀδυνάτου, quo nihil poteſt eſſe præſtantius. Sic lib. XXXVIII. Fiat jactura religionis, oblivio Deorum capiat pectora veſtra, num Senatum quoque de bello conſuli non placet? *Quid tot dextræ? torpeſcent ne in amentia illa? vultum ipſius Hannibalis, quem armati exercitus tremunt, horret populus R. tu ſuſtinebis?*) Et hic etiam locus caſtigatior, ac ſincerior eſt in manuſcriptis exemplaribus, ſic: Quid tot dextræ? torpeſcent ne? in amentia illa vultum ipſius Hannibalis, &c. quaſi vero velit intelligi, aliis temporibus eum poſſe, in amentia illa fore, ut non poſſit. *O Patria, ferrum, &c. recipe.*) Vet. lib. Accipe. *Senatui frequens datur Hannibalis.*) Vet. lib. Datus. *Juraque inde cum ceteris populis Romanum etiam periturum*) Vet. lib. Cum ceteris populum Romanum etiam petiturum. *Haud parvo initio minus videbatur jus libertatis.*) Vet. lib. Judicio: Judicium enim intelligitur, quod parabatur in Magium ea S. C. *Atque ante pedes deſtitutum cauſam dicere juſſit.*) Videtur legendum, ante pedes ſtatutum, quod librarius per errorem ſcripſerit ſyllabam, des: ſic Cicero ad Att. Alter qui nos ſibi quondam ad pedes ſtratos ne ſublevavit quidem. *Extemploque impoſitus in navim, & Carthaginem miſſus.*) Malim, eſt Carthaginem miſſus. *Habetis libertatem Campani.*) Vet. lib. Habetis en libertatem Campani. *Transfugæ magis, quam hoſpitis fore domicilium.*) Vet. lib. domicilium fore. *Veſtræ res meliores, facilioreſque erunt.*) Vet. lib. Felicioreſque. *Q. Fabius Pictor Legatus à Delphis Romam redit.*) Ejuſdem Legati meminit Plutarchus in Fabio. Hunc eundem illum eſſe, qui res Romanas ſcripſit, tradit Appianus in Hannibalis hiſtoria, quam manuſcriptam ſæpius apud eum, quem ante etiam nominavi, omni & literarum, & humanitatis genere ornatiſſimum Ludovicum Beccatellum, legi, cujus hiſtorici, ut horum temporum æqualis, ſæpe & in hoc bello, & in aliis meminit Livius. *Cum ſex Imperatoribus eum.*) Præteritus eſt Ti. Sempronius, quem Hannibal ad Trebiam vicit, non librarii vitio, ſed auctoris. Quod ex verbis ipſis intelligi perſpicue poteſt: Nam Dictatorem, & Magiſtrum equitum nominat: Q. Fabium, & M. Minucium, & duos Conſules occiſos, C. Flaminium, & C. Paullum, & duos, quorum alter ſaucius fuerit, P. Cornelius Scipio, alter vix cum L. hominibus evaſerit, C. Terrentius Varro. *Pro his tantis, totque victoriis verum ſacrum diis immortalibus agi.*) Vet. libri Non habent vocem, verum, & pro, tantis totque, habent, tot, tantiſque. Quidam libri olim habebant, Rerum non, Verum: Itaque in ſuſpicionem venio, ne, quoniam huic ſententiæ ſubaudiendum eſt verbum, Petere ne, pro Rerum, voce perſpicue depravata, Petere, ſit ſubſtituendum: Quod tamen non affirmo. *Dimidium ſuper tres modios expleſſe.*) Hinc Plin. lib. XXXIII. cap. I. Anulorum aureorum promiſcuus fuit ſecundo bello Punico, neque enim aliter potuiſſent trimodia illa anulorum Carthaginem ab Hannibale mitti. *Etiam nunc pœnitet belli ſuſcepti.*) Vet. lib. Etiam nunc te pœnitet. *Nunc interroganti Senatori &c. ſi reticeam.*) Videtur legendum, interrogante Senatore. *Reſpondeam, inquit, Himilconi.*) Vet. lib. Reſpondeam igitur Imilconi, & recte: Cur enim vox, inquit, in media oratione inculcetur, quæ initio ſolet collocari? apta autem eſt huic loco particula, Igitur, qua concludit, ſibi potius reſpondendum eſſe, quam reticendum. *Quam nunc vicimus dat nemo.*) Legendum perſpicue: Quam nunc cum vicimus. *Dictatorque cum Magone in Hiſpaniam &c.*) Miratur Glareanus Livium Dictatoris Carthaginienſis meminiſſe: Jam nunc mirari deſinat: (35) Nam Gellius lib. X. cap. XXIV. hæc verba profert ex Catonis origine: Dictatorem Carthaginienſium Magiſter equitum monuit, mitte mecum Romam Equitatum, diequincti in Capitolio tibi cœna cocta erit. Dictatorem autem Cato vocat Imperatorem Hannibalem. *Latoque (ut ſolet) ad populum, ut equum adſcendere liceret.*) De hoc more, de quo ambigit apud Livium Glareanus, agit etiam Plutarchus in

Fa-

(34) Et hæc quoque à Glareano notata ſunt.

(35) Glareanus quærit duo, nihil de admiratione, Sigonius ad unum reſpondet, alterum omittit.

Fabio .i. cur Dictator peteret, ut ſibi equum adſcendere liceret, πρῶτον μὲν γ' αἰτησάμενος παρὰ τῆς συγκλήτου, ἱπποκρατεῖν παρὰ τὰς στρατείας, οὐ γὰρ ἐξῆν, ἀλλ' ἀπηγόρευτο κατά τινα νόμον παλαιόν, εἴτε τὴν ἀλκὴν τὸ πλεῖστον ἐν τῷ πεζῷ τιθεμένων, καὶ διὰ τοῦτο τὸν στρατηγὸν οἰομένων δεῖν παραμένειν τῇ φάλαγγι, καὶ μὴ προλείπειν, εἴθ' ὅτι τυραννικὸν εἰς ἅπαντα τ' ἄλλα, καὶ μέγα τὸ τῆς ἀρχῆς κράτος ἐστίν, ἔν γε τούτῳ βουλομένων τὸν δικτάτορα τοῦ δήμου φαίνεσθαι δεόμενον. *Et ſex millia hominum Gallicis ſpoliis.*) Vet. lib. Ea ſex millia hominum. Eos enim intelligit, quos ſe noxa, pecuniaque exſoluturum Dictator promiſerat. *Itaque cum quindecim millibus armatorum ab Urbe proficiſcitur.*) Vet. lib. Ita cum. *Legatos propere ad Prætorem Romanum Marcellum Claudium, qui Canuſii cum exercitu erat, mittunt.*) Vet. lib. habent Caſilini, quam lectionem probat Glareanus, ego contra probo magis, Canuſii, quod & l. libro Marcellum magnis itineribus Canuſium contendiſſe dixerit, & quod Plutar. in Marcello, Canuſio item Marcell. ad tutandos ſocios eſſe profectum, tradiderit, ἅπαξ δόγμα τῆς βουλῆς δεξάμενος εἰς Κανύσιον παρῆλθεν, καὶ τοὺς ἐκεῖ συνειλεγμένους παραλαβὼν ἐξῆγε τῶν ἐρυμάτων, ὡς οὐ προησόμενος τὴν χώραν. *Perque agrum Satriculanum.*) Vet. lib. Saticulanum, recte, ut ante dixi. *L. Bantius.*) Hunc λεύκιον βάντιον vocat Plutarchus in Marcello. *Seminecem cum ad Cannas in acervo cæſorum corporum inventum.*) Eadem ad verbum ſcribit Plutarchus in Marcello. *Equum eximium dono dat, bigatoſque quingentos Quæſtorem numerare jubet.*) Plutar. ita, ἵππον τε δωρεῖται πολεμιστὴν αὐτῷ, καὶ δραχμὰς ἀργυρίου πεντακοσίας. *In has comitiaria duorum exercituum ſtatione.*) Vet. lib. In hac continua duorum. *Priuſquam aliquis motus in muris orietur.*) Vet. lib. Intus orietur. *Vix equidem auſim affirmare, quod quidam auctores ſunt, duo millia, & CCC. hoſtium cæſos, non plus uno Romanos amiſiſſe.*) Supra quinque millia hoſtium cæſa, haud plures, quam quingentos Romanos cecidiſſe tradit Plutarchus, hoc tamen à Livio reprobari ait, λέγονται, ὑπὲρ πεντακισχιλίους ἀποθανεῖν, ἀποκτεῖναι δὲ Ῥωμαίων οὐ πεντακοσίους, ὁ δὲ Λίβιος οὐχ οὕτω διαβεβαιοῦται γενέσθαι μεγάλην ἧτταν, ἔργον δὲ μέγα καταπραχθῆναι περὶ τὸν πόλεμον. *Ingens eo die res, an maxima illo bello geſta ſit.*) Hinc Cicero in Bruto, ait: Poſt Cannenſem illam calamitatem primum Marcelli ad Nolam prœlio Populus Ro. ſe erexit. *Cum à Caſilino Dictatorem Romanum, legioneſque unicii accipi nunciaſſent.*) Vet. lib. Legioneſque minus accipi nunciatum eſſet. Pro his repoſitum eſt, nuncii accipi nunciaſſent, recte, quod ad ſententiam pertinet, quod autem ad verba, malim legi, auctore Valla: Legioneſque novas accipi nunciatum eſſet; Nam de his legionibus paullo ante ſcripſit. *Caſilinum quingenti Præneſtini habebant.*) In Vet. lib. nullus numerus eſt Præneſtinorum, paullo poſt Livius eos quingentos ſeptuaginta fuiſſe ſcribit, at Strabo lib. V. quingentos quadraginta, ἐν τῷ Κασιλίνῳ πολιορκούμενοι παρατείναντες ἄνδρες φμ', καὶ ὁ πρὸς διακοσίας ἀντέσχον ἐπὶ μυὸς ἀντέσχον, &c. Ut ergo de Peruſinis ait, CD. & LX., ſic de Præneſtinis, & D. & LXX. ſcribendum videtur. *Cum dies aliquot ſuſpectis Campanis &c. traduxiſſent, jamq; de Capuæ defectione agi, accipique Hannibalem ſatis pro certo habuere.*) Tempus, habuere, non eſt ſententiæ huic aptum: Haberent, ſenſus poſtulat, in Vet. certe libris eſt, habere, reliquæ duæ literæ, nt, ex principio inſequentis vocis, interſectis, ſunt repetendæ. *T. Sempronius præerat.*) Ti. Sempronius, ut ante, Magiſtrum enim equitum intelligit. *Quia prædictum erat Dictatoris.*) Vet. lib. Quia edictum erat Dictatoris. *Nocte & mittebantur, & præveniebant.*) Florebellus probat magis, Perveniebant. *Nuces inde fuſæ ab Romanis.*) Hinc Feſtus Præneſtinos Nuculas dictos eſſe ait, quod incluſi à Pœnis Caſilini famem nucibus ſuſtentarint. *Et cum hoſtes obaraſſent, quidquid herbidi terreni extra murum erat, raporum ſemen injecerunt.*) Glareanus credit, eam hoc loco fuiſſe Livii ſententiam, ut iidem Pœni, qui herbidum terrenum extra muros obaraſſent, raporum ſemen injecerint, cum rapos non Pœni, ſed Caſilinates injecerint, ac fructum ex Pœnorum obaratione illa ſe capturos eſſe indicaverint, neque vero aliter Livius tradit, atque Strabo lib. V. ὁ δὲ ἀντιβάλλων ἰδὼν ἄνευ πλησίον τοῦ τείχους σπείροντας γογγυλίδας ἐθαύμαζεν. Quod autem ait Strabo πλησίον τοῦ τείχους, .i. prope muros, Glareanus intra muros interpretatur, quaſi vero Pœni ad terrenum obarandum Caſilinum acacpti ſint. (36) *Eo ne uſque dum ea naſcatur ad Caſilinum ſeſſurus ſum.*) Vet. lib. Seſſuri ſumus. *Cum obſiſtere malis nequirent Petellini.*) Vet lib. Quibus cum reſiſtere malis nequirent Petellini, *Conſultique iterum à M. Æmilio Prætore Patres.*) Hoc anno M. Pomponius Prætor urbanam, P. Furius peregrinam ſortem, M. Marcellus Siciliam, L. Poſtumius Galliam ſortiti ſunt. Quod cum ita ſit, certe mendoſe legitur hoc in loco: M. Æmilio, pro M. Pomponio. Quod inde etiam intelligi poteſt, cum ait: Conſulti iterum, tum enim conſulti ſunt primum, cum C. Furius, & M'. Pomponius Prætores Senatum in Curiam Hoſtiliam vocaverunt. Germanam autem lectionem, & quæ depravando nomini cauſſam dederit, fuit (puto,) quod ſcriptum erat, conſultique iterum à Manio Prætore. Nam Pomponium hoc prænomen tuliſſe ſupra oſtendi: Quam vocem, qui depravatam eſſe duxerunt, Mamilio fortaſſe, atque inde, M. Æmilio fecerunt. *Relaxata poſtero die per minorem trepidationem retinuerunt optimates.*) Vet. lib. Relaxata poſtero die per minorem trepidationem retenuerunt optimates. *L. Furium Prætorem cum claſſe.*) Lege, P. Furium, ſic enim alias ubique hunc Livius vocat. *L. Æmilius qui Conſul Cenſorque fuerat.*) L. Æmilium Papum Conſulem cum C. Atilio Regulo, Cenſorem cum C. Flaminio intelligit. Glareanus inſcite L. Æmilium Paullum, qui ad Cannas ceciderat, interpretatur. *M. Atilius Regulus, qui bis Conſul fuerat.*) M. hic Atilius Regulus Conſul primum fuit cum P. Valerio Flacco, iterum ſuffectus in locum C. Flaminii ad Traſimenum occiſi cum Cn. Servilio Gemino. *Qui ceciderant pugna Cannenſi.*) Vet. lib. In pugna Cannenſi. *L. Æmilium, C. Flaminium Cenſores.*) De his Cenſoribus dixi in epitoma libri XX. *Cum de ea re M. Æmilius Prætor.*) Lego, Manius Prætor, ut ante dixi, ut ſit M'. Pomponius. *Ut ex ſingulis populis Latinorum binis Senatoribus, ſi Patres Romani cenſuiſſent, civitas daretur.*) Vet. lib. Quos Patres Romani cenſuiſſent. *M. Fabium Buteonem ex S. C. ſine Magiſtro equitum Dictatorem.*) N. Fabium ſcribi oportere exiſtimo, quia inquit, hunc vetuſtiſſimum ex Cenſoriis, qui viverent, fuiſſe: Cenſor autem, ut opinor, fuit an. DXII. cum C. Aurelio Cotta, cum. Conſ. fuiſſet an. DVI. ut eſt in Capit. tabulis. *Neq; Dictatorem ſe ſine Magiſtro equitum.*) Vet. lib. Neque Dictatorem ſine Magiſtro equitum, probe, res enim eum, non perſona offendebat. *Neque duos Dictatores*

(36) Quid hoc loco in Livio reprehendat Glareanus, non intellexit Sigonius.

teres tempore uno.) Horum Dictatorum M. Junii, & Fabii Buteonis, quorum alter rei gerendæ cauſſa creatus aberat, alter Senatus legendi cauſſa dictus erat, meminit quoque Plutarchus in Fabio. *Ita in demortuorum locum ſublecturum, ut ordo ordini, non homo homini prælatus videretur.*) Senſus eſt: Dictator ne in legendo Senatu ignominia quemquam afficeret, ex veteribus cenſoriis tabulis Senatores eo ordine, quo in illas relati erant, recitavit; in demortuorum autem locum alios ita ſublegit, ut, ſi quem alteri præferret, is eam, ordinis, non hominis dignitate adductus, prætuliſſe videri poſſet. Nam primum legit eos, qui curulem Magiſtratum, deinde qui Tribunatum ædilitaremque plebis, & quæſturam geſſiſſent, tum ex iis, qui Magiſtratum non cepiſſent, qui ſpolia ex Romano hoſte fixa domi haberent, aut coronam civicam accepiſſent. In legendis autem iis, qui Magiſtratus geſſerant, quo quiſque eorum ordine Magiſtratum ceperant, eos ita legebat, ac recitabat. *In demortuorum locum legit, qui poſt L. Aemilium, C. Flaminium Cenſores curulem Magiſtratum cepiſſent, nec dum in Senatum lecti eſſent, ut quiſque eorum Senator primus creatus erat.*) Vox, Senator, redundat. (37) Hic enim ſenſus eſt. Qui poſt priores Cenſores curulem Magiſtratum ceperant, quo quiſque illum ordine ceperat, lectum in Senatum eſſe. *Tum legit, qui ædiles Tribuni, Prætores, Quæſtoreſque fuerant.*) Paulus Manutius vir (ut ſupra dixi) ſummo judicio præditus legendum exiſtimat, ædiles, Tribuni plebis, Quæſtoreſque, & recte; nam Prætura inter curules Magiſtratus erat, quos ſuperiore verſu complexus eſt: Errorem attulit (ut ſolet) compendioſa ſcriptura: Trib. pr. & Trib. pl. *Tum ex iis, qui ſpolia ex Romano hoſte fixa domi haberent.*) In manuſcriptis omnibus, & pleriſque etiam impreſſis legitur: Tum ex iis, qui Magiſtratus cepiſſent, qui ſpolia ex Romano &c. Quod cum emendatores neſcio qui non intelligerent, omnino tollendum putarunt. Eſt autem ita legendum: Tum ex iis, qui Magiſtratus non cepiſſent, qui ſpolia &c. Nam ex iis, qui Magiſtratus ceperant, legit primum, qui curulem, deinde, qui plebejum ceperant Magiſtratum: Ex iis autem, qui omnino nullum ceperant Magiſtratum, legit, qui ſpolia ex Romano hoſte haberent. *Tempus hoc ſedulo terens.*) Vet. lib. hic, ideſt, in foro: Sic etiam reddit Plutarchus in Fabio, ubi eandem rem his verbis perſequitur, ὥσπερ ἰδιώτης ἐπ' τῆς ἀγορᾶς ἀναστρέφων. *Conſultus à M. Pomponio Prætore Senatus.*) Ita lib. Vet. ex hoc loco convincitur etiam ſupra bis mendoſe eſſe M. Aemilio Prætore. *Quo ſtatu Reſpublicæ eſſet.*) Vet. lib. reſp. eſſet. (38) *Comitiaque edixit, quibus L. Poſtumius III. abſens, qui tum Galliam provinciam obtinebat, & Tis. Sempronius Gracchus, qui tum Magiſter equitum eo accurrerat, Conſules crearentur.*) Vet. lib. qui tum Magiſter equitum, & ea accurrerat: Suſpicor legendum, ad ea, ut comitia intelligamus, opponit enim hunc Poſtumio; ille enim abſens in Gallia, hic cum ad comitia accurriſſet, Conſul eſt creatus, ſic paullo ante: Qui tum Galliam proviciam obtinebat. L. autem Poſtumius Albinus primum cum Sp. Carvilio Maximo, iterum cum Cn. Fulvio Centumalo Conſul fuerat. *Alia ſupra alia cumulante in eum annum fortuna.*) Vet. lib. Super aliam. *Nova clades nunciata.*) Hujus Poſtumianæ cladis anctor eſt etiam Polyb. lib. III. extremo. *Litanam Galli vocant.*) Hujus ſilvæ, & harum inſidiarum meminit etiam Frontinus lib. I. cap. VI. *Poculumque idem Sacerdotis eſſe, ac templi antiſtitibus.*) Veteres lib. Sacerdoti. *Mœſtitiæ ſpeciem publicæ.*) Veteres libri. Mœſtitiæ publicæ ſpeciem. (39) *Duo ne Conſulares exercitu ſatis firmati tanto bello ſufficerent.*) Vet. lib. Ne ſecundo Conſulares exercitus ſatis firmi ad tantum bellum efficerentur, imbatur ratio: Quod cum ita ſit, aptior eſt certe ad ſententiam emendatio Vallæ, qui pro, ne ſecundo, legit, nec quumodo. Sequitur enim: Itaque Galliam omitti eo anno placuit. *P. & Cn. Scipiones inter ſe partiti copias, ut Cn. terra P. mari, navibuſque, rem gereret.*) In Vet. lib. eſt, partiti copias; ut legendum eſſe videatur, partiti ſunt copias. Ita enim lib. 24. Ita inter ſe munera belli partiti ſunt, ut Epicides præeſſet cuſtodiæ Urbis; Hippocrates adverſus Conſulem Rom. bellum gereret. Niſi malis, partitis copiis, & ſententiæ aliquid deeſſet, ut lib. 25. optimum rati diviſis bifariam copiis, totius ſimul Hiſpaniæ amplecti bellum, ita inter ſe diviſerunt, ut P. Cornelius duas partes exercitus adverſus Magonem duceret: Cn. Cornelius cum Aſdrubale bellum gereret: *Fecerant ii transfugæ motum in Carpeſiorum gente.*) Glareanus, nuſquam ſe legiſſe Carpeſios populos, ait, itaque Tarteſios mavult à Tarteſo oppido ad Calpen ſito. Carpeſiorum tamen ad Iberum meminit Polybius libro III., & Stephanus ita καρπησιοι ἔθνος [illegible]. *Urbem Aſenam.*) Vet. lib. Aſcuam. *Digreſſus colle.*) degreſſus; ut alias. *Itaque duo diverſa prœlia erant.*) Vet. lib. Ita duo. *Recepta Petelia Pœnus ad Conſentiam copias transducit.*) Si Conſentia in Bruttiis pro Romanis ſtabat, profecto non Petelini uni inter Bruttios in fide Romanorum poſt Cannenſem cladem manſiſſe videntur, quod ante dixit: præſertim vero cum Conſentia Bruttiorum Metropolis ſit, auctore Strabone lib. VI *Itaque urbe defenſoribus vaſtata facile potiti ſunt hoſtes.*) Magna menda eſt in voce, vaſtata, quæ ex priſca lectione deletur, quæ eſt, defenſoribus vacua; ſiquidem opulentiſſimam olim urbem eo redactam, ut omnis ætatis minus viginti millia civium ſupereſſent, ſcribit. Sic libro quadrageſimo ſecundo, Vacua defenſoribus mœnia. *Senatus decrevit, ut Ti. Sempronius Conſul deſignatus, cum primum Magiſtratum iniſſet, ad populum ferret.*) Videndum etiam, atque etiam, quid ſit, quod in omnibus Vet. lib. legitur, Ut Ti. Sempronius Cos. deſignatus, cum in bono iniſſet. Nam qui emendarunt, cum primum Magiſtratum iniſſet, mentem potius attendiſſe videntur auctoris, quàm verba. Valla olim legendum putavit: Cum bono omine ad populum ferret. Quod non probo, quia nullam habet rationem vocis Iniſſet. Ego malim, cum magiſtratum iniſſet, ſic enim Cicero prima Philip. Uti C. Panſa, A. Hirtius Conſules deſignati, cum Magiſtratum inierint, & Cœlius ad Ciceronem D. E. R. I. C. uti C. Paullus, C. Marcellus, cum Magiſtratum iniſſent. *Ut Fabium duumvirum eſſe juberent ædis dedicandæ cauſſa.*) Miror hoc loco neglectam eſſe Vallæ correctionem, quæ veterum librorum auctoritate confirmatur. Ut duumviros eſſe juberent; miror item ſpretam eſſe alteram Glareani,

(37) Nec Badius habet, & ante Sigonium notaverat Glareanus.

(38) Ita Badius.
(39) Ita Badius.

reani, ædium dedicandarum cauſſa, duæ enim erant ædes dedicandæ, quarum cauſſa duumviri creandi arant Quare paulò pòſt ita loquitur: Interea duumviri creati ſunt, Q. Fabius Maximus, & T. Otacilius Craſſus ædibus dedicandis, Menti Otacilius, Fabius Veneti Erycinæ. *M. Æmilio Lepido, quibus Conſul augurque fuerat.*) M. Æmilium Lepidum, & M. Valerium Lævinum bis Cos. nominat Livius, quos tamen neque in Capitolinis tabulis, neque apud Caſſiodorum invenias niſi ſemel fuiſſe. Hinc ego ſuſpicor, ne ſuffecti fuerint L. Veturio, & C. Lutatio Conſulibus Lepidus II. Lævinus primum. Quoniam autem ea pars in Capitolinis Conſulatib. deſideratur, & Caſſiodorus eorum tantum Conſulum, qui primum facti ſunt, qui ordinarii nominantur, meminit, in neutro horum monumentorum hæc nomina inveniri. Sed de hac re accuratius in Faſtorum Conſularium commentariis; me enim movet, quod duo Patricii Conſules comparantur. *C. Lectorius, & T. Sempronius.*) C. Lætorius, & Ti. Sempronius, ut ſæpe dixi. *Prætoreſque Fulvius Flaccus.*) Caſtiga, Prætores. Q. Fulvius Flaccus, perſpicue. Ceterum Conſul hic fuerat cum L. Cornelio Lentulo, Cenſor cum T. Manlio Torquato. *Sex legiones in Caſtra Claudiana ſupra Sueſſulam deducerentur.*) Hinc paullo ante dixit: Claudius à Canuſio Calatia petit, atque inde Vulturno amne trajecto, perque agrum Saticulanum, Trebianumque ſuper Sueſſulam per montes Nolam pervenit, & paullo poſt: M. Claudius ad eum exercitum, qui ſupra Sueſſulam Nolæ præſideret, miſſus. *Delatum ad populum, ut cives Romani eſſent.*) Emendo: Dein latum ad Populum; Hæc eſt enim uſitata in hac re loquendi forma, & ipſe ſubdit: Maxime, ut hoc ferretur, moverat. *Cui ineunti Conſulatum cum tonuiſſet, vocati augures vitio creatum videri reſponderunt.*) Plutarchus idem in Marcello, [illegible] *Fabius Maximus tertium.*) Primum fuit cum M'. Pomponio Mathone, iterum cum Sp. Carvilio Maximo. *T. Sempronius militibus Sinueſſam diem ad conveniendum edixit.*) Idem Sempronius paullo ante diem duabus legionibus urbanis Calas ad conveniendum edixerat, ad quas accipiendas deinde M. Marcellus eſt miſſus, nunc Sinueſſam ad conveniendum diem edicit volonibus, & ſociorum XXV. millibus, quæ ſibi forte evenerant. *Ante Kalendas Julias primas.*) Vet. lib. Junias. Quod placet: quia de hoc tempore locutus, Quinctiles dixiſſet. *Terentianum mitti cum aliquo legatorum.*) Senſus eſt: Terentianum exercitum in Siciliam mitti, legiones ex Sicilia revocatas M. Valerio cum claſſe ad tutandam oram maritimam dari. *Ad M. Valerium Prætorem circa Nuceriam caſtra habentem.*) De Legatis Philippi loquitur per Apuliam venientibus. Ex quo, Luceriam, videtur eſſe legendum. Nam paullo poſt ait: Ti. Gracchus à Cumis Luceriam in Apuliam legiones cum duxiſſet, M. Valerium inde Prætorem Brundusium cum eo, quem Luceriæ habuerat, exercitu miſit. (40) *Itineraque cum cura demonſtrent.*) Que, abeſt à Vet. lib. *Q. Fulvius Flaccus Corcyræos ad perſequendum.*) Caſtiga ex Vet. lib. P. Valerius Flaccus. Etenim Q. Fulvius Flaccus Prætor urbanus, cui ſuburbana litora cuſtodienda tradita erant, adhuc ab urbe non moverat. P. autem Valerius Flaccus, de quo poſt meminit etiam Livius; M. Valerii Lævini Prætoris, cui ora inter Brunduſium, & Tarentum tutanda decreta fuerat, legatus erat. (41) *T. Manlius Torquatus, qui bis Conſul, Cenſorque fuerat.*) Conſul fuit cum C. Atilio Bulbo, quo in Magiſtratu de Sardis triumphavit iterum cum Q. Fulvio Flacco, quem eundem etiam in cenſura collegam habuit, auctoribus Capitolinis ſcriptoribus. *Linternum.*) Vet. lib. Liternum. *Hominum eo tumultu nocturno cæſa plus duo millia.*) Vox, nocturno, redundat, nam ex priore verſu ſatis intelligitur rem nocte actam eſſe, abeſt certe à Vet. lib. *Exercituſque Cumas reductus.*) Miror, quod Cumas M. Valerius exercitum reduxerit, cum ipſe Luceriæ in Apulia præſideret; Cumis autem Ti. Sempronius in præſidio eſſet, præſertim verò cum ex Irpinis reduxiſſe dicatur. *Ad Naves XXV., quibus Q. Fulvius Flaccus Præfectus præerat.*) Legendum, ut ante dixi, P. Valerius Flaccus, & paullo poſt: Juſſuſque Q. Fulvius, juſſuſque Valerius, ſic enim Veteres libri. *M. Marcellum pro Prætorem.*) Vet. lib. Proconſulem, ſic etiam paullo poſt, ſic Plutarchus ad Nolam ἀνθύπατον vocat .i. Proconſulem. *Calares.*) Carales, Græci & Latini libri, veteres auctores. *T. Otacilius Prætor quinquaginta navium ab Lylibeo claſſe in Africam tranſvectus.*) Vet. lib. Quinquaginta navium claſſe ab Lilibeo in Aſiam tranſvectus. *Pyrrho Regi nos adiunximus.*) Samnites loquuntur: Eſt autem bellum Pyrrhi, Tarentinorum, Samnitum, Lucanorum, & Bruttiorum copiis, exercituq; geſtum. Quod ex triumphis illorum annorum intelligi poteſt. M'. quidem Curius non tam de Pyrrho Rege, quam de Samnitibus triumphaſſe traditur. *Aquo relicti, pacem neceſſariam accepimus, fuimuſque in ea per annos prope quinquaginta ad id tempus, quo tu in Italiam veniſti.*) Pax data Samnitibus eſt anno ab Urbe Condita CDLXXIX., quo anno C. Claudius Canina Conſul de iis triumphavit, cum per annos LXX. geſtum bellum eſſet, ut ait Livius lib. XXXI. in oratione Legati Romani in Concilio Ætolorum. Quod ita eſſe inde facile intelligi poteſt, quod cœptum erat bellum M. Valerio, A. Cornelio Conſulibus anno CDXII. ſi igitur anno CDLXXXIX. victis Samnitibus pax data eſt, in pace autem fuerunt uſque ad adventum Hannibalis in Italiam, P. Scipione, & Ti. Longo Conſulibus anno DXXXII., ideſt annis LIII., poſtquam pacem Samnites acceperant, ergo hoc loco legendum videtur: In ea fuimus per annos prope LX. Nam vox illa prope, majori numero non expleto adjicitur. In hac autem oratione omnia oratorie in majus ornantur, ut cum ait: per centum prope annos cum Populo Romano bellum geſſimus, nullo externo adjuti, nec duce, nec exercitu. *Non ego ſecundis noſtris rebus gloriabor.*) Vet. lib. Non ergo ſecundis noſtris rebus gloriabimur, recte, loquuntur enim Legati Samnitum, Irpinorum, Caudinorumque. Sequitur autem: Quæ aſpera, adverſaque tunc acciderunt, minore indignatione referre poſſumus. *Numidarum paucorum illi quidem prædæ erunt, præſidiumque miſſum nobis erit, & Nolæ ademeris.*) Senſum aptum nullum elicere poſſum ex his verbis, & Nolæ ademeris. Suſpicor autem, quia in veteribus libris legitur, præſidiumque miſſum nobis & Nolæ ademeris, ut ſic legendum, præſidiumque miſſum nobis & Nolam

(40) Hæc de Luceria Glareanus ante Sigonium notavit, ſed ipſe ſubiicit, quaſi ipſe primus hoc notaſſet.

(41) Et hæc ex Glareani annotationibus habet.

Iam ademerit. Suadent enim Samnites, ut Hannibal præſidium Numidarum ad ſe ab impetu militum Romanorum, qui Nolæ erant, defendendos, mittat, quod idem præſidium & ſe defenſurum ſit, & Nolam, cui maxime imminebat Hannibal, Romanis ædempturum ſit. *Herium Petrium.*) Vet. lib. Henum. *Legatum ne Romanis & legionis unius, atque alæ magno certamine vix toleratis pugnam?*) Vet. lib Legati ne Romani. *Marcellus tirone milite, ac Nolanis ſubſidiis fultus nos jam iterum laceſſit.*) Vet. libri Pro fultus, inultus, habent, ideſt impunitus, inquit cladem à Marcello ante acceptam ad Nolam, quam adhuc Hannibal non erat ultus. Idcirco ait: Inultus iterum nos jam laceſſit? *Ferrum, nunc hebet, an dextræ torpent?*) Vet. lib, Ferrum ne, habet, an dextræ torpent? Forte ita legendum: Ferrum ne nunc habet? *Nunc paucis plures vix reſtatis.*) Vet. lib. Reſiſtitis. *Hoſtium plus mille cæſi eo die, capti mille DC. & ſigna militaria unde viginti, & duo elephanti, quatuor in acie occiſi.*) Vet. libri Hoſtium plus vel cæſi, vel eo die vivi capti V. millia. Suſpicor autem legendum: Hoſtium plus vel cæſi eo die, vel vivi capti quinque millia; ſiquidem Plutarchus hunc numerum edit in Marcello, ubi hunc totum locum ita vertit: νεκροὺς μὲν γενέσθαι πεντακισχιλίους, ἢ τῶν ἐλεφάντων τέσσαρας μὲν ἀποθανεῖν, δύο δὲ ζῶντας ἁλῶναι. *Tertio poſt die mille CCLXXII. equites miſti Numidæ, Hiſpanique ad Marcellum transfugerunt.*) Hoc ſic vertit Plutarchus: ἡμέρᾳ τρίτῃ μετὰ τὴν μάχην ἱππεῖς Ἰβήρων καὶ Νομάδων μιγάδες ἀπηυτομόλησαν ὑπὲρ τοὺς τριακοσίους. Diſcrepat autem in numero, niſi fortè legendum ſit: ὑπὲρ τοὺς χιλίους τριακοσίους. *Dareique opimis ſpoliis victus.*) Opima proprie dici ſpolia non potuerunt, ſiquidem ea opima ſunt, quæ dux duci detraxerit. Dux autem ſit, cujus auſpiciis bellum geratur, ut ſupra traditum eſt: Neuter enim eorum equitum dux erat. *Niſi fide ſtaret Reſp. opibus non ſtaturam.*) Ita Salluſtius in Epiſtola Pompeji, voce, Fide, utitur. Ego non rem familiarem modo, ſed etiam fidem conſumpſi, ſenſus eſt: Niſi Reſp. pecunia mutuo ſumpta ſublevetur, præſenti ærarii pecunia ſe ſuſtinere non poſſe. *Conducereque ex lege præbenda, quæ ad exercitum Hiſpanienſem opus eſſent.*) Nihil deſideratur, contra quam cenſet Glareanus Lex enim, quam requirit, hæc eſt, ut conducerent ea lege, ut cum primum pecunia in ærario eſſet, iis primis ſolveretur. Hinc ego malim legi, conducerentque ea lege. *Hæc Prætor in concione edixit.*) Malim; Hinc Prætor, ſenſus eſt: Hinc, ideſt, ex S.C. Prætor in concione ediait, qua die, quæ exercitui Hiſpanienſi præbenda eſſent, eſſet locaturus. *Ut quæ in naves impoſuiſſent, ab hoſtium, tempeſtatiſque publico periculo eſſent.*) Suſpicor ne vox deſit, legendumq; ſit, ab hoſtium, tempeſtatiſq; vi publico periculo tuta eſſent; poſtulant enim ut Populus R. ſibi damnum præſtet, quod à tempeſtate, & hoſtibus afferri poſſit. Sic lib. XXV. Quia publicum periculum erat à vi tempeſtatis in iis, quæ portarentur ad exercitus. *Hi mores, eaque caritas patriæ per omnes ordines velut tenore uno pertinebat.*) Vitiatum eſſe ſuſpicatur hunc locum Glareanus, ob verbi, Pertinebat, uſum, neque intelligit eodem modo locutum etiam Ciceronem eſſe de natura Deorum: Ratio quædam pertinens per omnem rerum naturam. (42) *Illiturgi obſidione liberato ad Incibili oppugnandum Punici exercitus traducti.*) Glareanus legit: Ab Indibili, putatque viri nomen eſſe, ejus de quo poſt ſæpius Livius, verum errat: Nam ſive Incibili, ſive Indibili legas, oppidi nomen eſt, ſic enim Frontin. lib. I cap. III. Cn. Scipio in Hiſpania adverſus Hannonem ad oppidum Indibili cum animadvertiſſet Punicam aciem directam. De hujuſmodi nominibus ſic Priſcianus lib. VI. Inveniuntur & barbara in I. Livius XXIII. ab Urbe condita: Illiturgi oppidum oppugnabatur. (43)

In Epitomen Libri Vigeſimiquarti.

SYphax Rex Numidarum in amicitiam adſcitus contra Maſſaniſam Regem Maſæſulorum pro Carthaginienſibus pugnans victus.) Sincera lectio, & ſententia hujus loci eruitur partim ex ipſo Livio, partim ex veteribus Epitomæ libris, in quibus ita eſt: A Maſſaniſa Rege Maſſyliorum pro Carthaginienſibus pugnante victus.

In Librum Vigeſimumquartum.

UT ex Campania in Bruttios reditum eſt, Hanno adjutoribus.) Sic libro priore fere extremo: Hannibal ab Nola remiſſo in Bruttios Hannone cum quibus venerat copiis. *Duabus Bruttiæ Græcæ Urbes tentavit.*) Polyb. lib. III. omnem fere Magnam Græciam ad Hannibalem poſt Cannenſem cladem defeciſſe ait. Sunt autem Græcæ Urbes Rhegium, Locri, & Croto, quas à Bruttiis ſeparare videtur & hoc loco, & ſupra, cum unos ex Bruttiis Petellinos in fide Romana manſiſſe dixit, alioquin & Rhegini, & Locrenſes, & Crotoniatæ etiam permanſerunt. *Interim Locrenſes frumentum.*) Hoc loco Locrenſes à Pœnis oppugnantur, cum tamen priore libro antequam Hanno in Bruttios rediret, eos & ad Pœnos deſciviſſe ſcripſerit, & Romanis portas clauſiſſe, neque vero occurri poteſt, eos, poſtquam ſe à Pœnis ad Romanos contuliſſent, à Pœnis invadi, neque enim de iis ita hoc loco dixiſſet. Pauci magis taciti probarent conſtantem fidem, quam probatam tueri auderent. Quid ergo eſt? an priore libro rem ſtrictim ἐν παρέργῳ demonſtravit, hic autem pluribus verbis ac conſulto expoſuit? Idem de Crotone judicandum eſt, quod oppidum & priore libro captum eſſe à Bruttiis excepta arce dixit, & hoc loco repetit; verum ibi breviter, hic vero pluribus verbis. Ita eſt profecto, ut etiam in principio lib. XXV. oſtendam. *Ab Hannone nihil certi allatum.*) Vet. lib. Ablatum. *Ut plebs ab Optimatibus diſſentirent.*) Vet. lib. diſſentiret. *Fidem erga Populum R. quinquaginta annos ab ſe cultam.*) De Hierone Rege loquitur, qui ſecundo anno primi belli Punici in ſocietatem venit Romanam, M'. Valerio Maximo, M'. Otacilio Craſſo Conſulibus, ut ſcribit Polib. à quo anno ad hunc numerantur anni XLIX. *Legatique ad Hannibalem miſſi, ac remiſſi ab eo cum Hannibale nobili adoleſcentulo Hippocrates, & Epicides nati Carthagine, ſed oriundi ab Syracuſis.*) Duos Legatos ubique nominat Livius ad Hannibalem ab Syracuſanis miſſos de fœdere contra Romanos jungendo, Hippocratem, & Epicidem, quia nati Carthagine erant, oriundi ab Syracuſis. Hannibalis adoleſcentuli tertii Legati nuſquam meminit, niſi hoc loco: Quamobrem probo opinionem Henrici Glareani, qui legendum

(42) Glareanus non ait Vitiatum, ut hic vertit verba, ſed hæret, ut ſolet.

(43) Probat hanc correctionem Glareanus.

dum putat: Ac remiſſi ab eodem Hannibale nobiles adoleſcentuli Hippocrates, Epicides; ita ut mentio tollatur tertii Legati Hannibalis, & omnia ad Imperatorem Hannibalem referantur. *Tamquam laxaret elatum pedem abſtricto nodo.*) Lego, Abſtricto, ira poſtulante ſenſu. *Moram ullam afferret.*) Vet. lib. Afferret. *Ut tempora poſtulabunt belli.*) Vet. libri: Ut belli tempora poſtulabunt. *Stantibus nobis in aciem armatis.*) Vet. lib. In acie. *Lacus Thraſymenus, & Cannæ triſtia ad recordationem exemplar, at ad præcavendum ſimilis utiles documenta ſunt.*) Vet. lib. Utilia documenta ſunt. Quod magis placet: Sic enim inter ſe hæc reſpondebunt. Triſte exemplar ad recordationem, utilia documenta ad ſimile præcavendum. *Cum ſecuribus ſibi faſces præferri.*) Minatur ſe in eum animadverſurum, quod ſecures ſibi præferantur, quas niſi extra Urbem Conſul non præferebat. *Prætor unus refectus Q. Fulvius Flaccus nonum, alii creati T. Otacilius Craſſus iterum, Q. Fabius Conſulis filius.*) Fœdam labem in his verbis inſidentem nemo adhuc non ſolum non exemit, ſe ne animadvertit quidem. Quid eſt enim: Refectus nonum? non ne qui novies jam Prætor factus eſt? certe, at hic honos nemini umquam habitus eſt, ne ipſi quidem. Sequamur igitur auctoritatem manuſcripti libri, in quo eſt: Prætor unus refectus Q. Fulvius Flaccus, novi alii creati T. Otacilius. Intereſt autem an aliquis reficiatur, an novus fiat: Nam qui reficitur, continuat Magiſtratum in annum ſequentem: Qui novus fit, is aut tum primum, aut certe interpoſito anno honorem illum rurſum capit. *Maximum Rullum cum P. Decio ad bellum Gallicum.*) Hi Conſules fuerunt anno CDLVII. Q. Fabius Maximus Rullianus V̄. P. Decius Mus IV̄. Livius lib X. *Sic poſtea Papirium, & Carvilium adverſus Samnites, Bruttioſque & Lucanum cum Tarentino populum.*) L. Papirius Curſor II. Sp. Carvilius Maximus II. Conſules fuerunt anno CDLXXX. atque ambo in Magiſtratu de bis populis triumpharunt, ut exſtat in Fragmentis Capitolinis. *Cum ſummo Imperatore opus eſſe Reip. ſciret, ſeque eum haud dubie eſſe.*) Vet. lib. Quod cum ſummo Imperatore opus eſſet Reip. ſciretque eum haud dubie eſſe. *Ex Prætoribus prioris anni pro-Prætor Q. Mucius obtineret Sardiniam.*) Vet. lib. Pro Prætore. *Fortiſſimus quiſque pugnator eſſe deſierat.*) Adde hæc verba ex Vet. lib. fide, incuria librariorum omiſſa: Segnibus, ac timidis tradita pugna erat. *Ea demum vox ita animos accendit, atque renovato clamore velut alii repente facti tanta vi ſe in hoſtem intulerunt.*) Vet. lib. Ita animos accendit, ut renovato clamore velut alii repente facti tanta vi ſe in hoſtem intulerint. *Gracchumque orabant, ut epulari permitteret militibus. Et Gracchus ita permiſit, in publico epularentur omnes.*) Malim legi, ſi in publico epularentur omnes, ut repetenda ſit ultima ſillaba vocis præcedentis, permiſit, quamquam eodem genere hoc libro uſus eſt: Permiſſum ipſi erat, faceret quod è Rep. duceret eſſe. *Pomponio pro Prætore cum eo exercitu, qui ſuper Sueſſulam in caſtris erat accito.*) M. Pomponium pro Prætore in agro Gallico manere juſſum paullo ante tradidit. *Cum coeptum prælium videret.*) Vet. lib. Cum coeptum prœlium videret. *Graviter eſt ab Conſule increpatus.* Vet. lib. Increpitus. *Præerat Statius Metius.*) Vet. lib Statius Minius, probo, ne duo prænomina coëant, Minii autem gens Campana eſt, ut ſupra oſtendi. Hic autem Campanus fuit. *Haud multo minorem, quam à Benevento acceperat, reddidit hoſti cladem.*) Vet. lib. Ad Beneventum. *Teleſia, Coſſa.*) Vet. lib. Compſa. Ita vero nominari Irpinorum Urbem, quam nunc ſignificat, ante etiam docui. *Statinaque ad Ardoneas communita.*) Ptolemæus Erdoneæ in Apulis meminit. Ardoneorum nemo: Strabo lib. VI. [illegible] appellat, ut puto mendoſe. *Non id modeſtia militum, aut ducis, niſi ad conciliandos Tarentinorum animos fieri.*) Vet. lib. Sed ad conciliandos: Quod genus dicendi planius. *P. Valerius Legatus miſſus.*) P. Val. Flaccum, quem ſupra Q. Fulvium Flaccum bis per incuriam vocavit, ſignificat, hoc autem loco vulgo T. Valerius legebatur. In Vet. lib. hoc nomen omiſſum eſt. Suſpicor autem, ne M. Livius potius reponendum ſit, præſertim quod eo præfecto Tarentum amiſſum ſit, Polyb. Liv. & Plutarcho auctoribus, quamquam apud hunc mendoſe eſt [illegible], pro [illegible]. (44) *Spe labefactandæ fidei haud abſiſtens Salapiam tendit.*) Vet. lib. haud aſſiſtens, hoc ſenſu: Hannibal ubi ſe à proditoribus Tarenti non excipi vidit, haud diu ad Tarentum aſſiſtens Salapiam tendit, quod celeritare diſceſſus ſperaret, ſe fidem hominum eſſe labefactaturum, ſe Tarenti capiendi cauſſa cum veniſſet, eluſum eſſe, ſi legas; Haud abſiſtens ſpe, id erit æque ac ſi dicas: Haud ſpe deſtitutus. *Et inſulam, & arcem, & alia, quæ poterat, quæque opportuna erant, præſidiis firmarat.*) Inſulam, Syracuſarum quartam partem intelligit, non totam Siciliam, ut poſt dicam. *Tranſvecti per Thicam.*) Vet. lib. Ticam, legendum eſt autem Tycham, vel Thychen, pars una & hæc Syracuſarum fuit, quod ibi templum Fortunæ eſſet, ita appellata, auctor Cicero in Verrem. *In Aradinam.*) Vet. lib. Achradinam. Sic Stephanus [illegible], [illegible]. Hanc etiam partem Syracuſarum fuiſſe ſcribit eodem in loco Cicero. *Utrum quod ſatis libertatis foret, contenti nece tyranni eſſent.*) Vet. lib. libertati, ideſt, quod ad libertatem recipiendam ſatis valeret. *Periculumque ingens manet, niſi communi concordiæ conſulitis, ne libera efferatur res. Poſt hanc orationem.*) Nihil eſt obſcurius his verbis: Ne libera efferatur res. Qua de re nos etiam admonuit Glareanus. Dicam ipſe quid ſentiam, puto legendum eſſe: Ne libera efferatur reſp. Fecit enim litera prima ſequentis vocis: Poſt, ut librarius litteram, P, inconſulto præteriret: Verba autem ſunt ad tyrannicidas, quorum hic eſt ſenſus: Quæ egiſtis magna ſunt, ſed inchoata veſtra gloria nondum perfecta eſt, nam niſi Civitatis concordiæ conſulitis, timendum eſt, ne reſp. libera intereat; quaſi dicat, non eſt ſatis Civitatem tyrannide liberare, niſi inteſtina ſeditione liberetur; alioquin fiet, ut quodammodo libera ſerviat. Quod autem dixit: Efferatur, verbo uſus eſt tranſlato. Efferri enim dicuntur cadavera. Sic lib. XXIIX. Meo unius funere elata populi R. eſſet reſp. *Sopartum, ac Deomenem.*) Vet. lib. Dionem. *Dinafactio, & pauci auctores.*) Vet. lib. Ac perpauci auctores. *Themiſtio.*) Vet. lib. Themiſto, & ſic ubique. *Sicut tum extemplo Prætoris rogationem promulgarant.*) Vet. lib. Sic tum extemplo. *Ut omnis regia ſtirps interficeretur.*) Vet. lib. Ut omnes regiæ ſtirpis interficerentur. *Demaratam Hieronis, & Harmoniam Gelonis filiam.*) Vet. lib. Damarata. Item, filias: Stirps autem Hieronis regis hæc fuit. *Oc-*

(44) Hæc ex Glareani commentariis habet, omiſſo ejus nomine.

Hiero Rex

Damarata uxor Andronodori.	Gelo ante Patrem mort.	.... oxor Zoili.	Heraclea oxor Soſippi.

Hieronymus Rex annorum XV. poſt Hieronem.	Harmonia uxor Themiſti.

Occurſu ſe & ſacrario proripuerant, ut.) Florebellus, ut eſt ſummo judicio præditus, legit: Eo curſu, quod laudo, ſic enim libro XXVI. Ad fretum eo curſu contendit; ut prope repentino adventu incautos oppreſſerit, & lib. XLII. In jugum Parnaſi refugerant eo curſu, ut cum unus &c. *Si alia alio trahatur res.*) Probo magis: Si alio traharur res, ut legit Florebellus. *Claſſem navium centum Romani habebant.*) De Ap. Claudio loquitur, de quo ita Polybius lib. IIX. ἄππι@ μὲν ἔχων τὰς πεζικὰς δυνάμεις, μάρκ@ δὲ κλαύδι@ τοξότας ἔχων ἑξήρεις ἐπέπλει τῷ κατὰ τὴν ἀχραδίνην. *Utra ſocietas ſit utilior large minoris adeo rei momenti conſultatione eſſe.*) Vet. lib. Conſultationem. Hinc ego: ad conſultationem, lego. Sic enim paulo poſt: Eſſe etiam momenti aliquid ad conſilium. & Cicero de Fin. minimi quidem momenti ad ſummum bonum adipiſcendum. *Sed tamen Hieronis potius.*) Si recte attendas, nihil huic ſententiæ deeſſe reperias, contra quam ſtatuit Glareanus, qui ſubaudit verbum oſtendere. (45) *Ut Leontinos irent.*) Vet. lib Ut in Leontinos irent. *Ducunt Megaram.*) Urbs Siciliæ Megara, quæ ante Hybila dicebatur, auctore Stephano. Hanc etiam Megaras vocat Livius, & Plutarchus in Marcello μεγαρέας πόλιν, forte pro μέγαρα. *Ad olympium (Jovis id templum eſt.*) Thucydides ὀλύμπιον vocat lib. VII. Hujus templi Jovis Olympii Syracuſis meminit lib XVI. Diodorus, ita, κατεσκεύασε δὲ καὶ τὸν κατ' ὀλύμπιον ὕστερον τὴν ἀρχὴν, ἐν ἀμφιπολίαν διὰ ἀρχαίων συρακουσίων καλεῖ. *Junctæ aliæ binæ ad quinqueremes &c. turres contabulatas, machinamentaque alia quatiendis muris portabant.*) Hoc ſic Plutarch. in Marcello, ὑπὲρ δὲ μεγάλου ζεύγματ@ νεῶν ὀκτὼ πρὸς ἀλλήλας συνδεδεμένων μηχανὴν ἄρας ἐπέπλει πρὸς τὸ τεῖχος. Uterque horum à Polybio ſumpſit, qui libro IIX. ita ſcribit, ἅμα δὲ τούτοις ὀκτὼ πεντήρεσι παραλελυμέναις τοὺς ταρσοὺς, ταῖς μὲν δεξιοὺς, ταῖς δὲ τοὺς εὐωνύμους, καὶ συνεζευγμέναις πρὸς ἀλλήλας κατὰ δύο κατὰ τὰς ἐψιλωμένας τοίχους προσῆγον πρὸς τὸ τεῖχος διὰ τῶν ἐκτὸς τοίχων εἰρεσίας τὰς λεγομένας σαμβύκας. Quas Polyb. σαμβύκας dixit, turres contabulatas vertit Livius. Porro autem cum uterque Græcorum horum auctorum octo quinqueremes nominet, quæ binæ conjunctæ fuerint exemptis remis interioribus, ſuſpicor ne quid vitii ſit apud Livium, præſertim vero cum Polybii locum huoc ad verbum vertit, ſitque legendum. Junctæ aliæ binæ ad octo quinqueremes. *Murum ab imo ad ſummum crebris cubitalibus fere cavis aperuit &c.*) Polybius ſic, γενομένων δ' αὐτῷ ἐνδεδεμένων πρὸς τὸ γὰρ τεῖχος ὕψει ὁ τεχνικὸς παρεσκεύαζε πρὸς τοὺς ἀπομαχομένους ἀπὸ τῶν πλοίων, ὡς παλαιστιαίοις τρήμασι τὸ τεῖχ@, ὡς πολλαπλασίοις κατὰ τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν οἷς ἐπέστησε καὶ σκορπίδια παρατιθεὶς ἔσω τὸ τείχους, καὶ βάλλων διὰ τῶν ἀχρείων τούτων εἰς ἐπιβάσεις. *Quæ proprius quidem ſubibant naves quo interiores ictibus tormentorum eſſent, in eas tollendas deſuper murum eminentem ferrea manus firmæ catenæ illigata, cum injecta proræ eſſet, graviquæ libramento recelleret ad ſolum ſuſpenſa prora navim in puppim ſtatuebat.*) Pulcherrimus locus ita deformatus eſt, ut nulla neque ſententiæ, neque latinitatis adſit integritas. Deſcribit autem machinamenti rationem, quo Archidemes navalem belli apparatum, & oppugnationem Syracuſarum eluſit. Vitium vero eſt in his vocibus: In eas tollendas deſuper murum eminentem. Quæ quid ad rem pertineant, non ſatis apparet. Ego autem veſtigia germanæ lectionis ſecutus, quæ ſunt in Vet. lib. hoc modo; In eas tollendo deſuper murum eminente ferrea manu; corrigendum puto: In eas Tollenone ſuper murum eminente ferrea manu. Eſt autem Tollero machina, quæ ferrea manu ſibi illigata naves in altum ſuſpendebat. De qua ſic Feſtus: Tolleno dicitur machinæ genus, quo trahitur aqua in alteram partem prægravante pondere, & Vitruvius lib. IV. Cap. XXI. Tolleno dicitur quoties una trabs in terram prælata defigitur, cui in ſummo vertice alia tranſverſa trabs longior dimenſa medietate connectitur eo libramento, ut ſi unum caput depreſſeris, aliud erigatur. Eſt autem uſus hac voce Livius lib. etiam XXXIIX. In arietes Tollenonibus libramenta plumbi, aut ſaxorum, ſtipiteſve robuſtos incutiebant. Eſt autem hic horum verborum ordo: Tollenone ſuper murum emiſſo Archimedes prora navis ſuſpenſa à ferrea manu firmæ catenæ illigata, cum eadem manus injecta proræ eſſet, & gravi libramento ad ſolum recelleret, ſtatuebat navim ipſam in puppim. Hoc autem ſic Polyb. lib. IIX. ἅμα δὲ καθεὶς χεῖρα σιδηρᾶν ἐξ ἁλύσεως δεδεμένην, ᾗ δραξάμενος ὁ τὸ κεραῖον οἰακίζων, ὅθεν ἐπιλάβοιτο τῆς πρώρας κατῆγε τὴν πτέρναν τῆς μηχανῆς ἐντὸς τοῦ τείχους, ὅτε δὲ κουφίζων τὴν πρῷραν ὀρθὸν ποιήσειε σκάφος ἐπὶ πρύμναν, τὰς μὲν πτέρνας τῶν ὀργάνων ὡς ἀκινήτους καθῆπτε, τὴν δὲ χεῖρα, καὶ τὴν ἅλυσιν ἐκ τῆς μηχανῆς ἐξέρραινε διά τινος χαλαστηρίας οὗ γενομένου τινὰ μὲν τῶν πλοίων πλάγια κατέπιπτε, τινὰ δὲ κατεστρέφετο, τὰ δὲ πλεῖστα τῆς πρώρας ἀφ' ὕψους ῥιφθείσης βαπτιζόμενα πλήρη θαλάττης ἐγίγνετο, καὶ ταραχῆς, & Plutarchus ita in Marcello, ταῖς δὲ ναυσὶν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἄφνω ὑπεραιωρούμεναι κεραῖαι τὰς μὲν ὑπὸ βρίθους στηρίζοντος ἄνωθεν ὤθοῦσαι κατέδυον εἰς βυθόν, τὰς δὲ χερσὶ σιδηραῖς, ἢ στόμασιν εἰκασμένοις γεράνων ἀνασπῶσαι πρῴραθεν ὀρθὰς ἐπὶ πρύμναν ἀπεβάπτιζον. Hic ſenſus atque hæc lectio cum & Polybii, unde Livius, & Plutarchi, qui à Livio ſumpſit, verbis confirmetur, ſatis magnam apud quemque, (ut reor) habebit auctoritatem. *Dein remiſſa ſubito, velut ex muro cadentem navem cum ingenti trepidatione nautarum,*

ita

(45) Glareanus hoc loco nihil ſtatuit, ſed Academicum agit, ut ſolet.

ita undæ affligebant, ut etiamſi recta reciderat aliquantum aquæ reciperet.) Legendum puto: Affligebat, ut vox Undæ, ſit caſus dandi, non nominandi hoc ſenſu: Archimedes, qui ſuſpenſa prora navim in puppim ſtatuebat, eadem remiſſa eandem undæ affligebat. Eſt autem dictum: Affligere undæ, ut lib. XLIV. Vaſa parietibus affligunt, & apud Ciceronem pro Rabirio: Nec tuas umquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos Sex. Titii afflictam navim videres. Hoc autem dixit Plutarchus, τὸν δὲ ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀποσπασθὲν κρεμαστὸν, καὶ σκοπέλοις προσέρειδον. *Ad Heracleam, quam vocant Minoam.*) Urbs Siciliæ, de qua Stephanus in utraque voce, & Suidas. *Hieronis impenſis, Archimedis unica arte.*) Polyb. ὡς Ἱέρωνος μὲν χορηγοῦ γεγονότος, ἀρχιτέκτονος δὲ καὶ δημιουργοῦ τῶν ἐπινοημάτων Ἀρχιμήδους. *Profectus Carthaginem, accituſque ibi, & ab Legatis Hippocratis, & literis Hannibalis, qui veniſſe tempus ajebat.*) Qui, Accitus ibi, ſcribit, vere portenta ſcribit. Vet lib. habent: Adituſque ibi. Quid eſt, literis Hannibalis aditus? nihil aliud niſi linguæ Latinæ monſtrum. Legendum ergo: Alteriuſque, ut intelligamus, Imilconem ab Legatis Hippocratis, & alteris Hannibalis Carthagine eſſe aditum; nam in veteribus libris eſt, & literiſque præterea: Qui veniſſe tempus ajebant, non ajebat, ut ad utrumque referatur. *Græca Acrillas Urbem.*) Vet. lib. Acrillas, atque ita puto legendum: Nam Stephanus poſt ἀκραίφνια Urbem ſic ait, ἄκριλλα πόλις Σικελίας οὐ πόῤῥω Συρακουσῶν· τὸ ἐθνικὸν Ἀκριλλαῖος. Idem mendum eſt apud Plutarchum in Marcello, qui inquit, ἄλλα [illegible] *Arcas perfugit.*) [illegible] Stephanus. *Adeo uterque populus in Siciliam intentus fuiſſe videri poterat.*) Quid ſi legis Optarat, ideſt, adeo Romanus Pœnuſque optarunt videri in Siciliam intentos eſſe, ut ab Italia in Siciliam verteretur bellum. *Margantium primum.*) Strabo μοργαντιον Urbem in Sicilia nominat, Stephanus etiam μοργαντιον dici ſcribit. *Ænna in excelſo loco.*) Veteres lib. Enna, item Græci Ἔννα. *Præſidio decedere apud Romanos capitale eſſe, & nec liberorum etiam ſuorum cauſſa parentes ſanxiſſe.*) Vet. lib. Eam ſanxiſſe, ut videatur eſſe legendum, & nece liberorum etiam ſuorum eam parentes ſanxiſſe, ut cum ait, Eam, legem intelligamus, qua capitale factum erat, præſidio decedere, ita ut ad rem referatur, non ad verbum; placet autem, ut de Torquato, qui in filium animadvertit, intelligatur, ut Valla docuit. *Cavete ne quiſquam ex iis ſuperſit.*) Vet. lib. Cavete, quiſquam ex iis ſuperſit. *Si vitandæ, non ferendæ cauſſa.*) Vet. lib. Inferendæ. *Fugaque & cædes omnia tenet.*) Vet. lib. Tenent. *Ita Enna aut malo, aut neceſſario facinore retenta.*) Florebellus aptius ad ſententiam, & venuſtius ad ornatum legi poſſe putat: Ita Enna malo, at neceſſario facinore retenta. *Ceſſere inde Romani propius pacata loca.*) Vet. lib. Per prius pacata loca. *Saguntum oppidum, quod cauſſa belli eſſet, octavum jam annum ſub hoſtium poteſtate eſſe.*) Si primo hujus belli anno captum Saguntum eſt, hic autem annus ejuſdem belli eſt quinctus, ut Livius auctor eſt, profecto pro octavo quinctum annum eſt reponendum. (46) *Cn. Fulvius Centimalus.*) Vet. lib. & lapid. Capitol. Centumalus. (47) *Quod in Coſſano agro eſt.*) Vet. lib. Compſano. Eſt autem Coſſa Etruſcorum, Compſa Samnitium. *Pater filio Legatus ad Sueſſulam in caſtra venit.*) Valerius eandem hiſtoriam recitat lib. II. cap. I., ubi eſt Sueſſam, pro Sueſſulam. *Et is, ut deſcenderet ex equo, inclamavit.*) Vet. lib. Et ut is deſcenderet. *Claſſius Altinus Arpinas.*) Vet. lib. Claſſius Altinus Arpinus, recte, ab Arpis enim erat, unde Arpini, non ab Arpino, unde Arpinates dicti. *Si ſibi præmio foret.*) Vet. lib. Præmium. *Cum eam tunc rem ad conſilium retuliſſet Fabius, aliis pro transfuga verberandus, necanduſque videri.*) Veteres lib. pro, Aliis, Altinus habent, perſpicue verum. *Ut proditio pro ſeptemvirali judicio eſſet.*) Vet. lib. Proditis pelli ſeptemvirali judicio eſt. Locus depravatus eſt. *Ad Faleriorum, Pyrrhive proditorem.*) Faleriis ludi Magiſter principum liberos Camillo tradidit, Nicias vel Timochares ſe veneno ſublaturum eſſe Pyrrhum Fabricio pollicitus eſt, in utrumque animadverſum eſt. Livius libro quincto, Gellius libro tertio, capite octavo. *Et non vociteat, documentum autem ducat.*) Vet. lib. Et non nocitivum documentum, & hic locus inſanabilis eſt, niſi quis de ſuo addens divinare velit. *Ab altero Prætore Sempronio Tudiano oppidum Cliternum expugnatum.*) Tuditano Ariminum Provincia obtigerat. Itaque pro Cliterno, repono Aternum, quæ vox eſt in Veteribus libris: & Strabo l. 5. Aternum oppidum eſſe ait cum flumine ejuſdem nominis Piceno vicinum. Cliternum collocat Ptolemæus in Sabinis. (48) *Syphax erat Rex Numidarum.*) Hunc eundem Maſæſulorum Regem fuiſſe ſcribit lib. XXVIII. his verbis, Syphacem primum Regem ſtatuit tentare. Maſæſulorum is Rex erat, & lib. XXIX. Maſæſulorumque fines (id Syphacis Regnum erat.) Egregie, erant enim Maſæſuli, & Maſſyli Numidiæ populi, ut eſt apud Dionyſium de ſitu Orbis.

Τοῖς δ' ἐπὶ ἐν νομάδων παρατείνεται ἄσπετα φῦλα.
Ἔνθα Μασαισυλιοί τε, καὶ ἀγρότεροι Μασσυλῆες.
Βοσκονται.

Et Appianus in Lybico. Νομάδων δὲ τῶν ἐν Λιβύῃ δυνάσται μὲν ἦσαν κατὰ μέρη πολλοί, Σύφαξ δὲ ὑπὲρ ἅπαντας, καὶ τιμὴν εἶχε πρὸς τῶν ἄλλων ἐξαίρετον. Quod autem Maſſaniſſam Maſæſulorum item regem vocat mendoſe, pro Maſſylorum vocat; ſiquidem in hoc libro haud ita multo poſt ait: Galam Maſſaniſſæ Patrem in altera parte Numidiæ (Maſſylia ea gens vocatur) regnaſſe. Et Appianus in Lybico ait, Μασσυλίων δ' αὖ γένους ἄλλου τοῖς ἐν [illegible] βασιλέως Μασσανάσσης. De Maſæſulis autem ſic Stephanus: Μασαισυλία χώρα Λιβύης πρόσχωρος τῇ τῶν Μαυρουσίων, τὸ ἐθνικὸν Μασαισύλιος καὶ Μασαισυλεύς, καὶ Μασαισυλοί. De Maſſylis autem ſic, Μάσσυλοι Λιβυκὸν γένος, [illegible] ἐν ἐλάσσονι Μασσυλεῖς αὐτούς φησι. Et Euſthatius in Dionyſium: Μασσυλέας δὲ πολύϊστωρ Μασσυλεῖς γράφει. Hoc autem ita eſſe tum demum credidi, cum veteribus libris Livianis, & Epitomarum diligenter inſpectis Maſæſulos Syphaci, Maſſylios Maſſaniſſæ aperte attribui vidi. Cujus rei nodum implicuit magis, quàm ſolvit Glareanus. (49) *Cum duobus Romanis relata Numida, Legatoſque Hiſpaniam miſit.*) Vet. lib. Relata, Numidaſque Legatos, ut præter Romanos Legatos, quos remiſit, Numidas & ipſum miſiſſe intelligamus. *Ad capiendam fidem ab Imperatoribus Romanis.*) Vet. lib. Ad accipiendam. *Maſſyla ea gens vocitur.*) Vet. lib. Maſſylia. *Maſaniſſa.*) Maſſaniſſam Græci enim Μασσανάσσης. Vet. lib. Maſſaniſſa. *Syphax*

(46) Hæc ex Glareano habet tacito ejus nomine ut ſolet.
(47) Ita Badius.
(48) Antonius Sabellicus ante Sigonium hoc docuit.

(49) Glareanus nequiquam implicat, Tu implicas tuis allegationibus & reticentia. Quin explicas in quibus nationibus: aut Africæ locis habitent Maſſyli, & in quibus Maſæſyli.

phax cum paucis equitibus in Mauriſios ex acie Numidas (extremi prope Oceanum adverſus Gades colunt) refugit.) Legendum putn, Numidis, quaſi cum paucis equitibus Numidis refugerit. Hoc facin, ne Mauriſios in Numidia reponamus. Quo nihil eſſe poteſt ineptius.

In Epitomen Libri Vigeſimiquinti.

HAnnibal Urbem Tarentum præter arcem per Tarentinos juvenes, qui ſe noctu venatum ire ſimulaverant, cepit.) In Vet. lib. eſt: Præter arcem, in quam præſidium Romanorum fugerat, per Tarentinos &c. *In inſidias ductus.*) Vet. lib. Deductus. *Conſlixit acie cum Hannibale, qui cum exercitu eum cædit.*) Vet. lib. Conflixit cum Hannibale, & cum exercitu cæſus eſt. *Ad triginta ſeptem millia cæſa ex mille octingentis, præda ingens capta.*) Emenda ex Vet. lib. & ipſomet Livio: Ad mille octingentos triginta capti, præda ingens parta.

In Librum Vigeſimumquintum.

S*alentinorum.*) Sallentinorum, ut ante dixi. *Eodem tempore in Bruttiis ex XXII. populis, qui anno priore ad Pœnos deſciverant, Conſentini, & Thurini in fidem Populi R. redierunt.*) De Bruttiorum defectione ſæpius agit Livius. Omnes locos nominabo, ut ſi quid in hac re difficultatis inſideat, tollamus. Anno DXXXIV. Varrone & Paullo Conſulibus poſt Cannenſem cladem ita loquitur: Defecere ad Pœnos Bruttii omnes, Lucani, præter hos Surrentini, & Græcorum omnes ferme ora Tarentini, Metapontini, Crotonienſes, Locrique. Lib. XXII. Eodem anno, lib. XXIII. ita. Petillia in Bruttiis à Pœnis capta, poſt Conſentia. Tum Croto Urbs Græca à Bruttiis occupata: Poſtremo Locrenſes deſcivere ad Bruttios, Pœnoſque. Rhegini tantummodo regionis ejus in fide erga Romanos ad ultimum manſerunt. Anno DXXXV. Ti. Sempronio Conſule, & libro XXIV. ſcribit, Rhegium à Pœnis fruſtra tentatum. Locros ab eis captos. Croto à Bruttiis occupata, omnis Locros multitudo tranſlata. Anno DXXVII. Q. Fabio, Ti. Sempronio Conſulibus, lib. XXV. ita: In Bruttiis ex XII. populis, qui anno priore deſciverant, Conſentini, & Thurini in fidem Populi R. redierunt. Hoc loco, priorem annum videtur intelligere, annum DXXXV., & reditum ad Romanos factum eſſe anno DXXXVI., quamquam de eo ſcribat in anno DXXXVII. illo anno omnium Bruttiorum populorum, quos hoc loco XII. fuiſſe ait, defectionem factam eſſe accipere debemus: ita ut ter de hac re locutus ſit primum breviſſime, poſt aliquanto latius, idque non ſuo anno, ſed anno DXXXIV. ad Cannenſis cladis damna ingentia demonſtranda, quæ conſternati tot populi defecerint, poſtremo latiſſime anno ſuo DXXV., quamquam ibi nihil de Petelia, & Conſentia dixit, de quibus obiter ante dixerat. Hæc mihi pluribus verbis exponenda fuerunt, ut quoquomodo poſſem Livium à Glareani obtrectatione mea interpretatione defenderem: Paullo poſt oſtendam videri hoc loco legendum eſſe, Terinai, non Thurini. (50) *Præfectus ſocium.*) Egregie, tales enim fuiſſe Præfectos ſcribit Polybius lib. VI. [illegible] *Multa prælia parva, haud ullum dignum memoratu fecit.*) Vet. lib Haud ulla digna memoria fecit. *Sacrificuli, ac vates ceperant hominum mentes.*) Eandem rem expreſſit ſic libro IV. Animos multiplex religio, & pleraque externa invaſit, novos ritus ſacrificandi vaticinando inferentibus in domos, quibus quæſtui ſunt capti ſuperſtitione animi. *Cum emoveri eam multitudinem.*) Vet. lib. Emovere. *M. Æmilio Prætori Urbis negotium datum eſt.*) Emendandum eſt M. Atilio Prætori Urbano. Nam hoc anno M. Atilius Prætor fuit Urbanus: M. Æmilius Peregrinus. Sic enim ſupra Livius: M. Emilius Prætor, cujus peregrina ſors erat, juriſdictionem Atilio collegæ Prætori Urbano mandarat, ut Luceriam provinciam haberet. Item hoc libro infra: Prætorem Fulvii Flacci, quæ Luceriæ ſub Æmilio Prætore eſſent; in libris porro Vet. eſt pro Urbis, Urbano, quomodo ſcribendum eſſe videtur. *Edixit, ut quicumque libros vaticinios, precationeſve, aut artem conſcriptam ſacrificandi haberet, eos libros omnes &c.*) Hinc lib. XXXIX. Quoties hoc Patrum majorumque ætate negotium eſt Magiſtratibus datum, ut ſacra externa fieri vetarent? ſacrificulos, vateſq; Foro, Circo, Urbe prohiberent? vaticinios libros conquirerent, comburerentque, omnem diſciplinam ſacrificandi, præterquam more Romano, abolerent. *C. Papirius C. F. Maſſo.*) C. Papirius C. F. Maſo, ex Conſulatu ejus Capitolino, in quo primus in Monte Albano de Corſeis triumphavit. *Cn. Servilius Cepio.*) Cœpio, ex Capitol. lapid. nummis argenteis, Græcis monumentis, in quibus eſt [illegible], & per mendum [illegible]. *L. Quinctius Flaminius.*) L. Quinctius Flamininus, ex lapid. Capitol. *Centonem.*) Centhonem, lapid. Capitol. C. Claudius hic Centho Dictator Conſul ante fuerat cum M. Sempronio Tuditano. *Primo Comitiali die.*) Varro libro V. Comitiales dicti, quod tum iret populus ad ſuffragia ferenda, niſi ſi quæ feriæ conceptæ eſſent, propter quas non liceret, ut Compitalia, & Latinæ. *Cn. Fulvius Flaccus, Claudius Nero.*) Vet. lib. C. Claudius Nero: Eodem poſt etiam prænomine in Conſulatu afficitur. *M. Junius Syllanus.*) Silanus, ex Capital. lapid., & Græcis libris [illegible]. *P. Cornelius Sylla.*) Lapid. Capitol. Sulla. Ceterum P. hic Cornelius Rufinus dicebatur, in hoc autem Magiſtratu Sullæ cognomen invenit, ut poſt dicam. *Ædilis Curulis fuit eo anno cum M. Cornelio Cethego P. Cornelius Scipio, cui poſt Africanus fuit cognomen.*) Placuit hoc loco adſcribere, Polybium libro X. auctorem eſſe, P. Scipionem cum L. Scipione fratre ædilem fuiſſe. Quod innuit etiam Vellejus libro II. Nam cenſura Metelorum, patruelium, non germanorum fratrum fuit, quod ſolis contigerat Scipionibus. Commemorat enim fratres collegas in aliquo Magiſtratu. *Ædilicia largitio hæc fuit.*) De largitionibus Ædilium Cic. lib. II. de offic. *M. Fundanius.*) Vet. lib. M. Fundanius Fundulus. Recte: eſt enim Fundulus Fundaniorum cognomen. Quod ex Conſulatu Capitolino C. Fundani Funduli anno DX. intelligi poteſt. *Claudius Nero Sueſſulam.*) Vet. lib. C. Claudius, ut ante.

(50) Glareanus ſecutus eſt Codicum, quos habere potuit, fidem, pulchrè occaſionem præbens aliis inquirendi meliores Codices. Hæc omnia putet ea animo a Glareano facta, quo animo ille ubicunque Glareani ſcripta vellicare conatur. Hoc etiam malè habet hominem, quòd Glareanus Livium non ut deum colit, ſed ut alium hominem ſanæ mentis.

te. *M. Junius Syllanus inter Conſules.*) Aſſentior Vallæ, & Glareano, quatenus voces illas: Inter Conſules, mendoſe eſſe dixerunt, diſſentio ab iiſdem, quatenus pro iis, Etruriam, eſſe reſtituendum putarunt. Neque vero nego, quin M. Junius Prætor Etruriam ſit ſortitus, ſiquidem in anno ſequenti ita ait; Prætoribus prioris anni, M. Junio in Etruria, P. Sempronio in Gallia prorogatum imperium eſt, ſed illud dico, non Etruriam, ſed Tuſcos, eſſe reponendum non ſolum hoc in loco, ſed etiam infra, ubi ait: M. Junio inter Conſules legionis urbanæ prioris anni datæ, ubi In Tuſcos, legendum eſſe dico. Me autem, ut ita ſentiam adducit primum Livius, qui ita loqui ſolitus eſt, ut in anno DLX. Prætores provincias ſortiti L. Aurunculejus urbanam, Cn. Fulvius peregrinam, L. Æmilius Regillus claſſem, P. Junius Tuſcos, & paullo poſt, P. Junius in Tuſcos exercitum ſcribere juſſus: deinde erroris veriſimilitudo. Nam pro, Tuſcos, vel, In Tuſcos, factum eſt à librariis Intus Cos. & Inter Cos. Quæ qui explicare omnibus literis voluerunt, inter Conſules, & Intus Conſ., & creatus Conſ. (hæc enim omnia in Vet. lib. aliis, atq; aliis inveniuntur) ſcripſerunt. *Hiſpaniæ P. Cn. Cornelius.*) Vet. lib. P. & Cn. Cornelius. *Populantem temere agros in Lucanis.*) De eo ita hujus libri initio: Proſperis aliquot populationibus in agro Bruttio juſti ducis ſpeciem nactus. *Quia publicum periculum erat à vi tempeſtatis in iis, quæ portarentur ad exercitus.*) Hac de re ſic lib. XXIV. extremo. Alterum poſtulatum publicanorum fuit, ut quæ in naves impoſuiſſent, ab hoſtium tempeſtatiſque vi publico periculo eſſent. *Ea fraus indicata M. Æmilio Prætori priore anno fuerat.*) Superiore anno (ut oſtendi) M. Atilius in Urbe manſit, quippe qui Prætor eſſet Urbanus, reliqui Prætores in provincias profecti ſunt. Ergo, M. Atilio, ut ante, corrigendum. *Quia Patres ordinem publicanorum in tali tempore offenſum nolebant, populus ſeverior vindex fraudis erat.*) Miratur Glareanus quid ſit, quod cum populum fraudis vindicem vocet Livius, paullo poſt, plebis Concilium habitum eſſe hac de re dicat, neque intelligit, cum de tributis comitiis agitur, ut hoc loco, populum pro plebe accipi, præſertim vero cum ab his comitiis Patres eſſent exempti. (51) Quod Livius tradidit lib. II. Inſignem annum maxime tributa comitia efficiunt; res major victoria ſuſcepti certaminis, quam uſu; plus enim dignitatis comitiis ipſis detractum eſt Patribus ex conſilio ſummovendis, quam virium, aut plebi additum, aut demptum Patribus, & eodem libro: Conſules, nobilitaſque ad impediendam legem in concionem conſiſtunt, ſummoveri Lætorius jubet, præterquam qui ſuffragium ineant. Item Gellius libro XV. capit. XXVII. Is, qui non univerſum populum, ſed partem aliquam adeſſe jubet, non comitia, ſed Concilium edicere debet. Tribuni autem neque advocant patricios, neque ad eos referre de re ulla poſſunt. Ita ne leges quidem proprie, ſed plebis ſcita appellantur, quæ Tribunis pleb. ferentibus accepta ſunt. Sæpe autem populi voce Patres etiam continentur, ut eodem in loco ſignificat Livius. Conſul Appius negare jus eſſe Tribuno in quemquam niſi plebejum, non enim populi, ſed plebis eum Magiſtratum eſſe. *Tribuni plebis &c. ducentum millium æris multam M. Poſtumio dixerunt, cujus certandæ cum dies adveniſſet.*) Magiſtratus multare quemquam non poterat, ſed multam pronunciare, quam deinde populus aut juberet, aut remitteret. Illud erat multam dicere, hoc multam certare. Sic libro III. de Legibus Cicero: Magiſtratos nec obedientem & nocuum civem multa, vinculis, verberibusve coërcento, ni par, majorve poteſtas prohibeſcit, ad quos provocatio eſto. Cum Magiſtratus judicaſſit, irrogaſſitve, per populum multæ, pœnæ certatio eſto, & Philip. XI. Craſſus Conſul Pont. Max. Flacco collegæ flamini Martiali multam dixit, ſi à Sacris diſceſſiſſet, quam multam Populus R. remiſit. Sic Livius paullo poſt: Tribuni pleb. omiſſa multæ certatione rei capitalis diem Poſtumio dixerunt. *Teſtibus datis, Tribuni populum ſummoverunt, ciſtellaque allata eſt, ut ſortirentur, ubi Latini ſuffragium ferrent.*) Vet. lib. habent omnes, Teſtibus datis. Quæ lectio neglecta eſt ſine cauſſa. In ejuſmodi enim re ſic loquitur Cicero in Prætura Urbana: Accuſabo, reſpondebis, Teſtibus editis ita mittam in Conſilium, ut etiamſi lex ampliandi faciat poteſtatem, tamen iſti turpe ſibi exiſtiment, non primo judicare, & lib. XXVI. Livius: Bis eſt accuſatus, pecuniæque anquiſitum, tertio Teſtibus datis, cum jurati permulti dicerent, fugæ initium à Prætore ortum, tanta ira accenſa eſt, ut capite anquirendum concio ſucclamaret. Sic hoc loco, Tribuni, qui diem dixerant, datis Teſtibus ſummoverent populum, ut Tribus ad ſuffragandum introvocent: quod eſt æque, atque Judices in Conſilium mittere. Præterea pro, Ciſtella allata eſt, Vet. lib. habent, Sitellaque lata eſt, ut Sitella, magis probem. Sic Cic. lib. I. de Nat. Deorum: Ut igitur Ti. Gracchum cum videor concionantem in Capitolio videre de M. Octavio deferentem ſitellam. Idem tamen eſt, ciſtula, ut ad Heren. libro I. Ille nihilominus ciſtulam detulit, & paullo poſt, pontes diſturbat, ciſtas dejicit. Has vocat ὑδρίας Plutarchus in Tiberio, καὶ τὸν δῆμον αὖθις καλοῦντος ἐπὶ τὴν ψῆφον, ἡρπάσθησαν ὑπὸ τῶν πλουσίων αἱ ὑδρίαι. Sitellam autem tulerunt Tribuni, ut ea ſorte Tribus educerentur, in quibus Latini cives Romani facti ſuffragium ferrent, quaſi vero in aliis Tribubus cenſerentur, in aliis ſuffragarentur. *Conſilio diem eximeret.*) Nota forma dicendi aliorum interpretatione facta eſt. Cicero de leg. III. Diem tollere dixit, idemque ſæpius, Eximere: Quod eſt, ne quid eo die conficiatur in populo, vel in Senatu de re aliqua, vel dicendo, vel alia ratione impedire. *Vos in ordinem coactos eſſe.*) Idem eſt in ordinem redactus. Quo de genere dicendi ſic Priſcianus lib. XIIX In ordinem redactus eſt, ideſt, inter viles, & abjectos connumeratus eſt. Livius libro XXX. ab Urbe condita: Tribuni plebis in ordinem redacti pro contemptiſſimis habiti ſunt. Hinc etiam extra ordinem redacti, pro egregiis dicuntur. Attici [illegible]. *M. Furium Camillum.*) Hac de re lib. V. *Decemviros ante eum.*) lib. III. *Tribuni pl. vocaverunt plebem, quæ ita ſcivit. Si M. Poſtumius.*) Hanc lectionem nobis olim reſtituit Valla, cum legeretur: Tribuni plebis vocarunt, plebeſque ſcivit, & ita: Tribuni pl. vocarunt. Nos autem germanam lectionem eſſe cenſemus: Tribuni plebis plebem rogarunt, plebeſque ſcivit. Sic enim lib. III. M. Duilius Tribunus plebis plebem rogavit, plebeſque ſcivit, & libro XXVI. Ut M. An-

(51) Hoc ipſum vult Glareanus, populum pro plebe accipi, ſed ſic non tollitur obſcuritas.

Antiſtius Tribunus plebis rogationem ferret, ſciretque plebs, & libro XXVII. Ex auctoritate Patrum ad plebem latum, plebemque ſciviſſe, & libro XXXI. Tribuni ad plebem tulerunt, plebeſque ſcivit, & Cicero Philip. I. Hoc accepimus à majoribus jus rogandi. Conſules populum jure rogaverunt, populuſque jure ſcivit. *Novus Pontifex, & M. Cornelius Cethegus.*) L. Lentulus duobus ſacerdotiis præditus fuit, Pontificatu & Pontificatu maximo. In ejus mortui locum, M. Cornelius Cethegus Pontifex factus eſt, P. vero Craſſus Pont. Max. *Et Licinius Craſſus.*) Vet. lib. Et P. Licinius Craſſus, quo eodem prænomine poſtea in Conſulatu afficitur. *Ante hunc intra centum annos & viginti nemo præter P. Cornelium Caluſſam Pont. Max. creatus fuerat, qui ſella curuli non ſediſſet.*) Nuſquam alibi Caluſſam cognomen reperi, puto autem legendum eſſe, Scapulam, ut P. Cornelius Scapula intelligatur, qui annos ante prope viginti Conſul fuit. *Ut qui minores ſeptem & decem annis ſacramenta dixiſſent, iis perinde ſtipendia procederent, ac ſi ſeptem & viginti annorum, aut majores milites facti eſſent.*) Vet. lib. Ac ſi ſeptem & decem annorum. Hæc eſt enim ætas militaris legibus conſtituta. *Qui cum P. Lentulo militabant.*) Hic anno DXXXVI. Siciliam provinciam in prætura habuit, eandemque biennio poſt prorogato imperio obtinuit. *Conſulem, te M. Marcelle.*) Vet. lib. Conſulem, inquit, te M. Marcelle. *Qui capti à Pyrrho ad Heracleam erant.*) Hæc pugna pugnata eſt P. Valerio Lævino Conſule duce. De qua Plutarchus in Pyrrho, Florus, Oroſius: Qui ſcripſit de Viris illuſtribus. *Imperatore eo, cui.*) C. Terentino Varrone, libro XXII. *At aliam prope omnis exercitus fugit.*) Lib. V. *Ad Furcas Caudinas.*) Lib. IX. *Ut ulla ignominia iis exercitibus inureretur.*) Valla reſtituit: Inureretur, cum in Vet. lib. legeretur: Quæreretur, ut hodie quoque legitur. Mihi vero vetuſta lectio placet, ut quemadmodum Cicero dixit: Quærere alicui honores, ſic Ignominiam quærere dicamus. Quod verbum eo huic loco accommodatius eſt, quod genus ignominiæ, qua notati ſunt Cannenſes illi milites, novum, & nunquam antea uſurpatum eſt. Cicero Philip. IX. Vellem dii immortales feciſſent, ut vivo potius Ser. Sulpicio gratias ageremus, quam mortuo honores quæreremus. *Apud Patres noſtros captivi.*) Bello Pyrrhi. *Ex Cannenſi acie.*) Vet. lib. Pugna. *Dum ne quis eorum munere vacaret.*) ideſt, dum ne quis excuſatus vacationem haberet militiæ. Sic enim lib. XXVI. Quibus Senatus miſſionem, reditumque in patriam negaverat ante finem belli. *Reficiendis ædibus Fortunæ, & Matris Matutæ.*) Vet. lib. Fortunæ, & Martis, ut ſuſpicandum ſit, ne vox, Matutæ, aſſicta ſit ab iis, qui Matris pro Martis legerunt. *Ex iis tredecim fere nobiles Tarentini conjuraverunt.*) Vet. lib. nobiles juvenes Tarentini, egregie, nam paullo poſt ſubjungit: Conſpecta ea præda juvenum eſt. Ex iis autem quod ait, ob ea, intelligendum eſt, ideſt, ob ſupplicium de obſidibus Tarentinis ſumptum. *Nica, & Philomenes.*) Vet. lib. Philomenus. Polybius libro VIII. [illegible] φιλόμενος. *Nocte per ſpeciem venandi urbe egreſſi ad eum proficiſcuntur.*) Ex hoc loco incipit fragmentum hujus Hiſtoriæ apud Polybium libro VIII. unde hæc ad verbum ſumpſit Livius, omnia habiturus, [illegible] πόλεως, [illegible] παρεμβολῇ τῶν Καρχηδονίων [illegible] ἐπὶ [illegible] ἐφ' ὑμᾶς, [illegible] τὴν παρεμβολὴν, &c. *Et ii ſanxerunt, liberos Tarentinos leges, ſuaque omnia habituros.*) Sic Polybius, [illegible] περὶ [illegible], [illegible] τῇ [illegible], [illegible], &c. *Donabit aut præfecto, aut cuſtodibus Romanorum.*) Polybius, [illegible] ἐπὶ [illegible] μὲν [illegible] συλλόγοις. Quo loco C. Livium præfectum appellat, quem poſtea Livius M. Livium Macatum, Cicero in Catone M. Livium Salinatorem. *Ægrum ſimulabat.*) Polybius [illegible], ὡς ἀῤῥωστῶν. *Tridui via aberat.*) Sic Polybius [illegible] στρατοπέδῳ τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν [illegible]. *Decem millibus peditum, atque equitum, quos in expeditione velocitate corporum, ac levitate armorum aptiſſimos eſſe ratus eſt, elegit.*) Polybius, [illegible] περὶ [illegible]. *Quarta vigilia noctis.*) Polybius [illegible]. *Præmiſſiſque octuaginta fere Numidis equitibus, &c.*) Polybius [illegible], [illegible] &c. *Ipſe raptim agmine facto, quindecim ferme millium ſpatio caſtra ab Tarento poſuit.*) Malim, agmine acto, quod eſt, moto: Quod Livius quindecim millia, Polybius [illegible] ſtadious. *Et ne ibi quidem nunciato, quo pergerent, tantum convocatos milites monuit, via omnes irent, &c.*) Malim, quo pergerent, de Hānibale enim loquitur, de quo ſic Polybius, [illegible], [illegible] &c. quo in loco legendum eſt ex Livio, [illegible]. Illud etiam intereſt, quod Livius milites, Polybius duces convocatos ſcribit. *Nequid niſi dicto jussi facerent.*) Polybius, [illegible]. Sic enim legendum, non autem, [illegible], ut legitur vulgo. *Interea adeo nihil obedienter curatum eſt, ut contra pro argumento fuerit illa procurſatio Numidarum, Hannibalem exercitumque caſtris non moviſſe.*) Brevius Polybius, [illegible]. ideſt: Ex his minus ſuſpecta tota actio Livio Præfecto erat. Quod autem ait Livius Nihil obedienter curatum eſt, ab equitibus intellige, quos ad arcendas populationes Numidarum Præfectus emiſerat. *Hannibal concubia nocte movit. Dux Philomenus erat cum ſolito captæ venationis onere.*) Polybius [illegible] τεῖχος περὶ μέσας νύκτας, [illegible]. *Parte alia portam Temenitidam adiret Hannibal: Ea mediterranea regione Orientem ſpectabat, aliquantum intra mœnia includitur.*) Vet. lib. Temenida: Sic etiam Polybius [illegible] πύλας. Quod ait, aliquantum intra mœnia includitur, intelligendum eſt, nihil ejuſmodi de porta à Polybio afferri, ſed de ſepulchris quibuſdam, ad quæ Nico, & ſocii ejus venerunt, unde ignem excitarunt, ut & Polybius, & Livius ajunt. Editus ex compoſito ignis ab Hannibale refulſit. Idem, redditum ab Nicone ſignum. Hæc autem ſepulchra intra mœnia, atque intra portas fuiſſe ſcribit Polybius, [illegible] ἐπὶ [illegible] τὸ γὰρ πρὸς ἕω μέρος τῆς τῶν Ταραντίνων πόλεως [illegible] πλήρες, [illegible], & poſt [illegible] [illegible]

[illegible]

πυλίδα. In Vet. lib. eſt. Aliquantum intra mœnia includuntur, ut omnino locus hic totus videatur ita eſſe ſupplendus. Convenerat autem ut Philomenos portula aſſueta venationem inferens armatos induceret, parte alia portam Temenida adiret Hannibal. Ea mediterranea regione Orientem ſpectabat. Nico cum ſociis ad monumenta eſſet: Ea aliquantum intra mœnia includuntur: Nam niſi ita ſuppleas, vacuum erit, quod ſequitur: Cum portæ appropinquaret, editus ex compoſito ignis ab Hannibale reſulſit; idem redditum ab Nicone ſignum: Neque enim quid cum Nicone Hannibali conveniſſe præceſſit. *Editus ex compoſito ignis ab Hannibale eſt, refulſitque.*) Vet. lib. Ab Hannibale reſulſit. *Hannibal cum peditum agmine ingreditur, equites ſubſiſtere jubet, ut quo res poſtulet, occurrere libero campo poſſent.*) Polybius apertius, ait enim Hannibalem in forum veniſſe, equites intra mœnia ſubſiſtere juſſiſſe, quare paullo poſt Livius. Cum ſilentium in forum ducti. Hannibale ſe junxerunt. *Portula parte alia.*) Vertit ex Polybio πυλίδα, & πυλίδιον portulam. *Vix ſuſtinere grandis beſtiæ onus.*) Polybios ἄγοντες ὗν ἐσφαγμένον, οἷον ἂν ἐξ ἄγρας. *Secutus ipſe cum expedito venatore.*) Polybius ἐς σὺν αὐτῷ νεανίσκους ἔχων ἀναπλέον ἑτέρους. *Ingreſſi deinde triginta fere armati.* Polyb. Afros triginta fuiſſe ait. *Tum duo millia Gallorum Pœnus in tres diviſa partes per Urbem dimittit, Tarentinos, & Afros quam maxime frequentia occupare jubet.*) Sæpe fit, ut qui locum ſe emendare exiſtimet is non ſolum non emendet, ſed magis etiam depravet, ac cujuſdam ſenſus ſpecie ceteris facultatem cognoſcendæ labis omnem eripiat, ut hoc loco Valla, qui cum legatur in veteribus libris: Tarentinos & infra, putavit emendatum eſſe locum, ſi pro, infra, Afros, repoſuiſſet. Ceterum Polybius docet non ita legendum, multo vero minus ita interpretandum hunc locum eſſe, neque enim aut Tarentini, aut Afri ab Hannibale ad occupanda frequentia miſſi ſunt, ſed Galli ducibus juvenibus Tarentinis, quod etiam addit Livius, quamquam quid eſt, Frequentia? quis ſic Latine locutus eſt umquam? occupare frequentia: Polybius Gallis mandatum eſſe ab Hannibale ait, ut aptiſſimas quaſque in Forum ferentes vias occuparet. Hinc ego voces Tarentinos, &, fœdiſſime depravatas eſſe exiſtimo, pro, & ferentes vias vocem autem, infra, in fora, legendam eſſe, ut ita ſit. Tum duo millia Gallorum Pœnus in tres diviſa partes per Urbem dimittit, & ferentes vias in fora quammaxime frequentia occupare jubet: Atque ſenſum hunc eſſe exploratum habet Polybius: διαμερίσας δὲ τῶν Κελτῶν εἰς δισχιλίους, καὶ διελὼν εἰς τρία μέρη, συνέστησε τῶν νεανίσκων δύο πρὸς ἕκαστον μέρος τῶν τὴν χωριζόντων πρᾶξιν, προσέταξε διαλαβεῖν τῶν εἰς τὴν ἀγορὰν φερουσῶν ὁδῶν τὰς εὐκαιροτάτας, & paullo poſt: παραγενόμενοι δὲ τὰς πλατείας. ἀπῄεσαν, ideſt cum Tarentini in fora concurrerent. Livius paullo poſt: Viam ferentem in agros, & lib. XXVI. Via quæ Sueſſulam fert. *Præfectus primo excitatus tumultu.*) Polybius, C. Livium Præfectum ad portam, atque inde in arcem perveniſſe, item ſcribit. Livius nomen Præfecti omittit, ne notam familiæ ſuæ nomini aliquam inureret, ſiquidem C. Livii Præfecti culpa, quem ebrium etiam tum fuiſſe ait Polybius, Tarentum amiſſum eſſe conſtat. *Terrorem & tuba audita ex theatro faciebat, nam & Romana erat à proditoribus ad hoc ipſum præparata, & inſcienter à Græco inflata, quis, aut quibus ſignum daret incertum efficiebat.* Vet. lib. Scienter, idque recte, ſic enim Polyb. οἱ περὶ τὸν Φιλήμενον ἑτοιμασάμενοι σάλπιγγας Ῥωμαϊκὰς, καί τινα αὐτοῖς χρῆσθαι δυνάμενον διὰ

τὴν συνήθειαν ταύτης περὶ τὸ θέατρον ἐσήμαινον. *Poſtquam lux certior erat &c. tum Hannibal Tarentinos ſine armis convocare jubet.* Polyb. ὅτε δὲ φῶς ἐγίνετο, ὁ μὲν Ἀννίβας ἐκήρυττε τοὺς Ταραντίνους ἄνευ τῶν ὅπλων ἀθροίζεσθαι πάντας εἰς τὴν ἀγοράν. *Perſecuti fuerant.*) Vet. lib. Proſecuti eſt enim officii verbum, quod huic loco convenit, Polyb. χώρειν εἰς τὴν ἀγοράν. *Recipere ſe in domos ſuas quemque juſſit, & foribus nomen ſuum inſcribere.*) Polybius συντάξας ἕκαστον εἰς τὴν ἰδίαν οἰκίαν ἐπανελθόντας μετὰ σπουδῆς ἐπὶ τὴν θύραν ἐπιγράψαι, Ταραντίνου. Inde τῷ δὲ ἐπὶ τὴν Ῥωμαϊκὴν καταλύσει ἐπιγράψαντι θάνατον ὥρισε τὴν ζημίαν. Livius: Si quis in hoſpitio Civis Romani nomen inſcripſiſſet, eum ſe pro hoſte habiturum. Idem affert rationem, quæ non eſt apud Polybium; Vacuas autem cernebat domos. *Quam cum & mari, quo in peninſulæ modum pars major circumluitur, & prealtis rupibus, & ab ipſa Urbe muro, & foſſa ingenti ſeptam videret.*) Et præaltis rupibus. Et vacat, ex Vet. lib. & ſenſu ipſo. Intelligit enim arcem à mari præaltis rupibus ſeptam fuiſſe ab urbe muro, & foſſa. Itaque quod Glareanus hunc locum ſequenti repugnare ait: Et eſt non altitudine, ut cetera, tura, ſed loco plano poſita, non procedit, hic enim de altitudine, quæ mare ſpectat, poſt de ea, quæ terram, loquitur, ſiquidem in plano poſitam eſſe ait. *Vallo urbem ab arce interſæpire ſtatuit.*) Polyb. ἔκρινε διατειχίσαι τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς ἄκρας. *Etſi ferocius procurriſſent.*) Priſcianus Livium ait hoc loco ſcripſiſſe Procucurriſſent, ut Cato dixit, Concucurriſſe, Polybius δρόμῳ τῶν Ῥωμαίων, καὶ πολλάκις ἐπιχειρούντων τοῖς ὑπεναντίοις. *Loci anguſtiæ eos, impedimentaque alia operis jam cœpto alia apparatu operis morabantur.*) Placet vetus lectio Impeditaque alia, ut ſit alia loca impedita opere jam cœpto, alia impedita apparatu operis. *Ut ſimul interfaciendo muro adjuvaret.*) Vet. lib. In faciendo. *Ad Galeſum flumen (quinque millia ab Urbe abeſt) poſuit caſtra.*) Polyb. κατεστρατοπέδευσε περὶ τετταράκοντα σταδίους ἀπέχων τῆς πόλεως παρὰ τὸν ποταμὸν τὸν παρὰ μὲν τοῖς πολλοῖς Γαλαισὸν, παρὰ δὲ τοῖς πλείστοις προσαγορευόμενον Εὐρώταν. *Miſſus à Metaponto præſidium Romanis fecit animum.*) Polyb. παρεισπεσούσης ἐκ Μεταποντίου βοηθείας εἰς τὴν ἄκραν κατὰ θάλατταν. βραχύ τι ταῖς ψυχαῖς ἀναθαρρήσαντες οἱ Ῥωμαῖοι νυκτὸς ἐπέθεντο τοῖς ἔργοις. *Hannibal, convocatis Principibus Tarentinis, omnes præſentes difficultates expoſuit.*) Polyb. ἀθροίσας τοὺς Ταραντίνους ἀπεδείκνυε, διότι κυριεύοντας ἐπὶ πρὸς τοῖς ἐνεστῶσι τῆς θαλάττης ἀντιλαμβάνεσθαι. Et paullo poſt: ὑπέδειξε τοῖς Ταραντίνοις ὡς ἐκ τῆς θαλάττης ἐκπλεῖν οἱ τὴν ἄκραν τηροῦντες, οὐδὲ ποδὸς ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀλλοτρίως, ἀπολαύοντες, καὶ παραδώσουσι τὸν σῖτον. *Quo ſi naves ſint.*) Vet. lib. Quod ſi naves ſint. *Aſſentiebantur Tarentini &c.*) Polyb ὡς ἐπαινοῦντες οἱ Ταραντῖνοι τοῖς μὲν λεγομένοις συγκατετίθεντο, &c. *Punicas enim naves ex Sicilia accitas id poſſe facere.*) Polybius addit, fieri hoc per ea tempore non potuiſſe. *Evadent, inquit, Hannibal.*) Ficta à Livio verba, quæ non ſunt apud Polybium. *Via, quæ in portum per mediam urbem ad mare tranſeuntiſa eſt, tranſvehebam naves.*) Polyb. ὁ δὲ συνιδὼν τὴν πλατεῖαν, τὴν ὑπάρχουσαν μὲν ἐντὸς τοῦ διατειχίσματος, φέρουσαν δὲ ἐκ τοῦ διατειχίσματος ἐκ τοῦ λιμένος εἰς τὴν ἔξω θάλατταν, ταύτῃ διενοεῖτο τὰς ναῦς ἐκ τοῦ λιμένος εἰς τὴν ἔξω ὑπερβιβάζειν πλοῖα. Ex his apparet legendum eſſe apud Livium, ex portu, non, in portum. Vet. quidem libri, in portu, habent. Tranſtulit enim plauſtris naves è portu per urbem ad mare, quod ad meridiem ſpectat. *Contracta extemplo undique plauſtra.*) Latius rationem exponit Livius, qua tranſvectæ naves ſint, quam Polybius, qui breviſſime eam

eſt complexus. *Hunc ſtatum rerum Hannibal Tarenti reliquit, regreſſus ipſe in hiberna.*) Polyb. ἀνέζευξε δὲ φυλακὴν ἀπολιπὼν τῆς πόλεως αὐτάρκη μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ παραγενόμενος τριταῖος ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς χάρακα. καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ χειμῶνος ἐν αὐτοῖς διέτριβε ἥσυχος κατὰ χώραν. *In M. Æmilii Prætoris urbis.*) Jam bis admonui, priore anno A. Atilium Prætorem urbanum fuiſſe, non M. Æmilium, qui ad Luceriam cum exercitu fuit. Quare & hic, M. Atilii Prætoris urbani, legendum. *Et hujus Marcii duobus carminibus alterius poſtea aucta declarata auctoritas eventu, alteri quoque, cujus nondum tempus venerat, afferebat fidem.*) Valla ſic legit: Alterius poſt rem actam edixi cumrato auctoritas eventu; at ex fide antiqui exemplaris ita legendum: alterius poſt ea acta editi certo auctoritas eventu, quamquam malim, Poſt acta: Duo enim Marcii vatis carmina erant, inquit, quorum priore Cannenſis clades jam accepta prædicta erat, poſteriore Pœnorum fugatio ex ludis Apollini deo vovendis. Factum eſt autem, ut auctoritas prioris verſus, qui poſt acta editus fuerat, ex certo rei eventu comparata fidem quoque alteri, qui ante rem editus erat, attulerit. *Iis fiat eſca caro tua.*) Vet. lib. Fluat. ego, Fuat. Feſtus: Fuam ſim, vel ſiam, Virg. Tros, Rutulusve fuat, verbum antiquum eſt, hæc autem carmina redolent antiquitatem. *Diomedis Argivi campos.*) Strabo lib. VI. λέγονται δ' ἀμφότεραι Διομήδους κτίσματα. καὶ τὸ πεδίον καὶ ἄλλα πολλὰ δείκνυται τῆς Διομήδους ἐν τοῖσδε τοῖς τόποις δυναστείας σημεῖα. *Hoſtes Romani ſi expellere vultis.*) Hic totus locus tractatur iiſdem verbis à Macrobio lib. I. Satur. quo in loco legitur: Hoſtem Romani ſi ex agro pellere vultis. *Qui quotannis comiter Apollini fiant.*) Vet. lib. & Macrob. Communiter, quod eſt ſumptibus populi, & privatorum, ut ſe exponens ſubdit. *Privati uti conferant pro ſe ſuiſque.*) Malim, Pro ſe quiſque. *Iis ludis faciendis.*) Vet. lib. & Macrob. His ludis. *Nam is divus extinguet.*) Vet. lib. & Macrob. Is divus. *Perduelles veſtros, qui veſtros campos paſcit placide.*) Veteres lib. & Macrob. Paſcunt. *Ad id carmen explanandum unum diem ſumpſerunt.*) Facit Macrobius, ut putem, mendum eſſe in voce, Explanandum, inquit enim: Ex hoc carmine cum procurandi gratia dies unus rebus divinis eſſet impenſus, puto etiam apud Livium legendum eſſe, Expiandum: Eſt enim idem, Expiare, quod Procurare. Eadem macula multos etiam Ciceronis locos fœdavit, à nemine, quod ſciam, adhuc notatos. Nam in oratione de reſponſis: Religionis explanatio vel ab uno Pontifice perito recte fieri poteſt, ubi legendum eſt, Expiatio. Nam in eadem ait: Expiabo religionem ædium mearum, & in Philippica prima: Ut inexplicabiles religiones in Rempublicam inducerentur. Item in eadem de reſponſis, cum ait: Portentorum explanationes Etruſcorum diſciplina contineri voluerunt; Expiationes reſtituendum. Etenim Valerius, qui iiſdem fere verbis eundem locum lib. I. cap. I. tractat, ait: Portentorum depulſas Etruſca diſciplina explicari voluerunt. Ac vereor etiam, ut cum Cic. ait de Divin. lib. II. Si ea dii nobis objiciunt, quorum neque ſcientiam, neque explanationem habeamus; legendum ſit, Expiationem. *Sacra Græco ritu facerent, iiſque hoſtiis.*) Ex Macrob. legendum, Hiſne hoſtiis. *Ludos Prætor in Circo Maximo cum facturus eſſet, edixit.*) Prætor erat Urbanus P. Cornelius Sulla, idemque ludos Apollinares, hos ludos, qui deinde ſollemnes Prætorum Urbanorum fuerunt, primus fecit. Eundem Decemvirum vocat Macrob. ſic: Bello Punico ſecundo ludi Apollinares ex libris Sibyllinis primum ſunt inſtituti, ſuadente Cornelio Rufo Decemviro, qui propterea Sibylla cognominatus eſt, & poſtea corrupto nomine primus Sylla cœpit vocitari. Hinc etiam Vellejus lib. II. L. Cornelium Sullam (ſic enim eſt in lapid. Capit. non Syllam) Dictatorem, ſextum eſſe à P. Cornelio Rufino, qui Pyrrhi bello floruit, ait: Quod ita eſſe cum diuturna Romanarum familiarum obſervatione compererim, placuit etiam hoc loco ſubtexere.

P. Cornelius Rufinus Dictator 421.

I P. Cornelius Rufinus Coſ. 462. 475. Dict. 476. bello Pyrrhi floruit.

II P. Cornelius Rufinus, de quo nihil comperi.

III P. Cornelius Rufus, Præt. 538. Sibylla, poſt Solla dictus: Macrob.

IV P. Cornelius Sulla Præt. 564. — Ser. Cornelius Sulla Legatus. in Maced. 583.

V L. Cornelius Sulla, de quo nihil.

VI L. Cornelios, L. F. P. N. Sulla, Coſ. 662. 671. Dict. 668. Sextus à Cornelio Rufino. Vell. lapid. Capit. — Ser. Cornelius Sulla.

L. Cornelius Sulla Fauſtus, Pæd. — Fauſta Cornelia. — P. Cornel. Sulla, Coſ. abdic. 585. pro quo Cicero. — Ser. Cornelius Sulla.

Hi Servii Sullæ Dictatoris fratris filii dicuntur à Salluſtio in conjuratione Piſonis.

Id pro cetera ſecordia, negligentiaque à Campanis actum. Nam paullo plus CD. vehicula miſſa, & pauca præterea jumenta.) Vet. lib. Quadraginta, habent, non Quadringenta, quod ad ſecordiam Campanorum demonſtrandam magis valet, de qua caſtigati ab Hannone ſunt, atque ita profecto legendum. *Alia prædicta dies.*) Vet. lib. Prodita. Feſtus: Referri diem proditam. *Collegam quoque, & exercitum eius ſe acciturum, totumque eo verſuras bellum.*) Vet. lib. Verſurum. *Manipulares ſui primum tranſcendentem foſſam, dein legio tota ſecuta eſt.*) Vet. lib. Primum tranſcenderunt foſſam. *Capta itaque momento temporis, velut in plano ſita, nec permunita caſtra.*) Paulo ante negavit Pœnorum caſtra in plano eſſe, cum dixit: Tantum pavoris injecerunt, ut, ſi in plano caſtra poſita eſſent, haud dubie primo impetu capi potuerint, altitudo loci, & monumenta defenderunt. Nunc ait: Ea caſtra momento capta, æque atque ſi in plano ſita, nec permunita fuiſſent. Itaque non ſibi repugnat. *Itaque Metapontini extemplo metu, quo tenebantur, liberati, ab Hannibale defecere. Hoc idem eadem ora matris, & Thurini fecerunt.*) Anno DXXIV. poſt Cannenſem cladem acceptam, ad Pœnos Græcorum omnem ferme oram, Tarentinos, Metapontinos, Crotonienſes, Locroſque defeciſſe ſcripſit lib. XXII. Quod ſi ita intelligendum eſſe, ut non ſtatim eos defeciſſe accipiamus, ſed ſequentibus deinceps annis, ut cuique populo facultas oblata eſt. Nam Locrenſes, Crotonienſeſque defecerunt anno DXXXV. Nunc demum vero anno DXXXVII. Tarentini, & Metapontini, Thurini, & Conſentini priore anno à Pœnis ad Romanos redierant, ut initio hujus libri dixit, ergo Thurini iterum hoc anno deficiunt ad Pœnos. Itaque quoniam mirabile videri poteſt, eoſdem quotannis deficere, neque ſuſpectam eorum, à quibus ſemel defecerint, fidem haberi; in altero horum locorum mendum eſſe ſuſpicor, duoſque populos eſſe Terinæos, & Thurinos, ſupra autem, Terinæi, & Conſentini, hoc loco, Metapontini, & Thurini legendum: Nam & Strabo, & Plinius Conſentiæ Terinam, Ptolemæus Thurio Metapontum adnectunt. De Terina quidem Brutiorum Urbe ab Hannibale hoc bello everſa, quod ſe eam tueri poſſe deſperaret, Strabo libro ſexto. *M. Atinius Thurinis cum modico præſidio præerat.*) Vet. lib. Thuriis: Recte, Thurii enim etiam dicuntur. *Atinius tamen cum paucis receptus.*) Vet. lib. Cum paucis ſe receptis, malim tamen, Receptus; à Thurinis enim primum receptum, poſt ad naves deductum Atinium ait. *Quod urbs tam propinqua tertium annum impunita defectio eſſet.*) Capua defecit anno DXXXIV. Ex quo apparet, cum tertium annum, dixit, integros annos medios intelligere, extremos imperfectos non numerare. Alioquin, Quinctum, erat ſcribendum. *Ad exta, ſacrificio perpetrato, angues duo.*) De eodem prodigio Valerius cap. de prodigiis. *Intentius acta reſerata ſervarentur.*) Vet. lib. Reſervata ſervarentur. *Fideque ab eo accepta, ſi Romanum is Imperatorem tradidiſſet, liberos eum ſuis legib. venturos in amicitiam Lucanos, deducit Pœnum in locum pacis Gracchum adducturus.*) Puto legendum eſſe: Si manum ſibi Imperatorem, in Vet. enim lib. ſæpe eſt ſi pro ſibi, quod imperiti ejus ſcripturæ fecerunt, is. Ceterum verba illa: Deducit Pœnum in locum pacis, depravata ſunt valde. Vet. lib. Dedit Pœnus. Hinc hanc ego lectionem elicio. Fideque ab eo accepta, ſi Romanum ſibi Imperatorem tradidiſſet, liberos eum ſuis legibus venturos in amicitiam Lucanos; dein edit, quem ſit in locum eum paucis Gracchum adducturus. Valerius libro I. Gracchus hoſpitis inſidiis in eum locum deductus, in quo Pœnorum dux Mago eum armata manu delituerat. Hunc tamen locum, quouſque melior lectio inveniatur, ſignandum eſſe aſteriſco puto. *Ad Cn. Cornelium Quæſtorem.*) Ipſius Gracchi Imperatoris. *Tum Badius progreſſus ante ſtationes.*) Hanc totam rem aliis tamen verbis expreſſit Valerius cap. de humanitate. *Itaque equeſtre prœlium erat.*) Vet. lib. Ita equeſtre prœlium erat. *Pugnatum tamen ut in nulla pars re duas amplius horas, concitata etiam donec dux ſteteſſet Romana acie.*) Hujus lectionis auctor fuit Laurentius Valla, cum antea legeretur: Pugnatum tamen ut in nulla parte duabus amplius horis concitata donec dux ſteriſſet Romanam aciem. Ex quibus verbis melior, & ſententiæ aptior lectio mihi videtur elici poſſe, quam quæ à Valla collecta eſt, hoc modo, pugnatum tamen duabus amplius horis vi in nullam partem concitata, donec dux ſtetit, Romana acie. Sic loquitur etiam lib. XXVII. pugnatum amplius duabus horis eſt, cedere inde cœpere, & lib. XLII. pugnatum eſt amplius tres horas, ita ut neutro inclinaret ſpes: Senſus eſt. Quamquam pugnæ haud dubius eventus erat, quod & Imperator, & exercitus apud Romanos deterior multo erat, pugnatum eſt tamen per duas amplius horas ita egregie, ut nullam partem Romana acies inclinari poſſet, donec dux eorum ſtetit, poſtquam autem cecidit, fuſa eſt extemplo Romana acies. *Caſilinum frumentum convectum, ad Vulturni oſtium, ubi nunc Urbs eſt, caſtellum communitum (ante Fabius Maximus munierat) præſidium impoſitum.*) Quod dicat: Ubi nunc Urbs eſt, non eſt, quod deſiderari quidquam putet Glareanus. Vulturnum enim oppidum intelligit, quod ad ipſius Vulturni fluminis oſtium fuit, ut Strabo lib. V. tradit; duo autem maritima caſtella hoc loco nominat. Vulturnum, quod in ore fluminis, & Caſilinum, quod ad flumen ipſum Vulturnum fuit. Quod autem inquit, Vulturnum ante à Fabio Maximo communitum fuiſſe, κατ' ἀντίφρασιν intelligendum eſt, non enim ſupra Vulturnum, ſed Puteolos communitos eſſe à Fabio ſcripſit libro quarto. Tria autem fuiſſe caſtella hoc bello communita, Vulturnum, Caſilinum, Puteolos, ipſe paullo poſt tradit; ita Ap. Claudius Conſul D. Junio ad oſtium Vulturni, M. Aurelio Cotta Puteolis Præpoſito, ipſe Capuam regreſſus Q. Fulvium collegam invenit Caſilino omnia comportantem, molientemque ad oppugnandam Capuam. *Quodque Mucius Prætor in Etruria coemerat.*) Vet. lib. Alii Minucius, alii Mutinius habent. Ego, M. Junius: (52) Eſt enim M. Junius Silanus is, cui Tuſci (ut ſupra diximus) evenerunt, neque enim Minucius ullus per hæc tempora Prætor fuit, & Q. Mucius triennio ante in Sardinia, non in Etruria fuit, & nunc in eadem provincia prorogato imperio erat. Error natus eſt ex M. Junius, Miunius, Minucius, Mucius. *Circa Herdoneam Romanæ legiones, & Prætor Fulvius erant.*) Supra, Ardoneas, dixit, ut puto, per mendum, dum de Q. Fabio Prætore Apuliæ loqueretur, in qua nunc eſt Cn. Fulvius. *Hannibal quidem haudquaquam ſimili exercitu, neque ita inſtructo aderat.*)

Li-

(52) Hic vide annotationes Glareani, & an Sigonius, vel ipſe hunc locum emendarit, cognoſces.

Liber Vallæ habuit ita. Haud quaqoam ſimili ſua, neque ſimili exercitu. Ex quo ille correxit: Haudquaquam ſimili via. Ego verò reperi io Vet. lib Haudquaquam ſimili ſeotentia, neque ſimili exercitu: Idque probo. *C. Lectorium.*) C. Lætorium, lapid. Capitol. nummi argeotei. *P. Cornelio.*) Sullæ Præt. urbano. *De exercitu Volonum.*) Feſtus: Volones dicti ſunt milites, qui poſt Cannenſem cladem uſque ad octo millia cum eſſent ſervi, voluntarie ſe ad militiam obtulere. *Ne per metum, & deſperationem hoſti ſe dederent.*) Vet. lib. Ne qui per metum. *Ab Sueſſula ex Claudianis caſtris.*) Claudiana caſtra ſupra Sueſſulam à M. Claudio Marcello commutata intelligit, de quibus ſupra. *Liberos eos, ac ſuis legibus victuros.*) Supra, liberos cum ſuis legibus. Græci uno verbo αὐτονόμους, vocaot. *Deinde in piſcatoria quadam navi.*) In abeſt à Vet. lib. *Circumvectique ita ad caſtra Romana.*) Ita, abeſt à Vet. lib. *Damaſippus quidam Lacedæmonius.*) Vet. lib. Damippus. Plutarchus etiam in Marcello, Δάμιππον [illegible] vocat. *Medius maxime, atque utriuſque opportunus locus ad portum Trogilorum &c. viſus.*) Malim, medius maxime utriſq; opportunus locus viſus. Vacat enim vox: Atque. *Ad portum Trogilorum.*) De hoc loco ſic Thucydides lib. VI [illegible]. *Turrim, quam vocat Galeagram.*) Plutarchus in Marcello, πυργίσκον vocat, omiſſo Turris nomine. *Qui ob id ipſum intentius cuſtodiebatur.*) Plutarchus vertit, negligentius, cum ait: [illegible]. *Feſtum Dianæ.*) Eandem rem Plutarchus. *Prope Hexapylon eſt portula, ea magna vi refringi cœpta.*) Plutarchus: [illegible]. *Epipolas frequentem cuſtodiis locum.*) Stephanus: Ἐπιπολαὶ χωρίον [illegible]. Thucydides autem lib. VI. [illegible] Ἐπιπολαί. *Partium ſenſu non ſatis pertinente in omnis.*) Sic Vet. lib. At Valla mavult, pertingente; Glareanus, pertendente, quaſi vero Cicero oon ita dixerit de natura Deorum: Venæ io omnes corporis partes pertinentes. *In Inſula, quam ipſi Naſon vocant.*) Partem Syracuſarum eo nomine intelligit. *Illacrymaſſe dicitur.*) Plutarchus idem tradit. *Athenienſium claſſes demerſæ.*) Hanc hiſtoriam breviter tangit Juſtinus lib. IV. Plutarchus in Alcibiade. Thucydides. *Tot bella cum Carthaginienſibus.*) His de rebus lib. XIX. & lib. XX. Diodorus agit. *Ad Euryalum ſigna referri juſſit.*) Stephanus. Εὐρύηλος ὁ [illegible] τῶν Ἐπιπολῶν. [illegible]. *Inter Neapolim, & Thicam* (*nomina partium Urbis, & inſtar Urbium ſunt.*) Sic Plutarch [illegible]. Cicero etiam in Verr. VI Unam Syracuſarum partem, Inſulam, alteram Achradinam, tertiam, quod ibi fanum fortunæ eſſet, Tychen, quartam, quod poſtremo ædificata ſit, Neapolim nominatam eſſe tradit, ergo, Tychen, hoc etiam loco ſcribeodum. *Precantes, ut à cædibus & ab incendiis parceretur.*) Vet. lib. Ut cædibus & incendiis parceretur. *Ne quis liberum corpus violaret.*) Plutarchus: [illegible]. *Portis regione platearum patentibus.*) Portæ, inquit, caſtrorum pateotes partem, & regionem eam, quæ in Plateas ferebat, ſpectabant. Sic paullo poſt: Exponitque milites regione portæ, quæ prope fontem Arethuſam eſt. Forte dictum pro E regione, ut Cæſar: Cum uterque utrique eſſet exercitui in conſpectu, fereque è regione caſtris caſtra poneret. *Ut non modo non lacrymis.*) Vet. lib. Ut non modo lacrymis. Hoc modo ſæpius Ciceronem eſſe locutum, alii collectis multis exemplis docuerunt. *Et ut ferro potius morerentur, quidam invadebant ſoli hoſtium ſtationes.*) Vet. lib. ferro qoidam invadebant, ut vox: Ferro, iteretur. *Multo tamen major vis peſtis Pœnorum caſtra, quam Romana, diu circumſidendo Syracuſas, cæde, aquiſque affecerat magis.*) Vet. lib. Cæde, aquiſque afferatur magis etiam hoſtium exercitu. Corruptiſſimus locus ſine aut meliorum exemplariom, aut Polybii, apud quem hæc hiſtoria intercidit, ope ſanari non poteſt. Itaque ſignandos eſt aſteriſco. (53) *Haud ita magna oppida, ceterum, & ſitu, & munimentis tuta, tria millia alterum ab Syracuſis, alterum quindecim ab oſtio.*) Suſpectas habeo voces ab oſtio, neque enim oſtii ſupra ulla mentio; vereor ne corrupta vox ſit, pro diſtantia, quod oppida illa, alterum tria, alterum quindecim millia ab Syracuſis abfuerint. (54) *Miſſique nuncii Heracleam.*) Siciliæ Heracleam intelligit. *Prope iterum Romanis traditam.*) Ideſt, ut primo bello Punico primum traderent. *Multitudine ad concionem convocata.*) Vet. lib vocata. *Nobiliſſimæ, pulcherrimæque Urbis Græcarum.*) Verba ſunt Ciceronis de Syracuſis, io VI Verrina. Archias aotem eam coloniam (ut Strabo ait lib. VIII.) deduxit ex Corintho profectus. *Famæ ne credi malis.*) Ideſt: Rogamus te, oe malis poſteros fama accipere, quam adſpectu, quanta Urbs Syracuſæ fuerint, nec glorioſiorem tibi putes Syracuſarum everſionem, quam incolumitatem. *Incolumeſque Syracuſas.*) Aut oihil, aut aliquid ejuſmodi deſideratur: Sed ſalvas, incolumeſque Syracuſas, Glareanus aliique undique vitioſam eſſe ſuſpicati ſunt, credo ob dicendi genus, ſubauditur eoim, Oramus, ut alibi ſic etiam Livius, ut lib. XXIX. Quibus per vos, fidemque veſtram P. C. priuſquam eorum ſcelus expietis, neque io Italia, neque in Africa quidquam geſſeritis. De Siculis autem Marcellorum clientibus Pedianus in Divinationem. *Navim onerariam cum armatis remulco quadriremis trahi ad Achradinam juſſit.*) Onerarias oaves non conſueviſſe remis agi iodicat hic idem auctor lib. XXVII. Onerarias quoqoe oon eas ſolum, quæ remis agerentur. Remis autem agi, non ſcapharum, (ut Glareanus cenſet) ſed aliarum navium ſolitas fuiſſe, intelligi poteſt ex primo Polibii: [illegible]. Et lib. XX. Diodori: [illegible]. Ergo recte Livius: Remulco quadriremis trahi onerariam dixit, ideſt impetu quadriremis, quæ remis agebatur. Sic etiam lib. XXXVII. Contemplatus Eudamus hoſtes claudas, mutilataſque naves, apertis navibus remulco trahentes. (55) *Qui inter præſidia Romana fuerant.*) Vet. lib. Intra. (56) *Si quidem tertium annum circumſedere Syracuſas, non ut populus reſervatam civitatem haberet, ſed ut transfugarum duces, captam, & oppreſſam tenerent.*) Emenda ad fidem Vet. lib.

(53) Idem Glareanus habet.
(54) Et hic etiam hæſit Glareanus.
(55) Glareanus ait Grammaticos ita exponere, ut fane facit Badius, ipſe nihil definit, ſed Sigonius ubique quærit carpendi occaſionem, ubi non erit locus.
(56) Ita Badius.

lib. Nou ne Populus R. ſervam civitatem haberet. Erroris cauſſa nota eſt. *Cum multa iræ, multa invidiæ, avaritiæque fœda exempla ederentur.*) Vox, invidiæ, vacat, neque eam veteres habent libri, neque ſenſus poſtulat ſic ergo lege, cum multa iræ, multa avaritiæ fœda exempla. *Archimedem memoria proditum eſt.*) Multas hujus caſus recitat ſententias Plutarchus, quarum una contentus fuit Livius. *Et quocumque occurriſſent loco.*) Occurriſſet, (57) ea Vet. lib. de Indibili enim loquitur. *Cum obviis hoſtibus manus conſeruit.*) Vet. lib. Manum. *Duces Pœni.*) Haſdrubal Giſgonis, & Mago, contra quos P. Scipio iverat. *Niſi defuncto ſuo fratre bello.*) Vet. lib. Niſi defuncto fratre ſuo bello. Vox certe, ſuo, cum bello jungenda eſt, non cum fratre. *Nunc ab tergo, nunc in latera concurſantes.*) Vet. lib. Incurſantes, ſic paullo poſt: Impetus iucurſantium Numidarum. *Circumſpectare, atque agitare dux cœpit.*) Vet. lib. Ac cogitare. *Nec moliri onera objecta, nec cædere ſtipatas clitellas.*) Moliri dictum pro amoliri, ut poſt: Amoliri objecta onera, & poſt: Fores nulla moliri potuerunt vi. *In propinquam caſtris turrim.*) Appianus in Hiſpanica, Cn. Scipionem cum ſociis in turri incluſum crematum fuiſſe ſcribit. *Anno ſeptimo poſtquam in Hiſpaniam venerat Cn. Scipio.*) Venit in Hiſpaniam Cn. Scipio T. Longo, P. Scipione Conſulibus, ut ait Livius lib. XXI. Ne nuda auxiliis Romanis Hiſpania eſſet, quam provinciam ſortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum adverſus Haſdrubalem miſit. Ab illo autem anno ad hunc, ſex anni numerantur, non octo, ut eſt in Vet. lib. nec ſeptem, ut emendavit Glareanus: (58) Nam in hoc loquendi genere primus annus non numeratur, ut poſt ſæpe dicam, ſic paullo poſt: Invictos per octo annos milites ſuos, lego, ſeptem, tot enim ſunt, ſi primus numeretur. *Primus dederat.*) Paullo ante, prior. Eſt autem accipiendum Priorem ad fratrem referri: Primum ad omnes. Primus enim omnium Romanorum in Hiſpaniam venit Cn. Scipio. *Cum deletus exercitus, amiſſaque Hiſpania viderentur, vir unus res perditas reſtituit.*) Vet. lib. Vir unus has reſtituit, ut ad Hiſpanias referatur. *L. Marcius Septimi filius.*) Hic alio loco, L. Marcius Septimius dicitur: Ex quo puto legendum, L. Marcius Septimi filius, partim quia ita quidem lib. Vet. habent, partim ut cognomen familiæ ſit. Quomodo dictum eſt, Q. Fabius Maximi filius. *Ipſo minitante, & increpante Marcio.*) Vet. lib. Ipſo mulcente, & increpante Marcio, ut duobus contrariis remediis mœrorem militum ſuſtuliſſe Marcium intelligamus, modo conſolando, modo increpando. Sic etiam lib. XXVI. Militum animos nunc conſolando, nunc caſtigando ſedavit. *Ad hæc tot jam nec opinata.*) Lege, tot, tam nec opinata. Utuntur enim Latini: Nec opinatus, pro inopinato. Livius autem omnium maxime. Cicero pro Plancio: Tu me ignaro, nec opinante, inſcio. Res non eget exemplis, paullo poſt: Ad nec opinatum tumultum. *Ne tamen ſubita res, & nocturnus error etiamnum ſuo fortunæ conſilium perturbaret.*) Vet. lib. Nocturnus terror. *Sed in rebus aſperis, & tenuibus fortiſſima quæque conſilia tutiſſima ſunt.*) Voces, & tenuibus, vacant. Ex Vet. lib. & ex ſenſu. *Ad id, quod ne timeatur, fortuna facit, minime tuti ſunt homines.*) Vet. lib. Minime cauti ſunt homines, ideſt, non cavent homines ea pericula, quæ fortunæ beneficio non videntur eſſe timenda. *Nequidquam mox omiſſam quæraris.*) Vet. lib. Quæras. *In hujus ſilvæ medio ferme ſtatio.*) Malim, Spatio. *Hic terror in fugam avertit omnes.*) Vet. lib Vertit. *Ita nocte, & die.*) Vet. lib. Atque ita nocte, & die. *Auctor eſt Claudius, qui Annales Acilianos ex Græco in Latinum ſermonem vertit.*) Vet lib. Ex Græco ſermone vertit, C. Acilii Græci Scriptoris meminit Plutarchus in Romulo, Dionyſius lib. III. Cicero de Officiis lib. III. Claudium eum eſſe puto, qui Clodius Licinus à Livio dicitur lib. XXIX. Alius Q. Claudius Quadrigarius fuit, cujus & ipſe ſæpe meminit. *Septem millia cæſa hoſtium.*) Vet. lib. ſeptem millia ferme cæſa hoſtium. *Flammam ei concionanti fuſam è capite.*) De eadem flamma Valerius capite de prodigiis. *Quæ poſtremo in Romanos Deos.*) Signa, tabulaſque, & ſpolia Siculorum intelligit. *Libyphœnicum generis Hipponiates, Mutinem populares vocabant.*) Hipponiates non eſt proprium viri nomen, ſed patriæ, ideſt, ab Hippone Urbe Libiæ, ut enim à Crotone, Crotoniates, ſic ab Hippone, Hipponiates. Viri autem nomen eſſe cenſet Glareanus. Ceterum Pedianus in Piſon. ex Varrone tradit, huic Mutini, quod in Sicilia cum equitatu ſuo tranſierat ad Romanos, Civitatem datam ædeſque & pecuniam ex ærario. *Heracleam Minoam.*) Minoæ Urbis Siculæ meminit Stephanus. *Degenerem Afrum.*) Quia Libyphœnicum generis erat. *Ne ab ſuo ipſi equiti oppugnarentur.* Vet. lib. Ne ab ſuo & ipſi. *Centimalum.*) Centumalum ex lapid. Capitol. *L. Cornelius Lentulus, Cornelius Cethegus.*) Vet. lib. M. Cornelius Cethegus: Sic enim poſt Livius. Sic tabulæ Capitolinæ in Conſulatu ejus. *Sulpicio Gallia, Cethego Apulia.*) Emendo: Sulpicio Apulia, Cethego Sicilia. Hic eſt enim M. Cornelius Cethegus, de quo poſt ait: Id enim M. Cornelio mandatum, ut ubi ei videretur, Urbem eis, agrumque in Sicilia aſſignaret, & poſt: Inter has difficultates, M. Cornelius Prætor. Item: Ex Sicilia exercitus, cui M. Cornelius præeſſet, ubi Conſul in provinciam veniſſet, dimitti juſſus. Quibus ex locis ſatis probatur, Siciliam Cornelio Cethego, non Apuliam obtigiſſe. Neque vero procedit, quod Glareanus affert, hunc eſſe P. Cornelium Lentulum, qui Proprætor in Sicilia eſſet. Nam Sicilia per hæc tempora duplex provincia erat, (59) una qua vetus provincia erat, quam P. Cornelius in Prætura ſortitus fuerat, altera, qua Regnum Hieronis patebat, quam poſt M. Marcellum M. hic Cornelius Cethegus obtinuit. Itaque lib. ſeq. de Sulpicio ubi loquitur, ita emendo, C. Sulpicio, cui Apulia evenerat.

In Librum vigeſimumſextum.

UT *Proconſul in Sicilia reliquias belli perficeret.*) Vet. lib. Proconſule. *C. Sulpicio, cui Sicilia evenerat.*) Legio Apulia, cum ob eas rationes, quas priore libro attuli, tum quia Livius ſubdit hoc loco: Huic ſupplementum de exercitu Cn. Fulvii, qui priore anno in Apulia fœde cæſus, fugatuſque erat, decretum. *Proprætor Senatus ſcripſerat.*) Vet. lib. Proprætore.

(57) Ita Badius.

(58) Glareanus de uno anno cum nemine ſe certaturum ſæpe clamat, hic ſcit ſed ſedulò diſſimulat, atque hoc loco rectius ſeptem annos legitur.

(59) Idem dicit Glareanus lib. ſequente.

tore. *Sollemne auſpicatorum comitiorum.*) Ideſt, ſollemne inſtitutum, quo comitia auſpicato habebantur, eſt enim ſubſtantivum, ut alias. *Bleſus.*) Blæſus, lapid. Capit. & Græci. *Ob exercitum in Apulia amiſſum.*) Priore anno, libro XXV. *Quid interfuiſſe inter T. Sempronium.*) Ideſt, inter Cn. Fulvium, & Ti. Sempronium [illegible] notanda. *Cum ad Beneventum eos.*) Hæc de ſervis etiam à Ti. Semprooio ſervatis ait ſupra. *C. Flaminium, &c.*) Flaminius ad Traſimenum, Paulus ad Cannas, Poſtumius in Gallia, Scipiones in Hiſpania ceciderunt. *Pecuniaque anquiſitum, & paullo poſt, cum Tribunus plebis bis pecunia anquiſiſſet, tertio capite ſe anquirere diceret.*) Anquirere pecunia, & anquirere capite, eſt id quod ſupra de Poſtumio Pyrgenſi dixit: Multam dicere, & diem rei capitalis dicere, ideſt, ad populum ferre de multa, vel de capite alterius, ut ea populus vel accipiat, vel antiquet. In Vet. lib. eſt: Capi ſe anquirere diceret. Qood tam capite, quam capitis legi poteſt: Qui capitis voluerunt, à ſyllaba, ſe, proxima decepti ſunt. *Perduellione.*) Idem eſt perduellio, ac pœna capitalis. Genus judicii capitalis quod continetur judicio de majeſtate. Minuit enim majeſtatem Populi Rom. qui exercitum ejus hoſtibus ſua culpa cædendum præbuit, & qui turpi fuga ſibi ſalutem peperit, ut poſt Q. Cæpio contra Cimbros Cicero lib II. de Oratore. *Quoad vel capite, vel pecuniæ judicaſſet privato.*) Judicare capitis, vel pecuniæ, eſt diem rei capitalis, & multam dicere, vel capitis, & pecuniæ anquirere. *Quidam Numida.*) Vet. lib. Numida quidam. *Equeſtria prœlia ferme proſpera faciebant.*) De Campanis intelligendum eſt, qui prœlio equeſtri ſuperiores erant. *Inita tandem ratio eſt, ut, quod viribus deerat, arte æquaretur.*) De Romanis accipiendum, qui quomodo equeſtri prœlio victores eſſe poſſent, rationem inierunt; concludit enim, inde equitatu quoque ſuperior Romana acies fuit. Frontinus lib. IV. cap. VII. Cum Romani Campanis equitibus nullo modo pares eſſent, &c. *Q. Navium.*) Q. Nævium Frontinus vocat loco citato. *Res nec explorata.*) Eodem modo dictum eſt, quo Nec opinata, pro Inopinata, & Inexplorata. *Claudius Nero.*) Vet. lib. C. Nero. *Campanos facile in vallo Appius arcebat.*) Vet. lib. à vallo. *Legatus primi Principis.*) Vet. lib. primi pili, ut L. Marcius Centurio primi pili apud Ciceronem pro Balbo. *L. Porcius Licinus.*) L. Porcius Licinus, ex Vet. lib. & Capit. Conſulibus. *Convertere agmen peditum.*) Vet. lib. Convertere agmen retro peditum. *Ceterum Hannibal, ut nec hoſtes elici amplius ad pugnam vidit, nec per caſtra eorum perrumpi ad Capuam poſſe &c.*) Polybius libro IX. ſic: [illegible]. Et poſt aliquot verſus: [illegible]. *Si Roma in diſcrimine eſſet.*) Vet lib. Eo ſi Roma in diſcrimine eſſet. *Una ea cura angebat, ne ubi abſceſſiſſet, extemplo dederentur Campani.*) Polib. [illegible]. *Numidam donis perlicit, ut literis acceptis ſpecie transfugæ caſtra Romana ingreſſus, altera parte Capuam clam pervadat.*) Polyb. [illegible]. *Naves in flumine Vulturno comprehenſas duci Caſilinum, quod jam ante præſidii cauſſa fecerat caſtellum juſſit.*) In Vet. lib. omnibus eſt, duci Gladio, quod, pro qua voce alii Caſilinum, alii Galatiam reponendum cenſent. Caſilinum, quod ad Vulturnum flumen ſit, Galatiam, quod paullo ante de eodem Hannibale Livius dixerit. Adveniens cum caſtellum Galatiam præſidio inde vi pulſo cepiſſet, in circumſedentes Capuam ſe vertit. Verum neutra lectio procedit. Caſilinum, quod Romanorum caſtellum ſemper fuerit, non Hannibalis. Galatiam, quod ad Vulturnum non fuerit, itaque in incerta loci lectione, probo magis Villæ opinionem, qui legendum putavit; Duci ad id, quod, ut caſtellum notet occultato nomine ejus *P. Cornelius, cui Aſina cognomen erat.*) Conſul hic fuerat an. DXXIX. *P. Valerii Flacci.*) Conſul fuerat an. DXXIV. *Setiam, Soram, Lavinium præmiſit.*) Hæc oppida nunc Municipia dicuntur, at ſupra Coloniæ nominatæ ſunt. Sic Cicero in Piſonem, Placentiam coloniam vocat Municipium. *Per Sueſſulam, Alliſanumque, & Caſinatem agrum via Latina ducit.*) Polybius per Samnitium agrum profectum eſſe Hannibalem ait: Alliſæ autem, & Caſinum Samnitium ſunt, at Sueſſula Campaniæ, ut ſupra diximus, porro autem legendum puto: Per Sueſſulanum, Alliſanumque, & Caſinatem agrum. *Interamnam, Nequinumque.*) Aquinumque ex Vet. lib. *Matronæ in publicum effuſæ circa deûm delubra diſcurrunt, crinibus paſſis aras verrentes.*) Hunc eſſe mulierum Romanarum morem ſcribit Polybins: [illegible]. *Cui ne minueretur imperium, ſi in urbem veniſſet.*) In orbe enim Proconſul nemo habebat imperium, ſed ad urbem. *inde in Pupiniam exercitu demiſſo.*) Meminit hujus agri Varro de Lingua Latina. Valerius Maximus lib. IV. cap. IV. cum ait: M. Atilium Regulum agellum in Pupinia habuiſſe, & Liv. lib. IX. In agro Pupinienſi ad famam hoſtium conſedit. Eſt autem nomen Tribus, per quam tum venit Hannibal, ut lib XXXIII. Conſul per Tribum Sappiniam in Bojos venit. Hoc adſcripſi, quia Glareanus hujus agri mentionem à nemine fieri ait. Qua de re ante dictum eſt. *Hannibal ad Anienem fluvium tria millia paſſuum ab urbe caſtra admovit.*) Polib. [illegible]. *Ad portam Collinam uſque ad Herculis templum eſt progreſſus.*) Vet. lib. à porta Collina uſque ad. *Aliæ parvæ, magnæque res.*) Vet. lib. Aliæ magnæ, parvæque res. *Hic motus ad Turiam fluvium caſtra retulit ſex millia paſſuum ab urbe.*) Quid ſit Turia fluvius ſex millia paſſuum ab urbe diſtans, merito mihi quærere Glareanus videtur, neque enim ejuſmodi nominis flumen apud quemquam exſtat. In Vet. libris legitur Tutiam, & recte: meminit enim ejus Silius, ubi de hoc Hannibalis itinere loquitur. *Ad lucum Feroniæ pergit ire, templum ea tempeſtate inclytum divitiis.*) De oppido Feronia, deque Feroniæ deæ templo ſic Strabo lib. V. [illegible], &c. *Capenates aliqui accolæ ejus*

erant.

erant.) Sic lib. XXVII. In agro Capenate ad lucum Feroniæ. *Cœlius Romam cuntem ab Ereto diverſiſſe eo Hannibalem tradit, iterque ejus ab Reate, Cutiliiſq; & ab Amiterno orditur, &c. & hinc Amiternum, Foruloſque vicum veniſſe.*) Miratur Glareanus, quomodo Cœlius ordiatur iter Hannibalis ab Amiterno, cum eundem addat: Amiternum tandem, Foruloſque vicum veniſſe. Magna quidem quæſtio, atque difficilis hæc videatur, niſi Liviana verba attente legantur; Eſt enim hæc ſententia: Cœlius ordiur Hannibalis iter à Reate, Cutiliis, & Amiternum. Si quis autem quærat, quanam à Capua Amiternum idem venerit, reſpondet, altius iter ejus repetendo ex Campania in Samnium, inde in Pelignos, poſt in Marrucinos, poſtremo in Marſos, atque inde Amiternum, Foruloſque veniſſe. Strabo autem lib. V. Sabinos uſque ad Veſtinos pertendit, urbeſque eorum nominat [illegible], [illegible]. Ex quo apparet nullam eſſe in verbis auctoris, quam ille arguit, inconſtantiam. *Namque ex Lucanis in Bruttium agrum, ad fretum vero, ac Rhegium eo curſu contendit, ut prope repentino adventu cautos oppreſſerit.*) Polybius [illegible]. *Fameſque, quæ tam diu Capuæ erat.*) Malim, Jamdiu. *Vibius Virius.*) Vibus. Virius, ut ante. *Quorum plorat hic quoque prope exaudiebantur.*) Vet. lib. Hinc quoque. *Ne ſtirpis, ne memoria originum ſuarum exſtaret.*) Vet. lib. ne ſtirps. *Quo cum veniſſent.*) Vet. lib. veniſſet, præceſſit autem Senatus. *Literaſque à C. Calpurnio, populoque R. Fulvio cum reddidiſſet.*) Voces, populoque R. mendoſiſſimæ ſunt, neque enim literas à populo R. accepit Fulvius, ſed à Senatu potius, immo vero ne à Senatu quidem, ſed à C. Calpurnio Prætore, qui Senatuſconſultum miſit. Itaque haud dubie legendum eſt, C. Calpurnio Prætore. Erroris cauſſam attulit, quod iiſdem literis Prætor, & Populus R. ſcribuntur: P. R. P. R. ſic paullo poſt ait: Referente Calpurnio Prætore Senatus decrevit. *Et cum mirabundus, quidnam ſeſe vellet, reſediſſet Flaccus.*) Vet. lib. Et cum mirabundus, quidnam ſeſe vellet, inquireret, reſidens Flaccus. *Præfectum ad jura reddenda ab Roma quotannis miſſuros.*) De Capuæ loquitur Præfectura. Fuiſſe autem Italica oppida alia colonias, alia monicipia, alia Præfecturas ſatis conſtat. De Præfecturis autem ſic Feſtus: Præfecturæ eæ appellantur in Italia, in quibus & jus dicebatur, & nundinæ agebantur, & erat quædam earum Reſp. neque tamen Magiſtratus ſuos habebant, in quas legibus Præfecti mittebantur quotannis, qui jus dicerent, quarum duo fuerunt genera, alterum, in quas ſolebant ire Præfecti quatuor VI. Vir. qui populi ſuffragio creati erant, in hæc oppida Capuam, Cumas, Caſilinum, Vulturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Sueſſulam, Atellam, Calatiam; alterum, quos Prætor Urbanus quotannis in quæque loca mittebat legibus, ut Fundos, Formias, Cære, Venafrum, Allifas, Privernum, Anagniam, Fruſionem, Reate, Saturniam, Nurſiam, Arpinum, aliaque complura. *Claudio Neroni.*) Vet. lib. C. Neroni, ut ante. *Inter oppida Illiturgim, & Mentiſſam.*) Scribe, Illiturgi. Numerat enim Priſcianus Illiturgi inter nomina neutra, quæ deſinunt in i, & ſunt aptota. *Juſſi deinde inire ſuffragium.*) Vet. libri Inire confiſum ſuffragium, quod quid ſit, quærendum eſt. (60) Quod ait, omnes centurias mallem, Curiæ, quia curiatis comitiis Imperium mandabatur, non centuriatis. *P. Scipioni imperium eſſe in Hiſpaniam juſſerunt.*) Egregie, non enim Magiſtratus mandatus eſt Scipioni, cum Proconſul miſſus eſt, ſed Imperium, ut poſt etiam dicam. *Ut jam reſideant impetus.*) Vet. lib. reſederat. (61) *Ardorem eum, qui reſederat.*) Vet. lib. Reſiderat. *Nullo die prius nullam publicam, privatamque rem egit, quam.*) Vet. lib. Ullam publicam. (62) *Quam in Capitolium iret.*) Idem eſt apud eum, qui ſcripſit de Vir. Illuſtr. *Emporiis, Græca Urbe.*) Vet. Emporiis, Livius Emporias vocat. Strabo lib. III. Emporium. Sic enim ait [illegible]. *Haſdrubal Giſgonis uſque ad Oceanum, & Gadeis, Mago in mediterranea maxime ſupra Caſtulonenſem ſaltum. Haſdrubal Hamilcaris filius proximus Ibero circa Saguntum hibernavit.*) Polybius lib. X. [illegible]. *Ad populum tulerunt, ut M. Marcello, quo die Urbem ovans iniret, Imperium eſſet.*) Miratur Glareanus quaſi inconſtantiam Livii, qui ſcribat: Negatum eſſe Marcello triumphum, permiſſum eſſe, ut ovans iniret, deinde per Tribunos pl. ad populum ex Senatus auctoritate latum, ut Marcello quo die ovans iniret, Imperium eſſet, poſtremo in monte Albano triumphaſſe, verum nihil eſt inconſtantiæ. Nam Marcellus ex S. C. ovans iniit, ex ſui ſententia ſine S. C (quod fieri poſt C. Papirium Maſonem, qui primus id fecit, cœptum erat) triumphavit, quoniam vero ſine imperio triumphare non poterat, nec Imperium niſi extra Urbem pro conſule erat, propterea latum eſt ad populum, ut ei, quo die ovans Urbem iniret, imperium eſſet. Idem autem de L. Æmilio Paullo ſcribit lib. XLV. *In monte Albano triumphavit.*) Plutarchus in Marcello: [illegible]. *Et M. Cornelio mandatum.*) M. Cornelius Cethegus, ut ſupra dixi, Prætor erat Siciliæ: Glareanus P. Cornelio legit & P. Cornelium Lentulum intelligit, qui Prætor ante fuerat. *Prærogativa centuria juniorum declaravit T. Manlium Torquatum.*) Ut hoc loco in Vet. lib. eſt pro Centuria, Veturia, ſic infra: Rediiſe in ſuffragium Veturiam juniorum. Item Veturiam ſeniorum citaret. Item, Citatis Veturiæ ſenioribus, idque ut ego cenſeo, recte. Eſt enim Veturia ut Tribus, ſic centuriæ nomen, ut Galeria, cujus meminit lib. XXVII. his verbis: Galeria juniorum, quæ ſorte prærogativa erat, Q. Fulvium, & Q. Fabium Conſules dixerat. Quod qui non intellexerunt, Centuria ibi quoque repoſuerunt. (63) Cæterum Tri-

(60) Badius legit confuſum ſuffragium, atque ita Budæus in annotationibus in Pandectas.

(61) Ita Badius.

(62) Ita Badius.

(63) Roborteilus lib. 2. emend. cap. 32. vehementer hoc loco increpat Sigonium, oſtendens centurias quæ erant claſſium partes illarum VI. nomina non habuiſſe ulla, quibus vocarentur, ſicuti Tribus illæ XXXV. Atqui nonaginta tres erant, nec tamen ullum nomen habebant centuriæ, ut docet Halicarnaſſeus. Et ut in hoc erroris convincit Sigonium, ſic nullibi Veturiam legendum, ſed centuriæ vocem retinendam aſſerit, lib. 2. cap. 32.

Tribus ſorte educebatur, atque ex ea centuria, quæ prærogativa dicebatur, & à Tribu nomen ſumebat. *Datum ſecreto in ovili cum bis colloquendi tempus.*) Ovile, locus in campo Marcio, quod etiam ſepta dicitur. Lucanus: Et miſeræ maculavit ovilia Romæ. *M. Claudium Marcellum fulgentem tum Sicilia domita, & M. Valerium abſentes Conſules dixerunt.*) Sic lib. Vet. Abſentes, i. non petentes, intelligit, alioquin M. Claudius, qui paullo ante triumphaverat, in Urbe erat, ſed non in campo. *Quam docti fingunt magis, quam norunt.*) Platonem intelligit in libris de Republica. P. *Manlius Volſo.*) Vulſo, ex lap. Cap. *L. Cincius Alimentius.*) Alimentus ut ſupra. *C. Lectorius.*) Lætorius, ut ſupra. *Ludi Apollinares & priore anno fuerant, & eo anno ut fierent repente Calpurnio Prætore Senatus decrevit.*) Placet Paullo Manutio, legi: Referente Calpurnio, & recte: Calpurnius enim Prætor Urbanus, cujus ea cura erat, ad Senatum de ludis retulit. *Ad victorias, quæ in ante fixæ erant.*) Antes quadraturæ, & quadræ columnæ. Marcellus. *In locum M. Æmilii Numidæ decemviri ſacrorum.*) Emendo M'. Æmilii. Nam invenio in tabulis Capitolinis, ubi de tertiis ludis ſæcularibus fit mentio, hujus Xviri (ut reor) fieri mentionem, ſic.

LUDI SÆCULARES TERT.

M'. ÆMILIO M'. F.

M. LIVIO M. F. M. N. SALINATORE.

Pleuratus, & Scerdiletus.) Vet. lib. Scerdilendus. Polybius, σκερδιλαΐδας. *Olympiæ, Ætolis, in Capitolio ab Romanis.*) Vet. lib. Olympiæ ab Ætolis. Recte. (64) *Et Oleniada, Naxumque Arcanum.* Item paullo poſt: *Jam mœnia Oleniadon, Naxumque.*) Vet. lib. Etholoniadas: Item. Meniadas. Quæ lectio etſi ex omni parte recta non eſt, habet tamen veſtigia aliqua germanæ integritatis, eſt enim legendum. Et Oeniadas: Item, jam Oeniadis. Eſt enim Urbs Acarnanum hoc nomine, de qua ita Stephanus, οἰνιάδαι πόλις ἀκαρνανίας πρὸς τῷ ἀχελώῳ, ἡ καὶ ἐρυσίχη καλουμένη, & Polybius lib. X. in Oratione Lycisci, ὅτι παρέλαβε μὲν ἀκαρνάνων οἰνιάδας, καὶ νᾶσον, ubi his ademptis loquitur. *Per Pelagoniam, & Nymphæum, & Boleam in Theſſaliam deſcendit.*) Vet. lib. Bœotiam, quæ vox aperte mendoſa eſt. Probo igitur conjecturam Glareani, qui legendum putat, Beroeam. De hac enim Urbe & Plinius, & Strabo, & Stephanus ea tradunt, quæ ſuſpicionem Glareani corroborare maxime poſſe videantur. (65) *Relicto ad fauces Theſſaliæ Perſeo.*) Philippi Regis filius Perſeus fuit. *In Thraciam exercitum, ac Medos eduxit.*) Mædos ſcribe ex XI. lib. Polyb. μαιδοὺς, & Stephanus, μαιδοι ἔθνος θρᾴκης πλησίον μακεδονίας. Alii ſunt Medi Aſiani. *Incurrere ea gens Macedoniam.*) Vet. lib. In Macedoniam. (66) *Urbem Jamphorniam.*) Vet. lib. Jampborniam. *Arcemque Medicæ.*) Mædicæ, ut ſupra. *Et jam mœnia Oleniadon.*) Et jam OEniadas, ut dixi. *Mortem occubuerunt.*) Vet. lib. Oppetierunt. (67) *Caſtra in extremis finibus ſuis obviam hoſti poſuerunt.*) Vet. lib. Obvia. *Præda ex pactis Romanis ceſſit.*) De Anticyra capta loquitur eadem Lyciſcus Acarnanum Legatus apud Polybium lib. IX. *Comprehenſæ Latumiæ.*) Feſtus, Latumias ex græco, & maxime à Syracuſanis, qui latomias, & appellant, & habent ad inſtar carceris, ex quibus locis exciſi ſunt lapides ad exſtruendam Urbem. *Pridie Quinquatrus.*) hic accuſativus caſus eſt, ut pridie Kal. Cujus rectus eſt. Quinquatrus. Cicero ad Cœlium, Moleſtæ quinquatrus. Cariſius ſic. Quinquatrus, non quinquatria, non enim dictæ ſunt quinque dies atri, ſed quod Quinquatrus antiqui dicebant, ſive à quinquando, ideſt, luſtrando, quod eo die arma ancilia luſtrari ſint ſolita. *Quoad eo animo in Populum Romanum eſſe ſciret.*) Vet. lib. Quod alieno animo à Populo Romano eſſe ſciret. *Hac circumfuſus multitudine ſimul Siculis obviam egreſſis poteſtatem Romam adeundi fecit, clariſſimarum Urbium excidio celeberrimis viris victos bello accuſatores in Urbem adducens.*) Hic locus Vallæ tempore in manuſcriptis libris ita legebatur. Hac circumfuſus multitudine ſimul Siculis obviam egreſſis Romam præbuit, clariſſimarum &c. atque ita nunc etiam legitur. Valla autem multa hic verba deſiderari ſuſpicatus, ita ex ingenio legit: Hac circumfuſus multitudine ſimul Siculis obviam egreſſis poteſtatem Romam adeundi fecit, & nonnullis vel æmulis querimoniam præbuit, clariſſimarum &c. Quam lectionem nemo jure probare poteſt, quia nimis multa de ſuo inſerit, haud ſatis auctoris ſententiæ congruentia. Ego igitur veterem lectionem tueor, uno paullulum immutato verbo, & pro, præbuit, pervenit, reſtituo, ſic: Hac circumfuſus multitudine, ſimul Siculis obviam egreſſis Romam pervenit, clariſſimarum &c. hoc ſenſu; Lævinus Campanorum multitudine, & Siculis obviam egreſſis circumfuſus Romam pervenit, accuſatores bello victos Campanos, & Siculos in Urbem adducens Fulvio, & Marcello viris celeberrimis excidio clariſſimarum Urbium Capuæ, & Syracuſarum. Hinc Suidas. ἐγχείρησιν δὲ καὶ καμπανοὶ τῷ φλάκκῳ, καὶ οἱ συρακούσιοι τῷ μαρκέλλῳ κατηγορίαν. Sic paullo poſt: Ut victus armis accuſatores habeamus. *Acarnanes, Locrique.*) In Acarnania Oeniadæ, Naſus captæ, in Locride Anticyra fuerat. *Urbanæ duæ ſuperioris anni.*) Aliæ hæ Legiones ſunt à quatuor iis, quas ante nominavit. *Obrui ab Ætnæ ignibus.* Vet. lib. abſq; ab, propſitione. *Hæ Siculorum querelæ domos primum Nobilium circumlatæ.*) Vet. lib. Per domos.) *Aliam forſitan futuram fuiſſe ſententiam ſuam dicere.*) Suam, de quo ambigit Glareanus, procul dubio ad Marcellum referendum eſt. *Deprecari Senatus præjudicium.*) Senſus, precari ne permutatio provinciæ, à Senatu permiſſa ſibi in contumeliam vertat. *Rapiente fato Marcellum ad Hannibalem.*) Hoc ait, quia poſt V. Conſulatu Marcellus ab Hannibale interfectus eſt. *Excedere templo.*) Curiam intelligit; nam Senatus non niſi ſacrato haberi loco poterat. Inde paullo poſt: Reductis in Curiam Legatis. *Si ab inferis exſiſtas.*) Vet. lib. Si ab inferis. *In fidem, & clientelam, ſe urbemque Syracuſas acciperet.*) Vet. lib. Reciperet. *Poſt hæc Conſul clementer appellatos eos amiſit.*) Plutarchus, qui totam hanc eandem hiſtoriam narrat, hoc ſic exprimit: ἐντυχόντος δὲ ὁ μάρκελλος αὐτοῖς ἐν διαλόγῳ καὶ ὅτε ἄλλως συμπαθῶς ... ἀγαθὸν ... *Qui omnibus gerendis rebus affuerant.*) Vet. lib. Interfuerant. *Mortuus enim poſt captam Claudius Conſul erat.*) Legendum, Proconſul, quod eo anno, quo Capua capta eſt, P. Sulpicius, & Cn. Fulvius Conſules fuerint. Q. autem Fulvius, & Ap. Claudius ad Capuam procoo-

(64) Ita Badius.

(65) Hic ſemel probat Glareanum, cùm plus, quam ſexcentos locos ab illo repurgatos habeat, ſicut proxime Oeniadas pro Oleniadas idem Glareanus emendarat, ipſe quaſi ex Stephano primus emendarit, obtinuit nomen Glareani.

(66) Ita Badius.

(67) Ita Badius.

conſulati Imperio. Itaque paullo poſt ait Fulvio proconſuli: Niſi ſi accipiss, Conſul, proeo qui conſulare gerat imperium, ut paullo poſt: In conſilio arbitror me fuiſſe Conſulibus Capua capta. *Idque & apud majores noſtros factum eſt in Sutrianis, cum defeciſſent.*) Vet. lib. in Satricanis, & recte: Satricanos enim ad Samnites defeciſſe anno ab U. C. CDXXXIV. tradit Livius lib. IX. De Sutrinis autem (ſic enim legendum eſſet) nihil enim eſt traditum. *Quod Senatus maxima pars jubeat, qui aſſidens, id volumus, jubemuſque.*) Sollemnia hæc verba eſſe videntur, quibus plebs in Senatuſconſulto comprobando utebatur. Vet. lib. Qui aſſideris. *Extra filias, quæ nupſiſſent priuſquam in Populi R. poteſtatem veniſſent.*) Veteres lib. Enupſiſſent, egregie, quaſi quæ è paterna domo in mariti tranſiiſſent, ut enim Innubere eſt in mariti domum tranſire, ſic Enubere à patris domo exire. Livius lib. I. Ea cum innupſiſſet, & lib. X. Virginiam quod è patribus enupſiſſet, ſacris arcuerant. *Tantus fremitus hominum, tanta indignatio fuit.*) Vet. lib. Tantaq; indignatio fuit. *Tecta hoſtes incendiſſe ſervos agricultores Rempublicam adduxiſſe, nunc ad militiam parvo ære emendo, nunc remiges imperando.*) Integra lectio (ſiquidem ex hac nullus ſenſus percipitur) eſt in Vet. lib. ſervos agricultores Populi R. abduxiſſe. Quamquam ſuſpicor etiam, ne pro, Populi R. legendum ſit, Prætores: Eſt enim lapſus (ut dixi) quotidianus. Querela autem plebis hæc eſt, quæ ſuas calamitates aperit, & ait tecta ab hoſtibus incenſa, ſervos, qui agros colebant à Prætoribus abductos partim ad militiam parvo ære emendo, partim remiges impetrando. Intelligit autem eos, qui poſt Cannenſem pugnam à Ti. Graccho Proconſ. armati fuerant. Itaque libro XXXIV. ait L. Valerius loquens de hac re & tempore, ita: Servi, quibus arma darentur, itaut pretium pro iis bello perfecto dominis ſolveretur, emebantur. Glareanus hoc loco hæret. (68) *Spatium deinde bis tribuere ſe, dareque ad cogitandum dixerunt.*) Nemo hunc locum mendoſe eſſe animadvertiſſet, niſi veteres libri id docuiſſent, in quibus eſt: Spatium deinde triduui ſe dare ad cogitandum dixerunt. Eſt enim veriſimile certum dierum ſpatium eſſe datum. *Ut claſſem habet, quam ornare volumus,* Populus Romanus.) Malim Reſp. errore ex præpoſteris literis orto. P.R. & R.P. ſic enim paullo poſt: Nec remige in ſupplementum, nec ſtipendio Reſp. eguit. *Aurum, argentum, æs ſignatum.*) Quia fœde vitiatus hic locus multis in partibus eſt, ipſum, quomodo legendum eſſe cenſeo, recitabo, deinde, cur ita legam exponam. Loquitur ita Lævinus Conſul de ratione auri, argentiq; in publicum conferendi: Aurum, argentum, æs ſignatum omnes Senatores craſtina die in publicum conferamus, itaut anulos ſibi quiſq; & conjugi, & liberis, & filio bullam, & quibus uxor, filiæve ſunt uncias pondo relinquat auri, argenti; qui curuli ſella ſederunt equi ornamenta, & libras pondo, ut ſalinum, patellamque deorum cauſſa habere poſſint. Ceteri Senatores libram argenti tantum æris ſignati quina millia in ſingulos patres familiæ relinquamus. Ex ejuſmodi verborum interpunctione, & lectione ſatis commode ſenſum colligi puto, qui ex vulgata lectione nullus eliciebatur. Quod autem antea legebatur: Singulas uncias auri pondo relinquant, argenti, qui ſella. Inveni in Veterib lib legi: Singulas uncias pondo relinquat auri, argenti, itaut aliud deinceps ſequatur membrum. Qui ſella curuli ſederunt ii ſibi relinquant equi ornamenta, & libras pondo auri, argenti, itaut ſalinum, patellamque habere poſſint. Ceteri Senatores nihil auri ſibi relinquant, ac libram argenti tantum. Porro autem, æris ſignati quinque millia in ſingulos patres familiæ relinquamus. Quod autem ait: Uncias pondo auri, &, libras pondo, recte ait: ſic enim loquebantur antiqui, cum libram ponderalem, non menſuralem ſignificabant, ut Plautus in Pſeudolo. Eo Laſerpicii libram pondo diluunt: & in Rudente. Neque piſcium libram unam jam hodie pondo cepi; & Livius hoc libro paullo poſt: Pateræ aureæ fuerunt CCLXXVII. librales ferme omnes pondo, & lib. IV.: Coronam auream libræ pondo. Itaq; lib. XXXIV. de hoc decreto ſic ſcriptum eſt: Cautum erat, quo ne plus auri, & argenti facti, quo ne plus ſignati argenti, & æris domi haberemus. Hic locus torſit Vallam, & Glareanũ. (69) *Ceterũm omne aurum argentum.*) Ceterũ nomen eſt, non adverbium, intelligit enim reliquũ aurum, argentumque in publicum conferendum, præter id, quod ſibi quiſque ex Senatus auctoritate reliquerit. Itaque accentus tollendus eſt. *Publica prodendo tua nequidquam ſerves.*) Vet. lib. Perdendo, vere. *Daſius, & Blattius.*) Vet. lib. Blatius. Valerius Max. lib. III. cap. IV. Blaſium, ubi de eadem re agit, vocat. Quæ eadem ſcriptura eſt in vetuſtiſſimo, quem apud ingegnioſiſſimum, humaniſſimumque Joannem Baptiſtam Pignam legi, libro eſt. *Blaſius de proditione Daſium appellabat.*) Hoc item exponit Valerius. Blaſius vultu diſſimulante, ac voce ſummiſſa monere Daſium cepit, ut Romanorum potius, quam Carthaginienſium partes foveret. *Ut Præſidium Punicum (hi autem Numidæ erant) Salapiaque traderetur Marcello.*) Solet in ejuſmodi re Livius numerum eorum, qui ſunt in præſidio, nominare. Quare non dubito quin vox, hi, mendoſe ſit, pro, D, namquingentos fuiſſe Numidas, qui traditi Marcello à Blaſio ſunt, eodem loco Valerius ſcribit, qui cetera à Livio mutuatus eſt. Hoc autem tanto verius puto, quod ſubdit: Nec plus quinquaginta ex his in poteſtatem hoſtium vivi venerunt. *Præfectuſque præſidii, atque arcis M. Livius.*) Supra nomen (ut dixi) hujus Præfecti reticuit, quem C. Livium Polybius nominavit. *A Velia & Peſto.*) Vet. lib. & à Pæſto. *Ut ad componenda armamenta, expediendumque remigem, ac militem ad imminens certamen ſatis temporis eſſet.*) Adde vocem ex Vet. lib. Vix ſatis temporis eſſet. *Tarentini, ut recuperata Urbe ab Romanis, poſt centeſimum prope annum arcem etiam liberarent.*) LXXX. anni numerantur à L. Papirio, Sp. Carvilio Coſs. quibus de Tarentinis debellatis triumphatum eſt anno U. C. CDLXXX., ad hunc annum, qui eſt DXL. *Nemo ante me novus Imperator.*) Capita hujus orationis Scipionis ſumpta ſunt à Polybio, qui ita ſcribit lib. X. ὁ μὲν ἀλλὰ τὸν ἀποδρομώμενον παρακαλεῖν μὴ καταπεπλῆχθαι τὴν προγεγονυῖαν περιπέτειαν, οὐ γὰρ ἀρεταῖς ἐνταῦθα ἡττῆσθαι ὑπὸ Καρχηδονίων ἰδίων, &c. *Per nocturnos etiam viſus omnia læta, ac proſpera portendunt.*) Polybius eum ſe à Neptuno in quiete monitum, ut

(68) Quid mirum ſi Glareanus hæreat, cùm & Sigonius ejus Doctor hæreat?

(69) Locus Glareanum torſit, ſed ejus objectiones non diluuntur: maximè quæ ad rem pecuniariam intelligendam facere videbantur.

ot Urbem eam invaderet, dixiſſe ait. *Sed vi ultro tranſeamus.*) Vet. lib. Sed ut ultro tranſeamus. *Jam quid hoc bello memorem.*) Vet. lib. Jam quid boe de bello memorem. *Italiæ, Siciliæ, majoris partis Sardiniæ.*) Majoris partis Sieiliæ, intelligendum. *Nihil jam majus precatur deos.*) Vet. lib. Nihil jam magis. *Nam & deſeruntur ab ſociis, & diduxere exercitus.*) Polybius, [illegible]. *Breve faciam.*) Malim, Breve, ſic enim Cicero. *Hac oratione accenſis militum animis relicto ad præſidium regionis ejus M. Silano cum tribus millibus peditum, & trecentis equitibus, &c.*) Polybius, [illegible]. Polybius quingentos equites pro trecentis affert. Numerus copiarum Scipionis idem eſt apud Polybium. *Quoniam in tres tam diverſas regiones diſceſſiſſent Punici exercitus.*) Haſdrubal Giſgonis ad Gades. Mago ſupra Caſtulonenſem ſaltum. Haſdrubal Hamilcaris proximus Ibero circa Saguntum. Livius ſupra. *Siſam præterea cum opportune ad tranſjiciendum in Africam, tum ſuper portum ſatis amplum quantæ vis claſſi, & neſcio an unum in Hiſpaniæ ora, qua noſtro adjacet mari.*) Verba Polybii, [illegible]. Ex quo apparet legendum eſſe. Et neſcio an unam, quia dixit μόνα Polybius, & ad Carthaginem, non ad portum referendum eſſe, ut ante legebatur, quam Rhenanus, Unum, emendaret. *Nemo omnium, quo iretur, ſciebat, præter C. Lælium. Is claſſe circummiſſus ita moderari curſum navium juſſus erat, &c.*) Polyb. [illegible]. *Septimo die ab Ibero Carthaginem ventum eſt, ſimul terra, marique caſtra ab regione Urbis, qua in Septemtrionem verſa eſt, poſito, his ab tergo (nam frons natura tuta erat) vallum objectum.*) Vet. libri, Nullum vallum objectum. Polybius duplum vallum exteriori caſtrorum parti objectum ait: [illegible]. Quod Tergum vocat Livius caſtrorum, id exteriorem partem nominat Polybius; quam Frontem Livius, eam ad Urbem verſam Polybius. *Etenim ſita Carthago ſic eſt.*) Vet. lib. Ceterum ſita Carthago ſic eſt: Polyb. [illegible]. (70) *Situs eſt maris media fere Hiſpaniæ maxime Africo vento oppoſitus, & quingentos paſſus introrſus retractus, paullulo plus paſſuum in latitudinem patens.*) Ex Polybio legendum eſt: Ad duo millia & quingentos paſſus, ipſe etiam ad viginti ſtadia, babet: [illegible]. *Hujus in oſtio ſinus parva inſula objecta ab alto portum ab omnibus ventis, præterquam Africo, tutum facit.*) Polybius: [illegible]. *Ab intimo ſinu peninſula excurrit, tumulus is ipſe, in quo condita Urbs eſt, ab ortu ſolis, & à meridie cincta mari, ab occaſu ſtagnum claudit, paullum etiam ad ſeptentrionem fuſum, incertæ altitudinis utcumque exæſtuat, aut deficit mare, continenti Urbem jugum ducentos fere, & quinquaginta paſſus patens conjungit.*) Polybius: [illegible]. Servius Virgilium in primo hunc portum deſcripſiſſe ait, eum inquit:

Eſt in ſeceſſu longo locus. Inſula portum
Efficit objectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, inq. ſinus ſcindit ſeſe unda reductos.

Nam, quod ſequitur, de ſcopulis, prætermiſſum eſt à Livio, cum tamen apud Polybium ſit, [illegible], & Virgilius:

Hinc atq; hinc vaſtæ rupes, geminiq; minantur
In cœlum ſcopuli, quorum ſub vertice late
Æquora tuta ſilent.

Unde cum tam parvi operis munitio eſſet, non objicit vallum Imperator Romanus.) Polybius: [illegible]. *Sive fiduciam hoſti ſuperbe oſtentans, ſive ut ſubeunti ſæpe ad mœnia Urbis recurſus pateret.*) Polybius: [illegible]. *Ad Urbem unam oppugnandam.*) Vet. lib. Oppugnandam. (71) Summa hujus orationis eſt etiam apud Polybium, quamquam Livius non omnia illa expreſſit. *Terra, mari inſtrui.*) Vet. lib. Terra, marique inſtrui. (72) *Oppidanorum duo millia ab ea parte, qua caſtra Romana erant, opponit, quingentis militibus arcem inſedit, quingentos tumulo Urbis in Orientem verſo imponit, multitudinem aliam, quo clamor, quo ſubita vis advocaſſet, reſiſtentem ad omnia, occurrere jubet.*) Polybius: [illegible]. Quod λόφον vocat Polybius, vertit Jugum Livius. *Et primo haud impari ſtetere acie, ſubſidiis deinde identidem ſummiſſis è caſtris non averterunt ſolum in fugam hoſtes &c.*) Omnia è Polybio verſa ſunt: [illegible], &c. *Ipſe tr am præ ſe juvenum validorum ſcutis oppoſitis.*) Polybius [illegible]

(70) Ita Badius.
(71) Ita Badius.

(72) Ita Badius,

τοῦ κινδύνου : ἐφ' ὅσον ἦν δυνατὸν ἀσφαλῶς. ἦγε γὰρ μεθ' ἑαυτοῦ τρεῖς ἄνδρας θυρεοφοροῦντας. οἳ παρατιθέντες τοὺς θυρεοὺς, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ τείχους ἐπιφάνειαν σκεπάζοντες, ἀσφαλῆ αὐτὸν παρεσκεύαζον. *Quidam-ſtantibus ſcalis cum altitudo caligenem oculis offudiſſet, ad terram delati ſunt.*) Polyb. ἐφ' ὧν δὲ οἱ πρῶτοι προσβαίνοντες ὡς ἐπεστάθησαν διὰ τὰ ὕψη ἰλιγγίων, καὶ βραχέος προσδεηθέντες ὡς ἐκ τῶν ἐμπεπτωκότων ἀντιπράξεως, ἐρρίπτουν σφᾶς αὐτοὺς ἀπὸ τῶν κλιμάκων. *Sed quod euntes.*) Subaudiendum, Pœni, ut ſit Pœni Romanos ſubeuntes ad ancipites otrinque ictus ſubjectos habebant. Ancipites utrinque ictus, à lateribus intelligit, ut poſt : Ancipitem utrimque hoſtem, à fronte & à tergo intelligit. *Confractis, ne iter impediretur, foribus.*) Vet. lib. Confractis, ac diſtractis, ne iter impediretur, foribus. *Tumulus primo impetu eſt captus.*) Polyb. οἱ δὲ λόφον οἱ διὰ τῆς πύλης εἰσπεσόντες κατελάβοντο τὸν πρὸς τὰς ἀνατολὰς τετραμμένον εἰς φυλακὴν τόπον. *Mago conatus arcem defendere, cum omnia hoſtium plena videret, neque ſpem ullam eſſe, ſe arcemque & præſidium dedidit.*) Polyb. Μάγων δὲ περὶ χιλίους ἔχων ὁρμήσας πρὸς τὴν ἄκραν, ἐγχειρήσας δὲ αὐτῇ οἱ μὲν πρῶτον ἐπεβάλλοντο μάχεσθαι ἀμύνεσθαι· μετὰ δὲ ταῦτα συνιδὼν ἀσφαλῶς ἤδη κατειλημμένην τὴν πόλιν, διαπέμψας παρέδωκε σφᾶς αὐτοὺς, καὶ παρέδωκε τὴν ἄκραν. *Eos publicos fore populo R. edixit.*) Vet. lib. Populi R. ita Polyb. τοῖς δὲ χειροτέχναις ἀνεῖπε νῦν μὲν ὡς κοινοὺς δούλους ὑπάρχειν τῆς Ῥώμης αὐτούς. *Ceterum multitudinem incolarum juvenum, ac validorum ſervorum in claſſem ad ſupplementum remigum dedit.*) Polyb. ἐκ δὲ τῶν λοιπῶν αἰχμαλώτων ἐκλέξας τοὺς ἐρρωμενεστάτους, τοῖς ἔθνεσι, καὶ ταῖς ἡλικίαις σώμασι ὡς προσέμιξε τοῖς αὐτοῦ πληρώμασι. *Et auxerat navibus octo captivis claſſem.*) Polyb. καὶ ποιήσας ἡμιολίας τὰς ναῦς, ναῦς δ' ὀκτὼ συνεπλήρωσε καὶ τὰς αἰχμαλώτους νῆας, ὥστε τὰς ἄνδρας ἑκάστῃ σχεδὸν βραχὺ τι λείπειν τῶν διπλασίων τῶν τῆς ὑπαρχούσης τῶν προϋπαρχόντων, αἱ μέγισται αἰχμάλωτοι νῆες ἅμα ὀκτωκαίδεκα τὸν ἀριθμὸν, αἱ δὲ ἐξ ἀρχῆς τριάκοντα καὶ πέντε. Ex bis verbis apparet legendum eſſe apud Livium: Navib. decem & octo captivis. Quamquam poſt ait Livius : Non de numero captarum navium convenit. *Catapultæ maximæ forma centum viginti, minores CCLXXXI.*) Vet. lib. Catapultæ maximæ ferme centum viginti. *XL. millia modiorum.*) Vet. lib. Modium. *Inter tantas opes belli captas.*) Vet. lib. Inter tantas opes bellicas. (73) *Et capienda urbe tantum laboris, periculique adiſſent.*) Vet. lib. Et in capienda. (74) *Sex. Digitius ſocius navalis.*) Socium navalem appellat, quicumque navalem operam navat hoc loco. *P. Cornelium Caudinum.*) Caudinus cognomen Corneliorum Lentulorum fuit, ut ſupra diximus. *Quippe cum alibi CCC. ferme.*) Polybius, πλεῖς ὄντας τῶν τριακοσίων ὁμήρους, ait. *E media turba obſidum mulier magno natu, Mandonii uxor, qui frater Indibilis Ilergetum reguli erat, flens ad pedes imperatoris procubuit, obteſtarique cœpit, ut curam, cultumque feminarum impenſius cuſtodibus commendaret.*) Polybius, ἐν δὲ τῶν αἰχμαλωτίδων τις προβεβηκυῖα γυνὴ τῇ ἡλικίᾳ ὡς ἦν ἀδελφοῦ ἀνδροβάλου τοῦ τῶν Ἰλεργητῶν βασιλέως προσπεσοῦσα αὐτῷ καὶ δεομένη μετὰ δακρύων ἐπιμελεστέραν ποιεῖσθαι γυναῖκα αὐτὰς ἤ χαρακτηριστικῶς ἀρχὴν προεχούσας. *Cum Scipio nihil profecto defuturum iis diceret, tum rurſus mulier: Haud magni iſta facimus, inquit, quid enim huic fortunæ non ſatis eſt?*) Polyb. συνεπιδεὶς γενόμενος ἄρτι τὸ λέγειν τῶν ἐπεσταλμένων αὐτοῖς, καὶ γάρ ἐν τῇ γυναικὶ προσβυτέρα, καὶ τινὸς προστασίαν ἀξιωματικὴν ὑπεραίρουσα, ὁ δὲ πόπλιος θεὶς ἐπιβλέψας εἰς γυναῖκας, αὐτὰς γὰρ ἐκείνας προσιόντας, ἵνα μηδὲν αὐτοὺς ἐλλείπῃ τῶν ἐπιτηδείων, ὁ δὲ ἐπισχοῦσα μικρὸν, οὐκ ὀρθῶς, ἔφη, στρατηγὲ τὰς ἐμπειρίας ἐκδέχει, ἐνομίζες ἡμᾶς ὑπὲρ τοῦ γαστρὸς δεῖσθαι σοῦ νῦν. Quibus ex verbis intelligi poteſt nihil huic Livianæ ſententiæ deſiderari, contra quam cenſet Glareanus. Scipio victui ſe conſulturum feminarum reſpondit, mulier pudicitiæ eum ut conſulat, togat. (75) *Alia me angit cura ætatem harum intuentem, nam ipſa jam extra periculum mulíebris injuriæ ſum (ſimul ætate, & forma florentes circa eam Indibilis filiæ erant.)* Vet. lib. non habent vocem, Angit, & pro, Simul, habent Stimulat. Quam lectionem probo. Polyb. καὶ νῦν λαβὼν ὁ πόπλιος ἐν νῷ τὸ βούλημα τῆς γυναικὸς, καὶ θεωρῶν ἀπὸ τῆς ὄψεως τὴν ἀκμὴν τῶν αἰδούμενων θυγατέρων, καὶ πλειόνων ἄλλων δυναστῶν, ἠναγκάσθη δακρῦσαι τῆς γυναικὸς ἐν ὀλίγῳ τὴν τῆς περιστάσεως ἔμφασιν ὑποδεικνυούσης. *Ne quid quod ſanctum uſquam eſſet.*) Virginum deditarum pudicitia. *Quæ nec in malis quidem.*) Vet. lib. Ne in malis quidem. *Captiva deinde à militibus adducitur ad eum adulta virgo &c.*) Polyb. κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον νεανίσκοι τινὲς τῶν Ῥωμαίων ἐντυχόντες παρθένῳ κατὰ τὴν ἀκμὴν, καὶ κατὰ τὸ κάλλος διαφερούσῃ τῶν ἄλλων γυναικῶν, καὶ συνειδότες φιλογύνην ὄντα τὸν πόπλιον, ἧκον ἄγοντες. &c. *Quia ipſe, ſi frui liceret ludo ætatis, præſertim recto, & legitimo amore, & non Reſpublica animum noſtrum occupaſſet, veniam mibi dari ſponſam impenſius amanti vellem.*) Vet. lib. Præfettim illecto recto legitimo amore, ut ſit, ſi mibi liceret frui ludo ætatis, præſertim illecto recto, & legitimo amore. *Quindecim fere Senatoribus, qui cum eo capti erant.*) Polybius: δύο μὲν γὰρ ἦσαν κατειλημμένοι τῶν ἐκ τῆς γερουσίας, πέντε δὲ καὶ δέκα τῶν ἐκ τῆς συγκλήτου. *In navi impoſitis.*) Vet. lib. In navem. *Ipſe paucos dies, quibus morari Carthagine ſtatuerat, exercendis navalibus pedeſtribuſque copiis abſumpſit.*) Polyb. αὐτὸς δὲ χρόνον μέν τινα ἐν τῇ Καρχηδόνι τὰς τε ναυτικὰς δυνάμεις ἐγύμναζε συνεχῶς, καὶ τοῖς χιλιάρχοις ὑπέδειξε τοῖον τρόπον τῶν πεζικῶν στρατιωτῶν γυμνασίας. Primo die legiones in armis quatuor millium ſpatio decurrerunt. πρώτῃ μὲν ἡμέρᾳ ἐκέλευσε προχάζειν ἐπὶ τριάκοντα σταδίους οἱ τοῖς ὅπλοις. Secundo die arma curare, & tergere ante tentoria juſſit : τῇ δὲ δευτέρᾳ τοὺς ὅπλους ἐκτρίβειν, καὶ ἐπισκοπεῖσθαι ἐν τῷ καιρῷ τῆς σκηνῆς. Tertio die ſudibus inter ſe in modum juſtæ pugnæ concurrerunt, præpilatiſque miſſilibus jaculati ſunt. Quarto die quies data. Polybius hæc præpoſtere narrat: τῇ δὲ ἑξῆς ἀναπαύεσθαι καὶ ῥᾳθυμεῖν. τῇ δὲ μετὰ ταύτην, τοῖς μὲν μαχαιροφόροις ξυλίνοις ἐσκυτωμένοις μετ' ἐπισφαιρῶν μάχεσθαι, ἐπὶ δὲ τοῖς ἀκροβολίζουσι γρόσφοις ἀκοντίζειν. Quincto iterum in armis decurſum eſt. τῇ δὲ πέμπτῃ πάλιν ἐπὶ τὰς δρόμους κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐπανάγειν. *Refectiſque, quæ quaſſata erant muri.*) Vet. lib. Refectiſque, quos quaſſaverant, muris. (76) *Diſpoſitiſque præſidiis ad cuſtodiam Urbis Tarraconem eſt profectus.*) Polybius: μετὰ ταῦτα τοῖς τε φυλακαῖς, καὶ τοῖς δὲ τειχῶν ἐπιμελείαις ἀσφαλισάμενος τε κατὰ τὴν πόλιν, ὥρμησε καὶ τῇ ναυτικῇ δυνάμει, καὶ πεζῇ ποιούμενος τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ Ταρράκωνα ἔχων μεθ' αὑτοῦ καὶ τοὺς ὁμήρους.

In Epitomen Libri Vigeſimiſeptimi.

CN. *Fulvius procoſ. cum exercitu ab Hannibale cæſus eſt.*) Vet. lib. Cæſus ad Herdoneam eſt, recte : ita enim quoque Livius. *Subinde*

(73) Ita Badius.
(74) Ita Badius.
(75) Glareanus recte dubitavit ; Nam ex his Polybii verbis hæc Livii verba : Quid enim huic fortunæ non ſatis eſt? non eruuntur. Qui Græcè ſcit hoc facilè videbit.
(76) Ita Badius.

inde cædentem preſſit, donec effugeret.) Vet. lib. donec eo fugeret. *Fabius Maximus pater Conſulis.*) Emenda pater Conſul, ut infra: Maximus filius. *Tarentinos per deditionem recepit.*) Vet. lib. per prodirionem recepit, egregie, ut enim amiſſum fuerat, ſic receptum proditione Tarentum eſt. Plutarchus in Fabio: [illegible]. *Itaut inimicum falleret, electa manu profectus.*) Vet. lib. Itaur hoſtem falleret, cum electa manu profectus.

In Librum Vigeſimumſeptimum.

IN *Italia Conſul Marcellus.*) Vet. lib. In Italia autem Conſul Marcellus, quæ lectio neſcio cur à Rhenano rejiciatur. *Salapia per proditionem recepta.*) Vet. lib. per deditionem. *Maroneam & Meles de Samnitibus vi cepit.*) Nomina horum oppidorum reticet Plutarchus in Marcello cum ait: [illegible]. Item quod ait Livius: Ad tria millia militum, Hannibalis, Plut. inquir: [illegible]. *Prædæ aliquantum ejus militis fuit conceſſum.*) Placet conjectura B. Rhenani, quam miror ab aliis eſſe repudiatam: Prædæ aliquantum, uſui militum conceſſa. Nam lib. XXV. ait: Ad diripienda hoſpitia Romana paſſim diſcurſum eſt, & fuit prædæ aliquantum. *Cn. Fulvius proconſul.*) Cn. Fulvius Centumalus. Nam Cn. Fulvium Flaccum Prætorem biennio ante in iiſdem locis devicerat. *Itaut famam prope prævenires.*) Vet. libri Famam quoque. *Quinta legio, & ſexta alacriter pugnam inierunt.*) Vet. lib. Quincta legio, & ſiniſtra ala acriter pugnam inierunt, inierunt recte. (77) Nam paullo poſt ait: Prima legio, & dextera ala. Item, Primæ legioni tertia, dextræ alæ ſiniſtra ſubit. Item multo poſt: Peditum prima legio, & dextera ala prœlium inibant. *Multi cecidiſſent Romanorum.*) Vet. lib. Romanorum cecidiſſent. *Cn. Fulvius cum duodecim Tribunis militum cecidit.*) Vet. libri habent: Cum undecim, quod placet. Nam Plutarchus in Marcello ſic ait: [illegible]. *Marcellus nihil admodum tanta clade territus literas Romam ad Senatum de duce, & exercitu ad Herdoneam amiſſo ſcribit. Ceterum eundem, &c. ire adverſus eum, brevem illi lætitiam, qua exſultet, facturum.*) Hæc verba vertit Plutarchus in Marcello, & Livium auctorem profitetur, ita: [illegible] &c. *Ab hora tertia cum ad noctem pugnam extendiſſent, &c.*) Plutarchus: [illegible]. *Poſtero die ab Sole orto in multum diem ſtetere in acie.*) Plut. [illegible] &c. *Valerium potius Conſulem ex Sicilia revocari.*) Plut. [illegible]. *L. Furio Purpurione.*) Purpureone, ex Capitol. tabulis. *L. Manlio Prætore Urbis.*) Urbano Vet. lib. *Legati ab Rege Syphace Romam venerunt, quæ is proſpera prœlia Rex cum Carthaginienſibus feciſſet, memorantes.*) Vox, Rex, abeſt à Vet. lib. neque certe eſt neceſſaria. *M. Atilius, & M. Acilius.*) Scribe M'. Acilius; eſt enim M'. Acilius Glabrio, de quo infra magna fit mentio. *Multa æſtate, qua hæc facta ſunt.*) Vet. lib. Ea æſtate, qua. *Laſcivientium piſcium more exſultaſſe.*) Vet. lib. Piſcium modo exſultaſſe. *Prope annos LX. in Sicilia.*) ab Ap. Claudio Conſule, qui primus bellum in Siciliam tranſtulit ad hunc numerantur anni LX. *Improviſa in agro Uticenſi excurſionem fecit.*) Vet. lib. In agrum Uticenſem. *Q. Fulvius Dictator dictus.*) Plutarch. in Marcello: [illegible] &c. *Tribuni pl. b. rogarunt, plebeſq; ſcivit.*) Trita loquendi forma. Tribuni plebem rogarunt plebeſque ſcivit, ſic ait paullo poſt: Ex auctoritate Patrum ad plebem latam, plebeſque ſciviſſe. *Galeria juniorum, quæ ſorte prærogativa erat.*) Vet. lib. Quæ ſorte. Quanquam, ſorte, probatur, ut lib. XXIV. Eo die cum ſors prærogativæ ante juniorum exiſſet, & Cicero Philip. II. Sortitio prærogativæ. Galeria autem nomen eſt, ut Trib, ſic Centuriæ, ut Veturia, de qua ſupra. *Eodemque jure vocatæ reliquæ incluſiſſent.*) Vox, reliquæ, vacat, ut veteres indicant libri; opponit autem, jure vocatas Centurias prærogativis, judicium autem inquit prærogativæ ſecutæ eſſent eæ, quæ jure vocatæ dicuntur, de quibus nos ſupra. *Magiſtratum continuari.*) Ex Dictatore Conſulem fieri. *Cum Flaminius alter Conſul.*) Vet. lib. Cum C Flaminius. *L. Poſtumio Megilli.*) L. Poſtumii Megelli, ex Cap Conſulib. & Vetuſtis libris. *Conſul cum Cn. Junio Bubulco.*) Lege, Cum C. Junio, ex Caſſiodoro, & tabulia Capit. Conſules fuerunt anno U C. CDLXI. *Prætores creati.*) Vet. lib. Prætores inde creati. *P. Manlius Volſo.*) Vulſo, ex Cap. tabulis. *T. Sempronius T. F. Longi T. Sempronius C. F. Longus.*) Lege, Ti. Sempronii T. F. Longi Ti. Sempronius. Eſt enim Tiberius Semproniorum cognomen. *M. Æmilius Pappus.*) Papus ex Capitolinis tabulis. *L. Porcius Licinius.*) Licinus, ex Capitolinis tabulis. *C. Calpurnius eidem præeſſet provinciæ, exercituque, quem Q. Fulvius habuiſſet. Capuam exercitumque T. Quinctius obtineret.*) Ex Vet. lib. legit Rhenanus Capuam, exercitumq; quem Q. Fulvius habuiſſet, T. Quinctius obtineret, & recte, nam paullo poſt ait: Conſulum alter T. Quinctius Criſpinus ad exercitum, quem Q. Fulvius Flaccus habuerat, profectus. *C. Manilis Attelis, qui unus ex plebe petebat.*) Hunc eundem libro XLI., ubi de morte ejus agit, C. Attelium Æmilium nominat. Eſt autem utrobiq; legendum C. Mamilius Vitulus. Nam alibi etiam pro Mamilio, Æmilius, & Manlius eſt vitioſe. Mamilii autem plebeji ſunt, ex quibus Q. Mamilius Vitulus Conſul fuit anno CDXCI. in tabulis Capitolinis. Vet. lib. hoc habent varietatis, quod Attellina habent. *C. Lectorius.*) Lætorius, ut ante. *Cum L. Licinius Prætor inde eduxiſſet.*) Nemo hoc anno Licinius Prætor fuit, at ſequenti duo Publii Licinii, Varus, & Craſſus, ille urbanus, hic peregrinus, urbanum autem intelligit. Itaque P. eſt ſcribendum non L. *Triginta tum coloniæ Populi R. erant.*) Hic locus eſt, quo colonias Populi R. enumeremus, quas hoc tempore triginta fuiſſe ſcribit Livius, quarum duodecim negaſſe opem Romanis, duodeviginti benigne præſtitiſſe.

(77) Ita Badius.

eiſſe. Nomina XII. Livius edit hæc: Ardeam, Nepet, Sutrium, Circejos, Albam, Carſeolos, Sueſſam, Soram, Setiam, Gales, Narniam, Interamnam; XVIII. autem, hæc: Signiam, Norbam, Saticolam, Brundusium, Fregellas, Luceriam, Venuſiam, Hadriam, Firmum, Ariminum, Pontiam, Pæſtum, Coſſam, Beneventum, Aerſeniam, Spoletum, Placentiam, & Cremonam: Placet autem omnes colonias, quę hucuſque Livio auctore deductæ ſunt, & quo quæque anno deducta ſit, exponere, & multo plures, quam triginta, deductas fuiſſe probemus.

I Medullia à Romulo Rege deducta: Dionyſius.

II Cameria à Romulo Rege: Dionyſius.

III Fidenas à Romulo deductas ſcribit Dionyſius, eìdem colonos additos eſſe anno CCCXXVI. ſcribit Livius.

IV Antemnæ à Romulo Rege.

V Cruſtumeria à Romulo Rege.

VI Oſtia ab Anco Rege: Plin. lib. IV. cap. V. Hujus poſt meminit Livius anno DXLIII. & anno DLIX.

VII Signia à Superbo Rege.

VIII Circeji à Superbo Rege.

IX Cora } Harū meminit an. CCLI.
X Pometia } Livius, quo autem an. deductæ ſint non exponit.

XI Velitræ deductæ anno CCLX.

XII Norba, ut in Pomptino arx eſſet anno CCLXII.

XIII Antium in Volſcis anno CCLXXXV. Eòdem nova colonia miſſa, anno CCCCXIII. Hujus poſt meminit. Livius an. DXLIII. & an. DLIX.

XIV Ardea, anno CCCXII.

XV Lavici, anno CCCXXXVII.

XVI Vitella: Hujus meminit anno CCCLXII. quo anno deducta ſit non ait.

XVII Sutrium. Livius nuſquam coloniæ hujus meminit niſi hoc loco, & lib. XXIX. ubi XII. harum etiam coloniarum nomina profert, at meminit Sutrii coloniæ Diodorus anno poſtquam Roma capta eſt. Vellejus ſeptem poſt R. captam annos deductam tradit.

XVIII Nepet. anno CCCLXXIII.

XIX Satricum: Hujus meminit Livius anno CCCLXXIV., quo an. expugnatam à Præneſtinis ait, item poſt etiam an. CDXXXV. quo tamen hæc anno deducta ſit, non exprimit. Vellejus annos ſeptem poſt Romam captam deductam ſcribit, quamquam ibi vulgo Sutrium, non Satricum ſcribitur.

XX Setia Norbæ finitima anno CCCLXXVII.

XXI Cales, anno CDXXI.

XXII Anxur, an. CDXXVI. eadem Tarracina dicitur anno CDLVIII. & DLIX.

XXIII Fregellæ, anno CDXXVII.

XXIV Luceria, anno CDXL.

XXV Sueſſa Auruncorum anno CDXLI.

XXVI Pontia, anno CDXLI.

XXVII Saticula, hanc eodem anno conditam quo Sueſſam ſcribit Vellejus, cujus rei nihil meminit Livius, Saticulanos tamen inter XVIII. fidos colonos hoc loco numerat.

XXVIII Caſinum anno CDXLII.

XXIX Interamna, anno CDXLII.

XXX Sora Volſcorum, anno CDL. deductæ Soræ tamen coloniæ meminit ante in ann. CDXXXIX.

XXXI Alba Æquorum, anno CDL.

XXXII Carſeoli, anno CDLI.

XXXIII Nequinum, ſive Narnia in Umbria, anno CDLIII.

XXXIV Minturnæ, anno CDLVI.

XXXV. Sinueſſa anno CDLVI.

XXXVI Venuſia. Hanc deductam eſſe ſcribit Vellejus quadriennio poſt Sinueſſam, ideſt anno CDLX. cujus ne verbum quidem Livius, quia periit ille annus. Nominat tamen hoc loco Venuſinos inter fidos colonos.

XXXVII Caſtrum } Hæ coloniæ deductæ ſunt
XXXVIII Sena } poſt annum CDLXII.
XXXIX Hadria } quantum divinari ex Epitoma libri XI. poſſum. Vellejus Caſtrum deductam ait initio belli Punici, ideſt anno CDLXXXVI. Caſtri novi coloniæ maritimæ meminit Livius an. DLIX. Senæ meminit Polyb. lib. II.

XL Coſſa, } Has deductas eſſe ſcribit
XLI Pæſtum } Vellejus Fabio, & Canina Coſs. ideſt anno CDLXXIX. In Epit. lib. XIV. Poſidonia, & Coſſa.

XLII Ariminum, } Deductæ, ut ait Vel-
XLIII Beneventum } lejus, Sempronio Sopho, & Ap. Claudio Coſs, ideſt ann. CDLXXIII. item Epit. lib. XV. Hujus meminit Ptol. lib. II.

XLIV Firmium initio belli Punici cum Caſtro deductam ait Vellejus, ideſt CDLXXXVI. & Firmiani inter fidos colonos nunc à Livio referuntur.

XLV Æſernia poſt annum, quam Firmum deducta, ut ait Vellejus, item eſt in Epitoma lib. XVI. ideſt CDLXXXVII.

XLVI Æſulum, } Deductæ poſt ann. XVII.
XLVII Alſium } quam Æſernia, ut ait Vellejus, apud quem eſt XXII. mendoſe pro XVII. ideſt an. DIII.

XLVIII Fregenæ, poſt biennium quam Æſulum, ut ait Vellejus, ideſt, an. DV. Fregenæ coloniæ maritimæ meminit Livius anno DLIX.

XLIX Brunduſium proximo anno, quam Fregenæ, Torquato, & Sempronio Coſs., ut ſcribit Vellejus ideſt an. DVI.

L Spoletum triennio poſt Brunduſium ex Vellejo, & Epit. lib. XX. ideſt anno DIX.

LI Valentia poſt biennium quam Spoletum, Vellejus, ideſt an. DXI.

LII Cremona } Sub adventum Hanniba-
LIII Placentia } lis, ut ait Vell. & Epit. lib. XX. Ped. in Piſonem, Scipione, & Longo Coſs. deductas ſcribit primo an. II. belli Punici, ideſt an. DXXXII. Placentiam autem vocat coloniam à Populo Romano deductam LIII.

Nepete.) Nepet, ut ſupra ſæpius. *Cum alternis hæc Conſules diu jactaſſent.*) Vet. lib. Conſules demonſtraſſent. *Ubi tantus pavor animis hominum eſt injectus.*) Vet. lib. Omnium. *Ut magna pars actum de Imperio diceret.*) Vet. lib. Dicerent. *Satriculanique.*) Supra oſtendi ex Vellejo, Stephanoque, legendum eſſe Saticolum, addo etiam ex Veterum librorum auctoritate. *Æſernini.*) Æſernini, ut ſupra etiam oſtendi. *Spoletini.*) Vet. lib. Spoletani, itemque Priſc. lib. II. docet eſſe loquendum, ut Spoletum, Spoletanus, ut Beneventum Beneventanus. (78) *Ut C. Hoſtilius Pr. Ludos Apollinis, ſicut his annis voti, factique erant, voveret, faceretq;*) Vet. lib. Apollini, & recte. *Creati Cenſores, ambo, qui nondum Conſules fuerant, M. Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus, duo Cenſores, ut agrum Campanum fruendum locarent, latum ad plebem eſt.*) Vox, duo, ni fallor, habet mendum. Cur enim duo? quando ſic locutus eſt Livius? vereor ne, hi, legendum ſit, idque erroris cauſſam librario tribuerit, quod hi pro, i. i. duorum nota acceperit. *T. Manlius Torquatus erat.*) Is anno DXIX. Cenſor fuerat. Cap. lapid. *Ex iis, qui principio ejus belli ſexdecim annos nati fuerant, neque militaverant, ærarios fecerunt.*) Vet. lib. Decem & ſeptem annos, recte. (79) Sic enim & ipſe ait lib. XXV. Tribuni pl. ad populum ferrent, ut qui minores ſeptem & decem annis ſacramento dixiſſent, iis perinde ſtipendia procederent, ac ſi ſeptem & decem annorum, aut majores milites facti fuiſſent. *Et audacia, & audendi omnia neceſſitatibus pares.*) Vet. lib. Et audacia, & ad audendum omnia. *Marcellus & Conſulis literis excitatus.*) Vet. lib. Excitus. (80) *Paucos poſt dies conſecutus Fabius, qui & collegam coram obteſtatus, & per literas Marcellum, ut quam acerrimo bello detineret Hannibalem, dum ipſe Tarentum oppugnaret, & poſt: Marcellus literis Conſulis excitus, ad Canuſium Hannibali occurrit.*) Hæc ita vertit Plutarchus in Marcello: [illegible]. *Nocte prægreſſum aſſequitur.*) Vet. lib. Nocte prægreſſum eum aſſequitur. *Cedere inde Romanis dextra ala, & extraordinarii cepere.*) Plutarchus, τὸ δεξιὸν. Qui ſint extraordinarii, docet Polybius lib. VI [illegible]. *Ceciderque in pugna ad duo millia & ſeptingenti.*) Plutarchus, [illegible]. *Quos levib. præliis fugaſtis.*) Vet. lib. Fatigaſtis. *Corpora tantum, atque arma eadem ſunt.*) Plutarchus [illegible]. *Ne prius heſternæ fugæ, quam hodiernæ victoriæ fama Romam perveniat.*) Plut. [illegible]. *Cohortibus, quæ ſigna amiſerant, hordeum dari juſſit.*) Plutarchus [illegible]. *Cum eo nimirum, inquit, hoſte res eſt, qui nec bonam, nec malam ferre fortunam poteſt.*) Plut. [illegible]. *Hannibal elephantos in primam aciem induci juſſit.*) Plutarchus, [illegible]. *Ibi C. Decimius Flavus Tribunus militum ſigno arrepto primi haſtati.*) Plutarchus, [illegible]. *Ut eſt genus anceps.*) Quòd elephanti tam in ſuos, quam in hoſtes ruant. *Cæſa ad octo millia hominum.*) Plutarchus: [illegible]. Quod autem de Romanis ait mille ferme & ſeptingentos interfectos, Plutarchus ait aliter: [illegible]. *Oppidum in Salentinis Manduriam.*) Stephanus Mandurium vocat: [illegible]. *Præſidii Præfectus deperibat amore mulierculæ.*) Plutarchus & hanc opinionem, & alteram de muliere à Præfecto amata recitat, quam quidam Fabii Pallacam fuiſſe tradiderunt. *Proditionis conciliator nunciaverat.*) Vet. lib. pronunciaverat. *Ad proditionis famam extinguendam.* Plut. [illegible]. *Bruttii quoque multi interfecti.*) Vet. lib. paſſim interfecti. *Qui interroganti ſcribæ, quid fieri de ſignis vellet, deos iratos Tarentinis relinqui juſſit.*) Plutarchus: [illegible]. *Iis qui Cauloniam obſidebant.*) Obſeſſæ Cauloniæ meminit etiam Plutarchos in Fabio: [illegible]. *Et Romani, inquit, ſuum Hannibalem habent.*) Plut. [illegible]. *Quinque millia ferme ab Urbe.*) Plutar. [illegible]. *Inde duos Metapontinos cum literis Principum ejus civitatis ad Fabium Tarentum mittit.*) Plutarch. [illegible], &c. *P. Scipio in Hiſpania.*) Hinc etiam Polybius perſequitur res geſtas P. Scipionis in Hiſpania lib. X. [illegible]. *Edeſco id eum clarus inter duces Hiſpanos venit.*) Polybius, Edeco. [illegible]. *Eadem cauſſa Indibili, Mandonioq; fuit.*) Polyb. [illegible], &c. *Navales ſocios terreſtribus copiis addidit.*) Polybius [illegible]. *Et jam Lælius redierat ab Roma.*) Polyb. [illegible]. *Prope urbem Bætulam.*) Polybius Bæcula nominat: [illegible], & Livius paullo poſt: Paucis poſt prælium factum ad Betulam diebus cum Scipio rediens Tarraconem ſaltu Caſtulonenſi jam exceſſiſſet. Steph. item: [illegible]. Item Ptolemæus. *Ipſe expeditos ad levem armaturam infimo ſtantem ſupercilio ducit.*) Poly. [illegible]. *Et aſſuetudine ſuccedendi.*) Vet. lib. Aſſuetudine tamen ſuccedendi. *Ipſe ab læva, circuitu haud magno, in tranſverſos hoſtes incurrit.*) Polybius: [illegible]. *Haſdrubal jam antequam dimicaret, pecunia rapta, elephantiſque præmiſſis quamplurimos poterat de fuga excipiens præter Tagum flu-*

(78) Ita Badius.
(79) Ita Badius.

(80) Ita Badius.

flumen ad Pirenæum tendit.) Polybius: ἀνδρίσας δὲ κατὰ τὰς ἐξαρχῆς διαλογισμοὺς θᾶττον ἐλπίσας, καὶ διαστρεψαμένους τὰς αὐτοῦ δυνάμεις, τὸ μὲν ψυχομαχεῖν μάχῃ τῆς ὀχυρᾶς ἐλπίδος ἀπεδοκίμασε, λαβὼν δὲ τὸν χείμαρρον, καὶ τὸ θυρίον, καὶ τῶν φυγόντων ὅσους ἠδύνατο πλείστους ἐπισυναγόμενος ἐποιεῖτο τὴν ἀποχώρησιν παρὰ τὸν Ταῦρον ποταμὸν ὡς ἐπὶ τὰς Πυρήνης ὑπερβολάς. *In recenſendis captivis decem millia peditum, duo millia equitum venit.*) Polyb. συναθροίσας τὸ τῶν αἰχμαλώτων πλῆθος, ἐν ὅσῳ πεζοὶ μὲν ἐς μυρίους, ἱππεῖς δὲ καὶ πλείους δισχιλίων. *Regem eum ingenti conſenſu appellavit.*) Polybius κατὰ δὲ τὰς ὑστάτας βασιλέα προσφώνουν τὸν Σκίπιωνα, & poſt: καὶ δὲ μέχρι ἁπάντων βασιλέα προσφωνούντων. *Sibi maximum nomen Imperatoris eſſe dixit.*) Polybius παρήγγειλε στρατηγὸν αὐτὸν προσφωνεῖν. *Tacite judicarent.*) Vet. lib. Taciti judicareut. *Numidam ſe eſſe ait.*) Vet. lib. Numidam ſe lacrymaus eſſe ait: *Præſidio tantum ad inſidendum Pirenæum miſſo.*) Polyb ἐπὶ δὲ τὰς ὑπερβολὰς τῶν Πυρηναίων ὀρῶν ἐξαπέστειλε τὰς πρόσοντας τῶν ἀνδρῶν. *Cum Scipio rediens jam Taraconem ſaltu Caſtulonenſi exceſſiſſet.*) Vet. lib. Cum Scipio rediens Taraconem ſaltu Caſtuloneuſi jam exceſſiſſet. Polyb. [illegible] *Media æſtate Venuſiam in tecta milites abduxiſſet.*) Plut. Sinueſſā edit, pro Vennſia: ἀλλὰ κατὰ χολῶν εἰς [illegible], καὶ τὸ θέρος οὐ [illegible] στρατιώτας. *Inimicus erat ei C. Publicius Bibulus Tribunus pl.*) Plutar. ὁ δὲ ἐχθρὸς Πουβλίκιος Βίβλος ὢν τῶν δημάρχων ἀνέστη ἐπὶ τὴν κατηγορίαν αὐτοῦ. Lapides Capitolini: Poblicius. *Cum tamen neceſſarii Claudii obtinuerunt.*) Vet. lib. Tum tamen. *Nec ab imperio ejus abrogandi.*) Vet. lib. Nec de imperio ejus. Malim tamen, Ei. Nam Abrogare alteri imperium dicitur, & Magiſtratum. *Actum de imperio Marcelli in circo Flaminio eſt.*) Plut. ὁ δῆμος συνελθόντος εἰς τὸ φλαμίνιον ἱππόδρομον. *Q. Claudius Flamen.*) Vet. lib. Q. Claudius Flaminius. Suſpicor, Flamininum legendum, eumq; eſſe, de quo priore libro dixit: C. Claudius Flameu dialis, quod exta perperam dederat, Flaminio abiit, atque inde cognomen inveniſſe, quod Quinctii etiam tulerunt. *Mures in æde Jovis auris aurum roſiſſe.*) Plutar. in Marcello: καὶ μύες τὸν ἐν Διὸς χρυσὸν κατέφαγον. *Singulos dies inſtaurati.*) Vet. lib. In ſingulos dies, recte, ſic enim ſemper alibi loquitur, non eſt opus exemplis. *Ex Campania nunciata erant.*) Vet. lib. Et ex Campania nunciata erant. *Peſtilentia gravis incidit per Urbem, agroſque.*) Redde ſuam vocem, incidit in Uebem, ſic .n. veteres, quos legi, habeut libri. *Fecitque ad III. Nonas Quinctiles.*) Scribe ex omnium librorum veterum auctoritate, ante diem tertium Nonas Quinctiles, cujus locutionis vim non intelligens Rhenanus, mutavit, & depravavit. Eſt autem ante diem III. Nonas, idem atque III. Nonas, .i. tertio die ante Nonas, integram hanc fuiſſe Latinam dicendi formam indicat etiam Plut. in Numa, qui ſcribit Romam conditam πρὸ ἕνδεκα μιᾶς καλανδῶν μαΐων, ideſt ante diem XI. Kalendas Majas, & in Poplicola pugnatum cum Tarquiniis eſſe πρὸ μιᾶς καλανδῶν μαρτίων, ideſt ante unum Kalendas Martii, ideſt pridie Kal. Mart. & Dionyſius libro ſexto creatos ait Tribunos plebis πρὸ τεττάρων τῶν εἰδῶν δεκεμβρίων, quod poſt Livius lib. XXXIV. ait, ante diem quartum Idus Decembres. Itaque cum dicimus ad III. ad IV. puto mendoſe dici, dividendaſque literas eſſe, ita, A.D., ideſt ante diem. *Varro imperio miſſus.*) Caſtiga, cum imperio. *In ſententiam M. Acilii.*) M'. Acilii, ut ſupra de eodem admonui. *Aliis ſententiis notantibus Præfectum, quod ejus ſocordia Tarentum proditum hoſti eſſet, aliis præmia decernentibus, quod &c.*) Vox, ſeutentiis, ſine dubio mendoſa eſt. Rhenanus, quia libros veteres, ſociis, pro ſententiis habere legit, in eam opinionem venit, ut, otii, putarit eſſe legendum, quam lectiouem adeo probavit, ut ejus etiam in Taciti caſtigationibus meminerit. Nos autem quia ſæpe mendoſe, ſociis, pro, S. C., ideſt Senatuſconſulto eſſe invenimus, & quia librum etiam unum, Senatuſconſulto, aperte habere comperimus, Senatuſconſulto reponimus; nam & ſenſus eſt optimus, & locutio Livio uſitata, ut lib. XXV. Ac per eum delata ad Senatum, nec ullo Senatuſconſulto notata. *Adjecit tamen fateri ſe, opera Livii Tarentum receptum.*) Cicero idem ſcribit in Catone, prave tamen M. Livium Salinatorem huoc vocat. Idem Plutarchus in Fabio. *Quod cum bello Gallico ad Claſtidium ædem Honori, & Virtuti voviſſet, dedicatio ejus à Pontificibus impediebatur.*) De bello Gallico, & prœlio à Marcello ad Claſtidium iu primo ejus Conſulatu commiſſo, ſcribit Polyb. lib. I., & Plutarchus in Marcello; de ædibus autem his idem Plutarchus, ſic, ἐπανελθὼν ἐκ τῶν σικελικῶν λαφύρων ᾠκοδομεῖτο ναὸν δόξης, καὶ ἀρετῆς καθιερῶσαι βουλόμενος, καὶ κωλυθεὶς ὑπὸ τῶν ἱερέων, οὐκ ἀξιούντων ἕνα ναὸν δύο θεοὺς περιέχεσθαι πάλιν προσοικοδομεῖν ἤρξατο. *Uni Deo recte dedicari.* Vet. lib. Rite. *Inter Venuſiam, Brutiamque.*) Vet. lib. Bauriamque. Ego, Bautiam, ſic enim Plutarchus, μεταξὺ βαντίας πόλεως, καὶ βενουσίας, & Stephanus. βαντία πόλις ἰταλίας, τὸ ἐθνικὸν βαντιανός. *Partem exercitus, quæ in præſidio erat.*) Vet. lib. Qui in. *Sub tumulo Petelliæ.*) Vet. lib. Peteliæ, Stephanus, πετηλία πόλις ἰταλική, τὸ ἐθνικὸν πετηλῖνος. Plutarchus. ἢ περὶ πετηλίαν λόφον ait, pro πετηλῖνον. *Ad duo millia armatorum cæſa.*) Plutarch. ἐφ᾽ οἷς ἀνεῖλον πεντακοσίους καὶ τρισχιλίους ἀπέκτειναν. *Tumulus erat ſilveſtris inter Punica, & Romana caſtra.*) Plutarch. ἦν δὲ μεταξὺ τῶν στρατοπέδων λόφος ἐρυμνὸς μὲν ἱκανῶς ὕλης δὲ παντοδαπῆς ἀνάπλεως. *Fremebant vulgo in caſtris Romanis, occupandum eum tumulum eſſe.*) Plutarch. ἦν πολὺς οὖν τῷ στρατοπέδῳ τῶν ῥωμαίων λόγος, ὡς χρὴ τὸ χωρίον καταλαμβάνειν. *Prima hoſtia cæſa jecur ſine capite inventum.*) Plntarchus, καὶ τὸ πρῶτον τεθέντος ἱερείου δείκνυσιν αὐτῷ τὸ ἧπαρ οὐκ ἔχον κεφαλὴν ὁ μάντις. *Auctum etiam viſum in capite.*) Plntarch. κεφαλὴν μέγεθος ὑπερφυὲς οὖσαν. De eadem re Valerius lib. I. de prodigiis. *Nec id ſane haruſpici placuiſſe, quod ſecundum trunca, & turpia exta, nimis læta apparuiſſent.*). Plutarchus οἱ δὲ μάντεις ἀπεκρίναντο τὰ ἱερὰ δεδιέναι, καὶ ταράττεσθαι. λαμπροτάτων γὰρ ἐπ᾽ αἰσχίστοις, καὶ σκυθρωποτάτοις ἱεροῖς γενομένων ὕποπτον εἶναι τὴν μεταβολὴν τῶν δεινῶν. *Marcellum tanta cupiditas tenebat dimicandi, ut numquam ſatis caſtra caſtris collata diceret.*) Vet. lib. pro, cupiditas, habent, cupido, &, pro diceret, duceret. *Deſerti ab Etruſcis Fregellani.*) Ducentos & viginti equites ſecum eduxerat Marcellus, quorum nemo Romanus, ſed aut Etruſci erant omnes, aut Fregellani, ut ait Plutarch. ἱππέας δὲ τῶν συναρχόντων κρατίστων παραλαβών, καὶ δύο χιλιάρχους, οὐδ᾽ σύμπαντας ἱππεῖς εἴκοσι, καὶ διακοσίους, ὧν ῥωμαῖος οὐδεὶς ἦν, ἀλλ᾽ οἱ τυῤῥηνοί, πεντακόσιοι δὲ φρεγελλανοί, τεῖραν ἀρχῆς καὶ πίστεως ἀεὶ τῷ μαρκέλλῳ δεδωκότες. *Marcellum etiam transfixum lancea.*) Plutarchus, μάρκελλον δὲ ὡς λόγχῃ πλαγίᾳ διὰ τῶν πλευρῶν διελάσαντα, ἣν λαγκίαν καλοῦσιν. *Interfectus A. Manlius.*) Ita Vet. lib. Movet quoſdam, quod legerint: Interſecti, ſuſpicanturque deeſſe nomen alterum, ſine cauſſa. *Lictores Conſulum quinque vivi in poteſtatem hoſtium venerunt.*) Plutarchus αἰχμάλωτοι δὲ καὶ τῶν μὲν ῥαβδούχων πέν-

[illegible]. Equites duodeviginti vivi capti, [illegible]. *L. Cœlius triplicem geſtæ rei ordinem ed t.*) Vet. lib alii C. Lælius, alii Lælius Cœlius: Aut igitur L. Cœlius Antipater eſt, cujus ſæpe meminit, aut C. Lælius, quem hiſtorias ſcripſiſſe tradere videtur Polybius lib. X. *Ibi inventum Marcelli corpus ſepelit.*) Hac in re citat auctorem Livium Plutarchus, [illegible]. *Paullo ante huc nuncius Conſulis Salapiam venerat, cum literæ.*) Vet. lib. Quem literæ. *Quam Cincius.*) Vet. lib. Quam L. Cincius. *M. Marcellum trib. militum.*) M. Marcelli Conſulis interfecti filium: Plut. *Q. Fabium filium.*) Virum Conſularem, de quo ante dictum eſt. *L. Cincius Alimentius.*) Alimentus, ut ante idem, de quo paullo ante. *Phaleram.*) Vet. lib. Phalaram, ſic Stephanus: [illegible]. *Rhium proſ ctus eſt.*) Stephanus: [illegible]. Achaicum oppidum intelligit, ubi concilium agebatur Achæorum. *Leuſſis junt quadam.*) Vet. lib. Parva quædam. *Sationis reſtitueretur Athamanis.*) Suſpectum habeo locum, ut Glareanus. *Ipſi ab eo concilio Argos regreſſus.*) Vet. lib. Ipſe habito concilio. *Juſſis ſubſequi peditibus.*) Vet lib. Juſſis ſe ſubſequi. *Qui Eleum agrum ab Dymeo dirimit.*) Polyb. & Stephanus [illegible] ſcribunt: Itaque Dymæo, ſcribe. *Trallos (Illyriorum id eſt genus.*) Vet. lib. Trallos: Recte: Tralli enim ſunt populi Illyrii, auctore Stephano, de quibus Livius etiam lib. XXXVII. *Lycnidum.*) Græci [illegible], ergo Lychnidum. *Daſſaretiorum.*) Daſſaretiorum ex Stephano, [illegible]. *Dardanos in Macedoniam effuſos Oreſtidem jam tenere, ac deſcendiſſe in Argeſtæum campum.*) Suſpicor Aegeſtæum campum eſſe Theſprotium, qui affinis eſt Oreſtidi. Nam Stephanus, [illegible]. Nam qui ſit Argeſtæus campus quærit merito Glareanus. *T. Quinctius Conſul.*) Vet. lib. T. Quinctius Criſpinus Conſul. *Dicto L. Manlio Torquato.*) T. Manlio, eſt enim is, cujus ſæpius ante meminit. *C. Servilium (tum ædilis curulis erat) dixit.*) Vet. lib. C. Servilium, qui tum ædilis curulis erat, dixit. *M. Aemilius Præt. urban. C. Flaminio.*) M. Aemilium Regillum, qui poſt fuit flamen Quirinalis fuiſſe puto. *Ex Conſulatu populi judicio damnatus.*) Quod prædam Illyricam maligne diviſiſſet, ut ante dixi. *In Senatum venire.*) Non legerant eum in Senatum, ſed auctores ei fuerant, ut in Senatum veniret, non tamquam Senator, ſed tamquam pedarius, nam ſequitur: Sed tum quoque aut verbo aſſentiebatur, aut pedibus in ſententiam ibat; Ex iis enim erat, quibus jus erat in Senatu ſententiam dicere, non tamen Senatores erant: Gellius. *Quia duos patricios creari non liceret.*) Per hæc tempora numquam duo patricii Conſules comparati, duo vero plebeji in collegio Gracchi, & Marcelli comparati ſunt. *M. Furium.*) Camillum, de quo lib. V. *L. Porcius Licinius.*) L. Porcius Licinus ex Capit. lap. *C. Manlius.*) C. Mamilius: Sic enim Vet. lib. plerique; Cujus certe non eſt prænomen Manliorum. Hunc puto eſſe C. Mamilium Vitulum, de quo ſupra. *Et præſciſcere.*) Vet. lib. Et præſcite. *Inimicitiæ autem nobiles inter eos erant.*) Vet. lib. Inimicitiæ ante nobiles inter eos. De his inimicitiis, & de reditu in gratiam etiam Valerius. *Quem Alpibus appropinquare fama erat.*) Vet. lib. Quem jam Alpibus. *L. Aquillius Pætus augur creatus.*) Vet. lib. Præfectus Aquillius Pætus, mendoſe certe, ſed ita ut ex obſervatione diuturna ejuſmodi mendorum veſtigia veritatis elicias; ſæpe enim eſt, Præfectus, pro Publio, in manuſcriptis. Itaque legendum puto: P. Aelius Pætus: Primum enim cognomen Pæti, non erat Aquilliorum, ſed Aeliorum, deinde hic eſt P. Aelius Pætus, qui nunc fit augur, & anno DLXXIX. augur apud eundem Livium moritur, lib. XLII. *Ab Q. Manlio, & M. Cæcilio.*) Lege ab Q. Mamilio, ut infra probabitur. *C. Manlio Sicilia.*) C. Mamilio, ut ante. *Ita per provincias diviſa, binæ Conſulum eſſent.*) Vet. lib. Ut binæ. *Clivum Publicium.*) Vet. lib. Clivum publicum, ut lib. XXX. Annus inſignis incendio ingenti, quo clivus publicus ad ſolum exuſtus eſt, & lib. XXVI. Quos cum ex arce, Capitolioque clivo publico in equis decurrentes quidam vidiſſent. *Ut Senis ſſe biennio ante.*) Supra hoc eodem libro. *Ab Livio Poeta.*) Livius Andronicus, Livius à Livio Salinatore, ut ait Euſebius, appellatus. *Sonum vocis pulſu pedum modulantes.*) .i. [illegible], ut ait Ariſtoteles in Poetica. *Anxuras.*) Taracinas. *A ſupero mari Senenſis.*) Senenſis à Sena colonia urbe ad Hadriam eſt, non à Senis Etruriæ. *Earum coloniarum juniores jurejurando adactis ſupra dies triginta non pernoctaturos extra mœnia coloniæ ſuæ.*) Vet. lib. non habent vocem, dies, & pro, triginta, habent, quadraginta, ſenſu multo præſtantiore: Juniores cujuſque coloniæ ultra quadraginta non pernoctaturos extra mœnia coloniæ ſuæ, eadem ſententia eſt lib. XXVI. Neve uno tempore quinque Senatores ab urbe Roma abeſſent. *Ne emergeret ex Bruttiis, atque obviam Fratri ire poſſet.*) Vet. lib. Emergere. *Et ex provinciis, quos e rep. cenſerent eſſe, transducendi.*) Senſus poſtulat, ut legatur: Quo, ut ſit, transducendi ex provinciis in eam partem, quam uſum reip. poſtulare cenſerent. *Duo millia de legionibus militum.*) Vet. lib. Ad duo millia. *Præcipitaſſet Romana Reſp.*) Vet. lib. Præcipitaſſet reſp. *Secunda in Italia.*) Vet. lib. Multa ſecunda in Italia. *T. Claudium Aſellum.*) Vet. lib. Ti. Claudium Aſellum. *Marrucinum, Ferentinum.*) Vet. lib. Ferentanum. Supra oſtendi legendum eſſe, Frentanum. *Flexit in Picenum.*) .i. ut in Picenum tenderet. *Q. Tatio Legato.*) Vet. lib Q. Catio, quod probo, ſupra enim Q. Catium quoque ædilem curulem nominavit. *Biennio ante, cum caſtra Punica objecta Romanis mœnibus, portiſque fuerant.*) Quadriennio, legendum eſſet, niſi extremos annos omiſſos eſſe intelligeremus, id enim factum eſt anno DXXIX. *Sine imperio, ſine auſpicio.*) quia imperium, auſpiciumque Conſulis erat, qui diſceſſerat. *Gemina victoria inſignem.*) P. & Cn. Corneliis interfectis in Hiſpania. *Concitatus ad arma Gallicus.*) Vet. lib. Et concitatis ad arma. *Haud cum ignoto duce C. Nerone.*) Hac de re ſcripſit lib. priore. *Flagitare precibus, ut quæ.*) Vet. lib. Fatigare precibus, quod placet, eſt enim genus dicendi Livio familiare. *Nocte clam ingredi viſum eſt.*) Vet. lib. Melius viſum eſt. *Teſſera per caſtra ab Livio Conſule data erat, ut Tribunum Tribunus, Centurio Centurionem, eques equitem, pedes peditem acciperet.*) Sic lib. VII. Vigiliis deinde diſpoſitis ceteris omnibus teſſeram dari jubet, ubi ſecundæ vigiliæ buccina datum ſignum eſſet, armati cum ſilentio ad ſe convenirent: Polybius item de teſſera, quam [illegible], & [illegible] vocat,

vocat, lib. VI. agit, ideſt, de ſigno nocturnis excubiis dando. Nam Livius his locis pro quocumque ſigno accipere teſſeram videtur. *Ad Senam.*) Coloniam, de qua ſupra. Unde in Bruto, Salinatorem ait Cicero Senenſi prœlio ludos voviſſe. *Strigoſiores equos.*) Sic Front. lib. 1. cap. 12. *Ut adire nuncius non poſſet, prœcunctantibus, vociferantibuſque.*) Vet. lib. quos legi omnes, ut adire nuncius non poſſet, trahereturque à percunctantibus. *Inde tranſducti in concionem Legati.*) Vet. lib. Introducti in concionem. Hinc ego: Inde producti: Eſt enim hæc conſuetudo latini ſermonis, ut cum non omnibus pateret aditus vel in Senatum, vel in concionem, à Magiſtratibus tamen, quorum id jus erat, in curiam quidam introduci, ad populum vero (ſic enim loquebantur) produci poſſent: Sic lib. VII. Legati introducti in Senatum maxime in hanc ſententiam locuti ſunt, & lib. XXVIII. Tum Saguntinorum Legatos in Senatum introduxit, & paullo poſt: Legationes deinde ceteræ in Senatum introductæ, & hoc libro: Mandat Conſulibus, ut eos quoque ad populum producerent. Item: Productus in concionem Lælius eadem diſſeruit, & lib. XLI. Eum cum in Senatu fatigaſſent interrogationibus, in concionem quoque produxerunt. Cicero poſt reditum ad Quirites: Deinde omnes, qui veſtris maxime beneficiis, honoribuſque ſunt ornati, producti ad vos ab eodem, & ad Att. lib. 1. Q. Fuſius in concionem produxit Pompejum. *L. Veturius literis recitatis omnia, quæ acta erant, expoſuit.*) Vet. lib. Planius omnia, egregie. *Eam ſupplicationem C. Hoſtilius Prætor pro concione edixit, celebrataque à viris, feminiſque omniaque templa per totum triduum æqualem turbam habuere.*) Vet. lib. Celebrata à viris, feminiſque eſt, omnia templa, &c. *Mutuum dando, argentum creditum ſolvendo.*) Vet. lib. Mutuum dando argentum, creditumque ſolvendo. *Caſtriſque inde motis, ut omnia.*) Vet. lib non habent, ut, & pro voce: Contraheret, habent: Contrahit: Quod placet.

In Epitomen Libri XXVIII.

ET *in hoc habita plus gloriæ, reverentiæque habuit.*) Vet. lib. Et in hoc actu. *Carthagini Novæ.*) Carthagine Nova, legendum. *Occiderunt, ſe inſuper præcipitaverunt.*) Vet. lib. Et ſe inſuper. *Et amicitia facta eſt cum Maſſaniſſa.*) Tolle vocem, Eſt, ut uno ambitu orationis hæc tota ſententia comprehendatur: Sic Vet. lib. *Si ex rep. eſſe cognoſceret.*) Vet. lib. Si è rep.

In Librum XXVIII.

CUm *tranſitu Haſdrubalis quantum in Italiam inundaverat belli, tantum levatæ Hiſpaniæ viderentur.*) Rhenanus leviſſima unius libri conjectura motus legit, Inundaverat, pro Inclinaverat, à quo ipſe diſſentio, non ſolum, quia contra librorum omnium auctoritatem facit, ſed etiam, quia pulcherrimam ſententiam depravat, quæ ex vocibus, Inclinaverat, & Levatæ, elicitur, quæ tranſlatione à lance ſumpta nituntur: Nam quo graviori pondere lanx altera premitur, eo magis contraria levari videtur. Quod idem de Italia quoque, & Hiſpania intelligendum eſt. *Subſidunt Hiſpani adverſus emiſſa tela ab hoſte; inde ad emittenda ipſi conſurgunt.*) Vet. lib. Ad remittenda, probe. *Quod ad fugam impedimenta hoſtibus erat, & ad cædem eos.*) Vet. lib. Id ad cædem eos. *Duo haud amplius millia peditum.*) Vet. lib. Haud amplius tria millia peditum. *Scipio ſpem debellandi, ſi nihil jam etiam ipſe cunctando moratus eſſet, nactus.*) Vet. lib. Si nihil eam ipſa cunctando. *Betica.*) Græce Βαῖτις, & Βαιτικὴ, ergo Bætica. *Ceterum, quod aciem tenuiſſet, exercitum omnem paſſim in Civitate dimiſit.*) Lectionem exagitatam à Rhenano reponendam cenſeo. Eſt enim in omnibus Vet. quos legi, libris, ſic. Ceterum quoad continuiſſet exercitum, propoſitum belli ſe fore ratus, antequam fretum Gades transjiceret, exercitum omnem paſſim in Civitates dimiſit. Senſus eſt: Haſdrubalem timuiſſe ſibi magis, ſi exercitum continuiſſet, quam ſi dimiſiſſet. Eſt autem ſententia illa, quæ eſt in Epiſtola Cœlii lib. VIII. Nam de vita, ſi paratior ab exercitu eſſes, timuiſſem, nunc hæc exiguitas copiarum receſſum, non dimicationem mihi tuam præſagiebat. *Ad oppugnandam opulentiſſimam in iis locis Urbem, quam Oringin barbari appellabant, mittit.*) Vet. lib. Urbem (Origin barbari appellabant) mittit. Hujus meminit Plinius libro tertio, capite primo. *Ars fuit Haſdrubalis ad excurſiones circa in mediterraneos populos faciendas.*) Vet. lib. Haſdrubali, quod magis probo. *Etiam eo ſuperare hoſtem.*) Vet. lib. Et jam. *Eodem anno claſſis Romana cum M. Valerio Lævino Proconſule ex Sicilia in Africam tranſmiſſa.*) Tolle particulam: Cum, ex vet. lib. *Suſtulerunt enim animos Ætoli cum ob Romanam ſocietatem, tum poſt Attali adventum.*) Vet. lib. Ab Romana ſocietate, nota dicendi forma eſt. Polybius autem hoc ſic expreſſit, [illegible]. *Et Thracum maxime Medos.*) Mædos. Polybius [illegible]. *Boeti quidem &c.*) Veteres lib. Boeoti quidem ipſi, &c. *Tum præſidium Urbi mittit, unde allatum erat.*) Deeſt hic non Urbis nomen, ſed Inſulæ, in qua Urbs erat. Fuit autem Peparethus, ut ex Polybio, unde hæc ad verbum tranſlata ſunt, intelligi poteſt, cujus hæc verba ſunt, [illegible]. Itaque legendum apud Livium puto: Tum Peparethum præſidium Urbi mittit. Vox enim, Præſidium, affinis quodammodo voci, Peparethum, illam è loco ſuo ejecit. Eſt autem Urbs in Inſula eodem nomine, ut ait Stephanus, [illegible]. *Additi quingenti Aenianum.*) Si Polybium ſequamur, quem neſcio cur non maxime ſequamur, Agrianum, pro Aenianum, eſt reſtituendum. Is enim hac de re ita, [illegible], de quibus Stephanus. [illegible]. *Segetibus tamen, quæ jam prope maturitatem erant, maxime in ſinu Aeniano vaſtatis, Scotuſan copias reducit.*) Qui ſit ſinus Aenianus, ut multa alia, quærit Glareanus, is eſt autem, de quo Polyb. lib. XI. his verbis. [illegible]. & Stephanus, [illegible]. (81) *Ipſo*

(81) In Polybio eſt Αἰνιανὶς, non Ænianus, non immerito itaque dubitat Glareanus, imò quo Glareanus adducit, hic omittit Sigonius.

Ipſi in Ciſſo, (*mons eſt in altitudinem ingentis cacuminis editi.*) Quod Glareanus quærit Ciſſeum montem, imperite facit; etenim nullus eſt. Tiſæum autem invenio apud Polybium lib. XI. ubi de hac re loquitur, [illegible]. Veteres etiam Liviani libri habeot, Thiſeo, non Ciſſeo. (82) *Niceam.*) Nicæam. Græci enim, [illegible] edunt. *Demetrium Phthiotidis.*) Sic veteres libri, & recte; nam duo fuerunt oppida hoc nomine, ut Stephanus, [illegible]. *Fretum ipſum Euripi non ſepties die, ſicut fama fert, temporibus ſtatis reciprocat.*) Veteres lib. Septies in die. *Ad Cynum Locridis emporium eſt Opuntiorum.*) Sic Stephanus, [illegible]. *Philippum & ignes ab Oreo editi moverant.*) Placet magis, ut eſt in Vet. lib. monuerunt, ut ſit, ignes ab Urbe Oreo editi monuerunt Philippum obſideri Oreum. *Phocidis Elatiam.*) recte addit, Phocidis. Nam ait Stephanus: [illegible]. *Molientibus ab terra naves Philippus advenit.*) Veteres lib. Supervenit. *Compoſitis circa Opuntem rebus Toronem eſt profectus.*) Torone ad ſinum Toronæum eſt procul ab Opunte. Thronium pariter eſt Locrorum, atq; opus, non procul à Thebis Phthiotidos. Itaque veriſimilius eſt Philippum ab Opunte Thronium, quam Toronem veniſſe, præſertim verò cum à Thronio in Doridem finitimam regionem veniſſe ſubdat. Itaque his de cauſis ſubdat Thronium puto legendum, de quo & Stephanus, & Strabo, & ceteri. Idem placet etiam Glareano. *Tritonon, & Drymas Doridis parva, atq; ignobilia oppida.*) De his ſic Stephanus: [illegible]. Veteres etiam libri edunt Drumias, ex quo apparet ita eſſe legendum. *Deſertæ priore quidem Philippi bello.*) Vet. lib. Priore ejuſdem Philippi. *Cum Eream veniſſet.*) Vet. lib. Hæream, & recte, inquit & Stephanus: [illegible]. *Triphiliam, Aliphe͏ram.*) Stephanus: [illegible]. *Eo quanta maxima poſſet celeritate tenderet.*) Vet. lib. Contenderet. *Sed vix rationem inire poſſe.*) Vet. lib. Quod ſuorum jus eſſe finium ſatis probabant. *Ad Erythras Ætolorum, quæ prope Eupalium ſunt.*) Stephanus: [illegible]. *Peſidanio.*) Stephanus: [illegible]. *Ipſe à Cenchreis.*) Stephan. [illegible]. Hoc loco Cenchreas, quæ ad Corinthum ſunt intelligit, ut ſupervacanea ſit hujus loci emendatio, quæ à Glareano affertur, qui contra fidem Veterum librorum legendum putat, ab Oenoa. *Oreanorum, atque Opuntiorum.*) Vet. lib. Oritanorum, & recte. Nam Stephanus: [illegible]. *Ab Chalcide Oreum navigat, Principumque iis.*) Cuſtodiam Orei concedit Philippus Principib. Urbis, quod ab Attalo, & Romanis paullo ante expugnatum, relictum deinde fuiſſe Philippi in Eubœam adventu intelligendum eſt. *Q. Fabius Maximus Prætor Legatus ad M. Livio Conſule Romam ad Senatum miſſus.*) Duo Quincti Fabii Maximi per hoc tempus celebres fuerunt, pater, & filius, uterque Conſularis. Quorum neuter hoc anno Præturam geſſit. Itaq; quoniam vox, Prætor, non habet locum, Pater, legendum eſt, ſic enim ipſi inter ſe diſtinguuntur, ut alter pater, alter filius nominetur: in Epitoma prioris libri: Fabius Maximus pater, Conſul Tarentinos per proditionem recepit. Livius libro priore: Q. Fabium filium ad exercitum Venuſianum miſerunt. Errandi cauſſa profecta eſt, à brevi ſcripturæ genere; PR. & pr. quarum altera Prætorem, altera patrem ſignificamus. Sic apud Ped. in Divinatione. Hic eſt igitur Lentuli Suræ pater in carcere ſtrangulati propter conjurationem; puto enim: legendum. Hic eſt avus Lentuli Suræ Prætoris in carcere, etenim P. Lentulus vere Suræ non pater, ſed avus fuit, auctore Cicerone, & Sura in conjuratione iterum Prætor erat, teſte Dione. (83) *Uno animo Remp. geſſiſſent.*) Vet. lib. Rem geſſiſſent, ſic infra, quoniam in provincia M. Livii res geſta eſſet. Hac de loquendi forma etiam dictum eſt ſupra. *Non ſalutabant modo univerſi, ſed.*) Vet. lib. Non ſalutabant modo univerſi circumfuſi, ſed. *Et ſupplicatione amborum nomine, & triumpho utrique decreto.*) Vet. lib. Et ſupplicationem amborum nomine, & triumphum utrique decreverunt, quod valde probo. *T. Claudius Aſellus, & Q. Manlius Thurinus.*) Lege Ti. Claudius Aſellus, Q. Mamilius Turinus, ex Vet. lib., & lapid Capitol, atque ita in his ubique. *Bruttiis ambobus ut cum Hannibale bellum gererent, provincia decreta.*) Vet. lib. Brutii ambobus, & ut cum Hannibale. *Sicut P. Manlius tenuerat.*) Hic eſt ille, quem lib. XXVII. C. Mamilium notavimus ex Veteribus libris, cum C. Manlius vulgo legeretur. In iiſdem libris hoc in loco eſt: P. Mamilius, in quo eſt veſtigium veritatis. *Supplicationem unum diem habere.*) Vet. lib. In unum diem. *Ceſa flagro eſt Veſtalis.*) Vet. lib. Flagris. *A Bruttiis, jaculatoribuſque diſturbati.*) Rhenanus reſtituit, A Brutiis jaculatoribus diſturbati. *Incolumes legiones in loca culta evaſere.*) Vet. lib. In loca tuta evaſere. *Prima Romanis ista provinciarum, quæ quidem continentis ſint.*) Hoc ait propter Sardiniam, & Siciliam, quæ primæ provinciæ fuerunt; Vellejo auctore, & ceteris, ſed non ſunt in continente. *Peditum LXX. millia quidam adducta ad Silpiam Urbem ſcribunt: Ibi ſuper campos patentes duo Pœni duces &c.*) Intelligit Polybium, qui ſic ait lib. XI. [illegible]. *Tantæ ſe parem multitudini ratus.*) Vet. lib. Parem fore multitudini. *Præmiſſo Silano ad Colcam, duodetriginta oppidis regnantem.*) Polybius: [illegible]. Item; Eo adducta ab Silano auxilia tria millia peditum, & quingenti equites: [illegible]. *Inde ad Betulam Urbem proceſſum cum omni exercitu.*) Polybius: [illegible], &c. Item. Peditum, equitumque V. & XL. millib. [illegible]. .i. peditum V. & XL. millibus equitum trib. millib. ut vere hanc ſummam non red-

(82) Glareanus rectè dubitavit, & rectè judicavit de re, nomen ignoravit.

(83) Hanc animadverſionem ſibi vendicat Robortellus lib. 1. Emendationum cap. 34. furti accuſans Sigonium.

reddidiſſe Livius videatur, niſi quid vitii ſubſit. *Caſtra ponentis eos Mago, & Maſſaniſſa cum omni equitatu aggreſſi ſunt.*) Polyb. [illegible] *Ni abditi poſt tumultum, opportune ad id poſiti à Scipione equites.*) Polyb. [illegible] *Et primo turmatim abibant, nihil propter pavorem, feſtinationemve confuſis ordinibus, deinde poſtquam acrius ultimis incidebat Romanus, neque ſuſtineri impetus poterat, nihil jam ordinum memores.*) Polybius: [illegible] *Et quamquam eo prælio aliquantum & Romanis aucti, & deminuti hoſtibus animi erant, tamen per aliquot inſequentes dies numquam ab excurſionibus equitum leviſque armaturæ ceſſatum eſt.*) Polyb. [illegible] *Mediam aciem hinc Romani, illinc Carthaginienſes miſti Afris ante Punicam aciem elephanti.*) Polybius [illegible] *Teſſeram veſperi per caſtra dedit, ut ante lucem viri equique pranſi eſſent.*) Polyb. [illegible] *Haſdrubal equitatum omnem extemplo in equites emittit, ipſe cum peditum agmine caſtris egreditur.*) Polyb. [illegible] *Patefactiſque ordinibus equitatum omnem, levemque armaturam in medium acceptam, diviſamque in partes duas in ſubſidiis poſt cornua locat.*) Pol. [illegible] &c. *Ad Silanum, & M. Marcium.*) Polyb. [illegible] *Cum ternis peditum cohortibus, terniſque equitum turmis.*) Polyb. ſic: [illegible] *Procedente jam die.*) Vet. lib. Et procedente jam die. *Nam ſuper cetera elephanti etiam tumultuoſo genere pugnæ equitum, velitumque & levis armaturæ conſternati.*) Polyb. [illegible] *Cepiſſetque tanto impetu caſtra, ni ex vehementi ſole, qualis inter graves imbre nubes effulget, tanta vis aquæ dejecta eſſet, ut vix in caſtra ſua receperit ſe victor.*) Scribe: Ni ſeſe ea vehementi ſole &c. tanta vis aquæ dejeciſſet, ſic enim Vet. lib. at Polyb. [illegible] reliqua deſiderantur apud Polybium, quæ ad hanc rem pertinent. *Quoſdam etiam religio ceperat.*) Vet. lib. Ceperit. Quod laudo; congruit enim cum priore verbo, Receperit. *Tertio decimo anno poſt bellum initum, quincto poſtquam P. Scipio Provinciam, & exercitum accepit.*) In Veterib. libris eſt quarto decimo, non tertio decimo, ut emendavit Glareanus. Legendum eſt tamen duodecimo. Forma autem eſt loquendi, qua primus annus non comprehenditur, ut cum ait: quincto anno poſtquam Scipio imperium accepit. Etenim revera hic eſt Punici belli annus decimus & tertius, & imperii Scipionis ſextus, at cum dicit poſt initum bellum, poſt acceptam provinciam, annum primum excipit. Qua de ratione loquendi in libro trigeſimo extremo agemus. *Quoniam ſors ſub eodem tecta eſſe, atque ad eoſdem penates voluiſſet.*) Non eſt mihi dubium, quin Livius ſcripſerit, atq; in eodem penate voluiſſet. Quod eſt in Veterib. libris. De qua voce ſic Feſtus: Penatis Labio Antiſtius ſingulariter poſſe dici putat, quia à pluraliter penates dicantur, cum patiatur proportio etiam penas dici, ut optimas, primas, Antias. Hunc loquendi morem cum ignorent, qui ante me Livium emendarunt, Vet. lib. temere depravarunt. *Ad Illiturgem.*) Scribe ad Illiturgi, eſt enim [illegible]. ut ſupra dixi. *Hinc & hortari milites Scipio orſus eſt.*) Veteres lib. Hinc exhortari. *Admonebant alios.*) Vet. lib. Admonebant alii alios. *Terrorque inde, ac deſperatio invaſerat.*) Vet. lib. Invaſerat omnes. *Gladiatorium ſpectaculum fuit.* Item. *Munuſque gladiatorium.*) Veteres libri, gladiatorum, quo pacto loquitur paullo poſt: Huic gladiatorum ſpectaculo ludi funebres additi; & Svet. in Cæſare: Edidit ſpectacula varii generis, munus gladiatorum, ludos etiam regionatim Urbe tota. *Boete amni, quem incolæ Circium appellant.*) Vet. lib. habent: Circem appellant. Corrupte autem Stephanus, apud quem ita legitur: [illegible] ſuſpicor autem eſſe legendum [illegible] fecerunt enim errorem in librario ſyllabæ illæ finitimæ [illegible] & [illegible] Itaque ſine dubio Circen, non Circium legendum arbitror. Euſtathius in Dionyſium [illegible] vocatum eſſe tradit. *Turbam fœminarum, puerorumque imbellem, inermem.*) Vet. lib. Imbellem, inermemque. *Cum ſeptem triremibus, quinqueremi una eſt miſſus.*) Vet. lib. Et quinqueremi una. *Juventute Celtiberorum excitata.*) Vet. lib. Excita. *Agrum Sueſſitanum.*) Sueſſetanum, ut ſupra. *Licentia ex diutino otio (ut fit) collecta.*) Huic licentiæ maxime occurrendum eſſe prudenti Imperatori ait Polybius libro XI. ubi hac de re agit. *Et P. Scipionem deûm benignitate, & Remp. eſſe gratiæ referendæ.*) Malim pro Remp. Populum R. noto errore, ſenſus: Quia milites dixerant ſuis recte factis gratiam, qui referant, non eſſe: reſpondebant Tribuni, ſe lætari, & P. Scipionem deûm benignitate vivere. cujus mortis fama percrebuerat, & Populum Romanum eſſe, itaut gratiam militib. referre poſſint. *Miſſis circa ſtipendiarias Civitates exactoribus, ſtipendii ſpem propinquam facere.*) Polybius. [illegible] *Erant autem hi numero haud plus, quam quinque, & triginta.*) Polyb. [illegible] *Expeditio adverſus Mandonium, Indibilemque edicitur exercitui, qui Carthagine erat, & cibaria dierum aliquot parare jubentur.*) Polyb. [illegible] *Tribunis ſeptem, qui & ante Sucronem ad lenendam ſeditionem ierant, obviam exercitui miſſis, quina nomina Principum ſeditionis edita ſunt &c.*) Pol. [illegible]

nam-

[illegible] *Rejuſſi armati à portis mermi ſi concioni ab tergo circumfuderunt.*) Polyb. [illegible] *Nihil æque eos terruit, quam præter ſpem robur, & color imperatoris, quem affectum viſuros crediderant.*) Polyb. [illegible] *Numquam mihi defuturam orationem.*) Summa hujus orationis expreſſa etiam à Polybio eſt. *Nec quo nomine quidem.*) Vet. lib. Ne quo. *Umbrum Atrium, & Calenum Albinum.*) Albium, ut ſupra. *Nullum locum tota provincia.*) Vet. lib. In tota. *Sederunt in Tribunali Proconſulis Scipionis.*) Malim, in Tribunali P. Scipionis; nam in veteribus libris paſſim eſt hæc menda. *Sed multitudo omnis, ſicut natura maris, per ſe immobilis, eſt, ut venti, & auræ cient, aut tranquilla, aut procelloſa.*) Polybius planius hanc comparationem expreſſit: [illegible] *Faſces, & ſecures præla... gentis.*) Vet. lib Faſces eum ſecuribus prælati ſunt. *Rhegium quondam.*) Hac de re dictum in Epitomen lib. XII. *Nec cum Pyrrho, nec Samnitibus.*) Vet. lib Nec eum Samnitibus. *Vos cum Mandonio, & Indibili conſilia communicaſtis, & arma conſociaturi fuiſtis.*) Vet. lib Vos cum Mandonio, atque Indibili & conſilia. *Capuam Tuſcis veteribus ademptam.*) Vet. lib. Veteribus cultoribus ademptam. Hac de re ſupra etiam diximus. *Quattuor Imperatores.*) Haſdrubales duos, Hamilcaris, & Giſgonis filios, Magonem Hamilcaris, & Hannonem, qui Haſdrubali in Italiam profecto ſuffectus erat. *Poſtumio Albino, M. Marcello, T. Quinctio Criſpino.*) Ver. li. T. Criſpino: Quod probo, ut & hic duobus nominibus afficiatur. *Septimum Martium.*) Septimum Marcium, ut ſupra. *Coriolanum quondam.*) lib. II. *Quibus omnibus ſi ſuperiores eſſetis, arma contra patriam, contra cives veſtros ferretis.*) Vet. lib. Arma tamen Pœnis contra patriam: Quod probo. *Auferat omnia irrita oblivio, ſi poteſt.*) Vet. lib. Oblivio iſta, ſi poteſt. *De nullis enim, quam de vobis infeſtius aut inimicitius conſuluerunt.*) Vet. lib. Iniquius conſuluerunt. *Exercitus, qui concionem circumdederat, gladiis ad ſcuta concrepuit.*) Polybius: [illegible] *Deligati ad palum, virgiſque cæſi, & ſecuri percuſſi adeo torpentibus metu qui aderant, ut non modo ferocior vox adverſus atrocitatem pœnæ, ſed ne gemitus quidem exaudiretur.*) Polyb. [illegible] *Tracti inde de medio omnes, purgatoque loco, citati milites nominatim apud Tribunos militum in verba P. Scipionis jurarunt.*) Polybius: [illegible] poſt deſunt quædam apud Polybium. *Gadis ſine certamine proditione recipiendi.*) Veteres libri. Per proditionem. *In fines ſuos regreſſi.*) Vet. lib. Regreſſi. *Priuſquam caſtra à Carthagine moveret, concione advocata, multis verbis in perfidiam rebellantium regulorum invectus.*) Polybius: [illegible] *Triginta hominum capitibus.*) Vet. lib. Quinque & triginta. Recte. Sic enim etiam ante Polyb. Et hujus orationis capita apud Polybium ſunt. *Profectuſque decimis caſtris pervenit ad Iberum flumen, inde ſuperato amni die quarto in conſpectu hoſtium poſuit caſtra.*) Polyb. [illegible] *In eam vallem Scipio cum pecora rapta, &c.*) [illegible] *Miſſis levibus telis.*) Redde vocem veterem: Emiſſis, quo dicendi genere utitur in hac re ſemper Livius. Hanc enim motavit temere Rhenanus, idem fecit paullo ante. Libertatem enim agi parum latine dici exiſtimavit, lædi autem reponendum cenſuit. Cum tamen Cicero pro lege Manilia dixerit. Hoc bello agitur Populi Romani gloria, agitur ſalus ſociorum, aguntur certiſſima Populi Romani vectigalia, aguntur bona multorum Civium. *Neque ex adverſo tantum obvios obterere.*) Vet. lib. Neque ex adverſo tantum illati obvios obterere. *Sed virilis vere, ac militaris.*) Vet. lib. Sed virilis, ac vere militaris. *Trahunt ſcalas, oraſque, & anchoras ... in ſolvendo mora eſſet, præcidunt.*) Vet. lib. Trahunt ſcalas, ponteſque, & anchoras. Suſpicor ne utraque vox retinenda ſit hoc modo: Trahunt ſcalas, ponteſque, oraſque & anchoras præcidunt. De funibus enim aptius dicitur, præcidi, quam trahi, ut Virgil. Tacitique incidere funem. *Incerta præ tenebris, quid aut peterent, aut vitarent.*) Vet. lib. Incerti. *Ad duo millia armatorum inventa.*) Armorum habent libri, quos ipſe legi, & quos ſe legiſſe Rhenanus profitetur. *Purgantibus concurſu multitudinis factum.*) Vet. lib. Purgantibus iis. *Viris armis haud æque validam.*) Vet lib. Viris, armiſque. *Ob has res geſtas magis eſt tentata triumphi ſpes, quam petita pertinaciter, quia neminem ad eum diem triumphaſſe, qui ſine Magiſtratu res geſſiſſet, conſtabat.*) Obtemperandum hoc loco Glareano videtur, ut & hunc & alios locos, quibus Livius Proconſulatum Magiſtratum eſſe negat, attente conſideremus. Quod eo libentius faciemus, quod id non ſine ſummo eorum, qui Romanæ antiquitatis ſtudio tenentur, fructu faciemus. Eſt igitur intelligendum, Magiſtratus omnes cum poteſtate fuiſſe, cum imperio vero nonniſi eos, quibus nominatim mandatum eſſet imperium; auctore enim Feſto, cum poteſtate eſſe dicebatur ille, qui alicui negotio præfectus eſſet; cum imperio, cui nominatim delatum imperium eſſet. Mandabatur autem imperium his dumtaxat Magiſtratibus, cum uſus Reipub. poſtulabat, Dictatori, Conſuli, Prætori. Erat autem imperium rei militaris adminiſtrandæ facultas. Quare Cicero dixit in Philip. V. Demus imperium C. Cæſari, ſine quo res militaris adminiſtrari non poteſt. Neque vero eodem tempore mandabatur Magiſtratus, & imperium, neque iiſdem

co-

comitiis, nam Magiſtratus primnm, deinde provincia cum imperio deferebatur, & Magiſtraius quidem ut Conſulatus, ac Præsura centuriatis comitiis, imperium vero curiatis. Sic enim Liv. lib. V. Comitia curiata, quæ rem militarem continent; centuriata quibus Conſules, Tribunoſque milites creatis; & lib. IX. Ei legem curiatam de imperio ferenti triſte omen diem diffidit, quod Fauciæ curiæ fnit principium doabus inſignis cladibus; & Cic. ad Appium: Appius dixit, ſeſe, ſi licitum eſſet, legem curiatam ferre, ſortiturum eſſe cum collega provinciam, ſi lex curiata non eſſet, ſe comparaturum com collega, ſibique ſucceſſurum, legem curiatam Conſuli ferre opus eſſe, neceſſe non eſſe, ſe quoniam ex S. C. provinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in urbem introiiſſet; lib. tamen XXVI. ait Liv. Juſſi deinde inire ſuffragium ad unum omnes non centuriæ modo, ſed etiam homines P. Scipioni imperiom eſſe in Hiſpaniam juſſerunt. Atque hæc quidem ita: Inſtitutum eſt etiam, ut Conſulibus, & Prætoribus poſtquam Magiſtratu abiiſſent prorogaretur, ſi tempora Reip. poſcerent, imperium, iique pro-Conſulibus, & pro Prætoribus rem gererent: Qui primus Procoſ. rem geſſerit prorogato ex Conſulatu imperio Q. Publilius Philo fuit, qui idem etiam primus Procoſ. triumphavit, ut Liv. lib. VIII. eſt auctor: Q. autem Valerium Faltonem pro-Prætorem primum ex Sicilia triumphaſſe invenio in Triumphis Capitolinis, eundem vero Prætorem etiam rem in Sicilia geſſiſſe ſcribit Valerius de jure triumphandi. Fieri autem poterat, ut ex Prætura Proconſul mitteretur ideſt, cum imperio Conſulari & cum XII. faſcibus, ut Conſul, non VI. ut Prætor, ut L. Aemilins, & Plut. & A. Gellius, ex primo de leg. Cicero: Adde quod imperium etiam privatis extra ordinem mandatum eſt, quibus autem mandatum erat, ii pariter Procoſ. & Propr. rem geſſerunt. Primus, cui mandatum eſt hoc modo, T. Quinctius fuit, de quo Livius lib. III. ſcribit: Viſum eſt Proconſulem T. Quinctium ſubſidio caſtris cum ſociali exercitu mitti. Pariter P. Scipio in Hiſpaniam privatus cum imperio miſſus eſt, atque alii quidam poſt eum, donec eò Prætores cum imperio mitti cœpti ſunt. Item Octavius de quo XI. Philipp. Cicero: Imperium Cæſari extraordinarium mea ſententia dedi, nam Propr. ut eſſet, decreverat. Ex bis iotelligi poteſt, Proconſules, aut Proprætores, vel ſi cum prorogato ex Magiſtratu, vel ſi cum extraordinario eſſent imperio, ſine Magiſtratu fuiſſe, quod item ex Cicerone lib. II. de Div. confirmatur: Bellicam rem admioiſtrari majores noſtri niſi auſpicato noluerunt, quam multi anni ſunt, cum bella à Proprætoribus & Proconſulibus adminiſtrantur, qui auſpicia non habent? Neque enim niſi Magiſtratus habebant auſpicia vel majora, ſi majores; vel minora, ſi minores eſſent. Quia vero hactenus triumphus non erat decretus iis, qui privati extra ordinem rem geſſiſſent, propterea P. Scipioni ex Hiſpania non eſt decretus. Primus L. Lentulus ex his, ut ovans Urbem iniret, obtinuit, poſt Pompejus etiam de Mithridate triumphavit. De L. autem Lentulo ſic Livius lib. XXXI. Res triumpho dignas eſſe cenſebat Senatus, ſed exemplum à majoribus non accepiſſe, ut qui neque Dictator, neque Conſul, neque Prætor res geſſiſſet, triomphatet; Proconſulem illum Hiſpaniam, non Conſulem, aut Prætorem obtinuiſſe, decurrebatur tamen eo, ut ovans urbem inireni, intercedente Ti. Sempronio Longo Tribuno pl., qui nibilo magis id more majorum, aut ollo exemplo ſuturum dicebat, poſtremo victus conſeoſu Patrom Tribunus ceſſit, & ex S. C. L. Lentuluus ovans urbem ingreſſua eſt. Eadem ratione Quæſtori aliquando imperium daium eſt, ut ait Saluſt. in Catil Poſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam Quæſtor pro-Prætore miſſus eſt, adnitente Craſſo. Poſtremo inſtitutum eſt etiam, ut quotannis Conſulares, & Prætoriæ ptovinciæ decernerentur, in quas Conſules, aut Præiores poſt Magiſtratum accepto imperio mitterentur, (quemadmodum ex Oratione de Proconſul. inſelligi poteſt,) iidemque pariter Proconſules; & Proprætores dicerentur. Factum eſt autem, ut aut proxime poſtquam Magiſtratu abiiſſent, aut aliquot annis ioterpoſitis, io provincias irent Si autem ſubito ibant, ut P. Lentulus in Ciliciam, tum ordinario imperio utebantur, ſi ſpaio annorum interpoſito, ut in eandem Cicero, extraordinario. Itaque ipſe de ſemetipſo ait ad Att. libro IX. Faciam, ut ſummâ modeſtiâ, & ſummâ abſtinentiâ munus hoc extraordinarium tranſducamos. Idem de Proprætoribus etiam judicandum eſt. Quod Cœlins ad Ciceroоem docet, his verbis: Senatui placere in Ciliciam provinciam, inque relictas octo provincias, qnas Prætorii Propræt. obtinuerunt, eos, qoi Prætores fuerunt, neque in provincia cum imperio fuerunt, quos eorum ex S. C. cum imperio in ptovincias mitri oporteret, eos ſortito in provincias misti oportere. Ne autem mendum eſſe librorum quis putet, animadvertere oportet, Prætorem ſæpe pro Prætore poni, ut C. Verres Siciliæ Prætor, ideſt cum Prætorio imperio, poſtquam Prætor urbanus fuerat; item Prætorem pro Proconſule, ut C. Cæſar Galliæ Prætor, P. Rupilius Siciliæ, in qoas provincias ex Conſulatu miſſi ſunt. Item pro Proconſule, ut cnm ait Livins: P. Scipionem Conſulem in Africa bellum geſſiſſe, & alia ejuſmodi; cum tamen Scipio in Africam poſt Conſulatum venerit prorogato Conſulari imperio. Hæc etſi magnâ exemplorum confirmare copiâ poteram, ſnperſedendum iis mibi tamen eſſe duxi, ſut de iis ſuo cujuſque loco agerem, & dubitanti Glareano reſponderem, ut cum paullo poſt ait: Conſoles cum exercitu in Hiſpaniam miſiſtis, P. & Co. Scipiones intelligens, quorum neuter Conſul io Hiſpaoiam profectus eſt, ſed tamen cum Conſulari imperio. *L. Æmilius Pappus.*) L. Æmilius Papus, ex Capit. tabulis. *Cum in Italia tam atrox bellum, & Hannibalem hoſtem haberetis, Conſules cum exercitu in Hiſpaniam, velut ad colligendas reliquias naufragii noſtri, miſiſtis.*) Quoniam capto Sagunto nemo Conſul in Hiſpaniam miſſus eſt. Qui aurem miſſi ſunt pro Cnnſulibus miſſi ſuni; propterea videndum eſt, an Conſules accipiat pro iis, qui cum Conſulari imperio ſint. *Ex captivorum numero excerptos Saguntinos.*) Vet. lib. Excretos. *Terrarum ultimus finis Oceanus.*) Vet. lib. Ultima finis, ut Virgil. Hæc finis Priami. *Si nos permitteretis.*) Vet. lib. Si vos permitteretis. *Duarum rerum ſubeundam opinionem eſſe.*) Vet. lib. Opinionem. *Inſitæ ingenio meo cunctationis.*) Unde Ennius: Unus homo nobis cunctando reſtituit rem: Inde ipſe Cunctatoris cognomen tulit. *Dictatura cum quinque Conſulatibus.*) Alteram Dictaturam fortè omittit, quod ea ſe abdicarat vitio creatus. *Auctore æque impigro, ac nobili juvene.*) Alci-

biadem intelligit. *Cum vero Hannibal hoſti incolumi exercitu quartumdecimum annum Italiam obſideat.*) Vet. lib. poſſideat, præclare, ſequitur enim: Tu Conſul Italiâ expuleris. *Dux militari ſuffragio ad tempus electus.*) Vet. lib. Ad tempus lectus, ut alibi: Lectus à plebe Conſul. *Oſtende Romana arma.*) Vet. lib. Oſtende illi Ro. arma. *Adverſa caſibus incertis belli, & fortunæ legare.*) Vet. lib. Allegare. *Pluresque conſilium ſenis, quam animum adoleſcentiâ ferocem laudarent.*) Vet. lib. Antmum adoleſcentis ferocem. *Cujus rei non tam ipſe auſim tantum virum inſimulare, quam ea ſuſpicio vitio orationis, an rei, haud ſane purgata eſt.*) Vitium orationis hujus ſenſit Glareanus, non correxit tamen. Emendatur autem ex Vet. lib. in quibus eſt: Quam quod ea ſuſpicio. (84) *Sic ſenem ſe perfunctum.*) Reſtituenda vox eſt ex veterum librorum fide: Se perfunctum honoribus; Namdixit Fabius: Si me neque vita acta, & mores mei, neque Dictatura cum quinque Conſulatibus, tantumque gloriæ belli, domique partæ vindicat. *Xanthippum.*) Quo duce Regulus primo Punico bello captus eſt. *Accidere animo certum habeo.* Vet. lib. Certum animo habeo. *Cum reſpondiſſet Scipio, ſe quod è Republica eſſet, facturum.*) Vet. lib. ſe quod è Republica crediſſet, facturum. *Alteri Bruttii, & bellum cum Hannibale cum eo exercitu, quem L. Veturius, & Q. Cæcilius ſortirentur inter ſe, compararentve, uter in Bruttis duabus legionibus, quas Conſul reliquiſſet, rem gereret, imperiumque in annum si prorogaretur: cui ea provincia eveniſſet.*) Hoc loco laborat Glareanus, & jure, nam non mendoſus eſt ſolum, ſed etiam mancus. Quis enim ſenſus colligi ex illis verbis poteſt, cum eo exercitu, quem L. Veturius, & Q. Cæcilius ſortirentur inter ſe &c.? Demus igitur operam, ut, quoad poſſimus, germanam ſententiam, & ſinceram lectionem reſtituamus. Veteres libri ita habent, cum eo exercitu, quem L. Veturius, aut Q. Cæcilius habuit, optime hæc quidem, verum ad ſanandum non ſatis. Repete igitur duo illa nomina, quæ librario parum diligenti cauſſam dederunt errandi, ſic: & ut L. Veturius, & Q. Cæcilius ſortirentur. Jam nihil perfectius fingi poteſt, ſenſus eſt: Conſulibus decretæ provinciæ, Scipioni Sicilia cum navibus roſtratis. Craſſo Bruttii cum exercitu aut Veturii, aut Cæcilii, decretumque eſt, ut Veturius, & Cæcilius ſortirentur, aut inter ſe compararent, uter cum Craſſo in Bruttiis bellum gereret cum legionibus duabus, quas Craſſus Conſul reliquiſſet. Itaque paullo poſt ait: Q. Cæcilio ſorte evenit, ut cum Conſule in Bruttiis adverſus Hannibalem bellum gereret, & poſt P. Licinius in Bruttios ad duos exercitus Conſulares venit, ex eis eum ſibi ſumpſit, quem L. Veturius Conſul habuerat. Metello, ut quibus præfuiſſet legionibus, iis præeſſet, facilius cum aſſuetis imperio rem geſturum ratus, permiſit. *Sortirentur inter ſe, compararentve.*) Emenda ex Vet. lib. Sortirentur, inter ſeve compararent. Cum poſſim ſexcentis Livii locis hoc dicendi genus confirmare, paucis tamen ero contentus libro XXX. Decreverunt Patres, ut Conſules inter ſe compararent, ſortirenturve, & libro XXIX Ut compararent inter ſe, aut ſorte legerent, qui duo cum Prætore, ac Legatis irent, & libro XXXII. Decreverunt Patres, ut provincias Macedoniam, atque Italiam Conſules compararent inter ſe, ſortirenturve, & libro XXXVII. Cum Senatus aut ſortiri, aut comparare inter ſe provincias Conſules juſſiſſet, ſic ubique. Quare apud Ciceronem ad Lentulum ita procul dubio legendum eſt: Appius in ſermonibus antea dictitabat, poſtea dixit etiam in Senatu palam, ſeſe, ſi licitum eſſet legem curiatam ferre, ſortiturum eſſe cum collega provinciam, ſi curiata lex non eſſet, comparaturum cum collega, tibique ſucceſſurum; Vulgo enim legitur, ſeparaturum cum collega: Senatus enim provincias decernebat, Conſules eas, aut ſortiebantur, aut inter ſe comparabant. Raro judicio Senatus res permiſſa eſt, ut tradit Livius lib. XXXVII. primo. *Et ceteris Prætoribus, Conſulibusque, qui exercitibus, provinciiſque præfuturi erant, prorogata imperia.*) Et hic æque, atque ſuperior depravatus locus eſt. Non ſolum autem quia in veteri libro ita eſt; ſed etiam quia ita ſententia fert, hoc modo legendum eſt: Et ceteris præter Conſules, Prætoreſque, qui exercitibus, provinciiſque præfuturi erant, prorogata imperia ſunt, ſenſus eſt, paullo ante locutus eſt de provinciis, exercitibuſque tam Prætoribus, quam Conſulibus hujus anni decretis, nunc ait, præter Conſules, & Prætores eos, qui provinciis præfuturi erant, ceteris quoque prorogata imperia. Dedit autem cauſſam labendi librario vox, præter, quam in Prætoribus temere commutavit. *M. Pomponius Matho, Q. Catulus.*) Vet. lib. Q. Catius Quod probo: Nam ſupra Q. Catii magna mentio: Q. Catuli nulla. Et quia impenſæ negaverat Reip. futuram claſſem, ut quæ à ſociis darentur ad novas fabricandas naves, acciperet. *Etruriæ primum populi, &c.*) In Vet. lib. eſt: Niſi quæ à ſociis, ex quo intelligo legendum eſſe, ſi quæ à ſociis, & cum ait: Et quia impenſæ, novæ ſententiæ principium eſt faciendum, cui altera pars jungitur: Etruriæ primum populi. *Tritici centum & XX. millia modium, & viaticum.*) Inducenda eſt vox: Et, ex meis, & ex Rhenani libris. *Ab C. Octavio.*) Vet. lib. Ab Cn Octavio, itemque ita ſupra ubique. *Cælius.*) Cœlius ſcribendum ex numis argenteis, & Græcis libris.

In Epitomen Libri XXIX.

Conquerentis, quod non exercitum in Africam transjeciſſet.) Vet. lib. Quod nondum exercitum. *Qui in Galliam, & Liguribus erat.*) Vet. lib. Qui in Gallia, & Liguribus erat. *Peſinunte.*) Peſſinunte, ex Græcis. *Maſaniſſa rex Maſæſulorum.*) Vet. lib. Maſſyliorum, ut ſupra dixi, nam Maſæſulorum Rex erat Syphax. *Dum pro Carthagine in Hiſpania militat.*) Vet. lib. Dum pro Carthaginenſibus. *Cenſa ſunt civium capita CCXV. millia.*) Vet. lib. CCLXV. millia. *Minime bona fide.*) Vet. lib. Non bona fide.

In Librum XXIX.

Ex iis trecentos juvenes.) Ex iis, accipiendum eſt pro: Præter eos, quos centuriatos habebat, trecentos juvenes non centuriatos habebat, ſic lib. VI. Alia ex eis edita etiam in vulgus: Ex eis, ideſt præter regias leges, & æneas tabulas. Utroq; in loco laborat Glareanus

ſine

(34) Glareano gratia debetur, qui occaſionem dedit inſpiciendi librum, Lector reliquum codici debet, non Sigonio.

ſine cauſſa. *Eoque enixius bellum adjuverunt.*) Vet. lib. Ad bellum. *Itaq; omiſſa pugna equeſtri ad pedeſtrem Hiſpani equites deſcenderunt.*) Vet. lib. Ad pedes Hiſpani deſcenderunt: Videtur autem vacare vox: Equites, nam priore verſu poſita eſt, & poſteriore repetita. Equi-sibus ad pedes digreſſis. *Ni regulus ipſe Indibilis cum equitibus.*) Vet. lib. Ni regulus Indibilis ipſe cum equitibus. Item quod ait: Equitibus ad pedes digreſſis: Degreſſis, legendum, ut alibi. *Pulſi caſtris Hiſpani, aut qui ex prœlio effugerant, ſparſi primo per urbes, deinde in ſuas quiſque Civitates redierunt.*) Vet. lib. At qui ex prœlio. Item: Sparſi primo per agros. *Conqueſtique ibi clades ſuas.*) Vet. lib. Conteſtatique ibi clades ſuas. *Si ſe Mago ex Liguribus propius urbem moveat.*) Vet. lib. Si Mago e. l. p. u. moveat: Eſt autem genus dicendi ſimile ei: Is quam proxime poteſt ad urbem ducit, abſolute enim ducit, abſolute enim utrumq; dicitur. *Quod latrociniis magis, quam juſto bello in Bruttiis gerebantur res.*) Vet. lib. Quod latrocinii magis more, quam juſto bello in Bruttiis gerebatur res. Placet ſubdit enim: Promptis in eum morem, & lib. XXXVIII. ait Latrocinii magis, quam prœlii modo. *Rhegyum.*) Rhegium ex Vet. lib. & Græcis, [illegible]. *Scalas ad dictam altitudinem arcis fabricatas.*) Vet. lib. Ad edictam. *Clamor ab iis, qui extra arcem erant, ſublatus, incertum unde accidiſſet.*) Vet. li. Incertus unde accidiſſet. *Scipioni ut nunciatum eſt, in majore diſcrimine Locris rem verti &c. & ipſe à Meſſana.*) Vet. lib. Scipio, ut nunciatum eſt. Placet autem magis, ſi à recto incipiat periodus, quam ſi ab obliquo caſu. *Naves mari ſecundo miſit.*) Merito nos de hoc dicendi genere Glareanus admonet, ut novo; nam depravare ſequitur, miſit, pro tranſmiſit, aut commiſit. Utraque enim lectio in veteribus libris repetitur. *Quam aſportaverant.*) Vet. lib. Quam aſportabant. *Cum à P. Licinio literæ Romam allatæ ſunt.*) Lege, à P. Licinio Conſule, ex veteribus libris. *Æſculapium quoque ex Græcia quondam.*) Lib. X. & Epitom. XI. *Itaque quo maturius fauſtis ominibus, Oraculiſque portandi Romam Dea eſſet, nullas dum in Aſia Civitates habebat Populus Romanus.*) Rhenanus, qui vetere exploſa lectione hanc novam intulit, non mihi ſatisfecit, conſiliique ſui cauſſam probavit, neque enim uni libro magis eſt habenda fides, quam plurimis, iiſque inter ſe egregie conſentientibus, in quibus ita eſt: Itaque quo maturius, fatis omnibus, Oraculiſque portendeotis ſe victoriæ compotes fierent, cogitare, quæ ratio tranſportandæ Romam Deæ eſſet. Nullas dum in Aſia. *M. Cæcilium Metellum Prætorium, Sulpicium Galbam ædilicium.*) Lege ex Vet. lib. Ser. Sulpicium Galbam ædicilium. *M. Valerium Falconem.*) Faltonem, ex lapid. Capitol. *Peſinuntem.*) Peſſinuntem, ex Vet. libris, & Græcis. *T. Claudius Nero.*) Ti. Claudius, ex Capitolino Conſulatu. *T. Claudius Aſellus.*) Ti. Claudius, ut ſupra dixi. *M. Junius Pænus.*) Pennus, ex Capitol. Conſul. *Mille equitibus, trigintaquinque roſtratis navibus.*) Vet. lib. Et triginta quinque. *Lectorio Legato.*) Lætorio, Græci, & Capitolini Scriptores. *Phœnice Urbs eſt Epiri.*) Polyb. libro II. [illegible]. *Cum Eropo, & Darda.*) Vet. lib. habent, Derda. *Ut Parthini, & Dimallum.*) Glareanus negat ſe uſquam legiſſe hanc vocem Dimallum. Id autem oppidum eſt in Illyrio, teſte Polybio lib. III. [illegible]. *Atintanas miſſis Romam Legatis ab Senatu impetraſſe, ut Macedoni accederent.*) Hunc locum olim quidam aſteriſco notarunt, quod verba deeſſe aliquot putarent. Itaque Glareanus videndum monet, quid ſibi velit vox, Atintanas. Huic ego quæſtioni reſpondeo, Atintanas Macedoniæ populos eſſe illos quidem, præſertim auctore Stephano, [illegible]. Putare tamen hanc vocem adulterinam eſſe, neque huic loco convenire; Nam ſi ita legatur, non expleta omni ex parte ſententia videtur: P. Sempronius condiciones pacis dixit, ut Parthini, & Dimallum, & Bargulum, & Eugenium Romanorum eſſent. Atintanas miſſis Romam Legatis ab Senatu impetraſſe, ut Macedoni accederent. At vero ſi legas, ut eſt in veteribus libris, ſenſum elicies optimum, & perfectiſſimum: P. Sempronius condiciones pacis dixit, ut Parthini, & Dimallum, & Bargulum, & Eugenium Romanorum eſſent, addito quod miſſis Romam Legatis ab Senatu impetraſſent, ut Macedoni accederent. Dixi autem: Addito quod, pro eo, quod quidam dicunt, Dato quod, & pro, Quamvis. *Occultantibus id credo Patribus, ne præſciſcerent Carthaginienſes.*) Vet. lib. Ne præſcirent. *Ea plura vulgabantur.*) Vet. lib. Eo plura. *Sicut proditum memoriæ à primis temporum illorum Scriptoribus.*) Vet. lib. A proximis temporum. *Obviam ire Deæ juſſus, iſque eam de nave acciperet, & in terram elatam traderet ferendam matronis.*) Veteres lib. Accipere, &, tradere habent, ut, ire. *Claudiæ Quinctiæ.*) Claudiæ Quintæ legendum eſt ex Oratione Ciceronis de haruſpicum reſponſis. Eſt autem Quinta prænomen, ut in lapide perantiquo eſt apud Horatium Malegutium in agro Regienſi. (85)

SEPTIMIUS
C. L. NICEPOR.
SEPTIMIA
SP. F. QUINTA.

Magaleſia appellata.) Cicero de haruſp. Megalenſium ludorum tanta religio eſt, ut ex ultimis terris accerſita in hac Urbe conſederit. Qui uni ludi ne verbo quidem appellantur latino, ut vocabulo ipſo, & appetita religio externa, & matris Magnæ nomine ſuſcepta declaretur. *Nepete.*) Nepet, ut ſupra. *Altera itidem res.*) Vet. lib. Item. *Se, ac M. Claudio Conſule.*) Vet. lib. Conſulibus. *Peſtis, ac bellua immanis, quale fretum quondam.*) Scyllam, de qua eſt in fabulis, intelligit. *Quibus per vos, fidemque veſtram, &c. neque in Italia, neque in Africa quidquam geſſeritis.*) Monent, ne militibus ſacrilegis utantur in bello, priuſquam ſcelere expiati ſint. Nihil autem vitii hic locus continet, contra quam quidam exiſtimant. *Dein verberatos, ſervilibuſque omnibus ſuppliciis cruciando occidit.*) Vet. lib. cruciatos, ut pro lege Manilia: Vinculis, ac verberibus, atque omni ſupplicio excruciatum necavit. *Qualis fucrone.*) lib. XXVIII. *Hannibalem ex Italia retracturum.*) Detracturum, reſtitue, quod immutavit Rhenanus; ita vero loquitur paullo poſt: Quod ad Hannibalem detrahendum ex Italia ſe tranſire vulgaverat, & Cicero de provinciis: At hi non modo illum inimicum ex Gallia ſententiis ſuis non detrahebant. *Ut in exercitu Scipio maneret.*) Ver. lib. Ad exercitum, genus uſitatum dicendi eſt, cum de Imperatore loquimur; illud cum de militibus. *M. Cin-*

(85) Vide Valer. Max. lib. 1. de miraculis cap. ult. ubi etiam Claudiam vocat.

Cincius Alimentius.) Alimentus, ut ſupra. *Comprehendere Tribuni juberent.*) Vet. lib. Prehendere. Quæ vox propria hujus facti, & ſolennis eſt. Capitonis verba hæc ſunt: Cum moribus majorum Tribuni pl. prehenſionem haberent, vocationem non haberent, poſſe igitur eos venire, & prehendi ſe jubere. Item Varro: Prehenſionem Tribuni pl. habent. Hæc ex Gellii lib. XIII. cap. XII. *Aliis ab ipſo Scipione Legatum cum triginta nobiliſſimis equitum miſſum, qui Q. Pleminium in catenas, & cum eo ſeditionis Principes conjicerent.*) Vet. lib. miſſum Q. Pleminium in catenas, & cum eo ſeditionis Principes conjectos. *Primam, ſicuti mandatum erat, religionis curam habuere.*) Vet. lib. primum, probo; ſequitur enim: Tum vocatos in concionem. *Rhegium ſequeretur.*) Vet. lib. Rhegium ſe ſequeretur, ut lib. XLII. Chalcidem ſe ſequi juſſerunt. *Tot tam nefanda.*) Vet. lib. Tot, tamque nefanda. *Comperta oculis perferrent Romam.*) Vet. lib. Referrent. *Speculis per promontoria omnia poſitis.*) Vet. lib. Per omnia promontoria. *Et ſunt ante omnes barbaros Numidæ effuſi in venerem.*) Vet. lib. ut ſunt, ſic lib. XXX. ut eſt genus Numidarum in venerem præceps. *Ipſum ad Lælium veniſſe.*) Vet. lib. ad C. Lælium. *Alibi XV. millia peditum, mille & quingentos equites.*) Vet. lib. habent, XVI millia. Quod probo, quia Appianus in Libyco hunc numerum edit: πεζὰς μὲν ἑξακισχιλίους ἐπὶ μυρίοις, ἱππέας δὲ χιλίους καὶ ἑξακοσίους. Itaque auctore eodem Appiano malim legere apud Livium ſexcentos, quam quingentos. *Navibus ante conſcendere coactos continuit.*) Vetus lectio melior; In naves ante conſcendere. *Quæſtor tum is erat.*) Vet. lib. Quæſtoris tum erat. *Præter XL. longas naves, quadringentis ferme onerariis exercitum tranſvexit.*) Vet. lib. Præter XL. longas naves, probo, nam Appianus ita: ὁ δὲ Σκιπίων ἀνήγετο ἐπὶ νεῶν μακρῶν μὲν δύο καὶ τεσσαράκοντα, φορτίδων δὲ τετρακοσίων. & ipſe lib. XXX. Scipio L. longas naves haberet, quas habuiſſet. *Dii, deæque, inquit.*) Vet. lib. Divi, divæque. Quod placet, quia olet magis antiquitatem, cui in hac precatione ſtuduit Livius. Quamquam Virgilius lib. V. ait: Dii, quibus imperium eſt pelagi, in ejuſmodi precatione, metri cauſſa. *Bene vertant, eaque vos omnia bene juvetis.*) Quo pertineat tertia hæc perſona Vertant, cum ad ſecundam oratio converſa ſit, Vox precor, intelligi non poteſt. Hinc fit, ut placeat priſca lectio, bene vertundo, & ut, pro Eaque, putem reponendum eſſe, Æque, hoc ſenſu: Vos precor, quæ in meo imperio geſta ſunt, geruntur, poſtque gerentur, ea mihi populo, plebique Romanæ, ſociis, nominiq; latino, qui populi Romani, quique meam ſectam, imperium, auſpiciumque terra, mari, amnibuſque ſequuntur bene vertendo, æque omnia bene juvetis. Neque impedit, quod Rhenanus in quodam libro ait ſe legiſſe: Bene verruncent. *Quæque populus Carthaginienſis in civitatem noſtram facere molitus eſt, ea ut mihi, Populoque Romano in civitatem Carthaginienſium exempla edendi facultatem detis.*) Vetus lectio brevior: Ea ut mihi, Populoque Romano in Civitatem Carthaginienſium detis, ſubauditur autem, Facere, ex priore membro orationis. Cujus lectionis vetuſtatem, qui non intellexerunt, de ſuo hæc verba addiderunt: Exempla edendi facultatem. Quas voces puto temere ab aliquo injectas, tum quia ab iis, quos legi, libris abſunt, tum quia neceſſariæ non ſunt. Scio tamen Livium lib. XXXVIII uti hac forma dicendi. Omnia exempla belli edita in ſe cædibus, incendiis, minis, direptione Urbis. *Victores ſpoliis decoratos, præda onuſtos, triumphanteſque.*) Vet. lib quos legi, æque atque ii, quos ſe legiſſe Rhenanus profitetur, vacant his vocibus: Præda onuſtos, ut legatur: Spoliis decoratos, triumphanteſque. Quod ſequitur, *Domos reduces ſiſtatis.*) Malim & ipſe cum Rhenano, Domo. *Cruda exta cæſa victima (ut mos eſt) in mare projecit.*) Sacrificale verbum antiquum temere amovit Rhenanus. Quod feciſſe etiam quoſdam olim apud Virgilium tradit Macrobius libro V., ubi ait: Extaque ſalſos Porriciam in fluctus, non Projiciam. Sic hoc loco Porricit, non Projecit. *Celeriter conſpectu terræ ablati ſunt.*) Veteres lib. E conſpectu, ut Virg. Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum Vela dabant. *Ita ut vix concurſus navium inter ſe vitarent.*) Vet. lib. occurſus. *Et ventus premente nebula cecidit.*) Immo lege: Et vento premente nebula cecidit, non enim ventus cecidit, ſed nebula premente vento. Nam ſubdit. Ventus idem coortus nebula disjecta aperuit omnia. *Cum Pulchri promontorium id vocari audiſſet.*) Polyb. hujus promontorii meminit lib. III. in fœderibus Romanorum, & Pœnorum, & τὸ καλὸν ἀκρωτήριον vocat. *Quibus exſcenſiones in agros maritimos factæ erant.*) Vet. lib. Excurſiones, quod probo. *Urbem etiam proximam Afrorum ſatis opulentam cepit.*) Hanc Urbem Appianus in Libyco vocat λόχων. *Lætiſſimus tamen Romanis.*) Vet. lib. Lætiſſimus tum Romanis. *Pater ejus moritur.*) Vet. lib. Pater ei moritur. *Mezetullus.*) Mezetulus, ſic enim Vet. lib. & App. μεσότυλον vocat. *Non alienus ſanguine Regibus, familiæ ſemper inimicæ.*) Vet. lib. Non alienus à ſanguine, Regibus familiæ ſemper inimicæ. *Gens Maſæſyliorum omnis.*) Maſſyliorum lege. Nam loquitur de populis, qui Maſſaniſſæ poſt paruerunt; Maſæſuli enim Syphaci obediebant. Qui autem ante me hos libros emendarunt, quod, quid inter has gentes intereſſet, neſcirent, omnia perturbarunt, & ubique Maſæſulos ſcripſerunt, ut ſupra ex veteribus etiam libris admonui. *Ad Tapſum.*) Thapſum; nam Græce θάψον. *In Carthaginienſium agrum perfugit.*) Vet. lib. Refugit. *Utrum penes Lacumacen, an Maſſaniſſam regnum Maſæſylorum eſſet.*) Maſſyliorum, ex Vet. lib. Porro autem familiæ Maſſaniſſæ ſtemma, cujus hic Livius, in Jugurtha Salluſtius meminit, hoc eſt.

Gals

. . . .

- Gala Rex Maſſyliorum.
  - Galæ filia.
    - Maſſiva, cujos Galla maternus avus fuit.
  - Maſſaniſa Rex poſt Lacumacen à ſe victum acie cum Mezetulo tutore.
    - Maſgaba, de quo lib. 45.
    - Miciſpa, Rex poſt Maſſaniſam.
      - Adherbal, Rex poſt Micipſam.
      - Hiempſal.
    - Miſagenes, de quo lib. 43.
    - Guluſſa.
      - Maſſiva.
    - Manaſtabal.
      - Jugurtha ex concubina poſt Aderbalem Rex victus à Romanis.
      - Gauda ex uxore.
    - Stemba quatuor an. relictus à patre, Suid.
- Deſalces Rex poſt Galam fratrem.
  - Capuſa Rex poſt Deſalcem patrem.
  - Lacumaces Rex poſt mortē Capuſæ fratris, auctore Mezetulo tutore.

Ut exercitum ad fines Maſæſylorum admoveat.) Cur Syphax exercitum admoveat finibus Maſæſulorum, qui in ſuo imperio erant à Maſſyliorum, ergo lege, & ita ubique, ſunt enim eodem errore plurimi depravati loci. *Infenſumque & ipſum ad reliquias belli perſequendas inſtigabant.*) Vet. lib. Intentumque & ipſum. *Maſæſulorumque fines, (id Syphacis regnum erat.)* Recte legitur hic: Maſæſulorum, non Maſſyliorum. *Syphax tum interdum.*) Vet. lib. Syphax autem interdiu. *Itaque ceteri pedites equiteſque caſi.*) Vet. lib. Cæſi, aut capti. *Saleram nomine Urbem occupavit.*) Hanc Urbem captam à Syphace tradit Appianus, non ab Hannone, ubi de Syphace loquens ait: [illegible Greek]. *Eoque minus ſibi ceſſandum ratus.*) Veteres libri: Eo minus igitur ceſſandum ratus. *Se in tempore pugnæ venturum.*) Veteres lib. Obventurum. *Cum timore ſimulato audaciam hoſti faceret.*) Vet. lib. Cum timoris ſimulatio. *Fugientes per triginta millia paſſuum.*) Vet. lib. Per tria millia. *Duos eodem nomine Carthaginienſium duces duobus equeſtribus prœliis interfectos, non omnes auctores ſunt.*) Hinc factum eſt, ut Appianus alterum horum Hannonem, alterum Magonem vocet. *Captum Hannonem tradunt.*) Vet. lib. Captum etiam Hannonem. *M. Cornelius Coſ. altera parte Italiæ.*) Vet. lib. in altera parte. *Cenſum receperunt.*) Vet. lib. Acceperunt. Sic lib. XLIII. in cenſu accipiendo populi. *Caſtigatio inconſtantiæ populi cenſoria gravitate temporum illorum digna.*) Vet. lib. Et gravitate. *Parvum certamen notarum inter Cenſores.*) Malim, Pravum certamen. *Petilia.*) Petelia, ut ſupra. *Conſules Cn. Servilium Cæpionem, & Cn. Servilium Geminum.*) Veteres plerique libri, itemque Capitolinæ tabulæ edunt, Cn. Servilium Cæpionem, & C. Servilium, ſine cognomine, Gemini. Quod placet. Nam Servilii Gemini patricii fuerunt. Hic autem auctore Livio ædilis, & Tribunus pleb. fuit, & cognomine caruit, præterea plebeji Conſulis locum obtinet, ſiquidem cum Cæpione patricio comparatus eſt. *Creati P. Cornelius Lentulus.*) Hic Prætor fit hoc anno, biennio autem poſt Conſul, quo in Magiſtratu Cnæus vocatur. Quare & hic etiam Cn. Cornelius ſcribendum. *T. Veturius Philo.*) In quodam Vetere lib. eſt: Ti. Veturius; Quod placet. Nam quendam Capitolinum Conſulem invenio ita deſcribi: M. Veturius, Ti. F. Ex quo intelligi poteſt, Tiberium Veturiæ gentis prænomen fuiſſe.

In Epitomen Libri XXX.

Syphacem per C. Lælium cepit.) Vet. lib. Per C. Lælium, & Maſſaniſam cepit, atque ita Livius. *Venenum ei tranſmiſit, quo quidem hauſto.*) Vet. lib. Venenum ei miſit, quo hauſto. *Mago bello, quo in agro Inſubrium cum Romanis conflixerat.*) Vet. lib. Mago, qui bello in agro. *Ex vulnere mortuus eſt.*) Veteres libri pleniores: Ex vulnere mortuus eſt. Maſſaniſæ Regnum reſtitutum eſt.

In Librum XXX.

Cn. Servilius Cæpio, & Cn. Servilius Geminus Conſules.) Ob eas cauſſas, quas dixi, lego, Cn. Servilius Cæpio, & C. Servilius Conſules. *Exercitum à P. Sempronio acciperet.*) Vet. lib. A. P. Sempronio Conſule. *Servilio Gemino Etruria.*) Vet. lib. Servilio Etruria, recte, ut dixi. *Sardiniam P. Lentulus.*) Cn. Lentulus, ut dixi, *Conſulibus imperatum, ut priuſquam.*) Ut, abeſt à Veteribus libris, venuſte. *Et novas religiones excitabant in animis hominum prodigia.*) Vet. lib. Et novas excitabant in animis hominum curas prodigia. *Si forte jam ſatietas amoris in uxore ex multa copia eum cepiſſet.*) Vet. lib. In uxorem. Polyb. lib. XIV. [illegible Greek]. *Septem millia itineris erant.*) Vertit à Polybio, unde hic totus locus ſumptus eſt: [illegible Greek]. Quod ait, Ad primam ferme vigiliam, Polybius, [illegible Greek]. Quod autem inquit, Media nocte, Polyb. [illegible Greek]. *Ut quantum nox providentiæ adimat, tantum diligentia expleant, curaque.*) Ex Polyb. ad verbum: [illegible Greek]. *Multi in præcipites fuga ruentes ſemper alios alii.*) Vet. lib. Multi præcipiti fuga ruentes. *Ignibuſque in proxima tecta conjectis.*) Tecta Haſdrubalis intelligendum, quæ ſibi incendenda Scipio ſumpſerat, non ante tamen, quam ignem in caſtris Syphacis conſpexiſſet. Hoc iiſdem prope verbis Polybius: [illegible Greek]. *Binaque caſtra clade una deleta.*) Vet. lib. Die una deleta. Quod probo, quia Appianus ita: [illegible Greek]. *Haſdrubal ex fuga cum paucis Afrorum Urbem proximam petierat.*) Polybius item nomen urbis non apponit, quod eſt tamen apud Appianum. [illegible Greek]

[illegible] εἰς [illegible]. *Duæ ſubinde Urbes captæ, direptæque.*) Item Polybius: [illegible]. *Ut omiſſa Utica Carthaginem crederent extemplo Scipionem oppreſſurum.*) Vet. lib. Obſeſſurum, belle autem reſpondet. Nam Utica obſidebatur. Item quod paullo poſt in majore Urbis periculo ait: Carthaginem repente aggreſſurum credebant. *Suffetes, quod velut conſulare imperium apud eos erat.*) Sufetes, legitur in Veteribus lib. & apud Feſtum, qui ita ſcribit: Sufes Conſul lingua Pœnorum. Claudius, Senatus cenſuit referentibus Sufetis. *Quatuor millia Celtiberorum circa urbem nomine Olbam ab conquiſitoribus ſuis conducta in Hiſpania, egregiæ juventutis ſibi occurriſſe.*) Olbam quærit fruſtra in Africa Glareanus. (86) Polybius enim Abbam edit, ita ſcribens: [illegible]. Ut autem Haſdrubal Andam, ſic Syphax Abbam poſt nocturnam cladem ſe contulerant, Appiano, & Polybio auctoribus. Circa autem Abbam occurrerunt, non circa eam conducta ſunt, ut interpretatur Glareanus. *Primo in tumulo quatuor ferme millia diſtanti ab caſtris regiis conſedit, poſtero die cum equitatu in Magnos (ita vocant) campos ſubjectos ei tumulo degreſſus &c.*) Sic Polybius: [illegible] μεγάλα πεδία [illegible]. Hinc cum alia multa eliciuntur, tum illud; Magnos campos appellaſſe, quos μεγάλα πεδία vocat Polybius. *Romanus poſt principes haſtatorum prima ſigna ſubſidiis triarios conſtituit.*) Magnum mendum levi labore deleri poteſt, ſi Legas: Romanus principes poſt haſtatorum prima ſigna. Hic enim erat inſtruendæ aciei mos Romanus, ut haſtatis principes ſuccederent, ut ait lib. VIII. Prima acies haſtati erant, manipuli quindecim. Robuſtior inde ætas totidem manipulorum, quibus principibus eſt nomen. Quem morem hoc tempore ſervatum eſſe à Scipione ait Polyb. hoc modo: [illegible]. Idem Livius paullo poſt, ubi de acie contra Hannibalem inſtructa à Scipione ait: Inſtruit deinde primos haſtatos, poſt eos principes, Triariis poſtremam aciem clauſit: Quibus verbis Græce ſic reſpondet Polyb. [illegible] &c. Item Livius lib. XXXVII. Haſtatorum prima ſigna, deinde principum erant: Triarii poſtremos claudebant. Item Suid. [illegible]. libro tamen XXII. ait: Nova pugna exorta eſt non illa ordinata per principes, haſtatoſque, ac triarios. *Celtiberos in mediam aciem in adverſa ſigna legionum accepere.*) Sic Polyb. [illegible]. *Maſſaniſſam recenti ſupra cetera victoria terribilem.*) Vet. lib. Super cetera; probo, ſic enim paullo ante: Super hæc bellicæ quoque laudis Conſulatus compotem fecerat. *Occupat relictum fuga cuſtodum Tunem (abeſt à Carthagine XII. millia ferme paſſuum) locum cum operibus tum ſua natura tutum, & qui à Carthagine conſpici, & præbere ipſe proſpectum cum ad urbem, tum ad circumfuſum urbi mare poſſet.*) Vet. lib. Locus tutus, dempta parentheſi, quo pacto etiam Polyb. [illegible]. Præterea quoniam centum viginti ſtadia abeſſe Carthagine Tunetem ait, propterea legendum apud Livium, non XII. ſed XV. millia, ex V. enim duo II. facta ſunt per mendum. *Contra atque in navale certamine ſolet, roſtratis, quæ præſidio aliis eſſe poterant, in poſtremam aciem receptis prope terram, onerariarum quadruplicem ordinem pro muro adverſus hoſtem oppoſuit.*) Rhenanus is fuit, qui contra auctoritatem veterum librorum hanc lectionem invexit: Contra atque in navali, cum Ver. lib. habent: Ut in navali, hoc ſenſu: Scipionem roſtratas, ut navali certamine ſolet, in poſtremam aciem recepiſſe, quæ præſidio aliis eſſe poſſent; ipſe autem intellexit, eundem contra, atque in navali prœlio ſolet, onerarias inter ſe copulaſſe. Porro autem quid ſit: Quadruplicem ordinem, ex Polybio facilius intelligi poteſt, qui ita ait, [illegible]. Tres enim aut quatuor ordines factos eſſe junctarum inter ſe onerariarum ſignificat; Quare poſt ait Livius: Et vix tranſiliendi in ſecundum ordinem navium ſpatium propugnatoribus datum eſt: Ceterum quas Polyb. [illegible] vocat, Livius roſtratas vertit. *Maſæſyli regnum paternum Maſſiniſſæ.*) Satis oſtendi, Maſſyli, hic eſſe legendum. Quod autem ait: Syphax vetere ſe continebat regno: Maſæſulorum intelligit. *Igitur omnibus, qui bello capti erant, in unum coactis, equos, arma, tela dividit.*) placet antiqua lectio: Qui bello apti erant. Nam præceſſit: Viris, equiſque abundabat. Deinde ſi ſuis abundabat, cur quos bello ceperat, armaſſet? *Ita tum à paucis prœlio accenſo omnem utrimque poſtremo equitum certaminis ſtudium effudit.*) Probo magis, ut legatur, omnem utrimque poſtremo exercitum certaminis ſtudium effudit: Sic enim in Vet. lib. *Ad Lælium attrahitur.*) Vet. lib. Pertrahitur. *Cirtha.*) Græci Cirtam ſine aſpiratione edunt. *Quam victorem recuperatum tanto poſt intervallo inviſere receptum patrium regnum.*) Vet. lib. Quam victorem tanto intervallo inviſere. Egregie, vacat enim vox recuperatum, cum ſubdatur: Receptum, quæ idem valet. *Cum modo dextram amplectens.*) Veteres lib. Cum diu dextram. *Nuptias in eum ipſum diem repente parare jubet.*) Vet. lib Parari. *Neque prudentiorem, neque conſtantiorem Maſſaniſſam, quam Syphacem eſſe, etiam ab juventa incautiorem, certe ſtultius illum, atque intemperantius eam, quam ſe duxiſſe.*) Quos legi libros veteres, & quos ſe legiſſe Gelenius profitetur, his vocibus carent: Neque prudentiorem. Illum atque intemperantius, ſine quibus ſententia optime ſtat. *Non hoſtili modo odio, ſed à novis etiam ſtimulis.*) Vet lib. Amoris etiam ſtimulis, egregie, oppoſuit enim hoſtili odio amoris ſtimulos, quam ζηλοτυπίαν Græci vocant. Itaque ſic vertit hunc locum Appianus: [illegible] ζηλοτυπούμενος [illegible]. *Quas eas ſua temperantia frenavit, ac domuit multo majus decus, majoremque victoriam ſibi peperit.*) Vet. lib. Ut multo majus decus: Quam vo-

(86) Glareanus ait neminem Olbam ponere in Africa: Hic ait Glareanum Olbam quærere in Africa, quæ an eadem ſint, prudens lector æſtimet.

vocem Gelenius in : Næ, ego in : Is, verti poſſe arbitror, quaſi ex Is : It, poſtremo : Ut factum ſit incuria. *Aeger animo ferox juvenis.*) Vet. lib. Aeger animi. Sic libro primo : Conſolantur ægram animi. *Sella curuli, & ſcipione eburneo.*) Vet. aliquot libri : Sella curuli eburnea, & ſcipione eburneo, ut quemadmodum dixit : aurea corona, aurea patera, ſic bis dicat, eburnea : Sic etiam Appianus, quem credo multa à Livio ſumpſiſſe, ut Livius à Polybio : στεφάνῳ ἀπὸ χρυσοῦ, ϰ̀ σφραγῖδα χρυσῆν ἐπιμ... ϰ̀ ἐλεφάντινον δίφρον. *Nullo auctore belli ultro audito.*) Vet lib. Ultra audito. *Mors adorantium procubuerunt.*) Vet. lib. Adulaatium Quod diſplicet ; nam Polyb. principio lib. XV. de his legatis ita ait : ὁ μὲν οὖν ἦσαν ἐπὶ σωτηρίᾳ, ϰ̀ ... γὰρ προσεκύνησαν, καθάπερ ἔθος ἐστὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, ἀλλὰ ϰ̀ ... τὸ ἔδαφος κατεφίλουν ἐν τῷ συνεδρίῳ. *Naves longas præter viginti omnes traderent.*) Puto legendum, præter XXX. μηδὲ ναῦς ἔχειν μακρὰς πλὴν τριάκοντα. Facilis eſt autem menda apud Livium ex XXX. reddi XX. ut ſæpe alias. *P. Aemilius Prætor Senatu miſſo.*) Lib, Vet. P. Aelius Prætor, quo nomine ſupra etiam à Livio affectus eſt. *Ad hoc ædes, libera loca, lautia Legatis decreta.*) Vet. lib. Ædes liberæ, loca, lautia. Sie lib. XXIIX. Locus inde lautiaque Legatis præberi juſſa, & lib. XLIII. Senatus in formulam ſociorum eum referri juſſit, locum, lautia præberi, & lib. XLV. Conſulti Patres ſtantibus in comitio Legatis an locum, lautia, Senatumque darent, & lib XXXIII. Macedones deducti extra Urbem in villam publicam, ibique locus, & lautia præbita, & lib. XLII. Ut ex inſtituto loca lautia acciperent, & lib. XXXV. Attalo ædes liberæ, locus, lautia decreta, & lib. XLII. Ædes liberæ hoſpitio datæ. Ædes autem liberæ, vacuæ dicuntur. *Vanum equeſtre prælium fecerunt.*) Vet. lib. Equeſtre auxilium, optime ; nam cum lentior eſſet peditum pugna ad movendos hoſtes, equites in aciem erant inducti, quorum tamen auxilium ab elephantorum ſtridore, & odore vanum factum eſſe ait. *Fœmine transfixo cadentem.*) Vet. lib. Femore, ut lib. XXIV. Scipionis femur tragula confixum erat. *Ad millia hoſtium eo die cæſa.*) Vet. lib. Ad quinque millia hoſtium. *Conſul Cn. Servilius nulla memorabili.*) C. Servilius, ut dixi. *Patre Cn. Servilio.*) C. Servilio. Nam in Capitolino Conſulatu dicitur C. Servilius C. F. Capitolinis autem lapidibus favent etiam manuſcripti libri, lib. XXI. pro A. Servilio C. Servilium reſtituimus ex hoc loco. *C. Luctatio.*) Lutatio, ex Græcis & Capitolinis auctoribus. *In agro Crotonenſi.*) Crotonienſi ſcribendum. A Crotone enim factum eſt. Ut autem Carthago Carthaginis Carthaginienſem, ſic Croto Crotonis Crotonienſem edit. Crotona autem Crotonenſem, ut Cremona Cremonenſem, Priſcianus. *M. Livius Cn. Servilium Conſulem.*) C. Servilium, ut dixi. *Apollinis promontorium.*) ἀπόλλωνος ἄκρον. Appianus. *Legatos Carthaginem L. Bæbium, M. Servilium, L. Fabium extemplo miſit.*) Vet. lib. M. Bæbium, L. Sergium, L. Fabium. Polyb. corrupte Λεύκιον σέργιον, Λεύκιον βαίβιον, Λεύκιον φάβιον. *Cum ad Bagradam flumen perveniſſent.*) Polybii codex habet εἰς μάκραν ποταμόν. Quod autem Polybius ad Macram flumen, Appianus ad promontorium Apollinis perveniſſe ſcribit. Idem Polybius libro primo hujus fluminis meminit. *Ex ea tres quadriremes.*) Quas Polybius τρεῖς vocat τριήρεις, Livius vertit tres quadriremes. *Quinqueremem Romanam ſuperantem promontorium.*) Quia quærit Glareanus de promontorio hoc, & de quinquereme, propterea intelligendum eſt, Apollinis promontorium auctore Appiano fuiſſe, quod Polybius item non expreſſo nomine commemoravit, (87) ſic, ἀποπλέοντας ἐν τῷ ἰδίῳ ... . Ne autem de quinquereme diutius ipſe laboret, qua reverſos Legatos eſſe Livius ait, cum, qua ratione veneriat, non dixerit, is ſciat verba hæc omnia eſſe Polybii, ... παρακελεύσαντες τῇ ῥωμαϊκῇ πεντήρει. *T. Claudius Nero.*) Vet. lib. & Cap. tab. Ti. Claudius. *C. Terentius Varro, Cn. Manlius.*) Vet. lib. C. Mamilius. *M. Valerius Falco.*) Capitol. tabulæ. Falto. *M. Seſtio Sabino.*) Vet. lib. M. Sextio Sabino. *An quia res in Etruria tenuerint.*) Vet. lib. Tenuerit. *Utrum Cn. Servilius Conſul habuerit.*) C. Servilius. Vet. lib. ut dixi. *Quæſtiones ex ſociis conjurationibus principum habentem.*) Neminem futurum eſſe arbitror, qui non in interpretanda voce illa Sociis laboret, & merito, eſt enim mendoſiſſima ; ego autem pro certo habeo, ex S. C., ideſt ex Senatuſconſulto, eſſe reſtituendum, me in hanc ſententiam ducit ſimilis erroris, cujus ſupra memini, obſervatio. Aliis ſociis Præfectum notantibus, pro aliis S. C. Præfectum notantibus. Compendioſa enim ſcriptura hujus vocis S. C. dici non poteſt, quæ portenta ſæpe pepererit. De ſenſu autem hujus lectionis nemo eſt, qui dubitare poſſit. *M. Servilius, T. Claudius.*) Vet. lib. M. Servilius, & Ti. Claudius. *Cum Syphace inconditæ barbariæ Rege, qui ſtatarios ſemilixas ducere exercitus ſolitus ſit.*) Vet. lib. Qui ſtatarius ſemilixa ducere exercitum ſolitus ſit. Ego, qui ſtatarium ſemilixam ducere exercitum. Nam ſtatarius, & ſemilixa militibus magis congruunt, quam Imperatori, & Regi. Itaque ubi de Hannibale loquitur, hæc opponit : Ducere exercitum æqualem ſtipendiis ſuis, ideſt qui tot ſtipendia confecerit, quot Imperator, quem puerum militem factum eſſe dixit ; Hæc quærenti Glareano. *Jam Adrumentum pervenerat Hannibal.*) Veter. lib. Adrumetum, recte. Appianus enim Ἀδρύμητον. Polybius, & Stephanus Ἀδρύμητον edunt. *Zama quinque dierum iter ab Carthagine abeſt.*) Sic Polybius : μετὰ δὲ τινας ἡμέρας ἀναζεύξας ἐκ ... περὶ τὸ Ἀδρύμητον τόπον, προῆλθε, ϰ̀ κατεστρατοπέδευσε περὶ Ζάμαν, αὕτη δ᾽ ἐστὶ πόλις ἀπέχουσα Καρχηδόνος ὡς πρὸς τὰς δύσεις ὁδὸν ἡμερῶν πέντε. *Traditos eos Tribunis militum.*) Vet. lib. Tribuno militum, nihil præſtantius, ſic enim Polyb. συστήσας αὐτοὺς χιλιάρχῳ ... ταῦτα καθαρῶς ὑποδεῖξαι τὰ κατὰ τὴν παρεμβολήν. *Ex compoſito duces caſtra protulerunt.*) Vet. lib. Ambo ex compoſito duces. *Scipio haud procul Nadagara Urbe.*) Veteres lib. Nargara. Polyb. πρὸς τὴν πόλιν μάργαρον. Hanc Urbem Ptolemæus nominat Ναράγαρα. *Si hoc ita datum fuerat.*) Hujus orationis magna pars eſt apud Polybium. Incipit autem apud eum Hannibal ab ea ſententia : Optimum fuerat eam Patribus noſtris mentem datam ab Diis eſſe. *Hoc quoque ludibrium fortunæ caſus ſiderit.*) Nihil huic ſententiæ deeſt, contra quam putat Glareanus. Dictum eſt autem, ut illud. Tibi non in ultimis laudum hoc fuerit. *Propter eandem utilitatem tuebor eam, propter quam petii.*) Vet. lib. Peto. *Tergiverſantem in Africam traduxerim.*) Vet. lib. Attraxerim. *Fruſtra verba paſata renunciant.*) Si ita legas, nullum ſenſum, aut cer-

(87) Et Glareanus hujus promontorii meminit, ſed nihil aſſeverat.

bris aliquot eſt. Fruſtra verba pacata renunciaot. Hinc ego ita. Fruſtra verbis tentatam rem nunciaot, ideſt de pace verbis fruſtra agitatum reſarunt. Hannibal enim colloquium petierat Scipionis, quaſi fretus eloquentia ſua rem peracturus. Hanc lectionem tanto magis probo, quod ſubjungi [illegible], armis decernendum eſſe. *Ad hoc colloquium Hannibalis in ſecreto habitum, ac liberum fingenti qua velit flecti, ominatur, quibus quondam auſpiciis Patres eorum pugnaverint ad Ægates inſulas, ea illis exeuntibus in aciem portendiſſe deos, adeſſe finem belli, ac laboris.*) Loci hujus obſcuritas, quæ magna eſt, ſola verborum ioterpunctione oon levatur ſolum, ſed etiam tollitur. Quomodo autem ſit ioterpungendus, intelligetur, ſi ſenſus ante fuerit patefactus. Scipio, inquit, ſuis militibus referebat Hiſpanias victas, & recentia in Africa prœlia, & confeſſionem hoſtium, pacem petentium, ad hoc colloquium Hannibalis in ſecreto habitum, ac, quoniam liberum eſt fingenti quocumque velit oratione deduci, ominatur finem hujus belli adeſſe, quod quibus auſpiciis priore bello Patres eorum pugoaverint ad Ægates inſulam, ea illis hoc tempore in aciem exeuntibus portenderiot. Ex quo intelligi poteſt, verba illa, liberum fingenti qua velit flecti, item hæc, quibus quondam auſpiciis, uſque ad, porteodiſſe deos, duplici parentheſi eſſe includenda. Continent enim cauſſam, & cur ominaretur, & cur victoriam ominaretur. Glareanus adeo à vero ſenſu abhorruit, ut vox illa, fingeoti, ad Scipionem oe, an ad Hannibalem referretur, dubitarit. (88) *Tubæ, cornuaque ab Romanis cecinerunt.*) Polybius utrimque increpuiſſe ait; [illegible], & Appiaous, [illegible]. *Ut elephanti in ſuos ſiniſtro maxime cornu verterent, Mauros, ac Numidas.*) At ex Vet. lib. Verterentur eſt legendum, aut, Vertereot, pro verterentur, accipiendum. Sic enim Polyb. [illegible]. *Sed numero ſuperior Romanus erat, & animo.*) Vet. lib. Sed & numero. *Victores ad decem millia cecidere.*) Suſpicor legendum, ad doo millia. Hanc enim edit ſummam Polybius, quem in reliqois etiam ſequitur, [illegible]. Idem aotem prope eſt: Supra mille quingentos, &, ad duo millia. Ita etiam Appiaous. *Simul primum ardorem hoſtium excipientes fatigarent.*) Vet. lib. Primum ardorem, atque impetum hoſtium. *Miſſo Lælio Romam cum victoriæ nuncio.*) Appiaous, [illegible]. Glareanus Livium hoc loco ſui oblitum putat, quod Lælium Romam miſerit victoriam nunciaturum, cum paullo poſt tres Legati mittantur. *Turmalibus primis in agmine aggreſſa Numidas levi certamine fudit.*) Vet. lib. Turmalibus primum agmeo aggreſſa, Numidas. *Et naves roſtratas præter decem triremes traderent.*) Polybius [illegible]. Vertit hoc loco Livius Naves longas, roſtratas, ut paullo poſt ait Naves longas, elephaotos, perfugas, fugitivos, captivorum quatuor millia tradideruot. *Obſides centum arbitratu Scipionis darent.*) Mallem, centum quinquaginta, ut ait Appianus: [illegible]. Cur malim hæc cauſſa eſt, quia libro XXXII. ita ſcribit: Petentibus Carthagioienſibus, ut ſi jam videretur Senatui, obſides ſibi redderentur, ceorum redditi obſides, de ceteris in fide permanereot, ſpes facta. Quibus verbis ſatis oſtenditur plures quam centum eſſe traditos: Quanquam hoc loco Polybius centum tantum, & ipſe edit: [illegible]. *Domum ferre juſſi.*) Vet. lib. Referre. *Inter portus Coſſanum, Loretanumque.*) Coſſam meminit etiam libro XXII. *Dictatore dicto Cn. Servilio Gemino.*) C. Servilio ſcribe abſque Gemino, ex Vet. lib. & Dictatura ejus Capitolina: *Itaque cum præter Idus Martias veteres Magiſtratus abiiſſent.*) Procul dubio, pridie Idus, legendum. Nam Idus Martiæ ſollemnes erant ineundis Magiſtratibus, pridie Idus abeundis. Compendioſa Scriptura feſellit librarium pridie Idus. *Ludi Romani ter . . . inſtaurati.*) Veteres lib. aliquot, ter toti inſtaurati, optime. Sic enim loqui ſolitus eſt Livius, ut libro XXIIX Ludi Romani ter toti inſtaurati ab ædilibus curulibus. Item: Ludi plebeji ſemel toti ioſtaurati ab ædilibus plebis. Item hoc libro: Ludi Romani diem unom, plebeji ter toti inſtaurati ab ædilibus. Et lib XXXI. extremo, & lib. XXXIII. primo: Totique ter inſtaurati. *Cerealia ludos.*) Vet. lib. Cereales ludos, oon muto tamen vulgatam lectiooem, nam in oummis aliquot argenteis, qui apud patrem tuum ſunt, ita legi: C. Memmius C.F. Quirinus Memmius æd. cerealia primus fecit. *Adjecit Verminam etiam Syphacis filium.*) Ideſt præter id, quod de victis bello Carthagiaienſibus Lælius ounciaverat, adjecit etiam Verminam victum eſſe: Hoc ut dicerem, cauſſam Glareanus dedit. *Quæ parva bene geſtæ rei acceſſio erat.*) Vet. lib. Quæ ooo parva beoe geſtæ rei acceſſio fuerat. *M. Junius Pænus.*) Pennus, ex Capit. tab *Manlius Glabrio.*) Hic poſt fit Conſol, & in Conſulatu Capitolino M. Acilius vocatur. *P. Scipioni id imperium decreviſſe.*) Vet. lib. Decreſſe. *Legiones à Sextio Prætore acciperet.*) Vet. lib. à M. Sextio Prætore. *Conſuli cum fuit duabus item legionibus in Etruria prorogatum imperium eſt.*) Vet. lib. In Etruriam. *Ut ii Conſules.*) Vet. lib. Ut hi Conſules. *Haſdrubal erat, (Hædum cognomine populares vocabant.*) Recte Hædum. Nam Appiaoos etiam ἔργον appellatum ſcribit. *De pace uti rogatæ omnes Tribus erant, juſſerunt.*) Vet. lib Uti rogaſſent: Ego, uti rogas, ut ante docui. *Ita dimiſſi ab Roma.*) Vet. lib. Ita dimiſſi Roma. *Inter quos Q. Terentius Culleo Senator fuit.*) Plutarchus in Apophthegmatis non ante Legstos de pace ſe auditurum eſſe Scipionem dixiſſe ait, qoam Q. Terentium captivum dimiſiſſeot. Dimiſſo eo pacis condiciones Scipionem dixiſſe: Terentium porro ſecutum currum Scipionis pileatum eſſe. *Finitum eſt decimooctavo anno Cn. Cornelio, P. Ælio Pæto Conſulibus.*) Antea legebatur, decimoſeptimo, atque ita eſt in omnibus veteribos libris; Quod quia corruptum eſſe credit, correxit Glareanos, & decimooctavo fecit: (89) Eſt tamen ſciendum decimoſeptimo recte habere: Nam cum inquit Livius, bellum finitum eſt XVII annos poſtquam cœptum eſt, decimooctavo intelligit, verum annum primum oon numerat, ſic autem etiam alibi:

(88) Glareanus nihil de tota oratione quam ad quid referatur fingenti, ſe dubitare dicit, ut ſolet.

(68) Vide Glareani verba, & aliter ſenties.

alibi: Annis ante XI. pax cum Carthaginienſibus facta eſt. Item: Tres & ſexaginta anni ſunt à primo Punico ad ſecundum bellum finitum; neque enim alter extremorum annorum in hoc loquendi genere comprehenditur. At eum inquit in hoc eodem libro: Patre, & patruo ex ſervitute poſt ſextum decimum annum receptis, & paullo poſt: Hannibalem poſt ſextum decimum annum ex Italia deceſſiſſe, ambos extremos annos numerat; Pater enim Servilii captus eſt anno DXXXII. receptus anno DXLVII. Hannibal venit in Italiam anno DXXXII., diſceſſit anno DXLVII. *Hunc regem in triumpho ductum Polybius haudquaquam ſpernendus auctor tradit.*) Verba, quibus hoc tradit Polybius ſunt in lib. XVI. ejuſmodi: *ὁ δὲ σύφαξ ὁ τῶν μασαισυλίων βασιλεὺς ἀχθεὶς διὰ τῆς πόλεως ἐν τῷ θριάμβῳ μετὰ τῶν αἰχμαλώτων, ὃς κ' μετὰ ταῦτα χρόνον ἐν τῇ φυλακῇ τὸν βίον μετήλλαξε.*

In Epitomen Libri XXXI.

C*Auſſæ feruntur hæ.*) Vet. lib. Referuntur. *In ſacrarium Cereris cum aliis pluribus ſuis intraverunt.*) eum aliis popularib. ſuis, legendum eſt. *Ad vindicandum illos.*) Vet. lib. Ad vindicandos illos. *Quingenteſimo quadrageſimo anno ab Urbe Condita.*) Reſtituendum eſt, ut poſt oſtendam, Quingenteſimo, & quinquageſimo.

In Librum XXXI.

Q*Uam occuparint quadringenti LXXXVII. anni a Condita Urbe ad Ap. Claudium Conſulem.*) In Veteribus libris eſt, LXXVIII. anni, mendoſe illud quidem, ſed ita tamen, ut veræ lectionis veſtigia appareant; eſt enim V. in X. vertendum, & duo II. in V., itant legas LXXXVI., ſiquidem Ap. Claudius anno ab Urbe Cond. CDLXXXVI. Conſul fuit, quemadmodum ex Livii ſententia in Chronologia oſtendemus, quem numerum depravavit (ut ſolet) Glareanus. (90) *Claritatem Regum antiquorum.*) Vet. lib. Sed claritate. *Quod multa quondam Europæ, majorem partem Aſiæ obtinuerant.*) Vet. lib. Majoremque. *C. Appium Præfectum.*) Vet. lib. Cn. A. Popium. Ego C. Oppium; Oppius enim gentis nomen eſt, Appius prænomen. *Ipſe eodem aperto itinere per montes duxit.*) Vet. lib. Per medios montes. *Qui ductu atque auſpicio Proconſulis Scipionis.*) In Veteribus libris eſt fere, Proconſulis Scipionis, pro P. Scipionis, idque non hoc loco ſolum, ſed paſſim. Itaque P. Scipionis reſtitue. P. *Ælio Conſulum comitia habente.*) Vet. lib. Conſularia comitia, placet tamen, ut legatur, P. Ælio Conſule comitia habente Conſules facti; Sic enim alias. *Ædilibus Curulibus L. Valerio Flacco, & T. Quinctio Flaminio.*) Reſtituo L. Quinctio Flaminino; Lucio, quia T. Quinctius numquam ædilitatem cepiſſe poſt à Livio, & à Plutarcho traditur. Flaminino, ex Capitolinis tabulis, & ex ratione cognominum, ut enim à Cenſore Cenſorinus, ab Augure Augurinus, ſic à Flamine Flamininus orta cognomina ſunt. *Quod ex Africa Proconſul Scipio miſerat.*) P. Scipio, ut dixi, alioquin Scipio Proconſul dixiſſet. *Anno quingenteſimo quadrageſimoquarto ab Urbe Condita.*) Vet. lib. Anno quingenteſimo quadrageſimo. Placuit autem Glareano, ut legeretur, quingenteſimo quinquageſimoquarto. Quod pro quadrageſimo, reſtituat, quinquageſimo, laudo, quod addat, quarto, non poſſum non improbare. Cur ita ſentiam, cauſſa exſtabit in Chronologiæ Scholiis. Porro autem non quingenteſimo quadrageſimo, ſed quingeſimo quinquageſimo, legendum arbitror. Hac in re ducem ſequor Priſcianum, qui libro de Numeris quingeſimum, pro quingenteſimo dictum eſſe ſcribit à Livio libro ab Urbe Condita XXXI. *Niſi quod in Romanis auxilii foret.*) Vet. lib. Niſi quid Romani auxilii foret. *Precationi annuiſſe Deos haruſpices reſpondere.*) Vet. lib. Precationem admiſiſſe Deos. Quod probo; Etenim in eodem genere lib. IV. ſic: Ut ab auguribus, ſimul aves rite admiſiſſent, ex compoſito tolleretur ſignum. *Prætores exinde ſortiti ſunt, Cn. Sergius Plancus urbanam.*) Vet. lib. Provincias Prætores exiode ſortiti ſunt. *L. Furius Purpurio.*) Purpureo, ex Capitolino ejus Conſulatu. *Q. Bebius.*) Bæbius Capitolini, & Græci ſcriptores, nummique argentei. *Sicut expugnando Sagunto Hannibalem paſſi ſimus.*) Vet. lib. Sumus. *Uti rogarat, bellum juſſerunt.*) Uti rogas, ut jam ſæpè. *Proconſul Scipio ex Africa deportaſſet.*) P. Scipio, ut dixi. *M. Valerio Falconi.*) Faltoni, Capitol. tabulæ. *In Sardiniam transjiceret, quoque de exercitu.*) Vet. lib. Atque de exercitu. *Excitis Sallin, Iluantibuſque, & ceteris Liguſticis populis.*) Liguſtinis, habent, lib. Vet., & Græci λιγυστίνοι edunt. Iluates Ligures etiam alibi nominat, ut lib. XXXII. Inde in Liguſtinos Iluates legiones ductæ; non ſunt autem Iluates qui Iluam inſulam colunt, ut putat Glareanus. (91) Quod ex his verbis Livii, cognoſcitur, lib. XXXII. Et jam omnia cis Padum præter Gallorum Bojos, Iluates Ligurum, ſub ditione erant. *Nunciosque mitterent ad Populum Rom. L. Furius* Purpureo *tum provinciæ præerat.*) Satis conſtat, legendum eſſe, ad Prætorem Rom., quo de emendi genere ſupra etiam dictum eſt, Prætorem autem intelligit L. Furium Purpureonem. *Augeri hoſtium animos.*) Vet. lib. Augere. Quod placet, quia dixit, objicere. *Trientius, Tabuliuſque is ager, quia pro tertia parte pecuniæ datus erat, appellatus.*) Vet. lib. Trientius, Tributumque, ex quo conjeci legendum eſſe, Trientius, Tributuſque. Alioquin nulla cauſa extat, cur Tabulius is ager vocatus ſit: at quia pro tertia parte pecuniæ tributus erat Trientius, Tributuſque eſt dictus. In lege vetere agraria ære impreſſa legi agrum, qui in Trientabuleis dicitur, ex quo conjicio legendum eſſe, Trientabulius. Lex autem eſt poſt Gracchorum tempora lata, & ſcripta. *C. Claudius Cento.*) Centho, ex Capit. lapid. *Commemoratio erat beneficiorum primum in civitatem ſuam.*) Vet. lib. Civitatem ſociam, Recte, loquitur enim Attalus, atque Athenas civitatem ſociam appellat. *Adhortatio, capeſſendum bellum.*) Vet. li. Adhortatio capſendi belli. *Rhodii Ceam ab Ægina.*) Vet. li. Rhodii cum jam ab Ægina. Item, Rhodii etiam ab Ægina. Hinc ego: Rhodii Ciam ab Ægina. Inſula autem eſt Cia oppoſita Eubœæ, Ptolemæo auctore. *Claſſe tradita Heraclide.*) De Heraclide hoc Philippi Præfecto pluribus verbis ſcribit Pol. lib. XIII. *Eleunta.*) Elæunta ſcribendum eſt. Eſt autem Elæus cum proximis oppidis ad Helleſpontum in Cherſoneſo. Alopeconeſus autem inſula eſt, Plinio auctore. *Legatos ad regem de conditionibus tradendæ urbis miſerunt.*) Legatorum nomina prætermiſit, quæ ſunt apud Polyb. libro XVI. *πέμψαντες πρεσβευτὰς ἰφιάδην κ' παντάγνωτον ἐκέλευον παραλαμβάνειν τὸν φίλιππον τὴν πόλιν.* **Principes, qui-**

(90) Glareanus negat ſe depravaſſe numerum.

(91) Glareanus dubitavit, non aſſeruit.

quibus atrocior pars facinoris delegata erat.) Nomina eorum edit Polyb. Glaucidem, & Theognetum. Eſt enim in tota hac Abydi expugnatione explicanda aliquanto, quam Livius, uberior. *Ex iis Legatis Romanis, qui Alexandriam miſſi erant, M. Æmilius duorum conſenſu, minimus natu.*) Suſpicor legendum eſſe: Ex tribus Legatis, primum quia tres antea nominavit hujus libri initio. Interim ad Ptolemæum Ægypti Regem Legati tres miſſi, C. Claudius Nero, M. Æmilius Lepidus, P. Sempronius Tuditanus; deinde, quia, ait: Duorum conſenſu, & Minimus natu, poſtremo, quia nihil tam facile eſt, quam ex III. i. tribus i facere, IIS. Sic enim apud Vellejum ex VII. factum eſt VTI. Verba ejus ſunt libro II. Notetur Domitiæ familiæ peculiaris quædam, & ut clariſſima, ita artata numero felicitas VII. ante hunc nobiliſſimæ ſimplicitatis juvenem Cn. Domitium fuere ſingulis omnino parentibus geniti, ſed omnes ad Conſulatum, Sacerdotiaque, ad triumphi autem omnes pæne pervenerunt inſignia. Vulgo enim legitur, UTI ante hunc. Ita autem reſtituendum eſſe docet Svet. in principio Neronis, ubi de Domitiis agit. *Num Abydeni quoque, inquit, ultro ſibi intulerunt arma.*) Uberius reſpondet apud Polybium Æmilius: nam ultra Abydenos Athenienſes quoque, & Cianos nominat à Philippo vexatos; inquit autem ita: [illegible] *Ætas, inquit, & forma, & ſuper omnia Romanum nomen te ferociorem facit, ego autem primum velim vos fœderum memores ſervare mecum pacem, ſi bello laceſſitis, mihi quoque in animo eſt facere, ut regnum Macedonum, nomenq; haud minus, quam Romanum nobile bello ſentiatis.*) Placet quemadmodum hæc græce dixerit Polybius demonſtrare, ut libertas in vertendo Livii pateſiat: [illegible] Intelligendum eſt autem apud Polybium tertiam cauſſam deſiderari, quæ eſt apud Livium: Super omnia Romanum nomen Quod autem ait: Si bello laceſſitis, Veteres libri habent, Laceſſeritis, quod placet; Polybius enim, [illegible], ait. *Pugnantes mortem occubuiſſent.*) Vet. lib. Morte. *Seque ipſi per omnes vias lethi interficerent.*) Vet lib. habent, Læti. Quod tamen non probo. Intelligendum eſt enim Abydenos quacumque ratione ſibi mortem conſciviſſe. Quod declarat Polybius, cum alios ſe ferro, alios laqueo vita ſpoliaſſe ait, itemque alios ſe in ignem conjeciſſe, alios ſe è tectis, alios in puteos præcipites dediſſe. *Inde in Numidiam ad res profecti Legati.*) Vet. lib. Ad Regem; Maſſaniſſam autem intelligit. *Proconſulem illum Hiſpaniam provinciam non Conſulem, aut Prætorem obtinuiſſe.*) Vet. lib. Proconſule. Quem autem appellet Proconſule, expoſuit, cum dixit: Exemplum à majoribus non accepiſſe, ut qui neque Dictator, neque Conſul, neque Prætor res geſſiſſet, triumpharet. Quod de Scipione dixit lib. XXVIII. ſine Magiſtratu, inquit enim: Quia neminem ad eam diem triumphaſſe, qui ſine Magiſtratu res geſſiſſet, conſtabat Ex quo intelligi poteſt, eum, qui pro Conſule eſt, eſſe quidem cum imperio, ſed ſine Magiſtratu. Nunc autem pro Conſule accipiamus, non qualis P. Scipio, aut T. Quinctius, qui prorogato ultra Conſulatus annum imperio bellum Africanum, & Macedonicum pro Conſule confecerunt, & pro Conſule triumpharunt, ſed qualis multis poſt annis adverſus Mithridatem Cn. Pompejus extra ordinem miſſus eſt, cum neq; Prætor, neque Conſul eam provinciam contra exempla majorum adeptus eſſet. *T. Sempronio Longo.*) Ti. Sempronio, ex Conſulatu hujus Capitolino. Nam poſt cum Africano Conſul fuit. *Cn. Lectorium.*) Lætorium, ut ſupra ſæpius admonuimus. *Aedemque Deo Jovi vovit, ſi eo die hoſtes fudiſſet.*) Vox, Deo, mendoſa eſt: Quis enim de Jove, quin Deus ſit, dubitare poteſt? ſi quid Jovi addi ſolet: Epithetum aliquod additur, ut Statori, Victori, Tonanti, & quæ ejuſmodi multa ei affictа ſunt. Ego igitur ita legendum puto: Aedeſque duas Jovi vovit: Loquitur de L. Furio Prætore cum Bojis Gallis pugnante, à quo Prætore ædes duas Jovi bello Gallico, tertiam ab eodem Conſule votas eſſe poſt ait. De una ſcribit libro XXXV. anno DLVI. In Inſula Jovis ædem C. Servilius duumvir dedicavit, vota erat ſex annis ante Gallico bello ab L. Furio Purpureone Prætore. De duabus alteris poſt libro eodem anno DLVIII Aedes duæ Jovi eo anno in Capitolio dedicatæ ſunt: Voverat L. Furius Purpureo Prætor Gallico bello unam, alteram Conſul, dedicavit Q. Marcius Ralla duumvir. *Cynoſarges (templum Herculis, gymnaſiumque, & lucus erat circumjectus.*) De hoc templo ſic Suidas: [illegible] Ex his verbis apparet cur & Cynoſarges hic locus dictus ſit, & cur Herculi potiſſimum conſecratus ſit. At Stephanus: [illegible] *Conſul Sulpitius eo tempore inter Apolloniam, & Dyrrhachium ad Apſum flumen habebat caſtra.*) Hoc ſic Plutarchus in Quinctio: [illegible] *T. Apuſtium Legatum*) L. Apuſtum, reponendum; Sic enim alibi ſæpe eum vocat Livius. *Ilion (nomen propter alteram in Aſia urbem, quam oppidum notius.*) Hujus nominis quinque oppida fuiſſe tradit Stephanus, quorum tertium in Macedonia fuerit. *Anguſtias, quæ ad Pelagoniam ſunt.*) Pelagonia pars eſt Macedoniæ non longe à regione Daſſaritiorum. *Sciathum, & Peparethum haud ignobiles urbes.*) Inſulæ ſunt in Aegeo pelago. *Eodem Eleuſinæ Cereris templum, eodem Piræi Jovem.*) Eleuſinæ ſcribendum, ut ſit auferendi caſus, ſequitur enim Piræi. *Eadem Chios, Abydenos, Æneos.*) Nominat gentes à Philippo paullo ante bello vexatas, inter quas Chii non fuerunt, verum, ut ſupra dixi: Ciani. Itaque Legatus Romanus objicit Philippo Athenienſes, Cianos, & Abydenos. Atque Livius lib. XXXIII ait: De Cianorum libertate Quinctius Pruſiæ Bithyniorum Regi ſcriberet, quid Senatui, & decem Legatis placuiſſet: Quare hoc etiam loco pro Chios: Cianos, eſt reponendum. *An bello perſecuti.*) Vet. lib. An non bello perſecuti. *Quo indignius eſſet.*) Vet. lib. Quod indignius eſſet. *Præfecit Heraclidam.*)

Vet.

Vet. lib. Heraclidem. *Daſſaretiorum.*) Daſſaretiorum, ex Stephano, & Euſtathio. *Ad Lingum ſtativa poſuit prope flumen Bevum, inde frumentatum circa horrea Daſſaretiorum mittebat.*) Pro Lingo reponendum cenſet Glareanus Lychnidum, pro Bevo Haliacmoea, ſcilicet quia nuſquam hæc nomina legerit, at illa in Daſſaritiis legerit. Ego contra, pro Lingo: Lycum repono, pro Haliacmone, Beum defendo: Lycum habent libri veteres, & Plutarchus in Quinctio: ubi hujus rei meminit, ἔσω μὲν ἐν αἱ τῷ ἔτει ἄγων κακῶς διὰ τῆς Δασσαρητίδος κατὰ λύκον ἄγων ἄνω καὶ ῥᾳδίαν ἐπιχειροῦντι, de Bevo fluvio ſic Stephanus: βέα πόλις μακεδονίας, καὶ παρ' αὐτῇ βέος ποταμος. (92) *Triballos (Illyriorum id, ſicut alio l. a diximus, eſt genus) & Cretenſes trecentos.*) Vet. libri habent Trallas, quam vocem qui ignorarunt, Triballos fecerunt. Sunt autem Tralles Illyrici, ut ait Stephanus, populi, his verbis, τράλλεις μοῖρα τῶν ἰλλυριῶν, λέγονται καὶ τράλλοι, καὶ τράλλεις παρὰ θουκυδίδῃ. Itaque libro XXXVIII. in auxiliis Antiochi numerandis conjungit etiam Livius Trallas, & Cretenſes, ut hoc loco, cum ait: Tum levis armaturæ trium millium pari ferme numero, pars Cretenſes, pars Tralles. *Stuberam deinde petit.*) Suſpectum nomen hoc habet Glareanus, ut cetera nomina, quæ ſequuntur, eſſe autem oppidum Illyriorum, apparet ex verbis Livii lib. XLIV. cum ait: Perſeus ratus ſi domuiſſet proximos Illyriorum, Gentium quoque Regem in ſocietatem perlici poſſe, cum decem millibus peditum Stuberam venit. Meminit ejus etiam Strabo lib. VII. ad Erigonem flumen, & Suidas, & στύβαρα vocant. *Inde ad Pluinam eſt progreſſus.*) Pluinæ nemo meminit: Pellinæ omnes; Itaque Pellinam reſtituo, auctore maxime Arriano, qui lib. I. ita ſcribit, ἄγοντα παρὰ τὸν ἐορδαίων ἐν τῇ τῶν ἐλιμιωτῶν καὶ παρὰ τὰ τῆς τυμφαίας, καὶ παραυαίας ἄκρα, ἑβδομαῖος ἀφικνεῖται ἐς πελλίνην τῆς θετταλίας. Pellinam item ſtatuit Stephanus in Phthiotide in Theſſalia. *Ad Bruaniam ſtativa habuiſſet.*) Strabo lib. VII. ut Stuberæ, ſic Braniy meminit oppidorum ad Erigonem flumen. Quamquam Stephanus ait Βουάνειον eſſe oppidum Theſprotiæ. *Erigonum incolæ vocant.*) Ex Strabonis lib. VII. & Arriani I. Erigonem legendum. Quamquam Ptolemæus Ἐρίγωνον vocat. *Erdu am petituros.*) Polybius lib. XVII. ſatis indicat Heordæam eſſe legendum, ubi verba T. Quinctii, quibus ad Cynoſcephalas pugnaturus milites accendit, expouit. Ea ſunt hæc, ἐχῶν μακεδόνες εἰσιν, οὓς ὑμεῖς προκατέχοντες οἱ μακεδόνες τὰς εἰς τὴν ἐορδαίαν ὑπερβολὰς ἐκ τοῦ φανεροῦ κατὰ πρόσωπον βιασάμενοι πρὸς τόπους δυσχερεῖς ἐξέβαλλον πολλοὺς αὐτῶν ἀποκτείναντες, & Stephanus: Ἐορδαῖοι ἔθνος χώρας μακεδονίας, & Plinius in Macedonia Heordeuſium, & Arrianus libro primo meminit. ἐορδαίας. *In Elimeam ſe recepit.*) Stephanus hanc Urbem Ἐλίμεια. Ptolomæus ἐλίμεια vocant. Arrianus libro primo agrum ejus ἐλιμιωτῶν nominat. *Ab Celetra in Daſſaretios proceſſit, urbemque Pelium vi cepit.*) Pelium duplex tradit Stephanus, unum in Theſſalia, alterum in Illyrio. Nunc de Pelio Illyrico intelligendum eſt. Nam Daſſaritios inter Illyrios nominat Appianus in Illyrico. *Bœben paludem.*) Stephanus βοίβη λίμνη ἐν μακεδονίᾳ. *Perrhæbiam.*) Perrhæbiam ſcribendum, ita enim Græci, pars Theſſaliæ eſt; ita Steph. *Cyretias.*) χυρετίας ſtatuit Ptolemæus inter Eſtiotas Theſſaliæ populos. *Gomphos petendi.*) Oppidum eſt Theſſaliæ Stephanus. *Athamania.*) Alii Illyrii, alii Theſſaliæ, partem eſſe Athamaniam tradunt, Stephanus. *Malea ſuperata circa Scyllæum agri Hermionici.*) Malia, & Scyllæum promontoria. Hermione oppidum eſt, omnia Peloponneſi. Stephanus, Strabo, Plinius, alii. *Delium Bœotiæ.*) Steph. Δήλιον πολίχνιον βοιωτίας ἐν ταναγρᾳ, καὶ ἱερὸν ἀπόλλωνος. *Ab Andro Cythnum transiecerunt.*) Has inſulas ſupra Philippi teneri præſidio dixit, propterea nunc à Romanis vexantur. *Ad Praſias, (continentis Atticæ is locus eſt.)* Idcirco ita ait, quia (ut ait Stephanus) alterum hujus nominis oppidulum eſt in Peloponneſo, πρασίαι δῆμος ἀδελφαὶ πανδιονίδος φυλῆς, ἔστι καὶ λακωνικὸν πολίχνιον. Glareanus temere Phalaſſiam emendat. (93) *Iſſeorum lembi.*) Iſſa una eſt oppidum in Lesbo inſula, altera ipſa eſt inſula ad Illyrium, de qua Polybius lib. II., & Steph. De qua nunc Livius. *Icum pervenere.*) Icus inſula una ex Cycladibus Eubœæ adhærens. Stephanus. *Inde Caſandream petentes primo ad Mendim maritimum ejus civitatis vicum.*) Stephanus, κασάνδρεια πόλις μακεδονίας πρὸς τῇ θρᾴκῃ. Item, μένδη πόλις θρᾴκης, ἀπὸ Μένδης... μένδη αὐτοῦ οὖσα. *Canaſtrum Pallenes transjecere, inde ſuperata Toronæ promontorio.*) Canaſtrum promontorium, reliqua oppida Thraciæ ſunt, itemque qui ſequitur, Acantus; Stephanus. *Sinum Maliacum.*) μαλιακὸν κόλπον. Græci appellant. *Heracleam venit.*) Innumeræ ſunt hujus nominis Urbes. Hæc in Theſſalia ad ſinum Maliacum eſt. *Lariſſamque non illam in Theſſalia nobilem urbem, ſed alteram, quam Cremaſten vocant.*) Ptolemæus, & Steph: κρεμαστὴ λάρισσα hanc Pelaſgiorum eſſe tradunt. *Quos Conſul in Africa voverat.*) Conſul hic accipiendum eſt pro eo, qui cum Conſulari prorogato imperio eſſet, ſiquidem nunquam Conſul in Africam venit Scipio. *C. Terentius Varro, T. Quinctius Flaminius, P. Cornelius, Cn. F. Scipio, ii colonos Venuſiam adſcripſerunt.*) Flamininus, ut dixi, ſcribendum eſt item Vet. lib habent. Hi colonos, pro Venuſia Plutarchus edit in Quinctio Naruiam, & Conſam, ἐπὶ καὶ ταυτοφώνους ἀποίκους δύο πόλεις ναρνίαν καὶ κόσσαν ὁ τίτος ἄρχων ἐξέπεμψε οἰκισείς. De quibus poſt Livius. *Non id, quod animis præceperat, queſtus eſt.*) Vet. lib. Præceperant, ideſt Romani. *Ut virtutes rerum geſtarum ejus, cui tantus honos haberetur publice viderentur.*) Vet. lib Videret. Ceterum vox, Virtutes, ineptum continet ſenſum. Itaque, pro certo habeo, Veritas, eſſe reponendum, & pro Videret, Videretur eſſe legendum. Inſtituiſſe enim majores ſuos ait, ut Legati, Tribuni militum, Centuriones, milites denique triumpho adeſſent, ut veritas rerum geſtarum ejus, cui tantus honos haberetur, publice videretur. Itaque ſubdit: Neminem huic triumpho affuiſſe, quem percunctari Senatus potuerit, quid veri Prætor, vanique referret, & lib. XXXV. Niſi quod aut Prætores ex provinciis ſcriberent, aut Legati renunciareut, nihil ratum haberi debere. *C. Bæbius Pamphilus.*) Cn. Bæbius Tamphilus, ex Conſulatu ejus Capitolino. *M. Acilius Glabrio.*) M. Acilius, ex Conſulatu ejus Capitolino. *Comitiis ædiles curules creati ſunt forte ambo, qui ſtatim accipere Magiſtratum non poſſent.*) Occipere legendum eſt, quod eſt idem, atque inire. Sic enim lib. XLI. Collegam, qui extemplo Magiſtratum occiperet, crea-

(92) Glareanus de Bevo multa adducit, de Haliacmone nihil definit, ut ſolet.

(93) Glareanus regionis ſitum declarat, de aliis dubitat.

creavit ,'& libro XXIII. Creatur Marcellus, qui extemplo Magiſtratum occiperet. *Nam Caius Cornelius abſens creatus erat, cum Hiſpaniam provinciam obtineret.*) Multa affert hoc loco Glareanus, ut probet, aut huic libro partem deeſſe, aut Livium parum in ſcribendo vigilantem fuiſſe, quæ quia tota re diligenter inſpecta vana eſſe animadvertimus, ne quis in errorem ab eo impellatur, operæpretium me facturum eſſe duxi, ſi qui per hæc tempora in Hiſpania cum imperio deinceps fuerint ex Livii ſententia expoſuero. (94)

Anno DXXXII.

P. Cornelius Scipio Coſ. Hiſpaniam ſortitus eſt, ut ait Livius lib. XXI. Cornelio Hiſpania, Sempronio Africa cum Sicilia evenit.

Eodem anno Cn. Cornelius Scipio Publii frater in Hiſpaniam venit, ait enim: Ne tamen nuda auxiliis Romanis Hiſpania eſſet, quam provinciam ſortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum adverſus Haſdrubalem miſit.

Anno DXXXIII.

P. Scipio in Hiſpaniam venit, prorogato poſt Conſulatum imperio.

Anno DXXXIIX.

Ambo fratres interfecti ſunt, ut Livius lib. XXV. Anno ſexto poſtquam in Hiſpaniam venerat Cn. Scipio, unde trigeſimo die poſt fratris mortem eſt interfectus.

Anno DXXXIX.

P. Scipio P. F. qui poſt Africanus dictus eſt cum imperio extra ordinem Proconſul miſſus eſt in Hiſpaniam. M. Julius Silanus Propr. ei ad res gerendas adjutor datus.

Anno DXLIV.

P. Scipio L. Lentulo & L. Manlio Acidino provinciâ traditâ Romam redit, & quia ſine Magiſtratu res geſſerat, triumphum non impetrat. Liv. lib. XXIIX.

Anno DL.

L. Lentulus Proconſul rediens ex Hiſpania ob res bene per multos annos geſtas, quia ſine Magiſtratu eas geſſerat, triumphare non poteſt, permiſſum eſt, ut ovans Urbem iniret. Hæc cum ſcripſerit Livius libro XXXI., dum anni DL. res geſtas exponit, tamen in eodem libro poſt ſubdit, ita: Eodem anno P. Cornelius Cethegus, qui Proconſul Hiſpaniam obtinebat, magnum hoſtium exercitum in agro Sedetano fudit, & paullu poſt ita: Comitiis ædiles curules creati ſunt forte ambo, qui ſtatim occipere Magiſtratum non poſſent. Nam P. Cornelius Cethegus abſens creatus erat, cum Hiſpaniam obtineret provinciam. Et paullo poſt: Et de altero ædile plebiſcitum eſt factum, rogantibus Tribunis, quos duos in Hiſpaniam cum imperio ad exercitus ire juberent, ut P. Cornelius ædilis curulis ad Magiſtratum gerendum veniret, & L. Manlius Acidinus de provincia decederet multos poſt annos. Plebes Cn. Cornelio Lentulo, & L. Stertinio Proconſulibus imperium eſſe in Hiſpania juſſit. Ex his verbis intelligi poteſt, L. Cornelio Lentulo, qui ovans ingreſſus eſt, P. Cornelium Cethegum, C. autem Cethego Cn. Cornelium Lentulum in citeriore Hiſpania ſucceſſiſſe, L. autem Manlio Acidino poſt multos annos L. Stertinium in ulteriore.

Anno DLIII.

Sex Prætores creati ſunt, ideſt cum quatuor ante crearentur, bini additi ſunt, quorum alter citeriorem, alter ulteriorem Hiſpaniam ſortiretur. M. Helius L. Stertinio, Cn. Sempronius Tuditanus Cn. Lentulo ſuffectus eſt, atque ita deinde Prætores quotannis in Hiſpaniam miſſi ſunt, niſi cum provincia graviore forte vexata bello Conſulare imperium deſideravit.

Anno DLIV.

Cn. Cornelius Lentulus, qui Proconſul obtinuit Hiſpaniam ante Cn. Sempronium Tuditanum, ovans Urbem iniit. L. Stertinius ne triumphi quidem ſpem tentavit, lib. XXXIII.

In Librum Trigeſimumſecundum.

C*. Bæbio Ariminum.*) Cn. Bæbio, ut dixi. *Succederet in Gallia.*) Vet. lib. in Galliam. *Conceſſum ut Signiam, & Ferentinum transferent.*) Hoc anno, qui eſt ab Urbe cond. DLI. conceſſum eſſe ait, ut obſides Carthaginienſium Signiam transferrentur Norba; at ſequenti anno hoc eodem in libro ait: Carthaginienſium obſides Setiæ cuſtodiebantur. Puto ergo hoc loco Setiem pro Signia reponendum; nam de Setia propter ſeditionem in eo oppido propter obſides excitatam, dubitari non poteſt. De Signia non ita certa hiſtoria eſt. *L. Martio Septimo.*) Vet. lib. L. Marcio Septimo, ut ante dixi. *Quod Narnienſibus datum erat, ut colonorum numerus augeretur, id Coſſani petentes non impetraverunt.*) Plutarchus utramque deductam coloniam à T. Quinctio tradit, ut ante dixi. De Coſſanis ſequenti hoc anno perfectum ſcribit Livius, verum non à Quinctio. *Thaumaci Coſ.*) Thaumacia oppidum ad Sinum Maliacum. Steph & ceteri. *Faucibus imminentes, quam Cœlen vocant.*) Vet. lib. Quas Cœlen. *Simul qui redderent Achæis Orchomenon, & Heream, & Triphyliam, Eleis Alipheram contendentibus, numquam eam Urbem fuiſſe ex Triphylia, ſed ſibi debere reſtitui, quia una eſſet &c.*) Achæi Philippi, Elei Romanorum fœderi erant adſcripti, ut libro XXIX. tradidit. Itaque abſurdum eſt dictu, Eleos à Philippo Alipheram contendiſſe. Hac ego ratione ductus pro, Eleis, reſtituendam puto, Illis, ut item Achæos intelligamus, hoc ſenſu: cum fidem ſociorum ſuorum ſuſpectam haberet Philippus, miſit in Achajam Legatos, qui jusjurandum exigerent, & Achæis Orchomenon, & Heream, & Triphyliam redderent. Illis Alipheram poſtulantibus, reſponderi juſſit, numquam eam Urbem ad Triphyliam attinuiſſe; propterea que non Achæis, ſed ſibi ipſi reſtituendam eſſe, quod una eſſet ex iis, quæ ad condendam Megalopolim ex concilio Arcadum contributæ forent. Rem autem ita eſſe oſtendit, cum addit: Et cum Achæis quidem per hæc ſocietatem firmabat. Hinc eandem ſententiam edidit etiam lib. XXIIX. Reddidit (inquit) Achæis Heream, & Triphyliam. Alipheram autem Megalopolitis, quod ſuorum jus eſſe finium ſatis probabant, reſtituit. Ut mirer, cum ſatis aperte rem eo loco expreſſerit, cur eandem hoc etiam in loco iteraverit. *Per Epirum ad occupandas, quæ ad Antigonium fauces ſunt (Stena vocant Græci.*) Antigoniam omnes in Epiro tradunt. Stena autem ſcribendum eſt. Plutar. in Quincto, [illegible]. *Per Charopum Epirotem.*) Plutarchus in Quinct. [illegible] vocat, itemque is, qui de viris illuſtribus ſcripſit, Veteres lib. habent etiam Charopem. *Vere primo in continentem trajectus ad hoſtem*

ſtem

(94) Glareanus ut ſolet Academicum agit, nihil aſſeverans de hoc loco.

ſi.m ducere pergit.) Vox trabeatus prodigii ſimilis eſt. Vet. lib. Translatus, quod placet, ut ſit è Corcyra in continentem, ideſt, in Epirum cum tranſtuliſſet ſeſe, paullo poſt: Corcyram tranſvectus. *Senatum ſine ullius nota legebant.*) Vet. lib. Legerunt, recte. Sequitur enim, locarunt. *Portoria venalicium.*) Vet. lib Venalium. *M. Portio Lecca.*) Læca, ex vetuſtis argenteis nummis. *C. Bæbius Pamphilus.*) Cn. Bæbius Tamphilus, ut ſupra. *M. Fulvium, & M. Curium Tribunos plebis.*) M'. Curium lego, ex Plutarcho in Quinctio, [illegible], quamquam vulgo mendoſe legitur [illegible], pro [illegible], ut ſæpe alias. Manius certe prænomen Curiis familiariſſimum eſt. *Jam ædilitatem, Præturamque faſtidiri.*) Plutarchus Quinctium ad Conſulatum perveniſſe ait non ædilitate ſolum, & Prætura, ſed etiam Tribunatu plebis omiſſis, neque intelligit Quinctium quia Patricius erat, Tribunatum plebis ne petere quidem per leges potuiſſe, proptcrea de eo nihil Livius; ille autem ita. [illegible] Idem in Apophtheg. *Ser. Sulpicius, & L. Galba Pontifices.*) Lege, Ser., & C. Sulpicii Galbæ Pontifices. Servius creatus Pontifex fuerat an CDLVII. Cajus vero CDLIII. *Forum, & ædes Jovis Lanuvii.*) Vet. lib. Lavinii. *Per Daſſaretios potius, Lingumque.*) Per Daſſaritios potius, Lycumque, ut ſupra oſtendi ex Plutarcho, & Vet. lib. *Quæ Civitates liberandæ eſſent, Theſſalos primos omnium nominavit Conſul.*) Vet. lib. Theſſalonicam primam omnium. *Pro his ordo, & militaris diſciplina, & genus armorum erat aptum urgendis regiis.*) In Vet. lib. aliquot, aptum prœlium jungendis, in aliis, prœlium gerendum; ego, aptum prœlium gerentibus: Nam duas illas voces, urgendis regiis, quas intulit Gelenius, ne ipſe quidem certas habet, verum aſteriſco notandum locum cenſet. *Quatuor millia inde lecta peditum, & trecentos equites Tribuno militum tradit.*) Hoc ſic Plutar. in Quinctio, [illegible]. *Non plus duobus millibus hominum omiſſis.* Plutarchus ſic, [illegible]. *Rex primo die ad caſtra Pyrrhi pervenit; locus, quem ita vocant, eſt in Triphylia terræ Melotidos: inde poſtero die ingenti itinere agminis (& metus urgebat) in montem Lingon perrexit. Ipſi montes Epiri ſunt interiecti Macedoniæ Theſſaliæque.*) Pyrrhi caſtra locum eſſe celeberrimum non longe à Lacedæmone conſtat inter omnes. Nam & ipſe libro XXXV. ita ait: Et Nabis recepto Gytheo cum expedito exercitu inde profectus, cum præter Lacedæmonem raptim duxiſſet: Pyrri (quæ vocant) caſtra occupavit, & Polybius libro V. ubi de alio Philippi bello ait ita, [illegible]. Quæ cum ita ſint, merito dubitari poterit, cur, cum de prœlio ad fauces Epiri facto Livius ſcribat, primo die fugatum Regem ad caſtra Pyrrhi in Triphyliam perveniſſe, (eſt autem Peloponneſi Regio Triphylia) poſtero autem in montes Epiri Macedoniæ, Theſſaliæque interiectos, dicat: Neque enim hac oratione quidquam eſſe poteſt abſurdius. Difficilis, & magna hæc quæſtio eſt, nec, niſi hæc verba tollantur, explicari poteſt: Locus, quem ita vocant, eſt in Triphylia terræ Melotidos. Cur autem inducenda cenſeam, eſt, quod ea ex albo libri (ut ſæpe fit) in hiſtoriam conjecta ab inſcio librario puto: Qui autem ea in albo libri notarat, id interpretandi loci cauſſa fecerat. Loci autem, qui in Peloponneſo eſt, ſplendor illum ipſum Liviana verba non ſatis attendentem, decepit: Neque enim dubitandum eſt, quin ejus nominis locus alter in Epiro fuerit, in quo Pyrrhus regnavit, de quo hoc loco intelligendum ſit. Nam de eo, qui eſt ad Lacedæmonem, intelligi nullo modo poteſt. Accedit, quod ſi hæc verba Livii eſſent, libro XXXV., ubi iterum Pyrri caſtra nominat, non dixiſſet: Quæ vocant, cum ſatis hic locum eſſe hujus nominis docuiſſet, puto præterea legendum in montem Lyncon: Nam [illegible] oppidum eſt Epiri, auctore Stephano, quo nomine mons etiam forte præditus eſt. Vet. lib. habent Lyricon. *Fluctuatus animo eſt utrum protinus in regnum ſe reciperet, an reverti in Theſſaliam poſſet.*) Vox, poſſet, ineptam affert ſententiam: Mallem, præſtaret; Nam eum eſſet ſcriptum, præſtet, factum eſt ab inſcio poſſet: Præſtaret autem, pro præſtantius eſſet. *Circa Sperchias.*) Ad ſinum Maliacum urbs eſt, quæ [illegible] dicitur à Ptolemæo, & Steph. *Xyniæ ſimili metu à cultoribus deſertæ ſunt.*) Xyuia, inquit Stephanus, urbs Theſſaliæ. *Oppidum protinus nomine Phecam, ſitum inter Gomphos.*) Hoc oppidum libro priore Phecadum nominavit. *In monte Cercetio.*) Plin. montium Cercetorum meminit in Theſſalia: Ptolemæus montis Cercetesii; Cercetieum tamen eſſe legendum docet Stephanus, qui ait. [illegible]. *Primam urbium Theſſaliæ Phaleriam.*) Vet. lib. Phaleram, ex Coſmographis: Phalaram ſcribendum eſt, ut ſupra etiam admonui. *A Metropoli, & à Pieria.*) Metropolis una eſt in Theſſalia: Porro autem Palia, legendum, quæ, ut ait Stephanus, eſt in Theſſalia, ut dixi paullo ante, non Pieria, quæ in Bœotica eſt. *Inde Aeginium petit.*) Hoc in Illyrico ſtatuit Stephanus. *Cum ad Zamnam inſulam aſſecutus eſt.*) L. Quinctium ſcribit Corcyrâ profectum claſſem ad Zamnam inſulam eſſe aſſecutum. Quæſtio exſiſtit, quæ ſit hæc inſula, quæ à Corcyra ad Maleam navigantibus occurrat: Glareanus mendoſe eſſe, pro Zacyntho ait, ego pro Same, in veteribus enim libris eſt: Zamam, non Zamnam. (95) De hac inſula Pomponius: In Jonio Prote, Hyria, Cephalenia, Neritos, Same, Zacynthos, Dulichium, Ithaca, & Plin. lib. IV. cap. XII. Cephalenia, Zacynthus, Ithaca, Dulichium, Same. Cephalenia quondam Melæna dicta: Same diruta à Romanis, adhuc tamen oppida tria habet, & Virgilius lib. III. Dulichiumque Sameque, & Neritos ardua ſaxis: Alii Samen urbem Cephaleniæ eſſe ſcripſerunt. *Cenchreas Corinthiorum emporium.*) Stephanus oppidum, & navale Corinthiorum eſſe ſcribit, itemque ceteri. *Phocidis primo impetu Panopeam.*) Phanoteam legendum eſſe, quemadmodum eſt in veterib. lib., oſtendit Steph., [illegible], inquit, [illegible]. Glareano tamen placet Panopea. *Arcſibenut, qui Romanis.*) Polyb. Ariſtænum ſcribit: [illegible]. *Achæi portus, & dant fiduciam poſtu-*

(95) Glareanus mendoſè adverbium non ponit, hic identidem addit ac demit Glareani verbis quod vult non quod decet.

Pulantibus, & demunt.) Obſcuriſſimi loci ſenſum Glareano, ut profitetur, ignotum libet paucis exponere. Quod Romani, inquit qui ſocii nobis non ſunt, plus petant à nobis, quam ſocius ipſe Philippus, id neq; impudentia ſit eorum, neq; modeſtia hujus: Achæi, inquit, potius fiduciã Romanis dant ad poſtulandum, qui claſſem habent victricem, Philippo vero demunt, cujus nihil præter Legatum videmus: Ergo potius dant fiduciam claſſem babenti, demunt non habenti. *Quæ Elæuntii, Abydenique, qui procul à nobis abſunt, paſſi ſunt.*) Antea legebatur Cluvii, Abydenique: Sabellicus, cujus in hac re ingenium admiratur Glareanus, reſtituendum putavit, Elæuntii, Abydenique: Quorum ſententiam ego vix ſatis probare poſſum. (96) Nam cum commemoret eos Ariſtænus, qui bello crudelia à Philippo paſſi ſunt, inter quos Athenienſes, & Abydeni fuerunt, neſcio cur potiſſimum Elæuntios nominare poſſit, quos ipſe per deditionem receperit. Etenim lib. priore ita Livius ait. Inde progreſſus ad Cherſoneſum Elæunta, & Alopeconneſum tradentibus ipſis recipit. Quamobrem ego reponendum puto pro Cluvii, Ciani, primum quia graviſſime omnium vexari à Philippo ſunt, auctore Polyb. quorum excidii ſæpe etiam meminit per hos lib. Livius, ut paullo poſt. Cium ſuæ ditionis Urbem funditus deleſſe. Deindequia vicinior eſt vox Cluuii Cianis, quam Elæuntis. Nam ſi l in i, & u in a verteris, confecta vox erit. Cianos etiam cum Abydenis conjungit Polybius, ut ſupra oſtendi. *Cyparıſſiæ Garitenem.*) κυπαρισσία oppidum Meſſenæ Steph. *Poſt pactam cum Romanis ſocietatem.*) Miratur Glareanus Livium ſcribere Argivos cum Romanis ſocietatem pactos eſſe, quod eoſdem ante ſcripſerunt decreto non interfuiſſe, neque intelligit eum dixiſſe, quoſdam Argivorum, non omnes. *Lariſſam eam arcem vocant.*) Argorum arcem Lariſſam fuiſſe tradit etiam Stephanus, ἡ ἀκρόπολις ἄργους λάρισσα. *C. Helium Prætorum præfecit.*) In comitiis Prætoriis exponendis C. Helvium nominavit, eique Galliam obtigiſſe dixit, idem fecit in ejus ædilitate explicanda. Quamobrem hoc quoque loco pro C. Ælio, C. Helvium reponendum. *Ad L. Cornelium Lentulum Prætorem urbanum.*) In comitiis Prætoriis explicandis L. Cornelium Merulam Prætorem urbanum ſcripſit, quo pacto legendum eſſe oſtendit Conſulatus ejus, qui ſequitur, in quo Merulæ, non Lentuli cognomine afficitur non ſolum apud Livium, ſed etiam in tabulis Conſulum Capitolinis. *Coſ. Cn. Cornelium Cethegum.*) C. Cornelium, legendum eſt ex Cap. Conſulatu. *L. Manlius Volſo.*) Vulſo. Ver. lib. Cap. tab. & Appianus in Syrio μάνλιον etiam βούλσωνα edit. *M. Sergius Silus.*) M'. Sergius, argentei nummi. *T. Sempronius Longus.*) Ti. Sempronius, ex Conſulatu Capitolino, qui ſequitur. *Cn. Sempronius Tuditanus.*) Sequenti libro hic idem dicitur T. Sempronius. Ego C. Sempronius lego: Nam Tuditanorum hoc frequentiſſimum prænomen eſt, neutrum eorum contra, patrem, aut avum hunc eſſe reor C. Semproni C. F. C. N. Tuditani, qui triumphavit de Japydibus An. DCXXVI. ex lapid. Capit. *Oppida Claſtidium, & Litubium utraque Ligurum.*) Hoc loco, ubi Claſtidium deditur, Ligurum eſſe dicitur; paullo poſt, ubi incenditur, Gallorum eſt. Aut igitur duo Claſtidia ſunt, aut certe in Claſtidio Ligurum eſt aliquid vitii. Nam de Gallico Claſtidio ad Ticinum dubitari non poteſt: De quo Polybius lib. II. & ceteri, qui de bello Inſubrum ſcripſerunt, quo confecto Marcellus tertia opima ſpolia retulit, Virdumaro Rege ad Claſtidium interfecto, quemadmodum etiam in triumpho Marcelli Capitolino ſcriptum eſt, apud Plutarchum tamen in Marcello eſt vitioſe κατίδιον, pro κλαστίδιον. Vereor autem, ne Cariſtum pro Claſtidio ſit reponendum, quod eſt oppidum Ligurum in agro Statellati, Livio auctore lib. XLII. *Liguſtico Ilvates.*) Liguſtinos, ut ante dixi. *Eo Rex ab Demetriade cum quinque lembis, & nave una roſtrata venit.*) Sic Polybins lib. XVII. παρῆν ὁ μὲν φίλιππος ἐκ δημητριάδος ἀναχθεὶς εἰς τὸν μηλιέα κόλπον πέντε λέμβους ἔχων καὶ μίαν πρίστιν. *Achæorum ſacſul vir inſignis Cycliadas.*) Polyb. ἀχαιῶν δὲ κυκλιάδας [illegible]. *Dionyſodorus Attali Legatus.*) Polyb. καὶ ὁ παρ' ἀττάλου διονυσόδωρος. *Ageſimbrotus Præfectus Rhodiæ claſſis.*) παρὰ δὲ ῥοδίων ἀκεσίμβροτος ὁ ναύαρχος, ex Polyb. *Phanas Princeps Aetolorum.*) Polyb. παρὰ δὲ αἰτωλῶν φαινέας ὁ στρατηγός. *Romanus ad extremum litus progreſſus, cum rex in proram navis in anchoris ſtantis proceſſiſſet.*) οἱ μὲν περὶ τὸν τίτον ἐπέστησαν παρὰ τὸν αἰγιαλόν, ὁ δὲ φίλιππος ἐγγίσας τῇ γῇ μετέωρος ἔμενε. *Ex propinquo dicamus invicem, audiamuſque.*) Vet. lib. Dicemus invicem, audiemuſque. *Quem tandem, inquis Quinctius, times? Ad hoc ille ſuperbo, & regio animo: Neminem equidem timeo præter deos immortales.*) Polyb. τὸ δὲ πάλιν ἐπιμένειν, ἀνὰ φοβεῖσθαι; φοβεῖσθαι μὲν ἔφησεν ὁ φίλιππος οὐδένα πλὴν τοὺς θεούς. Aliter hanc biſtoriam ſcribit Plutarchus in Apophthegmatibus. *Deducenda ex omnibus Græciæ Civitatibus Regi præſidia eſſe.*) Has etiam pacis conditiones omnes quibus verbis explicuerit Polybius placet oſtendere, ut Livii ſtudium in illo vertendo auctore facilius omnes intelligant, ὁ δὲ τῶν ῥωμαίων στρατηγὸς αὐτῷ μὲν ἁπλῶς ἀνὰ λόγον ἐφη [illegible] καὶ φαινόμενον καλῶς δὲ αὐτὸν ἐκ τῆς ἑλλάδος ἁπάσης ἐκχωρεῖν ἀποδόντα τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ τοὺς αὐτομόλους [illegible] [illegible] παραδοῦναι ῥωμαίοις, ἀνακεχωρηκέναι μετὰ τὴν ἐν ἠπείρῳ διαλύσιν, ὁμοίως δὲ καὶ πτολεμαίῳ τὰς πόλεις ἀποκαταστῆσαι πάσας, ἃς παρῄρηται [illegible] [illegible]. *Attali Regis Legatus naves, captivoſque, quæ ad Chium navali prælio capta eſſent, & Nicephorium, Veneriſque Templum, quæ ſpoliaſſet, evaſtaſſetque pro incorruptis reſtitui.*) Sic Polyb. ἀρξάμενος δὲ διονυσόδωρος ὁ παρ' ἀττάλου μεταλαβὼν τὸν λόγον, τάς τε ναῦς ἔφη δεῖν αὐτὸν ἀποδοῦναι τοῦ βασιλέως τὰς γενομένας αἰχμαλώτους ἐν τῇ περὶ χίον ναυμαχίᾳ, καὶ τοὺς ἅμα ταύταις ἄνδρας ἀποκαταστῆσαι δὲ καὶ τὸ τῆς ἀφροδίτης ἱερὸν ἀκέραιον, καὶ τὸ νικηφόριον, ἃ κατέφθειρε. *Rhodii Peræam* (*regio eſt continentis adverſus inſulam vetuſtæ eorum ditionis repetebant, poſtulabantq; præſidia deduci ab Jaſo, & Bargyliis, & Euromenſium urbe, & in Helleſponto Seſto, atque Abydo, & Panopolim Byzantiis in antiqui formulam juris reſtitui, & liberari omnia Aſiæ emporia, portuſque.*) Peræam ſe nuſquam legiſſe, ſuſpectumque habere nomen; itemque pro, Panopolim, Peneropolim reponendam eſſe, ait Glareaous. (97) Hoc loco, ſi, ut inſtitui, verba Polybii recitavero, quæ vertiſſe ſtudioſe videtur Livius, & Peræam recte legi, & pro Panopolim, Perinthum reſtituendum, præterea vero, Jaſo, & Bargiliis, ut in Vet. eſt lib. ſcribendum eſſe, facile omnibus apparebit. Ea ſunt hæc: μετὰ δὲ τοῦτον ὁ τῶν ῥοδίων ναύαρχος ἀκεσίμβροτος τὴν μὲν περαίαν ἐκέλευεν ἐκχωρεῖν τὸν φίλιππον, ἣν αὐτῶν παρῄρηται. τὰς δὲ φρουρὰς ἐξάγειν ἐξ ἰασοῦ, καὶ βαργυλίων, καὶ τῆς εὐρωμέων πόλεως, ἀποκαταστῆσαι δὲ καὶ περινθίους εἰς τὴν βυζαντίων συμπολιτείαν, παραχωρεῖν δὲ καὶ σηστοῦ καὶ ἀβύδου, καὶ τῶν ἐμπορίων, καὶ

(96) Glareanus Sabellico ut viro doctiſſimo ſubſcribit, de ejus verò lauda vide 791.

(97) Glareanus etiam hic agit Academicum.

[illegible] In Veterib. certe libris eſt pro, Perinthum, Penolum, ut de ea lectione dubitare nemo debeat, præſertim vero cum libro ſequenti in aliis pacis conditionibus ſcribendis ita ſit. Quæ earum ſub ditione Philippi fuiſſent, præſidia ex his Philippus deduceret, his, quæ in Aſia eſſent Euromo, Pedaſiſque, & Bargyliis, & Jaſo, & Myrina, & Abydo, & Thaſſo, & Perintho. *Princeps Ætolorum Alexander vir (ut inter Ætolos) facundus.*) Vet. lib. Vir inter ceteros facundus, atque ita ſcripſiſſe Livium puto, quia Polybius ita ait: [illegible]. Inter ceteros autem Legatos, qui in hoc concilio verba fecerant, intelligit. *Nam de quorum poſſeſſione dimicetur tollentem, nihil ſibi præter bellum relinquere, quod conſilium eſſe.*) Hoc loco Glareanus ita ſcribit: Pro, Tollentem, ego, Volentem, legendum puto, alioquin non video quid ſenſus elicias. Hæc ille. Quam autem ſit ſtandum conjecturæ ejus, Polybius ipſe, cujus hæc verba ſunt, docet: [illegible]. ideſt tollentem autem ea, de quibus bellum eſt, bellum ſibi relinquere ſtultitiæ opus eſſe. Fortaſſe enim apud Polybium legit Livius [illegible] non [illegible]. reprehendit enim Philippum, qui in captas Urbes ſæviebat, excindens eas, quæ belli eſſe præmia poſſent, idque ſtulti, & amentis eſſe hominis ait. *Lyſimachiam pulſo Prætore, & præſidio Ætolorum occupaſſe eum.*) Lyſimachiam intelligit, quæ in Cherſoneſo eſt, non quæ in Ætolis. Quod apertius oſtendit hoc loco Polybius: [illegible]. *Chium item ſuæ ditionis Urbem funditus evertiſſe.*) Cium legendum, non Chium, & ſuæ ditionis, Ætolorum non Philippi intelligendum eſſe, ſatis oſtendit Polyb. cujus hæc verba ſubſequuntur: [illegible]. Factum autem ut quemadmodum Philippus Cianorum mœnia quondam, ſic inſcii librarii eorum memoriam evertere hoc tempore, atque delere conati ſint. De Cio ſic Suidas: [illegible]. Item [illegible]. *Eadem fraude habere eum Thebas, Phthias, Echinum, Lariſſam, & Pharſalum.*) Polybius: [illegible]. *Apparet id quidem etiam cæco.*) Apud Polybium: [illegible]. *Indignari inde cœpit Ætolos, tamquam Romanos decedi Græcia jubere, qui, quibus finibus Græcia ſit dicere non poſſint, ipſius enim Ætoliæ Agræos, Apodeotaſque, & Amphilochos, quæ permagna eorum pars ſit, Græciam non eſſe.*) Agræos, quos nuſquam ſe legiſſe ait Glareanus, Apodotus, non Apodeotas legendum eſſe, Polybii verba hæc ſatis docent: [illegible]. Porro autem Agræos vicinos eſſe Acarnanibus populos, ait Stephanus. *Neque ego Cium expugnavi, ſed Pruſiam ſocium, & amicum oppugnantem adjuvi.*) Cium, reſtitue, non Chium. Sic enim Polyb. [illegible]. Itaque lib. ſequenti ait Livius: De Cianorum libertate Quintius Pruſiæ Bithyniorum Regi ſcriberet, quid Senatui, & decem Legatis placuiſſet. Item Suidas, ut dixi. *Lyſimachiam ab Thracibus vindicavi, ſed quia me neceſſitas ad hoc bellum à cuſtodia ejus avertit, Thraces habent.*) Polybius ita: [illegible]. *Attalo autem Rhodiiſque nihil jure debeo: non enim à me, ſed ab illis principium belli ortum eſt. Romanorum autem honoris cauſſa Peræam Rhodiis, & naves Attalo cum captivis, qui comparebunt, reſtituam. Nam quod ad Nicephorium, Venerisque templi reſtitutionem attinet, quid ea reſtitui poſtulantibus reſpondeam? niſi quo uno modo luci, ſilvæque cæſæ reſtitui poſſunt, curam, impenſamque ſationis me præſtaturum.*) Hæc Polybius in hunc modum: [illegible]. *Extrema ejus oratio adverſus Achæos fuit, in qua orſus ab Antigoni primum, ſuis deinde erga eam gentem meritis, recitari decreta eorum juſſit, omnes divinos, humanoſque honores complexa, atque ad ea adjecit recens de exercitu, quod ab ſe deſciviſſet, invectuſque graviter in perfidiam eorum, Argos tamen ſe redditurum eis dixit, de Corintho cum Imperatore Romano deliberaturum eſſe, quæſiturumque ſimul ab eo, utrum iis ne Urbibus decedere ſe æquum cenſeat, quas à ſe ipſo captas jure belli habeat, an iis etiam, quas à majoribus ſuis accepiſſet.*) Polybii primum verba, quæ his reſpondent, recitabo, deinde quod hoc in loco Glareano videtur eſſe obſcuritatis tollam, Polybius ita: [illegible]. Hæc Polyb. Quærit autem apud Livium Glareanus: Quid ſit, Recens decretum de exercitu, quod ab ſe deſciviſſet. Huic ego quæſtioni reſpondeo, primum in Veteribus libris legi: De exercitu, quo ab ſe deſciviſſent, deinde decretum illud intelligi, quo ſe Achæi relicto Philippo Romanorum ſocietati adjunxerunt, de quo paullo ante Livius. In præſentia tres Legatos ad L. Quinctium mitti placuit, & exercitum omnem Achæorum ad Corinthum admoveri, captis Cenchreis, jam Urbem ipſam Quinctio oppugnante. *Quinctius poſtero die ad Nicæam (ita enim locus placuerat) ad conſtitutum tempus venit, Philippi nullus, & quæ ſequuntur.*) Apponam hoc etiam loco verba Polybii cum loci illuſtrandi cauſſa, tum Livianæ induſtriæ declarandæ. [illegible].

ὁ δὲ

ὁ δὲ Φίλιππος οὐ παρεγίνετο. τῆς δ' ἡμέρας ἤδη προαγομένης ἐπὶ πολὺ, καὶ σχεδὸν ἀπεγνωκότων τῶν περὶ τὸν Τίτον, παρῆν ὁ Φίλιππος δείλης ὀψίας ἐπιφαινόμενος, μεθ' ὧν καὶ πρότερον, κατατετριφὼς τὴν ἡμέραν, ὡς μὲν αὐτὸς ἔφη, διὰ τὴν ἀπορίαν καὶ δυσχρηστίαν τῶν ἐπιταττομένων. ὡς δὲ τοῖς ἄλλοις ἐδόκει, βουλόμενος ἐκκλεῖσαι τῷ καιρῷ τήν τε τῶν Ἀχαιῶν, καὶ τὴν τῶν Αἰτωλῶν κατηγορίαν. ἑώρα γὰρ τῇ πρόσθεν ἀπαλλαττομένους ἀμφοτέρους τούτους ἑτοίμους ὄντας πρὸς τὸ συμπλέκεσθαι καὶ μεμψιμοιρεῖν αὐτῷ, διὸ καὶ τότε συνεγγίσας ἠξίου τὸν τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸν ἰδίᾳ πρὸς αὐτὸν διαλεχθῆναι περὶ τῶν ἐνεστώτων, ἵνα μὴ λόγοι λέγωνται μόνον ἐξ ἀμφοτέρων ἀψιμαχούντων, ἀλλὰ καὶ τέλος τι τοῖς ἀμφισβητουμένοις ἐπιτεθῇ. πλεονάκις δὲ αὐτοῦ παρακαλοῦντος ἠρώτα τοὺς συμπαρόντας ὁ Τίτος, τί δέον εἴη ποιεῖν, τῶν δὲ κελευόντων συνελθεῖν, καὶ διακοῦσαι τῶν λεγομένων, παραλαβὼν ὁ Τίτος Ἄππιον Κλαύδιον χιλίαρχον ὄντα τότε, τοῖς μὲν ἄλλοις μικρὸν ἀπὸ τῆς θαλάττης ἀναχωρήσασιν, εἶπεν αὐτοῦ μένειν, αὐτὸς δὲ τὸν Φίλιππον ἐκέλευσεν ἐκβαίνειν. ὁ δὲ βασιλεὺς παραλαβὼν Ἀπολλόδωρον, καὶ Δημοσθένην, ἀπέβη· συμμίξας δὲ τῷ Τίτῳ διελέγετο καὶ πλείω χρόνον, τίνα μὲν οὖν τότε ῥηθείη παρ' ἑκατέρου, δυσχερὲς εἰπεῖν. ὅτε δὲ ἐν τοῖς μετὰ τὸ χωρισθῆναι τὸν Φίλιππον διεσάφει τοῖς ἄλλοις τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως, Αἰτωλοῖς μὲν ἀποδιδόναι Φάρσαλον, καὶ Λάρισαν, Θήβας δὲ οὐκ ἀποδιδόναι. Ῥοδίοις δὲ τὴν μὲν Περαίαν παραχωρεῖν, Ἰασὸν δὲ καὶ Βαργύλια οὐκ ἐκχωρεῖν. Ἀχαιοῖς δὲ παραδιδόναι τὴν Κόρινθον, καὶ τὴν τῶν Ἀργείων πόλιν, Ῥωμαίοις δὲ τὰ κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα φήσειν παραδώσειν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους πάντας. Ἀττάλῳ δὲ τάς τε ναῦς ἀποκαταστήσειν, καὶ τῶν ναυτῶν ἐν ταῖς ναυμαχίαις ἁλόντας, ὅσοι περίεισι. πάντων δὲ τῶν παρόντων δυσαρεστούντων τῇ διαλύσει, καὶ φασκόντων δεῖν τὸ κοινὸν ἐπίταγμα πρῶτον ποιεῖν, τοῦτο δ' ἦν ἁπάσης ἐκχωρεῖν τῆς Ἑλλάδος, εἰ δὲ μή, διότι τὰ κατὰ μέρος μάταια γίγνεται, καὶ πρὸς οὐδέν, θεωρῶν ὁ Φίλιππος τὴν ἐν αὐτοῖς ἀμφισβήτησιν, καὶ δεδιὼς ἅμα τὰς κατηγορίας, ἠξίου τὸν Τίτον ὑπερθέσθαι τὴν σύνοδον εἰς τὴν αὔριον διά τε καὶ τὴν ὥραν εἰς ὀψὲ συγκλείειν, ἢ γὰρ πείσειν, ἢ πεισθήσεσθαι τοῖς παρακαλουμένοις. τοῦ δὲ συγχωρήσαντος, ταξάμενοι συμπορεύεσθαι πρὸς τὸν κατὰ Θρόνιον αἰγιαλόν, τότε μὲν ἐχωρίσθησαν. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ πάντες ἧκον ἐπὶ τὸν ταχθέντα τόπον ἐν ὥρᾳ, καὶ βραχέα διαλεχθεὶς ὁ Φίλιππος ἠξίου πάντας, μάλιστα δὲ τὸν Τίτον μὴ διακόψαι τὴν διάνοιαν, ... γὰρ δὴ πλεῖστον εἰς συμβατικὴν διάθεσιν ἠγμένων, ἀλλ' εἰ μὲν ἐνδέχεται δι' αὐτῶν συμβάσεις γενέσθαι περὶ τῶν ἀντιλεγομένων, εἰ δὲ μή, πρεσβεύειν ἔφη πρὸς τὴν σύγκλητον, κἀκείνην πείσειν περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων, ἢ ποιήσειν, ὅτι ποτ' ἂν ἐπιτάττῃ. ταῦτα δὲ αὐτοῦ προτείνοντος, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἔφασαν δεῖν πράττειν τὰ τοῦ πολέμου, καὶ μὴ προσέχειν τοῖς ἀξιουμένοις. ὁ δὲ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς, οὐκ ἀγνοεῖν μὲν ἔφη καὶ αὐτὸς, διότι τὸν Φίλιππον οὐδὲν εἰκὸς ἦν ποιήσειν τῶν παρακαλουμένων οὐδέν. τὸ δὲ ἁπλῶς μηδὲν ἐμποδίζειν τὰς σφετέρας πράξεις, τὴν αἰτουμένην χάριν ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ἐνδέχεσθαι ἔφη χαρίζεσθαι. κυρωθῆναι μὲν γὰρ οὐδὲ ὡς οἷόν τε δυνατὸν εἶναι τῶν νῦν λεγομένων ἄνευ τῆς συγκλήτου, πρὸς δὲ λαβεῖν πεῖραν τῆς ἐκείνων γνώμης εὐφυῶς ἔχειν τὸν ἐπιφερόμενον καιρόν. τῶν γὰρ στρατοπέδων οὐδ' ὡς δυναμένων οὐδὲν πράττειν διὰ τὸν χειμῶνα, τοῦτον ἀποθέσθαι τὸν χρόνον εἰς τὸ προσανενεγκεῖν τῇ συγκλήτῳ περὶ τῶν προσπεσόντων, οὐκ ἄθετον, ἀλλ' οἰκεῖον εἶναι πᾶσι. ταχὺ δὲ συγκατατεθεμένων ἁπάντων διὰ τὸ θεωρεῖν τὸν Τίτον οὐκ ἀλλότριον ὄντα τῆς ἐπὶ τὴν σύγκλητον ἀναφορᾶς, ἔδοξε συγχωρεῖν τῷ Φιλίππῳ πρεσβεύειν εἰς τὴν Ῥώμην. ὁμοίως δὲ καὶ παρ' αὑτῶν πέμπειν ἑκάστους πρεσβευτὰς τοὺς διαλεχθησομένους τῇ συγκλήτῳ, καὶ κατηγορήσοντας τοῦ Φιλίππου. τοῦ δὲ πράγματος τῷ Τίτῳ κατὰ τὸν συλλογισμὸν κατὰ νοῦν καὶ κατὰ τὰς ἐξ ἀρχῆς διαλήψεις προκεχωρηκότος, παραυτίκα τὸ συνεχὲς τῆς ἐπιβολῆς ἐξύφαινε, τὰ κατ' αὐτὸν ἀσφαλιζόμενος ἐπιμελῶς, καὶ πρόλημμα τῷ Φιλίππῳ ποιῶν οὐδέν. δοὺς γὰρ ἀνοχὰς διμήνους αὐτῷ, τὴν μὲν πρεσβείαν τὴν εἰς τὴν Ῥώμην ἐν τούτῳ συντελεῖν ἐπέταξε, τὰς δὲ φρουρὰς ἐξάγειν παραχρῆμα τὰς ἐκ τῆς Φωκίδος, καὶ Λοκρίδος ἐκέλευσε. Ex hac verborum collatione cum ſingulare Livii in vertendo Polybio ſtudium cognoſcitur, tum vero alia multa, quæ Livianam patefacere ſententiam poſſunt. Quorum exempli cauſſa unum illud eſt: Quinctius poſtero die ad Niceam venit, quo loco ſubaudiendum eſt, iterum, ut recte Glareanus intellexit, habet enim Polyb. πάλιν. Alterum, quod cum ait, Rex cum duobus, quos pridie adhibuerat, Apollodorum, & Demoſthenem, intelligit, de quibus liberat Glareanus. Tertium, quod cum ait, litus ad Throonium, recte habet. Nam etiam κατὰ Θρόνιον αἰγιαλὸν edit Polybius, quamquam in Veteribus libris eſt Athonium. Reliqua ejuſmodi ſunt, quæ ſi diligentius comparentur, cum voluptatem, tum utilitatem afferre ei, qui id fecerit, incredibilem poſſint. *Et ipſe Quintius cum ſociorum Legatis Amynandrum Athamanum Regem, utque ſpeciem legationis adjiceret Q. Fabium (uxoris Quintii ſororis filius erat) & Q. Fulvium, & P. Claudium miſit.*) Vet. lib. habent, Ap. Claudium. Pol. Ap. Claudium Neronem. Verba ejus ſunt: Καὶ τὸν μὲν Ἀμύνανδρον εἰς τὴν Ῥώμην ἐξέπεμπε παραχρῆμα, γινώσκων αὐτὸν εὐάγωγον μὲν ὄντα, καὶ ῥᾳδίως ἐξακολουθήσοντα τοῖς ἐκεῖ φίλοις, ἐφ' ὁπότερ' ἂν ἄγωσιν αὐτόν, φαντασίαν δὲ ποιήσοντα, καὶ προσδοκίαν διὰ τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα. μετὰ δὲ τοῦτον ἐξέπεμπε τοὺς παρ' αὐτοῦ πρεσβευτὰς, Κόιντόν τε Φάβιον, ὃς ἦν αὐτῷ τῆς γυναικὸς ἀδελφιδοῦς, καὶ Κόιντον Φολούιον. σὺν δὲ τούτοις Ἄππιον Κλαύδιον ἐπικαλούμενον Νέρωνα. Ejuſdem Ap. Claudii Neronis meminit etiam poſt lib. XXXIV. Livius. *Ut ventum Romam eſt, prius ſociorum Legati, quam Regis auditi ſunt; cetera eorum oratio conviciis Regis conſumpta eſt; moverunt eo maxime Senatum, demonſtrando maris, terrarumque regionis ejus ſitum, ut omnibus appareret, ſi Demetriadem in Theſſalia, Calcidem in Eubœa, Corinthum in Achaja Rex teneret, non poſſe liberam Græciam eſſe, & ipſum Philippum non contumelioſius, quam verius compedes eas Græciæ appellare.*) Hæc à Polybio quoque ſumpta ſunt, cujus hæc verba ſunt: εἰσελθόντες εἰς τὴν σύγκλητον τὰς πάντων κατηγορίας ἐποιοῦντο τοῦ Φιλίππου, τὰ μὲν ἄλλα παραπλήσια τοῖς καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν βασιλέα ... εἰρημένοις ... ἐπιμελῶς ... τῇ συγκλήτῳ πάντες, διότι Χαλκίδος, καὶ Κορίνθου, καὶ Δημητριάδος ὑπὸ τῷ Μακεδόνι ταττομένων, οὐχ οἷόν τε τοὺς Ἕλληνας ἔννοιαν λαβεῖν ἐλευθερίας. ὃ γὰρ αὐτὸς Φίλιππος εἶπε, τοῦτο, καὶ λίαν ἀληθὲς ἔφασαν ὑπάρχειν, ὅς ἔφη τοὺς προειρημένους τόπους εἶναι πέδας Ἑλληνικάς. Idem fere de compedibus Græciæ, quas πέδας Græci vocant, Plutarchus in Quinctio. *Legati deinde Regis intromiſſi, quibus longiorem orationem exorſis brevis interrogatio, ceſſurus ne iis tribus urbibus eſſet, ſermonem incidit, cum mandatum ſibi de his nominatim negarent quidquam; ſic infecta pace Regii dimiſſi. Quinctio liberum arbitrium pacis ac belli permiſſum.*) Polybius ſic: οἱ δὲ παρὰ τοῦ Φιλίππου παρεσκευασμένοι ὡς ἐπὶ πλεῖον ποιήσασθαι τοὺς λόγους, ἐν ἀρχαῖς εὐθέως ἐκωλύθησαν, ἐρωτηθέντες γὰρ εἰ παραχωροῦσι Χαλκίδος, καὶ Κορίνθου, καὶ Δημητριάδος, ἀπεῖπαν μηδεμίαν ἔχειν περὶ τούτων ἐντολήν, οὕτω μὲν οὖν ἐπιτιμηθέντες ἀπέστησαν τοῦ λόγου. ἡ δὲ σύγκλητος τοὺς μὲν ὑπάτους ἀμφοτέρους εἰς Γαλατίαν ἐξαπέστειλεν, τὸν δὲ πρὸς Φίλιππον πόλεμον ἐψηφίσατο κατὰ νόμον εἶναι, δοῦσα τῷ Τίτῳ τὴν ἐπιτροπὴν τῶν Ἑλληνικῶν. *Portæque clauſæ.*) Veteres libri, Portæ clauſæ. *Poſteaquam in poteſtate Argivorum civitas erat.*) Veteres libri, Poſteaquam in poteſtate Nabidis Argivorum civitas erat.

In Epitomen Libri XXXIII.

Attalus à Thebis ob ſubitam valetudinem translatus deceſſit.) Vet. lib. Pergamum trans-

tranſlatus. Recte; Livius enim ita: Attalus æger Thebis Pergamum advectus moritur. *L. Furius, & C. Claudius Marcellus.*) Vet. lib. L. Furius Purpureo, & M. Claudius Marcellus.

In Librum XXXIII.

IN hoc libro emendando veterum manuſcriptorum librorum ope caruimus, judicio tantummodo, ſi quid inſidere alicubi nobis vitii viſum eſt, uſi ſumus: Deeſt autem huic libro expoſitio prœlii, quo Philippus ad Cynoſcephalas eſt fugatus, ac victus à T. Quintio, itemque magna pars ejus, quo L. Quintius Frater ejus Leucadem expugnavit. Quod ex epitome libri intelligi poteſt, in qua hæc prima verba ſunt: T. Quintius Flamininus Proconſul cum Philippo ad Cynoſcephalas in Theſſalia acie victo debellavit. L. Quintius Flamininus Frater Proconſulis Acarnanes Leucade urbe, quæ caput eſt Acarnaniæ, expugnata, in deditionem accepit. Itaque ait Livius: Et poſt dies paucos audito prœlio, quod ad Cynoſcephalas pugnatum erat, omnes populi Acarnaniæ in deditionem venerunt. Legatum autem L. Flamininum intelligit. Et paullo poſt: Hæc in Theſſalia, hæc in Achaja, hæc in Aſia per eoſdem dies ferme geſta. Intelligit autem, quæ T. Quintius ad Cynoſcephalas, quæ Lucius in Arcania: Quæ Rhodii in Peræa geſſerunt, quæque ab iis geſta paullo ante ipſe expoſuerat: Prœlium ad Cynoſcephalas pugnatum exſtat adhuc apud Polybium diligentiſſime deſcriptum, reliqua apud eum interciderunt. *Lævo Agrianos.*) Agrianas puto legendum ex Stephano, qui cum multis modis hanc vocem editam doceat, Agrianos tamen numquam, Agrianas certe dictos affirmat. Fœdus apud Ciceronem in Piſonem legitur Aggrinarum, & Dolopum, pro Agrianum. *Bargylias petentes.*) Bargylia, aut Bargylias legendum eſt. Quamquam Stephanus non niſi Bargylia neutro genere, & Bargyliam muliebri dici ait. *Moritur altero & ſeptuageſimo, cum quattuor, & quadraginta annos regnaſſet.*) Suidas in voce Ἄτταλος hunc locum vertit, ac duos & ſeptuaginta annos vixiſſe hunc ait: Quod autem ſequitur, Uxorem ac liberos duos ſuperſtites habuit, legendum eſt, quattuor, Eumenem, Attalum, Athenæum, & Philetærum, quorum meminit Livius lib. XLII. & App. in Syrio. *Cum Culca decem & ſeptem oppida.*) Lib. XXVIII. Colcam appellat duodetriginta oppidis regnantem. Idem à Polyb. πολίχνη dicitur. Suſpicor autem ne hoc etiam loco XXVII. pro XVII. oppidis ex ſuperiore loco ſit reponendum. Verum libri deſunt, quos inſpiciamus. *His literis à M. Sergio, cujus juriſdictio inter cives, & peregrinos erat, recitatis.*) Opinor hæc verba inducenda eſſe: Cujus juriſdictio inter cives, & peregrinos erat. Cur ita opiner, hæ cauſſæ ſunt: primum quod M'. hic Sergius Prætor urbanus erat, hæc autem verba, peregrinum deſcribunt. Deinde quia Prætoris urbani negotium erat literas recitare, non peregrini. Tertio loco, quia paullo ante lib. ſuperiore idem M'. Sergius Pr. urb. hoc officium præſtitiſſe dicitur ab eodem Livio cum ait: M'. Sergius Prætor urb. in Senatu eas recitavit. Quarto, quia non ſolet Livius, ubi ſemel Prætorem urbanum nominavit quemquam, ſi ſit iterum idem nominandus, niſi Prætorem addere, ut paullo poſt. Hæ literæ prius in Senatu à Sergio Prætore recitatæ; prætermiſit autem, urbano, puto autem ea verba eſſe ex albo libri deſumpta, ubi illuſtrandi loci cauſſa ab inſcio aliquo fuerant ſcripta. Significari autem Prætorem peregrinum, cum ait: Inter cives, & peregrinos, inferiora, quæ recitabo, teſtimonia demonſtrabunt. Eſt autem primum intelligendum, Prætores duos creari conſueviſſe, qui Romæ jus dicerent, alterum, qui civibus, alterum, qui peregrinis, ut Livius libro quadrageſimo ſecundo. His Prætoribus provinciæ decretæ duæ jure Romæ dicundo, & lib. XLIII. Deſignatis Prætoribus præter duas urbanas, quatuor provinciæ ſunt decretæ. Itaque plerumque ſolet unam urbanam, alteram peregrinam provinciam nominare; alias vero unam urbanam juriſdictionem, alteram vel inter peregrinos, vel inter cives, & peregrinos, ut lib. XL. Juriſdictio urbana M. Ogulnio Gallo, inter peregrinos M. Valerio evenit, & lib. XLI. Prætores L. Papirius Maſo urbanam, M. Aburius inter peregrinos ſortiti ſunt, lib. XLII. Prætores deinde provincias ſortiti ſunt, A. Atilius Serranus urbanam, C. Cluvius Saxula inter cives, & peregrinos, lib. XXXIII. Prætores deinde provincias ſortiti L. Apuſtius Fullo urbanam juriſdictionem, M'. Acilius Glabrio inter cives, & peregrinos. Et lib. XXII. Romæ juris dicundi urbana ſors Pomponio, inter cives Romanos, & peregrinos P. Furio Philo evenit. Hoc autem anno Q. Minucio peregrinam provinciam obtigiſſe tradit idem Livius in comitiis Prætoriis exponendis. *Dubios ſententiæ Patres fecerat.*) Vet. lib. Sententiæ. *Omnes quinque & triginta tribus. Uti rogata juſſerunt.*) Uti rogas, ut ſupra ſæpe admonui. *T. Quinctius Flamininus cum duabus legionibus provinciam eodem exercitu obtinere juſſus, imperium ei prorogatum.*) Vetus unum quod extat, exemplar hujus libri, ut ajunt, habet: Imperium ei prorogatum ſatis jam ante dividere. Quæ verba Gelenius profitetur ſe, ut ad rei ſententiam non pertinentia, ſuſtuliſſe. Fecit autem injuſte; nam ſententia optima eſt, ſi, quod in iis vitium eſt, tollas. Ita, imperium ei prorogatum ſatis jam ante videri. Cauſſam enim affert, cur Quintio non prorogarint imperium, quia, inquit, priore decreto ſatis prorogatum judicabant. Hoc autem decretum ſcriptum eſt anno ſuperiore, de quo ſic Livius: T. Quintio prorogarunt imperium, donec ſucceſſor ei veniſſet. *M. Acilius Glabrio.*) M'. Acilius, ex Conſulatu Capitol., & Plutarcho. *T. Sempronius Longus.*) Ti. Sempronius, ex Conſulatu Capitolino. *Bellum in Hiſpania quincto poſt anno, quam ſecundum bellum Punicum, finitum eſt.*) In veteri illo uno exemplari, teſte Gelenio, ita eſt: Bellum in Hiſpania quincto poſt anno exortum eſt, quam ſimul cum Punico bello fuerat finitum. Quæ verba ſic legenda eſſe cenſet Glareanus: Bellum in Hiſpania quincto ante anno, quam ſecundum bellum Punicum, finitum eſt. Ego autem ita: Bellum in Hiſpania quincto poſt anno exortum eſt, quam ſecundum bellum fuerat finitum. Hanc lectionem ſi confirmavero, nihil erit, quod quiſquam duas illas ſequatur. Bellum novum in Hiſpania excitatum eſſe ſignificat annos quinque poſtquam cum Pœnis debellatum erat. Finitum eſt enim anno DXLIX. Hoc declarat Livius, cum ait paullo ante: Ingens in Hiſpania ulteriore coortum eſt bellum; & hoc loco exponit cauſſam, cur novum hoc bellum appellet, quia tum primum ſuo nomine nullo Punico exercitu, aut duce ad arma ierant. Neque vero bellum aliquando

in Hiſpania finitum poteſt intelligere, quemadmodum duabus illis lectionibus ſignificatur, eum & ante, & poſt confectum Punicum bellum à Proconſulibus in ea provincia bellatum ſit, ut ſupra oſtendi. *Tuſco vico, atque inde Melio per portam Capenam.*) Quid ſit Romæ Melium nemo ſcit, Æquimælium, omnes. Itaque legendum puto, ac Æquimælio. Nam ante legebatur, atque latemalio, lib. XXXVIII. Subſtructionem ſuper Æquimælium in Capitolio, & viam ſilice ſternendam à porta Capena ad Martis locaverunt. *Iiſdem diebus Cn. Cornelius Lentulus, qui ante Sempronium Tuditanum citeriorem Hiſpaniam obtinuerat, cum ex S. C. Urbem eſſet ingreſſus, tulit præ ſe auri mille & quingenta pondo.*) Hic eſt ille Cn. Lentulus, de quo ſupra libro XXXI. extremo. Plebes Cn Cornelio Lentulo, & L. Stertinio Proconſulibus imperium eſſe in Hiſpania juſſit. Probo autem valde conjecturam Glareani, qui ſuſpicatur, legendum eſſe: Ex S. C. ovans, Urbem eſſet ingreſſus, vel ex S. C. triumphans Urbem eſſet ingreſſus. Conjecturam autem ſuam ille recte inde ducit, quod de Stertinio collega ſubdit ita: L. Stertinius ex ulteriore Hiſpania ne tentata quidem triumphi ſpe quinquaginta millia pondo argenti in ærarium tulit. Egregie. Cur enim neceſſe erat dicere: Ne tentata quidem triomphi ſpe quinquaginta millia pondo argenti in ærarium tulit. Egregie. Cur enim neceſſe erat dicere: Ne tentata quidem triumphi ſpe, niſi collegam ejus Lentulum triumphaſſe dixiſſet? Puto tamen ovantem eum ingreſſum eſſe, non triumphantem. Primum, quia uſitatior dicendi forma eſt, ut ovatione dicatur, ingreſſus eſt, ſeu iniit ovans Urbem. Deinde quia ei, qui ſine Magiſtratu res geſſerat, adhuc niſi, ut Ovans iniret, permiſſum fuerat, ut de L. Lentulo ſupra lib. XXXI. Decrerunt eo, ut ovans Urbem iniret. *Perinde atque id ipſi à Quintio, & Romanis datum eſſet.*) Ante legebatur: Perinde atque ab ipſo id ea non à Quintio. Quam lectionem probo in primis, hæc enim à ſenſu aliena eſt. *Barcillam quendam.*) Huno in aliis libris nominat Livius Brachillam, ut eſt in manuſcriptis. Polybius βραχύλλην. itemque Plutarch. *C. Claudio Acræphiam ire juſſo.*) App. Claudio, ut ante ex Polybio. *Bargyllis, & Jaſſo.*) Bargyliis, & Jaſo, ut ante. *Eas quoque enim placere liberas eſſe Decianorum libertate. Quintius Pruſiæ Bithyniorum Regi ſcriberet, quid Senatui, & decem Legatis placuiſſet.*) Merito hæſitavit hoc loco Glareanus. Non eſt autem mentem auctoris, & veritatem lectionis aſſecutus, cum pro, Decianorum, decem Legatorum ſupplendum eſſe cenſuit. Sunt enim duæ voces, de Cianorum, quæ ſequenti ſententiæ annectendæ ſunt, hoc modo: De Cianorum libertate Quintius Pruſiæ Bithyniorum Regi ſcriberet. De Cianis, & eorum clade ſupra ſæpius dictum eſt. Sic enim Philippus lib. priore: Neque ego Cium expugnavi, ſed Pruſiam ſocium, & amicum oppugnantem adjuvi, & Polyb. lib. XV. φίλων γὰρ ὑπαρχόντων, ἀρτίως συμμάχων Αἰτωλῶν Λυσιμαχέων, Χαλκηδονίων, καὶ Κιανῶν, πρῶτον μὲν προσηγάγετο τὴν Λυσιμαχέων πόλιν ἀποσπάσας ἀπὸ τῆς τῶν Αἰτωλῶν συμμαχίας, δεύτερον δὲ τὴν Χαλκηδονίων, τρίτην δὲ τὴν Κιανῶν ἐξηνδραποδίσατο, στρατηγοῦ παρ' Αἰτωλῶν ἐν αὐτῇ διατρίβοντος, καὶ προεστῶτος τῶν κοινῶν. Προυσίας δὲ καθὸ μὲν ἡ πρόθεσις αὐτοῦ συντελείας ἔτυχε, περιχαρὴς ἦν, καθὸ δὲ τὰ μὲν ἆθλα τῆς ἐπιβολῆς ἕτερος ἀπεφέρετο, αὐτὸς δὲ πόλεως οἰκόπεδον ἔρημον ἐκληρονόμει, δυσχερῶς [illegible]. Et Suidas: [illegible]. *Si Ætolorum linguas retunderet.*) Retundere, perſpicue legendum eſt, ut ſit, ſi Ætolorum linguas retundere vellet. *Senatus Romanus, & T. Quintius Imperator Philippo Rege, Macedonibuſque devictis, liberos, immunes ſuis legibus eſſe jubet Corinthios, Phocenſes, Locrenſeſque omnes, & inſulam Eubœam, & Magnetas, Theſſalos, Perræbios, Achæos, Phthiotas. Percenſuerat omnes gentes, quæ ſub ditione Philippi Regis fuerant.*) Glareanum non laudo, quia arbitratur hoc loco nomina aliquot populorum intercidiſſe, cur non laudem, Plutarchus in cauſa eſt, qui totidem pæne verbis hanc rem in Flaminino exponit: προελθὼν εἰς μέσον ὁ κῆρυξ ἀνεῖπεν, ὅτι ἡ Ῥωμαίων σύγκλητος καὶ Τίτος Κοΐντιος στρατηγὸς ὕπατος, καταπολεμήσαντες βασιλέα Φίλιππον, καὶ Μακεδόνας, ἀφιᾶσιν ἐλευθέρους καὶ ἀφρουρήτους, καὶ ἀφορολογήτους, νόμοις χρωμένους τοῖς πατρίοις Κορινθίους, Λοκρούς, Φωκεῖς, Εὐβοέας, Ἀχαιούς, Φθιώτας, Μάγνητας, Θετταλούς, Περραιβούς. Cum igitur totidem apud Plutarchum ſint nomina populorum, quot apud Livium, à quo hæc ſumpſit Plutarchus, profecto nihil hoc loco deſiderari judicandum eſt. Quod autem vocibus illis movetur Glareanus; Percenſuerat omnes gentes, quæ ſub ditione Philippi Regis fuerant: intelligendum eſt eas vitioſe legi, placet autem ut legatur: Percenſuit inde omnes gentes, ideſt poſt Græcos Macedoniæ etiam populos nominavit, ut Dolophas, Oreſtas, Lycum, Parthinos, utraque enim gens cum ſit Illyriorum, ſub ditione Philippi fuerat. Error ortus eſt ex compendioſa ſcriptura, ex percenſuit in, factum eſt, percenſuerat; porro autem apparet ex Plutarcho, legendum eſſe Perræbi, non Perœbii. *Hoc ſpe concipi, audacis animi fuiſſe, ad effectum adducere virtutis, & fortunæ gentis.*) Apertior erit locus, ſi ita legas: Hoc ſpe concipere, audacis animi fuiſſe, ad effectum adducere, virtutis, & fortunæ ingentis. *Herea.*) Heræa, ut ſupra. *Lingus, & Partheni.*) Lycus, & Parthini, Lycus in Daſſaritiis, ut ait Plutarchus in Quintio, quos eoſdem cum Parthinis Illyriorum populos facit Appianus in principio Illyrici. Parthinos etiam Capitolini lapides habent. *P. Lentulus Bargyllas, L. Sertenius Hephæſtiam, & Thaſſum, & Thraciæ Urbes. P. Villius, & L. Terentius ad Regem Antiochum, Cn. Cornelius ad Philippum.*) Hæc ſic Plutarchus: ἄρτι γὰρ ἐξέπεμψεν ὁ Τίτος Λέντουλον μὲν εἰς Ἀσίαν Βαργυλιήτας ἐλευθερώσοντα, Τιτίλλιον δὲ εἰς Θρᾴκην, τὰς αὐτόθι πόλεις, καὶ νήσους ἀπαλλάξοντα τῶν Φιλιππικῶν φρουρῶν, Πόπλιος δὲ Οὐίλλιος ἔπλει διαλεξόμενος Ἀντιόχῳ περὶ τῆς τῶν ὑπ' αὐτῷ Ἑλλήνων ἐλευθερίας. Ex his apparet pro Stertinio Titilium eſſe reſtituendum; ſiquidem ante etiam legebatur, L. Thermus. *Adverſus ea reſpondere, ne altercationem excederet res, cum ſuperſediſſet Romanus.*) Perſpicue legendum eſt: Ne in altercationem excederet res, ut lib. XXXIV. Quæ ſtudiis in magnum certamen exceſſerit. Ti. Sempronius Gracchus, M. Junius Silanus, ex Capitolinis lapidibus. *Marcellus Pado confeſtim trajecto in agrum Comenſem, ubi Inſubres Comenſibus ad arma excitis, caſtra habebant, ducit, legiones in ipſo itinere prælium committunt, & primò adeo acriter invaſerunt, ut anteſignanos impulerint.*) Vox, ducit, à Glareano addita eſt, quæ ante nulla erat (98). Recte, quod loci vitium ſenſit; non ſat recte, quod multas alias voces deſiderari non ſenſit; Nam ſi dicamus legione Romanorum in

(98) Glareanus induxit legit, non ducit.

in ipſo itinere prœlium commiſiſſe, eaſdem etiam intelligendum eſt adeo acriter invaſiſſe, ut anteſignanos impulerint ; Quod tamen de Gallis accipiendum eſt : Videntur autem hæc omnia deſiderari . Marcellus Pado conſeſtim trajecto in agrum Comenſem, ubi Inſubres Comenſibus ad arma excitis caſtra habebant, legiones induxit . Cujus adventu audito Galli conſeſtim occurrunt, atque in ipſo itinere prœlium committunt, & primo adeo acriter invaſerunt, ut anteſignanos impulerint . Quod ubi Conſul animadvertit, veritus, &c. Itaque aſteriſco; ut ante, hunc locum ſignandum cenſeo ſic : Legiones * in ipſo. *Levos, Libuoſque.*) Lævos, Libuoſque legendum puto, ut lib. V. Hos vocat li. II. Polybius [illegible], & [illegible]. *Terreſtres copias ab Abydo trajicit Cherſoneſi urbem.*) Ante legebatur ad Abydum. Quia vero Abydus non eſt in Cherſoneſo, ſed in Helleſponto, placet Glareano legi, Madytum, cujus urbis etiam ſupra in Cherſoneſo meminit Livius : Quod probo . *Et decem Legatorum P. Lentulus à Bargyliis, P. Villius, & L. Terentius à Thaſſo Lyſimachiam petierunt, eodem & à Selymbria L. Cornelius, & ex Thracia poſt paucos dies Antiochus convenerunt.*) Hæc à Polybio verſa ſunt, qui ſic ait : [illegible]. *Primus congreſſus cum Legatis, & deinceps invitatio benigna, & hoſpitalis fuit, ut de mandatis, ſtatuſque præſenti Aſiæ agi cœptum eſt, animi exaſperati ſunt.*) Polyb. ita ait : [illegible]. *Romani omnia acta ejus ex quo tempore a Syria claſſe ſolviſſet, diſplicere Senatui non diſſimulabant, reſtituique Ptolemæo Civitates omnes, quæ ditionis ejus fuiſſent, æquum cenſebant. Nam quod ad eas Civitates attineret, quas à Philippo poſſeſſas Antiochus per occaſionem verſo Philippo in Romanum bellum, intercepiſſet, id vero ferendum non eſſe, Romanos per tot annos terra marique tanta pericula, ac labores exhauſiſſe, Antiochum belli præmia habere.*) Polybius ita, [illegible]. *Sed ut in Aſiam adventus ejus diſſimulari ab Romanis, tamquam nihil ad eos pertinens, potuerit, quod jam etiam in Europam omnibus navalibus, terreſtribuſque copiis tranſierit, quantum à bello aperto Romanis abeſſe.*) Hæc Polyb. multo apertius, [illegible]. *Ad ea Rex, ſatis jam ante videre ſe, Romanos inquirere quid Regi Antiocho faciendum, aut quouſque terra, marique progrediendum fuerit ipſis, non cogitare : Aſiam nihil ad populum Romanum pertinere, nec magis illis inquirendum eſſe, quid Antiochus in Aſia, quam Antiocho quid in Italia populus R. faciat.*) Polyb. ita: [illegible]. Nec ex Philippi quidem adverſa fortuna ſpolia ulla ſe petiſſe, aut adverſus Romanos in Europam trajeciſſe fuerit, quo victo omnia, quæ illius fuiſſent, jure belli Seleuci facta ſint, exiſtimare ſuæ ditionis eſſe . Polybius ita, [illegible]. Ex his verbis intelligi poteſt verſum unum, aut, alterum apud Livium intercidiſſe . Eum autem ad Livianam ſententiam ita reſtitui poſſe : Nec ex Philippi quidem adverſa fortuna ſpolia ulla ſe petiſſe, aut adverſus Romanos in Europam trajeciſſe, ſed ut Cherſoneſi urbes Thraciæque recuperaret . Eorum enim locorum imperium in primis ad ſe pertinere, quippe quod ab initio Lyſimachi Regnum fuerit, quo victo, omnia, quæ illius fuiſſent, quod jure belli Seleuci facta ſint, exiſtimare ſuæ ditionis eſſe. Hanc autem hiſtoriam lib XXXIV. Livius ita exponit : Enimvero id auditu etiam dicere indignum eſſe Hegeſianax, Thraciæ, & Cherſoneſi urbibus arceri Antiochum, quæ Seleucus proavus eius, Lyſimacho Rege bello victo, & in acie cæſo, per ſummum decus parta liquerit. Idem etiam tradit Appianus initio libri, quo bellum Antiochinum expoſuit. *Occupata majoribus ſuis rerum aliarum alia cum primo quædam ex his Ptolemæum, deinde & Philippum uſurpando aliena poſſediſſe, ſicut quædam ex proxima Thracia, quæ indubitata Lyſimachi fuerint ; ad ea facienda in antiquum veniſſe, & Lyſimachiam deletam Thracum impetu, de integro condere, ut Seleucus filius eam ſedem Regni habeat.*) Polybius ita: [illegible]. *Quod ad Ptolemæum attinet, cui ademptas Civitates querantur, ſibi cum Ptolemæo, & amicitiam eſſe, & id agere ſe, ut brevi etiam affinitas jungatur.*) Polybius ita: [illegible]. *Inde profectum cum ad capita (quæ vocant) Sari fluminis fœda tempeſtas oborta prope cum omni claſſe demerſit.*) Hoc ſic Appianus in Syrio: [illegible]. &c. *Romæ eo primum anno Triumviri epulones facti C. Licinius Lucullus, T. Romulejus, qui legem de creandis his tulerat, & P. Porcius Lecca.*) Pro T. Romulejus, reponendum puto, P. Manlius; primum, quia una etiam poſt fiunt Prætores, P. Manlius, & P. Porcius Læca, quorum P. Manlius Hiſpaniam citeriorem, P. Porcius Piſas ſortitur; deinde quia libro XL. anno CDLXX. ait Q. Fulvium Triumvirum epulonem in locum P. Manlii, qui ex Hiſpania redierat, eſſe factum, neminem autem factum eſſe poſt hos, præter Q. Fulvium memoriæ tradidit, ut omnino iidem eſſe videantur. P. autem hic Manlius ex genere

Man-

Manlia plebeja fuit. Itaque cognomine patriciorum ubique caret; fuiſſe autem duplicem Manliam gentem oſtendit Cicero in prima Philippica: Ut propter unius M. Manlii ſcelus decreto gentis Manliæ neminem patricium M. Manlium vocari liceat. Adde quod Romulius non Romulejus eſſet ſcribendum, ut ex P. Manlius, Romulius factum ſit. *P. Porcius Leca.*) Læca, ex nummis argenteis. *C. Manlius Volſo.*) Cn. Manlius Vulſo, ex Conſulatu Capitolino. *Ti Sempronii Tuditani, qui Prætor in Hiſpania deceſſerat.*) Superiore libro Cn. dicitur. Dixi autem videri, C. Sempronium appellandum. *L. Valerius in locum M. Cornelii Cethegi.*) Flaccum intelligit; nam anno DLXX. ait: L. Valerius Flaccus Pontifex mortuus eſt. *Cn. Domitius Æuobarbus.*) Lapides Capitolini, & nummi argentei, & Græci Annales ſatis oſtendunt Ahenobarbum eſſe ſcribendum: in Græcis enim αηνόβαρβος eſt. *Ædem in inſula Fauni ſecerunt.*) Sic libro XXXV. In inſula Jovis Ædem dedicavit. De hac Fauni Æde dedicata eodem in libro. Inſulam autem Tiberis intelligit. *Ver ſacrum ex Pontificum juſſu fecere, quod C. Cornelius Mammula Prætor voverat.*) Hunc Prætorem M. Æmilium libro XXII. vocavit, cum inquit: Senatus, quoniam Fabium belli cura occuparet, eſſet, M. Æmilium Prætorem ex Collegii Pontificum ſententia, omnia ea ut mature fiant curare jubet. Fuiſſe autem eodem anno Prætorem A. Cornelium Mammulam, apparet ex eo, quod idem ab eo libro XXIII. ſequenti anno proPrætore obtinuiſſe Sardiniam provinciam traditur Quare aut M. Æmilius, aut A Cornelius Mammula hoc loco legendum eſt; nam anno etiam DLIX. alter A Cornelius Mammula Prætor, atque alio tempore alii nominantur. Niſi autem emendatorum vitium ſit, lapſus ſit memoriæ Livianæ neceſſe eſt. *Quia parum ex dignitate ſua ducebat ſubſcribere odiis, accuſationibuſque Hannibalis.*) Ante legebatur: Quia parum expugnantes ſe ducebat. Emendatum eſt deinde: Ex dignitate ſua. Quam emendationem non probat Paulus Manutius. Verum ita legendum eſſe aſſerit: Quia parum ex Populi Romani dignitate eſſe ducebat; qua lectione nihil poteſt eſſe præſtantius. Ita libro XXX. Non videri ſibi ſatis ex dignitata Populi R. eſſe. *Hannibal quam primum fallendi eos, qui in partu erant, tempus habuit.*) Malim, cum primum. *Inter Acyllam, & Thapſum.*) Ptolemæus, Strabo, Stephanus maximo inter ſe conſenſu hoc oppidum Ἀχόλλαν vocant. Quare & ipſe Achollam legendum cenſeo. *Ad ſuam turrim pervenit.*) Juſtinus ſuburbanum vocat lib. XXXI. Appropinquante veſpere equum conſcendit, & ſuburbanum, quod prope litus habebat, ignaris ſervis, juſſiſque ad portam divertentem opperiri contendit. *Ne bis debere impune eſſe.*) Nihil huic loco deeſt, bis, intellige, Hannibali, & nuncius ab eo ad Antiochum profectus, ejuſmodi autem dicendi genere uſus eſt lib. XLIII. Neq; enim ne his cunctationem aperuerat ſuam, pro ne bis quidem.

In Epitomen Libri XXXIV.

DE *ſtringendis cultibus matronarum.*) Vet. lib. De fingendis cultibus. *L. Cornelius Cethegus Cenſores.*) C. Cornelius, ex Capit. cenſura. *Coloniæ pleræque deductæ ſunt.*) Vet. lib. Coloniæ plures. *Res præterea adverſus Bojos, & Inſubres.*) Vet. lib. Res præterea in Hiſpania, & adverſus Bojos, & Inſubres. *Tentaverat autem per Ariſtonem Tyrium.*) Vet. lib. Tentaverat autem Hannibal per Ariſtonem.

In Librum XXXIV.

Q. A *Fabio, T. Sempronio Coſs.*) Ti. Sempronio, ut ſupra. *Nam etiam ex oppidis, conciliabuliſque conveniebant.*) Vet. lib. Convenerant. *Qui pro lege, quæ abrogabatur, ita diſſerunt.*) Vet. lib. Pro lege ne abrogaretur. Quod placet. Citat enim Priſcianus hanc orationem cum hoc indice. Cato in oratione: Ne lex Oppia abrogetur. Item alibi: Cato Nepos de actionibus ad populum, ne lex ſua abrogaretur. Item alibi. Æmilius Porcina in oratione: Uti lex Æmilia abrogetur. Feſtus, Cato in diſſuaſione: Ne lex Bæbia derogaretur. *Mulieres à ſtirpe.*) Vet. lib. ab ſtirpe. *Ab nullo genere non ſummum periculum eſt.*) Vet. lib. Non æque ſummum. *Et foro prope, & concionibus, & comitiis immiſceri.*) Vet. lib. Et foro quoq; & concionibus. *Per quæque ſubjecerint viris.*) Hinc Cicero lib. IV. de Rep. Nec vero mulieribus Præfectus reponatur, qui apud Græcos creari ſolet, ſed ſit Cenſor, qui viros doceat moderari uxoribus. *Ut Carpentis profeſtis quoq; diebus veluti triumphantes de lege victa.*) Vet. lib. Ut Carpentis feſtis, profeſtiſque diebus. Quod venuſtius & gravius eſt. *Et ante fixa fictilia Deorum Romanorum ridentes.*) Antefixa, ſcribendum eſt, ut una vox ſit tantum. Sic enim Feſtus: Antefixa, quæ ex opere figlino tectis affiguntur ſub ſtillicidio. *Tamen nulla accepit.*) Hanc ſententiam ſic expreſſit Varro de vita Populi Rom. II. auctore Nonio. Qua abſtinentia viri mulieréſque Rom. fuerint, apparet, quod à Rege munera eorum noluerit nemo accipere. *In quos jecit magis Conſul verba ſeveras, quam ut re ſimul iret.*) Vet. lib. In quos jecit magis hæc Conſul. *Legem Licinium de quingentis jugeribus.*) Stolonis legem lib. VI. & VII. *Quid, vetus regia lex ſimul cum ipſa Urbe nata? aut (quod ſecundum eſt.*) Vet. lib. An vetus regia lex ſimul cum ipſa Urbe nata, an quod &c. *Tali tempore.*) Vet lib. Tali eo tempore. *Cui non apparet, inopiam, & miſeriam Civitatis q. o. p. p. i. v. p. v. c. iſtam legem ſcripſiſſe.*) Vet. lib. Ob inopiam, & miſeriam, &c. iſtam legem ſcriptam. *A Luna proficiſcens.*) Vet. lib. Ab Luna proficiſcens. *Prætervecti Liguſtinos montes ſinumque Gallicum.*) Cato in oratione de Conſulatu ſuo, teſte Cariſio, ita hanc rem expreſſit: Poſtquam Maſſiliam præterimus, inde omnem claſſem ventus auſter lenis fert, mare velis florere videres ultra angulum Gallicum, inde noctu aura profecti ſumus. *Millium paſſuum in circuitu murus erat.*) Vet. lib. Trium millium. *Cum provincia Q. Minucio ſucceſſori tradita.*) Q. Minucius ſucceſſiſſe dicitur M. Helvio, cum tamen Helvius ulteriorem Hiſpaniam, Minucius citeriorem ſit ſortitus, quia Helvius ex ſua provincia decedens, in aliena rem bene geſſit, ideſt in citeriore. Quia verò Minucius citeriorem obtinuit, idcirco ſucceſſor ejus appellatur. Quare nihil mutandum eſt, contra atque cenſet Glareanus. (99) *Sociis ſpem pro re oſtendendam cenſet.*) Vet. lib. Oſtentandam. Sic paullo poſt: Conſul ubi ſatis, quod in ſpeciem fuit, oſtentatum eſt. Hujus conſilii Catonis meminit Frontinus lib. IV. *Jugum, quo*

exuit.

(99) Glareanus non ait quicquam mutandam, ſed dubitat ut ſolet.

exuit.) Vet. lib. Jugum, quo ſe exuit. *Numerum non ſcribit.*) Vet. libri Non adſcribit. *In Turdetaniam proficiſcitur.*) Loquitur de Catone Coſ. in Turdetaniam movente. Qua de re ſic Cato in oratione de Conſulatu ſuo, auctore Cariſio: Inde pergo porro ire Turtam. Item: Itaque porro in Turtam proficiſcor ſervatum illos. Dixit enim Turtam, pro Turdetaniam, ſiquidem Turdetani, Turduli, & Turti etiam appellati ſunt, auctore Stephano, qui ita ſcribit: [illegible]. *X. Millia Celtiberum mercede Turduli conducunt.*) Vet. lib. Turdetani conducunt, ut paullo poſt: Difficilius bellum in Turdetania Prætori L. Manlio Celtiberi mercede exciti ab hoſtibus faciebant. *Non noſtra magis, inquit, quam veſtra refert, vos non rebellare.*) Vet. lib. Non bellare, optime, quia ait poſt: Si effectum erit, ne poſſitis rebellare. *Commeatus tamen haud ſecus, quam in pace ex agris, caſtelliſque hoſtium Romani portabant, deinde ſæpe munimenta eorum velut communi pacto commercio privatis induciis ingredientes.*) Glareanus ſuſpenſæ huic orationi deeſſe aliquid arbitratur, immerito, non enim vitium eſt in participio, Ingredientes, ut ſuſpicatur, ſed in voce Dein, quæ vitioſa eſt pro: Perinde, hoc ſenſu, Romani portabant commeatus ex agris hoſtium haud ſecus, quam in pace, perinde ſæpe munimenta eorum ingredientes, ideſt, æque ſæpe. Vitium ex compendioſa ſcriptura natum eſt. Perinde, quod, Dein, factum eſt. *In caſtris Prætorianis.*) Vet. lib. Prætoriis. *Lacetanos deviam, & ſilveſtrem gentem.*) Plutarchus in Catone: [illegible]. *Princeps Vergiſtanus.*) Vergitanus lego. Nam ut ab Emporiis Emporitanus, ab Oreo Oritanus, ſic à Vergio Vergitanus, non Vergiſtanus oritur. *Die altero ad Sellaſiam ſuper Oeunta fluvium pervenit, quo in loco Antigonus Macedonum Rex cum Cleomene Lacedæmoniorum tyranno ſignis collatis dimicaſſe dicebatur.*) Hæc hiſtoria eſt apud Polybium lib. XII. [illegible]. Et paulo poſt: [illegible]. Glareanus autem negat, Pol. Oeuntis fluminis meminiſſe. Legit enim interpretem, qui profluens flumen imperita vertit. (100) Eodem errore alii quidam ex noſtris ducti Q. Metellum Scipionem Pium, ex ſententia Dionis Aſiatici filium eſſe ſcripſerunt, cum Dio Naſicæ ſcribat. Aſiatici verò interpres, idque imperite. *Prope flumen præter Urbem ſub ipſis Mænali montis radices.*) Urbem Lacædemonem, flumen Eurotam intelligit. Itaque quia Mænalus non in Laconica eſt, ſed in Arcadia, Glareanus peritiſſimus emendator, Taygetum, ſubſtituendum putat. Ego autem nec Mænalum, nec Taygetum probo, ſed Menelajum legendum eſſe affirmo. Hujus lectionis auctor eſt Polybius, qui libro V. Eurotam flumen ad collis Menelaji radicem fluere ſcribit, his verbis: [illegible]. Meminit autem ſæpius ejus nominis, ita ut Stephanus etiam ita ſcriptum reliquerit: [illegible]. *Jaſſo, & Bargyliis.*) Jaſo, & Bargyliis, ut ſupra. *Præfeceruntque ludis ipſum Imperatorem.*) Plutarchus item: [illegible]. *Sunt qui non ex oppido proficiſcentem bellum geſſiſſe tyrannum tradant. Sed caſtris adverſus Romana caſtra poſitis.*) Agam (ut ſoleo) paucis, nihil vitii hic locus continere videtur, contra atque tradit Glareanus; duas enim contrarias opiniones de ratione belli à tyranno geſti expoſiturus eſt, unam, quam ipſe tueri videtur, alteram, quam alii tradiderunt, quid ſentit ipſe? tyrannum ex oppido Lacedæmone exeuntem pugnaſſe, ac in oppido ipſo caſtra habuiſſe. quid alii? eundem non ex oppido exeuntem pugnaſſe, ſed ex caſtris, quæ ante Romana caſtra poſuerit. Glareanus autem ſine cauſſa de voce, Proficiſcentem, laboravit. *T. Sempronium Longum.*) Ti. Sempronium, ex Conſulatu ejus Capitol. *Aenobarbus.*) Ahenobardus, ut ſupra. *T. Juventius Talna.*) Vet. lib. Alna, legendum eſt Thalna, ex Capitolinis tabulis. *Novum jus in eo anno à Ferentinatibus tentatum.*) Vet. lib. Novum jus eo anno. *Ut loca ſenatoria ſecernerentur à populo.*) Idem Pedianus in oratione pro Cornelio cum ait: Id autem eos feciſſe juſſu Cenſorum Sex. Ælii Pæti, C. Cornelii Cethegi. *Bebius Pamphilus.*) Bæbius Tamphilus, ut ſupra. *Tempſam L. Cornelius Merula & C. Salonius deduxerunt.*) Deſideratur nomen tertii Triumviri. *Q. Victorius.*) Vet. lib. Q. Fictorius. *Mille enim ducentos ea ratione Achaja habuit.*) Sic Plut. in Quinctio: [illegible]. *Per Epirum in Oricum, unde erat trajecturus, venit.*) Veter. lib. Per Epirum Oricum, ut paullo ante: Per Theſſaliam, atque Epirum ducere Oricum jubet. *Secundo die aurum.*) Vet. lib. Secundo aurum, recte, præceſſit enim paullo ante, die primo. *Arma, tela.*) Plutarchus accuratius: [illegible]. *Infecti argenti fuit decem & octo millia pondo, &c.*) [illegible]. *Auri pondo tria millia, &c.*) Plutar. [illegible]. *Philippei nummi aurei quatuordecim millia, quingenti XIV.*) Plutarchus: [illegible]. *Præbuerunt ſpeciem triumpho.*) Non eſt audiendus Glareanus, qui ſpecimen legit. Speciem enim vertit Plutarchus cum ait: [illegible]. *A. Manlius, P. Ælius, L. Apuſtius.*) Hos Triumviros in eadem colonia deducenda ſequenti anno vocat Cn. Manlium Vulſonem, P. Ælium Tuberonem, L. Apuſtium Fullonem. Cum autem P. Ælius ſit is, ut ait, cujus deducebatur colonia, profecto Q. Ælius legendum eſt, is enim Tribunus pl. legem tulit. *Una Junonis Matutæ in foro olitorio vota, lo itaque quadriennio ante à C. Cornelio Conſule.*) Duæ cauſſæ ſunt, cur legendum ſit Junonis Soſpitæ. Una, quod nuſquam alibi Juno Matuta dicta eſt, ſed Mater Matuta, quæ Græce Λευκόθεα eſt; altera, quod quadriennio ante C. Cornelius Junoni Soſpitæ, non Matutæ voviſſe ædem traditur, verba ſunt Livii lib XXXII. Conſul principio pugnæ ædem vovit Soſpitæ Junoni, ſi eo die hoſtes fuſi fugatique eſſent. Idem etiam probe Glareano videtur. *Voverat eam decem annis ante Punico bello P. Sempronius Sophus. Locaverat idem Cenſor.*) Hic P. Sempronius & in Conſulatu, & in Cenſura

(100) Glareanus nulla re æquè dolet, atque quòd illi Græca defuerint exemplaria, ſic enim ipſe vidiſſet, nunc cùm aliis anſam inquirendi dedit, pro gratia refert convitia.

ſura Tuditánus, non Sophus dicitur à Livio. Quare cognomen Sophus ex boc loco delendum videtur, puto tamen non eſſe reponendum, Tuditanus, ut cenſet Glareanus, ſed Conſul, ut ita legatur: voverat eam P. Sempronius Conſul, locaverat idem Cenſor. Sic enim lib. XXIX ubi de P. Sempronio vovente ait: Conſul principio pugnæ ædem Fortunæ Primigeniæ vovit. Errandi cauſſam dedit compendioſa ſcribendi ratio. Coſ. Sop. Ita autem locutus eſt paullo ante. Vota, locataque quadriennio ante à C. Cornelio Conſule Gallico bello, Cenſor idem dedicavit. *L. Porcius Licinius.*) Licinus, ex Capitolinis tabulis. *Megaleſia, ludos ſcenicos C. Atilius Serranus, L. Scribonius Libo ædiles curules primi fecerunt.*) Eoſdem ædiles in iiſdem ludis faciendis edit etiam Pedianus in Cornelianam. *Concordiæ, & libertati æque minuendis eſſe.*) Vet. lib. Libertatis. Ita autem legendum eſſe, alio loco, ubi de ejuſmodi dicendi genere docui, oſtendi. *Ad D. quinquageſimum octavum annum.*) Quinquageſimum ſextum legendum eſſe alio loco doceo, in Chronologia, in Vet. lib. eſt: DVIII Menda ex notis eſt nata, cum debeat ſcribi DLVII. L enim in V. verſum eſt, & V. in duo II. ut alias. *Tribunos plebejos adiſſent.*) Vet. lib. Tribunos plebis. *Ligurum decem millia.*) Vet. lib. XV. millia. *Ob eas res tumultum eſſe. Decrevit Senatus Tribunos plebiji non placere cauſſas militares cognoſcere.*) Pulcherrimum ſenſum inepta verborum interpunctio depravavit. Sic autem interpungendum cenſeo, ob eas res tumultum eſſe decrevit Senatus, cum infer, Tribunos plebis, &c. loquitur de tumultu Gallico, de quo ſic Cicero in IIX. Philippica: Poteſt eſſe bellum ſine tumultu, tumultus eſſe ſine bello non poteſt; quid enim aliud eſt tumultus, niſi perturbatio tanta, ut major timor oriatur? unde etiam nomen dictum eſt Tumultus. Itaque majores noſtri tumultum Italicum, quod erat domeſticus, tumultum Gallicum, quod erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant; gravius autem eſſe tumultum, quam bellum, hinc intelligi licet, quod bello Gallico vacationes valent, tumultu non valent, & Philip. V. Tumultum decerni, juſtitiam indici, ſaga ſumi dixi oportere. Si hoc loco Senatus decrevit, ut tumultus eſſet, quia Boji ad rebellionem ſpectabant. *Tribunos plebeji.*) Plebis, ex Vet. lib. *Et ut L. Cornelius Conſul.*) Vet. lib. Et uti L. Cornelius Conſul. *Menippus, & Hegeſianax principes Regiæ Legationis erant.*) Appianus meminit hujus Legationis in Syrio, additque Lyſiam, bis verbis: [illegible]. *Eſſe autem tria genera fœderum, quibus integre paciſcerentur amicitias Civitates, Regeſque.*) Vet. lib. Inter ſe paciſcerentur, non integre, optime, ſic paullo poſt. Amicitiam ſociali fœdere inter ſe jungendam. *Ita ab Antiocho.*) Vet. lib. Ita & ab Antiocho. *Ariſtonem quendam Tyrium.*) Mercatorem tunc ait Appianus in Syrio: [illegible]. *Suffetes.*) Sufetes, ut ſupra. *Ipſe de tertia vigilia navem conſcendit.* Vet. lib. Ipſe deinde tertia vigilla. *Præter judicium ejuſdem Ariſtonis.*) Vet. lib. Indicium. *Emporea vocant eam regionem, ora eſt minoris Syrtis.*) Horum Emporiorum meminit non ſolum Livius lib. XXIX. ſed etiam Pol. lib. I. [illegible]. Et lib. III. [illegible]

In Librum XXXV.

P. *Cornelius Cn. F. Scipio.*) Is qui vir optimus à Senatu judicatus fuerat. *Idem Proprætor Luſitanos.*) Vet. lib. Idem pro Prætore Luſitanos, quod eſt prorogato ultra Præturam prætorio imperio. *In hoc diſcrimine ludos Jovi ſi vi fudiſſet, cecidiſſetque hoſtes proPrætor vovit.*) Vet. lib. Si fudiſſet, cecidiſſetque hoſtes, Prætor vovit, Prætorem autem videtur vocare eum, qui cum Prætorio erat imperio, alioquin pro Prætore legendum eſt. *Pugnatum inde haud procul Ilipa Urbe eſt.*) Vox, Inde, ſupervacanea eſt, & à veteribus, quos legi, libris abeſt. *T. Sempronius prioris anni Conſul.*) Ti. Sempronius, ut ſupra. *Hoſtium exercitum, cujus delendi oblata fortuna fuerat, non deletum.*) Vet. lib. pro, Non deletum, habent, Elapſum. Sequitur enim: Hoſtes è manibus emiſſos. *Ita libero tenore obruebant debitores: Cujus coërcendi cum ratio quæreretur.*) Vet. lib. Cernendi, pro, coërcendi. Quod placet. Sic enim lib. VI. Quia nolint conſpici ſummam æris alieni. Item: Deinde inſpecto ære alieno, initaque ratione minuendi ejus. Sic hoc loco, quærunt rationem cernendi fœnoris, propterea que profiteri cogunt eos, qui pecunias crediderint. Itaque ait: Poſtquam detecta eſt magnitudo æris alieni per hanc fraudem contracti. *Feralia quæ proxime fuiſſent, diem finiri placuit.*) Ante legebatur Fœneralia. Gelenius, Feralia immutavit. Mihi placet magis prior lectio. Proxima enim Fœneralia vocat, diem, quo proxime de fœnore conſtringendo actum erat. Juſſerunt ergo, ut omnes ſocii profiterentur pecunias, quas crediliſſent Romanis ab illo die, quo cautum erat, ne civis civem fœnore opprimere poſſet. Cui legi fraus facta fuerat, nomina in ſocios tranſcribendo. *Sex. Ælius Pætus, & Cn. Cornelius Cethegus.*) C. Cornelius, ex cenſura Capitolina. *Eodem anno coloniam Latinam in agrum Ferentinum triumviri deduxerunt Cn. Manlius Vulſo, L. Apuſtius Fullo, P. Ælius Tubero, cujus lege deducebantur tria millia peditum fere, CCC. equites, numerus exiguus pro copia agri.*) Vet. lib. habent, pro, deducebantur, deducebatur. Quæ lectio me admonuit locum hunc ita mendoſe legi, ut ſententiæ Livianæ ſanitas non exſtaret. Exſtabit autem certe, ſi non ſolum, ducebatur, ſed pro Fere, Iere, legerimus. Ita: Ælius Tubero cujus lege ducebatur, ideſt colonia; Tria millia peditum iere, CCC. equites. Sic paullo poſt in alius coloniæ deductione: Tria millia & ſeptingenti pedites ierunt, trecenti equites. Quod autem ſcriptum eſt: in agrum Ferentinum, legendum eſt, in agrum Thurinum, primum quia Vet. lib. habent Trentinum. Tum autem quia ſuperiore anno dixit: Exitu hujus anni Q. Ælius Tubero Tribunus pl. ex S. C. tulit ad plebem, plebeſque ſcivit, ut Latinæ duæ coloniæ, una in Bruttios, altera in agrum Thurinum deduceretur, bis deducendis triumviri creati, quibus in triennium imperium eſſet, in Bruttios Q. Nævius, M. Minucius Rufus, M. Furius Craſſipes; in Thurinum agrum Cn. Manlius, Q. Ælius, L. Apuſtius. Porro autem legendum eſt: Q. Ælius Tubero, quia ait: Cujus lege deducebatur, at Q. Tubero legem tulit, non P. *Eo propter invidiam.*) Vet. lib. Invidiam. *Pro Legato, & participe adminiſtrandi belli.*) Vet. lib. Adminiſtrati. Recte, nam dixit L. Quintius, qui claſſi in Græcia præfuerat. *Ut præfertur candidato, quem Africanus frater deducebat.*) Vet. lib.

quem

quem Africanus, fraterq; ducebant. Sginificat autem Cn Scipionem à P. & L. Scipionis Africano, & eo, qui poſt Aſiaticus dictus eſt, eſſe deductum. *Aenobarbus.*) Ahenobarbus, ut ſupra. *Fulvius Centumalus.*) Centumalus, ut ſupra. *Attilius Seranus.*) Attilius Serranus, ut ſupta. *Bebius Pamphilus.*) Bæbius Tamphilus, ut ſupra. *Raphiæ in Phœnice.*) Steph. [illegible]. *Ad Piſidas, qui circa Selgam incolunt.*) Steph. [illegible]. *Villius cum Piſidiæ bello occupatum eſſe Regem audiſſet, Epheſum profectus.*) Hoc de P. Scipione ait Appianus, [illegible]. *Reſpondiſſet Alexandrum*) Vet lib. Reſpondiſſe, ita paullo poſt: Dixiſſe, ſic Appianus, [illegible] ὁ μακεδὼν ἀλέξανδρος. *Tum riſum obortum Scipioni, Scipionem ſubjeciſſe.*) Sic Appianus, [illegible]. *Antiocho, quam ſimilem daret ſedem, ut procul ab ſe honorem eum quoque ablegare, non habuiſſet.*) Perſpicue legendum eſt: Per honorem. *Hannibal non adhibitus eſt in conſilium propter colloquia cum Villio ſuſpectus Regi, & in nullo poſtea honore habitus. Primo eam contumeliam tacitus tulit, deinde.*) Ex veteribus libris verbum Eſt tolli debet, ut omnia ad verbum Tulit, referantur. *Profi ſci ambo in provincias placuit.*) Vet. lib. Ambos. *Aedes liberæ Attalo, ac lautia decreta.*) Veter. lib. Aedes liberæ, locus, lautia decreta, ut lib. XXX. Aedes liberæ, loca, lautia Legatis decreta. *Navis erat quadriremis vetus capta annis octoginta ante.*) Quadraginta, legendum ex Plutarcho, qui meminit hujus navis in Philopœmene, his verbis, [illegible]. *Putrem eam admodum.*) Veter. lib. Putrem jam admodum. *Aliam Prætoriæ nave præcedere claſſem.*) Ex veter. lib. legendum eſt Hæc tum. Veterem enim navem pro Prætoria uſurpatam à Philopœmene ait. *Ipſe Philopœmen in levi ſpeculatoria nave fuit, nec ante fugæ finem, quam Patras ventum ſit, fecit.*) Lege, in levi piſcatoria nave fugit: Ita enim majus periculum Philopœmenis oſtenditur. *Tertia parte copiarum ab obſidione Gythei abducta ad Plejas poſuit caſtra: Imminet is locus & Leucis, & Acris.*) Legendum eſt, ad Eliam, non ad Plejas, quas merito queritur Glareanus ſe in Laconicis non reperire, item Acriis, non Acris, id docet locus unus Polybii, qui eſt libro quinto, ubi horum oppidorum omnium meminit: Ejus verba ſunt, [illegible]. *Unum de auxiliaribus.*) Vet. lib Ex auxiliaribus. *Captique in ea fuga ſunt.*) Vet lib. Capiique in fuga ſunt. *Duarum portarum itineribus, quæ Pheras, quæque Barboſthenem ferunt.*) Pheras in agro Laconico non reperies, ſed Pharim, teſte Stephano, qui inquit, [illegible]. Pauſanias in Laconicis, [illegible], conjungit. *Magnæ cum ob elegantiam actam vitam auctoritatis, tum.*) Vet. lib. Magnæ tum cum ob, ideſt magnæ eo tempore auctoritatis, alii: Magnetum, per vitium. *Eoque ipſo tempore Thoas Princeps gentis, quem miſerant ad Antiochum, redierat.*) Videndum eſt etiam, atque etiam, quid ſit, quod paullo ante dixit hoc eodem libro: Thoas Prætor Aetolorum Legatos cenſuit circa Reges mittendos: Democritus ad Nabin, Nicander ad Philippum: Dicaearchus frater Prætoris ad Antiochum eſt miſſus; nunc vero ab Antiocho Thoantem rediiſſe ait. Appianus quidem Thoantem Legatorum, qui miſſi ad Antiochum ſunt, principem facit, cum ait in Syrio: [illegible]. Qui locus me admonet ut hoc loco legam: Princeps legationis, quam miſerant ad Antiochum, *Nunc quoque inquit: Si modo vos quæ inchoaſtis.*) Qui ita interpungunt hæc verba, orationis initium à voce, ſi, ducunt, cum ſit ducendum à voce, Nunc: Sunt autem ita diſtingnenda verba, ut à voce, ſi modo, uſque ad vocem, exitum, parentheſi concludantur. *Quam Senatum Romanum cum Antiocho laniſtis Aetolis non ſine motu magno generis humani, & pernicie Græciæ dimicare.*) Antea legebatur cum Antiocho admiſtis Ætolis, quo pacto legitur in veteribus libris. Quamobrem non video, cur diſplicuerit hæc lectio Gelenio, & cur hoc loco metaphoram à gladiatoribus, & laniſtis ductam tantopere adamarit. *Omnia novare velle.*) Vet. lib. Novari. *Pro ſe quiſque revocare jubebant.*) Vet. lib. Revocari. *Eum totius gratiam rei apud Lacedæmonios laturum.*) Vet. lib. Eum potius, hoc ſenſu: Qui tyrannum interfeciſſet Lacedæmoniorum, tantum abfuturum, ut rem ingratam Lacedæmoniis faceret, ut gratiam potius ab illis iniret. *Peditum, equitumque ac navium.*) Vet. lib. Peditum, equitum, naviumque. *Suum conſilium meo interponet.*) Vet lib. in eo, ideſt in ea re aggredienda, & agenda. *Ponere haſtas equites Alexamenus jubet, & ſe intueri.*) Miratur Glareanus Alexamenum juſſiſſe, ut equites ponerent haſtas, cum tamen duobus poſt verſibus dicat: Jacentem equites confodiunt. Eſt autem accipiendum Ponere, non pro, abjicere, ſed pro, reclinare. Intellexit enim Alexamenus, erectas haſtas conſpectum ſui equitibus eſſe interſepturas, quos ſe intueri jubebat, tamquam quid ipſe facturus eſſet ignaros. Sic libro primo: Tullus Hoſtilius ſuos erigere haſtas juſſit, ne ſocios Albanos fugientes viderent. Non ergo eos juſſit haſtas abjicere, ſed invadendi cauſſa eas pectori apponentes ad ſe imitandum præſto eſſe. *Nec moviſſet ſe quiſquam, ſi extemplo poſitis armis vocata in concionem multitudo fuiſſet, & oratio habita tempori conveniens. Frequentes inde retenti in armis Ætoli ſine injuria cujuſquam.*) Ne hæc quidem inter ſe repugnant: Poſitis armis, & Retenti in armis, ut videtur. Hoc enim vult Livius: Ne ſe quiſquam Lacedæmoniorum moviſſet, ſi Alexamenus interfecto eorum tyranno arma poſuiſſet, & vocata multitudine in concionem orationem tempori convenientem habuiſſet. Retinuit ergo Ætolos in armis, ſed tamen ſine injuria cujuſquam. Itaque omnia in maturandam perniciem Alexameni, & ſociorum ſunt acta. *Occupata erat.*) Fuerat, ex Vet. lib. *Mictio.*) Mictio, ex Vet. lib. Hic ab Appiano dicitur [illegible]. *Cum Romanus ut integros increparet Magnetas.*) Procul dubio: Ingratos legendum eſt. Hoc elicitur ex ſuperioribus verbis his: Quintius quidem adeo exarſit ira, ut manus ad cœlum tendeas, Deos teſtes ingrati, ac perfidi animi Magne-

enectum ſovocaret. *Diutius alter, ſed ſegnior.*) Vet. lib. Diutior. *Sortes duæ urbanaque, & inter cives, ac peregrinos.*) Vet. lib. Urbana peregrinaque & inter cives, ac peregrinos; ego, urbana peregrinaque, reliqua enim gloſſema ſunt. *Minus quemptam ei claſſi.*) Vet. lib. Quemqoam. *Impetus relangueſcat Regie.*) Vet. lib. Elangueſcat. Sic paullo poſt: Non eſſe clangueſcendum. *Neque vindice libertatis ullo indigere.*) Vet. lib. Egere. *Jam inde à Barcillæ morte, & quæ ſecutæ eum fuerant.*) Vet. lib. Jam inde à Braccbillæ morte, & quæ ſecuta eam fuerant. *Maria, terras, inani ſonitu verborum.*) Vet. lib. Terraſque. *Aminander uxorem Apamiam Alexandri cujaſdam Megalopolitani habebat.*) Iiſdem prope verbis hanc rem perſequitur Appianus in Syrio: Uxorem autem Ava ei vocat. *Flymæos, & Caduſios.*) Caddufios. ſcribe, ſic enim Polybius lib. V. [illegible] *Ex legatorum ſermone potuiſſet apparere.*) Vet lib. Potuiſſe. *Eſt autem res ſimillima veræ Chalcidenſis hoſpitis mei.*) Idem Plutarchus in Flaminino, & in Apophthegmatis. *Templum eſt Apollinis Delium.*) Appianus in Syrio: [illegible]. *Sed expertæ toties, ſpectatæque Romanorum fidei credere.*) Vet. lib. Sed expertæ toties, ſpectatæque. *Nihil immo tam alienum rebus veſtris eſt.*) Vet. lib. Nihil tam vanum, immo tam alienum rebus veſtris eſt.

In Librum XXXVI.

M*A. Acilium Glabrionem Conſules.*) Plutarchus in Quinctio [illegible]. Appianus in Syria [illegible], Capitolini auctores M'. Æmilium Glabrionem vocant. *L. Valerium, ſi ita videretur pro Prætorem in provincia retinere.*) Vet. lib pro Prætore. *Duas decimas frumenti.*) Veter. lib. decumas. Recte. Hinc enim decumani dicti, qui decumas redimunt. Pedianus. *Qui Senatores eſſent, quibuſque ſententiam in Senatu dicere liceret.*) Sic locutus eſt libro XXXIII. Conſules, inquit, edixerunt, quoties Senatum vocaſſent, uti Senatores, quibuſque in Senatu ſententiam dicere liceret, ad portam Vapenam convenirent. Quid autem interfuerit inter eos, quibus licebat in Senatu ſententiam dicere, & Senatores, docet Feſtus his verbis: Qui poſt luſtrum conditum ex junioribus Magiſtratum cepere, in Senatu ſententiam dicunt, non tamen Senatores vocantur, antequam in ſenioribus ſint cenſi. Et Gellius his: Qui nondum à Cenſoribus in Senatum lecti erant, Senatores non erant, ſed quia honoribus populi uſi erant, in Senatum veniebant, & ſententiæ jus habebant. Nam & curulibus Magiſtratibus functi, qui nondum à Cenſoribus in Senatum lecti erant, Senatores non erant, & quia in poſtremis ſcripti erant, non rogabantur ſententias dicere, ſed quas principes dixerant, in eas deſcendebant. Hoc ſignificabat edictum, quo nunc quoque Conſules, cum Senatores in Curiam vocant, ſervandæ conſuetodinis cauſa, translatione utuntur: Senatores, quibuſque in Senatu ſententiam dicere licet. *Carthaginienſes tritici modium mille, hordei quingenta millia.*) Summa tritici mendoſe videtur eſſe, nam lib. XLIII. iidem Carthaginienſes tritici decies centum millia, hordei quingenta pollicentur. Idem ex ſumma etiam oblata à Maſſaniſſa & hoc tempore & illo poteſt intelligi. *Barcillæ.*) Brachillæ, ut ante dixi. *Per multa jam ſecula.*) Sæcula, cum diphtongo. In Capitolinis lapidibus: Ludi ſeculares. *Labente egregia quondam diſciplina gentis, & multorum eo ſtatu, qui diuturnus eſſe ſine mutatione rerum non poſſet.*) Ex hoc loco, quem depravatum eſſe cenſet Glareanus, hunc ipſe elicio ſenſum: Bœotiam cauſſas in ſpeciem iræ adverſus Romanos habuiſſe, Brachillæ necem & illatum Coronæ à Quintio bellum, re vera autem, quod per multa jam ſæcula publice, privatimque egregia quondam diſciplina gentis laberetur, atque is Reip. ſtatus, qui in multorum poteſtate eſt, qui diu conſervari non poteſt, niſi novarum ſæpe rerum motationes exſiſtant. *Ipſe cum omnibus terreſtribus copiis in Byllinum agrum procedes, inde Græciæ præſidebis, & ſpeciem Romanis trajecturum te præbens, &, ſi res popoſcerit, trajecturus.*) Glareanos Byllioninm legit, puto tamen Bylliovm ferri poſſe. Byllidis enim agrum intelligit, quæ Urbs in Illyrio maritima eſt, auctore Stephano: [illegible]. Hæc autem verba Græce ſic expreſſit Appianus in Syriaca: [illegible], & Plutarchus in Brutto: [illegible]. Idem Stephanus Bullinos populos eſſe ad Illyricum ait. *Niſi quod ad claſſem, copiaſque arceſſendas ex Aſia Polyxenidam miſit.*) Hoc ſic Appianus: [illegible]. *Itaque, qui ad tempus fortunam eſſet in conſilia habiturus, ex extemplo ad M. Bæbium pro Prætorem miſit.*) Hanc ſeotentiam ſic etiam vertit Appianos: [illegible], &c. *Occupat Pellinæum.*) Strabo lib. IX. [illegible] item vocat, at Stephanus: [illegible]. Inquit enim: [illegible]. *M. Bæbius interim cum Philippo in Daſſaritiis congreſſus Ap. Claudium ex communi conſilio ad præſidium Lariſſæ miſit, qui per Macedoniam magnis itineribus, &c.*) Appianus hæc ita: [illegible]. *Rex Chalcidem à Demetriade profectus amore captus virginis Chalcidenſis Cleoptolemi filiæ, cum patrem primo allegando, deinde coram orando fatigaſſet, invitum ſe gravioris fortunæ conditioni illigantem, tandem impetrata re, tanquam in media pace nuptias celebrat, & reliquum hiemis oblitus, quantas ſimul duas res ſuſcepiſſet, bellum Romanum, & Græciam liberandam, omiſſa omnium rerum cura in conviviis, & vinum ſequentibus voluptatibus, ac deinde ex fatigatione magis, quam ſatietate earum in ſomno traduxit.*) Hæx ex Polybii lib. XX. ſumpta ſuot, ſi Athenæo credimus, qui lib. X. ita ſcribit. [illegible]. Eadem ſcribit Plutarchus in Flaminioo. Porro autem, quod ait Livius, Allegando fatigat, id eſt, per Legatos ſolicitat. *Itaque principio veris cum per Phocidem Chæroneam, quo convenire omnium undique exercitum juſſerat, veniſſet, facile animadvertit nihilo ſeve-*

riore

riore diſciplina, quam ducem hibernaſſe.) Quærit Glareanus, quomodo ex Chalcide per Phocidem Chæroneam Antiochus venerit, quam autem quæſtionem ponit, non recte explicat; Chalcidem enim accipit Aetoliæ, non Eubœæ, parum ſcite. Eſſe autem legendum: Per Phocidem in Acarnaniam, cum Livius, tum Appianus oſtendunt. Livius paullo poſt ita: Rex præſidio Medione impoſito, & in quibuſdam aliis Acarnaniæ oppidis, Thyrium diſceſſit, & per Aetoliæ, ac Phocidis urbes Chalcidem rediit. Appianus etiam apertius ſic, ἀρχομένου δ' ἔαρος ἐμβαλὼν ἐς Ἀκαρνανίαν ἅπασαν μετὰ τῆς ὀργῆς τὰ πρῶτα ἀποκτείνων ... Item, ὑπαγαγόμενος δὲ ἄλλας τινὰς τῆς Ἀκαρνανίας, καὶ πολλὰ τῶν ... ἐς Χαλκίδα ἀνεζεύγνυ. (1) *Stratum Aetoliæ.*) Stephanus Stratum Acarnaniæ eſſe ait. *Romanæ claſſis, quæ cum Attalo.*) Lege, Atilio: Eſt enim A. Atilius claſſis Ro. præfectus. *Medeonem, & Tyrreum.*) Medionem habent lib. Vet. & recte, eſt enim Medion oppidum ad Aetoliam auctore Stephano, μεδίων πόλις πρὸς τῇ αἰτωλίᾳ. Item Thyrium ſcribendum eſt, quod eſt Acarnaniæ oppidum, teſte eodem, ἔστι καὶ θύριον ἀκαρνανίας, ἡ πόλις, οἱ ἰδίται θυριεῖς. *Peterentque ab eo, ut Medeonis ſuper tanta re conſultare in concilio Acarnanum pateretur.*) Veter. lib. Medios, habent. Aperte tamen legendum eſt: Medionius, inquit enim Stephanus cives Medionis oppidi eſſe μεδιωνίους. *In eam legationem Mneſilochus, & qui ejus factionis erant, collecti.*) Vet. lib. Conjecti, egregie. Sic eſt locutus lib. XLV. Tributum ſortirentur, in quam omnes, qui ſervitutem ſerviſſent, conjicerent: Eodem modo legendum eſt apud Ciceronem in V. Philippica: Totum denique comeſſationis Antonianæ chorum in tertiam decuriam judicum ſcitote eſſe conjectum, non collectum, ut vulgo legitur. *Thyrenſes.*) Thyrienſes, à Thyrio: Nam Stephanus ait gentem Θυριεῖς appellari. *In Daſſaretis congreſſi.*) Daſſaritis, quippe qui auctore Stephano aut Δασσαρήται, aut Δασσαρῆτοι vocantur *Bæbius Phacium eſt aggreſſus.*) Ante Philacium legebatur, eſt autem in Vet. lib. Phacium quod non probat Glareanus, quia nomen ſit æque, ac prius obſcurum. Stephanum enim non legit, apud quem eſt ita: φάκιον πόλισμα θεσσαλίας θουκυδίδης δ' ... ὁ ἰδίτης, φακιεύς. *Pheſtium eadem celeritate capit.*) φαιστὸς apud Ptolemeum. Itaque diphthongus apponenda eſt. *Cyretias hinc, & Eritium occupat.*) Eritium, inquit Glareanus, ubi reperias, vix equidem ſcio optime, non .n. Eritium, ſed Fricium eſt legendum, quod eſt ſupra Thermopylas auctore Stephano, φρίκιον ὄρος ὑπὲρ θερμοπυλῶν λοκρικὸν, ἀφ' οὗ φρικώνιοι καὶ φρικωνὶς οἱ αἰολεῖς οἰκήσαντες. *Per eos forte dies M. Acilius Conſul cum decem millibus peditum, duobus millibus equitum XV. elephantis mari tranſjecto, pedeſtres copias Lariſſam ducere delectos militum Tribunos juſſit.*) Hæc ſic vertit græce Appianus, ῥωμαῖοι δὲ ὑπὸ τοῦδε τοῦ ἔαρος ἐπέμποντο ... τὸ στρατὸν διεβίβασαν, καὶ πεζοὺς δισμυρίους ἐλέφαντάς τε ... ἐς Ἀπολλωνίαν ... ἐπὶ Θετταλίας ἐβάδιζον, καὶ τὰς πόλεις ἐξῄρουν τῶν πολεμίων. Non eſt autem menda apud Livium, qui non XX. millia peditum, ut Appianus, ſed X. millia, ſcribat. Etenim & ante, & poſt etiam duas tantum legiones primam, & tertiam adduxiſſe Acilium,

ait. *Et Philippus Megalopolitanus.*) Sic Appianus, καὶ τὸν μεγαλοπολίτην φίλιππον αἰχμάλωτον ἔλαβον. *Cætera multitudo Athamanum, aut militum Antiochi Regis, quæ in præſidiis deditorum per eos dies oppidorum fuerat, Philippo tradita Regi eſt, fuere autem ad tria millia hominum.*) Appianus ita, ἔλαβε δὲ καὶ τῶν ἀντιόχου ἐς τρισχιλίους. *In itinere ab Pieria, & Metropoli.*) Supra oſtendi, ab Pialia, & Metropoli eſſe legendum, auctore Stephano, urbem enim in Theſſalia quærimus Metropoli finitimam. *Ad ludibrium Regium eum conſultari juſſit.*) Legem ſine dubio ſententia poſcit. *Ita Athamania omnis in jus ditionemque Philippi conceſſit.* Appianus ita: Καὶ ὁ φίλιππος ἐς ἀθαμανίαν ἐμβαλὼν πᾶσαν αὐτὴν ... ἔλαβε ... ἐς ἀμβρακίαν. *Proernam inde recepit.*) Quia Strabo lib. IX. Πρόερναν edit, nihil muto, quamquam Stephanus Proarna neutro genere ſcribendum eſſe docet: Πρόαρνα πόλις μηλιέων, ... *Jam & ipſe eo decem millia fere peditum ex iis, qui poſtea venerant ex Aſia, expleta, & equites quingentos duxit.*) Appianus ita: γενομένων δὲ αὐτῷ, ... πεζῶν μυρίων, καὶ ἱππέων πεντακοσίων, ... τῶν συμμάχων θερμοπύλας κατέλαβε. *Ab Leucade.*) Vet. li. Ab Leucate: Sic Virg. Fervere Leucatanæ; item Leucatæ nimboſa cacumina montis. Sic alibi Livius. *Ante ſaltum Thermopylarum ſeptemtrionem verſus Epirus, & Perræbia.*) Epirum ante ſaltum Thermophylarum ad Septemtrionem eſſe, recte dictum eſſe, & ſine librorum menda, contra quam tradidit Glareanus, inde intelligi poteſt, quod Atticam à tergo ad meridiem, & Eubœam inſulam collocat. Reliqua deſcriptio Thermophylarum, quatenus aut Occidentem ſpectant, aut Orientem ex Polymnia Herodoti ſumpta eſt. Thermophylarum enim, inquit, quæ pars montis Occidentem ſpectat, invia, atque dirupta eſt uſque ad Oetam. Quæ autem Orientem, ea à mari excipitur. Ibi aquæ calidæ ſunt, quas Ollas indigenæ vocant, & ſupra ara Herculi extructa eſt, & murus, ſupra quem olim πύλαι, ideſt portæ erant, perſequitur deinde Leonidæ, & comitum Lacedæmoniorum mortem, qua locus ille nobilitatus eſt, ut paullo poſt ait Livius. *M. Porcium Catonem, & L. Valerium Flaccum Conſulares Legatos.*) Appianus, Plutarchus, & Cicero in Catone Tribunos militum appellant. Appianus ita: καὶ δύο τῶν χιλιάρχων μάρκον κάτωνα καὶ λεύκιον φλάκκον. Plutarchus de Catone: μετὰ καὶ ... χιλιαρχῶν. Cato apud Ciceronem: Quadriennio poſtquam Conſul fui, Tribunus militum depugnavi, apud Thermopylas M'. Acilio Glabrione Conſuli. *Inſtruit aciem Conſul arcta fronte ad naturam, & anguſtias loci.*) Appianus, ſic: ... καὶ μέσον ... ὡς λόχους ὀρθίους διῃρημένην. *Levis armaturæ partem ante vallum in primo locavit.*) Eodem modo inſtructam aciem fuiſſe ab Antiocho tradit Appianus, præterquam quod in dextro cornu jaculatores, in ſiniſtro elephantos collocatos fuiſſe ait, contra quam ſcribit hoc loco Livius; de Macedonibus autem pro Antiocho militantibus, non eſt, quod Glareanus dubitet, idem enim prodit Appianus his verbis: (2) καὶ ὁ βασιλεὺς τοὺς μὲν ψιλοὺς, καὶ πελταστὰς προμάχεσθαι τῆς φάλαγγος ἐπέταξεν, αὐτὴν δ' ἔστησε πρὸ τοῦ στρατοπέδου, ἐπὶ δεξιᾷ δ' αὐτῆς τοὺς σφενδονήτας, καὶ τοξότας ἐπὶ τῶν ... ὡς δ' ἐλέφαντας ... καὶ τὸ ... παρὰ τῇ θαλάσσῃ. Item: ἐπεὶ δ' αὐτὸς φιλοπόνως ἐπεχείρησε ... καὶ ... χω-

(1) Glareanus de Chalcide Ætoliæ dubitat, nihil aſſeverans, imò reprehendens.

(2) Glareanus non dubitat, ſed quoſdam miratos eſſe ſcribit.

[illegible Greek] &c. *Vallum haſtis præ ſe objectis fecerunt.*) Sariſſas Macedonicas intelligit. Sic enim Appianus: [illegible Greek]. *Rhodontiam.*) Vet. lib. Rhoduntiam, Græci item: [illegible Greek]. *Lilæum tamen eo die perſecuti ſunt hoſtem.*) In Vet. lib. legitur, Carpejam, Glareanus autem repoſuit, Lilæum, quod, ut ipſe ait, in eo itinere oppidum ſit, Carpeja nuſquam. Inſcire autem ipſum feciſſe, Appianus oſtendit, qui pro Carpejam Scarphiam edit his verbis: [illegible Greek]. Eſt autem Scarphia oppidum prope Thermophylas, ubi pugnatum erat, auctore Stephano: [illegible Greek]. *Nec præter quingentos, qui circa Regem fuerunt, ex toto exercitu quiſquam effugit, etiam ex X. millibus militum, quos, Polybio auctore, tranſjeciſſe ſecum Regem in Græciam ſcripſimus.*) Eadem ſumma eſt etiam apud Appianum: [illegible Greek]. *Romanorum centum L. interfecti.*) Appianus item ait, prope ducentos: [illegible Greek]. *Centum Eubœæ.*) Græci: [illegible Greek]. Itaq; diphthongus apponenda eſt. *Quæ noviſſima agminis erant.*) Vet. lib. Noviſſimi, perſpicue verum. *Atque ad Hydruntum Italiæ trajecit.*) Plutarchus, Brundiſium, & Tarentum ait tranſmiſiſſe in Catone: [illegible Greek]. Strabo autem lib. VI. tranſmiſſiones in Italiam è Græcia tres fuiſſe tradit, Tarentum, Brundiſium, & Rhegium. Plinius vero lib. III. ab Hidrunte in Græciam tranſitum breviorem ait eſſe, à Brundiſio vero longiorem illum quidem, ſed certiorem. *A flumine Aſoto.*) Ex Strabone, Herodoto, Sequeſtre, Aſopo, legendum eſt. *Laqueis, ut ſolet, exceptos declinabant ictus.*) Vitruvius lib. II. cap. XXIII. Alii laqueis captos arietes, per multitudinem hominum de muro in obliquum trahunt, & cum ipſis teſtudinibus evertunt. *Aſiduo labore urente.*) Vet. lib. Urgente. *Traditus inter ceteros Principes Ætolorum, & Damocritus, qui principio belli decretum Ætolorum, quo arceſſendum Antiochum cenſuerant T. Quintio poſcenti reſponderat; In Italia daturum, cum caſtra ibi Ætoli poſuiſſent.*) Idem Appianus ita: [illegible Greek]. *Et quia Lamia compoſita in tumulo eſt, tum regionem ea maxime deſpectat oppidum, qua breve intervallum videtur.*) Vet. lib. Polita eſt. Ceterum ſenſus, quem ex his verbis elicere Glareanus non poteſt, hic eſt; Et quia Lamia poſita eſt in tumulo, & oppidum deſpectat regionem maxime ea parte, qua breve intervallum eſt ad eam oppugnandam, & omnia ab illa parte in conſpectu ſunt, idcirco cum Rom. Heracleam, Philippus Lamiam oppugnaret, non pari labore afficiebantur. Romani enim ſupra terram opera agebant. Macedones ſubtus cuniculis oppugnabant. *Ita receſſum ab Lamia eſt, & propinquæ cladi Urbis ipſi ne quid ſimile paterentur, effugerunt.*) Lamia à Philippo oppugnata juſſu Conſulis liberatur, ut ipſa paullo poſt à Conſule, & ab exercitu Romano capiatur, & præda Romanorum ſit, non Macedonum. Quem ſenſum non percepiſſe Glareanum valde miror.

Phæneas Legationis princeps.) Græci, [illegible Greek]. *Prope dicentem interfatus Romanum. Non in ſervitutem, inquit.*) Vet. lib. ſatis docent, vocem huic orationi deeſſe, ſine qua vix ipſa conſiſtere poteſt. Ibi enim ita eſt: Prope dicentem interfatus Romanum Phenæas: Non in ſervitutem inquit. *Ut ad Coracem ventum, mons eſt altiſſimus inter Callipolin, & Naupactum.*) Callipolio in hoc tractu ſe legiſſe non meminit Glareanus. Itaque aut Callidromum, aut Chalcidem pro ea reponendum putat. Quam autem recte putet, oſtendit Appianus, qui ita inquit: [illegible Greek]. *Auditis Legatis extemplo profectus Quintius à Megalopoli ad Diophanem Prætorem Achæorum miſit.*) Merito videndum eſſe admonet Glareanus, quid ſit, quod eodem verſu Livius Quintium Chalcide fuiſſe, & à Megalopoli ad Prætorem miſiſſe dicat. Eſt enim intelligendum Chalcidem hanc non Eubœæ, aut Ætoliæ, ſed Corinthi oppidum fuiſſe. Quintium autem Megalopolim profectum ad Prætorem Achæorum Meſſenenſem oppugnantem miſiſſe. Itaque, Megalopolin, legendum eſt, non, à Megalopoli. Siquidem ſubdit Livius: Prætor circa Andaniam parvum oppidum inter Megalopolim, Meſſenemque poſitum Quintio occurrit. De Chalcide Corinthia ſcribit Stephanus, itaque paullo poſt ait Quintius: Corinthum ad ſe venirent. *Diophanem Pr. Achæorum.*) Diophanem. Plut. in Quinctio. [illegible Greek]. *Pecunia pactus inſulam Achæis tradidit.*) Vet. lib. Pecuniam pactus, perſpicue verum. *Ceterum ſicut teſtudinem.*) Apologus hic narratur item à Plutarcho, & in Quint., & in Apophthegmatis Quintii. *Dolopiam, Aperantiam, & Perrabiæ quaſdam Civitates.*) Aperantia quæ regio ſit, ſe ignorare fatetur ingenue Glareanus, ſuſpicari autem corruptum nomen eſſe. Videtur autem non legiſſe Stephanum ſcribentem ita: (3) [illegible Greek], neque Plutarchum in Quintio, ubi hujus facti meminit ita: [illegible Greek]. Ita paullo poſt Livius: Athamaniam, Perræbiam, Aperantiam, Dolopiam. Eadem regio memoratur apud Thucydidem etiam, & Strabonem, & alios. *Manu tamen annuit, quid in ſe opis eſſet.*) Veteres lib. Abnuit, ideſt, manu negavit, quidquam in ſe opis eſſe, Plutarchus: [illegible Greek]. *Ad ludos, quos pro-Prætor in Hiſpania inter ipſum diſcrimen pugnæ voviſſet.*) Sic ſupra lib. XXXV. P. Scipio pro-Prætor Luſitanos aggreſſus eſt. In diſcrimine pugnæ ludos Jovi, ſi fudiſſet, cecidiſſetque hoſtes, pro-Prætor vovit. *Juventutis ædem in Circo Maximo.*) Juventatis lego: Sic enim Cicero in Bruto: Ludis Juventatis, quos Salinator Senenſi prœlio voverat. Deæ etiam Juventatis meminit in primo Libro Livius. *M. Cornelio, T. Sempronio Coſſ.*) P. Sempronio lege, ex ipſomet Livio, & Capitolino Conſulatu. *Cherſoneſum petit, ut ea loca ſi forte terra venirent Romani, præſidiis firmaret.*) Appianus ita: [illegible Greek]. *Samum, Zacynthumque, quia partis Ætolorum maluerant eſſe depopulatus.*) Vet. lib. Tamen, Zacynthomque: Ego Samen. De Same inſula ſupra copioſe

(3) Hoc loco ait, videri ſibi Glareanum non legiſſe, ſuperius autem aſſeveranter ait Glareanum non legiſſe Stephanum, Quid ſi Glareanus legit, aliquando, non tamen meminit omnium, quæ in eo legit.

ſe dictum eſt. Sic enim Virgilius etiam ea Homero: Sameque, & Nemotoſa Zacynthos. Livius autem Præfectus claſſis Zacynthum populatus eſt, ſorte, quod neſcitet, eam ab Achæis Romano Populu Quinctio ipſo agente conceſſam. Quod paullo ante ſactum eſſe ſcripſit. *A Piræeo A. Atilius traditis ſucceſſori quinque & XX. navibus tectis Romam eſt profectus Livius una & LXXX. roſtratis navibus.*) Hæc ſic Appianus: λίβιος δὲ ὁ φύλαξ τῆς ἰταλίας ἐπὶ τῇ ναυαρχίᾳ αἱρεθεὶς ἀτιλίῳ διάδοχος αὐτίκα ταῖς τε ἰδίαις ναυσὶ, αἳ τὴν ἰταλίαν περιέπλεον, καὶ παρὰ καρχηδονίων αὐτῷ τινὶ δοθείσαις, καὶ συμμαχίσιν ἄλλαις ἐς πειραιᾶ κατήχθη, καὶ τὰ ἐκ' ἀτιλίου σκάφη παραλαβὼν ἕνδεκα καταφράκτους ὀγδοήκοντα, καὶ μία, ἑπομένων μὲν ἀφράκτους πεντήκοντα ἰδίας καὶ ἐπὶ καταφράκτων καὶ τὸ δ' ἂν ἄμεινο. *Tertio die C. navibus, quarum LXX.*) Vereor ne ſit legendum, CC. navibus, quia ſcribit Appianus: ἀπαντῶν δ' αὐτοῖς ὁ πολέμαρχος τῶν ἀντιόχου πολεμαρχίδας διακοσίαις ναυσὶ ναυφρακτοις παρὰ πολύ. *Phanas portum Chiorum.*) Promontorium ait eſſe Stephanus: φάναι ἀκρωτήριον τῆς χίου. *Obviæ fuere iis V. & XX. tectæ Rhodiæ naves cum Pauſiſtrato Præfecto claſſis.*) Appianus VII. & XX. fuiſſe ait: ἔνθα αὐτοῖς ῥοδίων νῆες συμμαχίδες ἦλθον ἑπτὰ, καὶ εἴκοσιν. Idem Pauſiſtratum, vocat ναυσίμαχον. *Ad Canas claſſis venit.*) Stephanus: κάναι πόλις αἰολίδος ἄκρα ἐς γραβὰν, ὃ καὶ κανὰ, κάναι λέγονται. *Poſtero Prr. creati.*) Vet. lib. Poſtero die Prætores creati.

In Epitomen Libri XXXVII.

EUmene Rege Attali Pergameni filio.*) Vet; libri Eumene Rege Pergami Attali filio. *Quæ cum Antiocho bellaverat.*) Vet. lib. Debellaverat, recte. *Cognomine fratri coæquatus.*) Libri veteres, Exæquatus.

In Librum XXXVII.

QUod Laurentibus carnis, quæ dari deberet; data non fuerat.*) Dubitat Glareanus, ne quid vitii ſit in voce, Carnis, neq; enim legit Priſcianum, qui libro VI. citatis his Livii verbis libro hiſtoriarum ab Urbe Condita XXXVII., oſtendit: Carnis in recto caſu etiam recte dici, præterea idem habet: Quæ dari debet, non deberet, quæ lectio eſt etiam vetuſtorum librorum. (4) *Medio ferme diei.*) Veter. lib. Medio ferme die. *Jam in ſinum Maliacum venit.*) Si L. Scipio expoſito Apolloniæ exercitu per Epirum, atque Theſſaliam in Ætoliam venit, ut & ſuperiore verſu ait Livius, & paullo poſt, cum inquit: Ab Ampiſſa Theſſaliam repetendum eſt, quemadmodum in Maliacum ſinum venerit atq; ante in ſinum venerit, quam Hypatam, neque enim mari veniſſe in ſinum ea verbis Livii intelligi poteſt, neque item ex Appiano, qui ita ait: πάντως δ' ὑπατίαν ἀφικόμενος ἐς αἰτωλίαν μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ τὸ μαλιεῦ τέμενος παραλαβὼν, ὡς μὲν ἐν αἰτωλίᾳ πολιορκουμένων. Ex his autem locis, quæ hoc loco nominata ſunt, Sinus Maliaeus eſt ſupra Eubœam inſulam. Hypata eſt oppidum Theſſaliæ, ſiquidem eſt in Perræbia Theſſaliæ regione. Amphiſſa Locrorum Ozolorum non longe à Naupacto. Cum ergo Scipio per Epirum, & Theſſaliam in Ætoliam veniret, nuncios Hypatam, ut ſe dederet, præmiſit, & re infecta ducit Amphiſſam Ætulorum, inde ab ejus obſidione, inquit, Theſſaliam repetit, ut per Macedoniam, & Thraciam duceret exercitum in Aſiam. Hæc eum ita ſint, apparet non in ſinum Maliacum, qui ſupra Eubœjam eſt, Scipionem veniſſe, ſed in finem Maliacum, Eſt autem Malea oppidum in Perræbia Theſſaliæ, Livio ipſo auctore; itaque lib. XLII. ait: Per Theſſaliam, & Malienſem agrum cum exercitu contra ſœdus Delphos iſti. Stephanus illos μαλιεῖς, hos μαλιώτας, vocat, ſic enim ſcribit μαλιεῖς πόλις ὁμώνυμος τῷ μαλιεῦσι. ὁ πολίτης μαλιεύς. ἐςὶ καὶ μαλιακὸς κόλπος. λέγονται καὶ μαλιῶται: Poſt autem, μάλος πόλις μία τῶν μαλιέων. τὸ ἐθνικὸν οἱ μάλιοι, οἱ δ' ἐν θετταλίᾳ μαλιεῖς. καὶ διὰ τὸ ἄλλοι ἀμφοτέροις μαλιεῖς. γίγνεται καὶ ἀπὸ τοῦ μάλου μαλιεύς, καὶ μάλις ἡ χώρα. Ut autem hic dixit Finem Maliacum, pro, Fines, ſic libro XXXIV. Finem Piſanum. Fecit autem illuſtris fama ſinus Maliaci, ut rudes librarii, Sinum Maliacum, pro Finem ſcripſerint. *Cum tribus millibus peditum, & quingentis equitibus Conſul veniebat.*) In priore numero vitium eſt. Dixit enim paullo ante Conſuli in ſupplementum data eſſe Civium Romanorum peditum tria millia, equites centum, ſocium nominis Latini quinque millia, equites ducentos. Et poſt; Ad quinque millia voluntariorum ea Romanis ſociiſque, qui emerita ſtipendia ſub Imperatore P. Africano habebant, præſto fuere euunti Conſuli, & nomina dederunt. Quo fit, ut non tria, ſed tredecim millia ſecum duxerit. Equitum etiam numerus auctus eſt, quod edixit, ut milites, qui in Brutiis cum A. Cornelio proPr. eſſent, adeſſent, XII. etiam millia ſecum adduxiſſe M'. Acilium, qui ante ſe rem geſſerat, ſcripſit. *Itaque & Hannibalem in Syriam miſerat ad Phœnicum accerſendas copias.*) Appianus ita: Ἀντίοχος δὲ τοὺς ἐν τῇ ναυμαχίᾳ πυθόμενος, ἀννίβαν ἔστελλεν ἐπὶ συρίας ἐς νεῶν ἄλλων ἐκ τε φοινίκης, καὶ κιλικίας παραπομπήν. *In portum, quem vocant Achæorum.*) Sic Appianus: καὶ σκηνὰς μὲν αὐτῷ, καὶ φόρτον, καὶ ὁ αἰχμαλώτων λιμὴν, καὶ τινὰ ἄλλα προσέδωκεν. *Eleunts.*) Elæunte, ſic enim Græci. *Pygela portum tenuit.*) Steph. πύγελα πόλις ἰωνίας. *Quinq; tantum naves cum duabus Cois effugerunt, terrore flammæ micantis via ſibi inter confertas naves facta.*) Septem, non, quinque, edit Appianus, καὶ αὐτῶν ἑπτὰ μόνον, αἱ τε τῶν ἔμπρον, ὡς αὐτὸν διὰ τὴν φλόγα φοβούμενοι, ἔφυγον. *Cymæ, aliæque ejuſdem oræ urbes.*) Veter. lib. Cyma: Item Appianus, κύμη, καὶ ὅτε τῇ δὲ τῇ ἀκρωτήρια αὐτῶν, καὶ σάμος, καὶ κύμη πρὸς ἀντίοχον μετέθεντο. *Eumenes Eleam venit.*) Appianus, ἰδὼν ἀμύνειν τε ἐλαίαν τὸ τὰς ἀρχὰς ἐπεπέμπει ἔπλει. *Inde ad Macrin, (quam vocant) inſulam tranſjecit.*) Macrin Eubœam dictam eſſe auctores ſunt Strabo, Stephanus, Dionyſius τὸ περιηγήσεως: Eſſe præterea alteram inſulam Macrin inter Cycladas tradit Euſtathius in Dionyſium his verbis, ἐλέγετο δὲ μάκρις, καὶ κυκλάδων μία ἡ ἴκαρος, ἀφ' ἧς ὀνομάζουσι τινὲς ἀρχαῖοι, καὶ τὸ ἰκάριον πέλαγος. *Clauſumque jam mare commeatibus Italicis erat.*) Vet. lib. Id mare. *Obviam à Livio.*) Vet. lib. Ab Livio. *Sive enim abſcedant.*) Vet. lib. Si enim, probo: Nam ſequitur; Sin autem. *In Thelmeſſicum profecti ſinum.*) Vet. lib. Telmiſſicum, & Græci τελμισσὸν oppidum vocant. *In Bargylletico ſinu.*) In Veter. lib. eſt. In Bargilyam, & Icoſon. mendoſe illud quidem, verum ita tamen, ut appareat, Bargyliaco eſſe legendum. Græci enim βαργυλία, & βαργυλιακὸν κόλπον vocant *Arcemque regni Pergamum ducis oppugnandum.*) Vet. lib. Oppugnandam. *Quæ ad tranſitum Helleſponti eſſent.*) Opus eſſent, malim, ſic enim ſu-

(4) Hic ruſſus ait, Glareanum non legiſſe Priſcianum, cùm tamen Glareanus admoneat hoc loco lectores, ne quid mutetur eſſe antiquum nominativum Carnis pro Caro. Hic Glareanus juſtam cauſam invehendi haberet, ſi non majoribus curis animum dediſſet.

ſupra. Helleſpontum petebat, ut ad tranſitum exercitus præpararet quæ opus eſſent, & infra: Præparare, quæ ad tranſitum Helleſponti opus eſſent. *Non ſtratos, non infrenatae magna pars habebant equos.*) Supra infrenatum poſuit, pro eo, qui careret freno, cum ſcripſit libro XXI. Equites frenatos, & infrenatos ut hoc loco infrenatos pro frenatis poſuit, ut paullo poſt infrenare pro frenare: Equos non ſternere, non infrenare, aut conſcendere facile poterat. *Secutus effuſos, quoad totum fuit.*) Legendum, quoad tutum fuit, ſic paullo poſt: Inſequi, quoad putarent tutum, juſſit. *Agrum opulentum, quem vocant Thebes campum, carmine Homeri nobilitatum.*) Homerus Iliados: [illegible]. Multos alios verſus afferre poſſum, quibus Thebes Homerus ita meminit, ut vere Livius nobilitatam ab eo fuiſſe dixerit. *Per eoſdem dies forte Eleam ex Achaja mille pedites cum centum equitibus Diophanes omnibus his copiis præpoſito, acceſſerunt.*) Appianus ita: [illegible]. *Præſidium mille armatarum.*) Vet. lib. Trium millium. *Philippum, & Nabin hoſtes & bello ſuperatos ab T. Quintio, tamen in Regno relictos.*) Perſpicue apparet legendum eſſe: Ut bello. Ut autem pro Quamvis accipiendum, cum ſequatur, Tamen. *Vel victam ſemel claſſem vincere iterum.*) Vet. lib. Iterum vincere. *A ſua parte belli.*) Abs ſua, & item, ab Samo, es Vet. lib. *Myonnſus promontorium eſt inter Tejum, Samumque.*) Teum legendum eſt ex Vet. lib. & Græcis. Stephanus ita: [illegible]. Item: [illegible]. *Eudamos Rhodius.*) Eudorum hunc vocat Appianus. *Aptius viſum eſſet Romanis, in eum portum, qui ante Urbem eſt, claſſem tranſire.*) Veter. lib. Claſſe. *Ab Romanis octuaginta naves pugnabant, ex quibus Rhodiæ duæ & XX. erant. Hoſtium claſſis undenonaginta navium fuit.*) Appianus: [illegible]. Quibus ex verbis apparet apud Livium, quinque & viginti, legendum. Qui error ex nota numeri emanavit, V., & II. *Quadraginta duabus navibus in ea pugna amiſſis, quarum tredecim captæ in poteſtatem hoſtium venerunt; ceteræ incenſæ aut demerſæ. Romanorum duæ naves fractæ ſunt, vulneratæ aliquot. Rhodia una capta memorabili caſu.*) Hæc ſic Appianus: [illegible]. *Rhodia una capta memorabili caſu. Nam cum roſtro percuſſiſſet Sidoniam navem, anchora ictu ipſo excuſſa è nave ſua, unco dente, velut manu ferrea injecta, alligavit alterius proram, inde tumultu injecto, cum divellere ſe ab hoſte cupientes inhiberent Rhodii, tractum anchorale, & implicitum remis latus alterum deterſit, debilitatam ea ipſa, quæ icta cohæſerat, navim cepit.*) Qui loci hujus ſententiam aſſecuti non ſunt, quæ lectione vetere continebatur, ii dum emendare conati ſunt, penitus deformarunt, alii autem: Tractum anchorale: alii, tracta Anchora, & implicita remis, ex ingenio repoſuerunt. Cum ſit in Vet. lib. omnibus: Tractu anchorali, & implicitum remis latus, hoc ſenſu: Rhodia navis, inquit, una capta memorabili caſu. Nam cum ipſa roſtro percuſſiſſet Sidoniam navem; anchora ictu ipſo è nave ſua Sidonia excuſſa, unco dente, velut manu ferrea alligavit Rhodiæ proram, & cum inde divellere ſe tumultu injecto cupientes Rhodii inhiberent, tractu anchorali latus alterum Rhodiæ navis remis implicitum deterſit. Ita debilitatam Rhodiam navem Sidonia, quæ ante à Rhodia percuſſa cohæſerat, cepit. Eſt igitur hæc tota oratio referenda ad rectum illum caſum; Anchora, quæ & alligavit proram Rhodiæ navis, & tractu anchorali latus ejus alterum remis implicitum deterſit. Duo enim ſignificat incommoda ab illa anchora eſſe illata, alterum ab unco dente, quo alligata Rhodiæ prora eſt, alterum à loris, quibus anchora tenetur, à quibus remi alterius lateris ejuſdem navis deterſi, atque reciſi ſunt. Hunc etiam ſenſum expreſſit Appianus ita: [illegible]. *Artaraten.*) Ariarathen. Græci enim [illegible]. *Direptis ante portum navibus, cum confeſſionem conceſſi maris ultimam hoſti expreſſiſſet.*) Lege, Directis; ea enim & Veterum librorum lectio, & is fuit mos, ut victores in conſpectu eorum, qui victi eſſent, inſtruerentur, & eam confeſſionem victoriæ ab hoſte elicerent. Itaque libro priore ait: Iis adjunctis Epheſum hoſtem perſecuti, ante oſtium portus acie inſtructa ſteterunt. Poſteaquam confeſſionem victiæ ſatis expreſſerunt &c. *Rhodios parte prædæ, & ſpoliis decoratas.*) Vet. lib. Rhodios, & decoratos. *A Chalcide Oreum petentem.*) Appianus, à Chalcide Demetriadem, habet: [illegible]. *Alexandriam Troadem.*) Appianus [illegible] vocat. *Non ſolum frenis, ſed etiam jugo accepto.*) Plutarchus aliter in Apophthegmatis: Non ſolum freno, ſed etiam inſeſſore; alluſit autem ad apologum equi, de quo Ariſtoteles lib. II. Rhetoric. Plutarchus autem ſic: [illegible]. *Recepit ſe tranſgreſſus Phrygium amnem, circaque Magneſiam, quæ ad Sipylum eſt, poſuit caſtra.*) Appianus ita: [illegible]. *Cn. Domitius ad explorandum iter.*) [illegible], hunc appellat Plutarchus in Apophthegmatis. Sic enim inquit: [illegible]. *Conſul Achæorum cetratis immiſtos auxiliares Eumenis tria millia ferme peditum æquata fronte inſtruxit.*) Glareanus hunc locum, ut obſcurum, notavit; itemque Achæos auxiliares, & cetratos Pergamenos interpretatur, quo ſenſu nullus fœdior eſſe poteſt, cum cetratos Achæos, Pergamenos Eumenis auxiliares accipere debeamus, interprete Appiano: [illegible]. *Triballos, & Cretenſes.*) Vet. lib. habent, Tralles, & Cretenſes. Appianus: [illegible]. Glareanus tamen & hoc libro, & lib. XXVII., pro Trallos, & Tralles, utrobique Triballos reponit, ſcilicet, quia ignorat Stephanum ita ſcribere: [illegible]. Puto autem apud Appianum eſſe mendoſe: [illegible], pro [illegible]. Siquidem Tralliani ſunt è Trallibus oppido Lydiæ, eodem Stephano auctore. Ergo & hic, & paullo poſt vetus lectio retinenda eſt, & Tralles legendum, invito Glareano. (5) *Sexdecim elephantos poſt triarios in ſubſidia loca-*

ve-

(5) Glareanus in ea acie Tralles legit, at in interpretamento dubitat, ut ſolet.

verunt.) Vet. lib. XV. Appianus certum numerum non apponit, paucos tamen fuiſſe ait: τὸς δ' ἐλεφάντας ἃς εἶχεν ἐκ Λιβύης οὐδένα νομίζων ἔσεσθαι χρήσιμον, ὀλιγωτέρους τε ὄντας καὶ βραχυτέρους, ὡς Λίβυας, ἰνδῶν ὄπισθεν ἔταξε. *X. & VI. millia peditum more Macedonum armati fuere, qui Phalangitæ appellabantur. Hæc media acies fuit in fronte, in decem partes diviſa.*) Appianus: Ἀντιόχῳ δ' ἦν ὁ στρατὸς ἅπας ἑπτακισμύριοι, καὶ αὐτοῦ τὸ κράτιστον ἦν ἡ φάλαγξ Μακεδόνων ἄνδρες ἑξακισχίλιοι, καὶ μύριοι, ἐκτεταγμένοι ἐν μέσῳ δίχα ἀνὰ χιλίους, καὶ ἑξακοσίους ἐς δέκα μέρη. *Ad latus dextrum Phalangitarum mille & quingentos pedites Gallogræcorum oppoſuit, his tria millia peditum loricatorum (cataphractos ipſi appellant) adjunxit; addita his ala mille ferme equitum, Agema eam vocabant.*) Satis conſtat, ſi ſententiam ſequi auctoris volumus, quingentos equites, & tria millia equitum, eſſe legendum. Quin etiam, equiribus ab uttaque parte Gallogræcis phalangem clauſam, atque munitam fuiſſe ttadit Appianus his verbis: ταύτης μὲν δὴ τὸ πεζὸν αὐτίκα. ἑκατέρωθεν δ' ἑκατέρωθεν αὐτὴν παρατεταγμένων, γαλατῶν τῶν καταφράκτων, καὶ τῆς λεγομένης ἄγημα τῶν Μακεδόνων. ἀπὸ δὲ καὶ οὗτοι ἱππεῖς. καὶ τοῦτ' αὐτὸ ἄγημα λέγεται. οἱ μὲν ἐξ ἴσου τῆς φάλαγγος ἐπὶ ἑκατέρωθεν.

Quæ eadem verba, & quid ſit Agema, docent, & nibil buic lnco deeſſe, cnntra quam cenſet Glareanus, probant. *Agema eam vocant. Medi erant lecti viri.*) De Agemate Arrianus, & Curtius, qui de rebus Alexandri ſcripſerunt, item Suidas ita: Ἄγημα τὸ τάγμα τῶν βασιλικῶν ἐλεφάντων, καὶ ἵππων, καὶ πεζῶν. οἱ δὲ τὸ ἄριστον τῆς μακεδονικῆς στρατιᾶς ὅπλοις καὶ σώματι ἐκλεκτόν. Livius lib. XLII. Delecta, & viribus, & robore ætatis ex omni cetratorum numero duo erant agemata, hanc ipſi legionem vncabant. *Argyraſpides à genere armorum appellabantur.*) Appianus item: ἱππεῖς ἀργυράσπιδες. Diodorus tamen in Alexandro nnn equites, nt Appianns, ſed pedites nominat: τὸ τῶν ἀργυρασπίδων τάγμα διαφέρον τῇ τε τῶν ὅπλων λαμπρότητι, καὶ τῇ τῶν ἀνδρῶν ἀρετῇ. *Dahæ deinde equites ſagittarii.*) Veteres libri, Dacæ. Appianus item: ἱπποτοξόται τε ἐπὶ τοῖσδε ἵπποι Δααι. *Duo millia & ſeptingenti Myſi ſagittarii adjuncti erant.*) Vet. lib. Sagittarii, recte. Appianus enim Myſos ſagittarins vocat, æque atque Dacas: ἱπποτοξόται τε ἐπὶ τοῖσδε ἵπποι Δάαι, καὶ Μυσοί, καὶ Ἐλυμαῖοι. At Elymæos etiam ſagittarins vocat Livius. *Ab lævo cornu phalangitis adjuncti erant pedites.*) Equites legendum, ut ſupra. *Et ſimiliter his armatæ duo millia Cappadocum ab Ariarathe miſſa Rege.*) Appianus: καὶ καταφράκτους τοὺς ὁ ἱππεῦσιν ἀριαράθης. *Inde auxiliares miſti omnium generum.*) Appianus: καὶ μιγάδες ἄλλοξενοι. *Et tria millia cataphractorum equitum.*) Appianus: κατάφρακτοι ἐπὶ τοῖς δ' ἵπποι. *Et mille alii equites regia ala levioribus tegumentis ſuis, equorumq;.*) Regiam alam, ἑταιρικὴν, ideſt amicorum, & ſodalium vocat Appianus; inquit enim: καὶ ἡ ἑταίρων ἵλη ἑταιρικὴ ὁ πλευρᾶς κόσμος. Arrianus libro ptimo vncat: τῶν ἑταίρων τὴν βασιλικὴν ἴλην. *Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ.*) Quærit Glareanus, quem equitatum intelligat Livius hoc locn. Huic egn reſponden, equites nmnes intelligi, quos paullo ante in lævn cnrnu Rex collncavit, Gallogræcos, Cappadoces, Miſſos, Cataphractos, Regiam alam, hincque etiam perſpici, Gallogræcos equites, non pedites, eſſe legendum. *Cameli, quos appellabant Dromadas.*) Appianus: Ἄραβες οἱ καμήλους ὀξυτάτας ἐπικαθήμενοι τοξόται. *Gladios habentes tenues, longos quaterna cubita.*) Appianus: καὶ μαχαίρας ἔχοντες πλατείας τετραπήχεις. *Inde Neocretes mille, & eodem armata Cares, & Cilices.*) Appianus: πρὸ δὲ στρατοπέδου, καὶ πολλοὺς ἐς τὸν πρὸ τῶν πρώτων ἐπιλεγομένους. *Primi Tarentini.*) Sic lib. XXXV. Et tum omnium primum agmen cnnſtituit, dein Cretenſes auxiliares, & quns Tarentinos vocabant, equites binos ſecum trahentes equos, ad prima ſigna miſit. De iiſdem Tarentinis equitibus meminit etiam Ælianus de inſtruendis aciebus. *Rex ipſe in dextro cornu erat, Seleucum filium, & Antipatrum fratris filium in lævo præpoſuit, media acies tribus permiſſa Minioni, & Zeuſidi, & Philippo magiſtro elephantorum.*) Appianus: ἡγεῖτο δὲ τῶν μὲν δεξιῶν ἱππέων αὐτὸς Ἀντίοχος. τῶν δ' ἀριστερῶν Σέλευκος ὁ υἱὸς Ἀντιόχου. τῇ δὲ φάλαγγι Φίλιππος ἐλεφαντάρχης. καὶ τοῖς προμάχοις Μένδις τε, καὶ Ζεῦξις. Hinc egn: Mendi, Zeuxidi legn. *Et humor toto fere gravi armotu.*) Hanc rem ſic expreſſit Frnntinus, lib. IV. L. Scipio Stratag. in Lydia cum die, ac nncte imbre continuo vexatum exercitum Antiochi videret, nec homines tantum, aut equos deficere, verum arcus quoque madentibus nervis inhabiles factos, exhnrtatus eſt ſuos, nt pnſtero quamvis religinſn die, committeretur prœlium, quam ſententiam ſecuta victoria eſt. *Auxilia enim ſubſidiaria, quæ proxima.*) Vet. lib. auxilia enim, ſubſidiaque, quæ proxima. *Et pila inter turbatos conjecere.*) Vet. lib. Et pila in perturbatos. Recte, dixit enim pauIln ante: Ibi ſimul perturbati ordines. *Cum ſolutis ordinibus velut cæci ſuper alios alii ruerent, & incurſu belluarum obtererentur.*) Vet. lib. Super alios alii tuentes incurſn belluarum obtererentur. *Ad quinquaginta millia peditum.*) Appisnus: πεζῶν πεντακισμυρίους. *Romanorum aliquot vulnerati ſunt, ceciderunt plus CCC. pedites, quatuor viginti equites, & de Eumenis exercitu quinque & viginti.*) Quinque & decem edit Appianus: ἐφάνησαν δὲ νεκροὶ ῥωμαίων μὲν τῶν ἐξ ἄστεος ἱππέες εἴκοσι καὶ τέσσαρες, καὶ πεζοὶ στρατιῶται μάλιστα, ἐκ δ' Εὐμένους στρατοῦ, ἱππεῖς δὲ πεντεκαίδεκα μόνοι. *Ab Thyatira.*) Stephanus neutro genere efferri hanc vocem ait: eodemque modo Appianus, & ceteri uſurparunt. Itaque ab Thyatiris legendum eſſe videtur, niſi Srephanus muliebri genere proferri poſſe ſubſignificaret. *Cum S. P. Q. R. pacem comprobaverint.*) Vet. libri Comprobaverit. *Adverſa pugna in Vacetanis.*) Vet. lib. in Vaſtetanis. Strabo lib. III. meminit etiam in Hiſpania τῶν Βαστητανῶν. *L. Æmilii pro-Prætoris.*) Cum in nmnibus libris legatur, pro-Conſulis, emendavit tamen Glareanus, pro Prætoris, nt alias ſæpe, ſine canſſa, ſiquidem ait Plutarchus in vita ejus, hunc cum imperio Conſulari in Hiſpaniam profectum eſſe, neque tamquam Prætorem ſex faſces, ſed duodecim, ut Conſulem attuliſſe: ἐπὶ τὸν τῆς πόλεμον ὁ αἰρεθεὶς ἐξεπέμφθη στρατηγός, οὐχ ἓξ ἔχων πελέκεις, ὅσους ἔχουσιν οἱ στρατηγοῦντες ἀλλὰ προσλαβὼν ἑτέρους τοσούτους ὥστε τῆς ὑπατικῆς γενέσθαι τὸ ἀξίωμα. Ita Cic. lib. ptimn de Leg. L. Gellius ex Prætura pro-Coſ. in Galliam miſſus eſt. *C. Valerius, C. F. Tappo.*) Tappus ex lapid. Cap. *Cum ceteri centurias non expleſſent.*) Nnn explere centurias eſt, (quod ſe ignorare Glareanus fatetur) centuriarum legitima ſuffragia non conficere. *Et in eum ſuppl. mentum ſcriberet.*) Vet. li. Et in ejus ſupplementum. *Et ut ſupplementum ſcriberet.*) Vet. li. Et ut in ſupplementum ſcriberet. Sic ubique Livius. *L. Plautius Hypſeus.*) Hypſæus ex nummis argenteis, & Græcis libris. *L. Bæbius Dives Hiſpaniam ulteriorem.*) Vet. lib. L. Bæbius Dives nlteriorem, recte, præceſſit enim Hiſpania citerinrem. *Spem magnam in poſterum amplificandi regni faciebat.*) Vet. lib. Ampliandi. *L. Aruncuiejum, L. Æmilium Paulum.*) Hic non eſt

Tom. III.

L. Æmilius Paullus L. F. in Hiſpania pro-Conſul, ſed L. Æmilius Paullus M. F., de quo meminit in anno DXLIX. *Certare pio certamine cujuslibet bonæ artis, ac virtutis aaſi ſamus cum parentibus quæque Civitas, & conditoribus fuit.*) Obſcurum hunc locum, & fere vitiatum eſſe non ſcripſiſſet Glareanus, ſi Priſcianum legiſſet, virturem bujus loci oſtendentem lib. XVII., ubi de diverſis perſonis agit, ot Virgil. Divellimur inde Iphithus, & Pelias mecum. *Extra eundem Telmiſſam, & agrum.*) Vet. lib. Extra euodem Telmiſſum, & caſtra Telmiſſium, & agrum. *Id cum ægre paterentur tot nobiles, novum ſibi hominem tantum præferri, P. Sempronius Gracchus.*) Veteres lib. Novum ſibi hominem præferri, tantum P. Sempronius, hoc ſenſu: cum tot nobiles ægre ferrent honorem novi hominis, nemo tamen, niſi Tribuni pleb. duo diem ei dixerunt. *C. Sempronius Rutilius.*) Rutilus ex ratione cognominum. *Cenſores T. Quintius Flamininus, M. Claudius Marcellus creati.*) Hunc Marcellum Marcelli quinquies Conſulis filium fuiſſe tradit Plutarch. in cenſura Quintii. *Quod L. Æmilius in Hiſpania proſpere Remp. geſſiſſet.*) Vet. lib. Quod L. Æmilius Paullus in Hiſpania proſpere rem geſſiſſet. *Mare pacatum erat devicto Antiocho, cogitantique Fabio cui rei potiſſimum inſiſteret, ne otioſam provinciam habuiſſe videri poſſet, optimam viſum eſt in inſulam Cretam trajicere.*) Senſus poſtulat, ut legas: Cogitanti itaque Fabio. Cujus erroris cauſſa perſpicua ſatis eſt. Sic ſæpe alias.

In Epitomen Libri XXXVIII.

TEctoſagos.) Tectoſagas, ut poſt dicam. *Et cum eo loca, quæ tenent, occupaveruntq; referuntur.*) Vet. lib. Et quando loca, quæ tenent, occupaverint, referuntur. *Acta per ſe cauſſa.*) Vet. lib. Pro ſe. *A Petilio Actico Tribuno pl.*) Vet. lib. A Q. Petillio Tribuno pl. *Quod præda cum Antiocho capta ærarium fraudaſſet.*) Vet. lib. Præda ex Antiocho. *Poſtquam is dies venit, evocatus in roſtra.*) Vet. lib. Poſtquam dies venit, is evocatus in roſtra. *Qui antea Scipionibus inimicus erat.*) Vet. lib. Fuerat. *Cum populus Quæſtores in bona ejus publice poſſidenda miſiſſet.*) Lege: Cum Prætor Quæſtores; ſic enim Livius: In bona deinde L. Scipionis poſſeſſum publice Quæſtores Prætor miſit. *Sed neqaſquam tantum in ærarium redactum, quanta ſummæ erat damnatus.*) Voces illæ, In ærarium, delendæ ſunt, neque enim in Vet. libris reperiuntur, neque apud Livium, cujus hæc verba ſunt libro hoc extremo. *Quæ neceſſitati ei erat ad cultum retcata.*) Lege ex veteribus libris, & ex ipſomet Livio, cujus hæc verba ſunt: Quæ neceſſaria ei erant ad cultum, redempta.

In Librum XXXVIII.

PArs una Heracleam.) Acarnaniæ Heracleam intelligit, cujus meminit Stephanus. Trachin dicta Λακεδαιμονίων κτίσμα Strabo. *Nihil ne bellum haberent, priuſquam pæne in conſpectu hoſtis erat, præmeditati.*) Vitioſa ſententia eſt hæc ſine dubio. Quid enim ſibi vult: Priuſquam pæne in conſpectu erat? Ego mentem Scriptoris ſecutus legendum cenſeo: Nihil ne bellum haberent prius (nam pæne in conſpectu hoſtis erat) præmeditati, hoc ſenſu: Miſerunt Legatos ad tentandam pacem Romam, nihil præmeditati, ne bellum haberent prius, ideſt priuſquam pax tentaretur. Quod ipſum imminebat. Nam hoſtis in conſpectu pæne erat, quod M. Fulvius in Epirum exercitum trajecerat. *In arietes tollenonibus libramenta plumbi, aut ſaxorum, ſtipiteſque robuſtos incutiebant.*) Quo pacto tollenonibus libramenta plumbi, aut ſaxorum, aut ſtipitum jecerint in arietes, vix ſe intelligere ait Glareanus. Non dubito vero, quin planiſſime intellecturus ſit, ſi quemadmodum adverſum arietes proſint culcitræ, laquei, lupi, & columnæ graviores, à Vitruvio didiciſſet, & Livius lib. XLII. Arietem admotum libramento plumbi gravatum ad terram urgebant. *Cumulus repente terræ eminens.*) Vet. lib. Tumulus repente terra eminens. *Quamdiu rem traherent.*) Vet. lib. Quod diu rem traherent. *Tyrrheon.*) Vet lib. Tyrrheum. *Succedent murum.*) Vet. lib. Muris. *Imperium, majeſtatemque Populi R. gens Ætolorum conſervato ſine dolo malo.*) Clauſula eſt hæc fœderum, de qua ſic Cicero pro Cornelio Balbo: Adjunctum illud etiam eſt, quod non eſt in omnibus fœderibus. Majeſtatem Populi R. comiter conſervent, id habet hanc vim, ut ſit ille in fœdere inferior. Nam cum alterius Populi majeſtas conſervari jubetur, de altero ſiletur, certe ille Populus in ſuperiori conditione cauſſaque ponitur, cujus majeſtas fœderis ſanctione defenditur. *Obſides XL. arbitrata Conſulis Romani dato.*) Vet. lib. Romanis, quod placet, quia præceſſit: Corcyræorum Magiſtratibus ſine dolo malo tradantur. *T. Quintio, Cn. Domitio Coſs.*) L. Quintio, lege ex ipſomet Livio, & Capitolinis Conſulibus. *Aeniade.*) Oeniadæ, ex Thucidide, Stephano, ut ſupra. *Attalum igitur fratrem accerſit.*) Vet. lib. Fratrem ejus, ideſt Eumenis. *Hieram comen.*) Stephanus: Ἱερακώμη, δῆμος Λυδίας. *Hujus amnis fontes Celenis oriuntur. Celenæ arbe caput quondam Phrygiæ fuit.*) Celænas, addita diphthongo, ſcribendas eſſe, Græcorum ſcriptura oſtendit. Loquitur autem de fontibus Mæandri fluminis, de quo eadem Solinus cap. XLIII. Ex arce Celænarum Mæander amnis caput tollit, qui recurrentibus ripis flexuoſus inter Cariam, & Joniam præcipitat in ſinum, qui Mileſum dividit, & Prienem. *Et Marſyas haud procul à Mæandri fontibus oriens in Mæandrum cadit.*) De hoc flumine, quod ad hunc locum pertinet, egregie Q. Curtius lib. III. Media illa tempeſtate Celænarum mœnia interfluebat Marſyas amnis, fabuloſis Græcorum carminibus inclytus. Fons ejus ex ſummo montis cacumine excurrens in ſubjectam petram magno ſtrepitu aquarum cadit. Ceterum quandiu intra muros fluit, nomen ſuum retinet; at cum extra munimenta ſe evolvit, majore vi, ac mole agentem undas Lycum appellant. Eadem Strabo lib. XII. de Marſya. *Ad Gordiutichos.*) Stephanus: Γορδιούτειχος πόλις Μίδου κτισθεῖσα ἀπὸ τοῦ παιδὸς Γορδίου. Ideſt Gordiutichos urbs Midiæ condita à Gordio; nam pater Gordius Gordium urbem condidit. Quod cum ita ſit, ergo ineptiſſime Glareanus, qui Gordiutichos populos eſſe arbitratus eſt, & Orcaorcos emendandum eſſe cenſuit. (6) *Ad Tabas tertiis caſtris perventum. (In finibus Piſidarium poſita eſt Urbs, in ea parte, quæ vergit Pamphylium mare.)* De Tabis ſic Stephanus: Τάβαι πόλις Λυδίας. οἱ δὲ φασὶ τὴν Κιβύραν καὶ μέσσων αὐλαῖς, ἡ μὲν κτίσαι Κιβύραν πόλιν, ἡ δὲ Τάβας. *Tum quoque equites in agmen Romanum eruptione facta haud modice primo impetu turbavere.*) Equites

(6) Imò Glareanus Gordiutichos probat, ſed Gordiuticos negat ſe intelligere.

tes rectus eſt caſus. Tabenſium autem equites intelligit. Sic paullo poſt: Apparuere eum magno tumultu hoſtium equites, nec turbarunt tantum ſtationes Romanas repente invecti. Hoc dixi, quia hac de re laborare valde Glareanus videtur. *Haud procul Cibyra erant, nec Legatio ulla à Moagete tyranno Civitatis ejus.*) Moagetem tyrannum Cibyræ extremum fuiſſe ſcribit Strabo lib. XIII. ὁ ὑστάτῳ τυράννῳ αὐτῶν ἐπὶ μοαγέτου ὁ δ' τυραννὶς αὐτῶν ἦν. *Præter Cibyram Sylcum.*) Steph. σύλλον πόλις φρυγίας, τοῖς σπηρονίδαις. *A Cibyra per agros Sidenſium.*) Sida maritimum eſt Pamphyliæ oppidum, Sinda Piſidiæ mediterraneum, neque à Cibyra valde remotum, auctore Strabone lib. XII. & XIII. Itaque Sindenſium, non Sidenſium legendum. *Præter Caralitin paludem.*) Hujus paludis meminit Strabo lib. duodecimo non longe ab Iconio, quod eſt in Lycaonia, de qua tamen ſe nihil legiſſe ait Glareanus. (7) *Ad Mandrupyum manſerunt.*) Vet. lib. Mandropum. Vereor ne Mandropolis ſit, de qua Stephanus, μανδρόπολις φρυγίας πόλις. *Ad Lyci fluminis fontem.*) Cum antea legeretur, Lyſis, atque ita in omnibus manuſcriptis libris legatur, Glareanus tamen emendavit, Lyci, quam recte, ipſe viderit. Ego potius veterem Scripturam retinendam cenſeo. *Termeſenſes eo tempore.*) Antea legebatur Thermenſes, à Termeſo autem Termeſenſes correxit Glareanus. Ego autem veterem hoc etiam loco Scripturam tueor; id autem ut faciam pervetuſtum quoddam decretum, quod Romæ viſitur, me impellit, in quo ita eſt: QUEI THERMENSES MAJORES PEISIDÆ FUERUNT, QUEIQUE EORUM LEGIBUS THERMENSIUM MAJORUM PISIDARUM ANTE K. APRIL. QUÆ FUERUNT L GELLIO, CN LENTULO COSS. THERMENSES MAJORES, PISEIDÆ FACTI SUNT &c. Eſt autem Termeſus urbs Piſidiæ, Strabone, Stephano, Euſtathio auctoribus. *In agrum Saligaſſenum, dracolunt Piſidæ.*) Stephanus item, σαγαλασσὸς πόλις πισιδίας. Contra Ptolomæus in Lycia ſtatuit, pro Livio eſt Arrianus lib. primo: ἐς δὲ σαγαλασσὸν ὁ μικρὰ πόλις πισίδαι δὲ καὶ ταύτην ᾤκουν. *Ad Beundos, quod vetus appellant.*) Beudos legendum, Ptolemæus enim βεῦδος παλαιὸν vocat. *Ad Mæandri fontes.*) Vet. lib. Ad Alexandri; Glareanus ad Mæandri reſtituit. Ego ad Alandri, non enim vidit Glareanus, ſi ad Mæandri fontes Conſul iret, eum regreſſurum, non progreſſurum fuiſſe. Jam autem finibus Toliſtobojorum vicinus erat, inter quos paullo poſt meminit Livius fluminis Alandri. *Ad XX. millia ſeceſſione facta à Brenno in Thraciam iter averterunt.*) Suida eandem hiſtoriam recitat in voce: γαλάται, οἳ δὲ ἐπὶ θρᾴκην, καὶ τὴν ἀσίαν ἐστράτευσαν ἀμφὶ τοὺς διό, καὶ μαλιστά τε καὶ αὐτοὶ μυριάδας δύο, καὶ ἀριστεύσαντες τῷ πολέμῳ τούτων μικρῷ τῷ ἐπὶ αὐτὸ τὸ ἄκρον, ἀσιανὸν γενῶν τὰς μὲν ἄλλας ὑποτελεῖς ἐποιήσαντο ὅρα, αὐτοὶ δὲ ἀντιπέρα τοῦ ἄλυος ποταμοῦ χωρία κατέσχοντο ἐνίμοτο τὰ μεταξὺ βιθυνῶν τε καὶ καππαδοκῶν χωρία. *Toliſtobogiorum.*) Vet. lib. Toliſtobojorum, recte ſic Stephanus: πολιστόβιοι ἔθνος γαλατῶν ἑσπερίων μεταναστάντων ἐκ τῆς κελτογαλατίας εἰς βιθυνίαν. Item Appianus in Syriaca, γαλάται οἱ ἴδιον ὀνομάζονται, καὶ τρόκμοι, καὶ πολιστόβιοι, Iidem tamen Toliſtobogii etiam dicti ſunt. *Cum Lomnorio, ac Lutario regulis.*) Vet. lib. Lonorio: Strabo, Leonnorio, quo pacto legendum eſſe puto. Ejus hæc verba ſunt, ubi de Aſiaticis Gallis loquitur lib. XII. ἀρχηγὸς δὲ μάλιστα αὐτῶν τῆς περαιώσεως εἰς τὴν ἀσίαν γενέσθαι λεοννόριον. *Tectoſag.*) Apud Græcos hi populi modo Tectoſagæ, modo Tectoſages vocantur, ut apud Appianum, & Strabonem: Item Stephanus ait: τεκτόσαγες, ἔθνος γαλατικὸν ἐν ταῖς περὶ ἄλπεις χωραῖς, καὶ τεκτόσαγαι. In vet. lib. etiam non Tectoſagi legitur, ſed Tectoſages. *Semel primo congreſſu ad Aliam eos olim fuderunt, majores noſtri ex eo tempore per ducentos jam annos pecorum in modum conſternatos cædunt, fugantque.*) Loquitur de Alienſi clade: Itaque lege, ut eſt in vet. lib. Semel primo congreſſu ad Aliam olim fuderunt majores noſtros ex eo tempore &c. In priore autem membro, ſubaudiuntur Galli, in poſteriore, Majores noſtri. *Magis vereor, ne.*) Veter. lib. Magis id vereor, ne. *Generoſius in ſua quidquid ſede gignitur.*) Aſſentior Florebello legenti: Quidque. *Ad aliatos caſtra poſita.*) Steph. ἀλιαττὰ χωρίον βιθυνίας. *Eo miſſi ad Epoſſognatum redierunt, & Legati compulſi reguli orantes.*) Vox, Compulſi, non eſt in vet. lib. ut ſit, Legati miſſi ad Epoſſognatū, & Legati reguli Epoſſognati eo redierunt. *Et ipſum in eam gentem iturum, & Epoſſogn tum.*) Vet. lib. Et ipſum in eam gentem iturum Epoſſognatum. *Tymbreti fluvio.*) Vet. lib. Thymbri: Græci etiam, ut Strabo, ut Stephanus, θύμβριν ποταμὸν nominant. *In Propontidem ſe effundit.*) Loquitur de Sangario flumine: Itaque malim legi in Pontum, quam in Propontidem: Sic enim Arrianus lib. 1. ὡς δὲ σαγγάριος ἀρχὰς ἔχει ἐν φρυγίᾳ αὐτὸς αὐτὸν δὲ διὰ τῆς θρᾴκης τῆς βιθυνῶν χώρας ἐξίησιν ἐς τὸν εὔξεινον πόντον. Ita Euſtathius in Dionyſium. *Tranſgreſſis ponte perfecto flumen, præter ripam euntibus Galli Matris magnæ à Peſſinunte occurrere cum inſignibus ſuis, vaticinantes &c.*) Hanc hiſtoriam ſic expreſſit Græce Suidas, γάλλος ὁ ἐκτομίας ἀρχιερεὺς ἐγένοντο τὸν συγγραφέα τότε καὶ εἶχεν κοῖλον ὄντα καὶ διαβαίνων, καὶ παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν στρατευομένων παραγίνονται γάλλοι παρ' ἀττιδὸς καὶ βαττάκου τῆς ἐν πεσσινοῦντι ἱερέως τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἔχοντες πρὸς τῇ ἰδίᾳ καὶ τύποις, φαινομένοι προσαγγέλλειν τὸν θεὸν νίκην καὶ κράτος, ὡς ὁ γναῖος φιλανθρώπως ἐδέξατο. *Tria maria pari ferme diſtantia intervallo habet. Helleſpontum ad Sinopem, & alterius oræ litora, qua Cilices maritimi colunt.*) De Gordio Urbe loquitur, de qua ſic Curtius lib. III Gordium Sangarius amnis interfluit pari intervallo Pontico, & Cilicio mari diſtans. *Tectoſages.*) Tectoſagas, ut ſupra. *Orgiaco, & Colombolomanus.*) Legendum Ortiagon, ex Vet. lib. Floro, eo, qui ſcripſit de Viris illuſtribus, & Suida, inquit enim: ὀρτιάγων γαλάτης, &c. *Olympum montem petere.*) Hoc in bello crebra eſt mentio Olympi montis, ad quem victi Toliſtobogii ſunt, pro quo Didymum reſtituendum eſſe cenſet Glareanus. Quam vere autem ita cenſeat, oſtendit Appianus in Syriaca, ubi hujus belli meminit ita: μαλιστά δὲ γαλάτας τοὺς πολιστοβίους ἀναφυγόντας ἐς τὸ μεῖστον ὄλυμπον ἐπιμόχθως τοῖς ἔργοις ὑπερβάς ἐπελθὼν ὀλίγους, ἐως ἀνεῖλον. *Et Triballi Thraces.*) Vet. lib. Et Tralli, & Thraces, recte, neq; enim aſſentiendum eſt Glar., qui pro Trallis Triballos invexit, quos Illyriorum eſſe populos ſupra docuimus. *Nunc etiam per vias, per invia.*) Perſpicua menda eſt in voce, Nunc, pro qua lib. vet. habent, ruunt. *Ancyram nobilem in illis locis Urbem.*) Sic Suidas in voce γαλάται. ἐπὶ γαλάτας ἐστρατεύσαντο ῥωμαῖοι τοσούτοις ἀντιόχῳ τῷ ἐπὶ τῷ σιπύλῳ μάχης, καὶ στρατεύσαντες νικῶσι περὶ πόλιν ἄγκυραν πάλαι σφῶν ἡγεμόνων

(7) Glareanus non dixit, ſe nihil de ea legiſſe, ſed haud ſcire, ſi unquam de ea quid legerit, ſæpè legimus, ſed non meminimus.

[illegible], &c. *Aliæ ſunt pacis conditiones.*) In Vet. lib aliis, Ictæ, aliis, Jactæ. Ego, Dictæ, quia ſubjungit: Finis rei, quia abſentibus ducibus imponi non poterat. Sic paullo poſt: Eo & ab Antiocho Legati, & ab ipſis Gallis, ut pacis leges dicerentur. *Tectoſagi, & Trocmi.*) Vet. lib. Tectoſagæ. *Ariarathis Cappadoces, & Morzi auxiliares.*) Morzis, videtur eſſe legendum, fuit autem Morzes Rex Paphlagoniæ, & Ariarathes Cappadociæ. Quamobrem auxiliares Murzis Paphlagones intelligit. Sic lib. XXXVII. auxiliares Eumenis Pergamenos intellexit, ideſt, auxilia, quæ ſecum ad bellum Romanum, aut Eumenes adduxit, aut Morzes. Hoc dico, quia utroque in loco hæret Glareanus, hoc autem etiam turpius, quod Morzi an populi ſint ambigit, cum tamen Strabo lib. XII. Paphlagonum fuiſſe Regem, & ejus regiam fuiſſe Gangra, cui Dejotarus ſucceſſerit, tradat his verbis: [illegible]. (8) *Quatuor ſoli præteriti ſunt, nemo curuli uſus honore.*) Hæc verba vertit ſic Plutarchus in Quintio: [illegible]. *In Cephalleniam.*) Duplicandam eſſe in hac voce literam ll docet Euſtathius in Dionyſium his verbis: [illegible]. *Obſides inde imperator pro viribus inopes populi vicenos Neſiotæ, Cranonii, Palenſes, & Samei dederunt.*) Cum in omnibus ante libris legeretur, Vicenos autem Cranonis, emendatum eſt, Vicenos Neſiotæ, Cranonii, ut quatuor qui fuiſſe dicuntur Cephalleniæ populi redderentur. Quorum tres omnium conſenſu fuerunt Cranii, Pallenſes, Samæi, quartum Thucydides lib. II. [illegible], vocat, Strabo lib. X. [illegible] nominat, pro quibus Neſiotæ reſtituti ſunt. Cranii certe à Cranio, ut ait Stephanus, non Crannonii à Crannone, legendum eſt. *Sed triplex ſcutale crebris ſuturis duratum.*) Hunc locum citat Priſcianus lib VI. ex libro T. Livii ab Urbe Condita XXXVIII. iiſdem verbis, ut de hac lectione, de qua alii laborarunt, laborandum eſſe non videatur. *Porticus ex eo pecunia Megalopoli permiſſu Achæorum refecta eſt, quam Lacedæmonii diruerant.*) Vet. lib. Porta, habent. *Ager Belbinates.*) Belbinitis ſcribendum, auctore Stephano, qui ita ſcribit: [illegible]. *Diſciplina Lycurgi, cui per octingentos annos aſſuerant.*) Admonuit Glareanus, videri legendum eſſe ex Chronicis Euſebii, per ſeptingentos annos, quam lectionem reperi quoque in Vet. libris. *C. Cantinius.*) C. Atinius, ex aliis Livii locis, ut ſupra in Tribunatu plebis ejuſdem. *In provinciam ad exercitum redire.*) Vet. lib. Et ad exercitum. *Eo anno in ædem Herculis ſignum Dei ipſius ex decem virorum reſponſo, & ſejuges in Capitolio aurati ab Cn. Cornelio poſiti, Conſulem dediſſe inſcriptum eſt.*) Hoc totum dubium eſſe ait Glareanus, quia nec Conſulis nomen expreſſum eſt, nec annus, cum tamen utrumque falſum ſit, ſi, quod omnino faciendum eſſe videtur, à P. Cornelio, legeris, ut intelligamus P. Cornelium Naſicam, qui biennio ante Coſ. de Bojis triumphavit, hoc demum anno ſejuges dedicaſſe, curaſſe tamen inſcribendum: Eos à P. Cornelio Conſule eſſe datos, ideſt, dum Conſul eſſet, non poſtquam Conſulatu abierat. Cognomen autem reticuit, quia ejus Conſulis recens memoria erat. Quod de aliis Corneliis Conſulibus multis ante annis non ita procederet, errandi etiam cauſſa perſpicua eſt, à P. ab inde duplicata litera c, ut prænominis nota exiſteret. *Hiſpanis legiones ſingulæ.*) Lege, Hiſpaniis, quia ſubdit: Quæ tum in iis provinciis erant. *C. Valerius Tappo.*) Tappus, ut jam ſæpe dixi, ex Capit. lapid. *Ex Valerii plebiſcito.*) Vet. lib. ex Valerio, quod placet, ut enim lex Valeria, ſic Valerium plebiſcitum. Ita apud Gellium, Atinium plebiſcitum. *Apergа L. Manlio fratre cum IV. millibus militum Oroanda & miſſo*, & poſt: *Qui tum forte ab Oroandis redibat.*) Oenoanda urbs eſt Pamphyliæ auctore Stephano: Strabo mendum habet lib. XIII. extremo, [illegible], cum ſit legendum [illegible]. Appianus lib. IV. [illegible] nominat cum autem hic Pamphyliæ alia, Lyciæque oppida nominentur, profecto Oenoanda legendum, non Oroanda, quæ inter Gallogræcos eſſe ſupra traditum eſt. *Neve navigato citra Calycandrum, neve Sardo... promontoria.*) Calycadnum legendum eſt, ex Strabone, & Appiano in Syriaca, cujus in hoc fœdere narrando hæc verba ſunt, [illegible]. De Sarpedone item Strabo. *De Hannibale Pœno, & Ætolo Thoante, & Mnaſimacho Acarnane, & Chalcidenſibus Eubulo, & Philone dedendis.*) Vet. lib. Eubulida: Egregie; ſic enim lib. priore: Thoantem quoque Ætolum dedetia, & cum eo Mnaſimachum Acarnana, & Calcidenſea Philonem, & Eubulidam. Quo in nomine laboravit Glareanus. *Circa templum Bendidium.*) Vet. lib. Mendidium: At Strabo meminit ſacrorum Bendidiorum apud Thracas lib. X. [illegible]. Glareano tamen Mendidium placet. *Thrauſi gens & ipſa Thracum.*) [illegible] vocat Stephanus eoſdem, quos [illegible]. *Et ſupra cetera Aemulus.*) Vet. lib. Super, ideſt, ultra. *Parietes, poſteſque nudatos, quos adorent, ad quos precentur, & ſupplicent Ambracienſibus ſupereſſe.*) Vet. lib. Quos adorent, ad quos precentur & ſupplicent Ambracienſes non ſupereſſe. Quæ lectio probatur, quia ſententiam Ciceronis reddit, quæ eſt in Divinatione: Seſe jam ne deos quidem in ſuis urbibus, ad quos confugerent, habere, quod eorum ſimulacra ſanctiſſima C. Verres ex delubris religioſiſſimis ſuſtuliſſet. *Ne Conſule inimico Romam veniret.*) Vet. lib. Rediret. *De omnibus his conſultum Senatum, populumque juſſiſſe.*) Particula Que, vacat, ex vet. lib. Senſus eſt: Bella ſuperiora omnia auctoritate Patrum juſſu populi eſſe ſuſcepta, neque ea ante a populo juſſa eſſe, quam Patres auctores ſint facti. *Velut avium examina ad crepitum primum miſſilium avolavere.*) Vet. lib. Velut apium examina, ut lib. IV. Fumove victi, velut examen apum inermẽ cedetis hoſti. *Oblivio deorum capiat pectora veſtra.*) Vet. lib. Noſtra. *Sed cauſſam apud vos P. C. accuſantibus meis ipſe Legatis dico.*) Vet. lib. Accuſantibus me his Legatis. Quod probo, neque .n. Legatos decem ad conſtituendam provinciam miſſos à Senatu imperator ſuos Legatos appellaverit. *Ea de illis quoque, qui Aſiam incolunt, exiſtimetis Gallis remota univerſæ gentis infamia.*) Vet. lib. Ea de illis quoque, qui Aſiam incolunt, exiſtimetis: Gallos remota

(8) Glareanus ait reguli nomen eſſe, non populi.

mota univerſæ gentis infamia atque invidia per ſeipſos æſtimare. *In ſollemnibus verbis habent.*) Malim, Urbis. *P. Scipioni Africano (ut Valerius Antias auctor eſt) duo Quintii Petilii diem dixerunt.*) Appianus item in Syriaca, duos Tribunos plebis tradit, καὶ δύο δήμαρχοι δωροδοκίας αὐτὸν ἐγράψαντο, καὶ προδοσίας, & Plutarchus in Catone Petillios, [illegible], & in lib. apophtheg. [illegible], ex quibus locis intelligi poteſt, Petilios duob. ll eſſe ſcribendum, ut eſt etiam in Capit. lapid. alter enim eorum Q. Petilius Spurinus nono ab hinc anno eſt Prætor, & paullo poſt in Conſulatu moritur. *Locris Pleminianum tumultum.*) De quo lib. XXIX. *Morientem jure eo ipſo loco ſepeliri ſe juſſiſſe, ferunt.*) Rure, malim. *Nonquæ ab Antiocho modo pecuniæ factæ forent.*) captæ, malim. *Huic rogationi primo Q. & L. Nummii intercedebant.*) Primo, abeſt à Vet. lib. Porro autem, Mummii, lego, quæ gens notiſſima eſt, L. quidem Mummius decem ab hinc annis Prætor eſt. *Omnes Tribus, uti rogaſſet, juſſerunt.*) Uti rogas, ut jam ſæpe admonoi. *Ceterum ad hunc nimis æquum, aut iniquum Prætorem reus extemplo factus L. Scipio.*) Fieri reum ad Prætorem, pro apud Prætorem dictum eſt, Svet. in Tiberio: Fannium Cæpionem reum Majeſtatis ad juvenes fecit, & condemnavit. Sic lib. XL. Perſeum ad patrem accuſavit. *Et ad Portam Capenam mulſum proſecutis funus dediſſe.*) Mulſum [illegible] vocat Plutarchus, cum hanc eandem rem tradit in lib. Apophth. [illegible]. *Ab eadem fiducia anni, cum Quæſtores pecuniam ex ærario contra legem promere non auderent, popoſciſſe claves, & ſe ærarium aperturum dixiſſe, qui ut clauderetur effeciſſet.*) Plutarchus ſic hoc in Apophtheg. [illegible]. *Cum L. Scipio, & accuſatus damnatus ſit.*) Veteres libri: Et accuſatus & damnatus ſit. *Cum à porta recte ad forum ſe contuliſſet.*) Recta, ex Vet. lib. *Hæc enim Gracchus queritur.*) Vet. lib. ipſe Gracchus. *Hæc de tanto Viro, quamquam & opinionibus, & monumentis literarum variarent, proponenda erant.*) Vet. lib. Quam & opinionibus, ideſt, dicendum fuit, quemadmodum de tanti Viri rebus his Scriptores inter ſe diſcordarent. Mirabile enim videri vult, auctores in tam illuſtris Viri rebus prodendis non idem ſcripſiſſe. *Ut in carcere inter fures nocturnos, & latrones Vir clariſſimus includatur.*) Vet. lib. In carcerem. *Et in robore, ac tenebris exſpiraret.*) Valerius lib. VI. Cap. III. Quin etiam familiares Gracchorum, ne quis Reip. inimicis amicus eſſe vellet, de robore præcipitati ſunt. Feſtus: Robur quoque dictus eſt in carcere is locus, quo præcipitatur maleficorum genus, quod ante arcis robuſteis includebatur. *Non paſſurum inter hoſtes Populi Rom. L. Scipionem in carcere, & in vinculis eſſe.*) Voces illæ L. Scipionem, videntur vacare, initio enim hujus periodi poſitæ ſunt, L. Scipionem, qui Regem opulentiſſimum Orbis terrarum devicerit, qui plurimos duces hoſtium in triumpho ductos carcere incluſerit, non paſſurum inter hoſtes Populi Romani in carcere, & in vinculis eſſe.

In Epitomen Libri XXXIX.

A Cenſoribus L. Valerio Flacco, & M. Porcio Catone vir & belli, & pacis artibus maximus motus eſt Senatu L. Quintius.) Lege M. Porcio Catone, viro & belli, & pacis artibus maximo, in has enim ejus laudes digreditur hoc libro Livius, ubi de cenſura ejus loquitur, quæ laudes L. Quintio nec tribuuntur, nec tribui jure poſſunt. *Quod cum Galliam provinciam Conſul obtinuerat rogatus à Philippo Pœno.*) Vet. libri Rogatus in convivio à Philippo Pœno. *Pollentia, & Piſaurum.*) Potentia, ut poſt dicam. *Cujus origo inde venit.*) Vet. lib. Indefluxit.

In Librum XXXIX.

Circumſeſſi & expugnati ſunt.) Et, vacat, ex Vet. lib. *Qui in agrum Piſanum, Bononienſemq; ita incurſaverant, ut coli non poſſent.*) poſſet, Vet. lib. *Subactis cis Apenninum omnibus, tum tranſmontanos adortus, in his, & Friſinates Ligures erant, quos non adierat C. Flaminius.*) Veteres libri Friniates habent, non Friſinates. Legi tamen non poteſt, Friniates, quod ii & cis Apenninum fuerint, & à Flaminio ſubacti ſint, ut paullo ante ait Livius. Quare puto legendum eſſe Briniates, ſunt enim tranſmontani, teſte Livio lib. XLI, ubi de Liguribus populis verba facit, ita: Cis Apenninum Garuli, Lapicini, & Hercates, trans Apenninum Briniates fuerant. Sunt autem hæc Ligurum populorum nomina apud Livium: Apuani, Briniates, Celelates, Cerdiciates, Epanterii, Friniates, Garuli, Hercates, Iluates, Ingauni, Intemelii, Lapicini, Statellates. Item: Montani, Alpini, Tranſmontani, Cis Apenninum, Trans Apenninum. De Apuanis, & Montanis ita Cato in Fragmentis, quæ dicuntur eſſe Originum: Ad Macræ fontes eſt Apua oppidum, Apuanos Ligures vocant. Montanos vero omnes Ligures, qui à Macra in Nicæam effunduntur. Apuani ab Arno ad Macram; & C. Sempronius ita: Pars Apennini à Nicæa ad fontes Macræ Ligures Montanos alit, à fontibus vero Macræ ad fontes Tiberis Apenninum colunt Ligures Apuani; & paullo poſt: Ab Nicæa ad Macram tenent Ligures Montani, à Macra ad Arnum, & Portum Ligurnum Ligures Apuani, quos ſequuntur Ligures Etruſci Populonii, à quo ad Tiberim ſunt Etruſci Ligures Tyrrheni; & Livius lib. XL. Adortus à Piſis Apuanos Ligures, qui eorum circa Macram fluvium incolebant, in deditionem accepit. Item Montanorum Ligurum vineæ cæſæ. De Ingaunis & Epanteriis libro XXVIII. extremo ſic ait Livius: Inde ad oram Ligurum Alpinorum claſſem admovit, Ingauni, (Ligurum ea gens eſt) bellum ea tempeſtate gerebant cum Apanteriis montanis. De Iluatibus autem lib. XXXII. De Ingaunis, & Intemeliis lib. XL. De Celelatibus, & Cerdiciatibus lib. XXXII. De Statellatibus lib. XLII Poſtremo Sempronius omnem oram maritimam uſque ad Tiberim, Liguriam dictam eſſe tradit. *Viam à Bononia perduxit Arretium.*) Loquitur de Conſulibus C. Flaminio, M. Æmilio, quorum illum viam à Bononia Arretium, hunc à Placentia Ariminum ait perduxiſſe. Cujus loci memini, quia aliter Strabo prodidit lib. V. Flaminium à Roma per Etruriam Ariminum, Lepidum ab Arimino Bononiam, atque inde in

Aquilejam: verba ejus ſunt hæc: ἄλλα δ' ἐστὶ αἰμύλα ἐνδεχομένα τῶν ὁπλισμῶν. ἀπονεμόντων γὰρ αὐτοῖς μίσθους λαμβάνειν, καὶ γαῖσον ὁπλισμένον, καταλέγοντες δὲ λεγόντι, ὁ μὲν τῶν ὁπλισμῶν ἔσχατον ἐν φύσεις ἀεὶ τυγχάνει, καὶ ὁ ἐμβριθὴς μέχρι τῶν περὶ δεξιῶν τόπων. ὁ δὲ τῶν εἰς ἄλλως μετασχόντων εἰς αἰκλλίαν. *Donis militaribus donavit.*) Gellius libro quinto, capitulo ſexto: M. Cato objecit, inquit, M. Fulvio Nobiliori, quod milites per ambitionem coronis, leviſſimis de cauſſis donaſſet. Coronis autem donaverat, quia vallum curaverant, aut quia puteum ſtrenue foderant. *Ii primum lectos æratos, veſtem ſtragulam pretioſam, plagulas, & alia textilia, & quæ tum magnificæ ſupellectilis habebantur, monopodia, & abacos Romam advexerunt.*) Monet Glareanus, ut videamus, quemadmodum, Lectos æratos, Livius acceperit, putatque intellexiſſe Livium lectos, in quibus dormirent, cum accipiendum ſit de iis, in quibus accumberent. Antiquos enim tribus ſtratis lectis epulari ſolitos, unde Triclinia dicta ſunt, ſcribit Servius. Unde Virgil. Inde toro pater Æneas ſic orſus ab alto, & Heliogabalum tradit Lampridius ſolido argento lectos triclinares habuiſſe. Id autem ita eſſe docet Plinius, qui lib. XXXIV. cap. III. hunc locum tractans ait, Triclinia ærata abacoſque, & monopodia Cn. Manlium Aſia devicta primum invexiſſe triumpho ſuo, & Macrobius lib. III. ex Indice Metelli: Triclinia lectis eburneis ſtrata fuerunt. (9) *Epulæ quoque ipſæ & cura, & ſumptu majore apparari cœptæ, tum coquus viliſſimum antiquis mancipium, & æſtimatione, & uſu in pretio eſſe.*) Hoc ſic Atheuæus lib. VI. extremo. Ναὶ καὶ δεσπότου ἐστὶ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν φιλοσοφιῶν, οὐδείς ἐστι καὶ τῶν μαγείρων ἀνεφαίνετο, ὅτι τὰ πολυτελῆ τράπεζαν παρατίθεσθαι, μαγείρους δὲ καὶ θεραπαίνων ἄλλων πολλῶν κεκλημένων. *M. Fulvius. Si ſimultas.*) Malim, Tum Fulvius. Si aut ſimultas: Sic lib. XLV. Tum Servilius, Quantus Imperator &c. *C. Catinii, & L. Manlii.*) C. Atinii. Vet. lib. ut ſupra. *M. Furio Luſco.*) Furioſum cognomen eſt Fuſus, ut eſt in Capit. tabulis, non Luſcus, aut Fuſcus, ut eſt iu vulgatis, & manuſcriptis libris. *Qui aperta religione propalam & quæſtum, & diſciplinam profitendo animos errore imbueret.*) Vet. lib. Horrore, ideſt, metu religionis; ſequitur autem: Sed occultorum Antiſtes ſacrorum, libro X. Qui perfundere religioue animum poſſet. *Falſa ſigna, teſtimoniaque, & judicia ex eadem officina exibant.*) Indicia, lego, ut ſit: Falſi indices. Index autem eſt, qui facinoris, cujus ipſe eſt conſcius, latebras indicat impunitate propoſita. Pedian. Hæc autem indicia falſis aliorum teſtimoniis confirmabantur. *P. Ebutius.*) Æbutius, ut ſupra. *Bacchis eum ſe initiaturam.*) Quia primo id Sacrarium fœminarum fuit, ne vir quiſquam eò admitti ſolitus fuit, propterea quaſi Baccharum ſacrum eſſet, Bacchis initiari, dixerunt, qui ſe Sacro illi committeret. *Ne vox quiritantis, cum per vim ſtuprum inferatur, exaudiri poſſit.*) Veteres lib. Cui per vim. *Hanc ſummam inter eos religionem eſſe.*) Veter. lib. Religionis. *Adjutores Triumviris Quinqueviri, uti cis Tiberim ſuæ quiſque regionis ædificiis præeſſent.*) Non exſtat verbum, ad quod referatur vox illa, Adjutores, neque enim à ſuperiore Mandatum eſt, regi poteſt. Suſpicor igitur legendum ita: Adjutores Triumviris Quinqueviri dati, uti cis Tiberim. Creavit autem errorem librario vox, Uti, quæ ſecutura erat poſt Dati, atque earum alterum ob ſimilitudinem (ut fit) prætermiſit, ſic lib. XL. Poſtulantibus tamen iis, Quinqueviri ab Senatu dati. *Majores veſtri ne vos quidem niſi cum aut vexillo in arce poſito comitiorum cauſſa exercitus eductus eſſet, aut plebi Concilium Tribuni edixiſſent, aut aliquis ex Magiſtratibus ad concionem vocaſſet, forte temere coire voluerunt.*) His verbis Centuriata comitia deſcribit, & tributa, & concionem. Hæc omnia aliorum auctoritate Scriptorum comprobabo. Gell. lib. XV. cap. XXVII. Centuriata comitia intra pomœrium fieri nefas, quia exercitum extra Urbem imperari oporteat, intra Urbem imperari jus non ſit; propterea Centuriata in campo haberi, exercitumque imperari præſidii cauſſa ſolitum, quoniam populus eſſet in ſuffragiis ferendis occupatus. De vexillo in arce Janiculi poſito, & Janiculo ipſo dum Centuriata haberentur comitia cuſtodito, ſcribit Dio, lib. XLVII. in Conſulatu Ciceronis, ita: πολλῶν τὸ ἀρχαῖον πολεμίων τῇ πόλει προσοικούντων, φοβούμενοι μή ποτε ἐκκλησιαζόντων σφῶν κατὰ τοὺς λόχους ἐπιβάντες τινὲς τῇ πόλει τὸ Ἰανίκουλον καταλάβωσιν, οὐκ ἐπέτρεψαν μὴ πάντας ἅμα ψηφίζεσθαι, ἀλλὰ τινὰς ἀεὶ ἐν τοῖς ὅπλοις τὸ χωρίον ἐκεῖνο ἐν διαδοχῇ φυλάττειν. καὶ αὐτὸ ἕως μὲν ἡ ἐκκλησία ἦν, ἐφρούρουν, ὁπότε δὲ διαλύεσθαι ἔμελλε, τό τε σημεῖον καθῃρεῖτο, καὶ οἱ φύλακες ἀπηλλάσσοντο, οὐ γὰρ ἐξῆν μὴ φρουρουμένου τοῦ χωρίου ἐκείνου οὐδὲν ἔτι χρηματίζεσθαι. τοῦτο δὲ ἐν μόναις ταῖς κατὰ τοὺς λόχους ἀθροιζομέναις ἐκκλησίαις ἐγίνετο, ὅτι ἐν ἔξω τοῦ τείχους, καὶ ὅτι πάντας τοὺς ἐν ὁπλοφοροῦντας ἀνάγκη ἦν ἐς αὐτὰς συνιέναι. De Tributis comitiis, quod verius plebis Concilium dicitur, ſic Gellius eodem loco: Qui non univerſum populum, ſed partem aliquam adeſſe jubet, non comitia, ſed Conſilium edicere debet. Tribuni autem neque advocant patricios, neque ad eos referre de re ulla poſſunt. De concione ita lib. XIII. cap. XV. Aliud eſt cum populo agere, aliud concionem habere: Nam cum populo agere eſt rogare quid populum, quod ſuffragiis ſuis aut jubeat, aut vetet; Concionem habere, eſt verba facere ad populum ſine ulla rogatione, & Feſtus lib. III. Concio conventus, qui à Magiſtratu, vel Sacerdote aliquo per Præconem convocatur. *Quoties hoc patrum, avorumque ætate.*) Hac de re ſcribit lib. IV. & lib. XXV. *M. & L. Catinios de plebe Romana.*) Vet. lib. M. & Catinium; Hinc ego: M. & C. Atinios, ut ſupra Plebejus homo dicitur, qui è gente plebeja eſt, ideſt, non patricia; de plebe autem is, qui non eſt è Senatorio ordine. *Socium, ac Latini nominis.*) Vet. lib. Socium Latini nominis. Utraque forma dicendi uſitata. *Nec prius ſequendi Ligures finem; quàm Romani fugæ fecerunt.*) Nec, abeſt à Vet. lib. optimo ſenſu, ideſt, ante deſiiſſe inſequi Ligures, quàm Romanos fugere, ut infra: Nec inſtitere perculſis hoſtes. Neque enim veriſimile eſt, Romanos, qui plerique arma abjecerant, prœlium inſtauraſſe, nec Ligures compreſſa fuga Romanorum eſſe regreſſos; verum tantam fuiſſe Romanorum fugam ſignificat, ut ante Ligures defatigati ſint in ſequendo, quàm Romani in fugiendo. *Ludi Taurilia per biduum facti religionis cauſſa, apparatos deinde ludos M. Fulvius, quos voverat Ætolico bello fecit.*) Vet. lib. habent. Decem apparatos deinde ludos. Ex quo ſuſpicor ſcripſiſſe Livium: Per dies decem apparatos, ut ſit: Per dies decem fecit ludos. Nam de Taurilibus, dixerat, per

(9) Injuria afficit Glareanum, qui ita dicit conſiderandum, quomodo acceperit Livius lectos, num æratos adjecerit, in... pro triclinis intelligi, deinde an non & Triclinia lecti ſunt?

per biduum ; Sic autem de ludis ejuſmodi loquitur ubique, ut paullo poſt: L. Scipio ludos eo tempore, quos bello Antiochi voviſſe ſeſe dicebat, ex collata ad id pecunia ab Regibus, Civitatibuſque per dies decem fecit, & lib. XLII. Ludos per dies decem Jovi Opt. Max. primo quoque die faciendos, & libro XL. Ludi votivi Q. Fulvii Coſ. per dies decem magno apparatu facti. *In Venetia.*) Ambigit de hac voce Glareanus, quæ tamen eſt apud Paterculum lib. II. Florum de bello Cimbrico, Euſtathium in Dionyſium, & Liv. lib. II. (10) *Inchoata initia à Philippo ſunt.*) Vet. lib. Ab ipſo Philippo ſunt. *Una ea res, cum victo, leges imponerentur, maxime angebat.*) Vet. lib. Una eum res. *Perræbi Connocondylum.*) Nuſquam legiſſe ſe hoc oppidum ait Glareanus, ego, Gonnocondylum, legendum puto, vocem junctam ex duobus oppidorum nominibus, quorum meminit Livius lib. XLIV. Hic locus tam ſuapte natura infeſtus per quatuor diſtantia loca præſidiis regiis fuit inſeſſus, unum in primo aditu ad Gonnum erat, alterum Condylon caſtello inexpugnabili. De Gonnis, vel Gonno oppido Perrœbiæ ſupra etiam meminit Livius. (11) *Petram in Pieria ab iiſdem Theſſalis, Perrœbiſque captam.*) Petram oppidum negat uſpiam reperiri Glareanus, at Plutarchus in Paullo ait: διὰ περραιβίας παρὰ τὸ πύθιον, καὶ τὴν πέτραν. *Xynias quidem haud dubie Ætolicum oppidum.*) Xyniæ quid ſint, ſe neſcire ait Glareanus, at Stephanus ait tamen: Ξυνία θετταλίας πόλις, πολίσμα αἰνιάνων. τὸ ἐθνικὸν ξυνιεύς. (12) *Et Paracheloida, quæ ſub Athamania eſſet.*) Ne Paracheloida quidem novit Glareanus, cum Paracheloitas ſtatuat Strabo, & inter Theſſalos, & inter Ætolos: Sic enim lib. IX. [illegible]. De Theſſalica hic loquitur. *Tricca, Phaloria, & Eurymenæ.*) Tria Theſſaliæ oppida ſunt, auctore Stephano. De Phaloria autem ita ait: Φαλώρεια πόλις θετταλίας, [illegible]. *Alterum derideculum eſſe.*) Vet. lib. alterum ridiculum eſſe. *Viam regiam, quæ ad Thraciæ Parorejam ſubeat.*) Quid ſit Paroreja, ſibi non conſtare ſcribit Glareanus. Duas tamen Parorejas prodit Stephanus, unam Arcadiæ, Alteram Macedoniæ. Quæ cauſſa effecit, ut Livius dixerit, Parorejam Thraciæ, ut eam ab Arcadia diſtingueret. (13) *Quo in numero me eſſe veltis, refert.*) Vet. lib. Referre, quod placet, quia ſequitur: Pergite, ut cœpiſtis facere. *L. Juventium Talvam.*) Thalnam, ex Conſulibus Capitolinis. *L. Porcius Licinus.*) Licinus, ex Conſul. Cap. *Et cogitatio quam nox non ex æquo diſceptatio futura eſſet.*) Nox, vacat, ſic paullo poſt: Et quam non ex æquo diſceptatum apud Cæcilium foret, ex Vet. lib. Ceterum Arei hujus & Alcibiadis hiſtoriam multis verbis apud Pauſaniam invenies in Achaicis expoſitam. *Cn. Manlius Volſco.*) Vulſo, ex tab. Cap. *L. Furius Purpurio.*) Purpureo, ex tabul. Cap. *T. & M. Sempronii Longus, & Tuditanus.*) Ti. & M. ex tabul. Cap. *Conſenſerantque præter L. Flaccum, qui collega in Conſulatu fuerat, candidati omnes ad dejiciendum honore.*) Vet. lib. habent: Coierantque, & ad dejiciendum honore eum. Miror autem Gelenium pro, Coierant, Conſenſerant, repoſuiſſe; cum Coire in hac re proprium verbum ſit, unde Coitiones appellatæ. Sic Pedianus in toga cand. Coierunt ambo, ut Ciceronem Conſulatu dejicerent. Quo de dicendi genere ſupra etiam diximus. Coire, συμφορεῖν vocat Plutarchus in Catone. Si igitur præter L. Flaccum candidati reliqui coierant, profecto recte Plutarchus, qui competitores ſeptem Catonis fuiſſe ait. Quod Glareanus non vidit, qui, apud competitorem L. Flaccum, legit. *Nonageſimo anno Sergium Galbam ad populi adduxerit judicium.*) Servium, lege, quod eſt prænomen Sulpiciorum Galbarum, ſic Plutarchus: [illegible]. Cicero tamen ab utroque diſſentit, quippe ex cujus verbis eliciatur ex lib. de Senectute, Catonem non amplius, quam LXXXIV. annos vixiſſe, ſiquidem natus eſt anno poſtquam Q. Fabius Maximus primum Conſul fuit, mortuus, Manlio, & Cenſorino Conſulibus. Malim ego librarii erratum, quam Livii; ſiquidem apud eum, qui ſcripſit de viris illuſtribus eſt, Galbam octogenarius accuſavit, ut octogeſimo hic etiam ſit legendum, neque enim vitium eſt apud Ciceronem, ut cenſet Glareanus. (14) *Septem moverunt Senatu, ex quibus unum inſignem & nobilitate, & honoribus L. Quintium Flamininum Conſularem.*) Plutarchus ſic vertit: [illegible]. *Spectaculum gladiatorum.*) Vet. lib. Gladiatorum. *Nobilem Bojum cum liberis transfugam veniſſe.*) Citat hæc verba ex Livio Plutarchus: [illegible]. Idem ſcribit in Flaminio. *Fabulæ ſine auctore editæ credidiſſet.*) Hujus tamen hiſtoriæ auctor eſt Cicero in lib. de Senectute. Quod etiam notavit Plut. *Ad ſpectaculum ſcorti procacis in ſinu Conſulis recubantis.*) Recubabat in ſinu, quia (ut ſupra dixit,) infra Conſulem accumbebat, quomodo de ſcorto Cytheride ait ad Papirium Cicero: Infra Eutrapelum Cytheris accubuit; Lecto enim accubuiſſe eodem (ut mos erat in tricliniis) ſignificat. *In cenſum referre viatores, juſſi.*) Juſſit, eſt in veteribus libris, & id ſequens etiam membrum deſiderat. *Item mancipia minora annis XX., quæ poſt proximum luſtrum X. millibus æris, aut eo pluris veniſſent, uti ea quoque decem, tanto pluris, quam quanti eſſent, æſtimarentur.*) Vet. lib. habent, X. millibus æris, aut pluris eo veniſſent. Porro autem quod ait Gelenius ſubaudiendum eſſe, Millibus, ut ſit: Uti ea quoque decem millibus, tanto pluris, quam quanti eſſent; non procedit. Eſt enim intelligendum, & conjungendum, decem tanto pluris, id eſt, ut ait in hac re exponenda Plutarchus, decuplo pluris, vel decies tanto pluris: [illegible]. Sic lib. primo dixit: Alterum tantum, & Plautus in Bacch. Sexcenta tanta, & in Trinummo: Tribus tantis, & Livius lib. XL. Arma vel tribus tantis exercitibus in armamentaria congeſſiſſe. Niſi quis legere malit, decies tanto pluris, quomodo dixit in Verrem Cicero:

(10) Glareanus dicit, frequentius dici in Venetos, quam in Venetiam, idque verum eſt, non negat aliter non dici.

(11) Glareanus ait, non facilè inveniri hæc nomina, atque id quoque verum eſt.

(12) Glareanus dicit, Xyniarum etiam hujus ſecundæ Decados loco mentionem fieri non item apud alios.

(13) Glareanus primò fatetur, non ſatis conſtare, ſed poſtea adducit Plinium de Paroreis.

(14) Glareanus ſatis luculenter eâ de re diſſerit: hæc cur non potius refelluntur, quam livido dente carpuntur?

ro. Quinquies tanto amplius, ut oota nomeri X. errorem attulerit. *Et his rebus omnibus terni in millia æris attribuerentur.*) Dubium habet hunc locum Glareanus, quem tamen nihil vitil continere ex Plutarcho, qui totam hanc Catoois cenſuram Græce ex Livio vertit, perſpicue iotelligi poteſt, ſic enim ait: (15) ἠνάγκασεν ἐσθῆτα, ὄχημα, κόσμον γυναικεῖον, σκεύη τῶν περὶ δίαιταν, ὧν ἑκάστου τίμημα δραχμὰς χιλίας καὶ πεντακοσίας ὑπερέβαλλεν, ὑποτιμᾶσθαι τὴν ἀξίαν εἰς τὸ δεκαπλάσιον, βουλόμενος ἀπὸ μειζόνων τιμημάτων αὐτοῖς μείζονας καὶ τὰς εἰσφορὰς εἶναι, καὶ προσετίμησε τρεῖς χαλκοῦς πρὸς τοῖς χιλίοις. Ideſt, coëgit veſtimenta, vehicula, mundum mnliebrem, & familiarem ſupellectilem, ſi pluris quam mille & quingentas drachmas æſtimata eſſent, decuplo pluris æſtimari, quod vellet eos, quorum res pluris æſtimatæ eſſent, majora etiam tributa conferre. Itaq; ſingulis millibus ternos æneos attribuit. Sic ſupra locutus eſt in triumpho Vulſonis S. C. factum eſt, ut ex pecunia, quæ in triumpho traoslata eſſet, ſtipendium collatum à populo in publicum, quod ejus ſolutum antea non eſſet, ſolveretur, vicenos quinos, & ſemiſſes in millia æris Quæſtores urbani ſolverunt. *Et vectigalia ſummis pretiis, ultra tributa infimis locaverunt.*) De integritate hujus lectionis cur dubitet Glareanus, neſcio, quid enim huic ſententiæ deeſt? cum ſcieris aliud eſſe vectigalia, aliud ultro tributa, ſic enim libro XLIII. Qui publica vectigalia, aut ultro tributa conduxiſſeot. Plutarc. autem ita: αἱ δὲ τῶν ὠνῶν ἀπέκοπτε ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις ἐκλαβεῖν τιμαῖς. (16) *Coloniæ duæ Pollentia in Picenum.*) Vet. lib. Poteotia. Item. Vellejus ubi de coloniis verba facit, item Plinius, item Mela Potentiæ in Piceno memineruot. *Deduxerunt iidem triumviri Q. Fabius Labeo.*) Triumviri, inquit, qui Piſaurum, iidem etiam poteotiam coloniam deduxerunt. Hoc ut dicerem, Glareanus effecit, qui mendum ſubeſſe putat. (17) *P. Claudius, & M. Porcius.*) L. Porcius, ſic enim ante Livius, & tabulæ Capitol. *Pontifex Maximus eſt creatus C. Servilius Geminus.*) Hic in Conſulatu, & decemviratu ſacrorum caret cognomine Gemini, & recte. Cur autem ita ſit, ſupra expoſui. Quare ex hoc etiam loco, Geminus, eradendum eſt. *Ad præoccupandam Coronen, quam hoſtes petebant.*) Colonem edit Plutarchus in Piloppœmene. Utraq; autem in Meſſanico agro eſt: τὴν δὲ μικρὰν ἀπέστειλε τῶν ἀχαιῶν, ὡς κώμην τῆς μεσσηνίων πολίχνην προσαγγέλλων μέλλων καταλαμβάνειν. *Admonent deinde quidam eſſe theſaurum publicum ſub terra ſaxo quadrato ſeptum, eo vinctus demittitur, & ſaxum ingens, quo operitur, machina ſuper impoſitum eſt.*) Hæc Plutarchus ita vertit io Philopœmene, & quaſi ioterpretatur: ὁ μὲν ἀλλὰ κομίσαντες αὐτὸν εἰς τὸν καλούμενον θησαυρὸν, οἴκημα κατάγειον ἐν τόλμα λαμβάνον, οὔτε φῶς ἔξωθεν, οὔτε θύραν ἔχον, ἀλλὰ μεγάλῳ λίθῳ περιαγομένῳ καταπληττόμενον, ἐνταῦθα κατέθεντο, καὶ τὸν λίθον ἐπιῤῥάξαντες, ἄνδρας ἐνόπλους κύκλῳ περιέστησαν. *Poculo tempore vide extiuſto.*) Veter. libri Hauſto. *Venenum, quod multo ante præparatum ad tales habebat caſus, popoſcit: Liberemus, inquit.*) Lege, Et liberemus, inquit. Verba hæc eadem vertit Plutarchus. *Horum potres Pyrrho Regi.*) Hanc hiſtoriam ſcribit Plutarchus in Pyrrho. Epiſtola etiam Conſulum ad Pyrrhum miſſa exſtat apud Gellium. *Cum ſuperioribus duobus luſtris Africanus fuiſſet.*) Perſpicue legendum eſt: Tribus, ter enim Princeps Senatus fuit Africanus. Nam ſupra libro XXXIV. ſcriptum eſt: Cenſores Sex, Ælius Pætus, & C. Cornelius Cethegus, P. Scipionem Conſulem, quem & priores Cenſores legerant, legeruot; & lib. XXXVIII. Ceoſores T. Quintius Flamininus, & M. Claudius Marcellus Senatum perlegerunt, Princeps in Senatu tertium lectus P. Scipio Africanus. *Init Tribunatum Ap. Claudio, M. Sempronio Conſulibus ad quartum Idus Decembres.*) Lege, A. D. quartum, ideſt ante diem quartum, ſic enim & Dionyſius Halicarnaſſeus, ubi ait primos Tribunos pl. iniiſſe: τετάρτῃ πρὸ τῶν εἰδῶν δεκεμβρίων. Quibus ex locis iotelligi poteſt, hunc diem ineundo Tribunatui fuiſſe ſollemnem, quemadmodum ad ſuam uſq; ætatem factum eſſe ſcribit Diooyſius. Plutarchus etiam auctor eſt in libro τῶν κεφαλαίων, Tribuoos pleb. contra, atque alii Magiſtratus, ante aoni principium iniiſſe. Itaque Q. Metellus Nepos, qui Silano, & Murena Conſulibus Tribunatum geſſit, Ciceroοem Coofulatu abeuntem prid. Kal. Jan. jam inito Magiſtratu concione prohibuit. Qua de re ſe ambigere Glareanus ait. (18) *Denthelelos.*) Strabo lib. VII Dantheletas, & ceteri Græci vocant δανθηλήτας. *Oppidum in Detriopo condere inſtituit.*) Deuripo legendum eſt ex Strabonis libro VII. πρὸς δὲ τούτοις λυγκησταὶ, καὶ ὁ δευρίοπος καὶ ἡ τριπολῖτις πελαγονία, & paulo poſt ubi de Erigone quoque (ut Livius hic) fluvio loquitur: ὁ δ' ἐριγὼν πολλὰ δεξάμενος ῥεύματα ἐκ τῶν ἰλλυρικῶν ὀρῶν, καὶ λυγκηστῶν καὶ βρυγῶν, καὶ δευριόπων εἰς τὸν ἀξιὸν ἐκδίδωσι. Item: ἐπὶ τῷ ἐρίγωνι πᾶσαι αἱ τῆς δευριόπων πόλεις ᾤκηνται. *Orare ſe pro S. P. Q. R.*) Lege, Orare ſe Senatum, Populumq; R. *Alpes prope inexſuperabilem finem in medio eſſe, non utique iis melius fore, qui eas primi pervias feciſſent.*) Loquitur de Gallis, qui proxime alpibus ſuperatis in Italia deſcendiſſent. Senteotia autem manca expleri videtur poſſe, una addita particula, Quam, ut ſit: Non utique iis melius fore, quam qui eas primi pervias feciſſent. Oratio eſt terroris, & minarum pleoa, qua ſe Gallos eos, qui alpes, quæ io medio ſunt, io poſterum traoſcenderint, non aliter caſtigaturos eſſe denunciando, quam aut Seoones, aut Haonibalem, qui primi eas pervias feceruot, caſtigaverint. *M. Valerius Lævinus, L. Manlius iterum.*) Hic Prætor fuit primum anno DLV. Quo loco dicitur P. Manlius. Glareanus autem inſcite hunc L. Manlium Acidinum eſſe putavit. Vet. lib. P. Manlium & hoc loco, & io ſeqnenti libro edunt. *L. Cæcilius Dentrix.*) Veteres lib. Denter. Liviorum etiam fuit cognomen Deoter, ex Livio, & Capitolinis tabulis. Liv. lib. XLII. M. Cæcilius Denter. *Sanguinem per biduum pluiſſe.*) Veter. lib. Sanguine.

In Epitomen Libri XL.

L. *Petilii.*) L. Petillii, ut ſupra. *Falſis alterius filii.*) Vet. lib. Falſis Perſei alterius filii. *Regnum Perſeus accepit.*) Veter. lib. Excepit.

In Librum XL.

P. *Manlio ulterior.*) Hic eſt, qui extremo priore libro L. Manlius à Glareano fine ratio-

(15) Glareanus ait locum obſcurum, non vitioſum.
(16) Glareanus ait, ea verba indigere attento lectore, & optat ut omnia ſint integra.
(17) Glareanus nihil decit de menda, ſed dubitat, ut ſolet.
(18) Libenter hoc & ſæpe facit Glareanus: Satis enim eſt prudenter ambigere, quam temerè aſſeverare.

ratione dictus eſt. *L. Cæcilio Dentrici.*) Dentri, legendum, à recto caſu Denter, ut dixi. *Et à Formiis ædem Apollinis, ac Cajetæ de cœlo tactam.*) Ac, vacat ex Ver. lib. & libro Obſequentis de prodigiis, quem librum ex ipſis Livii verbis contexuit, in eo ita eſt: Ædes Apollinis Cajetæ de cœlo icta. *Ingentem ea res fremitum in tota Macedonia fecit.*) Vet. lib. non habent particulam, In. *Poſtremo negare propalam cœpit, ſatis tutum ſibi quicquam eſſe, niſi liberos eorum, quos interfeciſſet, comprehenſos in cuſtodia haberet, & tempore alium alio tolleret.*) Hujus ſententiæ meminit Euripides in Andromacha: κ̓ γὰρ ἄνοια μεγάλη λιπεῖν ἐχθροὺς ἐχθρῶν, ἐξὸν κτείνειν, κ̓ φόβον οἴκων ἀφελέσθαι. Et Ariſt. in ſecundo Rhethoric. κ̓ ἐπὶ τὸ ἀναιρεῖν τῶν ἐχθρῶν τι πάντα, κ̓ μηδὲν ἀδικεῖν. Νήπι@ ὃς πατέρα κτείνας παῖδας καταλείπει. *Principi gentis Æmianum*, & poſt: *Proficiſcuntur ab Theſſalonica Æniam ad ſtatum ſacrificium, quod Conditori Æneæ cum magna cærimonia quotannis faciunt.*) Legendum eſt Æneadum, & Æneam; Urbs enim in Thracia ab Ænea condita hoc nomine eſt. De qua ait Stephanus: Αἶνος πόλ@ Θρᾴκης ἀπὸ Αἰνείου. Θέων Αἰνεάδας αὐτὴν καλεῖ, Αἰνείας δὲ μετὰ τὴν Ἰλίου πόρθησιν εἰς Θρᾴκην παραγίνεται, κ̓ ἐκεῖ πόλιν Αἰνεάδας ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἔδειξε, τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, ὅθεν κ̓ Αἰνεάτης. Hinc Æneas apud Virgilium in III. ait: Æneadaſque meo nomen de nomine fingo. *Ex compoſito ſermones ad ſpem Romanorum trahebant.*) Spem, habent etiam Veter. lib. pro qua voce malim, ſpeciem, ut ſit, ex compoſito quidam de dignitate Romanorum ſermone inferebant, ut alii redarguendi ejus ſermonis gratia præſente Demetrio eos eluderent, atque ut à Demetrio deſeoſionem Romanorum, qua ſuſpectior fieret, elicerent. Vox certe, Spem, Glareano non probatur. *De ludicro tibi, inquit, vivere me ſcio.*) Obſcura ſententia, & (ut puto) vitiata. Interrogaverat Perſeum pater, cum eum perturbato vultu tacitum procul conſpexiſſet, Satin ſalvæ, & quænam ea mœſtitia eſſet. Reſpondet filius: De ludicro tibi vivere me ſcio, jam non occultis petimur inſidiis. Hoc autem quid ſit, vix intelligi poteſt. In veteribus libris nihil varietatis eſt, niſi quod legitur: De ludicro ter inquit. Ex quo ſuſpicor eſſe legendum: De lucro pater, inquit, vivere me ſcito; Eſt autem de lucro vivere, vitam ipſam in lucro ponere, quod ii facere ſolent, qui ſummo è periculo evaſerunt, ex quo ſervatum ſe eſſe Perſeus patri narraturus eſt. Sic loquitur Cicero ad Papirium: De lucro prope jam quadriennium vivimus, ſi aut hoc lucrum eſt. Si aut hæc vita, ſuperſtitem Reipublicæ vivere; & Horatius Carminum primo: Quid ſit futurum cras, fuge quærere, & quem ſors dierum cumque dabit lucro Appone; aptiſſima ergo ſententia hæc eſt, quæ expoſitioni factarum ſibi inſidiarum præponitur cum ſe lucrum ait putare, quod vivat. *Noxium hunc eſſe caput.*) Ant hæc verba vacant, aut aliquid deſideratur, quemadmodum etiam cenſet Glareanus. Locum non mutavi, aſteriſco tantum ſignavi. *Id enim vitiis meis non cedendo cui jus, faſque eſt, non modeſtia conſequar.*) Hunc locum negat ſe intelligere Glareanus. Eſt autem ſenſus: Quemadmodum Regnum ſperare, quia minor ſum, quia me majori cedere vis, non debeo, ſic ne efficere quidem debeo, ut indignus te patre videar. Regnum enim vitiis meis, ideſt, non cedendo majori fratri conſequar, ut autem te dignus videar, modeſtia. Quod cum ita ſit, ergo legendum eſt: Id enim vitiis meis, non cedendo, cui jus, faſq; eſt, hoc modeſtia conſequar. *Tum quoque non placere ſibi, ſi per deditionem Ligures recipiet, receptis arma adimi, atque eos ad Conſulem mitti Senatum æquum cenſere.*) Senſus hujus lectionis vix intelligi poteſt, ut ait Glareanus. Quare tueamur veterum librorum lectionem, quæ eſt: Tum quoque non placere ſibi, per deditionem Ligures recipi, & receptis arma adimi. Inde verba: Atque eos ad Conſulem, legamus: Itaque eos ad Conſules, repetita litera ex voce præcedente, Adimi, atque, Adimi. Itaque inde elicietur hic ſenſus: Senatus reſcribi juſſit, æquius fuiſſe, Marcellum Conſules, quorum provincia Ligures erat, de Liguribus, qui ſe dedebant, quam ſe conſulere. Tum quoque id ſibi non placere, ut per deditionem Ligures reciperentur, & receptis arma adimerentur. Quamobrem eos ad Conſules mitti Senatum æquum cenſere. Sic libro XXXIX. Neque Senatui placere deditos ſpoliari. Itaque ſe cum iis Legatos ad Coſ miſſuros. Quod autem ait Senatus, non placere ſibi, ut receptis arma adimantur, id habet hanc vim, non videri ſibi eos, qui ſponte ſe dedunt, armis ſuis eſſe ſpoliandos, perinde atque, qui ſubacti armis ſe dediſſent, ut ſupra ſæpe dixit; libro XXXIX. C. Flamininus Coſ. Ligures in deditionem accepit, & arma ademit. Item: In deditionem Ligures concellerunt, tum conquiſita cum intentiore cura arma, & omnia adempta. Item: Ligures ſubegit Æmilius, armaque ademit. Quod autem paullo ante, verius eſſe, dixit, pro, æquius eſſe, accipiendum eſt. Sic libro XXXIX. multo verius eſſe, quæ ſub Antiocho fuerint, præmia belli Eumenem, quam Philippum habere. *P. Manlius in ulteriorem Hiſpaniam, quam & priore Prætura provinciam habuerat.*) Hunc P. Manlium in comitiis Prætoriis exponendis, Prætorem iterum nominavit, fuit autem primum anno DLV. Movet autem, quod ait priore Prætura ulteriorem Hiſpaniam provinciam obtinuiſſe, cum ſcripſerit eo loco in citeriorem eſſe Conſuli M Catoni adjutorem miſſum; neque vero de alio Prætore intelligi poteſt. Quod unuſquiſque probabit, qui Prætores omnes, qui ante hunc annum Hiſpanias ſortiti fuerint, ſigillatim inſpexerit. Æquum præterea eſt videre, an hic forte Manlius ille ſit, quem Senatu motum eſſe à Catone Cenſore ait Plut. & quem opinio erat, Conſulatum eſſe adepturum: βουλῆς τε ἐξέβαλεν ὑπατείας ἐπὶ δόξῃ ὄντα μανίλιον. Me, ut ita ſuſpicer, impellit ſecunda poſtquam Senatu motus eſt, ejus Prætura, quam ut locum Senatorium recuperaret, petiiſſe videtur, quod feciſſe P. Lentulum tradit Dio lib. XXXVIII., qui cum poſt Præturam, & Conſulatum à Cenſoribus Gellio, & Lentulo Senatu eſſet motus, alteram Conſule Cicerone repetendæ Senatoriæ dignitatis cauſſa geſſit. Sic enim Dio: Λέντλ@ ὁ Σούρας ὁ μετὰ τὴν ὑπατείαν ἐκ τῆς γερουσίας ἐκπεσών, ἐστρατήγει γένηται τὴν βουλείαν ἀναλάβῃ. *Creati P. Cornelius Lentulus, M. Bæbius Tamphilus.*) Conſul. tab, quæ in Capitolio ſunt, quibus tantum tribuo, quantum non depravatis alteris Romanor. monumentis eſt tribuendum, Conſules edunt P. Cornelium Cethegum, M. Bæbium Tamphilum. Item Plin. li. XIII. Cap. XIII. ex Caſſii Heminæ annalibus. Ita vero legendum eſſe etiam apud Livium apparet ex eo, quod P. Cornelius Cethegus biennio ante Prætor fuit, Lentulus nullus Prætor editus eſt. Nemo autem per hæc tempora ad Conſulatum

fere niſi Prætorius perveniebat. *T. Claudius Nero.*) Ti. Claudius, ut ſæpe. *Q. Petilius Spurinus.*) Petillius, ut libro XXXVIII. in hujus Tribunatu dixi. *Bellumq; ab Ilienſibus concitum in Sardinia.*) Non recte Iolenſibus, aut Iluenſibus reponendum cenſet Glareanus, eum Ilienſes Sardiniæ populi à Plinio, & Solino commemorentur. (19) *L. Duronio Prætori, cui Apulia provincia evenerat, adjecta de bacchanalibus quæſtio eſt, cujus reſidua quædam velut ſemina ex prioribus malis jam priore anno apparuerant, ſed magis inchoata apud L. Puppium Prætorem erant, quã ad exitum ullum perducta.*) Prætoribus, qui Apuliam ſortiebantur, quæſtionem de bacchanalibus adjectam fuiſſe ſignificat; Sic enim de L. Poſtumio, qui triennio ante Prætor fuerat: Et L. Poſtumius Prætor, cui Tarentum provincia evenerat, reliquias bacchanalium quæſtionis eum omni exſecutus eſt cura. Hoc etiam loco L. Puppium priore anno, & L. Duronium ſequenti Prætores eum Apulia quæſtionem eandem obtinuiſſe ait. Hoc dixi ne quis L. Poſtumium, pro L. Puppio hoc loco reponendum eſſe cenſeret, ut quidam ſecerunt. *Ariaratus.*) Ariarathis, ut ſupra. *In Medicam.*) Mædicam. Græci enim [illegible], ut ante. *Dentheletas.*) Dantheletas, ut ſupra. *Tertio die iter eſt ingreſſus.*) Poſtero die, legendum. Ea notis numerorum manavit error, II & III. Ita legendum eſſe, verba Livii indicant, qui ait: Septimis demum caſtris ad radices montis pervenit. Ibi unum moratus diem, tertio die eſt ingreſſus; poſt autem: Tertio demum die ad verticem perventum. Quis eſt qui non intelligat, ita accipiendum eſſe, ad radices montis unum diem Regem eſſe moratum, poſtero die iter eſſe ingreſſum, tertio demum in verticem perveniſſe? *Duabus aris ibi Jovi, & Soli ſacratis cum immolaſſet (quatriduo adſcenderat) biduo digreſſus eſt.*) Quomodo, quatriduo adſcenderat, ſi tertio demum die in verticem pervenerit? Hæc parit menda lectorum, atque librariorum incuria, pro certo habeo tollendam eſſe parenthesim, & legendum: Cum immolaſſet, qui triduo adſcenderat, biduo digreſſus eſt. Quamquam ne, digreſſus, quidem probo, non enim Adſcendere, & Digredi contraria ſunt, ſed Degredi, quo verbo uſus eſt alibi Livius, ut libro XXIX. Cum quingentis peditibus degreſſum jugis Maſſaniſam perſecutus, & libro XXV. Cum equitibus ad pedes degreſſis. Deſcenſum enim ex alto hoc verbum ſignificat. *Demetrium iterum ad patrem accuſavit Perſeus. Fuga per Pæoniam præparata arguebatur, & corrupti quidam, ut comites itineris eſſent.*) In Vet. lib. Arguebant, & corrupti quidam. Hinc ego ſenſum auctoris ſecutus legendum, & diſtinguendum puto: Demetrium iterum ad patrem accuſavit Perſeus de præparata per Pœoniam fuga, arguebant eum corrupti quidam. Iccirco autem ait: Iterum, quod primum de inſidiis ſibi factis accuſaverat, nunc de fuga, cujus indicia, & comites, & literas falſas T. Quintii afferebat. *Ad Aſtræum Pæonæ Demetrium mittit cum eodem comite Dida Perſeum ad Philippopolim ad obſides Thracum accipiendos.*) Præpoſitio, Ad, nominibus harum Urbium juncta tollenda: Nam & Veter. lib. habent tantum, Aſtræum Pæoniæ, & Priſcianus lib. VII. ex lib. XL. T. Livii Hiſt. ab Urb. Cond. citat hæc duo verba: Perſeum Amphipolim, non ad Philippopolim. Eſt autem Amphipolis oppidum item Thraciæ, quod in errorem inſcios librarios, aut imperitos, vel potius audaces emendatores impulit, ut Philippopolim, ſcripſerint, pro Amphipolim. Aſteraum porro legendum eſt, non Aſtræum ex Veter. lib. Strabone, & Stephano: [illegible]. *Thyrſis quidam Stubereus.*) Veter. lib. Stubereus. Recte. Stuberæ enim & ante, & poſt meminit Livius, & Græci: [illegible]. Quam tamen vocem ſuſpectam habet Glareanus. Stuberæus tamen ſcribendum, omnia enim nomina oppidorum in Ra deſinentia eum edunt gentilis nominis finem, auctore Stephano in [illegible]. *Berreus Alexander.*) Berœæus ſcribendum ab oppido Berœa: Sic Stephanus: [illegible]. mendoſius eſt in Piſoniana, Borea, pro Berœa. *Ad M. Bæbium Conſulem cum literis Piſas mittit.*) Legendum: Ad Cn. Bæbium pro-Conſulem; Sic enim ſupra: M. Pinarius Prætor, quod deerat militum, ſumere à Cn. Bæbio pro Conſule, qui Piſis hibernabat, juſſus. Item hoc loco: Bæbius exercitum M. Pinario Prætori eunti in Sardiniam tradiderat. Errorem intulit M. Bæbius, qui hoc anno Conſul eſt. De quo haud ita multo poſt ait: Conſules niſi confecto delectu negare ſe ituros, nec ſuam ſegnitiem, ſed vim morbi in cauſſa eſſe, quo ſerius perficeretur. *Et à Matieno Duumviro.*) Vet. lib. Et à C. Matieno Duumviro. *Quæ titulum ſepulti Regis habuerat, inanis inventa ſine ullo veſtigio corporis humani, ut illius per tabem tot annorum omnibus abſumptis.*) Suſpicor legendum eſſe: Oſſibus abſumptis, ſic enim fere Plut. in Numa: [illegible]. *Pleraque diſſolvendarum religionum eſſe.*) Hoc genus dicendi, de quo ſupra admonuimus, quam vim habeat, ex Valerio, qui hæc eadem fere verba in primum ſuum librum tranſtulit, perſpici poteſt, cum ait: Quia aliqua ex parte ad ſolvendam religionem pertinere videbantur. Eandem hiſtoriam attigit Lactantius libro I. cap. XXII. *In Carpetaniam duxit, & caſtra locavit ad oppidum Eburam.*) Æburam ſcribo ex Stephano: [illegible]. *Per Carpetaniam ad Contrebiam ductæ legiones.*) Quid in mentem Glareano venerit negare, Contrebiæ oppidi nomen alibi extare, neſcio, cum & Vellejus lib. II. & Valer. lib. II. & VII. & Florus, & qui ſcripſit de Viris illuſtribus, ubi de rebus Q. Metelli Macedonici in Hiſpania geſtis agunt, ejus meminerint; apud Valerium tamen eſt mendoſe Trebia, pro Contrebia. At Glareanus Contributam reponendum putat. *C. Flamininus L. Manlius Acidinus.*) Hi Triumviri ſunt. Hæret autem hoc loco Glareanus, quia L. Manlium Acidinum eundem eſſe cum eo putavit, quem nos P. Manlium Prætorem ſcripſimus, nec quid ſequatur, certi quidquam habet. *Altera in foro Olitorio Pietatis, eam ædem dedicavit M'. Acilius Glabrio Duumvir, Statuamque auratam, quæ prima omnium in Italia ſtatua aurata eſt, Patris Glabrionis poſuit.*) Valerius lib. II. ita: Statuam auratam nec in Urbe, nec in ulla parte Italiæ quiſquam prius adſpexit, quam à M'. Acilio Glabrione equeſtris Patri poneretur in æde Pietatis. Ex quibus verbis animadverti licet, Patri Glabrioni, apud Livium, non Patris Glabrionis eſſe legendum, quæ lectio in manoſcriptis etiam reperitur. *T. Minutius Melliculus.*) Vet. lib. Ti. Minucius Molliculus. Supra oſtendimus Tiberii prænomen fuiſſe etiam Minuciorum.

(19) Lectio hæc apud auctores ambigua eſt.

Digitized by Google

rum. *Et mille præterea peditum Romanorum, quinquaginta equites.*) Vet. lib. Peditum civium Romanorum. Recte. Sic enim ſupra: Quatuor millia peditum civium Romanorum, & ducenti equites. *Prorogatum in Gallia imperium.*) Vet. lib. In Galliam. Utraque locutio Livio uſitata. *Q. Fulvius Flaccus in locum vitrici Conſul eſt declaratus.*) Veriſimile non videtur Glareano. duos Q. Fulvios Flaccos Conſules fuiſſe, alterum hoc anno C. Calpurnio ſubrogatum, alterum cum L. Manlio inſequenti anno, & ne idem utroque anno Conſul ſit veretur, cum tamen duos eſſe, eoſque patrueles appareat ex tabulis Capitolinis, in quibus ita eſt: (20)

A. POSTUMIUS. A. F. A. N. ALBINUS. C. CALPURNIUS. C. F. CN N. PISO IN M. M. E. IN E. L. F.
Q. FULVIUS CN. F M.N. FLACCUS.
L. MANLIUS. L. F. L. N. ACIDINUS FULVIAN. Q. FULVIUS Q. F. M.N. FLACCUS.

Ager publicus Populi Romani erat in Samnitibus, qui Taurasinorum fuerat, cum traducere Ligures Apuanos vellent.) Hujus extremi XL. libri niſi unum (ut reor) manuſcriptum exemplar extat, quod in Germania eſt, unde ad ceteros hæc pars tranſlata eſt. Cum igitur Germani primum impreſſiſſent: Qui Taurasinorum traducere Ligures, deinde ab aliis emendatum eſt: Qui Taurasinorum fuerat, cum traducere. Recte, (ut mihi videtur) verum ad explendum hunc ſenſum, nimis præciſe. Plene autem ſic legetur: Qui Taurasinorum fuerat. *In eum cum traducere.*) Sic paullo poſt ait: In Samnium traducti, agerque bis inter populares datus. Taurasini porro qui ſint in Italia, nemo prodit, Tauraninos edit Stephanus. *Edixerunt Ligures ab Anido montibus deſcendere.*) Neque hic locus perfectus eſt, deeſt enim alterius montis nomen, quamquam ne Anidi quidem mentio eſt, aſteriſcum idcirco apponendum cenſeo. *Poſteaquam nihil impetrabant, neq; vires ad rebellandum erant.*) In primo exemp. Germanico fuit, Ad debellandum. Quod magis huic loco convenit. *Ad ſeptem millia hominum in naves impoſitos.*) In primo exemp. German. erat, impoſita, quod magis probo. *Priusquam hi Conſules ad exercitum venirent, qui Piſas indictus erat A. Poſtumius, & frater Q. Fulvii M. Fulvius Nobilior.*) Legendum cenſeo, Inductus erat. Nam inducere exercitum eſt in hoſtem adducere, at Piſæ pro Romanis ſtabant. Itaq; paullo ante dixit: Adortus à Piſis Apuanos Ligures. Indictus ergo reſtituendum. Nam Edicere, & Indicere exercitum aliquo ad conveniendum eſt uſitatum, ut paullo ante: Suobus Pæoniæ exercitu indicto. Porro autem A. Poſtumius hic alius erat, quam Conſul, qui & ipſe A. Poſtumius dicebatur. *Is menſibus ſuis dimiſit legionem.*) Nihil vitii inſidere in hoc loco puto, contra atque cenſet Glareanus, ſenſus eſt: Ante adventum Conſulum præfuiſſe exercitui, qui Piſas erat inductus, A. Poſtumium, & M. Fulvium Nobiliorem fratrem Q. Fulvii Flacci Conſulis, itant menſes, quibus ſinguli præeſſent inter ſe diviſerint, æque ac Conſules faſces, & Fabius, ac Minucius Dictatores quondam imperium. M. autem Fulvius menſib. ſuis dimiſit legionem ſecundam, cujus ipſe erat Tribunus militum. Hac de re Valerius lib. II. cap II Frontin. lib. IV. ſic: Q. Fulvius Flaccus Cenſor Fulvium fratrem ſuum, quia legionem in qua Tribunus militum erat injuſſu Conſulis dimiſerat, à Senatu movit. Hinc Vellejus lib. 1. ait: Aſpera cenſura Fulvii Flacci, & Poſtumii Albini, quippe Fulvii Cenſoris frater, & quidem conſors Cn. Fulvius Senatu motus eſt ab iis Cenſoribus, & Liv. lib. XLI. Creati Cenſores Q. Fulvius Flaccus, A. Poſtumius Albinus legerunt Senatum. Inſignis nota F. Fulvii, qui frater germanus, & (ut Valerius Antias tradit) conſors etiam Cenſoris erat. Qui autem Cenſor Fulvius Fulvium notavit, is non hoc anno, ſed ſequenti eſt Conſul. Hic enim Cn. F. ille Q. F. eſt, ex tabulis Cap. Neque Fulvius Tribunus militum frater eſt germanus hujus Conſulis, ſed illius Cenſoris. Credo autem hunc Tribunum Fulvium recte, & M. & Cn. dici: at L. mendoſe. Quod ex ſequenti Fulviorum ſtemmate intelligetur.

M. Fulvius Q. F. M. N. Flaccus Cos. an. 486.

C. Fulvius Flaccus frater Quinti. legatus an. 539.	Q. Fulvius M. F Q. N. Flaccus. Cos 513. 526. 528 541. Cenſor: Dictator. Capuam cepit.	Cn. Fulvius Flaccus, frater Quinti, qui Capuã cepit. Prætor an. 538.

Q. Fulvius Q. F. M. N. Flaccus Præt. Hiſpan. an. 568. Conſul 571. Cenſ. 567. filius Quinti, qui Capuã cepit. Vellejus.	M. Fulvius Flaccus frater Quinti; de eo Liv. in an 570. cum fratre eſt in Hiſpania. — M. Fulvius M. F. Q. N. Flaccus Cos. an. 625. interfectus cũ C. Graccho.	Cn. Fulvius Flaccus frater germanus Quinti Cenſoris notatus ab eo quia legionem dimiſerit Q. Fulvii Conſulis an 570 Idem adoptatus à M. Fulvio Nobiliore. M. Fulvius Nobilior dictus	L. Manlius L. F. L. N. Acidinus Fulvianus Cos. 571. cum fratre ſuo germano Q. Fulvio. Vellejus.	Q. Fulvius Cn. F. M. N Flaccus. Prætor Sardin. an. 568 Cos. an. 570 cujus Conſulis legionem M. Fulvius Nobilior frater patruelis dimiſit.

Hoc ubi Placentiam (nam eo forte profectus erat) Fulvio nunciatum eſt, cum expeditis equitibus ſecutus dimiſſos, quos eorum potuit aſſequi, deduxit caſtigatos Piſas: de ceteris Conſulem certiorem fecit, eo referente S. C. factum eſt.) Duorum Fulviorum hic ſit mentio, Q. Fulvii Conſulis, & M. Fulvii Tribuni militum, cum autem M. Fulvius antequam Conſul veniret ad exercitum, injuſſu ejus dimiſiſſet legionem, mirum videtur, cur ſubdat Livius: Hoc ubi nunciatum Placentiam Fulvio eſt, nam eo forte profectus erat. Nam ſi Fulvius Conſul ad exercitum nondum venerat, quomodo forte Placentiam quaſi ab exercitu erat profectus? deinde cum ait: Certiorem Conſulem facit. Quem Conſulem? collegam dicet aliquis, at collegam erat dicendum, perſpicuum eſt igitur, cum dicat, antequam Conſules ad exercitum venirent, præfuiſſe ei A. Poſtumium, & M. Fulvium; cumque addat, dimiſſam à M. Fulvio legionem, Fulvium, qui

forte

(20) Recte tabulæ Capitolinæ: Veruntamen in re non admodum magna, Glareanus nihil aſſeverat, ſed hæſitat,

forte Placentiam profectus erat, perſecutum eſſe, deque ea re Conſulem certiorem feciſſe, & Conſule referente S. C. factum eſſe, non Fulvium Conſulem legionem perſecutum eſſe, qui adhuc Romæ erat, ſed A. Poſtumium, qui item exercitui cum præeſſet, Placentiam tum forte conceſſerat, ab ipſoque Aulo Fulvium Conſulem certiorem factum eſſe, & Fulvio ipſo Conſule S. C. factum eſſe. Quare pro Fulvio, reponendum eſt, Aulo, immutatis paullulum literis, ut de A. Poſtumio intelligamus. Glareanus plures hic verſus mendoſe eſſe cenſuit, nos uno nomine reſtituto omnia patefecimus. Et ſunt tamen qui diligentem hanc nominum Romanorum emendationem, ut minime neceſſariam improbent, quaſi vero & hoc loco, & aliis nihil interſit, quo quiſque nomine affectus fuerit, certo ſcire. *Cauſſa ignominiæ, uti ſemeſtre ſtipendium in eum annum eſſet ei legioni decretum.*) Hic mos exponitur apud Nonium: Ære diruti, inquit, appellabantur milites, quibus propter ignominiam ſtipendium, id eſt merces menſtrualis, aut annua, quæ eſſet in Nummis æris, ſubtrahebatur. Varro de vita populi R. lib. II. Stipendium appellabatur, quod æs militi ſemeſtre, aut annuum dabatur, cui datum non ſit propter ignominiam ære dirutus eſſet. Et Feſtus: Dirutum ære militem dicebant antiqui, cui ſtipendium ignominiæ cauſſa non erat datum, quod æs diruebatur in fiſcum, non in militis ſacculum. *De rege ſacrificio ſufficiendo in locum C. Cornelii Dolabellæ.*) Hic anno DLXII. quo Rex creatur, dicitur Cn. Cornelius. Itaque hoc etiam loco, Cn. Cornelii, lego. Quod prænomen tulerunt Dolabellæ, cum Cajum non item. *Ultimum de cælo, quod comitia turbaret, intervenit.*) Ultimum, mendoſe eſt, Glareanus, portentum, reſtituit, in quo portenta loquitur. Ego, Vitium. Unde vitio creati, & vitioſi magiſtratus dicuntur, qui contra auſpicia creati ſunt. Cicero de Divinatione: Comitiorum ſolum vitium eſt fulmen, quod idem omnibus rebus optimum auſpicium habemus. *C. Servilius Geminus Pont. Max. dictus eſt.*) Paucis ante verſibus, C. Servilium Pont. Max. dixit, ſine cognomine Gemini, ita vero ſcribendum eſſe jam bis ſupra oſtendi. *In Pontificem Maximum Æmilium Lepidus.*) In primo exemplari German. erat: Ante Pontificem Maximum Æmilius, inde emendatores fecerunt: In Pontificem Maximum Æmilius. Ego vero. At Pont. Max. M. Æmilius, ut Pontifex in locum ejus à collegio cooptatus eſt Q. Fulvius Flaccus, at Pont. Max. M. Æmilius Lepidus. Me enim movet hæc nova dicendi forma. In Pontificem cooptari, deinde agnoſco erroris cauſſam, librarius enim M. prænominis Æmilii notam, cum voce præcedenti præciſa, Max conjunxit, & Maximum fecit. Unde coacti alii poſtea ſunt pro AT, ante reponere. M. Æmilii Pont. Max. poſt in aliis libris magna eſt mentio. *Lenates.*) Lænates, ut ante. *P. Scipionem filium Africani augurem cooptarunt.*) Duo Africani filii fuiſſe traduntur, P. & Cn. Scipiones. Publius hic eſt, qui Augur nunc cooptatur, quique Cicerone auctore in Bruto, & Catone, Æmilianum adoptavit, à quo ille P. Scipio dictus eſt, imbecilla valetudine ille quidem, ſed ſummo tamen ingenio præditus. Eundem ædilem curulem fuiſſe arbitror, L. Anicio, M. Cornelio Conſulibus. Eſt enim in indice Adelphorum Terentii ita ſcriptum: Acta ludis Q. Fabio Maximo, P. Cornelio Africano ædilibus curulibus, L. Anicio. M. Cornelio Coſſ. nec de alio poteſt intelligi. Cnæus is eſt, qui captus ab Antiocho Rege in prœlio fuit, quique ſordidam præturam geſſit, & à patris gloria degeneravit, Valerio auctore lib. III. cap. V. & lib IV. cap. V. *Aut eam ſibi defendendam, aut provinciam dimittendam.*) Si ſententiam explicuero, neminem puto futurum, cui non probem, Deferendam, pro Defendendam eſſe reponendam. C. Mænio, inquit, cum Sardinia provincia eveniſſet, additum erat, ut quæreret de veneficiis longius ab urbe X. millibus paſſuum. Ab hoc igitur allatæ literæ, ſe jam tria millia hominum damnaſſe. & creſcere quæſtionem indiciis; propterea ſe cogi, ut aut veneficiorum quæſtionem incboatam deferat, aut provinciam Sardiniam dimittat. Ergo ne hic quidem recte Glareanus, qui de provinciæ nomine dubitat, an Quæſtio, an Sardinia intelligi debeat. *Q. Fulvius Flaccus ex Hiſpania rediit Romam &c. Conſul eſt creatus cum L. Manlio Acidino.*) Hos Conſules Q. Fulvium, & L. Manlium fratres germanos fuiſſe ſcriptum eſt in tabulis Capitolinis, ſic:

L. MANLIUS L. F. L. N. ACIDINUS. FULVIAN. Q. FULVIUS Q. F. M. N. FLACCUS.
HEI FRATRES GERMANI FUERUNT.

Idem ſcribit Vellejus lib. I. Non minus clarum exemplum, & adhuc unicum Fulvii Flacci ejus, qui Capuam ceperat filiorum, ſed alterius in adoptionem dati, in collegio Conſulum fuit adoptivus in Acidini Manlii familiam datus. Hoc adſcripſi, ut & Capitolinorum auctorum diligentiam, & Velleji ſententiam, quæ vulgo corrupta eſt, indicarem. *Eo anno rogatio primum lata eſt ab L. Julio Tribuno pl. quot annos nati, quemque magiſtratum peterent, caperentque.*) Miror hoc anno primum latam hanc rogationem ſcribi, cum libro XXV. ita de Scipione tradiderit. *Huic petenti ædilitatem cum obſiſterent Tribuni pl. negantes rationem ejus habendam eſſe, quod nondum ad petendum legitima ætas eſſet.*) Poſt autem libro trigeſimo ſecundo, in Conſulatu mandando T. Quintio Flaminino, quem nondum annos XXX., natum fuiſſe Plutarchus prodit, hujus legis ne verbum quidem fecerit; immo vero ita ſcripſerit: Patres cenſuerunt, qui honorem, quem ſibi per leges capere liceret, petere, in eo populo creandi quem velit poteſtatem fieri æquum eſſe. Nam quæ lex Flamininum à Conſulatu dejiciebat, ea erat, quod à quæſtura ad Conſulatum tranſcendendo ædilitatem, & Præturam tranſibat. Legitimam autem petendo Conſulatui ætatem fuiſſe annum XLIV. ex Ciceronis Philippica V. colligitur. Puto præterea, L. Villio Annali, ſcribendum, nam in lib. epiſtolarum Cælii IIX. pro L. Julio Annali, in manuſcriptis eſt L. Villio, & apud Valerium libro IX. L. Tullius Annalis, pro L. Villius. Sic ante, L. Villius Tappulus Conſul, L. Julius evaſerat, neq; Villiæ gentis ulla in libris impreſſis mentio relicta erat. *C. Cornelius Scipio.*) Cn. Cornelius, ex Conſulatu, quem biennio poſt gerer. Tab. Capitolinæ. *L. Valerius Lævinus.*) C. Valerius Lævinus, ex Conſulatu, quem biennio poſt gerer. Tabul. Capitol., & ipſemet Livius. *Q. & M. Mucii Scævolæ.*) in primo exemplari German. Q. & P. Mucii P. Filii Scævolæ. Optime, ſi Q. Filii legas, ex Capitolinis eorum Conſularibus. Uterque enim Q. F. P. N. proditur, ut germani fratres collegæ in Prætura ſint. *Hiems eo anno nive ſæva, & omni tempe-*
ſta-

ſtatum genere fuit, arbores, quæ obnoxiæ frigoribus ſunt, deuſſit cunctas.) In primo exemplari German. deuſſit, & recte. Sic enim Virgil. Penetrabile frigus adurit, & libro XXI. Livius peruſtos artus dixit frigore, & lib. ſuperiore M. Æmilius Coſ. agros Ligurum deuſſit. *T. Sempronii ædilis*) Ti. Sempronii, ex Conſulatu Capit. *Ædem albam Capuæ.*) Albam Livius lib. XXXII. De Cœlo tacta Capuæ ædes, quæ Alba dicitur. *De quibus cauſſis hoc timeamus, multa ſuccurrunt quæ dicerentur, niſi forte implacabiles* veſtræ iræ implicaverint animos veſtros.*) In Germanico exemplari erat: Niſi forte implicabiles fueritis, implicaverint. Glareanus autem pro fueritis, reſtituit, iræ veſtræ. Ego deſiderari alias voces puto, itaque aſteriſcum appoſui. *Ut ea res mihi, collegæque meo bene, & feliciter eveniat.*) Precatio ſollemnis Cenſorum hæc eſt, de qua ſic Varro libro V. de lingua Latina: Ubi noctu in templo Cenſor auſpicaverit, atq; de cœlo nunciatum erit, præconi ſic imperat, ut viros vocet. Quod bonum, fortunatum, felixque, ſalutareque ſibi & populo R. Quiritium, reique publicæ Populi Romani, Quiritium, mihique collegæque meo, fidei, Magiſtratuique noſtro: omnes Quirites, pedites, armatos, privatoſq; curatores omnium Tribuum, ſi quis pro ſe, ſive pro altero dari rationem volet, vocat indicium. *Bis à L. Fulvio ſe certo Conſulatu dejectum.*) M. Fulvio, perſpicue. *In Hiſpania L. Poſtumius, & Ti. Sempronius proPrætor comparuerunt.*) Scribe, pro Prætores, quia ſupra dixit: In Hiſpaniis duabus Ti. Sempronio. & L. Poſtumio cum iiſdem exercitibus, quos haberent, prorogatum imperium eſt. *Ergavica urbs nobilis.*) Ergavica, ex Ptolemæo, & primo exemplari Germ. in quo eſt paullo poſt, Erbicæ, pro Ergavicæ. *Nec aliud magnopere victores fuiſſe Romanos.*) In primo exemplari German. eſt: Nec aliud magnopere Erbicæ; quam vocem, qui non intellexerunt, induxerunt. Ego, Ergavicæ, cujus quattuor ante verſibus deditæ meminit, puto legendum; præterea quod in eodem exemplari eſt: Nec aliud magnopere Erbicæ crederes fuiſſe, puto legendum. Nec aliud magnopere Ergavicæ credere ſe feciſſe Romanos. Etenim aliorum narrat opinionem, de rebus à Romanis ad Ergavicam geſtis, & prœliis cum Celtiberis commiſſis. *Niſi quod poſtero die manentes intra vallum prœlio laceſſierint, ſpolia per totum diem legiſſe, tertio die prœlio majore iterum pugnatum.*) Has voces: Poſtero die, transferendas ad initium ſequentis membri puto, ut ſit: Poſtero die ſpolia per totum diem legiſſe; primo enim die à prima luce ad ſextam horam diei Sempronium pugnaſſe, multos utrimque cecidiſſe, poſtero ſpolia per totum diem legiſſe, tertio die majore iterum prœlio pugnatum eſſe. Reliqua parentheſi includenda eſſe exiſtimo, ideſt: Nec aliud magnopere Ergavicæ credere ſe feciſſe Romanos, niſi quod manentes intra vallum prœlio laceſſierint, hoc modo. Ergavica nobilis civitas aliorum circa popolorum cladibus territa portas aperuit Romanis. Eam deditionem oppidorum haud cum fide factam quidam auctores ſunt, è qua regione abduxiſſet legiones, extemplo inde rebellatum, magnoque poſtea prœlio eum ad montem Caunum cum Celtiberis à prima luce ad ſextam horam diei ſignis collatis pugnaſſe, multos utrimque cecidiſſe (nec aliud magnopere Ergavicæ credere ſe feciſſe Romanos, niſi quod manentes intra vallum prœlio laceſſierint) poſtero die ſpolia per totum diem legiſſe, tertio die prœlio majore iterum pugnatum, & tum demum haud dubie victos Celtiberos, caſtraque eorum capta, & direpta eſſe. *Inde debellatum, veramque pacem non fluxa (ut ante) fide Celtiberos fuiſſe.*) Senſus, & latinatio poſtulat, ut legamus: Feciſſe, ut etiam paullo ante; Feciſſe Romanos. *Trigeminam.*) Tergeminam, Priſcianus De Numeris. *Habuere & in promiſcuo Prætores pecuniam.*) Loquitur de Cenſoribus. Itaque vox, Prætores, perſpicue mendoſa eſt, & ſine ullo ſenſu, ſuſpicor legendum, Præterea; Sic enim ait: Cenſoribus poſtulantibus, ut pecuniæ ſumma ſibi, qua in opera publica uterentur, attribueretur, vectigal annuum decretum eſt. Item: Opera ex pecunia attributa, diviſaque inter ſe, hæc confecerunt; Poſtremo: Habuere & in promiſcuo præterea pecuniam, ex ea communiter locarunt aquam adducendam, ideſt, præter eam, quam inter ſe diviſerant, habuerunt aliam promiſcuam. *Idem dedicavit ædem Larium permarinûm in campo, voverat eam annis duodecim ante L. Æmilius Regillus navali prœlio adverſus Præfectos Antiochi.*) Meminit hujus ædis Macrob. lib. I. XI. Kalend. Januar., inquit, feriæ ſunt Laribus dedicatæ, quibus ædem bello Antiochi L. Æmilius Regillus Prætor in campo Martio curandam vovit. Quod autem ſcriptum eſt, annis duodecim, intelligendum eſt, eſſe legendum, Undecim. Cum enim ante legeretur, Quadraginta, Glareanus vitio agnito, Duodecim reſtituit. (21) Error enim ex notis natus eſt, XL. & XI. Docui autem in ejuſmodi loquendi genere, anni extremi, quo res geritur, rationem non haberi; ſic paullo ante dixit, annis ante octo, cum tamen, Novem, niſi hanc formulam tueretur, fuiſſet ei dicendum. Quod item ait: Præfectos Regis, ſupra, Præfectum dixit lib. XXXVII. L. Æmilio Regillo, qui claſſe Præfectum Antiochi Regis devicerat. Polyxenidam autem intelligit, affuiſſe autem etiam Hannibalem tradit Florus de bello Syriaco, de quo in ea pugna nihil Livius. *Duello magno Regibus dirimendo caput ſubigendis patrandæ pacis hæc pugna exeunti L. Æmilio M. Æmilii filio auſpicio, imperio, felicitate, ductuque ejus inter Epheſum, Camuchumque inſpectante Coſ. ipſo Antiocho, exercitu omni, equitatu, elephantiſque, claſſis Regis Antiochi antea ſit victa, fuſa, contuſa, fugataque eſt, ibique eo die naves longæ cum omnibus ſociis captæ quadraginta duæ, ea pugna pugnata Rex Antiochus Regnumque ejus rei ergo ædem Larib. permarinis vovit.*) Miror hunc locum non depravatum ſolum, ſed ex omni parte divulſum, ac laceratum ne aſteriſco quidem in optimis Gallorum exemplaribus eſſe notatum. Quo de loco quid ſentiam dicam; nam omnino illum reſtituere non poſſum, præſertim vero cum veterum exemplarium auxilio deſtitutus ſim. Primum igitur dico, ad explendum horum verborum ſenſum (Duello magno Regibus dirimendo caput ſubigendis patrandæ pacis) multa deſiderari, neque enim hæc aut inter ſe, aut cum inſequentibus ullo modo cohærent. Reges autem videtur intelligere Antiochum, & Eumenem. Etenim cum Eumenes à Seleuco Antiochi filio obſideretur, L. Regillum advocavit, teſte Livio, & Appiano. Itaque hunc

(21) Glareanus toties clamat, pro uno anno cum nemine ſe certaturum, quòd loquendi diverſitas apud auctores hoc cogat. Et hic Sigonius id ſibi aſcribit, quaſi a nemine antea animadverſum.

hunc titulum pugnæ ſuæ prætuliſſe videtur Regillus, ut prœlium Regum dirimeret, & pacem componeret. Deinde ne hæc quidem: (Hæc pugna exeunti L. Æmilio, M. Æmilii filio) congruunt cum iis, quæ ſequuntur. (Auſpicio, imperio) deſideratur enim verbum, cui vox Pugna, jungatur; præterquamquod & Magiſtratus, & cognomen L. Æmilii intercidit, quæ in ejuſmodi re affigi accuratiſſime ſolent, ut in tabula Gracchi libro XLI. Ti. Sempronii Gracchi Conſulis auſpicio, imperioque, &c. Præterea hæc inter ſe conveniunt, Auſpicio, imperio, felicitate, ductuque ejus inter Epheſum, Camnchumque, niſi quod pro, Camuchumque, Samum, Chiumque, legendum eſt ex verbis Livii, ubi hanc pugnam deſcripſit. At vero hæc: (Inſpectante Coſ. ipſo Antiocho, exercitu omni equitatu, elephantiſque) luxata verba ſunt, & ex alio loco temere neſcio quo pacto in hunc tranſlata; neque enim pugnatum eſt præſente aut Conſule, aut Antiocho, neque equitatus, neque elephanti ad pugnam navalem pertinent, ergo ſine controverſia è medio tollenda, atque ita oratio connectenda: Auſpicio, imperio, felicitate, ductuque ejus claſſis Regis Antiochi, &c. Quod autem ſcriptum eſt, (Claſſis Regis Antiochi antea ſit victa, fuſa, contuſa) vitioſe eſt. Legendum eſt enim: Claſſis Regis Antiochi ante D. XI. K. Jan. victa: Etenim Macrobius hoc die in prœlio votam eſſe ædem à L. Regillo ait, & in notis facilis lapſus eſt, ante D. XI K. Antea ſic, & in tabula hac diei factam eſſe mentionem, quo pugnatum eſt, apparet ex verbis, quæ ſequuntur: Ibique eo die naves longæ. Hoc autem ita eſſe ex eo perſpici etiam poteſt, quod L. Æmilius eodem anno K. Feb. triumphaſſe ob hanc victoriam à Livio ipſo traditus ſit. Poſtremo ne hæc quidem verba: (Ea pugna pugnata Rex Antiochus, Regnumque) expletam continent ſententiam. Suſpicor autem librarium, cum ſcripſiſſet, (Regnumque ejus) oculis in ſequentia verba conjectis; (Ejus rei ergo) verſum quo ſententia perficiebatur, per incuriam tranſcendiſſe. Nam vox (Ejus) bis ſcribenda eſt, ut &, Regnum ejus, dicamus, &, ejus rei ergo. Nam in extrema etiam Gracchi tabula; hæc verba ſunt: Cujus rei ergo hanc tabulam donum Jovi dedit. Quamobrem ſic hunc locum deſcribendum cenſeo. Duello magno regibus dirimendo * caput * ſubigendis * patrandæ pacis * *, hæc pugna exeunti L. Æmilio M F. Regillo Prætori ***, auſpicio, imperio, felicitate, ductuque ejus inter Epheſum, Samum, Chiumque claſſis Regis Antiochi ante D. XI. Kal. Jan. victa, fuſa, contuſa, fugataque eſt, ibique eo die naves longæ cum omnibus ſociis captæ XLII. Ea pugnata Rex Antiochus regnumque ejus ***, ejus rei ergo ædem Laribus Permarinis vovit. Permarinos autem Lares vocavit L. Æmilius, quia mari ſibi affuerant. Nam Curius aram dicaverat K. Majis Laribus Præſtitibus, quod præfuiſſent mœnibus Urbis, auctore Ovidio libro V. Faſtorum. *Regis vir majeſtatis.*) Malim, Regiæ vir majeſtatis. Rex enim fuerat. Ita ante legebatur. *Demetriade habitabat cum deſiderio anxius filii, tum pœnitentia crudelitatis ſuæ, quæ ſtimulabat animum, & alter filius haud dubie & ſua, & aliorum opinione Rex.*) Aſſentior Florebello ita legenti: Cum deſiderio anxius filii, tum pœnitentia crudelitatis ſuæ. Stimulabat animum & alter filius. *Et infelicitatem ſuam in liberis graviorem, quod alter periiſſet.*) Melius, Supereſſet, & referatur ad Perſeum, non ad Demetrium, quemadmodum placet Florebello. *Nuncios prædiſpoſitos, itaut convenerit, miſit ad Perſeum.*) Quid ſi legas, Nuncios per diſpoſitos equos, ut lib. XXXVII. Gracchus per diſpoſitos equos die tertio Pellam pervenit. *Nobilis etiam pugna adverſus Cleomenem Lacedæmonium clarus. Tutorem eum Græci, ut cognomine à ceteris Regibus diſtinguerent, appellarunt.*) Hunc Græci Evergetem, & Sotera vocarunt, auctore Suida: [illegible]. Tutor autem Philippi pueri fuerat, ut Plutarchus quoq; tradit in Paullo, qui hunc eundem Δωσωνα, vocatum ſcribit, & Pauſanias in Achaicis. *Forte vocatum *, perductumq; in regiam vocari juberet.*) Locum aſteriſco notavi, quia ſententia expleta non eſt. Quæ quidem hæc videtur fuiſſe: Hortatur inde, ut eum forte vocatum, &c. Hic autem Xichus ſcriba Legatorum videtur fuiſſe, quia ſubdit: Ordinemque omnem facinoris Legatorum, miniſteriique ſui expoſuit. *Curiſque & vigiliis, cum identidem ſpecies, & umbræ inſontis interempti filii eum diris agitarent, exſtinctum eſſe cum execrationibus alterius.*) Ante legebatur: Cum identidem ſpecies, & umbræ inſontis interempti filii cum diris agitarent extinctum eſſe execrationibus alterius. Qui poſtea emendarunt, fecerunt recte: Eum diris, non ita autem recte, quod, Exſtinctum eſſe cum execrationibus alterius, ſcripſerunt. Quantum autem ipſe intelligere poſſum, ii germanum hujus loci ſenſum aſſecuti non ſunt, qui ex hac verborum diſpoſitione nullus percipi poteſt. Incredibile eſt enim, quam luxata fuerint verba hujus extremi libri XL. in illo exemplari Germanico. Itaque niſi ſæpe ea in ordinem ſuum redigas, vix ſenſum invenias. Quod qui ante me hunc librum emendarunt, & ſenſerunt etiam & fecerunt. Hæc igitur verba in hunc modum mihi videntur eſſe ordinanda: Curiſque, & vigiliis, cum identidem ſpecies, & umbræ inſontis interempti filii eum diris execrationibus alterius agitarent, exſtinctum eſſe. Sic locutus eſt libro XXVI Diram execrationem in populares, obteſtationemq; quam ſanctiſſimam potuerunt adverſus hoſpites compoſuerunt, & libro X. Dira execratio, & furiale carmen. Item lib. XXVIII. & Plin. lib. XXVIII. Cap. II. Diras deprecationes dixit. Senſus per ſe ex verbis ipſis perſpicuus eſt. *Si haud ſtatim palam facta eſſet mors Regis.*) Glareanus ſic: Videtur altera parte defecta oratio, &, Aut, legendum, pro, Haud. Nam alioqui ſenſus nullus eſt: Neque enim haud ſtatim palam facta eſt mors Regis. Quod laudo. [22] *De ea re Antigonus ſæpe invitus cum ipſo Cottone Legatus ad concitandos Baſtarnas miſſus.*) Ante legebatur: Ea res Antigonus. Quidam fecerunt, De ea re. Ego malim: Erat Antigonus. Cur enim dicat, De ea re cum addat. Ad concitandos Baſtarnas. Malim ergo. Erat Antigonus perinvitus cum ipſo Cottone Legatus. Nam cum ſupra dicturus fuerit. Admoneri tamen potuiſſet Antigonus, aut ſtatim palam facta eſſet mors Regis, aut tum apud Regem fuiſſet. Ne ſtatim pateſieret mors Regis, Calligenes medicus cauſſam attulit. Ne tum adeſſet Antigonus, incidit, quod

(22) Hic ſemel propitium habet Sigonium Glareanus: verum tot locis ante eum reſtitutis nulla eſt gratia.

quod perinvitus erat Legatus cum Cottone ad Baſtarnas coocitandos miſſus. Reddit ergo rationem, cur nterque & Cotto, & Antigonns ad Baſtarnanum adventum nunciandum Regi, prægreſſus erat, alter quia Baſtarna erat, alter perinvitus. Quod autem ſupra ait etiam: Nobilis erat Baſtarna; Malim: Nobilis is erat Baſtarna; ſic enim ſere loqui ſolet Livius, & lapſus facilis eſt & uſitatus, nt libro XLI. Caſtra ad lacum Timavi poſuit. Imminet mari is Lacus, & XLIII. Prætor novus Iſmenias. Is erat Vir nobilis, ac porens. Item: Leonides Lacedæmonius, Regii is generia ſerebatur. *Inde in omnem eventum conſilia commodabantur.*) Malim Accommodabantur. A. litera ex præcedenti voce, Conſilia, repetita, t ſic Cicero: Id ſi ſciſſem, ad id meas literas accommodaviſſem, & alibi: Ut iidem verſus alias in aliam rem accommodari poſſe videreotur, & Livius lib. XLI. Ad hæc quæ palam ſunt conſilia noſtra accommodare oportet. *Quali tempeſtate Gallos ſpoliantes Delphos fama eſt peremptos eſſe.*) Hanc hiſtoriam planiſſime ſcribit Pauſanias in Atticis. *A. Manlius Volſo.*) Vulſo, ut anre. *Clondico duce profecti erant.*) Ex Epitome lib. XLIII. legendum eſt, Elonico. *Cæpione.*) Cæpione, ut ante. *Centone.*) Centhone, ut ante. *Lanaque cum integumentis, quæ Jovi oppoſita fuit, decidit.*) Appoſita, legendum ex Obſequente in lib. de prodigiis. Lana cum integumentis, quæ Jovi appoſita erant, decidit.

In Epitomen Libri XLI.

M*Onimentumque operum ſuorum Gracchurim orpidum in Hiſpania conſtituit.*) Recte, ſic enim Feſtus lib. VII. Gracchnris Urbs Hiberiæ regionis, dicta à Graccho Sempronio, quæ antea Illurcis nominabatur. *A Poſtumio Albino.*) Veteres lib. Et à Poſtumio Albino. *De utriſque triumphavit.*) Veteres lib. Uterque triumphavit. Recte, ideſt, Graechus, & Albinus, ille de Celtiberis, hic de Luſitanis: Ita enim Livius. *Q. Volumnius Saxa.*) Emendo Q. Voconius, ſic enim Cicero in Catone, ubi legis Voconiæ meminit, ſic in oratione pro Cornelio, ſic Auguſtinus de Civitate Dei, ſic ceteri; eſt enim hæc lex Voconia celebris. *Templa magnifica multis locis erexit, Athenis, Jovis Olympii, & Antiochiæ.*) Adde, Capitolini; Sic enim Livius hoc libro: Alioquin imperfecta, & nratio, & hiſtoria erit.

In Librum XLI.

A *Patre in pace habitam.*) Reliquos quinque libros, quos nemo adbuc commentariis editis emendandos ſuſcepit, quamquam manuſcriptorum liborum ope deſtituti, dabimus operam, ur ex ingenio ant corrigamus, aut ubi correctionis indigeant, demonſtremus. Atque hoc quidem loco multa deeſſe intelligeodum eſt, ut ſortitionem Provinciarum, & Conſularium, & Prætoriarum. Cooſulibus A. Manlio Gallia, M. Junio Ligures, Prætotibns M. Titinio Hiſpania citerior, T. Fonrejo ulterior, Neroni Etruria, T. Æbutio Sardinia obtigerunt; præterea quæ de igne Veſtæ extincto, de rebus à Ti. Graccho, & L. Albino in Celtiberia, & Luſitania geſtis, de Antiocho, de luſtro à Cenſoribus condito, de lege Q. Voconii in Epitoma tradnntur, poſtremo res à M. Junio Conſule in Liguribus geſtæ deſiderantur. Hoc autem principium eſt earum, quas A. Maulius Conſul ex provincia ſua Gallia in Iſtriam traoſgreſſus cum Iſtris geſſit. *Adverſus Illyriorum claſſem creati Duumviri navales erant, qui tuendam viginti navibus mari ſuperiore Anconam velut cardinem baberent.*) Mirum, qua felicitate reſtituerit hunc locum Florebellos, hoc modo; Qui tuendæ vigiori oavibus maris Superi oræ Anconam velut cardinem haberent; probatur autem eo magis hæc conjectura, quod libro ſuperiore ita ſcripſit: Inter Duumviros ita diviſa tuenda denis oavibus maritima ora, ut promontorium iis Minerva velnt cardo in medio eſſet. *Carmelus pro regulo erat tribus aut amplius millibus armatorum.*) Haud amplius legit Florebellus: Sic libro XXIX. Cum ducentis haud amplius equitibus, & lib. XLV. Triginta haud amplius dies. *Hiſtriæ fines.*) Iſtriæ, ſic enim Græci. *Tunc demum nuncius ad tertiam legionem revocandam, & Gallorum præſidium: Et ſimul ex omnibus locis ad caſtra recipienda, demendamque ignominiam rederi cœptum eſt.*) Duæ voces, aut paullo plures buic ſententiæ deeſſe videntur, hæ. Opprimendum venit, nt ſit: Tnm demum ouncius ad tertiam legionem revocandam, & Gallorum præſidium opprimendum venit. Sic enim ait paullo poſt: Egregiam gloriam tertiæ legionis fore, ſi caſtra metu ſecundanotum amiſſa ſua virtute recipiant, & recipi facile eſſe, ſi in præda occupati Barbari ſubito opprimantur. *Tribuni pl. Licinius Nerva, & C. Papirius Turdus.*) Omiſſum eſt à librariis prænomen Licinii. A. Licinius Nerva, ſic enim poſt in Prætura vocatur, neq; par eſt omiſiſſe id in Licinio Livium, at non in Papirio. De Papiriis Turdis Cicero ad Papirium Pætum. *Ilienſes adjunctis Balarorum auxiliis.*) Balaros Sardiniæ populos, æque atque Ilienſes commemorat etiam Strabo. *Sed ſingulos juſtum pati ſervitium, iuſtos conjuges, liberoſque vexari.*) Juſtos mendoſe eſt. Suſpicor, juxta ſe, reponendum. Eſt autem Juxta, æque, ac pariter, ſic lib. XXIX. Omnia ſcelera Plemioius in nos, liberoſque noſtros, conjugeſque edidit, & lib. XLIII. Dnmos ſnas plenas turba nautica eſſe, verſari iater ſe, conjuges, liberoſque ſuos. *Motus is Senatus.*) Lege. Motus bis Senatus. *C. Numiſius, C. Mummius.*) Hic poſt L. Mummius dicitur. Idem anno DLXIII. Tribunus pl. fuit, quo loco L. Nummius dicebatur. *Et quibus ſtirps deeſſet, quam relinquerent, ut cives Romani fiebant.*) Malim: Ii cives Romani fiebant. *Et ſi quis ita civis Rom. factus eſſet. Hæc impetrata ab Senatu.*) Librarius tres voces tranſcendiſſe videtur. Nam hæc futura erat oratio: Et ſi qnis ita civis Rom. factus eſſet, civis non eſſet. Vox, Eſſet, decepit librarium, ut ſæpe. *S. C. adjectum eſt, ut Dictator, Conſul, Interrex, Cenſor, Prætor, qui nunc eſſet apud forum, quem manumitteret, in libertatem vindicaretur, jusjurandum daret &c.*) Ne hæc quidem ſeotentia perfecta eſt, ur cum futura fuerit ejnſmodi: Ut Dictator, Conſul, Interrex, Cenſor, Prætor, qui tunc eſſet apud ſorum, darent operam, ut qui manumitteretur, in libertatem vindicaretur, jusjurandum daret, qui eum manumitteret, Civitatis mutandæ cauſſa non manumittere. *In provinciam æque amplius præcipiti celeritate abit.*) Florebellus legit: Æque ac prius, egregie, oam paullo ante dixit: In proviociam nocte profectus præceps abiit. *Q. Petilius Spurinus.*) Petillius, ex Conſulatu Capitolino. *L. Aquilius Gallus.*) Aquillius, ex tabulis Capitolinis, & Græcis. *Quia non recte*

facta

Digitized by Google

ſactæ Latinæ eſſent.) Malim Rite, ut ſemper alias. *Comitia in diem III. Non. Sext. Latinas ad diem III. Non. Sex. edixit.*) Lego utrobique. In A.D. ideſt in ante diem; ſic enim lib. XLIII. In ante dies VIII. & VII. Kalend. Octob. dicta dies, & lib. XLV. Latinæ edictæ à Conſule ſunt in ante IV. III. & pridie Idus Nov. Sic igitur & hic: In A. D. III Nonas edicta erant. *Creavit M. Valerium Lævinum.*) C. Valerium Lævinum ex Conſulatu ejus Capitolino, & ipſomet Livio infra. *Immemorem ambiguitatis verbi ominatum ferunt, ſe eo die Letum capturum eſſe.*) Valerius libro primo ita: Petillius Conſul in Liguria bellum gerens, eum montem, cui Leto cognomen erat, oppugnaret, interque adhortationem militum dixiſſet: hodie ego Letum utique capiam, inconſideratius prœliando fortuitum jactum vocis letho ſuo confirmavit. *C. Valerius audita.*) Hoc loco hæc deſiderantur: Expoſitis rebus ab altero Conſule Q. Petillio in Liguribus geſtis, & morte ejus, jam ordiebatur narrationem earum, quas collega ejus C. Valerius geſſiſſet, his verbis: C. Valerius audita morte collegæ. Quæ res & ipſæ interciderunt, & comitia Conſulum P. Mucii Scævolæ, & M. Æmilii Lepidi, itemque Prætorum, una cum ſortitione provinciarum, præterea expoſitio rerum, quas in Gallia, Liguribuſque Conſules geſſerunt. Nam ait: Ob eas res in Gallia Liguribuſque geſtas duorum Conſulum ductu, auſpicioque Senatus in triduum ſupplicationes decrevit. Quod autem ad comitia Conſulum pertinet, reperi ſententiam perbellam jacere apud Priſcianum libro XVII. quam ſuo loco interjiciendam eſſe duxi. Ea eſt hæc: Livius ab Urbe Condita lib. XLI. Periti religionum, juriſque publici, quando duo ordinarii Conſules ejus anni alter morbo, alter ferro periiſſet, ſuffectum Conſulem negabant comitia habere poſſe. Ordinarios autem appellat Conſules, qui primis comitiis ſint creati, neque in demortuorum locum ſuffecti. Fuerant Cn. Cornelius Scipio Hiſpalus, & Q. Petillius Spurinus, quorum ille morbo, hic ferro abſumptus fuerat, ut Livius, & Valerius tradunt. Suffectus autem in Scipionis locum C. Valerius Lævinus, quem religionum, inquit, periti negabant comitia rogandis Conſulibus habere poſſe. Hac autem de re ſic ſcriptum eſt in tabulis Capitolinis:

CN. CORNELIUS L. F. L. N. SCIPIO HISPALUS IN M. G. MORTUUS EST IN EJUS L. F. E.
C. VALERIUS M. F. P. N. LÆVINUS.

Q. PETILLIUS C. F. Q. N. SPURINUS IN MAG. POSTEAQUAM SIBI COLEG. SUBROG. OCCISUS EST.

Q. Mucius non ius.) Scribe, P. Mucius, ex Conſulatu Cap. & Caſſiodoro, collegam enim M. Lepidi quærimus. *Moreſella eburnea.*) Deſiderantur pauca, quibus mores Perſei Regis deſcribebat, de quo dicere cœperat. Itaque ſubſequitur: Perſeus regio more ſella eburnea poſita jus dicebat. *Suo pio inter peregrinos.*) Hoc loco interciderunt comitia conſolaria, quibus Conſules creati ſunt Sp. Poſtumius Albinus, Q. Mucius Scævola. Comitia item Prætoria. De ſortitione autem provinciarum Prætorum ſubſequitur hoc modo: Jam Prætores ſortiti provincias erant, C. Caſſius Longinus urbanam, L. Cornelius Scipio inter peregrinos. *Quod peſtilentia, quæ priore anno in boves ingruerat, eo verteret in hominum morbos, qui inciderant, haud facile ſeptimum diem ſuperabant.*) Suſpicor ſic legendum: eo vertat in homines. In morbos qui inciderant, haud facile ſeptimum diem ſuperabant: quanquam uſus eſt etiam ejuſmodi genere dicendi lib. XXV. Ut neglecti, qui incidiſſent, morerentur, & Cic. in Piſon. Neque ſe recreare quiſquam poſſet, qui ſemel incidiſſet. *Ti. Sempronius T. F. Longus.*) Lege Ti. Sempronius C. F. Longus. Nam anno DLXI ait: Decemvir ſacris faciundis in locum Ti. Sempronii Ti. F. Longi. Ti. Sempronius C. F. Longus ſuffectus. Qui ergo creatur eo anno, hoc moritur, ibi autem idcirco prænomina appoſuit, ut internoſcerentur. *C. Atilius Æmilius curio maximus.*) Ut dixi ſupra in eo anno, quo hic creatur curio, legendum eſt, C. Mamilius Vitulus curio maximus. *C. Sulpicius Galba in locum Tuditani. Augures ſuffecti ſunt.*) Excidit nomen Pontificis ſuffecti in locum Cn. Servilii Cæpionis demortui. Ait enim: Pontifices ſuffecti ſunt C. Sulpicius Galba in locum Tuditani, ... in locum Cæpionis. Neque enim ſi de Galba ſolum dixiſſet, Pontifices ſuffecti, ſed Pontifex ſuffectus dixiſſet. *Curio maximus C. Scribonius curio.*) Altera vox Curio cognomen eſt Scriboniorum. Itaque majore litera notanda eſt, ut diſtinguatur à priore voce, quæ Sacerdotium ſignificat. *Faces eadem nocte plures per cœlum lapſæ ſunt in Lanuvino, Cæriteſque anguem in oppido ſuo jubatum aureis maculis ſparſum apparuiſſe affirmabant.*) Priſcianus lib. IV. citat hunc locum ſic: Livius hiſtor. ab Urbe cond. lib. XLI. Lanuvini, Cæriteſque anguem jubatum nunciarunt. Itaque legendum eſt ita. Lapſæ ſunt: Lanuvini Cæriteſque. *Legati Nonis Julii.*) Ut dixi alio loco, ſi Julias Nonas intelligeret, Quintiles dixiſſet, quo modo ante Cæſarem Dictatorem loquebantur. Itaque Junias repono, ut alibi ex veterum librorum auctoritate feci. Plutarchus ſæpe: [illegible]. *Nec earum tantum Civitatum, per quas iturus erat, ſatis habuit animos ſibi conciliare, aut Legatos, aut literas dimiſit.*) Legendum: Sed aut Legatos, aut literas dimiſit. *Id cum Perſeus animadvertiſſet comprenſis omnibus literas. Ceterum ne ſimilis.*) Poſt vocem Literas exciderunt verba aliquot, quæ hunc ſenſum explerent: Comprenſis omnibus literas ad Achæos miſit, quibus ſe ſervos eorum, qui ad ſe transfugerant, benigne remittere illis ſcripſit; ceterum ne ſimilis fuga ſervorum poſtea fieret, cogitandum & illis eſſe. Hæc ſententia elicitur ex ſequentibus Callicratis verbis: Inde literas ad nos cum muneris ſpecie miſit, & cogitare jubet, quo modo in reliquum hoc munere non egeamus. *Nam qui Regibus, Macedonibuſque ipſis finibus interdiximus, manereque in decretum, ſcilicet, ne Legatos, ne Nuncios admitteremus Regum.*) Præciſa ſententia, immo manca ſic expleri poſſet. Manereque id decretum voluimus, ſcilicet ne, ſic paullo poſt: Ut decretum, quo arcentur Peloponneſo Macedones, tollamus. *Perſea, quem Populi R. prius pœnæ, quam Regni hæredem futurum ſciebat, Regem fecit.*) Divinitus hunc locum quoque caſtigat Florebellus in hunc modum: Perſea, quem Populi R. hoſtem prius pœnæ, quam Regni hæredem futurum ſciebat, Regem fecit. Nota autem ſententia eſt ex ſupra dictis. *Nec provinciis de controverſis ad diſceptationem P. R. audivit.*) Excidit vox una ad ſenſum complendum neceſſaria, ea eſt, Revocantem, ſic enim ait: Dolopiam armis ſubegit, nec provinciis de

con-

controverſis ad diſceptationem Populi Romani revocantem audivit. Hoc probatur ex eo, quod paullo ante dixit: Et de quibus ambigebatur rebus ab Rege ad Romanos revocabant. *Immiſcemur Macedonibus armantibus ſe adverſus Romanos.*) Procul dubio, Immiſceamur, legendum eſt, pendetque & hoc membrum à ſuperioribus. Hoc eſt, ut decretum tollamus, ut Legatos Regios exercitus Macedonum, & mox ipſum à Delphis trajicientem in Peloponneſum videamus, immiſceamur Macedonibus armantibus ſe adverſus Romanos. *Quamquam & illud dicere poteram, tanta priorum Macedoniæ Regum merita erga nos fuiſſe, ut Philippi unius injurias, ſi quæ forte fuerunt, utique poſt mortem.*) Senſus docet deeſſe verbum, Obliviſceremur, ut ſit: Si quæ forte fuerunt, obliviſceremur utique poſt mortem. *Cum claſſis Rom. Cenchris ſtaret Conſul cum exercitu Velatiæ eſſet.*) Cenchreis, & Elatiæ ſcribendum ſine dubio, ex lib. XXXI. *Exſulibus Hypateis.*) Hypatæis, ex Stephano: Ὑπαταῖοι. *L. Fulvii, qui frater germanus, & (ut Valerius Antias tradit) conſors etiam Cenſoris erat.*) Hunc Vellejus Cn. Fulvium vocat, & recte, ut libro priore docui. Aſpera, inquit, cenſura Fulvii Flacci, & Poſthumii Albini fuit; quippe Fulvii Cenſoris frater, & quidem conſors Cn. Fulvius Senatu motus eſt ab iis Cenſoribus. Ceterum fratres conſortes dicuntur, qui hæreditatem nondum diviſerunt, Græce συγκληροι. *Ex iis M. Æmilio Senatus negotium dedit.*) Hoc nomen Conſulis eſt mendoſe, non enim hoc anno, ſed priore M. Æmilius Conſulatum geſſit, qui autem proxime ante L. Poſtumium Albinum, & M. Popilium Lænatem, qui ſubſequuntur Conſules, fuerunt ii, Sp. Poſtumius Albinus, & Q. Mucius. Neque vero de M. Aemilio intelligi poteſt, quia ille ſortitus Galliam eſt, hic autem Iſtros, nihil memorabile geſſit. P. Mucii res in Liguribus geſtæ apud Livium omnino interciderunt. Illud enim tantum exſtat, ob res in Gallia Liguribuſque geſtas duorum Conſulum ductu auſpicioque, Senatus in triduum ſupplicationes decrevit, & XL. hoſtiis ſacrificari juſſit. *Ferreis in monte Albano Conſulibus.* Feriis puto legendum, ut de Latinis intelligatur, quæ agebantur in monte Albano. Ceterum hic locus ſanari ne conjectura quidem poteſt. *Et alter ex iis Fulvius Flaccus (nam Poſtumius nibil niſi Senatus Romani, Populive juſſu ſe locaturum eſſe ipſorum pecunia) Jovis ædem Piſauri.*) Malim: Nam Poſtumius, nibil niſi Senatus Conſulto, Populive juſſu ſe locaturum ipſorum pecunia dicebat .n.; ſic loqui ſolet, ut Senatus Conſultum, vel auctoritatem juſſui Populi opponat. *Et Polentiæ.*) Potentiæ, ut ſupra. *In bis & clo um circumducend & forum.*) Puto legendum: Cloacam in fluvium circumducendam, & forum: Sic lib. primo: Cloacis e faſtigio in Tiberim ductis. *M. Popilius Lænates.*) Popillius Lænas ex Capit. lap. *Cn. Fabius Buteo.*) Alio loco oſtendi N. Fabios, Cn. Fabios mendoſe ſcribi: Eſt profecto N. Fabius Buteo Conſul anno DV. in tabulis Cap. Neminem autem Cn. Fabium reperi niſi mendoſe. *In ædem Matris Matutæ poſita.*) Lege: In æde. Sic lib. XL. Eodem exemplo tabula in æde Jovis in Capitolio ſupra valvas fixa eſt. *Atque liberatis vectigalibus reſtitutis.*) Deeſſe mihi vox aliqua videtur, ut: Atque liberatis vectigalibus & Reipubl. reſtitutis. *T. Flaminii.*) Flaminini, ut ſupra, eſt enim filius T. Quintii Flaminini, qui de Philippo triumphavit.

In Librum XLII.

CN. *Fabius Maſſiliæ.*) N. Fabius ut dixi. *Senatus decrevit, ut P. Furius, Cn. Servilius, quibus ſuccedebatur, inter ſe ſortirentur, uter citeriorem Hiſpaniam prorogato imperio obtineret.*) Locus ſine dubio mancus: Quod ex diuturna obſervatione Livianæ orationis intelligi poteſt. Poſſum ſexcentos proferre locos, quibus Livius ita locutus ſit: Compararent inter ſe, aut ſortirentur, verum paucis quibuſdam ero contentus, quæ ſunt in extremis his libris: Lib. XLI. s. c. factum eſt, ut Conſules inter ſe compararent, uter eorum ad comitia habenda Romam rediret, & hoc libro: s. c. inde factum eſt, ut Conſules inter ſe provincias compararent, ſortirenturve, & lib. XLIII. Primo quoque tempore, aut compare eos inter ſe provincias Italiam, & Macedoniam, aut ſortiri placuit, & lib. XLV. Primo quoque tempore aut compararent eos inter ſe, aut ſortirentur. Cum igitur ex his locis, & ex iis, quæ ſupra à me collecta ſunt, ſatis conſtet, non conſueviſſe dicere Livium: Sortiri inter ſe, ſed comparare, non eſt dubium, quin legendum ſit: Inter ſe compararent, aut ſortirentur, præſertim vero cum ſubſequatur: Sors opportuna fuit, quaſi dicat: Ex duabus propoſitis rationibus, una opportuna fuit. *Cn. Lutatius Cerco.*) Puto legendum, C. Lutatius, neque enim Cnaeum prænomen eſſe Lutatiorum reperi. Supra in Capitolinis Conſulibus eſt: Q. Lutatius C. F. C. N. Cerco. *Voverat in ea pugna ædem Junonis Monetæ.*) Caſus dandi requiritur: Sic enim ſemper loquitur: Res exemplis non eget: Junoni, ergo ſcribe. *Arma quoque tempore fieri.*) Corrige: Arma primo quoque tempore fieri: Nam de Conſule paullo ante dixit: At ille arma omnibus ademit. Quæ ergo arma à Conſule Liguribus adempta fuerant, ea primo quoque tempore fieri cenſuit Senatus, & factum Conſulis improbavit. Nota dicendi forma eſt. *Quas ob res placere Senatui, M. Popillium Conſulem Ligures pretio emptoribus reddito, ipſos reſtituere in libertatem.*) Suſpicor legendum: Quas ob res s. c. factum eſt, placere Senatui, &c. Dixit enim: Atrox res viſa Senatui eſt: Statellates Ligures deditos in fidem populi R. armis, & libertate ſpoliatos eſſe: Quare s. c. factum eſt, placere Senatui M. Popillium Conſulem Ligures in libertatem reſtituere, &c. De hoc s. c. ita paullo poſt: Poſtulare à Patribus, ut s. c. in ſe factum tolli juberent. Hæc autem verba: Ob eas res placere Senatui, ut &c. ſollemnia eſſe Senatus Conſultorum, apparet ex S. Conſultis Philippicarum apud Ciceronem. *Infeſtus Prætoribus Romam rediit.*) Lege, Prætori: A. enim Atilium intelligit: Itaque addit: Invectus eſt in Prætorem, qui adverſus ſe pro hoſtibus Senatuſconſultum feciſſet. *M. Junius Pennus.*) Pennus, ut ante. *Cenſores erant Q. Fulvius Flaccus, & L. Poſtumius Albinus.*) A. Poſtumius, ex cenſura Capitolina, & Livio ſupra. *Neque ab altero notatum probavit.*) Corrigo: Neque ab altero notatum alter probavit, ſic lib. XLV. Neque ullius, quem alter notaret, ab altero levata ignominia. Hac de ratione Cenſoria ſic Cicero pro Cluentio: Atque ipſi inter ſe cenſores ſua judicia tanti eſſe arbitrantur, ut alter alterius judicium non modo reprehendat, ſed etiam reſcindat, ut alter de Senatu movere velit, alter retineat, alter in æra-

rios referri, aut Tribu moveri jubeat, alter vetet. *Incœpto perſtabant.*) Dividendæ voces ſunt: In cœpto, & lib. XLV. In bene cœpto perſeverare ait. *Altero ad Sidenum anguſtiſſimo, & celeberrimo ia templo, tertio Delphis.*) Videtur legendum ad Delum, ex Suida, qui de Perſeo ait: Καὶ αἱ τῶν εἰξελθὸν φερομένας δὲ τὸν Δῆλον, καὶ Δελφούς. *A mis vel tribus tantum exercitibus in armamentaria congeſſiſſe.*) Corrigo. Vel tribus tantis, quo de dicendi genere libro priore dictum eſt. *Tamen in primo congreſſu non temperavit, quin uxoris petendæ præmaturam feſtinationem fratri objiceret.*) Sic Plutarchus in apopbtbeg. ὁ δὲ Ἀμφότερος φιλοφρόνως ἀπαντήσαντος αὐτοῦ, καὶ πρὸς τὸ δε ἀνάγειν μὲν αὐτὸν γῆμαι, πρὸ πλάττεσθαι ἴδιος. *Claſſem appellere tuto, & copias per commoda exponere poſſet.*) Percommode, reſpondet enim voci, Tuto. *Columna roſtrata in Capitolio bello Punico Conſule, cui collega Ser. Fulvius fuit tota ad imum fulmine diſcuſſa eſt.*) Et hic locus mancus ita ſanari fortaſſe poſſit: Columna roſtrata in Capitolio bello Punico priore poſita à M. Æmilio Conſule, cui collega Ser. Fulvius fuit. Hi autem Conſules fuerunt anno U. C. CDXCV. de quibus Caſſiodorus, & Capitolini auctores. *Decemviri luſtrandum oppidum.*) Sic lib. XXII. Prodigiis aliis ex alio loco nunciatis, tamen Ardeæ ſacrificatum ait: Decemviri in foro Ardeæ majoribus hoſtiis ſacrificarunt. *Qui re præſenti cognoſcerent.*) In re præſenti, legendum: Liv. lib. XXXIV. Miſſuros ſe in Africam, qui inter Carthaginienſes, & Regem in re præſenti diſceptarent. Legi etiam exemplum tabulæ cujuſdam æneæ perantiquæ in agro Genuate repertæ; ubi ita eſt: De controverſiis inter Genuateis, & Veiturios in re præſente cognoverunt, & coram inter eos controverſias compoſuerunt. *Nec ſibi aut venientibus, aut moventibus quidquam hoſpitaliter, aut benigne factum.*) Placet lectio Florebelli: Aut venientibus, aut manentibus. *Stratique hunc non ſibi magis miſericordiam, quam Regi. Interrogari Guluſſam placuit.*) Expleveris ſenſum, ſi ita leges: Non ſibi magis miſericordiam, quam Regi invidiam concitarunt. Deinde interrogari Guluſſam placuit. *Mittendi ſe Romam, qui deprecarentur.*) Deprecarentur, perſpicue. *Quod belli parandi conſilia habuiſſet.*) Patiandi legit Manutius, quod placet. *Renunciandamque amicitiam Regis miſſi.*) Regi legendum eſt. Sic enim lib. XXXVIII. Decreverunt renunciare ſocietatem Achæis, & lib. XXXV. Badium Campanum T. Quintio Criſpino Romano renunciare hoſpitium. Svet. in Caligula: Ac ne tum quidem ultra progreſſus eſt, quam ut amicitiam ei more majorum renunciaret. *L. Porcius Licinius.*) Licinus, ut ante. *L. Junius Annalis.*) L. Villius, ut ante. *Nihil recuſare tamen, quo minus operam P. R. dent.*) Inverſæ literæ ſunt, & R. P. ſcribendum eſt, ut ſit, Reip. non Populo Romano. Hæc enim uſitata locutio. *Quod bellum Senatus Perſeo juſſiſſet.*) Malim, Cum Perſeo. *A. M. Cælio mihi primas princeps prioris centuriæ eſt aſſignatus.*) Lege, à M'. Acilio. Glabrionem enim intelligit aperte eum, qui cum Ætolis bellavit, & cum Antiocho. *Ligurum mille millia.*) Scribe, Ligurum M. M. ideſt duo millia. *C. Decium, A. Licinium Nervam.*) Emendo C. Decimium, uterque enim horum poſt Prætor fit. Decios præterea hoc prænomine uſos non comperi. *Abrypolim ſocium, atque amicum populi R. regno expuliſti.*) Hujus rei hiſtoria excidit apud Livium. Priore autem libro, quo in loco de origine Perſici Belli agebat, ut puto, eam tradidit; præſertim vero cum in Epitome ejus libri hæc verba ſint: Initia belli Macedonici continet, miſerat Carthaginienſes legationem, & ab iis nocte audita erat. Sed & alias Græciæ civitates ſollicitabat, qui præter religionem, quod quam multa templa magnifica multis locis erexit, Athenis Jovis Olympii, & Antiochiæ Capitolini, viliſſimum Regem egit. Narrat autem Pauſanias in Achaicis, cum Perſeus fœdus, quod ſibi cum Romanis erat, violandum eſſe decreviſſet, Abrupolim Sapenſium Regem aggreſſum eſſe, & Populi Romani ſocios vexaſſe. Verba ſunt hæc: Περσεὺς γὰρ τῷ φιλίππῳ πρὸς Ῥωμαίους ἔχοντι τὴν εἰρήνην κατὰ συνθήκας ... ὁ πατήρ φιλεῖσθαι ..., ἐνδύσθαι ὑπερβῆναι τὸν ὅρκον, ... ἀδικία ἐξέβαλεν Ἀβρούπολιν ... ἄγειν ... Ῥωμαίων συμμάχους ὄντας. *Pro paterno noſtro hoſpitio faveo orationi tuæ.*) Rationi, lego, ideſt, cauſſæ, etenim ſic ſequitur: Et opto ut aliquam mihi materiam præbeas agendæ tuæ apud Senatum cauſſæ. Videtur autem litera, O, ex fine vocis, Faveo, repetita: *Ex quo Regnum adeptus es, unam rem te, quæ facienda fuerit, Senatus feciſſe cenſet, quod Legatos Romam ad renovandum judicat potius, quam, cum renovatum eſſet, violandum.*) Hoc modo perfici hæc ſententia videtur poſſe: Quod Legatos Romam ad renovandum fœdus miſeris, quod ipſum tamen tibi non fuiſſe renovandum judicat potius, quam, cum renovatum eſſet, violandum, Fecit enim iteratio hujus vocis: Renovandum, ut librarius à priore ad poſteriorem tranſierit, verbis mediis præteritis. *Partim quæ verbo objecta verbo negare ſit.*) Sine dubio deſideratur verbum Satis, ut placet Florebello, in hunc modum: Verbo negare ſatis ſit. *Legati Romani in Bœotiam comparati ſunt.*) Comparare Legatos dixit, ut comparare Conſules, & Cenſores, ideſt, ut alibi dixit: Legere, & in legationem conjicere. *Eadem fide indicatum Pyrrho Regi medicum vitæ ejus inſidiantem, eadem Faliſcis vinctum traditum proditorem liberorum Regis.*) Alios ſequi videtur auctores, quam quos ſecutus eſt lib. VI. ubi de magiſtro proditore loquitur, non enim liberos eos fuiſſe Regis ſignificat, ſed Principum Faleriorum: Idem tradit Plutarchus. *Cujus imperio, conſilioque ſummam P. R. tuendam permiſerunt.*) Inverſæ literæ ſunt: Reip. legendum eſt, non Populi R. *Aliquam diverſis ſententiis certatum eſt.*) Aliquandiu diverſis.) *Dum integræ res ſint apud animum ſuum Perſea debere, utrum ſingula concedendo.*) Imperfectum ſenſum ita expleveris: Dum integræ res ſiat, cogitare apud animum ſuum Perſea debere. *Hippias Bereus.*) Berrœæus, ut ante. *Antiphilus Ediſſæus.*) Edeſſæus, ab Edeſſa: Stephanus. *Ex Paroria.*) Parorea: Græce παρώρεια, ſic ante. *Sextus & viceſimus annus agebatur, ex quo petenti Philippo data pax erat.*) Lege, Tertius & viceſimus; Tot enim numerantur à P. Cornelio, Ti. Sempronio Coſ. Error ex notis manavit, III. & VI. ex duobus enim II. V. factum eſt. *Quæ trecenos equites habeant.*) Corrigo, Trecenos, quod eſt æque, ac trecentenos, ſic paullo poſt: Non plus quam CCC. equites erant in caſtris; ſic libro priore: Quina millia, & duceni pedites, & trecenti equites. *Incognitum famæ aperuerint armis Orbem terrarum.*) Fama, perſpicue. *Tantum juſſis ad iter parare.*) Parari, perſpicue. *Pythoum, & Dolichen.*) vocant Plu-

Plutarchus in Paullo, & Stephanus. Quare lego, Pythinm. *Cyretias oppugnare coactus.*) Conatus, perſpicue. *Velatias, & Connum.*) Elatiam, & Gonnum: De utriſque dictum eſt ante, ex Stephano. *Philetero fratre relicto Pergami.*) Philetæro, de quo Appianus in Syriaca. *Perſeus ferme diei quarta.*) Lego, Perſeus hora ferme diei quarta, neque enim in ejuſmodi ἐλλειπ adhuc apud Livium incidi, paullo poſt: Ante horam quartam. *Midon Bereus.*) Milo Berœus. Plutarchus enim in Paullo μίλωνα nominat. *Conſuls intra vallum.*) Lege, Conſul, perſpicue. *Equitibus, & ſummæ partis ejus Meno Antigonenſis præerat.*) Parti, legendum, non Partis. *Patrocles Antigonenſis hic.*) Legendum: His, ideſt, auxiliis gentium præerat. *Ut uſu belli, & ingenio impavida gens turbaretur, gladiis haſtas petere pedites, nunc ſuccidere crura equis, nunc illa ſuffodere.*) Suſpicor conjungenda eſſe verba, gladiis haſtas petere, pedites nunc ſuccidere; nam hæc omnia peditum ſunt in equites opera, ut alii haſtas eorum gladiis peterent, alii crura equis ſuccidèrent, alii ilia ſuffoderent. *Cum ordinatis, & certo incedentibus gradu.*) Lego: Incedentibus, ut lib. XXII. Cum ſignis prima luce motis ſegnites agmen incederet, & Ovidius II. Metamorphoſ. Incedere paſſu, dixit. *Cum victor equeſtri prælio Rex parvo momento, ſi adjuviſſet, debellatum eſſet.*) Debellaturus, ut legatur, ſenſus poſtulat. *Ne audaci cœpto deeſſet.*) Deeſſent, refertur enim ad Hippiam, & Leonatum, non ad Phalangem. *Concidere eo die ab Romanis CC. equites &c.*) Summam colligit omnium Plutarchus in Apophthegm. duo millia octingentos, qui aut cæſi, aut capti ſint. *Ad Mopſelum caſtra poſuit.*) Mopſium lego, ex Stephano: μόψιον πόλις ἐν πελασγιώτιδι χώρας θετταλίας, μεταξὺ τέμπης. *Agris locisque, quibus Philippus ceſſiſſet, ceſſurum primum.*) Pro, Primum, repono, Perſeum, evidente ſenſu; nam dixit etiam: Vectigal, quantum Philippus pactus eſſet, daturum Perſea Romanis pollicentes. *Ita pacem dari, ſi de ſumma rerum, liberum Senatui permittat Rex de ſe, deque univerſa Macedonia ſtatuendi jus.*) Eadem ſententia eſt apud Plutarchum in Apophteg. P. Licinii Conſulis. *Ut incendio intercepti ab hoſte.*) Interſepti legit Florebellus, quod eſt melius. *Atque ita media nocte profectus, ut prima luce aggreſſus falleret, ne quidquam primæ ſtationes oppreſſo tumultu, ac terrore ſuo ceteros exciverunt.*) Duas puto voces deeſſe huic ſententiæ. Quod apparebit, ſi ita legeris: Atq; ita media nocte profectus, ut prima luce aggreſſus falleret, ne quidquam tentavit; nam primæ ſtationes oppreſſæ, tumultu ac terrore ſuo ceteros exciverunt, ſignumque datum eſt arma exemplo capiendi. Aliter ſi legas, nullum elicies ſenſum. *Phalanneum agrum.*) Phalannæum, Steph. φαλάννα περραιβικῆς.

In Epitomen Libri XLIII.

PRætores nonnulli.) Vet. libri Prætores aliquot. *Captivi, qui ab eo venierant.*) Vet. lib. Qui ab eo ſub corona venierant. *Res præterea à Perſeo Rege in Thracia proſpere geſtas continet, & victis Dardanis, & Illyrico, cujus Rex erat Gentius, motus, qui in Hiſpania ab Olonico factus erat ipſo interempto conſedit.*) Vet. lib. habent: Ab Elonico, lib. XL. extremo. Clondicus dicitur, ut dixi, mendoſe, Dux enim Baſtarnarum fuit, qui in Dardaniam venerant, atque ibi manſerant, à Philippo Rege excitati. Quare pro Hiſpania, Pæonia, lego. Eſt enim Eſt enim Pæonia Dardaniæ continens, ut ait Livius libro XLV. In ea igitur cum bellum excitaret, interfectus à Perſeo Rege ſignificatur. *A Præfectis Claſſium.*) Vet. lib. Item à Præfectis claſſium.

In Librum XLIII.

LEgatus in Illyricum à Conſule miſſus.) Puto deeſſe hujus Legati nomen, niſi intelligamus Q. Mucium, de quo paullo ante dixit libro XLII. extremo: Q. Mucium Legatum cum duobus millibus ad obtinendam Ambraciam miſit. Quem tamen eodem libro Tribunum militum appellaverat. Duo Conſulares, inquit, Tribuni militum cum eo miſſi C. Claudius, Q. Mucius. *Ne duabus oppugnationibus nequidquam fatigatus miles eſſet, quam prius intactam Urbem vel quærat, diripuit.*) Corrigo: Quas prius intactas Urbes. Nam dixit: Opulenta duo oppida vi, atque armis coëgit in deditionem, omniaq; iis ſua conceſſit. Item: Ne duabus oppugnationibus nequidquam fatigatus miles eſſet. *Legati ii profecti M. Cornelius Cethegus, M. Fulvius, P. Marcius Rex.*) Corrigo: Legati III. profecti, ideſt, Legati tres profecti. Sic lib. XLI. In Macedoniam quoque mittendos Legatos Senatus cenſuit. Tres miſſi ſunt, C. Lælius, M. Valerius Meſſalla, Sex. Digitius. *Tantum pavorem ingreſſi.*) Hoc loco deſiderantur comitia conſularia, quibus A. Hoſtilius Mancinus, & A. Atilius Serranus Conſules facti ſunt. Hoſtilio Macedonia evenit, Atilio Italia; item comitia Prætoria cum ſortitione provinciarum. Ad hæc vero deſunt res à P. Licinio pro-Conſule in Macedonia geſtæ. Qua de re ſic in Epitoma: P. P. Licinius Craſſus pro-Conſul complures in Græcia Urbes expugnavit, & crudeliter diripuit. Quamquam ex Livio videtur legendum, Conſul, non pro-Conſul, quia ait paullo poſt: Quo crudelius avariuſque in Græcia bellatum, & ab Conſule Licinio, & ab Lucretio Prætore erat. Accedit, quod prorogatio imperii in P. Licinio non fuit neceſſaria, cum A. Hoſtilius Conſul hoc anno cum imperio in Macedoniam venerit, atque ibi hoc tempore eſſet. Loquitur hic de quodam Prætore, qui hoſtes ſine ſanguine domuit. Deinde qui à P. Licinio Conſule in ſervitutem adducti erant, reſtitutos in libertatem exponit. Qua de re ſic in Epitoma. Ob id captivi, qui ab eo ſub corona venierant, poſtea reſtituti ſunt. Poſt autem, quæ à L. Hortenſio Prætore avare, & crudeliter in ſocios facta ſint, exponit. De quibus ſic in Epitoma. Item à Præfectis claſſium Romanarum multa impotenter in ſocios facta. Si qua alia hoc loco deſiderentur, paullo poſt indicabo. *Hiſtrorum & Japidum.*) Græci ἰάποδες. Tabulæ Capitolinæ Japudes edunt. *Tritici decies centum millia, & hordei quinquaginta.*) Quingenta, corrige, ſic enim locutus eſt de iiſdem Carthaginienſibus lib. XXXVI. Hordei quingenta millia. *Niccion princeps eorum.*) Micthio, ex Plutarcho in Paullo, ut ante. *Qui exclusiſſent, Emathiam, Amphipolim, Maroneam, Ænum, incolumes eſſe.*) Malim, Quæ, ſunt enim hæc urbium nomina. *Quibus nihil dicere, neque penſi, neque facere.*) Malim, neque penſi ſit: ut lib. XLII. Id illi cui nihil penſi ſit, facile eſt. *M. Juventius Talva.*) M'. Juventius Thalna, ex Conſulatu Capitolino. *Quem non poſſi exiſtimare.*) Niſi cum interrogatione legas, nullus

erit

erit ſenſus. *Milites duarum legionum intra dies LX. quam in provinciam venit, diviſit.*) Dimiſit, lego. Nam præcedit: Satis explorata pace ejus anni. De Conſule A. Atilio loquitur. *At Lycnidum.*) Lychnidum, Græci enim: [illegible]. *M. Sulpicius Gallus.*) C. Sulpicius ex Prætura & Conſulatu ejus. *Q. Marcius Philippus iterum, Q. Servilius Cæpio.*) Cn. Servilius ex Conſulatu Cap. & Caſſiodoro. *Sacerdotes intra eum annum mortui L. Flaminius, duo Pontifices deceſſerunt.*) Deeſt nomen ſacerdotii, quo præditus erat L. Flamininus: erat autem augur factus in locum P. Furii Phili anno DXXXVIII. Quare L. Flamininus augur, legendum. *Tribunos iis non permiſſum, ut Conſules facerent, populus creavit.*) Corrigo, Tribunos mil. non permiſſum. *P. Mucius Scævola, C. Junius Brutus.*) Scribe M. Junius Brutus. Qui enim cenſoram petebant hoc tempore Conſulares erant. Conſul autem fuit M. Junius Brutus, non Cajus: ex Conſulatu ejus Capitolino, & Caſſiodoro. *Id Prætoribus magna patrum non ſine ſugillatione Conſulum mandatum eſt.*) Deeſt huic ſententiæ vox una, ut, Magna patrum conſenſione. *Quotieſcumque delectus erit, quem hic Cenſores Magiſtratum habebunt, ſi miles factus non eris, in delectu prodibis.*) Voces, Quem hic, mendoſe ſunt. Mihi reponendum pro iis videtur, Quicumque. Erravit librarius, quia ſcriptum legit, Quic & in Quem hic mutavit. Reſpondent autem hæc inter ſe, Quotieſcumque, & Quicumque. Porro autem: In delectum, lego, ut paullo ante, Ad delectum prodito. *Quod ſine dolo malo facere poteris.*) Nota interrogationis addenda eſt. *Tribunum pl.b. Rutilium.*) Ego Tribunum pl. P Rutilium; ſic enim etiam lib. ſequenti vocatur. *Periculum Graccho non eſſe conceptis verbis juravit.*) Diſtinguenda verba ita, ut intelligamus, plebe clamante periculum Graccho non eſſe, Gracchum conceptis verbis juraſſe. Ita enim factum eſſe tradunt etiam ceteri. *Eo anno poſtulantibus Aquilejenſium legatis, ut numerum colonorum augeret, M. & D. familiæ ex S. C. ſcripta.*) Perſpicue legendum eſt, Poſtulantibus à Senatu Aquilejenſium legatis. Nam ſequitur: augeret, & ex S. C. ſcriptæ. *Tyrrei conſilium legatis Acarnanes detulerunt.*) Lege, Thyrii. Stephanus: [illegible]. *Cum à Thracia pacem Cotys, ab Epiro Cephalus repentina defectione à Romanis præſtarent.*) De Cotye Rege Thraciæ, &, ut ipſe ait, Odryſarum, alii multi. De Cephalo Acarnaniæ Duce, ſic Strabo lib. X. [illegible] Fuere autem hæc multorum regulorum nomina, non unius dumtaxar. *Ad uſcanas.*) Infra ſemper Uſcanam edit. *Dardanos recenti domuiſſet bello.*) Pars ea, qua Perſeum domuiſſe Thracas, & Dardanos tradebat Livius, deſideratur in ſuperiore hujus libri fragmento. Nam in epitoma etiam eſt: Res præterea à Perſeo Rege in Thracia proſpere geſtas continet, & victis Dardanis & Illyrico, cujus Rex erat Gentius. Reliqua igitur omnia de Thracis, & Dardanis ibi tractabantur, nunc res Illyricas exorditur, cum ſit: Solum infeſtum eſſe Macedoniæ latus, quod ab Illyrico pateret, cernens, neque ipſis, quietis Illyriis, & aditum præbentibus Romanis, ſi domuiſſet proximos Illyriorum,. Gentium quoque Regem jamdiu dubium in ſocietatem perlici poſſe. Ex his autem, & quæ ſupra dixi, intelligi poteſt, multas paginas eo loco intercidiſſe. *Phanotem Epiri caſtellum.*) Hoc oppidum [illegible], [illegible], & [illegible] dictum eſt, auctore Stephano, quibus modis variavit etiam Livius. *Nec tamen impetrare ab animo poſſet, ut impenſam in rem maximi ad omnia momenti faceret.*) Corrigo: Nec tamen impetrare ab homine poſſet. Loquitur enim de Gentio Rege, à quo ſocietatem impetrare non poſſet Perſeus. Loquitur de Perſeo Rege, qui impetrare ab animo ſuo non poſſet, ut pecunia Gentium in ſocietatem ſuam alliceret. Ceterum quæ de Elonico traduntur in Epitoma à Perſeo facta eſſe, hic deſiderantur. Itaque finis libri eſt aſteriſco ſignandus.

In Epitomen Libri XLIV.

PEr *ſaltus penetravit.*) Vet. lib. Per invios ſaltus penetravit. *Paulus in concione precatus eſt, ut quidquid diri populo immineret, ſupra domum ſuam converteretur: & in Macedoniam profectus Perſeum vicit.*) Qui epitomam hanc ſcripſit, parum accurate videtur Liviana verba legiſſe: neque enim in concione, quam Paullus habet, antequam in provinciam exeat, quidquam tale invenitur; immo. Paullus ait, ſe tali uſum eſſe precatione, poſtquam Perſeum vicerat. Verba ejus ſunt in oratione ad Quirites poſt triumphum lib. XLV. Poſtquam omnia ſecundo navium curſu in Italiam pervenerant, neque erat, quod ultra precarer, illud optavi, ut cum ex ſummo retro volvi fortuna conſueviſſet, mutationem ejus domus mea potius, quam Reſp. ſentiret. Item Valerius lib. V. cap. X. Paullus, inquit, in oratione, quam de rebus à ſe geſtis ad populum habuit: Cum in maximo proventu felicitatis veſtræ Quirites timerem, ne quid mali fortuna moliretur, Jovem Op. Max. Junonemque Reginam, & Minervam precatus ſum, ut ſi adverſi quid populo R. immineret, totum in meam domum converteretur. Ergo neque antequam in Macedoniam iret, neque in concione ita precatus eſt. *Antequam confligeret, dixit exercitui, ne miraretur, quod Luna nocte proxima defectura eſſet.*) Hæc non Paullum dixiſſe, ſed C. Sulpicium Gallum Tribunum militum tradit Livius, & Valerius lib. VIII cap. XI. Itaque legendum eſt: Antequam confligeret, C. Sulpicius Gallus Tribunus mil. dixit. In veteribus autem libris eſt: Prædixit exercitui, ne miraretur, quod Luna defectura erat. *Querentes de Antiocho Rege, quod iis bellum inferret.*) Vet. lib. His, ideſt Cleopatræ, & Ptolemæo.

In Librum XLIV.

CUm *arma, viros, equos cum inexiſſet.*) Manutius, Inſpexiſſet. *Et primus eorum congreſſus ex dignitate eorum ipſorum, ac Romani nominis, & in rebus deinde gerendis; pro-Conſul enim ad exercitum paucis poſt diebus Conſul concionem apud milites habuit.*) Nonnulla hic deeſſe, unuſquiſque ſentire poteſt, quorum hæc videtur fuiſſe ſententia: Primus eorum congreſſus ex dignitate eorum ipſorum, ac Romani nominis, & in rebus deinde gerendis ſumme utilis Philippo Conſuli fuit. Pro Conſul enim ad exercitum converſus, eum ad rem fortiter gerendam hortatus eſt, eoque Conſuli tradito Romam reverſus eſt. Paucis poſt diebus Conſul concionem apud milites habuit. Locutum hic eſſe de traditione exercitus apparet, cum ſubdit: Profectus decimo die poſtquam exercitum acceperat, caſtra movit. *Summotis iis quam potiſſimum peteret, retulit ad concilium.*) Legendum

dum eſt: Qua ut. Qua quiſque ducturus eſſet, niſi viam addere malimus, ut paullo poſt: Quod iter petiturus eſſet, ignarus. *Interim Conſulis ſententia ſtetit eo ſaltu ducere, ubi propter Octolopum diximus Regis caſtra. Præmitti tamen.*) Locus mancus ita reſtitui poteſt: Ubi propter Octolophum diximus Regis caſtra Philippi fuiſſe. Præmitti tamen; Librarius enim oculos à Philippi tranſtulit ad Præmitti, ob quandam ſimilitudinem literarum, rem autem ita habuiſſe, intelligi poteſt ex lib. XXXI. ubi de Rege Philippo cum Quintio dimicante agitur. *Tertio inde die per æque invia.*) Quarto, legendum, priore enim verſu dixit: Tertio die conjunctis copiis eunt, & ut ſupra poſteri diei meminerat. *Quod nec hoſtis unquam apparebat.*) Uſquam, perſpicue. *Digreſſi in campos.*) Degreſſi, nam de deſcenſu loquitur, non diſceſſu, ut ſupra. *Et quæ temeritas Conſulis videri potuiſſet, quod eo proceſſiſſet, unde invito hoſte regredi nequiret, eam non conſultam audaciam fecit.*) Legendum. Non inconſultam audaciam. Nam contrarium temeritati quærimus, præterea ſupra eandem ſententiam protulit: Nec aliud reſtabat, quam audacter commiſſum pertinaci audacia, quæ prudens interdum in exitu eſt, corrigere. Quam ergo ibi prudentem audaciam, hic non inconſultam vocavit. *Interdum plures apparitoribus ludi armati inducebantur.*) Florebellus corrigit, Apparitoribus ludis, cui ego aſſentior. *Soli non habebant ſuper capita elata ſcuta, ne nudarent corpora, ſed prætecta pugnantium more.*) Prætenta reponit Florebellus, & recte. *Perſeus tandem pavore, eo quo attonitus fuerat, recepta anima, mallet imperiis ſuis non obtemperatum eſſe.*) Malim: A pavore recepto animo, alibi, collecto à pavore animo, &, Collectis ex nec opinato pavore animis. Corrigo etiam: Malle, pro mallet, juxta notam figuram dicendi. *Canaſtreum.*) Canaſtræum, nam Græcè Καναστραῖον. *Et M. millia Peneſtarum.*) M. M. ſcribe, ideſt, duo millia. *Per Cydantem Cretenſem.*) Cydas Cydam edit. Itaq; Cydam Cretenſem dixit Cicero Philip. V. *Et pæne victoria utique de Antiocho Rege majore patre à ſe vindicata.*) Corrige: Ad ſe vindicata. *Literaſque extemplo ad utramque gentem ſcirent indicatum mitti.*) Scribo: Ut ſcirent indicatum. Cauſſam enim affert, cur Senatus juſſerit extemplo literas ad Caras, & Lycios de libertate mitti, ut Rhodii, inquit, legati, qui id ægre laturi erant, ſcirent ſcriptum eſſe. *ibi & ex aliis locis commeatus Rempublicam proſpectos in hiemem habere.*) Vox Remp. vitioſe eſt. Sæpe autem admonui, quam facile, & quam ſæpe lapſi ſint librarii in his vocibus P. R. & R. P. & P R. ideſt populus R., Reſp., Prætor, inverſis, aut disjunctis, aut conjunctis, contra quam opus erat, literis. Hoc ergo loco idem vitii eſt: pro Rempub. reſtituendum eſt, à Prætore, Prætorem autem intelligit C. Marcium Figulum claſſis Præfectum, cui commeatus cura erat tradita. Itaque paullo ante dixerat: Conſuli poſtquam ex alto conſpecta claſſis ſpem fecit cum commeatu naveis venire. *Equis CC. ferme opus eſſe.*) CC numerus Manutio eſt ſuſpectus, & ∞ reponit, ut mille equis opus eſſe ſcribat. *Is pacis ſemper auctor Regis fuerat.*) Scribe, Regi. Sic enim Latina locutio poſtulat. *Qui Tribunus pl. eos vehementer accuſaret.*) Accuſarat, perſpicue. *S. C. Sulpicius Pr. ad Conſulem paucos poſt dies recitavit, quibus ante diem in Urbem venturum, & Conſul maturavit.**) Fœde corruptus locus eſt, & aſteriſco notandus, ſententia eſt, Prætorem Conſuli S. C. recitaſſe, Conſulem ſe in urbem ad certam diem venturum, & comitia habiturum edixiſſe, paucisque poſt diebus & ipſum maturaſſe, & comitia eo die, qui dictus erat, eſſe perfecta. Sic lib. IX. profectique ad Fabium Conſulem legati cum S. C. tradidiſſent. *Conſules creati L. Æmilius Paullus iterum ſeptima decima anno, poſtquam primò Conſul fuerat.*) Quarto decimo, ſcribendum, tot anni numerantur à priore Conſulatu Paulli ad poſteriorem. Error ex notis numerorum emanavit, XIV. & XVII. duo enim II. in V. mutata ſunt. Præterea primum, non primo, in hoc genere dicendum eſt: ſic enim ubique alias. *Cn. Bæbius Pamphilus.*) Tamphilus, ut ſupra. *Æbutius Helva.*) M. Æbutius Elva, ut ſupra. *Et comperta referenda, quid aut terreſtribus, aut navalibus copiis opus eſt.*) Opus eſſet, aperte legendum. *Cn. Domitius Ænobarbus.*) Ahenobarbus, ut ſupra. *Bis in exitu anni ejus lapidatum eſſe nunciatum eſt in agro Romano, ſimul in Vejentibus.*) Manutius ex ingenio reponit, Semel. *Bis ex curſu Dyrrhachium ejectam.*) Manutius legit Rejectos. *Et ne quid profectionem ſuam teneret, pridie Idus Aprilis Latinis eſſe conſtitutam diem.*) Paullo poſt autem ait, Latinis fuiſſe prid. Kal. Aprilis, ſic enim inquit: Ab hac concione Latinis, quæ pridie Kal. Aprilis fuerunt in monte ſacrificio rite perpetrato. Aut ergo mendum eſt, aut diem Latinis prætulit. *Sacrificio rite perfecto primi Alexandrini legati.*) Sacrificium hic non Latinarum intelligit, ſed ſollemne ſacrum, quod Conſules ſuſcipiebant ineuntes, antequam de Rep. referrent, aut agerent, ut paullo ante cum dixit, Sacrificio rite perfecto, ſe, & Cn. Octavium, ſimul Senatus cenſuiſſet, exituros eſſe, ſollemne Latinarum intelligit. *C. Popilium Lænatem, & C. Decimum, C. Hoſtilium.*) Scribe Lænatem, C. Decimum, & C. Hoſtilium. Sic enim loquitur paullo poſt in iiſdem legatis nominandis. *In otio militem ali, nec plus quam VI. frumentum habere.*) Suſpicor legendum eſſe, nec plus, quam ſex dierum frumentum habere, ſiquidem jam hiems exacta erat, in quam commeatus parati fuerant à Prætore; Jam enim Conſulatum inierat Paullus Idibus Martiis, omnia autem imminuunt legati. *Rumores credulitate veſtra ne alatis.*) Hanc ſententiam pariter expreſſit Plutarchus in concione Paulli: εἰ δὲ συνδοῦναι δεῖν, μὴ παραστρατηγεῖν, μηδὲ λογοποιεῖν, ἀλλ' ὑπουργεῖν αὐτῷ καθ' ἡσυχίαν πρὸς τὸ νικᾶν. *Primum à prudentibus, & propriè rei militaris peritis, & uſu doctis monendi imperatores ſunt, deinde ab iis, qui interſunt gerendis loco, qui hoſtem, qui temporum opportunitatem vident.*) Suſpectam habeo hanc lectionem, Qui interſunt gerendis loco, qui hoſtem. Malim ita, Qui interſunt gerendis rebus, qui loca, qui hoſtem. *Medeone Labeatidis terræ.*) Medione, ut ante dixi, ex Stephano. Quamquam Polybius libro primo, Μεδιώνιον vocat, non Μεδεώνιον. *Verum occultiora quædam agebantur, quæ in præſentia inviſum quidem, & ſuſpectum Romanis Eumenem falſis gravioribus. Proditor enim.*) Manca ſententia eſt. Duas has voces, aut his ſimiles intercidiſſe puto: Falſis gravioribus criminibus onerarunt. Quæ hæc crimina graviora ſint, exponit. Proditor enim, ac prope hoſtis habitus. *Neque bellum eò invadere animo habuit.*) Lege, In animo habuit, ſic enim paullo ante: Extrahere ejus tempus æſtatis in animo habebat. *Nam modo ne juvare bello Romanos, modo pacis patrandæ cum Romanis paciſcebatur mercedem, ne bello intereſſet. M. & D. in utroq; non*

fidem modo ſe, ſed obſides quoque dare paratum eſſe oſtendebat.) Inſcite interpuncta verba depravant omnem hanc ſententiam. Eſt autem ita diſtingnendum: Paciſcebatur mercedem ne bello intereſſet mille, & quinquaginta talenta. Inde: In utroque non fide modo ſe. Utrumq; autem intelligit, nec Romanos bello juvaturum, & pacem cum Romanis ei comparaturum. Sic paullo poſt CCC. talenta Gentio ob belli ſocietatem à Perſeo promiſſa ait. *Circa Deſudabem in Medica exercitus Gallorum conſederat, mercedem pactam opperiens.*) Medica, ut ante, ex Græcis. Hac de re Plutarchus in Paullo ubi ait: [illegible] &c. *Ab Actio flumine.*) Ab Axio. Sic paullo ante notum flumen eſt. *Clondicus regulus eorum, abi renuncia ergo, inquit.*) Baſtarnæ, quos Philippus Rex exciverat, Clondico duce venerant, ut lib. XL. traditum eſt. Quem interfectum fuiſſe à Perſeo ſcriptum eſt in Epitoma lib. XLIII. Iterum nunc Clondico duce Baſtarnæ à Perſeo accerſiti veniunt. Ex quo intelligi poteſt, hoc nomen apud eos eſſe celebre. Quoniam autem ante diximus, Elonicum videri in eo eſſe legendum, idem de hoc etiam affirmamus. *Apparebat in omnibus.*) Florebellus removet vocem In. *Ipſis quoque Romanis de ſe cogitandum fuiſſit, quando neque manere amiſſa Theſſalia, unde exercitus alebatur, potuiſſent; neque progredi, cum ex adverſo caſtra Macedonum, qui ea pependerant ſpe, haud mediocriter debilitavit.*) Nemo eſt, qui non ſentiat ſenſum hunc non expletum undique eſse, quod verba quædam intereidetant, nunc quemadmodum expleri poſſit, accipiant. Perſei Regis avaritiam coarguit, qui innumerabiles copias Baſtarnarum, quibus facile Romanum exercitum opprimere potuiſſet, ne ſumptum faceret, dimiſit. Quod ni feciſſet, inquit, cogitandum ipſis Romanis de ſe fuiſſet, quando neque manere amiſſa Theſſalia potuiſſent, unde alebatur exercitus eorum, neque progredi, cum ex adverſo caſtra Macedonum eſſent. Quo facto Perſeus (inquit) Romanorum animos confirmavit, & Macedonum, qui ea perpenderant, ſpe haud mediocriter debilitavit. Eadem ſententia iteratur etiam paullo poſt: Quæ res Romanis auxit animos, Macedonibus, Regique eorum haud mediocrem attulit terrorem. Librarius in errorem inductus eſt à duabus illis vocibus Macedonum, ab una enim ad alteram, mediis verbis præteritis tranſiit. *Cum aſſidue Pantauco ad laceſſendos hoſtile facto Romanos, ſtimularetur.*) Legendum eſt. A Pantauco. *M. Perpennam, & L. Petilium Legatos, qui tam forte ad eum venerant, in cuſtodiam conjecit.*) Perpetnam, & Petilium, ex Capitolinis, & Græcis monumentis eſt ſcribendum. De his Legatis ſic Plutar. in Paullo: [illegible]. Appianus in Illyrica hoc factum à Gentio ait, qui diceret, eos non Legatos, ſed Exploratores ad ſe veniſſe. *In tutum profecute.*) Tutum, lege. *Ad Signum.*) Sigeum, Græcè enim σιγεον. *In Cauniis Durnium oppidum.*) Burnium. Ptolemæus enim meminit oppidi Illyrici nomine Βύρνον. Et Plin. lib. III. populorum Burniſtarum in Illyrico. *Bullianorum, & Apollo iatrum.*) Lege Bulinorum, qui ſont, auctore Steph, populi ad Illyrium Βουλινοι, inquit ἔθνος περὶ Ἰλλυρίαν. *Ad ea, quæ habebat auxilia Parthinorum juventutis duobus millibus peditum, & equitibus CC.*) Suſpicor addendam vocem ita: Aſſumptis Parthinorum juventutis duobus millibus, ſic enim paullo ante: Aſſumptis ad eum exercitum, quem habebat, Bulinorum auxiliis. *Tum claſſis.*) De rebus ab Anicio Prætore geſtis adverſus Gentium Regem Illyriorum dicere cœperat. Eas igitur hoc loco perſequebatur, maxime vero eas, quas mari geſſerat, quas ita ordiebatur; Tum Claſſis. Deſideratur etiam initium rerum earum, quas terra geſſit, nam de deditione urbium loquitur, cum ait: Die toto ei tradiderunt ſe. *Etleuam uxorem.*) Paullo ante uxorem Gentii Regis, Etutam vocavit. Videndum an unam hanc habuerit. *Scerdilio, Pleuratoque.*) Scerdilerum lihris ſuperioribus dixit, eſt enim nomen regulis Illyricis familiare. *Pythoi, & Petræ.*) Pythii utriuſque meminit Plutarchus in Paullo. *Theogenes, & Medon.*) Milo, ut ante ex Plutarcho. *Bello Illyrico intra XXX. dies perfecto.*) Diebus XX. perfectum ſcribit Appianus. *Milites juſſus ex propinquis ſilvis.*) Orſus erat dicere, quæ Perſeus Rex ad famam adventus Conſulis Paulli paraſſet, cujus narrationis pars extrema intercidit, una cum initio expoſitionis ejus, qua quæ Paullus moliri cœpit, ubi in Macedoniam pervenit, prodit, primis autem his verbis: Poſtremo ſequi ſe ntrarios ad mare, quemadmodum inopiam aquarum levaverit in Olympo monte, tradit. Quæ res etiam ex Plutarcho in Paullo peti poteſt. *Militem hæc tria curare debere, corpus, ut quam validiſſimum, & perniciſſimum habeat, arma apta, cibum paratum ad ſubita imperia.*) Vox, cibum, aperte mendoſa eſt. Ego, Animum, reponendum puto. Huno locum ſic Græce vertit Plutar [illegible]. *Notum eſſe. Quæ res Romanis auxit animos.*) Hic narrabantur ea, quæ Perſeus poſt Paulli adventum adverſus eum ſe comparans egit, de quibus ſcribere erat ingreſſus. Horum autem verborum hæc erat ſententia: Nunciatum eſt, Gentium Regem ſuperatum, ipſumque cum Regno in poteſtate Romanorum eſſe. Quæ res Romanis auxit animos; Macedonibus, Regique eorum haud mediocriter attulit terrorem. Et ptimo ſupprimere in occulto famam ejus rei eſt conatus &c. *Itaque cum alii præcipites ſine reſponſo agendos caſtris, pronunciavit poſt diem quintum decimum, ſe reſponſum daturum.*) Perfecta hæc ſententia non eſt. Dicturus enim fuit, neſcio quid ejuſmodi: Cum alii præcipites ſine reſponſo agendos caſtris, alii convenienti cum reſponſo dimittendo dicerent, pronunciavit &c. *P. Scipionem Naſicam, Q. Fabium Maximum filium ſuum cum quinque delectis millibus Heracleam mittit.*) Horum meminit etiam Plutarch in Paullo, [illegible]. Meminit etiam Heracleæ, quam τὸ ὁμόλιον vocat. Summam etiam eorum, quos ſecum Naſica duxerit, ſubtilius tradit. *Perſeus quod in oculis erant.*) Jam aggreſſurus erat dicere, quemadmodum Perſeus Naſicæ, & Fabio, qui cum magna manu Perſeum ab alia parte ut adorirentur miſſi erant, obſtiterit: Et hæc igitur deſiderantur, & quemadmodum Paullus poſt Naſicam ſit conſecutus. De eodem Paullo loquitur, cum ait: Anni poſt circumactum ſolſtitium erant. Narrat autem quemadmodum feſſos itinere, & æſtu milites à pugna, cujus facultatem

tatem

tatem dabat Perſeus, cohibuerit. Hæc autem horum verborum futura fuit ſententia: Quoniam autem incommodum maxime (nam tempus noni poſt circumactum ſolſtitium erat, hora diei jam ad meridiem vergebat,) iter multo pulvere, & incaleſcente Sole factum erat, laſſitudo, & ſitis jam ſentiebatur, & meridie inſtante magis acceſſurum utrumque apparebat, ſtatuit ſic affectos recenti, atque integro hoſti non objicere. Sic Plutarchus parentheſi temporis horam deſcripſit: [illegible]. Hac de re ſic paullo poſt agit Paullus: Nihil ne intereſt, utrum ne militem, quem neque viæ labor hodie, neque operis fatigaverit, requietum, integrum in tentorio ſuo arma capere jubeas, atque in aciem plenum virium, vigentem, & corpore, & animo educas, an longo itinere fatigatum, & onere feſſum, madentem ſudore, ardentibus ſiti faucibus, ore atque oculis repletis pulvere, torrentem meridiano Sole, hoſti objicias recenti, quieto, qui nulla re ante conſumptas vires afferat. *Naſica unus ex omnibus auſus eſt monere Conſulem.*) Plutarchus inflatum re bene ad Olympum contra Perſeum geſta, hoc aggreſſum eſſe ſcribit. *Nunc ſeneſcente exiguo cornu fulgere Lunam.*) Florebello arridet magis Seneſcentem. *Multis belli caſibus didici.*) Sic Plutarchus: [illegible], &c. *Ad Concilium vocavit.*) Cum deſint, quos vocaverit, malim, Concilium advocavit, ſic paullo poſt: Concilio advocato literas eum reciniſſet. Item: Adverſus Advocatos in conſilium conſidere juſſit. *Conſul ad id quod pridie prætermiſiſſe pugnandi occaſionem videbatur.*) Ad id quod, dictum eſt, pro Præterquamquod. *Ardentibus ſiti fructibus.*) Magis placet Florebello, Arentibus. *Sine ulla ſede vagi dimicaſſemus, ut quo victores non reciperemus?*) Florebellus ita legit: Si ſine ulla ſede vagi dimicaſſemus, ut quo victores non reciperemus.) *Atque in acie plenum virium vigentem, & corpore, & animo educas.*) Legendum aperte: In aciem. *Ac ne illo ipſo quidem die aut Conſule, aut Rege, quod nec feſſos, ut pridie, ex via, &c.*) Si plenam hanc ſententiam explicuero, tum quorum verborum jactura facta ſit, intelligetur; Sic igitur mihi legendum videtur: Ac, ne illo ipſo quidem die, aut Conſule, aut Rege optante pugnatum eſt; Rege, quod nec feſſos, ut pridie, ex via, neque trepidantes in acie inſtruenda, & vix dum compoſitos aggreſſurus erat; Conſule, quod in novis caſtris non ligna, non pabulum convectum erat, ad quæ petenda ex propinquis agris magna pars militum è caſtris exierat. Hanc eſſe ſententiam hujus loci, atque ſimilia verba intercidiſſe, apparet ex eo, quod ait: Neutro Imperatorum volente. Librarium in errorem impulit vox Rege, quæ iteratur, in qua ſcribenda à priore ad poſteriorem cum media verba tranſcendiſſet, delapſus eſt. *M. Sergius Sylus.*) M'. Sergius Silus, ex nummis argenteis, ut ant. *Eſſernina.*) Æſernina, ſic enim Græci [illegible]. *Thraces duo id jumentum ex medio alveo in ſuam ripam trahentes, altero eorum occiſo, receptoque eo jumento ad ſtationem ſuorum ſe recipiebant.*) Satis conſtat, ne hunc quidem locum integrum eſſe. Quæ ſententia futura ſit, non eſt difficile intelligere, quibus verbis expreſſa fuerit, nemo umquam divinaverit. Ego tamen, ut ſententia eluceſcat, ita lego: Cum otium ad flumen eſſet, neutris laceſſentibus, hora circiter quarta jumentum è manibus curantium elapſum, in ulteriorem ripam effugit. Quod cum per aquam ferme genu tenus altam tres milites ſequerentur, Thraces duo id jumentum ex medio alveo in ſuam ripam trahentes cum tribus Romanis militibus manum conſeruerunt. Jamque Romani altero eorum occiſo, receptoque eo jumento, ad ſtationem ſuorum ſe recipiebant. Octingentorum Thracum præſidium in hoſtium ripa erat, ex his pauci primo ægrè paſſi popularem in ſuo conſpectu cæſum, ad perſequendos interfectores fluvium tranſgreſſi ſunt. Eandem ſententiam edit Plutarchus, qui tamen conſilium Paulli hoc fuiſſe ſcribit. *Et cum præſidio.*) Perſecuturus erat, ut utrimque exercitus ad prœlium concurriſſent, initio pugnæ in flumine orto. Ergo cum commiſſum prœlium eſſet, atque acriter ab utraque parte pugnaretur, Paullus legionem, inquit, in prœlium ducit. Sic autem etiam Plutarchus: [illegible]. *Nam ſicut pleraque nova commenta mortalium in verbis vim habent explendo, cum agi.*) Pro explendo, repono, Extemplo, ut ſit: Extemplo, cum agi, non quemadmodum agantur, ediſſeri oportet, ſine ullo effectu evaneſcunt. *Ita tum elephanti in acie nomen tantum ſine uſu fuerant.*) Fuerunt, legendum. *Quod ſi maturius pugnatum eſſet, ut ſatis dies victoribus ad perſequendum ſupereſſet.*) Recte. Plutar. enim ait commiſſum eſſe prœlium: [illegible]. *Evander Cretenſis, Non Bœotius, & Archidamus Ætolus.*) Sic Plut. [illegible]. Hinc ego: Neo Bœotius. Gentile enim nomen terræ Bœotiæ eſt tam Bœotius, quam Bœotus. *Galepſum eo die.*) Galepſum lego. Nam Stephanus, & Plutarch. in Paullo [illegible] nominant. *Non bono, ac juſto Rege ob &.*) Quædam pauca deſunt, de gratulatione Amphipolitanorum. Amphipolim enim Paullus venerat. *In ipſa palude, una proxima Urbi eſt, veluti inſula imminet aggeri operis ingentis impoſita.*) Florebellus addit vocem, arx, in hunc modum, Arx veluti inſula.

In Librum LXV.

E*Vanuit quidem tamquam certæ rei gaudium.*) Scribe, Incertæ, id enim ſenſus poſtulat cum dicat, tamen omen lætum inſidebat animis. *A. D. X. k. Octob.*) ex vetere kalendario legendum putat Manutius, A. D. XV. *C. Licinio Conſuli ad quadrigas mittendas aſcendenti, tabellarius, qui ſe ex Macedonia venire diceret, laureatas literas dicitur.*) Perſpicue vox una deſiderntur, ut ſit, reddidiſſe laureatas literas dicitur. *De militibus, ſociiſque navalibus dimittendis referretur, cum Legati ab L. Æmilio Conſule, à quibus præmiſſus tabellarius eſſet. Ad VI. K. Octob. hora fere ſecunda Legati Urbem ingreſſi ſunt.*) Et hic vox una deeſt ad integritatem ſententiæ: A quibus præmiſſus tabellarius eſſet, veniſſent A. D. VI. K. Octob. &c. *Ingentique turba non virorum modo, ſed etiam fœminarum conferta tota Urbe Deorum immortalium templa, Senatus revocatus.*) Et hic intercidit vox una: Deorum immortalium templa adierunt. *Ex ante V. Idus Octob.*) Lege ex ante diem V. Idus Octob. ut ſupra. *Senatus in triduum ſupplicationes decrevit, ut latinæ edictæ ſunt in ante IV. & III. & prid. Id. Novemb.*) Senſus eſt: Supplicationes edictæ ſunt in certos dies, perinde atq; Latinæ indici ſolent, non enim hic de Latinis indicendis loquitur, quippe quæ in quatriduum hoc tempore indicerentur, non in triduum. Præterea lego, in ante d. IV. *Ad Siras terræ*

Odo-

Odom. ntiea.) Stephanus: *Τί μοι λοιπὸν ἐστὶν, ὁ δύναται λοιπὸν ἐστὶν.* *Reliqui quid eſſe, niſi ut fortiter moriatur.*) Hæc cum interrogatione legenda ſunt, hoc modo: Reliqui quid eſſe, niſi ut fortiter moriatur? *Demetrium eſt Portus.*) Hujus etiam Portus meminit Plutarchus in Paullo. *Ion Theſſilonicenſis.*) Io, ſcribendum, edit enim Ionis. Plutarcho auctore in Paullo: *τὸ δ' ἱμάτιον συλλαβὼν αὐτὸς ἐπεχείρησε.* *Pullo amictus illo Perſeus ingreſſus eſt caſtra.*) Videne ſit legendum: Pullo amictu ille ingreſſus, & Perſeus tamquam gloſſema delendum ſit. *Per Europæ plerumque, atque Aſiam omnem.*) Plerumque Europæ dixit, ut Salluſtius in Jugurtha, Plerumq; noctis: Sed ubi plerumq; noctis proceſſit. *Ullo ſuorum alio comite.*) Manutius legit, Nullo ſuorum alio præter Philippum filium comite. *Viceſimum ab Carano, qui primus regnavit, Perſea numerabant.*) Juſtinus lib. XXXIV. Macedonia, inquit, ab Carano, qui primus in ea regnavit, uſque ad Perſeum triginta Reges habuit. Euſebius autem qudraginta Reges Macedoniæ uſque ad Perſeum nominat, ut dubitandum non ſit, quin ex notis numerorum, & apud Livium, & apud Juſtinum menda manaverit, & utrobique XXXX. legendum ſit. *Macedonum obſcura admodum fama uſque ad Philippum Amyntæ filium fuit.*) Ex iis, quæ ſequuntur, deeſſe mihi videtur vox, potentia, ut ſit, Potentia fuit. *Quæ omnia ſi tamen populo foret, in capita noxiorum verſura.*) Suſpicor ita legendum: Quæ omnia, ſi poteſtas populo foret; Nam poteſtas, & iam decepiſſe librarium imperitum videntur. Hanc certe vocem ſententia poſtulat. *Nec eo ſegnius judicia ex decreto eorum his facta Rhodi exercebantur, quam perſeverantiam in exequenda re Decimii lenitas, cum hæc agerentur.*) Si ſenſum diligenter attendas, profecto hanc vocem excidiſſe intellexeris, Decimii lenitas afferebat. *Circa Rhino colura.*) Ptolemæus, & Stephanus, *Ῥινοκόλουρα* edunt, at Strabo *Ῥινοκόρουρα*. *Navigantibus oſtio Nili ad Peluſium per deſerta Arabiæ ad Memphim * incolebant, & ab ceteris Ægyptiis partim voluntate, partim metu, &c.*) Loci manci, & depravati hæc futura fuit ſententia. Loquitur de Antiocho ad ſubigendam Ægyptum revertente. Navigantibus, inquit, oſtio Nili, quod eſt ad Peluſium per deſerta Arabiæ, populi ſeſe dediderunt. Deinde receptus ab iis qui ad Memphim incolebant, & ab ceteris Ægyptiis partim voluntate, partim metu, ad Alexandriam modicis itineribus deſcendit. Locum autem aſteriſco notavi. *Quibus perfectis.*) Malim perlectis; nam de literis loquitur. *Ad quam ope, ſi quid imperatum foret, ad futurum Regem fuiſſe.*) Legendum puto: Ad quam ſumma ope; Sic enim lib. I. Rem ſumma ope taceri jubent. Item: Cum bellum utrimque ſumma ope pararetur, & lib. XXVI. Ad impediendam rem actam, quæ ſumma ope approperata erat, & Saluſt. in Jugurtha: Summa ope niti decet, ne vitam ſilentio tranſeant. Item: Summa ope eniſum eſt, ne tale decretum fieret, & lib. XXVII. Summa ope orare. Sic aliàs ſæpe uterque. Numquam vero, ope, tantum. *Non eſſe è Rep. Populi R.*) Malim è re Populi R. *Petenti Maſgabæ, ut Hanno Hamilcaris filius hoſpes * in locum exigeret.*) Deſiderantur verba nonnulla, & pro hoſpes, obſes lego. Petenti, inquit, Maſgabe, ut Hanno Hamilcaris filius obſes (in locum cujuſdam alius obſidis Carthaginienſis, cujus nomen interiit) Romam à Pœnis mitteretur, reſpondit Senatus, haud æquum videri, ut obſides à Carthaginienſibus arbitrio Maſſaniſæ exigeret. Hæc forte ſententia futura fuit, quamquam verba nemo divinare poteſt, aſteriſco ergo notetur locus, ut vulnus acceptum indicetur omnibus. *In quatuor urbanas Tribus.*) Hoc loco deſiderantur comitia Conſularia, quibus Conſules creati ſunt Q. Ælius Pætus, & M. Junius Pennus, & Prætoria, quibus Prætores Q. Caſſius, M'. Juventius Thalna, Ti. Claudius Nero, Cn. Fulvius, C. Licinius Nerva, A. Manlius. Præterea initium expoſitionis rerum à Cenſoribus Ti. Sempronio, & C. Claudio actarum. De quibus loquitur, cum ait: In quatuor Tribus Urbanas. Eſt autem intelligendum, libertinos in quatuor Tribus Urbanas jam inde uſque à Ser. Tullio Rege fuiſſe conjectos, auctore Dionyſio; poſt autem cum per omnes Tribus diſperſi eſſent, in eaſdem quatuor eſſe redactos à C. Flaminino, & L. Æmilio Cenſoribus, ut eſt ſcriptum in Epitoma lib XX., nunc vero à Ti. Sempronio Graccho Cenſore in unam Eſquilinam urbanam referri, auctore Livio. Neque enim audiendus eſt ille, qui de Viris Illuſtribus ſcripſit, qui ita in Graccho tradit: Cenſor libertinos, qui ruſticas Tribus occuparant, in quatuor Urbanas diviſit. *Plures quam à ſuperioribus, & Senatu emoti ſunt, & equos vendere juſſit.*) De notis horum Cenſorum ſcripſit etiam lib. XLIII Septem è Senatu ejecti In equitibus recenſendis triſtis admodum atque aſpera cenſura fuit, multis equos ademerunt. Ut mirer admodum, ipſum quaſi ſui oblitum eadem hoc etiam libro, quod facere haud ſolitus eſt, iteraſſe. *C. Cicerejus ædem in monte Albano dedicavit, quinquennio poſtquam vovit.*) Sic lib. XLII. C. Cicerejus Prætor in Corſica ſignis collatis pugnavit. Voverat in ea pugna Prætor ædem Junoni Monetæ. *Ut & in libertate gentes, quæ eſſent, tutam eam ſibi perpetuamque ſub tutela eſſe.*) Videtur legendum: Sub tutela populi Romani eſſe, ſicut dixit: Arma populi R. & Reſpectu populi R. *Commune conſilium gentis eſſe.*) Legendum eſt: Commune conſilium gentis nullum eſſe. Senſus eſt: Commune conſilium gentis nullum eſſe, ſed in quatuor regiones deſcribi Macedoniam, ut ſuum quæque concilium haberet, placuit. *Altera querimonia Gallici tumultus, Advertaque gladiis Regnum in dubium adductum eſſe.*) Advertam Gallorum regulum videtur vocare, quem tamen paullo poſt Solonettium nominat. Eſt autem veriſimile ſupra hoc de bello Gallico, deque hoc Rege apertius ſcripſiſſe, verum ut multa alia excidiſſe, neque enim tam paucis verbis cauſſam hanc adventus Attali eſſet complexus. De hac re paullo poſt: Gallorum defectionem, quæ nuper ingenti motu facta erat, expoſuit. *M. Juventius Thalva Prætor.*) M'. Juventius Thalna, ex Conſ. Cap. *Et Trib. pl., cum ita traditum eſſet, ne quis intercederet legi.*) Pauca verba deſiderantur in hanc ſententiam, & Trib. pl., quod antequam privati de lege dicerent, legi ipſi intercederent, cum ita traditum eſſet, &c. Tota enim ſententia hæc eſt: Et Prætor novo exemplo rem ingreſſus erat, quod ante non conſulto Senatu de ſua unius ſententia rogationem ferret, cum antea ſemper Senatus prius de bello conſultus eſſet, poſt ad populum latum, & Tribuni pleb (ſcilicet novo exemplo agebant) quod antequam privati dicerent, intercederent, cum ita traditum eſſet, ne quis intercederet prius legi, quam privatis ſuadendi diſſuadendique legem, poteſtas facta eſſet. Hanc autem deeſſe ſententiam, ex eo etiam apparet, quod

ſe-

ſequitur : *Tribuni feſtinationem Prætoris ante tempus intercedendo in adventum ſuum.*) Exciderunt pauca, quæ ad rem Rhodiorum, de quibus loquitur, pertinebant. Exciderunt etiam prima verba orationis Rhodiorum, quam pro ſe dixerunt in Senatu. Hujus autem orationis capita una cum ſententiis quibuſdam orationis ejus, quam dixit Cato pro Rhodiis, exſtant apud Gellium libro VII. Catonianæ autem orationis poſt etiam meminit Livius. *Dona ferentes.*) Si quis recte attendat, legendum intelliget : Dona ferentes veniebamus, nam ſequitur [illegible]. Nunc vix mercede recepti venimus in curiam Rom. Rhodii. *Nec tam exitu eorum, quod vindicatis.*) Legendum videtur, Vincatis. *Et ſeceſſiſſe à vobis plebem, nec in poteſtate veſtra Rempublicam fuiſſe.*) Malim, Populum Rom., quam Remp. Nam ſi plebes ſeceſſit, certe in poteſtate Patrum non fuit, quominus autem Reſp. in eorum poteſtate eſſet, nullo impedimento fuit. Intelligi autem Rhodii volunt, ne multitudinem quidem Rhodiam in poteſtate Principum fuiſſe. Sic ſæpe alias Livius, Tribuni plebis in poteſtate Patrum fuerunt. Ex vulgata tamen lectione etiam ſenſus elicitur. *Partem cum Aſtymede Romæ ſubſiſtere, quæ agerentur ſciret, certioreſque ſuos faceret.*) Videtur legendum. Quæ, quæ agerentur ſciret, atque alteram : Quæ, eſſe incuria prætermiſſam. *Mylaſſenſes Alabandenoſque.*) [illegible] uno σ tantum cum ſcribantur à Græcis, Mylaſenſes ſcribendum eſt. Porro autem Alabandæos videtur ſcribendum. Cicero enim dixit in : Bruto Hierocles Alabandæus, & alibi Apollonius Alabandenſis, Stephanus autem [illegible]. *In Moleſſ.lem.*) Moluſidem uno ſ ſcribendum auctore Stephano [illegible], inquit, [illegible]. *Tegmonem.*) Tecmonem ex Stephano, qui ait : [illegible]. *Daſſaritiorum Tiruſtas.*) Hos Ptolemæus Πιρούστας. Strabo lib. VII. [illegible] vocat. Quare Piruſtas lego. *Daorſeis quoque.*) Ptolemæus [illegible] vocat, alii, puto, [illegible]. Strabo libro VII. ubi de Illyriis agit : [illegible]. *Illyriis vectigal dimidium ejus quod Regi pendiſſent.*) Lego, Quod Regi pependiſſent, impoſitum, ſic enim paullo poſt : Vectigal exercentibus dimidium vocat, ejus impoſitum, quod pependiſſent Regi. *Chalcidem ad ſpectaculum Euripi, avoq; ante inſulæ Ponte continenti vinctæ deſcendit.*) pro Ævoque Eubœæque reponit Florebellus, quo nihil verius. *Templum Jovis Trophonis.*) Trophonii, ex Suida. *Muros Pyreum Urbi jungentes.*) Piræeum ſcribendum, ceterum muros intelligit, quæ μακρὰ τείχη vocabantur. *Apolloniam ad eos pergit. Quo cum Perſeus obviam Amphipoli nimis ſoluta cuſtodia proceſſiſſet (id diei iter eſt.)* Apolloniam Macedonicam intelligit. Siquidem ab Amphipoli ad eam iter unius diei eſt, de qua Stephanus, non eam, quæ eſt in Epiro. *Et à ſe ipſa quæque contempta pars eſſet.*) In libris Emendationum oſtendi, legendum eſſe, Ut ſe ipſa quæque contenta pars eſſet. *Portum receptum non commeatibus juviſſent.*) Lege : Portu receptum commeatibus juviſſent, ſic enim in primo exemplari legebatur, & hic eſt ſenſus. *Utilitas annonæ.*) Vilitas. *Centum quinquaginta millia capitum humanorum abducerentur.*) Sic Plutarchus : [illegible]. *Paullus ad mare Oricum deſcendit.*) Sic Plutar. [illegible]. *Regia nave ingentis magnitudinis, quam XV. verſus remorum agebant.*) Sic Plutar. [illegible]. Hujus ejuſdem navis meminit Suidas in Perſeo. *Et privatis lege dicendi locus eſſet, ad ſuadendum, ut in re minime dubia, ſi quiſquam proderet.*) Mallem : Et privatis lege dicendi locus eſſet, nec ad ſuadendum, ut in re minime dubia quiſquam procederet. Idem ſentit Manutius. *Pecuniam illum dare non potuiſſe, militem dare poſſe.*) Date non poſſe, videtur legendum, ſiquidem ſubdit, ne ſperatet ibi fructum gratiæ, ubi non meruiſſet. *Introvocatæ primæ Tribus cum antiquarent.*) Sic Plutarch. [illegible]. *Quantus Imperator L. Æmilius fuerit Quirites, ſi ex alia re nulla æſtimari poſſit, vel hoc ſatis erat.*) Hoc principium orationis ſic Græce vertit Plutarchus : [illegible]. *Sed poſtero die, quam triumphatum eſt, privatum eum viſurus eſſet, nomen deferret.*) Legendum : Privatum cum viſurus eſſet. Porro autem ego malim legere, Deferre, interrogare, dicere, accuſare, ut hæc omnia ad vocem Debuit referantur. *Cui crimen nullum probrum dicere poterat.*) Legendum : Cui nullum crimen, cui nullum probrum dicere poterat. *Apud concionem togatam & urbanam prius reus agatur.*) Florebellus legit Res, cui aſſentior. *Quam illis, * qui triumphaverunt.*) Nihil huic ſententiæ deerit, ſi legas. Quam illis, qui poſt eos triumphaverunt, intelligit autem, qui poſt Lutatium, & Cornelium triumpharunt, ut de Philippo, & de Antiocho, aut ita legendum eſt : Quam Macedonici, & Aſiatici illis, qui triumphaverunt ; *M. Curius.*) M'. Curius, ut ante. *Militum quidem propria eſt cauſſa, qui & ipſi laureati, & quiſque donis, quibus donati ſunt, inſignes triumphum nomine cient.*) Hoc eſt id, quod Varro ſcribit libro de lingua Latina V. Quod milites cum Imperatore redeuntes per urbem in Capitolium euntes, clamitaverit, Io Triumphe, Itaq; Horat. lib. IV. Non ſemel dicemus, Io Triumphe civitas omnis. *Quid deinde tam opimæ prædæ, tam opulentæ victoriæ ſpoliis fiet.*) Opima præda legendum, ne ſit, opimæ ſpoliis prædæ. *Revocate, ſi videtur, Tribuni ad ſuffragium Tribus, ego ad vos milites.*) Intercidit finis orationis, qua uſus eſt M. Servilius pro triumpho Paulli. Qui tamen finis eſt apud Plutarchum, his verb. [illegible]. Ideſt : Revoca ipſos ad ſuffragium, ego vero illos omnes ſubſequar, & malos, ac ingratos cives cognoſcam, quique in bellis à Tribunis quam ab Imperatore regi malunt. Excidit præterea initium expoſitionis triumphi Paolli, quem per triduum egit IV. III. prid. Kal. Decemb. ut eſt ſcriptum in triumphis Capitolinis, de quo triumpho in ſequentib. proximis verbis traditur. *Filii duo Maximus, & P. Scipio.*) Q. Maximus, & P. Scipio. Neque enim alter prænomine ſpoliandus eſt, alter ornandus. *Minor ferme XII. annos natus quinque dieb. ante triumphum, major XIV. annorum triduo poſt triumphum deceſſit.*) Contra ſcribit Plutarchus, majorem ante triumphum, minorem poſt triumphum deceſſiſſe, in Paollo, & in Apophthegmatis. *Inde quinto die Delphis Apollini pro me exercitib. & claſſib. luſtra ſacrificavi.*) Pri-

Primum hoc dicam, ſacrificare luſtra, me nuſquam legiſſe. Deinde de luſtratione exercitus intelligi non poſſe; non enim adhuc acceperat exercitum, ergo ne luſtrare quidem poterat. His rationibus addactus lego, Pro me exercitibuſque, & claſſibus veſtris ſacrificavi. Hoc ita eſſe oſtendit Plutarchus, qui ita hunc locum vertit: πεμπταῖος δ' ἐκεῖθεν εἰς Δελφοὺς τῷ θεῷ θύσας ἐνάταις αὖθις τήν τε δύναμιν ἐν Μακεδονίᾳ παρέλαβον, καὶ τὸν ἐξετασμὸν καὶ καθαρμὸν αὐτῆς. Quibus ex verbis apparet, luſtrationem non Delphis, ſed in caſtris ab eo eſſe ſuſceptam, ubi accepit exercitum, Delphis autem Apollini ab eo ſacrificatum. *Quod bellum per quadriennium quattuor ante me Conſules ita geſſerunt.*) Per triennium tres ante me Conſules, lege, tres enim tantum fuerunt, P. Licinius Craſſus, A. Hoſtilius Mancinus, Q. Marcius Philippus. Labes hæc quanto facilius elui poteſt, tanto fœdior eſt; cum præſertim tot ante annos à nemine agnita hunc locum depravarit. *Ego qui de illo triumphavi ab alterius funere filii currum ex Capitolio prope jam expirantem veni.*) Loquitur de filiis ſuis Paullus, quorum alter ante triumphum, alter poſt triumphum, ut diximus, deceſſit. Fœdata autem mirum in modum verba omne hujus ſententiæ lumen aut ſuſtulerunt, aut certe obſcurarunt. Sic igitur legendum cenſeo: Ab alterius funere filii curru, ex Capitolio ad alterum prope jam exſpirantem veni, ſatis jam perſpicua menda eſt. *Non pecunia Macedonicæ.*) Lego: Non pecunia pecuniæ. Nam reddidit eodem modo cetera. Non Gentius Perſen, non Illyrii Macedonibus, non ſpolia ſpoliis, non dona donis. Errorem hunc gloſſa aliqua peperit, voci Pecuniæ ſuperimpoſita, quam deinde librarius vera lectione repudiata in librum intulerit. *Ab Cotye Rege Thracum.*) Sic Græci κότυς, apud Ciceronem tamen in Piſonem de Rege ejuſmodi eſt, Regi Cotto, credo per mendum, pro Coti. *Igitur uvium Reges tranſducti.*) Iguvium videtur eſſe, quod nunc Eugubium dicitur, de qua voce alii. *Flamen Quirinalis mortuus M. Fabius Pictor.*) Q. Fabius legendum, ex lib. XXXVII. ubi hic fit flamen: Prætores, inquit, exinde duo facti duo Q. Fabii Labeo, & Pictor. Flamen Quirinalis eo anno inauguratus fuerat. *Munera ei ex ſeſtertiis juſſa dari.*) Deeſt ſumma ſeſtertiûm. Sic ſupra. Munera ex S. C. emere regulo Quæſtor juſſus ex C. pondo argenti. Et lib. XLIII Munera mitti legatis ex binis millib. æris cenſuerunt. *Mire lætum & ea benignitate in ſe populi Rom. Regem fuiſſe ferunt.*) Manutius reponit: Ex ea benignitate. *Polybius eum Regem indignum majeſtate nominis tanti tradit, pileatum capite raſo obviam ire legatis ſolitum, libertumque ſe populi Rom. ferre, & ideo inſignia ordinis ejus gerere.*) Hæc ex Polybio fortaſſe ſumpta ſic edit Appianus in Mithridatico: Προυσίας δὲ ὅλως ἀνὴρ τινὰ τοῖς ῥωμαίων στρατηγοῖς, ἀεὶ ῥωμαϊκὸν ἀπελεύθερον, ὃ καλοῦσι λίβερτον, καὶ ἀπεξυρημένος ἔχων ἐπελεύκου, τὴν κεφαλὴν ἐξυρημένος, καὶ πῖλον ἐπικείμενος, ᾧ τρόπῳ τινὲς πρότερον ἐν ταῖς διαθήκαις ἐλευθερούμενοι, αἰσχρὸς ὤν, καὶ τ' ἄλλα ἐσθῆτι. ἐντυχὼν δὲ αὐτοῖς ῥωμαίοις τῷ σχήματι. ἐμμένω ἐμοὶ λιβερτῖνος, ὅπερ ἐστὶν ἀπελεύθερος.

In Epitomen Libri XLVI.

NE *aut inimicus judicatus videretur.*) Vet. lib. Ne aut hoſtis. *Lex in comitio lata eſt, ne cuiquam Regi Romam venire liceret.*) Vox, Comitio, inepto legitur ſenſu. Melior antiqua lectio: Lex in commune lata eſt, ne cui Regi. *C. Sulpicius Gallus Ligures ſubegit.*) Vet. lib. Gallus Conſul. *Cenſa ea ſunt.*) Vet. lib. Cenſa ſunt. *Cum Lyſia tutore Demetrius.*) Tutore ejus, ex veteribus libris, & Appiano in Syria. *Quia minime dimittebatur.*) Veter. lib. Quia non dimittebatur.

In Epitomen Libri XLVII.

S*Acrorum quoque Magiſtratuum.*) Veter. lib. Sacrorumque Magiſtratuum. *Illyricos.*) Illyrios, ex Græcis, & lapid. Cap. *Quidam Prætores.*) Vet. lib. Aliquot Prætores. *Accuſati, & damnati ſunt.*) Vet. lib. Accuſati, damnati ſunt.

In Epitomen Libri XLVIII.

U*T Legatis, quominus violarentur, fugam explicuerit.*) Emenda ad fidem antiqui libri. Ut Legatos, quominus violarentur, fugam explicuerit. *Qui princeps Senatus ſextis jam Cenſoribus erat lectus.*) Lege: Ab ſextis, ſic Livius lib. XLIII. M. Æmilius Lepidus princeps Senatus ab tertiis jam Cenſoribus erat lectus. *Publilia.*) Vet. lib. Poblicia. *Et exceptiorum militiæ genus.*) Vet. lib. Et exceptiorum ſe. L. *Lucullus Conſul, cui M. Claudius ſucceſſerat, pacaſſe omnes Celtiberiæ populos cum videretur, Vacceos, &c.*) Quemadmodum ſcriptum eſt apud Appianum in Iberica, non Lucullo Marcellus, ſed Marcello Lucullus ſucceſſit, quippe qui poſt Marcellum Conſul fuerit. Itaque ex Appiani hiſtoria ſic legendum: L. Lucullus Conſul, cum Claudius Marcellus, cui ſucceſſerat, pacaſſe omnes Celtiberiæ populos videretur, Vaccæos, &c. *Cantabros, & alias regiones, & iterum alias incognitas nationes in Hiſpania ſubegit.*) Veteres lib. longe melius: Cantabros, & alias adhuc incognitas nationes. *Et in expugnatione captæ Urbis majus multo etiam periculum adiit.*) Vet. lib. Et in expugnatione interceptæ Urbis majus etiam. Unde ego lego: Intercatiæ, teſtibus hiſtoricis omnibus. *Dicerentque & exercitum.*) Vet. lib. Dicerentque ſe, & exercitum. *Prorogari ſententiam placuit.*) Emendo, admonente ita ſenſu: Perrogari ſententias placuit. Sic libro trigeſimo ſecundo: Decretum recitari, perrogarique ſententias prohibuerunt, & lib. XXIX. Perrogari eo die ſententiæ accenſis ſtudiis non potuere; Deinde cetera ſic lege, & interpunge: Catone, & aliis principibus Senatus ſuadente, ut in Africam confeſtim tranſportaretur exercitus, quod Cornelius Naſica dicebat, nondum ſibi juſtam cauſſam bellandi videri, placuit ut bello abſtinerent. *Carthaginienſes tum adverſum fœdus bellum Maſſaniſæ intulerunt, victi ab eo.*) Et hæc oratio uno concluſa circuitu in veteribus libris ſic legitur: Carthaginienſes cum adverſum fœdus bellum Maſſaniſæ intuliſſent, victi ab eo &c. *Et guſtare cibum tantummodo ſolito.*) Vet. lib. Guſtare panem.

In Epitomen Libri XLIX.

T*Ertii* Punici *belli initium altero, & ſexcenteſimo anno ab Urbe Condita, intra quintum annum, quam erat cœptum, conſummatum omnino eſt.*) Belli initium conſummatum eſſe, quid ſibi velit, profecto difficile dictu eſt, neque injuria, eſt enim vitioſa locutio. Legitur autem

in

in Codice antiquo: *Intra quintum annum*, quam erat cœptum, conſummati, ut ad vocem, Belli referas, & ſit ſenſus: Tertii Punici belli initium intra quintum annum conſommati, refertur. Sic ſupra: Origo Carthaginienſium, & primordia Urbis ejus referuntur, & infra: Antequam Cimbricum bellum conſummaretur. Item: Canſſæ eivilium armorum, & initia referuntur. *Quorum alterum ſapientiſſimum virum in Civitate habebant, olter vir optimus à Senatu judicotus erat.*) Vet. lib. Quorum alter ſapientiſſimos vir in civitate habebatur, alter optimos vir etiam à Senatu judicatus erat. *Et ut omnino deleretur Carthago.*) Vet. lib. Et ot tolleretur, delereturque Carthago. *Placuit nihilominus.*) Vet. lib. Placuit tamen. *In oppidum minimo recepiſſent.*) Vet. lib. Non recepiſſent. *Diti Patri ludi ad Tarentum ex præcepto librorum Sibyllinorum facti.*) Lege, ad Tarentum, qui locus erat in Campo Martio ex Feſto, & Valerio libro II. cap. I. itemque lege apud Cenſorinum: Cum libros Sybillinos Decemviri adiſſent, renunciarunt, uti Diti Patri, & Proſerpinæ lodi Tarentini in Campo Martio fierent. Servius in VIII. Æneidos partem Tyberis Tarentum à terendo dictam ait. *Qui anno primo Punici belli quingenteſimo, & altero anno ab Urbe Condito facti erant.*) Fœdiſſime ſe habet bic locus, quem nos auctore vetere libro ſic reſtituimus: Qui anno centeſimo, primo Punico bello, quingenteſimo, & altero anno ab Urbe Condita facti fuerant. (23) Senſus eſt: Ludos Sæculares ad Tarentum, qui eenteſimum ante annum, dom Punicum primum bellum gerebatur, anno ab Urbe Condita DI. facti fuerant, hoc anno eſſe relatos. Id autem ita eſſe ratione quoqne poſſumus confirmare. Nam ſi anno ab U. C. DI. illi facti ſunt, profecto P. Claudio Pulchro, L. Junio Pnllo Conſulibus facti ſunt. Nam in eos Coaſules hic numerus incidit ad ſummam annorum Livianam. Cenſorinos aotem de bis ludis loquens ait: Tertii ludi fuerunt, Antiate, Livioque auctotibus, P. Claudio Pulehro, L. Junio Pullo Conſulihus. Præterea ſi poſt eentum annos, quam illi facti erant, relati ſont, profecto anno DCI, hi facti ſint neceſſe eſt, qui annus Conſules habuit L. Marcium Cenſorinum, & M'. Manilium. Itaque Cenſorinus idem ait: De quartorum ludorum anno triplex opinio eſt. Antias enim & Varro, & Livius relatos eſſe prodiderunt, L. Marcio Cenſorino, M'. Manilio Conſulibus poſt Romam Conditam anno DCV. Sequitur autem in numerandis Urbis Conditæ annis alios auctores, quam Liviom, eoſdem prope, quos Ciceronem, & Plinium ſecutos eſſe animadvertimus. (24) *Ut in alio loco procul à mari X. millia paſſuum, nec minus remoto.*) Vet. lib. Ut in alium locum, dum procul à mari X. millia paſſuum, nec minus remotum. *L. Martio, L. Manlio Conſulibus.*) Lege, L. Marcio, M'. Manilio, M. etiam Manilius dicitur in Bruto à Cicerone, & à Valerio, & à multis aliis: ipſum tamen prænomen Manii tuliſſe, indicat Capitolinus ejus Conſnlatus. Itaque locus in principio Somnii Scipionis ita legendus: Com in Africam veniſſem Manio Manilio Conſule ad quartam legionem Tribunus, ut ſcitis, militum; mendoſe enim legitnr: Anitio, Manilio Conſulibus. Quidam Marcio, & Manilio emendarunt, nnn recte: non enim ambobus Conſulibus Scipio venit Tribunus, ſed oni Manilio, nt Appianus, & Valerius tradiderunt. *Caſtriſque, quæ Carthaginienſes omnibus copiis pariter ab Urbe egreſſi oppugnabant, liberatis, is præcipue gloriam tulit.*) Vet. lib. Caſtrorumque, quæ &c. liberatorum & ipſe præcipuam gloriam tulit. *Cato vir promptioris multo ad vituperandum linguæ.*) ex Vet. lib. tollenda eſt vox, Multo. *Qui in Africo militarent, umbris militare, Scipionem vigore.*) Antiqua lectio, pro umbris, habet, umbras, pro vigore, vigere. Quod probo. Nam (ot ait Appianos) eſt verſus Homericus à Catone uſurpatus, ejuſmodi: οἶος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι, ideſt ſolus ſapit, reliqui umbræ ruunt. *Per ætatem minime liceret.*) Vet. lib. Non liceret. *Ut Luſitani, qui ex fœdere populo Rom. dediti à Sergio Galba in Galliam veniſſent, in libertatem reſtituerentur.*) Vet. lib. qoi in fidem Populi Rom. dediti à Ser. Galba. Porro autem, in Gallia, non in Galliam, ſententia ita poſtulante lego: Veniſſeot enim pro venundati eſſent, accipiendum eſt. Nam inquit Valerius libro IX. Cap. VI. Galba trinm Luſitaniæ Civitatum convocato Populo tamqoam de commodis ejus acturus novem millia electa, & armis exuta partim trucidavir, partim vendidit. *Etiam ab eo.*) Vet. lib. Et ſæpe ab eo. *Propter ſeſe caſtra habenter.*) Vet. lib. Prope ſe. *Equo, atque homine ſuo immolotis.*) Vet. lib. Equo atque homine ſuo ritu immolatis. *Multis ad falſam ejus famam, velut ad veram euntibus.*) Vet. lib. Multis ad falſam ejus fabulam, velut ad veram coëuntibus, & recte. Nam paullo poſt infert: Fabulam autem ejuſmodi finxerat. *Ex pellice ſe Perſeo Rege ortum.*) Vet. lib. Ex pellice ſe, & Perſeo Rege. *Traditum educandum Cyrtheſæ cuidam eſſe.*) Vet. lectio melior: Traditum educandum Cretæ ſe euidam eſſe. *In belli caſus, quod ille cum Romanis ageret.*) Vet. lib. gereret. *Patrem eſſe credentem, à quo educaretur.*) Vet. lib. Patrem eum eſſe credentem à quo. *Cum prope finem ultimum eſſet.*) Vet. lib. Cum prope ad ultimum finem vitæ eſſet. *Detectam tandem originem ſuam.*) Vet. lib. Detectam ſibi tandem. *Pubeſcenti libellum tradidit.*) Repone, traditum, ot orationis conſequutio conſervetur, item ex Vet. lib.

In Epitomen Libri L.

P*Ruſias Rex Bithyniæ omnium bumillimorum fautor, atque vitiorum.*) Veter. lib. Omniumque bumillimorum vitiorum, ot Regem etiam vitiorum intelligamos. Humilitas ejus, & imbecillitas animi cognita eſt, cum raſo capite cum pileo Legatis Romanis obvius ſe Populi Romani libertum eſſe dixit. *Habebat alium filium.*) Vet. lib. Alterum filium. *Caput multis cicatricibus ſparſum.*) Veter. lib. Farſum, ideſt, repletom. Hujus rei meminit Plutarehos in priore Catone, & Appianus in Mithridatieo. *Genuerit unum filium.*) Veter. lib. & Latina oratio ſerunt, ut legator: Filium genoerit. *Inter tres liberos.*) Vet. lib. Inter tres liberos ejus. *Arbitrio Scipionis.*) Veter. lib. Arbitro Scipione. *Suaſit cum equitatu ſuo ad Romanos tranſire.*) Vet. lib. Perſuaſit, ut cum eqoitatu

ſuo

(23) Hanc reſtitutionem Sigonii & interpretationem reſellit Robortellos lib. 1. Emendationum cap. 7. & 8. atque ex Cenſorino & marmoribus Romanis legendam eſſe cenſet anno XVI. primi Punici belli.

(24) Et hanc ſcholii partem reſellit Robortellus lib. 1. cap. 9. Emendationum, & legendum eſſe oſtendit, quarto & ſexcenteſimo.

ſuo ad Romanos tranſiret. Egregie: Tranſiſſe enim eum ſcribit Appianus. *Phamæ.*) Phamææ legendum: φαμέαν enim vocat Appianus in Libyco. Item, Vet. lib. Suidas, φαμεῖαν. *Quoniam per X. annos Conſulem fieri minime licebat.*) Vet. lib. Quoniam per annos Conſulem fieri non licebat; Recte, Lex enim de decem annis erat, ne quis intra decem annos Conſul reficeretur, de qua ſupra in Fabio Rulliano diximus. Hic autem legem annalem intelligit à L. Villio Annali latam, qua cavebatur, ne quis niſi anno ætatis XLIII. capere Conſulatum poſſet, ut ſupra diximus. Scipio vero anno, quo factus eſt primum Conſul, annum agebat XXXVII. *Repugnantibus aliquantulum Patribus.*) Veter. lib. Aliquandiu. *M. Æmilius nonnullas Urbes circumpoſitas Carthagini expugnavit.*) Nullum M. Æmilium Carthaginem miſſum belli gerendi cauſſa accepimus. Itaque non dubitamus, quin hic ſit M'. Manilius, qui Conſul primum, poſt autem prorogato imperio pro-Conſul id bellum geſſit per biennium, cui deinde Scipio Conſul anno tertio ſucceſſit. Valerius quidem M'. Manilium Africam pro-Conſule obtinuiſſe ſcribit: Oroſius Teragam Urbem expugnatam, & direptam à Manilio ait. *Victus, captuſque reliEta Macedonia.*) Vet. lib. Recepta Macedonia. Recte: Nam quæ bello Perſico parta erat, eadem hoc bello amiſſa fuerat.

In Epitomen Libri LI.

C*Arthago viginti tria millia quidem paſſuum in circuitu labore maximo obſeſſa.*) Quanto rectior eſt priſca lectio? Carthago in circuitu millia XXIV. paſſus patens, magno labore obſeſſa. *Cui extra ſortem provincia Africa data eſt.*) Vet. lib. Data erat. *Contracta exiguo tempore ampla claſſe.*) Vet. lib. Contracta clam exiguo tempore, optime. Id enim Appianus, & Strabo, & reliqui factum eſſe tradiderunt. *Ad Neſentum oppidum.*) Quis umquam alias ante audivit in Africa non longe à Carthagine eſſe oppidum nomine Neſentem? Nepherim quidem eſſe & Strabo, & Appianus produnt, ubi uterque de hoc bello loquitur, atque hoc etiam nomen eſt in vetuſtis Epitomarum libris: Ut omnino, Nepherim, ſit legendum. *Minime impetrare potuerat.*) Vet. lib. Impetrare non potuerat. *Ludos fecit, transfugas.*) Veteres lib. Transfugaſque.

In Epitomen Libri LII.

B*OEtios.*) Veter. lib. Bœotos. Sic Græci: Βοιωτὸς, & Βοιωτοὺς. *In cujus locum Dracus.*) Veter. lib. Diacus, legendum Diæus: Sic enim Pauſan. in Achaicis: Δίαιος ὁ κρατήσας διάδοχος. *Legati Romanorum.*) Veter. lib. Romani. *Ipſe L. Mummius.*) Vet. lib. Ipſe Mummius. *P. Cornelius Africanus Scipio Æmilianus.*) P. Cornelius Scipio Africanus Æmilianus. *A Diodoro quodam.*) Vet. lib. A Diodoro.

In Epitomen Libri LIII.

C*Enſa ſunt Civium capita CDXXIIX. millia.*) Vet. lib. habet CCCXXIIX. Recte. Neque enim par eſt, cum priore luſtro cenſa ſint CCCXXIII. millia, & inſequenti CCCXXIII., hoc anno CDXXIIX. eſſe cenſa. *De Junio Syllano.*) Vet. lib. De D. Junio Silano. *Ab exercitu ejus multum imploratus, ac nobiliſſime tumulatus.*) Vet. lib. Comploratus: Quod verbum eſt in mortuo proprium, inquit enim Livius de Tarquinio mortuo: Ex comploratione in Regia orta, & lib. XXV. Ut non modo lacrymis, juſtoque comploratu proſequerentur mortuos, ſed ne efferrent quidem, aut ſepelirent. *Per quatuordecim.*) Vet. lib. Et per quatuordecim.

In Epitomen Libri LV.

C*Ui cognomen Serapion fuit.*) Serapio, ut Cato, Cicero, Dio: Nam Priſcianus ait, quæ nomina apud Græcos in ων terminentur, ea à Latinis finiri in O. Adde tanto certius fieri, quoties caſum gignendi edunt in Onis, non in Ontis, ut Serapio Serapionis. *Curiatio.*) Curatio, ex Græcis, ut ante. *Quia non impetrarunt.*) Veter. lib. Impetrarent. *In carcerem mitti.*) Vet. lib. Duci. *Oppidumque.*) Vet. lib. Et oppidum. *Irritam cenſuerat.*) Vet. lib. Irritam fieri cenſuerat. *Fuſus, fugatuſque.*) Vet. lib. Fugatuſque eſt. *Pulli ex cavea evolaverunt.*) Vet. lib. Avolaverunt. *Conſcendenti deinde in navim.*) Vet. lib. Deinde navim. *Mancino auſpicia triſtia fuiſſe probatum eſt.*) Veter. lib. Quæ auſpicia triſtia fuiſſe eventu probatum eſt. *Et ſic ut tranſgrederentur perſuaſit.*) Veter. lib. Tranſgrederentur milites perſuaſit. *Diodoro.*) Vet. lib. Diodoto, item Tripho, non Triphoo. *Corruptis quidem medicis.*) Quidem, abeſt à vet. lib.

In Epitomen Libri LVI.

M. *Ceſonis.*) Veter. lib. M. Coſconius. *Quem cum ille capere ob legem, quæ vetabat quemquam intra decem annos iterum Conſulem fieri licere, minime vellet.*) Hic multa fœda ſunt, quæ tamen ope antiquorum librorum purgantur, in quibus eſt ita: Quem cum illi capere ob legem, quæ vetabat, quemquam iterum Conſulem fieri non liceret, ſicuti priore, &c. Noſtri enim patres, ignari omnis Romanæ antiquitatis, quia nullam aliam legem noverant, niſi quæ eſt de X. annis, eam ubique inculcarunt; Sicut etiam ante dixi de priore hujus Conſulatu. Quæ lex ne in hoc quidem Conſulatu locum habere potuit; Nam inter priorem, & poſteriorem Aemiliani Conſulatum anni interjecti ſunt XII. Quæ res eruditos multos Viros, ut de Glareano ante admonui, valde hoc tempore perturbavit. Eſt igitur hæc lex lata paullo ante hæc tempora, Catone vivente, cujus ſuaſor ipſe fuit Cato, ne quis iterum Conſul fieret. Priſcianus enim lib. III. profert exemplum ex oratione Catonis, quæ inſcribebatur: Ne quis iterum Conſul fiat, idemque Feſtus in voce Pavimenta: Sunt enim multæ leges de Conſulatu capiendo latæ: Una, nequis intra X. annos Conſul reficiatur, quæ, ut ſupra diximus, tenuit Fabium: Altera, ne ædilitas, & Prætura præteteatur, qua ſolutus eſt T. Flamininus. Tertia, quæ annos ætatis conſtituebat, qua ſolutus eſt Aemilianus in priore Conſulatu: Quarta, Nequis iterum Conſul fiat, qua impediebatur Aemilianus, ne ſecundum caperet Conſulatum: Quinta, ne quis abſens Conſul fieret, qua poſt Martius ſolutus eſt: Quartam tamen legem poſt tacito conſenſu Civitatis abrogatam eſſe arbitror: Ex his legibus prima, & ſecunda à Sulla Dictatore relatæ ſunt, auctore Appiano. *Cujus belli.*) Vet. lib. Hujus belli. *Cleon quoque.*) Cleo, ut

ut ante. *Sæpenumero geſſerunt.*) Sæpe, ex Vet. lib.

In Epitomen Libri LVII.

G*Eneroſiſſimam militiæ diſciplinam.*) Veter. lib. Severiſſimam. *A Caſtris rejecit.*) Vet. lib. Ejecit. *Militem omni die in opere habuit.*) Vet. lib. Militem quotidie. *Frumentum ad ſeptenos vallos ferre.*) Ac ſeptenos, ex Vet. lib. *Cum gladio recte vallare ſcieris.*) Vet. lib. Cum gladio te vallare. *Alii nimirum parum habiliter ſcutum amplius juſto ferre juſſit, quoniam melius ſcuto, quam gladio uteretur.*) Omnis dicti hujus venuſtas perit, ſi ita legamus; Mihi autem videtur ita eſſe legendum: Alii nimis habiliter parvum ſcutum tenenti. Senſus autem eſt perſpicuus: Cum parvum quidam ſcutum cum ſumma agilitate ferret, ampliſſimum eum ferre ſcutum Scipio juſſit, ne ſcuto agilius, quam gladio uteretur: Scutum enim tegendi ſui, gladius lædendi alterum cauſſa paratus eſt, noceri autem hoſtibus Scipio cupiebat. *Quoniam melius.*) Vet. lib. Quando, ideſt, quandoquidem. *Si extraneus virgis cecidit.*) Vet. lib. Fuſtibus: Quod placet; Cicero enim in Philippicis ait: Fuſtuarium meruerunt legiones, quæ Conſulem reliquerunt. Ut fuſte aliquis cæderetur, docet eleganter Polybius lib. VI. *Multoties contra hoſtium eruptiones feliciter pugnavit.*) Veter. lib. ſæpe adverſus irruptiones hoſtium. *Et oppreſſos fame videretur urgeri, hoſtes qui pabulatum exierant vetuit interimi.*) Diſpunge ita, Oppreſſos fame videret urgeri hoſtes, inde: Qui pabulatum. *Si plures quidem fuiſſent.* Dele, Quidem, ex Vet. lib.

In Epitomen Libri LVIII.

N*E quis ex agro publico plus quam decem jugera poſſideret.*) Plutarchus in Graccho, & Appianus lib. 1. quingenta jugera produnt, qui numerus probabilior eſt. Error inde forte manavit, quod qui deſcripſit hunc locum, is D, decem, non, ut faciendum erat, Quingenta, interpretatus eſt. *Et fratrem Gracchum.*) Vet. lib. Et fratrem Cajum. *Ut iidem omnino triumviri.*) Omnino, non eſt in vet. lib. *Oſtendit ob id, ut iis.*) Vet lib. Oſtendit, ut iis. *Ante omnes C. Antonius Conſul.*) Lege vel repugnantibus omnibus libris: P. Mucius Conſul. De quo ſic Cicero pro domo: P. Scipionis factum ſtatim P. Mucius Conſul, qui in gerenda Rep. putabatur fuiſſe ſegnior, multis Senatus-Conſultis non modo defendit, ſed etiam ornavit, & pro Plancio: P. Mucius arma, quæ privatus P. Scipio ſumpſerat, ea Ti. Graccho interempto jure ſumpta eſſe defendit. Et qui de viris illuſtr. ſcripſit: Segniterque ceſſante Mucio Conſule, Scipio Naſica ſequi ſe juſſit: Item Valerius: Cum Gracchus Remp. perturbaret, in ædem Fidei Patres conſcripti publice convocati à Conſule Mucio Scævola, quidnam in tali re faciendum eſſet, deliberabant. *A primatibus occiſus eſt.*) Veter. lib. Ab optimatibus.

In Epitomen Libri LIX.

N*Umantini fame maxime coacti, ipſi ſe per vices trucidaverunt.*) Vet. lib. Numantini fame coacti ipſi ſe per vicem tradentes trucidaverunt. P. *Atilius Conſul in Sicilia cum fugitivis debellavit.*) Hic Conſul ab aliis Atilius, ab aliis Rutilius, ab aliis Sulpicius mendoſe nominatur. At Cicero in Epiſt. ad Att. lib. XIII. & in Verr. VI. Rupilium nominat. Atq; ita vocandum eſſe, Capitolinus ejus Conſulatus oſtendit. Quare pro P. Atilius, P. Rupilius repone. *M. Perpenna.*) Perperna, ex Capit. tabulis, & Græcis, ut ante. *Cenſa ſunt capita CCCXIII. millia.*) Veter. lib. CCCXVIII. puto tamen legendum CCCLXVIII. nam ſequenti luſtro CCCXC. cenſa ſunt. *Ut ducere omnes omnino cogerentur liberorum creandorum cauſſa.*) Vet. lib. Ut omnes cogerentur ducere uxores, liberorum procreandorum cauſſa. *Velut eo tempore ſcriptam.*) Vet. lib. Velut in hæc tempora ſcriptam. Recte, habet enim rationem perſonæ Livii, qui fuit æqualis Auguſti. Hujus orationis ſententiæ aliquot adhuc exſtant apud Gellium. *Auxilio quam maxime fuerunt.*) Vet. lib. Auxilio fuerunt. *Ob nimiam ſuam crudelitatem ſuis invifus.*) Suam abeſt a Vet. lib. *Ejus virgine filia.*) Vet. lib. Filia ejus virgine. *De agro dividendo creatis.*) Tolle vocem, De, non enim Triumviri de agro dividendo, ſed Agro ut dicatur, Latina locutio poſtulat, ut Triumviri coloniæ deducendæ. *Quo defuncto.*) Vet. lib. Eo defuncto. *Japidas.*) Cap. triumphi, Japudas, Græci ἰαπύδας edunt.

In Epitomen Libri LX.

A*Urelius Conſul.*) Vet. lib. L. Aurelius Coſ. *Adverſus Falanios Gallos, qui populabantur fines Maſſilienſium.*) Lege Salvios Gallos, ex Vet. lib. Sunt autem Salvii iidem, atq; Salyes. *A maxima multitudine locuſtarum.*) Vet. lib. Ab ingenti multitudine. *Tertiam, qua equeſtrem ordinem cum Senatu conſentientem corruperat, (trecenti Senatores erant, ſexcenti equites) ut trecentis Senatoribus admiſcerentur.*) Clarior eſt hujus loci ſententia in manuſcriptis libris, hoc modo: Tertiam, qua equeſtrem ordinem tum cum Senatu conſentientem corrumperet, ut ſexcenti ex equitibus in curiam ſublegerentur, & quia illis temporibus CCC. tantum Senatores erant, ſexcenti equites trecentis Senatoribus admiſcerentur. Hanc legem Judiciariam vocat Plutarchus in Graccho, cujus verba his fere ſimilia ſunt: ὁ δὲ δικαστικὸς, ᾧ τὸ πλεῖστον ἀφεῖλε τὸ τῆς συγκλητικῶν δυνάμεως, μόνοι γὰρ ἔκρινον τὰς δίκας, καὶ διὰ φοβεροὶ τῷ δήμῳ, καὶ τοῖς ἱππεῦσιν ἦσαν, ὁ δὲ τριακοσίους τῶν ἱππέων προσκατέλεξεν αὐτοῖς βουλευταῖς τριακοσίοις, καὶ τὰς κρίσεις κοινὰς τῶν ἑξακοσίων ἐποίησεν. Hæc Plutarch. qui equites non ſexcentos, ſed trecentos Senatoribus trecentis ait eſſe adſcriptos, atque inter utroſque communicata judicia eſſe, quæ antea Senatorum tantum propria fuerant. Si tamen Appiani lib. primo, & Pediani in Divinationem verba attendamus, Gracchus à Senatoribus ad ſolos equites judicia tranſtulit, non inter utrumque ordinem communicavit. Et Varro libro IV. de vita Pop. Ro. In ſpem adducebat non plus ſoluturos, quam vellent, iniquus equeſtri ordini judicia tradidit, ac bicipitem Civitatem fecit, diſcordiarum civilium fontem. Hæc enim verba ad C. Gracchum pertinere videntur. Locus eſt apud Marcellum in voce Biceps. *Multum indignata.*) Multum abeſt à Vet. lib.

In Epitomen Libri LXI.

M*Ultum feliciter pugnavit.*) Multum abeſt à Vet. lib. *Aventinum armata quoque multitudine.*) Vet. lib. Aventinum quoque ar-

mata multitudine. *Flaccus ſocius ejuſdem.*) Vet. lib. Flaccus Conſularis ſocius ejuſdem furoris. *Liberatus eſt.*) Vet. lib. Abſolutus eſt.

In Epitomen Libri LXII.

CN. *Marcius Coſ. Sarnios gentem Alpinam expugnavit.*) Vet. lib. Q. Marcius Conſul Stonos. De Stonis autem Alpinis populis, & Strabo, & Plinius prodiderunt. De hac autem victoria Oroſius. *Quem in filium adoptaverat.*) Vet. lib. Quem adoptaverat. *Metellus Dalmatas obſedit.*) Vet. lib. Subegit, probo. Nam de iis etiam triumphavit, & Dalmatici nomen retulit. *Ænobarbus.*) Ahenobarbus, ut ante. *Senatu amoverunt.*) Vet. lib. Moverunt.

In Epitomen Libri LXIII.

CAto *Porcius Conſul.*) Vet. lib. C. Porcius. Recte utrumque, dictus eſt enim C. Porcius Cato. *Deprehenſum, & judicatum ſit.*) Vet. lib. Vindicatum ſit.

In Epitomen Libri LXIV.

IDque *etiam Calpurnius.*) Vet. lib. Idque Calpurnius. *Ad indicandum conſiliorum auctores.*) Vet. lib. Ad indicandos auctores conſiliorum ſuorum. *Et propter cædem admiſſam in regulum quenquam nomine Maſſivam, qui Regnum ejus Populo Rom. inviſi appetebat interfectum. Romæ cum periclitaretur.*) Ita legendum eſt, ut omnia uno periodo contineantur, uſque ad verbum illud, clam profugit, præterea legendum: Romæ interfectum, cum periclitaretur, ex Vet. lib., & ex Salluſtio. *Diſcedens Urbe.*) Vet. libri Cedens. *A. Poſtumius Legatus infeliciter prœlio adverſus Jugurtham geſto conflixit, pacemque etiam multum ignominioſam adjecit, quam quidem minime eſſe ſervandam Senatus cenſuit.*) Germanam ſic demum reſtitue lectionem. A. Poſtumius Legatus infeliciter prœlio adverſus Jugurtham geſto, pacem quoque adjecit ignominioſam, quam non eſſe ſervandam Senatus cenſuit. Extitit enim neſcio quis malus auctor Latinæ orationis formandæ, qui in his Epitomis deſcribendis de ſuo inculcavit particulas, Minime, Quidem, Multum, Omnino, quæ non ſunt in Vet. lib., niſi raro, & apte poſitæ,

In Epitomen Libri LXV.

ET *univerſam Numidiam vaſtavit.*) Vet. lib. Totamque Numidiam. *Feliciter quidem pugnavit.*) Vet. lib. Proſpere pugnavit.

In Epitomen Libri LXVII.

AUrelius *Scaurus legatus.*) Vet. lib. M. Aurelius. *Vinci minime poſſe.*) Vet. lib. Non poſſe. *Ab iiſdem hoſtibus C. Manlius, & Q. Cæpio pro-Conſules victi prœlio caſtriſque binis exuti ſunt.*) Reſtitue ita: Cn. Mallius Conſul, & Q. Cæpio pro-Conſul victi prœlio caſtris quoque binis exuti ſunt. In Manlio variant ſcriptorum libri. Alii enim C. alii Cn. Manlium, alii M. Manilium vocant, quemadmodum in pleriſque manuſcriptis eſt, & in impreſſis Eutropii, Taciti, & Saluſtii. Itaque Cn. Mallius reponendum, teſtibus lapidibus antiquis. In vetere Epitomarum exemplari eſt, Manilius Conſul, & Q. Cæpio pro-Conſul, egregie. Nam Q. Cæpio, & Conſul ante Mallium, & prorogato imperio cum Conſule Mallio pro-Conſul cum Cimbris rem geſſit, ut ait Oroſius. *Cæpionis, cujus temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata ſunt, primoque poſt Regem Tarquinium imperium ei abrogatum.*) Primum illud dico imperium Regi Tarquinio non eſſe abrogatum, ſed exilio multatum, ne in Urbe eſſet, deinde vero addo alios ante Cæpionem imperio ſpoliatos fuiſſe, ut Tarquinium Collatinum, & L. Minucium Augurinum, & M. Claudium Gliciam, quorum illi coacti ſunt abdicare ſe Conſulatu, hic Dictatura. Quare non eſt dubium, quin legendum ſit, ut eſt in Vet. libro: Damnati bona publicata ſunt primi poſt Regem Tarquinium, imperiumque ei abrogatum eſt. *In carcere necatus.*) Veteres lib. Necatus eſt. *Continuatus per complures annos Magiſtratus eſt.*) Vet. lib. Conſulatus eſt. Eſt enim factus II. III. Conſul, cum abeſſet. Hæc eſt autem Quintia lex. Ne quis abſens capere Conſulatum poſſit, qua ſolutus eſt Marius. Itaque Cæſar poſt omiſit triumphum ex Hiſpania ulteriore, ut præſens peteret Conſulatum. *Circa Rhodanum, & Pyrenæum.*) Vet. lib. Inter Rhodanum, & Pyrenæum. *Bellicoſis quidem ſe Theutonis.*) Vet. lib. Bellicoſis ſe Theotonis.

In Epitomen Libri LXVIII.

ANtonius *Prætor in Sicilia maritimos prædones perſecutus eſt.*) Emenda ad fidem Vet. lib. M. Antonius Prætor in Ciliciam, eadem menda eſt apud Obſequentem, ubi ſcriptum eſt: Piratas à Romanis in Sicilia deletos eſſe, cum ſit legendum, Cilicia. Nam ut ſcribit Plutarchus in Pompejo, Cilicia arx fuit hoc tempore Piratarum, ob eamque cauſſam poſt in Cilicia bellum geſſit P. Servilius, qui Iſauricus inde appellatus eſt. Adde quod M. Antonius apud Ciceronem libro primo de Oratore pro-Conſulem ſe in Ciliciam veniſſe ait. Antonium porro cum Piratis rem geſſiſſe tradit Plutarchus in Pompejo. *Ubi virtute ſua explicata fugientem pro-Conſulem, exercitumque proſecuti.*) Vet. lib. Cum virtute ſua explicata. Quamquam ſenſu admonente, Expliciti, lego. Quod eſt, obſidione quaſi Catuli liberati. *In qua cæſa traduntur hominum centum quadraginta millia.*) Vet. lib Hoſtium. Idem autem numerus traditur fere ab Oroſio, & Plutarcho, & Floro, quamquam Flori locus mendoſe legitur ſic: In patentiſſimo, quem Caudium vocant, campo, procurrere, millia deinde ad XL. ceciderunt. Hinc campus tertio per omnem diem conciditur barbaris. In Veteribus autem libris recte ſic: In patentiſſimo, quem Caudium vocant campo, concurrere, millia inde centum quadraginta ceciderunt, hinc tertio minus, per totum diem conciditur barbarus. *Tatius civitatis conſenſu receptus.*) Vet. lib. Exceptus. *Qui aliquantulum &c. inviderant.*) Vet. lib. Aliquandiu. *P. Malleolus.*) Vet. lib. Poblicius Malleolus. Recte, ita enim & Oroſius, & certe Malleolum Publiciæ gentis cognomen fuiſſe Capitolini Conſules oſtendunt. *Bella præterea inter Syriæ Reges continet.*) Vet. lib. Inter Syriæ Reges geſta continet.

In Epitomen Libri LXIX.

CN. *Appulejus.*) L. Appulejus, & Vet. lib. & omnes Scriptores. *Numidico, eo quod in*

eam

eam minime juraſſet.) Vet. lib. Quod in eam non juraverat. *Sextum quidem Conſulatum.*) Quidem, vacat in Vet. lib. *Candidatum Conſulatus petitorem.*) Vet. lib. Candidatum Conſulatus, ſic lib. CIII. Eoque Conſulatus candidato conſpiratio facta eſt, & lib. CVII. T. Annio Milone candidato Conſulatus. *A Numio competitore.*) Hunc νέον Plutarchus, ἄλλον νέον Appianus vocant, ille in Mario, hic lib. I. At Valerius libro IX. cap. VII. Oroſius Numminm, præſertim in manuſcriptis libris, nam vulgati habent Mummium. Itaque nihil auſus ſum mutare. *Bello quodam interfectus eſt.*) Loquitur de Saturoino, quem, ut omnes tradunt, Rabirius interfecit. Itaque à Rabirio quodam, legendum eſt. Sic enim & is, qui de viris illuſtribus ſcripſit: Caput ejus Rabirius quidam Senator per convivia in ludibrium circumtulit. *M. Aquilius Conſul in Sicilia.*) M'. Aquillius pro-Conſul, ſcribendum. Hunc enim vocat Plutarchus io Mario, μάνιον ἀκύλλιον. Itemque in Mithridatico Appianus. Filium hunc eſſe arbitror M'. Aquillii M'. F. M'. N. qui de Aſia triumphavit, ut eſt in Capitolinis triumphis, quem Appianus lib. I. μάνιον quoque nominat.

In Epitomen Libri LXX.

CUm *M. Aquillius.*) M'. Aquillius, ut dixi. *Didius pro-Conſul.*) Vet. lib. T. Didius. *P. Rutilius, qui legatus C. Marii pro-Conſulis à publicanorum injuriis Aſiam defenderat.*) Lege, Q. Mucii pro Conſulis, neque enim C. Marius obtinuit Aſiam, ſed Q. Mucius Scævola, ut Pedianus in Divioationem. Q. Mucii Scævolæ quæſtor Rutilins condemnatus, quod cum Prætore conſenſerit ſuo, ne publicani aliquid agerent in provincia ſua. *Cui cognomentum Apionis fuit.*) Cui cognomeo Apioni fuit, Vet. lib.

In Epitomen Libri LXXII.

INitio belli à Picentibus moto.*) Vet. lib. Orto. *Eſernia.*) Æſernia, Græci. *Auxilia demum.*) Vet. lib. Auxilia deinde.

In Epitomen Libri LXXIII.

L. *Cæſar Conſul.*) Vet. lib. L. Julius Cæſar Conſul. *Qui interemptus eſt.*) Vet. lib. Qui ab iis interemptus eſt. *Meliore quidem eventu.*) Quidem redundat, ex Vet. lib *Pelignos fudit.*) Vet. lib. Pelignos prœlio fudit. *Hirnio Aſinio.*) Vet. lib. Hirno Aſinio.

In Epitomen Libri LXXIV.

A*Liaque magiſtratuum ornamenta inſignia ſumpta ſunt.*) Vet. lib. Aliaque magiſtratuum inſignia ſumpta ſunt. *Aurelius Plotius legatus.*) Vet. lib. A. Plotins. *A. Sempronius Aſellus.*) Scribe, Aſellio, ſic enim Appianus lib. primo, Valerins lib. IX. cap. VII. Fuit autem Aſellio Semproniorum cognomen. Quod Hiſtoricus ille æqualis Scipionis Æmiliani tulit. Qui apud Ciceronem primo de legibus, Aſilo, mendoſe dicitur, ubi Latinos Hiſtoricos numerat.

In Epitomen Lib. LXXV.

A. *Poſtumius legatus in obſidione caſtrorum hoſtilium cecidit. Sulpicius legatus cum claſſi præeſſet infamis criminis proditionis ab exercitu ſuo interfectus eſt.*) In his verbis eſt inſigne mendum. Inculcata enim multa verba ſunt ex Epitome ſequentis libri, eaque à Gabinio ad Poſtumium tranſlata; quæ autem ad Poſtumium pertinebant, ea Sulpicio ſine cauſſa tributa ſunt, ſic igitur lege ex Veterum librorum fide: A. Poſtumius Albinus legatus, cum claſſi præeſſet, infamis crimine proditionis ab exercitu ſuo interfectus eſt. Reliqua autem dele. Hæc ipſa A. Poſtumio eveniſſe tradit etiam Oroſius lib. V. Poſtumius Albinus vir Conſularis tunc L. Sullæ legatus intolerabili ſuperbia omnium in ſe militum odia cum ſuſcitaſſet, lapidibus occiſus eſt, & Valerius lib. IX. cap. VIII. A. Albinus nobilitate, moribus, honorum omnium conſummatione civis eximius propter falſas, & inanes ſuſpiciones io caſtris ab exercitu lapidibus obrutus eſt. *Quiſquam ante.*) Vet. lib. Quiſquam alius ante.

In Epitomen Libri LXXVI.

C*Æſis à Mamerco Æmilio legatis Italicis.*) Ver. lib. Cæſis & à Mamerco Æmilio legato Italicis. *Incurſiones Thracum in Macedoniam continet.*) Vet. lib. Incurſiones Thracum in Macedoniam, populationeſque continet.

In Epitomen Libri LXXVII.

O*Ccisoque Pompeji Conſulis filio.*) Senſus docet legendum eſſe, Occiſo Q. Pompejo Conſulis filio. Paullo ante enim Patris Conſulis meminit. *Ex quo duodecim.*) Ex qua, legendum, ad vocem enim Factionem, pertinet. *Ut præmium promiſſi indicii haberet.*) Vet. lib. Præmium promiſſum. *Ad capiendum à Cn. Pompejo pro-Conſule exercitum.*) Vet. lib. Ad accipiendum.

In Epitomen Libri LXXIX.

C*Ornelius Cinna.*) Vet. lib. L. Cornelius Cinna. *Cum pernicioſas leges per vim ferret.*) Vet. lib. Per vim, atque arma ferret. *Pulſus urbe à Cn. Octavio collega cum Sextio Tribuno plebis.*) Melior lectio eſt manuſcriptorum librorum: Cum VI. Tribunis plebis, ideſt: Cum ſex Tribunis plebis. Hoc probatur, quia ſcribit Appianus majorem Tribunorum partem Octavio adverſatos eſſe: ἐκ δὲ ἑκάστῳ καινὴ τῶν ὡς μᾶλλον τεθνεώτων ἐξαγγέλλεται εἰς πλείονας δημάρχους καινόν τι γιγνόμενα. *Imperioque eo abrogato.*) Vet. lib. Imperioque abrugato. Sic Epitome CXI. Abrogato magiſtratu, pulſus urbe. *Mortuum ſpoliaret.*) Vet. lib. Spoliaret occiſum.

In Epitomen Libri LXXX.

Q*Ui ſoli arma recipiebant.*) Vet. lib. Retinebant. *Plancius.*) Vet. lib. Plautius. *Janiculum occupaverunt.*) Vet. lib. Oppugnaverunt: Occupaſſe tamen ait Appianus. Itaque nihil muto. *Antium quidem. Item: Nulla omnino ſpes.*) Tolle quidem, & Omnino, Vet. lib. auctoribus. *M. Antonio eloquentiſſimo Viro, & C. Cæſare.*) Vet. lib. L. & C. Cæſare. Recte, fratres enim hi fuerunt, ambo in reditu Marii interfecti: Auctor Appianus, & reliqui. *In roſtris poſita.*) Vet. lib. In roſtris poſita ſunt. *Et citra ulla comitia Conſules in ſequentem annum ſe ipſos renunciaverunt, eodem die, quo*

quo Magiſtratum inierant: Marius. Sex. Licinium.) Sic interpunge, & lege: Eodemque die, quo Magiſtratum inierant, Marius, &c. *Poſtremo armis evertit.*) Vet. lib. Armis hoſtiliter evertit.

In Epitomen Libri LXXXI.

P*Raterea à Thracibus in Macedonia geſta continet.*) Vet. lib. Præterea tranſitus Thracum in Macedoniam continet.

In Epitomen Libri LXXXIII.

F*Uſis aliquot copiis.*) Vet. lib. Fuſis prœlio aliquot copiis. *Itaut his cederet provincia.*) Vet. lib. Itaut is cederet. Is, autem Mithridates intelligitur. *Impetravitque à ſervo præbens cervicem, ut eum omnino interficeret.*) Vet. lib. Impetravitque de ſervo ſuo præbens cervicem, ut ſe interficeret.

In Epitomen Libri LXXXIV.

C*Um ab omnibus oppidis Italiæ obſides exigere vellet.*) Cum ab Italiæ oppidis omnibus, coloniiſque obſides, ex Vet. lib. *Conſenſu Senatus prohibitus.*) Vet. lib. Prohibitus eſt. *Novis civibus S. C. ſuffragium datum eſt.*) Italis data lex erat lege Julia, verum non in XXXV. Tribus diſtributi. Eos, ut diſtribuerentur, cum P. Sulpicius legem tuliſſet, eaque Sylla reverſo abrogata eſſet: Cinna de iis cum Octavio contendit. Itaque data erat illis Civitas illa quidem, ſed ſine ſuffragio, nunc vero S. C etiam ſuffragium adepti ſunt. App. lib. I. *Belli apparatum contra Syllam, quod plurimum excitabatur.*) Vet lib. Belli apparatum, quod contra Sullam excitabatur.

In Epitomen Libri LXXXV.

A *Conſule, Cn. Carbone, & C. Norbano.*) Emenda: A Conſule C. Norbano. Erat enim hoc anno Conſul C. Norbanus cum L. Scipione. Itaque ſequenti verſu ait: Cum L. Scipionis alterius Conſulis exercitu, alioquin, ſi Carbo Conſul eſſet, tertii Conſulis fuiſſet dicendum.

In Epitomen Libri LXXXVI.

I*Temque ex fiducia jam certæ victoriæ litigatores, à quibus adhibebantur vadimonia, Romam deferre juſſit;*) Lege ex vet. lib. auctoritate, Claudio Puteano affirmante: Idemque ex fiducia jam certæ victoriæ litigatores, à quibus adhibebantur, vadimonium Romam defferre juſſit.

In Epitomen libri LXXXVIII.

O*Cto millia deditorum in via publica trucidavit.*) Lege: In villa publica, qui locus fuit in campo Martio. Sic enim Auguſtin. de Civit. lib. III. cap. XXVIII. Sulla victor urbem intravit, qui in villa publica non jam bello, ſed ipſa pace ſævieos VII. millia peditum undecumque inermia non pugnando, ſed jubendo proſtravit, & Valerius lib. IX. cap. II. Quatuor legiones contrariæ partis fidem ſuam ſecutas, in villa poblica, quæ in campo Martio erat, nequidquam fallacis dextræ miſericordiam implorantes obtruncari juſſit. *Lucretio Aſella.*) Ver. lib. Offella; Plut. in Sulla, ὀφέλλα, itemque Appianus lib. 1. *Saucius à ſervo.*) Ipſe Saucius à ſeevo; Ver. lib. *Inermes interim juſſit.*) Ver lib. Concidi juſſit Appianus lib. 1. κατακοπῆναι ἐκέλευσε *Mortem ſibi conſcivit in ipſo cuniculo.*) Hæc verba arbitror inducenda, ut gloſſema ineptum, repugnant certe ceteris, atque orationem impediunt.

In Epitomen Libri LXXXIX.

L. *Brutus.*) Vet. lib. M. Brutus. *Rebuſque novis.*) In Vet. lib. Inducta particula, Que, alios ſit principium orationis. *Lucretium Aſellam.*) Offellam, ut ante. *Hieram Regem Numidarum.*) Hunc Regem Eutropius Jarbam nominat, item is, qui de vic. illuſtrib ſcripſit, Plutarchus uterque in Pompejo, ἀλλ' ἔτι ἐξ βασιλεῖον ἰάρβαν ὡς συμμαχήσοντα δομετίῳ ... βασιλείαν ἰάρβα παρέδωκε. Hiarbæ igitur Regis filius fuit Hiemſal, qui regnavit, Conſule Cicerone, ut ipſe ait contra Rullom: Hiempſalis filius fuit Juba, victus à Cæſare, ut ait Dio, ubi de bello Cæſaris Africo, de quo loquitur Cicero contra Rullum, dum ait: Juba Regis filius; ſic enim legendum, non Jubæ Regis filius Hiempſalis enim Regis filiom intelligit; Jubæ antem filius fuit Juba alter, cui Auguſtus Regnum conceſſit, hiſtoriarum auctor, ut ſcribit Strabo lib. XVII. *Carbone, qui Corcyram appulerat.*) Appianus lib. primo κοσσύραν hanc inſulam vocat, κάρβωνα δὲ ἐκ λιβύης ἐς σικελίαν ... ἐς κοσσύραν ... ὑπεραλγήσαντα ... ἐκέλευσε. Et Oroſius: Pompejus Carbonem a Coſſura inſula in Aegyptum fugere conantem in Siciliam ad ſe retractum occidit. Eſt autem Coſſura inſula Africæ, auctor Strabo, & Capitol. triumphi. *Redactum eſt ſeſtertium ter millies, quingentieſque: Q. Lucretium Aſellam.*) Emendo ter millies quingenties: Q. Lucretium Offellam: Etenim Appianus: κοΐντον λουκρήτιον ὀφέλλαν nominat. Erroris cauſſa vulgata eſt. *Quod quidem nemini contigerat.*) Vet lib. Quod nulli contigerat. *Cn. Norbanus Conſularis.*) C. Norbanus, Cap. tabulæ, itemque reliqui omnes. *Se ipſe interemis.*) Vet. lib. Ipſe ſe interemit. *Metellus ex proſcriptis unus.*) Vet. lib. Mutilus, quod eſt Papiorum cognomen. *Ad poſticum ædis.*) Vet. lib. Ad poſticias ædes. *Sanguine ſuo fores reſperſi.*) Veter. lib. Uxoris fores.

In Epitomen libri XC.

L. *Manlius Proconſul.*) Hoac ſubſidio Metelli ex Gallia, cui ipſe præerat, in Hiſpaniam veniſſe ſcribit Oroſius, & L. Manilium nominat, quo pacto legendum eſſe apud Plutar. in Sertorio puto: ὡς ... λόλλιον ἐκ τῆς περὶ ναρβῶνα γαλατίας ἐλθεῖν αὐτῷ βοηθόν. eſt enim legendum, ὡς μανίλιον. *M. Antonius Legatus ab Herculejo Quæſtore victi.*) Vet. lib. habent, M. Domitius, & recte: Nam Antonius, cujus poſt mentio fit, in hoc bello cum Sertorio erat; Domitius autem cum Metello. Domitium autem ab Herculejo Sertorii duce cum exercitu oppreſſum ſcribit Oroſius, Eutropius, & Plutarchus. Et Salluſtius hiſtoriarum lib. I. in quo Sertorianum bellum narrabat, Domitium pro-Conſulem ex citeriore Hiſpania cum omnibus copiis, quas paraverat, à Metello accerſitum ſcribit, ut ait Priſcianus lib. X. Porro au-

autem L. Domitius, vocandus. Sic enim & Eutropius, & Plutarchus. *Ab Hirtulejo Quæſtore.*) Vet. lib. Herculejo, item Eutropius. Item Salluſtius Hiſtoriarum lib. II. Occurrere duci, & prœlium accendere, adeo uti Metello in ſagum, Herculejo in bracchium tela venirent, ex Marcello in voce Sagum. Hunc, ut opinor, ἐρίννιον nominat Plutarchus in Pompejo.

In Epitomen Libri XCI.

CN. *Pompejus, cum adhuc Quæſtor eſſet, cum imperio Conſulari adverſus Sertorium miſſus eſt.*) Vox, Quæſtor, mendoſe eſt, aut enim Eqveſter, ut in quibuſdam veteribus libris eſt, aut, Eques Ro. eſt legendum: Nam ſex poſt libris ſcriptum eſt, Cn. Pompejum Conſulem factum eſſe, antequam Quæſturam gereret ex Equite Romano, ſic autem locutus eſt in Epitoma lib. LXXXIX. Cn. Pompejus adhuc Eques Romanus ex Africa triumphavit, ut etiam Cicero pro lege Manilia: Quin tam incredibile, quam ut iterum Eques Rom. ex S. C. triumpharet, triumphavit; autem iterum ex Hiſpania, & Dio in quadam concione lib. XXXVI. habita de Pompejo: καὶ ἐπινίκια ἔτι ἱππεὺς ὢν δὶς ἔπεμψε, & Plutarchus: μέγα δὲ μετέχοντι βουλῆς ψηφίσασθαι δύο θριάμβους.

In Epitomen Libri XCII.

Q. *Sertorius Metellum, & Perpennam cum duobus exercitibus prœlio fudit.*) Legendum: Q. Metellus Sertorium & Perpernam, neque enim Sertorius Perpernam, qui à ſe ſtabat, fundere potuit. *Partem ejus cupiens auferre.*) Vet. lib. Ferre. *Damna obſidentibus tulit.*) Vet. lib. Intulit. *Plurimos amicorum, & ſecum proſcriptorum.*) Veteres lib. Plurimos ex amicis, & ſecum proſcriptis.

In Epitomen Libri XCIII.

R*Exque à Pompejo, & Metello victus, & ut contra Sertorium egerunt.*) Vitioſus ſine dubio locus ex veſtigiis veterum librorum à me ita emendatur: Reſque à Pompejo, & Metello contra Sertorium geſtas continet, qui omnibus belli: Sic enim in veteribus libris eſt, prætérquamquod duæ illæ voces, Geſtas continet, interciderunt; Sic Epitoma ſequenti: Res à Cn. Pompejo in Hiſpania contra Sertorium proſpere geſtas continet. *Coëgit diverſas regiones petere Metellum ulteriorem Hiſpaniam, Pompejum Galliam.*) Contra Plutarchus in Sertorio: ἄχρι ἀναγκασθῆναι οἱ στρατηγοὶ διαλυθέντες ὁ μὲν εἰς γαλατίαν ἀπελθεῖν, πομπήϊος δὲ περὶ βακκαίους διαχειμάσαι.

In Epitomen Libri XCIV.

D*Ejotarus Gallogræciæ tetrarches præfectus Mithridatis bellum in Phrigia moventes cecidit.*) Vel adverſantibus Veteribus libris lego: Præfectos Mithridatis. Nam Dejotarus ſtetit pro Romanis, non pro Mithridate. Id autem aperte Appianus in Mithridatico: τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ φρυγίαν ἐπιτρέχων μηνόφιλος στρατηγὸς ὑπεδέχετο ἐκτεταγμένων πολλοὺς μετὰ παίδων, καὶ γυναικῶν ... ἐπάγων, καὶ κτείνων. μέχρι δὲ τῆς γαλατικῆς τετραρχῶν δηιόταρος ἐπεσελάσας αὐτοῦ συνέπεσε, καὶ πολλοὺς διέφθειρε.

In Epitomen Libri XCV.

P. *Varenum Prætorem prœlio vicerunt.*) Hunc Prætorem Plutarchus in Craſſo vocat: πούπλιον βαρῖνον. Varinium Frontinus lib. I. cap. V. Appianus autem libro primo: βαρίνιον γλάβρον, ut appareat hunc P. Varinium Glabrum appellatum fuiſſe, meminit etiam P. Varini Prætoris Cicero pro Flacco, ubi forte Varinii, legendum eſt, ut gentis nomen, non familiæ ſit. *C. Curio pro-Conſul Dardanos in Tracia domuit.*) Hinc Salluſtius hiſtor. lib. II. Nonio auctore: Eodem anno in Macedonia C. Curio principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit, pecunias coëgit. *Congregata ſervorum, & ergaſtulorum multitudine.*) Claudius Puteanus affirmavit, ſe in manuſcriptis legiſſe, Congregata ſervorum ex ergaſtulis multitudine.

In Epitomen Libri XCVI.

C. *Lentulus Conſul.*) Cn. Lentulus, perſpicue, omnes auctores. *L. Gellius, & Q. Arrius Prætor.*) Vet. lib. L. Gellius Conſul, & Q. Item Plutarchus, & Appianus. Ceterum hic eſt Q. Arrius Prætor, qui cum ſucceſſurus eſſet C. Verri in Sicilia, non ſucceſſit. Pedianus. *Sertorius à M. Antonio, & M. Perpenna, & aliis conjuratis in convivio interfectus eſt, &c. Imperium partium ad Marium tranſlatum eſt.*) Locus obſcurus. Nam cum dicat ab Antonio, & Perperna interfectum eſſe Sertorium, addit, Imperium partium tranſlatum eſſe ad Marium, nos autem ab aliis accepimus ad Perpernam perveniſſe. Tolletur igitur omnis obſcuritas, ſi ita legatur: Sertorius à Manio Antonio, & Marco Perpenna. Item: Imperium partium ad Marcum tranſlatum eſt. Plutarchus enim in Sertorio μάλιον ἀντώνιον vitioſe vocat pro μάνιον. In Veter. autem libris eſt, ad Marcum non ad Marium. Ejuſdem porro convivii meminit his verbis Salluſtius hiſtoriarum lib. III. Sertorus in imo inter Tarquinium, & dominum Perpernam, ex Nonio. *Ut frequentius victor.*) Vet. lib. Vel frequentius.

In Epitomen Libri XCVII.

C*Æſis inimicorum.*) Vet. lib. Hoſtium. *M. Craſſus, & Cn. Pompejus Conſules facti ſunt * ſicut Pompejus, antequam Quæſturam gereret ex equite Romano tribuniciam poteſtatem reſtituerunt.*) Locus mutilatus, meritò aſteriſco notatus. Vetuſti libri nihil varietatis habent, niſi quod Facti ſic, ibi eſt. Ex quo colligo ita eſſe legendum, M. Craſſus, & Cn. Pompejus Conſules facti, ut Craſſus ex Prætura, ſic Pompejus antequam Quæſturam gereret, ex equite Romano, tribuniciam poteſtatem reſtituerunt. Eandem enim rem, ut memorabilem, edit etiam Appianus libro primo hoc modo: ὁ δὲ ὑπατείαν ἄμφω παρήγγελον, ὁ μὲν ἐστρατηγηκὼς κατὰ τὸν νόμον σύλλα, ὁ δὲ πομπήϊος οὔτε στρατηγήσας, οὔτε ταμιεύσας, ἔτος τε ἔχων τέταρτον ἐπὶ τοῖς τριάκοντα, idest Conſulatum autem ambo ſe perituros eſſe profeſſi ſunt, is quidem, cum Prætor ex lege Sullæ fuiſſet, Pompejus autem neque Prætura, neque Quæſtura perfunctus anno ætatis quarto & triceſimo, puto tamen legendum Sexto & triceſimo. Quod quiſque intelliget, qui aut ortum, aut obitum Pompeji cum primo Conſulatu ejus conferet. Duabus ergo legibus ſolu-

tus eſt, una, quod Præturam non geſſerat, altera quod ante annos ætatis legitimos factus eſt. Quare merito pro Pompejo ait Cicero: Quid tam ſingulare, quam ut ex S. C. legibus ſolutus Conſul ante fieret, quam ullum alium Magiſtratum per leges capere licuiſſet? *Judicia per M. Aurelium Cottam Prætorem.*) Lege, L. Aurelium; Pedianus enim pro Cornelio: Fuerunt tres fratres C. M. & L. Aurelius Cotta, is qui lege ſua judicia inter tres ordines communicavit, adeptique ſunt omnes conſulatum.

In Epitomen Libri XCVIII.

L*Acharesfilius Mithridatis.*) Vet. li. Machares. Dio. μαχάρης. *C. Lentulus.*) Cn. Lentulus, ut ante. *A quibus luſtrum conditum eſt, cenſa ſunt.*) Vet. lib. A. quibus luſtro coodito cenſa ſunt. *L. Metellus Prætor in Cilicia adverſus piratas proſpere rem geſſit.*) Scribe, Sicilia. Hic eſt enim Metellus, qui Verri in Sicilia ſucceſſit. Pedianus. *Quod incendio conſumptum erat, refectum à Q. Catulo dedicatum eſt.*) Vet. lib. Quod incendio conſumptum, ac refectum erat, à Q. Catulo dedicatum eſt. *Multis certaminibus fudit.*) Vet. lib. Pluribus prœliis. *Seditio militum tenuit, qui ſequi nolebant, quia legiones Valeriæ impleta à ſe ſtipendia dicentes.*) Vet. lib. ideſt legiones Valerianæ, quæ impleta à ſe ſtipendia dicentes.

In Epitomen Libri XCIX.

P*Ompejus Romæ rationem reddit.*) Romæ, ſupervacaneum, præſertim cum dicat per epiſtolas rem eſſe actam, abeſt certè à Vet. lib.

In Epitomen Libri C.

C. *Manlius Tribunus pl.*) C. Manilius. Cicero pro lege Manilia. *Domitis Cretenſibus.*) Vet. lib. Perdomitis Cretenſibus. *Liberæ in id tempus inſulæ leges tulit.*) Vet. libri Dedit. Quo verbo & Cicero, & alii in hoc genere utuntur. *Phraatem Regem Parthorum, & Tigranem Armeniorum Regem, ac demum inter filium.*) Vet. lib. Tigraneum Armeniorum, ac deinde inter filium.

In Epitomen Libri CI.

P*Hœnicia.*) Phœnice, Vet. lib. *Iberos, Albanos, qui tranſitum minime dabant.*) Veter. lib. Albanoſque, qui tranſitum non dabant.

In Epitomen Libri CII.

A *Milite Gallo nomine Bithoco.*) Bitoeto repono ex Appiano in Mithridatico: [illegible]. Qui ſcripſit de viris illuſtribus Sithocum nominat. *A quo, ut juvaretur, petierat.*) Vet. lib. A quo ut adjuvaret ſe petierat. *Cethego, & pluribus.*) Vet. lib. Et pluribus aliis. *Incendiis urbis opprimenda Rep.*) Vet. lib. Et opprimenda.

In Epitomen Libri CIII.

C*Um exercitu cæſus.*) Vet. lib. Cæſus eſt. *Sacrarium, in quod virum intrare nefas eſt, intraſſet.*) Vet. lib. In ſacrarium. *Cumque uxorem Metelli Pontificis ſtupraviſſet.*) Cicero, Plutarchus, Svetonius, omnes denique Cæſaris Pontificis Maximi uxorem fuiſſe ſcribunt, non Metelli. Itaque non eſt credendum in tam nota hiſtoria lapſum eſſe anctorem, verum, ut multos alios, ſic hunc locum à librariis eſſe vitiatum. Ego vero ſine dubio legendum eſſe duco, Maximi Pontificis. Errandi cauſſa orta eſt ex compendioſa ſcriptura. Nam eum paucis literis ſcriptum eſſet. M. Pont. imperitus ille, qui deſcripſit, interpretatus eſt Metelli, cum Maximi ea vox ſignificaret. *Cn. Potstius Prætor Allobroges, qui rebellaverant, ad Solonem domuit.*) Hic Prætor fuit Conſule Cicerone, ab eoque, & Salluſtio, C. Pontinus, à Dione [illegible], & [illegible] dicitur. Idem etiam poſt triumphavit ex Gallia: Ego C. Pontinium ſcribo. *Pompejus de liberis Mithridatis, Tigrane, & Tigranis filio triumphavit, Magnuſque à tota concione conſalutatus eſt.*) Hæc verba non puto ſuo loco ſita eſſe. Ut ita ſentiam, me impellit, quod Cicero libro I. ad Atticum, Plinius libro VII. Cap. XXVI. & libro XXXVIII. Cap. II. Capitolinorum triumphorum ſcriptores, & reliqua omnia Romanæ hiſtoriæ monumenta loquuntur, Cn. Pompejum de Mithridate, & Aſia triumphaſſe, Piſone, & Meſſalla Conſulibus. In hac autem Epitoma triumphus poſt Gabinii, & Piſonis Conſulatum, quo anno Cæſar ſe ſcribit in Galliam veniſſe, & cum Helvetiis pugnaſſe, ideſt poſt tertium annum collocatur, cum tamen in eadem ante triumphum Pompeji mentio fiat conſpirationis factæ inter Pompejum, & Craſſum, & Cæſarem, quæ Pompejo præſente Romæ ante Conſulatum Cæſaris facta eſt. Librarii tamen & hunc errorem fuiſſe pro certo habeo; Nam qui, Cn. Pompejus &c. erat ſcripturus, per incuriam oculis ad Pontinium conjectis, Cn. Pontinius ſcripſit, & quæ ſequuntur. Poſt autem cum intelligeret ſe Pompeji triumphum temere prætermiſiſſe, eundem ipſum in fine Epitome collocaſſe: Eſt autem triumphus Pompeji rebus à Pontinio geſtis anteponendus.

In Epitomen Libri CIV.

G*Allia omni expulit.*) Vet. lib. Gallia expulit. *Pompejo inter alios orante, & T. Antonio Milone Tribuno plebis ingenti gaudio Senatus, ac univerſæ Italiæ ab exilio reductus eſt.*) Suſpicor legendum: Et T. Annio Milone Trib. pl. agente, neque enim hoc placet, ne Milonem qui in Magiſtratu erat, & legem rogare poterat, oraſſe dicamus, ſed egiſſe, oraſſe autem Pompejum, qui erat privatus. Excidiſſe autem hanc vocem propter eam, quæ ſimilis ſequitur, Ingenti, puto. *Quorum quidem maxima multitudo.*) Vet. lib. Non habent, Quidem. *Adminiſtratio ejuſdem rei.*) Vet. lib. Ejus rei. *Ptolemæus Aegypti Rex ob injurias, quas patiebantur à ſuis, Regno pulſus Romam venit.*) Veter. lib. Ob injurias, quas patiebatur à ſuis, Regno pulſus Romam venit.

In Epitomen Libri CV.

M. *Catonis Tribuni pl.*) Lego C. Catonis, ex Epiſtolis Ciceronis ad Lentulum: Etenim Lentulo in re Alexandrina maxime adverſatus eſt. Item ex lib. XXII. Annalium Feneſtellæ intelligitur, teſte Nonio: Quod ut Magiſtra-

giſtratum Tribuni inierunt: C. Cato turbulentus adoleſcens nec imparatus ad dicendum concionibus aſſiduis invidiam, & Ptolemæo ſimul, qui jam profectus ex urbe erat, & P. Lentulo Conſuli paranti jam iter concitare ſecundo quidem populi rumore cœpit. *Quæ provinciæ Conſulares in quinquennium Pompejo Hiſpaniæ, Craſſo Syria*.) Lege Conſulibus, pro Conſulares, ut Pompejum, Craſſumque Conſules iterum intelligamus. *Rejecto Archelao*.) Vet. lib. Ejecto Archelao. *In Regnum reduxit Aegypti*.) Vet. lib. Reduxit in Regnum Aegypti. *Proximam partem*.) Vet. lib. Et proximam. *In Britanniam parum proſpere tempeſtatibus adverſis trajecit, iterumque parum felicius*.) Lege ex Vet. lib. In Britanniam primum parum proſpere, &c. iterum parum felicius. *Reliquam partem inſulæ in poteſtatem redegit*.)Vet. lib. Aliquam partem: Egregie; Nam ſcribit in Agricula Tacitus: Cæſarem, qui primus in Britanniam legiones Romanas duxit, proſpera pugna terruiſſe incolas, & literia tantum potitum eſſe.

In Epitomen Libri CVI.

G*Allorum multi Populi*.) Vet. lib. Aliquot Populi. *Cotta, & T. Auruncul ejus Legati Cæſaris*.) Vet. lib. Cotta, & T. Veturius. Apparet tamen legendum, Cotta, & Titurius, ſic enim Cæſar lib. III. Q. Titurius, & L. Cotta Legati. Deceptus eſt librarius, quod Cottæ nomen Auruncule jus fuit eodem auctore Cæſare. Item Appianus: κόττας, καὶ σαβῖνος. *Evocatus in colloquium ab hoſtibus, ut de pace acturus*.) Acturis, & Vet. lib. habent, & hiſtoriæ fides poſtulat.

In Epitomen Libri CVII.

Q*Uod nemini umquam contigit*.) Vet. libri Quod nulli alii umquam, ſine voce, Contigit. *Lex dicta, ut ratio abſentis Cæſaris*.) Vet. lib. Lex data. Hinc ego, Lex lata.

In Epitomen Libri CIX.

C*Um ſe dimiſſurum exercitum negaret, niſi à Pompejo dimitteretur*.) Veteres libri Exercitus, &, Dimitterentur. *C. Curionis Tribuni plebis primum adverſus Cæſarem actiones continet*.) Vet. lib. primum adverſus Cæſarem de Populo Rom. Cæſare actiones continet. Hinc ego obſervatione hiſtoriæ ductus. Primum adverſus Cæſarem, deinde pro Cæſare actiones continet. Id enim omnes tradunt, & maxime Cœlius ad Ciceronem. Quod tibi ſupra ſcripſi, Curionem frigere, jam calet; nam ferventiſſime concerpitur, beliſſime enim, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum, & pro Cæſare loqui cœpit. Ad hanc etiam hiſtoriam pertinera puto verba quædam Varronis ex lib. IV. de vita Populi Romani, quæ ſunt apud Marcellum: Curio cum id feciſſet, dicebat amicis, ut illi renunciaretur, ſe obſtrigillaturum, ne triumphus decerneretur, aut ne iterum fieret Conſul, eſt autem Obſtrigillare obſtare. *C. Cæſar bello inimicos proſecutus cum exercitu in Italiam venit*.) Et ſenſus, & vetuſtæ lectionis auctoritas probant legendum eſſe Perſecuturus. *Univerſoſque ejus partium Italia omnino expulit*.) Vet. lib. Ceteroſque partium ejus Italia expulit.

In Epitomen Libri CX.

R*Elictis in obſidione C. Trebonio*.) Vet. libri Relictis in obſidione Urbis ejus Legatis C. Trebonio. *In poteſtatem Cæſaris ſe permiſerunt*.) Vet. lib. Poteſtati Cæſaris ſe. *In poteſtatem inimicorum*.) Vet. lib. Hoſtium. *C. Curio Legatis Cæſaris cum adverſus Pompejanarum partium ducem Varronem pugnaſſet*.) Vet. libri Cum proſpere adverſus. Porro autem Varum, non Varronem legendum. Hic eſt enim Atius Varus, qui in Africa ſtetit contra Cæſarem. Eadem labes eſt in bello Cæſaris apud Florum, Pulſo, inquit, fugatoque Varrone. Varum autem habent Cæſar, Dio, Plutarchus, reliqui. Sic in oratione: antequam iret in exilium, legitur, Q. Varroni Trib. pleb. pro Q. Vario. Sic in oratione pro P. Sulla: Nemo T. Coruncano, nemo Curioni, nemo huic ipſi C. Mario, cum ei multi inviderent, objecit. Ti. Coruncanio, & C. Curio legendum; nominat enim novos homines Coruncanium, & Curium æquales, ut alias facit.

In Epitomen Libri CXI.

C*Cæcilius Rufus cum ſeditiones in Urbe quam maxime concitaret, novarum tabularum ſpe ſolicitata plebe*.) Lege, M. Cœlius Rufus. Eſt enim is, de quo Cæſar lib. III. belli civilis ait: Iiſdem temporibus Romæ M. Cœlius Rufus Prætor cauſſa debitorum ſuſcepta initio Magiſtratus Tribunal ſuum juxta C. Trebonii Prætoris Urbani ſellam collocavit. Et Vellejus, M. Cœlius in Prætura novarum tabularum auctor exſtitit. Item idem Cœlius in epiſtola ad Ciceronem: Tolle, Quam maxime, ex Vet. lib. *Cn. Pompejus ad Brunduſium obſeſſus à Cæſare*.)Quid tam novum, quam Pompejum obſeſſum à Cæſare ad Brunduſium. In Vet. lib. eſt, ad Dyrrhachium, atque idem tradunt omnes hiſtoriæ. *Q. Catuli Prætoris*.) Lege Q. Caſſii, ut in Emendationum libris correximus ex Dione.

In Epitomen Libri CXII.

A*Ctore Theodoro*.) Vet. lib. Theodoto. Plutarchus, Dio & ceteri: Θεόδοτον. *Bellum à Cn. Domitio contra Phraatem Parthum proſpere geſtum continet*.) Domitius hic Legatus Cæſaris cum Pharnace Ponti Rege male rem geſſit. Ex quo apparet, legendum eſſe: Contra Pharnacem parum proſpere. Ita enim Appianus lib. II. φαρνάκης δομίτιον καὶ στρατὸν ἀπαρασχεύως ἐς μάχην, ἐνίκησε πανδημεί, & Dio lib. XLII. καὶ γὰρ ..., καὶ ... [illegible]

In Epitomen Libri CXIII.

C*Atone, cui ex æquo deferebatur Imperium, cedente*.) Imperium, vacat, ſubauditur enim ex priore membro, Vet. lib. *Pompeji Magni filius*.) Vet. lib. Inde Pompejus Magni filius.

In Epitomen Libri CXIV.

E*T relicto à legione*.) Et, vacat in Vet. lib. *Occiſoque eo Cæſar Scipionem*.) Novum prin-

principium orationis a voce, Cæſar, faciendum eſt. *Rebellantes vicit.*) Vet. lib. Rebellantes prœlio vicit.

In Epitomen Libri CXV.

S*Pectacula edidit.*) Vet. lib. Dedit. *Frui minime potuit.*) Vet lib. Non potuit. P. *Magio Chilone.*) Cn. Magio. Ex epiſtola Servii ad Ciceronem. *Cenſa ſunt civium capita centum quinquaginta millia.*) Numerus hic quamquam valde imminutus eſt, tamen bene habet: Scribit enim Dio, pro duabus & triginta myriadib. civium, quæ ante bellum civile cenſæ ſunt, quindecim tantum cenſas hoc tempore, reliquis bello civili abſumptis, & Appianus ait vix dimidiam partem civium, quæ ante civile bellum cenſebatur, eſſe cenſam. *Profectus in Hiſpaniam contra Sex. Pompejum.*) Vet. lib. Profectuſque in Hiſpaniam adverſus Cn. Pompejum. Recte, erat enim major natu Cneus, quam Sextus. *Pompejus Sex. effugit.*) Vet. lib. Sex. Pompejus effugit.

In Epitomen Libri CXVI.

M*Ulti, quam maximique honores.*) Vet. lib. Plurimi, maximique. *Minime aſſurrexit.*) Vet. lib. Non aſſurrexit. *M. Brutus, & C. Trebonius, & C. Caſſius, & ex Cæſaris partib. D. Brutus.*) Vet. lib. M Brutus, C. Trebonius, & C. Caſſius, & ex Cæſaris partibus D. Brutus, & C. Trebonius. Idem ceteri. *C. Octavius ex ſorore nepos.*) Quamquam Plutarchus in Antonio & Dio idem ſcribunt (ſcribunt autem: ἐκ τῆς Ἀτίας τῆς τοῦ Καίσαρος ἀδελφῆς υἱὸν, ideſt Atiæ ſororis Cæſaris Octavium filium fuiſſe) tamen portentum dicit: Qui enim fieri poteſt, ut Octavius nepos ſit Cæſaris ex ſorore, qui Atiæ, quæ fuit Juliæ ſororis Cæſaris, filia, natus ſit? quamquam apud eos mendum eſſe ſuſpicor: ἀδελφῆς pro ἀδελφιδῆς, neque enim Atia ſoror Cæſaris, ſed ſororis filia fuit. Itaque in Bruto ait Plutarchus: ἦν μὲν ἐκ ἀδελφιδῆς Καίσαρος. Ergo ſororis nepos legendum, ut Vet. lib. habent, atque ut Vellejus, Svetonius, & alii tradiderunt. Appianus: ὁ ἀδελφῆς θυγατριδῆν vocant, ideſt, ſororis nepotem ex filia. *In Campum Martium ferretur.*) Vet. lib. Deferretur. *Chamares humillimæ ſortis homo.*) Appianus hunc Ἀμάτιον vocat. Sic enim ait: Ἀμάτιος ὁ ψευδομάριος. Μαρίου γὰρ ὑπεκρίνετο υἱὸς εἶναι. Ex eo apparet legendum hoc loco, C. Amatius. Movet tamen, quod Valerius lib. IX. hunc Erophilum Equarium medicum nominat.

In Epitomen Libri CXVII.

O*Mnibuſque proſperis exceptus.*) Vet. lib. Omnibuſque. Ea vero omnia quæ fuerint, Obſequens, & Dio lib. XLV. & Vellejus tradunt. Cum enim urbem intraret, Solis orbis ſuper caput ejus, curvatus, rotundatuſque, in colorem arcus veluti coronam tanti mox viri capiti imponens, conſpectus eſt. *In confuſione rerum, ac tumultu Lepidum Pontificem Maximum intereurit.*) Ne hoc quidem quemquam alias legiſſe opinor, Lepidum Pontificem Maximum ab Octavio, ubi primum Apollonia redit, interemptum, immo vero ne id quidem Epitomarum ſcriptor ſcripſit. Nam infra ait: M. Lepidum ab Octavio abrogato triumviratus honore vitam impetraſſe. Eſt ergo locus mirum in modum vitiatus. Vetus liber veſtigia aliqua continet, quibus ad germanam lectionem pervenire valeamus, ſic: In confuſione rerum, ac tumultuum Lepidum Pontificem tum Maximum interfecit. Hinc ego: In confuſione rerum, ac tumultu M. Lepidus Pontificatum Maximum intercepit. Confirmat autem hanc lectionem Vellejus, qui lib II. ait: Lepidus in locum C. Cæſaris mortui Pontifex Maximus furto creatus. *Avunculi percuſſores.*) Avunculi magni dicendum erat. Ita tamen etiam Svetonius: Nihil convenientius, quam necem avunculi vindicare. *Magnis injuriis affecit. Cæſar ut ſibi, & Reip.*) Melius concluditur hæc tota oratio in Vet. lib. ita: Magnis injuriis affeciſſet, Cæſar & ſibi, & Reip. *Deinde plures.*) Vet. lib. Deinde & complures. *Et ad Cæſarem.*) Dele, Et, ex Vet. lib.

In Epitomen Libri CXVIII.

C. *Cæſari, qui primus Reip. arma ſupſerat pro populo Rom. Imperium à Senatu datum eſt cum Conſularibus ornamentis.*) Hic locus mire depravatus eſt, cum tamen non videatur. Me ut vitiatum eſſe, atque ita legendum eſſe crederem, Cicero admonuit, qui pro Rep. arma ſumpſerat, pro-Prætoris Imperium a Senatu datum eſt. Nam Cicero in Senatu, V. in Antonium, ita ait de Octavio: Demos igitur Imperium Cæſari, ſine quo res militaris adminiſtrari, teneri exercitus, bellum geri non poteſt, ſit pro-Prætore eo jure, quo qui optimo, &c. Vox, Prætoris, in populo Romano, mutata eſt ob eam cauſſam, quam ſæpe alias. Eadem macula fœdavit quoque Vellejum lib. II. cum ait: Eum Senatus honoratum equeſtri ſtatua pro P. R. una cum Conſulibus deſ. Hirtio & Panſa bellum cum Antonio gerere juſſit, ubi legendum eſt pro-Prætore. Quod autem ſcriptum eſt, Conſularibus ornamentis, mallem Prætoriis. Nam & Græci, Plutarchus, Appian., Dio στρατηγικὰ κόσμια decreta tradunt, & Cicero decernit, Senatorem eum eſſe, ſententiamque loco Prætorio dicere.

In Epitomen Lib. CXIX.

A. *Hirtius.*) Hirtius, Cap. Conſules, & Græci, Ἵρτιος. *Qui poſt victoriam ſuam in inimicorum caſtris ceciderat.*) Vet. lib. Qui poſt victoriam in hoſtium caſtris ceciderat. *Cum annos XVIII. haberet, Conſul creatus eſt.*) Vet. lib. Annos XIX., recte, eſt enim natus Octavius, Conſule Cicerone IX. Kal. Octob. auctore Svetonio. Conſul factus eſt, Panſa, & Hirtio Conſulibus interfectis X. Kal. Octob. Quæ ſumma annorum eſt viginti, uno die minus. Quare qui XIX. annos ſcribunt, integros accipiunt, qui viginti, imperfectos. Optime autem omnium Vellejus, qui ait: Conſulatum init Cæſar pridie, quam XX. annos impleret, X. Kal. Octob. cum collega Q. Pedio.

In Epitomen Libri CXX.

C*Ui Senatus, ut perſequeretur Antonium, mandavit.*) Vet. lib. Mandaverat. *D. Cæſar pacem cum Antonio, & Lepido fecit ita ut treſviri Reip. conſtituendæ quidem per quinquennium præeſſent, ipſe Lepidus, & Antonius ſtatuerunt, ut ſuos quiſque inimicos proſcriberent.*) Nihil purius poteſt eſſe vetere hujus loci lectio-

ctiona. Ita ot III. viri Reip. conſtituendæ per quinquennium eſſent ipſe, & Lepidus, & Antonius, ut ſuos quiſque. Sic enim pacis conditiones fuerunt duæ, Triumviratus & inimicorum proſcriptio. *Nomina fuerant.*) Fuerunt. Vet. lib. *L. Cæſaris Antonii avunculi, M. Ciceronis.*) Vet. lib. & M. Cicetonis. Item Hujua occiſi, non cujus occiſi. *Caput quoque cum manu.*) Vet. lib. Capnt cum manu. At Livius tamen inter duas manus poſitum ſcripſit. Verba ejus ſunt apud Senecam lib. primo declamationum, ita: Ita relatum caput ad Antonium, juſſuque ejus inter duas manus in roſtris poſitum, in iiſdem verbis nulla Popillii mentio eſt.

In Epitomen Libri CXXII.

M. *Meſſallæ Publicolam fratrem junctum communi conſilio condemnaverunt.*) Vet. lib. Victum communi concilio condonaverunt, & recte; Idem enim Dio. lib. XLVII. [illegible], diſtæ [illegible].

In Epitomen Libri CXXIII.

O*Cciſoque à Pompejo A. Bithynico Prætore.*) Vet. lib. Occiſoque A. Pompejo Bithynico Prætore. Sic autem ipſa vocabatur, ut omnia R. monumeata loquuntur: *Salvidienum Legatum.*) Vet. lib. Q. Salvidienum Legatum: Svetonius in Auguſto: Salvidienum Ruſum: Quare Q. Salvidienium lego. *Q. Cornificium in Africa T. Seſtius Caſſianarum partium ducem.*) Luxata verba: Cornificium in Africa Caſſianarum partium ducem T. Seſtius.

In Epitomen Libri CXXIV.

A*Ltero deinde prœlio victus M. Brutus, & ipſe vitam finivit, exorato Stratone fugæ comite, ut ſibi gladium adigeret, annorum erat ætatis XL. Inter quos Q. Hortenſius occiſus eſt.*) Locum hunc mancum eſſe ſemper ſuſpicatus ſum, nec me ſefellit opinio, ubi & veteres libros & hujus hiſtoriæ Scriptores conferre cœpi. In Vet. lib. Ita eſt: Adjiceret, annorum circiter XL. ita ut duæ voces abſint: Erat, & Aetatis. Hinc ego: Idemque feceruot Principum Romanorum circiter XL. Inter quos Q. Hortenſius occiſus eſt. Qui enim cum Bruto mortem oppetierunt, tradit, quorum alios ſibi met, ut Brutus fecerat, necem conſciviſſe ait, alios autem ut Hortenſium ab inimicis eſſe interfectos. Hanc rem ſic Vellejus lib. II. Non aliud bellum cruentius cæde clariſſimorum virorum fuit. Tum Catonis filius cecidit: Eadem Lucullum, Hortenſiumque eminentiſſimorum civium filios fortuna abſtulit. Nam Varto ad ludibrium moriturus Antonii digna illo, ac vera de exercitu ejus magna cum libertate ominatus eſt. Drusus Livius Juliæ Auguſtæ pater, & Varus Quintilius ne tentata quidem hoſtis miſericordia, alter ſeſe ipſe in tabernaculo interemit; Varus autem liberti, quem id facere coëgerat, manu jugulatus eſt. Dio multo apertius lib. XLVII. [illegible]

[illegible]. Ex principibus autem Viris, quique Magiſtratus aliquos geſſerant, aut etiam ex interfectoribus, & iis, qui adhuc proſcripti eraot, plerique ſibimet ipſis ſtatim mortem conſciverunt, aut capti, ot Favonius, interfecti ſunt.

In Epitomen Libri CXXV.

C*Um grandi periculo.*) Vet. lib. Gravi. *M. Lepido, qui cuſtodiæ urbis cum exercitu præerat, ſciſſo.*) Vet. lib. Fuſo.

In Epitomen Libri CXXVII.

D*Idio Saxa M. Antonii Legato.*) Veter. lib. Decidio Saxa, item Cicero XIII. Philip. Decidium Saxam Antonii ſatellitem commemorat. *Annonæ commeatum impediret.*) Veter. lib. Annonæ commercium. *Bella geſta continet.*) Vat. lib. Bella ibi geſta.

In Epitomen Libri CXXVIII.

L. *Ventidius Legatus.*) Vet. lib. P. Veotidius, ita ceteri. *Parthos in Syria vicit.*) Vet. lib. Prœlio vicit. *Judæorum quoque Legati ab Antonio interempti ſunt.*) Vet. lib. Judæi quoque à Legatis Antonii ſubacti ſunt.

In Epitomen Libri CXXIX.

I*Taut duarum Claſſium, Cæſaris altera, cui Agrippa præerat, vinceret.*) Vet. lib. Ut ex duabus Cæſaris Claſſibus altera, cui Agrippa præerat. *Expoſiti in terram in quam maximo periculo eſſent.*) Vet. lib. Expoſiti io terram milites in maximo periculo eſſent. *M. Lepidus ex Africa velut ad ſocietatem belli contra Sex. Pompejum à Cæſare gerendi tranſjecerat, ei bellum quoque cum Cæſar inferret, relictus ab exercitu, abrogato Triumviratus honore vitam impetravit.*) Hæc verba ſententiam contineot, & à Veterum librorum, & ab hiſtoriæ hujus fide alienam. Sic igitur corriga ex Vet. lib. & Dione lib. XLIX. & aliis: M. Lepidus, qui ex Africa velut ad ſocietatem belli cootra Sex. Pompejum à Cæſare gerendi tranſjecerat, cum bellum Cæſari quoque inferret, relictus &c. *Nemini ante eum habitus eſt.*) Vet. lib. Erat.

In Epitomen Libri CXXXI.

A *Legatis ejus oppreſſus eſt.*) Vet. lib. Oppreſſus à Legaris ejus occiſus eſt.

In Epitomen Libri CXXXIII.

C*Æſaris Alexandria in poteſtatem redacta. Cleopatra ne in arbitrium victoris veniret, voluntaria morte occubuit. In Urbem reverſus tres triumphos egit.*) Hæc verba male interpuncta ex auctoritate manuſcripti libri ita debent diſpungi, & legi: Cæſar Alexandria in poteſtatem redacta. Cleopatra, ne in arbitrium victoris veniret, defuncta in Urbem reverſus &c. ſunt enim hæc omnia una periodo connectenda. *Tertium ex Cleopatra.*) Scribe, de Cleopatra, dicitnus enim triumphare ex provincia, non autem, ex Rege, ſed de Rege. *Impoſita fine bellis civilibus altero & trigeſimo anno.*) Lege altero & vigeſimo, non ſolum quia ita eſt in Veteribus libris, ſed etiam quia hiſtoriæ veritas id poſtulat.

lat. Nam à Lentulo, & à Marcello Conſulibus, quibus civilia arma primum ſumpta ſunt, uſq; ad Cæſarem V. & Sex. Appulejum Conſules, quibus poſita ſunt, tot anni numerantur. Vellejus lib. II. Vigeſimo anno finita bella civilia.

In Epitomen Libri CXXXIV.

C*Um ille conventum Narbone egit.*) Vet. lib. Narbone ageret. *Bellum contra Baſtarnas, & Mæſos, & alias gentes à M. Craſſo refertur.*) Vet. lib. A M. Craſſo geſtum refertur.

In Epitomen Libri CXXXV.

ANte hunc librum invenio in libro MS. album intervallum eſſe relictum, cum his verbis: Generaliter, & communiter hic eſt defectus quorundam librorum. Duo autem libros deeſſe puto eos, qui numerum expleant librorum centum quadraginta duorum, quos Petrarcha à Livio ſcriptos ait. Itaq; hunc librum CXXXVIII. appello, atque ita deinceps reliquos. Deſideratur ergo Epitome lib. CXXXVI., & CXXXVII. Quod ex his rationibus colligitur. Cenſorinus ait Livium lib. CXXXVI. ludos quintos ſæculares tradidiſſe, quos fecit Auguſtus, qui facti ſunt, Cenſorino ipſo, & Dione, & aliis auctoribus, C. Furnio, & C. Junio Silano Conſulibus. Eſt autem veriſimile, eum, qui ſcripſit Epitomas quamvis exſiliter eas, ac tenuiter ſcripſerit, verbum etiam eorum ludorum, ut rei maxime memorabilis, fuiſſe facturum, quemadmodum ante quartorum ludorum fecerit. In lib. autem CXXXVI. vulgato, nulla eorum mentio fit. Nam de Rhetia victa à Tiberio, & Druſo agitur, quod bellum geſtum eſt, Druſo, & Piſone Conſulibus, ut ait Dio, ideſt biennio poſtquam ludi ſæculares editi fuerant. Accedit quod Hiſpani, & Salaſſi in lib. CXXXV. Cæſare VIII. & Silano Conſulibus, auctore Dione, ſubacti traduntur, ideſt anno DCCXXV. ab Urbe Condita. Si igitur in libro CXXXV. res explicantur geſtæ anno DCCXXV., in eo autem, qui ſequitur, de Rhetia agitur, quæ victa fuit anno DCCXXXV., ſane apparet prætermitti res geſtas novem annorum, qui interjecti ſunt, multaſque nobiles, & memorabiles actiones præteriri; ubi enim de Templo Jani ab Auguſto clauſo? ubi de tribunicia poteſtate Auguſto data? Ergo duos libros medios intercidiſſe credendum eſt.

In Epitomen Libri CXXXIX.

A*Ra Cæſari.*) Vet. lib. Ara D. Cæſari. *Dedicata, Sacerdoteque creato.*) Vet. lib. Dedicatur Sacerdote creato.

In Epitomen Libri CXL.

T*Hraces domiti à Scipione.*) Lego, à L. Piſone; is enim cum Pamphyliæ præeſſet hoc bellum geſſit. Dio lib. LIV. Florus etiam, & Vellejus, Thracas à L. Piſone perdomitos ſcribunt. *Cawi.*) Canei, & Chatti in Germania ſunt. Dio tamen Chattos ait victos eſſe à Druſo, itemque Florus, Vellejus, & Caucos, & Chattos à Tiberio ſubactos tradit.

In Epitomen Libri CXLI.

T*Heatrum, & porticus ejus nomini dicata.*) Vet. lib. Nomine, ideſt æque atque ſi ille dicaſſet, Marcelli theatrum, & porticus appellata.

In Epitomen Libri CXLII.

N*Uncio valetudinis evocatus.*) Vet. lib. Valetudinis ejus. *Raptim occurrerat.*) Vet. lib. Accucurrerat. *Romam revectum.*) Corpus Druſi Romam pervectum à Nerone fratre dicitur in manuſcripto. Dio etiam: [illegible]. Tiberius autem non eo Roma venit, ſed ex Pannonia, auctore Dione. Quare Pervectum placet. *Laudatus à Cæſare.*) Vet. lib. Laudatus eſt à Cæſare. *In C. Julii tumulo conditum.*) Auguſti eſt intelligendum. Nam inquit Dio: [illegible].

F I N I S.

AD LIVIANAM
CHRONOLOGIAM
SIGONII SCHOLIA;
E T
JOS. MARIÆ STAMPA C. R. S.
In eandem Chronologiam, & in eadem Scholia
ADNOTATIONES.

AD LIVIANAM CHRONOLOGIAM

ATQUE AD SEQUENTIA SIGONII SCHOLIA

JOSEPHI MARIÆ STAMPA

PRÆFATIO.

EN iterum me productum, benigne Lector, in Scenam. Putabam ſatis me jam feciſſe Sigonio meis illi adnotationibus additis, quibus ejus in Faſtos Capitolinos eruditiſſima Commentaria illuſtrarentur, & ab Auguſti obitu ad Imperium Diocletiani, a quo capit Hiſtoriæ Occidentalis exordium, ſine ſaltu continuata perducerentur. At quoniam ejus in Livium Scholia Henrici Glareani, & Franciſci Robortelli clariſſimorum Virorum lituram paſſa, ea illum repetere coëgerunt, quæ ad Conſularis Chronologiæ vindicias pertinebant, cum illa ſæpe turbatos à Livio Conſulatus deprehendiſſet, & condemnaſſet, nec illi à Sigonio patienter hanc tanto Scriptori labem inuri ferrent, pugnandum ſibi pro Livio, quaſi pro patriis laribus fas putarunt, & in Sigonium ſtili acumen, & aciem converterunt. Secutus ego Sigonii Commentaria in Faſtos Capitolinos, ipſius quoque veſtigia tenere in Livianæ Chronologiæ cenſura cogor non ut evertam, quæ pro veris aſſeruit Livius, ſed ut ipſum legenti ea tantum ſubjiciam, quæ diverſa, & immenſa tot rerum mole diſtractus, & obrutus aliquando confudit, aut præterivit, ut ſatis ipſe Sigonius evidenter oſtendit, relicta nobis obſcuriorem quorundam locorum, quæ moram forte legentibus facerent, explanatione.

Quod primum ergo ſervandum nobis in tanti Viri vindiciis viſum eſt, curam omnem adhibendam exiſtimavimus, ut Tabulæ Conſulares, ex Liviana Chronologia collectæ, ita denuò exponerentur, ut Conſularibus Faſtis Capitolinis è regione deſcriptis, annisque ſuis ab Urbe Condita, & ante Chriſti vulgarem æram adjectis, unico & primo aſpectu utriuſque Chronologiæ Livianæ, & Capitolinæ diſcordia aperiretur. Et quia Varroniana Chronologia, quam Livius ſe tenere teſtatur in fine libri primi ſuarum hiſtoriarum (cum anno CCXLV. primos Conſules inſtitutos enuntiet, quos anno CCXLIV. vult Verrius Flaccus in Faſtis Capitolinis electos) ideo Livianæ Chronologiæ à principio, uno tantum ab annis Capitolinæ diſcordant, ita tamen, ut à principio Conſulatus inſtituti, eodem ambæ anno ante Chriſti vulgarem æram notato, concordes eant; Quemadmodum in adnotationibus noſtris ad Commentaria in Faſtos Capitolinos (pag. 68. Tom. I.) expoſuimus. Ubi vero contigit, ut Livius vel omittat, vel addat aliquot Conſules, quos aut admittant, aut rejiciant Faſti Capitolini, id è ſpatio hinc vel illinc relicto compertum fiet, annorum ſemper ſuorum ſerie utrinque continuata, per quam cognoſcas, & quando utrinque conveniant, & quotannis diſſideant, ſi diſſideant.

Quod ſi verò contigerit, ut cujuſquam Conſulis nomen à Livio primo loco ſit poſitum, quod ſecundo ſit poſitum in Faſtis Capitolinis, id nihil refert, dummodo utrinque ſit Conſulum nomen idem. Neque enim, niſi rariſſimè evenit, ut Conſulum nomina à Livio expoſita ſint ab illis diverſa, quæ recenſentur in Faſtis Capitolinis, & quoties id evenerit, id Sigonius in ſequentibus Scholiis, vel nos in adnotationibus noſtris ad eadem Scholia, & ad Tabulas Conſulares, quæ ſubſequuntur, enucleabimus, ſicuti quoties annorum ab U. C. numero in Faſtis Capitolinis expoſito non inſtiterit Livius, ſed vel illum exceſſerit, vel ab eo defuerit, in iiſdem adnotationibus noſtris, qua ratione deflexerit, ſuo loco admonebimus.

Eo certe dumtaxat fine Sigonius Livianam Chronologiam expoſuit, ut everteret Glareani, ac Robortelli ſententiam, qui putabant eandem eſſe caſtigatiſſimam, nec ab ea recedendum ſibi, vel latum unguem, cum interim Glareanus, ac Robortellus, ut ſuæ illam integritati reſtituerent, contra Livii mentem adſcititios Conſulatus intruderent, aut à Faſtis Capitolinis, aut quovis ab alio fonte hauſtos.

Addidimus denique adnotationibus noſtris pro quodam velut epilogo corollarium, quo facilius, breviuſque quis diſceret, ubi recto proceſſerit tramite, aut ſaltu facto propoſitos terminos tranſilierit Livius, aut labore confractus interdum retro defuerit. Hæc te, Lector, præmonuiſſe voluimus, & quæ pauca potuimus, eſſe tibi fac ſatis. Vale.

MONITUM AD LECTOREM.

NE criticis Glareani, ac Robortelli obſervationibus à te lectis in ſuperiora, quæ Carolus noſter Sigonius in Hiſtoriam Livianam ſubjecit luculentiſſima Scholia, vel patrono, vel vindice deſtitutum, Benigne Lector Auctorem noſtrum exiſtimes, præmoneri te oportet, nos ejus non addidiſſe reſponſiones ad ſingula eorum ſenſa contraria, ut eas inde opportuniori tempore, ac loco ſubjiceremus. Videbis ergo nunc demum poſt Livianæ Chronologiæ, quam contraponi Capitolinæ voluimus, expoſitionem, Sigonii noſtri vindicias, quæ cum eſſent prolixiores, quam iis locus in Sigonianis ad Livium Scholiis dari poſſet, redactæ in unum majorem forte vim colligent, qua ſuorum retundant arma Cenſorum, atque in ipſos eorum tela retorqueant. Adde quoque Adverſariorum objectiones plerumque verſari circa Chronologiam; quam in Romana ſervatam à Livio hiſtoria, Sigonius noſter demonſtrat. Non ergo extra locum, ſed immo ſuo diſpoſitas loco fateberis, ubi lecta Chronologia, quam Livio noſter Auctor attribuit, ejus inde reſponſiones ad Glareani, atque ad Robortelli Cenſuram leges.

Quæ ſequuntur Caractere grandiori ſunt Caroli Sigonii verba, minutiori vero P. Joſeph Mariæ Stampa.

Ad Annum I. U. C.

VArronianæ ſententiæ in computandis à condita Urbe annis inſiſtere Livium, ſatis illud ſuperque conſtat ex omnium fere Chronologorum, quamvis ipſa non indicaverit, teſtimonio. Nihil ergo ſit mirum, ſi Livianæ Chronologiæ Sigonius hic inhærens, integro anno primordia illius Urbis anticipat, cum anno poſteriori ea ſuis in Commentariis ad Faſtos Capitolinos adfigat. Erravit tamen (quod erat neceſſario animadvertendum) Sigonii noſtri Typographus, qui cum annos cuique Regum adſignet regni, eos omnes in ſummam unam collectos ducentos & quadraginta quinque eſſe facit, cùm ipſe Sigonius regnatum Romæ teſtetur in primo ſuo poſt Livianam Chronologiam Scholio per annos tantum ducentos quadraginta quatuor, ut & cæteri, qui Varronianam computationem ſequuntur, una voce confirmant. Mendum ergo detegitur in hoc eſſe quod Romulus cum regnaſſe triginta ſeptem annos ex Livio enuntietur, triginta octo à Typographo Sigoniano in hac Scheda regnaſſe fertur. Si quæ alia in Livianæ decurſu Chronologiæ, vel in Sigonii Scholiis ad eandem, vel emendanda, vel vindicanda ſuccurrerint, ſuo quæque loco ſubjiciemus.

Ad Annum U. C. XXXVII. Varronianum.

ROmulus certè ſeptem & triginta dumtaxat annos regnaſſe fertur à Livio, quod profecto non convenit cum cæteris Varronianæ ſententiæ ſectatoribus, qui Romulum triginta & octo annos regnaſſe ferunt, nec aliter evenire res potuit. Namque Solis defectus, qui in Romuli morte contigit, ut Dionyſ., Plutarch. Flor. Ovid. Cic. Seneca, & D. Auguſtinus adfirmant non niſi trigeſimo octavo a condita Urbe anno contingere potuit, ut Petavius, aliique Chronologi recentiores obſervaverunt. Deceptus eſt igitur Livius, qui cum deberet adſcribere Romulo annos Regni triginta & octo, triginta ſeptem regnaſſe ſcribit.

Bene autem, qui Faſtos Capitolinos ſequuntur, adſcribunt Romulo triginta ſeptem Regni annos, quia cum anno tardiores in computandis à condita Urbe annis incedant, Romuli mortem & ipſi contigiſſe confirmant eodem anno, quo ſol defecit, ut ſupra vidimus.

Unicus ergo, quem noſter ſibi Sigonius finem in digerenda Liviana Chronologia præſcripſit is fuit, ut demonſtraret, quam longè

Livius à recto Chronologiæ ordine; ac veritate deflexerit, quod, & hinc manifeſtum fit.

Ad Annum U. C. CXVI. Varronianum.

LUcium Tarquinium Priſcum interemptum fuiſſe anno Regni ſui trigeſimo octavo teſtatur Livius, nempe anno 38. inchoato. Ergo ex Livio Lucius Tarquinius Priſcus triginta tantum ac ſeptem annos plenos regnavit. Corrigendus eſt igitur annorum, quos Lucius Tarquinius Priſcus regnavit, numerus 38., & numerus 37. ejus loco ſubſtituendus. At quia ubi Liviana Chronologia à Sigonio expoſita anno integro creſceret ſupra illam, quam ipſe Livius tenet, & integro ab ipſa anno decreſceret ea, quam nos proponimus, ex ſequenti paragrapho dubitatio quæque tolletur.

Ad Annum U. C. CCXLV. Varronianum.

QUoniam Varronianæ ſententiæ ſectatores integro anno præveniunt eos, qui Faſtis Capitolinis inſiſtunt, & ſumma annorum, quibus Roma ſub Regibus fuit integro anno ſuperat ſummam illam, quæ ex Tabulis Capitolinis eruitur, neque Livius, qui Varronianæ ſententiæ inhæret, integro anno tranſcendat Capitolinam, neceſſe eſt ut Livius ipſe alterum interregni annum intrudat (ut facit quoque Panvinius), ex quo deinde aſſerere poſſit regnatum Romæ ab Urbe Condita ad libertatem annos 244., ut ipſe teſtatur in fine libri primi ſuarum hiſtoriarum. Corrigendus eſt igitur Livianus Laterculus à Sigonio propoſitus, in quo deſcribuntur ſingulorum Regum anni hoc pacto:

Romulus regnat annos triginta ſeptem.
Interreges regnant annum unum.
Numma Pompilius regnat annos 43.
Tullus Hoſtilius regnat annos 32.
Ancus Marcius regnat annos 24.
Lucius Tarquinius Priſcus regnat annos 37.
Ser. Tullius regnat annos 44.
Lucius Tarquinius Superbus regnat annos 25.
Interreges partim inter Numam Pompilium, & Tullum Hoſtilium, & partim inter Tullum Hoſtilium, & Ancum Marcium annum alterum Reipublicæ præfuerunt, ex quibus reſultat annorum ſumma 244. quam Livius tenet, ac tenet quoque Panvinius.

Falluntur tamen & Livius, & Panvinius, qui Varronianæ ſententiæ inhærentes adſignant Romulo triginta ſeptem ann. Regni cum triginta & octo aſſignandi ſint, ut Solis defectus, qui contigit in Romuli morte conveniat in eundem annũ cum ipſa.

Ad Annum Livianum, & Varronianum. U. C. CCVI.

ANnum, quo primi Conſules inieruot (*Magiſtratum*) Brutus, & Tarquinius, duceoteſimum quadrageſimum quinctum voco ab Urbe Coodita, quod Livius regnatum eſſe Romæ dicat per anoos ducentos quadraginta quatuor. Quæ eadem ſumma ex unius cujuſque regoi ſpatio colligitur. Idem facit & Diooyſius.

Hæc ſunt verba Sigooii io aonum U. C. CCXLV. Corrigendus eſt hic Sigoniani Typographi craſſus error, qui vice imprimendi anoum CCXLV. impreſſit annum CXLV.

Ad Anoum U. C. CCXLVII. Livianum.

LIvius P. Valerio Poplicolę collegam dat P. Lucretium. Dionyſius Halicarnaſſæus (quem ſequitur io Commentariis ſuis ad Faſtos Capitolinos Sigooius) collegam dat M. Horatium Pulvillum. Cui potius inhærendum ſit, conſule eadem Sigonii Commentaria in Faſtos Capitolinos ad anoum 246. Vide & Pighium ad eundem aooum, ubi cum Sigonio idem ſeotit.

Ad Annum U. C. CCXLVIII. Livianum.

IN hunc aonum Conſules edimus Sp. Lartium & T. Herminium, qui in codice Liviano vulgato deſiderantur. Itenim prætermiſſos eos noo à Livio, ſed à feſtinantibus librariis credimus. Cur autem ita credamus, dicendum eſt paucis: primum, quia Caſſiodorus, qui tabulas ſuas Conſulares ad Livianorum annalium regulam (ut paullo poſt apertius apparebit) direxiſſe videtur, eoſdem hoc anno Conſules edit; neque verò ſolum Caſſiodorus, ſed etiam Diooyſius. Deinde quia niſi hunc annum numeremus, anous ille, quo decemviri Cooſulares primum inierunt, ooo poterit à Livio trecenteſimus alter vocari, verum treceoteſimus dicatur oeceſſe eſt. Accedit, quod ne Eutropius quidem recte dixerit, oono poſt Reges exactos anno Dictatorem primum eſſe ereatum Poſtumo Cominio, & T. Lartio Conſulibus, verùm octavo erit ſcribeodum. Præterea verò ne ſcite quidem Pedianus pro Cornelio A. Virginio, & T. Veturio Conſulibus, anno poſt Reges exactos XVI. Tribunos plebis primùm creatos ex Livii auctoritate tradiderit; verùm XV. fuerit ſcribeodum. Poſtremo ne Cicero quidem recte M'. Tullium, Sev. Sulpicium aono poſt Reges exactos X., Conſules fuiſſe dixerit in Bruto, oeque Plinius Ap. Claudium, & P. Servilium Conſulatum aono ab Urbe condita CCLIX. geſſiſſe ſcripſerit. Dicet aliquis: quomodo nomina Cooſulum intercidere, ſine rerum, de quibus agebatur hiſtoria, potuerunt? Dico exilem aonum nihil præter oomina Conſulum habuiſſe; quomodo etiam paullo poſt inquit Livius: Conſules Q. Cloelius, & T. Lartius. Inde A. Sempronius, & M. Minucius. Deceptum autem librarium (dico) ſimilitudine oominum inconſulto duos Conſules traoſceodiſſe.

Bene Sigooios, oeque eſt quid addamus, vel auferamus.

Ad Annum U. C. CCLV. Liviaoum.

Mendosè legitur in Livio C. Vetuſios pro P. Veturio. Vide Sigonii Commentaria in Faſtos Capitolinos ad annum 254. cur ſcribeodum ſit potius P. Veturius, quàm C. Vetuſius.

In annum U. C. CCLXIV. Liviaoum.

ANte huoc aooum Dionyſius numerat duos anoos cum Cooſulibus Q. Sulpicio, Sp. Lartio, & C. Julio, L. Pinario. Eumque ſecutus eſt Glareaous in ea Chronologia dirigenda, quam ſe Liviaoæ hiſtoriæ cauſſa ait confeciſſe, quod ſe eredere dicat Conſules illos noo Livii, ſed librariorum temeritate omiſſos. Nos autem longe ſecus opinamur, & à Livio conſultò eos eſſe prætermiſſos, & propterea ei, qui Chronologiam Livianam ſcribere velit, eſſe negligendos. Nam ne ita ſit, quomodo Livius Q. Minucio, & C. Horatio Conſulibus X. Tribuoos plebis factos eſſe ait anno triceſimo poſt primos Tribunos plebis, qui A Virginio, & T. Vetuſio Conſulibus facti ſuot? aut quomodo Ap. Claudio, & T. Geoucio Conſolibus decemviris factos eſſe inquit anno treceoteſimo altero ab Urbe Condita? duobus præſertim utrobique annis ad ſummam deficientibus? Adde quod Caſſiodorus, qui (ut dixi) aperte ſecutus eſt Livium, ne hos, quidem Conſules ſuggerit. Poſtremo ne deeſſe quidem apud Livium duos annos illud certiſſimo argumeoto ſit, quod hiſtoriæ expoſitio non mutila ſit. Nam, quæ à Dionyſio geſta quatuor annis traduotur, ea in duos à Livio translata ſunt, ita ut nemo quidquam deſiderari poſſit; neque vero mirum videri debet bioos Cooſules ab uno poni, ab altero prætermitti. Idem enim feciſſe quoq; Piſonem, teſtatur libro IX. Livius his verbis. Hos Couſules Piſo Q. Fabio & P. Decio ſuggerit bieonio exempto, quo Claudium, Volumniumque, & Cornelium

lium

lium cum Marcio Conſules factos tradidimus. Memoria ne fugerit in annalibus digerendis, an conſultò binos Cnnſules falſos ratus tranſcenderit; incertum eſt.

Hinc igitur fit, ut integro impoſterum biennio Liviana Chronologia diſcors eat à Varroniana, namque anno Urbis Conditæ 264. Livius ponit Conſules Sp. Nantium, & Sex. Furium, qui in Chronologia Varroniana fuerunt Conſules anno 266., & in Chronologia Capitolina anno 265.

Ad Annum U.C. CCLXXX. Livianum.

Livius hoc anno pro P. Furio ſcribit mendosè L. Furium. Vide Sigonii Commentaria in Faſtos Capitolinos ad annum 281., qui reſpondet Liviano 280.

Ad Annum Livianum CCXCV.

QUintn Minucio, & C. Hnratio Conſulibus ſcribit Livius Tribunos plebis decem factos eſſe ann. XXXVI. poſt primos, qui facti ſunt A. Virginio, & T. Veturio Conſulibus annn ab Urbe Condita CCLX. Ex qno intelligi poteſt recte hunc annum à nobis CCXCV. nominari.

Recte quidem ex Livii compntatione, ſed non recte ex Dionyſio Halicarnaſs. atqne ex Tabulis Capitolinis, qnæ duo Conſulum paria à Livio ut ſupra omiſſa non omiſerunt.

Ad Annum Liviaoum U. C. CCIC.

Livius hoc anno pro P. Horatio ponit Conſulem P. Curiatium. Horatium tamen ſcribendum eſſe Sigonius cenſet in ſuis Commentariis ad Faſtos Capitolinos ad annum U. C. 300., qui reſpondet anno 299. Liviana.

Ad Annum Livianum U. C. CCCI.

Livius, itemque eum ſecutus Eutropius Decemvirns Ap. Claudio, & T. Genucio Conſulibus annn trecenteſimn altero primùm factos tradunt. Quem numerum Glareanus, qui omnes Auctores eodem mndn digeſſiſſe Romana tempora putat, cnrrumpere cogitur, & trecenteſimum tertium ſcribit.

Vult Sigonius in Commentariis ſuis ad Faſtos Capitolinos eodem anno, quo Conſules fuerunt Ap. Claudius Craſſinus, & T. Genucius Augurinus, inſtitutos ad Reipublicæ moderamen Decemviros, qui Conſulibns abdicantibus Reipublicæ curam haberent. Verum Livius Decemviros vult electos fuiſſe anno poſt. Quare nunc Conſulnm feries Capitolina concors ibit cum Liviana, quæ integre deficiet annn à Varoniana.

Item Livins Sp. Veturium inter Decemviros collocat, qui tamen L. Veturius nominatur in Faſtis Capitolinis. Vide Sigonii Commentaria in Faſtos Capitolinos ad annum U. C. 302., qui reſpondet Liviano 301., ubi Sigonius L. Veturium, ooo Sp. Veturium docet ſcribendum eſſe. Glareanus hunc annnm trecenteſimum tertium vocat, quia computat Conſules à Livio prætermiſſos.

Ad Annum Livianum U. C. CCCV.

NUllus eſt locus apud Livium, in quo minus quid ſequar, aut ſentiam poſſim dicere, quam in hoc, quem nunc tracto. Eſt enim neceſſe annum interponere, ut numerorum Liviannrum ſumma cnnſtet. Etenim annum primum Decemvirorum vocat trecenteſimum alterum. Octavo autem anno poſt, Tribunos militares ait iniſſe anno trecenteſimn decimo, cum tamen, ſi diligenter numeres, treecenteſimus nonus is ſit vocandus. Neque vero dici poteſt nnmerum poſteriorem eſſe mendosè, nam in omnibus vetuſtis libris ita eſt, & ſi cum numerum mutes, qui deinceps ab eo nominantur, omnes erunt mutandi, & mira numerorum orirerur confuſio. Miror autem Livium in tam paucis annis rectam ſupputationem tenere non pntuiſſe, præſertim vero cum iidem Conſules, quos ab Decemviris ad Tribunos militares numerat, ſint etiam apud Dinnyſium, & Caſſiodnrum. Cauſſa forte erroris inde nata eſt, qund Tribunos plebis ait de continuandn Cnnſulatu in alterum annum M. Horatio, L. Valerio Cnnſulibus (*legem*) laturos fuiſſe. Tuliſſe tamen eos ex verbis ejus non apparet. An vero legem pro lata ipſe habuerit, quæ ne promulgata quidem fuerat, cum hos numeros poſuit, in incerto eſt.

Interſerit Livius hoc anno eoſdem Conſules, quos ſuiſſe dicit anno antecedenti, cum tamen in Faſtis Capitolinis eoſdem Sigonius tranſiliverit. Vide Sigonii Commentaria in Faſtos Capitolinos ad annum 304. Hinc deinceps iterum Liviana Chronologia Varronianæ concordat, quæ anno integro Capitolinam præcurrit.

Ad Annum Livianum U. C. CCCX.

Livius (ut dixi) annum quo Tribuni militares Conſulari Pnteſtate primum facti ſunt, trecenteſimum decimum vocat. Quem numerum negligit Glareanus, & ad arbitrium numeros commutandns eſſe cenſet.

Neceſſariò Glareanus annorum numerum mnrat, qnia Conſules à Livio omiſſos Livianæ Chrnnologiæ adnumerat, quaſi ex Typographi negligentia, non Livii, omiſſi ſint.

Ad Annum Livianum U. C. CCCXXXIV.

HOc annn Interreges ponimus ſine Conſulibus aut Tribunis militum, ex verbis Livii lib. IV. Cum pars major inſequentis anni per novos Tribnnos ple-

plebis, & aliquot Ioterreges certaminibus extracta eſſet. Ad hæc vero ſi omittamus hunc annum, ſequentes numeri, quos ponit Livius, non quadrabunt. Hoc tamen etiam contempſit Glareanus.

Livius ponit hoc aano Interreges ſine alio Magiſtratu, cum io Tabulis Capitolinis nihil de Interregibus habeatur. Vide Signnium in Commentariis ad Faſtos Capitolinos ad aanum Capitolinum 333. Hinc deineeps Liviana Chronologia raccurrit duobus annis Capitolinam, & uno Varronianam.

Ad annum Livianum U. C. CCCLVI., & CCCLIX.

HAbemus hoc anno iater Tribunos Militum de plebe L. Atinium, quem Sigonius in Faſtis Capitolinis ad annum 354. L. Atilium vocat. Faſti enim Capitolini apud Sigonium L. Atilinm ſcribunt, quam lectionem à ſe emendatam ex libris antiquis ipſe Sigonius refert in Commentariis ſuis ad Faſtos Capitolinos, atque ad annum 354 Pighius Atinium, non Atilium ſcribit, & ſane Atinia lex Pighio favet. Nam L. Atinio Tribuao plebis hæc attribuitur. Ac profecto Tribuni militum, qui Conſulari poteſtate Rempublicam hoc anoo rexerunt, excepto M. Veturio Craſſo, omnes de Plebe erant. Anno vero Liviano 359., ſive Capitolino 357., quo L. Atinius iterum Tribunus militum fuit, ipſe eum ceteris omaibus Collegis ſuis de plebe fuit, nemine excepto. Sigonio oe an Pighio inhæreamus incertum eſt. Pighio tamen libentius inhæremus, namque in Faſtis Capitoluiis L. Atinius legebatur, niſi Sigonius, ut lectionem emendaret, ipſam potius vitiaſſet.

Ad annum Livianum U. C. CCCLXII., Capitolinum vero CCCLX.

LUcium Lucretium Flavum, & Ser. Sulpicium Camerinum Cnnſules ait Livius factos eſſe poſt quintum decimum annum. Quod ita intelligendum eſt, poſt Conſules ſuperiores, per quindecim annos Tribunos militares eſſe cteatns; poſt autem annum quintum decimum rurſus Conſules eſſe cteatos.

Egregiè Sigoaios juſta Livii computationem, nec ſupereſt quod addamus.

Ad annum Liviaoum U. C. CCCLXV.

LIvius lib. V. in nratinne Camilli Romam captam ſignificat tribus Fabiis Tribunis militum anno ab U. Condita CCCLXV. Qui numerus ad nnſtram ratinnem præclare quadrat. Nnn poterat autem quadrare ad ſupputationem Glareani, niſi annum illum tranſcenderet, quam nos CCCXXXIV. nominavimus.

Quam recte Sigonii computatio cum noſtra Chronologia in antecedentibus tabulis expoſita concordet, ex Tabulis ipſis benignus Lector intelliget.

Ad annum Livianum U. C. CCCLXVI.

HOc anno nos Camillum Dictaturam continuaſſe ſcribimus. Qund dicitur ex Livio, qui ait Romanns non eſſe paſſos eum Dictatura, niſi anno circumacto abdicare. Quod idem & ex Plutarchn, & ex Capitnlina ſupputatione colligitur. Id quia turbabat neſcio quos numerns, prætermiſit Glareanus. Non poſſe autem omitti ſequentes numeri indicant.

Vide quæ ad anoum Livianum 366. in Tabulis noſtris addidimus.

Ad annum Livianum U.C. CCCLXXIV.

LEgitur hoc aaoo inter Tribunos militum C. Sulpicius. Ad annum vero Capitolinum 372. ipſi correſpondentem legitur Ser. Sulpicius. Sigonius certe in ſuis Commentariis ad Faſtos Capitolinos ad aaaum U. C. 371. (in quem anaum retrahit Tribunos hujus anni) putat ſcribendum C. Sulpicium Peticum. Nos Pighium, & Almelovenium ſecuti in noſtris ad Sigooii Commentaria aotis Ser. Sulpicinm ſcripſimus. Sigoaio ne an Pighio potius adhæreamus, incertum eſt. Videat Lector Sigonium, & Pighium. Livius profecto C. Sulpicium, non Ser. Sulpicium vocat. Ser. Sulpicius Rufus fuit Tribunus militum anno Liviano 372. Ser. Sulpicins Prætextatus ponitur Tribunus militum anno Liviano 374. Qua ratiooe ita hunc nominet Pighius, Pighium lege.

Ad annum Livianum CCCLXXVI.

LEgitur hoc anao inter Trib. milit. Sp. Papirius. Livius certe ſcribit P. Papirium. Sed Sigonius io ſuis Commentariis ad Faſtos Capit. ad ann. U.C. 373., ſive ad ann. 374. juxta Pighium, legit ex Livio ipſo Sp. Papirium, quemadmodum etiam Pighius, & Almelovenius ſcribendum putant. Meadum ergo Typographi eſt ſcripſiſſe P. Papirium pro Sp. Papirio.

Ad annū Livianum U.C. CCCLXXXIV.

STatuit Livius hoc anao C. Licinium Stolonem, & L. Sextium Tribunos plebis. Nos tamea hunc annum à Livio ſuperadditum tranſilimus in adnotatioaibus noſtris ad Faſtos Capitolinos, Pighium, & alios recentiores Auctores ſecuti. Quare in poſterum Liviana Chronologia Capitolinam præcurret integris tribus annis, & duobus Varronianam.

Ad annum Livianum U. C. CCCLXXXIIX.

GLareanus ante huoc annum contra Livii auctoritatem interſeruit annum

Digitized by Google

num cum dunbus Tribunis militum. Videbat enim ad numerum anni quadringentesimi, qui à Livin nnminatur, se nnn poſſe pervenire, niſi interponeret annum. Multo autem erat melius, Dictaturam Camilli ex verbis ipſius Livii (ut nos fecimus) quam Tribunos militares duos contra fidem hiſtoriæ numerare. Tribunos autem nnminat C. Licinium Stnlnnem, & P. Valerium V. Qui qun annn ſint reponendi, à nobis ſupra ſun lncn mnnſtratum eſt. De C. Licinin, vero, & L. Sextio Tribunis plebis, quos X. Tribunos vocat Livius, qui niſi IX. eſſe poſſint, niſi annus ille interponatur, dicn, decimum refici poſſe ſine annn illo. Nam qui anno CCCLXXVIII. Tribuni plebis primum facti ſunt, non video cur iidem anno CCCLXXXVII. decimùm refecti recte dici non poſſint.

Nonnulla occurrunt in Scholio antecedente Sigoniano, quæ cum indigeant clariori expoſitione, ut facilius intelligantur, ita per nos explicari neceſſe erat.

Ac primò ea Sigonii verba: *à nobis ſupra ſuo loco monſtratum eſt*, ita intelligenda ſunt: C. Licinium Stolonem Trib. Pl. reponendum eſſe docuimus ad annum Livianum 378. in Scholiis noſtris ad librum VI. Livii num. 75. §. autem Valerium Potitum Poplicolam Trib. Mil. V. ad annum Livianum 385. in iiſdem Scholiis ad eundem Livii librum num. 76.

Secundò verò, cum Sigonii verba, quæ ſubſequuntur in Scholio hoc, nempe: *De C. Licinio* &c. corrupta ab amanuenſibus, vel à typographis fuerint, ita reponenda ſunt. *De C. Licinio verò, & L. Sextio Trib. Pl., quos decimùm Tribunos Plebis vocat Livius, qui nonniſi nonùm eſſe poſſunt, niſi annus ille interponatur, dico decimùm refici poſſe ſine anno illo. Nam qui anno Capitolino CCCLXXVIII. Tribuni Plebis primùm facti ſunt, non video cur iidem anno Capitolino CCCLXXXXII. decimùm refecti rectè dici non poſſint.*

Quæ verba ita repoſita ita planè nobis exponuntur. De C. Licinio Calvo Stolone, & L. Sextio Tribunis Plebis, quos decimùm Tribunos Plebis vocat Livius, nec tamen niſi novies Tribuni Plebis fuiſſe dicendi eſſent, niſi annus ille interponeretur, qui à Glareano interpoſitus eſt (nempe annus immediatè præcedens Livianum 388.) quo ſtatuit duos tantum Trib. Mil. ad Reipublicæ moderamen, nempe C. Licinium Stolonem, & P. Valerium Potitum Poplicolam V.: dico (ait Sigonius) verificari poſſe, quod C. Licinius Stolo decies fuerit Tribunus Plebis abſque interpoſitione ejuſdem anni à Glareano falſiſſimè intruſi. Cum enim C. Licinius Stolo ſimul cum L. Sextio factus fuerit Tribunus Plebis anno Liviano 378. (ut ſuperius vidimus) & in eo Magiſtratu perſeveraverit uſque ad finem anni Liviani 387. non video cur anno eodem 387. decimùm Tribunus Plebis vocari non poſſit, cum ab anno 378. incluſivè accepto ad annum 387. incluſivè acceptum, decem planè numerentur anni. Notandum tamen eſt, C. Licinium Stolonem cum L. Sextio Tribunatum Plebis abſque alio ſupremo

Magiſtratu geſſiſſe per quinque annos continuos ex Livio, & Sigonio, ſed quatuor tantùm ex Tab. Capitol., & Pighio, quibus & nos inhæremus, ut in Tabulis Livianæ Chronologiæ admonuimus.

Livius inſuper arbitratus M. Furium Camillum Dictatorem fuiſſe per aliquam partem antecedentis anni, abdicantibus Tribunis militum eodem anno deſcriptis, ponit hoc anno 388. Tribunos Milit., qui fuerunt ſequenti anno. Sigonius etiam in ſuis Commentariis ad Faſtos Capitolinos tranſilit ann. Capitolinum U. C. 385., qui respondet Liviano 388., itaut inter annum 384., & 386. nullum annum intermedium collocet, eo quia M. Furium Camillum aſſerit quidem Dictatorem factum anno 384., ſed eo abdicante Dictatorem ſubindè factum aſſerit P. Manlium Capitolinum, qui ſuam Dictaturam continuavit in reliquam partem ſequentis anni 385. Et ſane Sigonius ſtatuit Tribunos Militum factos anno Capitolino 386., qui à Livio ponuntur facti anno 388. Ex quo conſtat etiam ex Sigonii ſententia inter annum Capitolinum 384., & 386., ſive inter annum Livianum 387., & 389. annum integrum interfuiſſe, quo Dictatores fuerunt M. Furius Camillus, ac deinde poſt hunc P. Manlius Capitolinus. Interim Liviana Chronologia in poſterum præcedet duobus annis Capitolinam, & uno Varronianam.

Ad Annum Livianum U. C. CCCXC.

HUnc annum, quo L. Genucius, Q. Servilius Conſules fuere, Livius vocat XXV. poſt Romam captam; captam autem fuiſſe dixerat anno CCCLXV., qui numerus præclare quadrat.

Optime Sigonius computat, nec eſt quod objici poſſit.

Ad Annum Livianum U. C. CD.

HUnc annum, quo C. Sulpicius, & M. Valerius Conſules fuerunt, quadringenteſimum ab U. C. nominat Livius. Undecimum autem poſt primum Plebejum Conſulem. Quæ omnia conveniunt.

Primus enim Conſul Plebejus fuit L. Sextius Sextinus anno Liviano 389.

Ad Annum Livianum U. C. CDI.

HIc annus, quo M. Fabius, & T. Quinctius Conſules fuerunt, dicitur à Livio XXXVI. poſt Romam captam, qui numerus quadrat, & oſtendit recte à nobis Dictaturam Camilli pro anno uno eſſe numeratam.

Correximus Typographi errorem, qui vice ſcribendi XXXVI. ſcripſit XXXV. Livius enim annum quadringenteſimum ab U. C. quo Conſules fuerunt C. Sulpicius Pæticus III. & M. Valerius Poplicola, quinctum & triceſimum à Roma capta nominat. Ergo annus 401. ab U. C., quo Conſules fuerunt M. Fabius Ambuſtus III., & T. Quinctius, erit ei Livio ſextus

& triceſimus aanus à Roma capta. Capta fuit à Gallis Roma anno Liviano 385. Ab anno 385. ad annum Livianum 401. interſunt anni completi 36. ergo ſignum eſt, à Livio verè omiſſam Dictaturam Camilli, neque pro anno altero computatam. Livius enim annum 400. ab U. C. dicit triceſimum quinctum eſſe à Roma capta. Ergo annus 401. quo M. Fabius Ambuſtus, & M. Popillius Lærcas ex Livio Conſulatum geſſerunt, erit triceſimus ſextus à Roma capta, non computato anno, quo Camillus Dictator fuit; aliter enim eſſet annus triceſimus ſeptimus. Rectè igitur Sigonius noſter in Liviana Chronologia Dictaturam Camilli pro nno & eodem anno connumerat cum Conſulatu M. Fabii, & T. Quinctii.

Ad Annum Livianum U.C. CDXXII.

ANnum hìc ſine Conſulibus interſerimus neceſſariò. Neque enim aliter ſequentes numeri convenire ad ſummam annorum ibi traditam poſſunt. Quod facimus in hac Chronologia, fecimus etiam neceſſariò in Faſtis Conſulum Capitolinorum. Neque enim eorum annorum ratio ſine hoc anno probe poterat cuſtodiri. Quin etiam Haloander, qui primus hac ætate Chronologias Conſulares ſcripſit, idem fecit. Glareanus autem, quia id negligit, haud ita multo poſt (*nempe ad annum Livianum 429.*) verbis (ut ſolet) Livii parum intellectis, alium & ipſe annum interponit, de quo ibi dicam. Accedit, quod Livius id ipſum, quod facimus, etſi non apertè, at obſcure tamen ſubſignificare videtur, cum ait libro VIII. Dictator ex auctoritate Senatus dictus P. Cornelius Rufinus, Magiſter Equitum M. Antonius. Religio deinde inceſſit vitio eos creatos, Magiſtratuque ſe abdicaverunt, & quia peſtilentia inſecuta eſt, velut omnibus eo vitio contactis auſpiciis, res ad integrum rediit.

Hoc eſt, ita res contigit, perinde acſi nulli Magiſtratus eo anno electi eſſent.

Sigonius hoc anno vel nullos Magiſtratus vel Interreges Reipublicæ præfuiſſe arbitratur. Livius certe, Caſſiodorus, Idatius, Anonymus Noriſianus & alii, nullos Magiſtratus hoc anno fuiſſe probant. Eduardus Simſonius inter Conſulatum antecedentis anni Liviani 418., quo Conſules fuerunt T. Veturius & Sp. Poſtumius, & Conſulatum Cn. Domitii Calvini, & A. Cornelii Coſſi II. nullum inſerit annum medium, nec producit qua ratione hoc faciat. Thomas Lydiat in ſerie ſummorum Magiſtratuum pag. 80. L. Papirium Curſorem, & C. Pœtelium Libonem Conſules hoc anno conſtituit: Pighius, Noriſius, & Almelovenius, & alii plures Thomam Lydiatum ſequuntur. Vide Pighii in Pighio fundamentum. Vide tamen etiam Sigonium noſtrum in Commentatiis ſuis ad Faſtos Capitolinos ad annum U. C. 420.

Ad Annum Livianum U. C. CDXXIX.

GLareanus, quia Interregum annum, quem nos anno CDXXII. numeravimus, prætermiſit, propterea hìc annum interſerere cogitur contra fidem hiſtoriæ. Nititur autem verbis Livii libro nono. Anno circumacto bellum deinceps Dictatore Q. Fabio geſtum, Conſules novi, ſicut ſuperiores, Romæ manſerunt. Hæc verba ita interpretatur, ut priore anno Dictatorem Fabium, poſteriore, novos Conſules collocet, L. Papirium, & Q. Publilium. Qua in re vehementer errat; eſt enim intelligendum, eodem anno, quo Q. Fabius Dictator bellum geſſit, novos Conſules L. Papirium, & Q. Publilium Magiſtratum geſſiſſe. Id autem ita eſſe probant monumenta Capitolina, quæ L. Papirio Curſori IV. & Q. Publilio Philoni IV. Conſulibus, Q. Fabium Maximum Dictatorem cum Q. Aulio Mag. Equ., & in locum Q. Aulii occiſi C. Fabium ſubjiciunt, ut etiam Livius, item Diodorus, ut ante dixi.

Quam rectè Sigonius, tam perperam Livium interpretatus eſt Glareanus hoc loco. Sigonius certe, Pighius, Petavius, Almeloveniua, & alii per totum hunc annum L. Papirium Curſorem Dictatorem, & L. Papirium Craſſum Magiſtrum Equitum fuiſſe putant. Livius tamen hoc anno ponit Conſules factos, qui apud eoſdem Auctores ponuntur ſequenti anno facti. Vide Sigonium & Pighium in Comment. ad Faſtos Capitolinos. Quare Liviana Chronologia impoſterum concors ibit cum Varroniana, atque anno integro præcedet Capitolinam.

Ad Annum Livianum U.C. CDXXXI.

PRoxime ante hunc annum Glareanus interjicit annum L. Papirii Curſoris Dictatoris ſine Conſulibus, cum his verbis: Alios ſecuti hos poſuimus, eum tamen Livius ne verbo quidem meminerit ejus anni, ſed præcedente anno eorum facit mentionem. Si Livius ergo non meminit ne verbo quidem, neque ad rationem annorum Livianam hic annus pertinet, immo vero eodem, ut ex ſequentibus numeris apparebit, valde perturbatur, cur in Chronologia Liviana interſeritur? Neque verò diſputo, rectè fecerit Livius, nec ne. Nam hunc Dictatorem video in Capitolinis monumentis probari, ſed id dico Glareanum in ea Chronologia aut Livii auctoritatem ubique debuiſſe complecti, aut ubique contemnere; Neque enim ad unam normam omnes Scriptores ſupputationem annorum Romanorum direxerunt.

Bene

Digitized by Google

Bene Glareanus poſt annum Livianum 430. ponit L. Papirium Curſorem Dictatorem fuiſſe, & L. Papirium Craſſum Magiſtrum Equitum, ſi Varronianæ Chronologiæ habenda ſit ratio; ſed male hunc annum Livianæ Chronologiæ includit. Nam juxta Varronianam Chronologiam L. Papirius Curſor verè Dictator fuit anno 430. cum idem Papirius Dictator fuerit factus anno antecedenti, ita ut per annos duos ſuam continuaverit Dictaturam. Vide Sigonii & Pighii Commentaria, & noſtras adnotationes ad annum Capitolinum U. C. 428. & 429. tom. 1.

Ad Aooum Livianum U. C. CDXLIV.

IN Tabulis Capitolinis ad annum U. C. 444. ponitur L. Papirius Curſor Dictator II., & C. Junius Bubulcus Brutus Mag. Eq. II. de quibus ne verbum quidem Livius, qui hunc annum tranſilit, neque inter Conſulatum Q. Fabii Maximi Rulliani II., & C. Marcii Rutili (qui Conſules fuerunt anno Capitolino 443.) & Conſulatum P. Decii Muris II., & Q. Fabii Maximi Rulliani III., (qui Conſules fuerunt anno Capitolino 445.) alium Conſulatum interponit. Vide Sigonium, & Pighium ad eundem annum Capitolinum 444. Interim Liviana Chronologia anno tardior procedet, quam Varroniana, & concordabit Capitolina.

Ad Annum Capitolinum U. C. CDLII.

POnitur hoc anno in Tabulis Capitolinis Dictator Q. Fabius Maximus Rullianus, & Magiſter Equitum M. Æmilius Paullus, cui ſuffecti ſunt M. Valerius Corvus Dictator, & Pub. Sempronius Sophus Mag. Equ. Livius vero ponit hoc anno Conſules, qui in Tabulis Capitolinis fuerunt Conſules ſequenti anno. Vide Sigonium & Pighium in Faſtos Capitolinos ad hunc ipſum annum 452. Atque inde fit, ut Liviana Chronologia à Sigonio expoſita anno integro decedat, ſeu retrocedat à Tabulis Capitolinis, ac toto biennio à computatione Varroniana.

Ad Annum Livianum U. C. CDLIII.

POnitur à Livio M. Fulvius Pætus, quem Faſti Siculi, & Capitolini M. Fulvium Pætinum nominant, quod parum intereſt ad rem noſtram.

Ad Annum Livianum U. C. CDLVII.

HUnc annum, quo Conſules fuerunt Q. Fabius V. P. Decius IV. vocat Livius quadrageſimum ſextum belli Samnitici, quod bellum cœptum eſſe ſcribit, M. Valerio A. Cornelio Conſulibus, ideſt anno ab U. C. CDXII. Qui numerus ad noſtram rationem præclare cadit, at Glareani non item, verum quadrageſimus ſeptimus erit legendum. Idque quia Dictaturam L. Papirii Curſoris, diſcedens à Livio, numeravit,

Egregie Sigonius, nam primus annus belli Samnitici fuit juxta Livium annus 412.

Ad Anoum Livianum U. C. CDLXI.

HIc interciderunt X. libris Livii. Itaque Conſules, qui ejus libri continebantur, ex Caſſiodoro ſubjecimus. Cujus ſummam, quia cum numeris Livianis, qui ſequuntur, maxime convenire comperimus, in eam opinionem venimus, tabulas Caſſiodori ab ipſo Caſſiodoro ex Liviana eſſe hiſtoria concinnatas. Idem etiam in reliquis libris, qui amiſſi ſunt, faciemus.

Deficit nos hic Livius tota ſeconda Decas uſque ad primum tertiæ librum, qui ordine hiſtoriæ viceſimus primus eſt. Quare ab hoc anno incluſive uſque ad annum Livianum 532. Conſulum nomina petenda ſunt vel à Livii Epitoma, quæ tamen ea ſæpe ſilentio præterit, vel potius à Caſſiodoro, qui Conſulum nomina in Faſtis ſuis ex Livio, quem integrum præ manibus habuit, diligenter excerpſit.

Ad Aooum Livianum U. C. CDLXV.

SIgonius hoc anno ponit Conſulem Sp. Nautium, & teſtem citat Caſſiodorum, qui C. Nautium, non Sp. Nautium nominat. Nos in Faſtis Capitolinis ad annum U. C. 466. Caſſiodorum, Pighium, & Almelovenium ſecuti, C. Nautium expoſuimus.

Ad Anoum Livianum U.C. CDLXXXIII.

ANte hunc annum, quo Conſules edidimus P. Sempronium & Ap. Claudium ex Caſſiodoro, Glareanus interjicit annum alterum cum Conſulibus Q. Fabio Pictore, & L. Quinctio Gulone, quos Conſules non habet Caſſiodorus; & quamquam ſcio Glareanum idipſum optimis fœtum auctoribus feciſſe, quos ipſe etiam in Capitolinis Conſulibus reſtituendis ſecutus ſum, dico tamen, eos ad Livianam ſummam non convenire. Rectè autem à Caſſiodoro ex Livii auctoritate omiſſos eſſe. Quod ipſum ſequentes numeri indicabunt.

Hoc aſt, quod ipſum ex annorum numero ſingulis annis juxta Livium adnotato compertum fiet, atque etiam ex ſubſequentibus Scholiis.

Ad Anoum Capitolinum U. C. CDLXXXIV.

HAbemus hoc anno Conſules Q. Ogulnium Gallum, & C. Fabium Pictorem, quos omittit Sigonius in Liviana Chronologia, quia eos in Caſſiodoro non reperit. Vide Sigonii Commentaria in Faſtos Capitolinos ad hunc ipſum annum. Interim Liviana deinceps Chronologia integro biennio retrocedet à Capitolina, integro vero triennio à Varroniana.

Ad

Ad Annum Capitolinum U. C. CDLXXXVI.

ANnum, quo Ap. Claudius Conſul bellum Pœnis intulit, vocat (*Livius*) ab U. C. CDLXXXVI. quamquam Glareanus CDLXXXIIX. corrigit, ut eo loco dictum eſt. Glareanus item ante hunc aonum (*Livianum*) aliom interſerit annum cum Cooſulibus M. Valerio Maximo, Q. Manilio Vitulo, quos non habet Caſſiodorus. Deeſt autem forte hic annus ad aliorum Scriptorum ſuppotationem, ut ad Capitolioam, at ad Livianam nullo modo. Quod ex ſequentibus numeris apparebit. Eſt autem intelligendum, quamquam Capitolinæ Tabulæ annum hunc deſiderant, reſpuere tamen nomioa Cooſulum eorum, quos edit Glareanus, ac tres quidem adhuc anni in Chronologia Liviana contra Livii auctoritatem à Glareano ſunt interjecti.

Interjieit Glareanus tres annos, nempe Dictaturam L. Papirii Curſoris, anno 43?. Conſulatum Q. Fabii Pictoris, & L. Quinctii Guloris, anoo 483. & Conſulatum M. Valerii Maximi, & Q. Manilii Vituli, anno 486. ut Livianam Chronologiam Varronianæ ſeu verius Capitolinæ conciliet, ſed interim integris tribus annis aberrat à Liviana, quæ in poſterum uſque ad finem retrocedet, tribus annis à Capitolina, & quatuor à Varroniana, juxta calculum Sigonianum, qui ab anno Capitol. 429. ad annum 500. quatuor addit annos, quos Livius prætermiſit; nempe annum 429. quo L. Papirius Curſor Dictator fuit I. annum 444. quo idem L. Papirius Curſor Dictator fuit II. annum 452. quo Q. Fabius Maximus. Rullianus II. Dictator fuit; & anuum 488. quo Q. Fabius Gurges III. & L. Manilius Vitulus Conſules fuerunt. Vide Tabulas antecedentes, & confer Livianam Chronologism eum Capitolina, quæ ſemper anno minor eſt quàm Varroniana.

Ad Annum Livianum U. C. DI.

ANnum, quo P. Claudius & L. Junius Cooſules fuerunt, quiogenteſimum primum ab Urbe Condita vocat Livius, ut in anno DCI. demonſtrabo. Qui numerus oſtendit, recte à nobis, & à Caſſiodoro annos eos, quos de ſuo addidit Glareanus, eſſe omiſſos. Siquidem hunc annum vocat DIV.

Studium omne Glareani in hoc ſiſtit, ot Livianam Chronologiam Varronianæ conformet; quare ſupplet ille vel de aliis Chronologis, vel de ſuo Conſulatus illos, quos deeſſe videt in Livio. Cum tamen Glareanus hunc annum vocet DIV. juxta ſuam Chronologiam, concordabit quidem cum Capitolina, ſed integro anno diſcordabit à Varroniana, quæ Cooſulatum P. Claudii, & L. Junii aſſignat anoo Urbis Conditæ DV., ergo Glareanus nec Livianæ concordat Chronologiæ, nec Varronianæ, cui à principio inhærebat.

Quod pertinet ad majorem lucem hoie Scholio afferendam, notandum eſt, captam fuiſſe Romam anno Liviano 365. Ab anno 365. ad annum Livianum 401. interſunt anni completi 36. Ergo ſignum eſt, à Livio verè omiſſam Dictaturam Camilli, nec pro anno altero computatam. Livius enim annum 400. Urbis Conditæ tricesimum quintum eſſe refert à Roma capta, & recepta. Ergo annus 401., quo M. Fabius Ambuſtus, & M Popilius Lænas Conſules fuerunt, erit triceſimus ſextus, non computato anno illo, quo Dictator Camillus fuit. Aliter enim eſſet annus triceſimus ſeptimus. Vide Livium ad annos Urbis Conditæ 400., & 401. Recte igitur Sigonius in Chronologia Liviana Dictaturam Camilli pro uno & eodem anno connumerat eum Conſulatu M. Fabii, & T. Quinctii.

Ad Aonum Livianum U. C. DXIX.

ANte hunc annum, qui Conſules habuit, auctore Caſſiodoro, M. Pomponium, & C. Papirium, Glareaous quartum annum temerè interſerit cum Conſulibus; quorum oomina ait ſe reperire non potuiſſe, idque ſe facere ait, Cicerone, Plinioque auctoribus. Eſt autem intelligeodum, hunc annum reſpici primum à Livio, cui ipſe io ea Chronologia ſervit, quod ſequentes numeri confirmant. Deinde à Caſſiodoro, & à Capitolinis auctoribus, qui ambo Lepido, & Poblicio Conſulibus, Pomponium, & Papirium Conſules ſuggerunt, nullo anno, ut nos fecimus, interjecto. Gellius lib. XVII. divortium primum Romæ factum ait anno U. C. DXIX., ideſt M. Pomponio, C. Papirio Coſs., ut ait Diooyſius lib. II.

Sigonii verba in hoc Scholio: *Eſt autem intelligendum &c.* ita intelligenda ſunt. Erat autem intelligendum à Glareano, quod annus à Glareano ipſo temerè intruſus reſpuitur à Livio, cui ipſe Glareanus inſiſtit. Annorum enim numeri à Livio computati rejiciunt annum hunc, quem etiam Faſti Capitolini rejiciunt cum Caſſiodoro.

Ad Annum Livianum U. C. DXXIII.

ANnum, quo P. Valerius, & M. Atilius Conſules fuerunt, vocat Gellius lib. IV. Cap. III. ab Urbe Condita quingenteſimum vigeſimum tertium, ut nos fecimus. Quod eſt argumento, aut Livium, aut alium auctorem banc rationem annorum, quam nos ex Livio collegimus, eſſe ſecutum. Quem ann. Glareanus vocat quingenteſimum vigeſimum ſeptimum.

Beoe Glareanos vocat hunc annum DXXVII., nam plane anno Varroniano DXXVII. fuerunt Conſules P. Valerius, & M. Atilius.

Iuc-

Fuerunt enim Conſules anno Capitolino DXXVI. Peccat tamen Glareanus, quod annorum ordinem deſtruit, quem Livius tenet, & modo Livianam Chronologiam Varronianæ, modo Capitolinæ conformat.

Ad Annum Livianum U. C. DXXXII.

LIvius lib. XXX. bellum Punicum ſecundum, quod cœptum eſt P. Scipione, & Tib. Sempronio Conſulibus, cœptum eſſe ait annos XXIII. poſt pacem Pœnis primùm victis datam, Q. Lutatio, & A. Manlio Conſulibus. Qui numerus egregiè quadrat, neque annum quemquam à Glareano interſeri patitur.

Q. Lutatius, & A. Manlius Conſules fuerunt anno Liviano 509., quo data Pœnis primùm victis pax eſt à Romanis. Anno autem Liviano 532. cœpit bellum Punicum ſecundum, P. Cornelio Scipione, & Tib. Sempronio Coſs. Ab anno 509. ad annum 532. viginti tres anni interſunt. Ergo male à Glareano contra Livii mentem inſeritur alter annus.

Ad Annum Livianum U. C. DIL.

BEllum ſecundum Punicum (quod Lentulo, & Pæto Conſulibus finitum eſt) anno LXIII. à primo Punico (*bello*) confectum eſt, quod Ap. Claudio Conſule cœptum eſt. Quadrageſimo verò poſt pacem Pœnis datam, Q. Lutatio, & A. Manlio Conſulibus, itemque decimo ſeptimo anno, quàm cœptum erat. Hoc Livius lib. XXX. Et XXXI., qui numeri Glareanum omnino redarguunt.

Ut faciliùs hoc Scholium intelligatur, notandum eſt, primum Punicum bellum initium habuiſſe anno Liviano 486. Ap. Claudio, & M. Fulvio Coſs., finitum verò anno Liviano 509. Q. Lutatio, & A. Manlio Coſs. ſecundum Punicum bellum cœptum eſt, P. Cornelio Scipione, & Tib. Sempronio Longo Coſs. nempe anno Liviano 532. Finem verò habuit, Lentulo, & Pæto Conſulibus, nempe anno Liviano 549. Ergo ſecundum Punicum bellum duravit annos 17., nempe à Conſulatu P. Cornelii Scipionis, & Tib. Sempronii Longi, uſque ad Conſulatum Cn. Cornelii Lentuli, & P. Ælii Pæti. His poſitis evidenter oſtenditur, à principio primi Punici belli, nempe ab anno Liviano 486. ad finem ſecundi, nempe ad annum 549. ſexagintatres annos interfuiſſe. A fine verò primi Punici belli, nempe ab anno Liviano 509. ad annum 549. quadraginta annos interceſſiſſe.

Ad Annum Livianum U. C. DL.

ANnum, quo Conſules fuerunt P. Sulpicius Galba, C. Aurelius Cotta, Livius lib. XXXI. ſexageſimum tertium nominat ab Ap. Claudio Conſule, qui primus bellum Pœnis intulit anno CDXXCVI. & quadrageſimum tertium

poſt A. Manlium, Q. Lutatium Conſules, quibus pax Pœnis data eſt anno DIX. Idem hunc eundem annum vocat quingenteſimum quadrageſimum ab U. C. quamquam quinquageſimum, ut ait etiam Glareanus, pro quadrageſimo, reponendum eſt, qui numeri dici non poteſt, quàm ad noſtram rationem conveniant; à qua quia ſine cauſſa diſceſſit Glareanus, in eam neceſſitatem compulſus eſt, ut omnes tamquam depravatos emendare cogatur.

Nihil eſt, quod addamus huic Scholio: uſq; adeo omnia vera eſſe conſtat, quæ Sigonius hoc loco adnotavit. Glareanus tamen haud ſine cauſſa (ut ait Sigonius) ſed aliqua ex cauſſa Livianam turbavit Chronologiam, ut eam ad calculum Varronianum revocaret, cui à principio ſe Livius inhærere monſtravit.

Ad Annum Livianum U. C. DLVI.

LIvius lib. XXXIV. annum, quo P. Scipio Africanus II. Conſul fuit vocat DIIX. Aperte per mendum, pro DLVI., nam V. in L., II. in V. vertenda ſunt. Quæ ratio non quadrat ad Glareani inſtitutum, qui DLIIX. corrigit. Cum DLVI. ex ſuperioribus, & inferioribus numeris ſit legendum.

Anno DLVI. Liviano, quo Conſules fuerunt P. Cornelius Scipio Afric. II., & Tib. Sempronius Longus, alii Conſules eſſe non potuerunt, quàm iſti duo; quia à Conſulatu P. Sulpicii Galbæ, & C. Aurelii Cottæ, qui conſtat incidiſſe in annum Livianum DL. ad Conſulatum P. Cornelii Scipionis Afric. II., & Tib. Sempronii Longi ſoli, quinque alii Conſulatus interſunt, ut conſtat ex Idatio, Anonimo Noriſiano, Tabulis Capitolinis, & Siculis, Cuſpiniano, Pighio, Sigonio, Almelovenio &c. Ergo bene Sigonius pro numero DIIX., ut perperam legitur in Livio, ſubſtituit numerum DLVI. non ut Glareanus putat DLIIX. Nam potius ut Livianam Chronologiam Varronianæ conciliaret, ſubſtituere debuiſſet annum DLX., vel ſaltem DLIX., ut Tabulis Capitolinis inſiſteret. Ita namque ex ſuperioribus annorum numeris, & inferioribus, qui ſerie continuata, ſive in Livio, ſive in Tabulis Capitolinis leguntur, compertum ſit.

Ad Annum Livianum U. C. DXCVIII.

MAgnam habet quæſtionem, quid ſibi velint verba quædam, quæ ſunt in Epitoma libri XLVII. & apud Caſſiodorum in Conſulibus. De quorum interpretatione prope deſperaſſe Glareanus videtur. Ea ſunt. Conſules anno quingenteſimo nonageſimo octavo ab Urbe Condita Magiſtratum peractis comitiis, inſequentiſque anni Conſulibus creatis inire cœperunt. Mutandi comitia cauſſa fuit, quod Hiſpani rebellabant. Apud Caſſiodorum verò.

Q. Fulvius. T. Annius.

Hi primi Conſules K. Jan. Magiſtratum inierunt propter ſubitum Celtiberiæ motum.

M. Marcellus. L. Valerius.

Magnam quidem inquam hæc verba habent quæſtionem, verum eam ego, quia ad rem, quam ſuſcepi, maxime pertinet, quoad potero, explicabo. Eſt igitur intelligendum, non Q. Fulvium, & T. Annium Conſules primos K. Jan. iniſſe anno ab U. C. quingenteſimo nonageſimo ſeptimo, ſed M. Marcellum, & L. Valerium quingenteſimo nonageſimo octavo. Nam cum Celtiberi, Q. Fulvio Conſule, qui prœlio ab iis victus fuerat, ut ait Appianus in Iberico, in ſpem victoriæ erecti, ſubito omnes rebellaſſent, placitum eſt, ut Conſulum ſtatim comitia haberentur; ac Conſules deſignati extemplo Magiſtratum acciperent, neque Idibus Martiis, ut ante, ſed K. Jan., ut nunquam ante alias, inirent. Quod ipſum etiam ex Obſequente probatur, qui ait Marcello Conſule omnes Magiſtratus abdicaſſe. Caſſiodori autem verba ita accipienda ſunt, ut Q. Fulvio, & T. Annio Conſulibus mutatum eſſe ineundi (Conſulatus) diem dicamus, non ipſos iniſſe, atque ſequentibus Conſulibus id ipſum eveniſſe interpretemur. Quod ſi ita eſt, & hic etiam numerus optimus à Livio traditus eſt.

Sigonius hic non cum unico Glareano, ſed cum omnibus fere Chronologis, ac preſertim cum Pighio, Petavio, Simſonio, Ricciolo, Pitiſco, Almelovenio, & aliis diſſidium habet, neque ſcio, quo pacto ipſius defenſionem aggrediar, cum & ipſe contrarium ſentiam, Caſſiodoro ſententiam noſtram manifeſtiſſime propugnante. Verba igitur Livii in Epitoma libri XLVII. ita ſunt à nobis intelligenda: Conſules M. Marcellus, & L. Valerius anno (Liviano) ab Urbe Condita DXCVIII peractis comitiis Magiſtratum Calendis Januariis inire cœperunt. Inierunt quidem Calendis Januariis Conſulatum anno antecedenti etiam Q. Fulvius Nobilior, & T. Annius Luſcus, qui propter Celtiberorum defectionem Calendis Januariis Magiſtratum inierunt, quem Idibus tantùm Martiis inire conſueverant. Verùm urgens neceſſitas Romanos ad prœmaturam hujuſmodi electionem coëgit. M. tamen Marcellus, & L. Valerius Calendis Januariis Conſulatum ex inſtituto primi inierunt. Hujus autem inſtituti cauſſa fuit male res geſta à Q. Fulvio Nobiliore anno antecedenti cum Celtiberis in Hiſpania. Hic autem mos Conſulatum ineundi Calendis Januariis in poſterum ſemper ſervatus fuit. A principio Reipublicæ aliis temporibus Conſules Magiſtratum inibant. Idibus Martiis iniri Conſulatus cœpit in ſecundo Punico bello, cum antea Idibus Maji inire illum mos eſſet. Vide Sam. Pitiſcum in Lex. Ant. Rom. ad vocem *Conſul*. His præſuppoſitis patet manifeſtiſſime Caſſiodori ſententia. Primi enim Conſulatum inierunt Calendis Januariis Q. Fulvius Nobilior, & T. Annius Luſcus, ſed per accidens urgente neceſſitate. M. verò Marcellus, & L. Valerius anno Liviano 598. primi fuerunt, qui ex inſtituto Calendis Januariis Conſulatum inirent, neque aliquid refragante Caſſiodoro, & Livii Epitoma concludetur.

Ad Annum Livianum U. C. DCI.

ANnum, quo Conſules fuerunt M'. Manilius, & L. Marcius ab Urbe Condita DCI. nominavimus, & præclare; his enim Conſulibus (ut omnes tradunt) tertium bellum Punicum cœptum eſt. Quod anno DCI. initum eſſe ſcriptum eſt in Epitoma libri LXIX. his verbis: Tertii Punici belli initium altero & ſexcenteſimo anno ab Urbe Condita, intra quinctum annum, quàm erat cœptum, conſummati. Adde quod ludi ſeculares quarti, qui Cenſorino Auctore ex Livii ſententia facti ſunt M'. Manilio, & L. Marcio Conſulibus, in eadem Epitoma editi eſſe dicuntur anno ab Urbe Condita ſexcenteſimo primo. Ludi Diti Patri ad Terentum, ex præcepto librorum Sibyllinorum facti, qui anno centeſimo (fervente) primo Punico bello quingenteſimo & altero anno ab Urbe Condita facti fuerant. Hæc ille (*hoc eſt Cenſorinus*) his ex verbis non ſolum illud intelligi poteſt, M'. Manilium, & L. Marcium Conſules in annum DCI. incidiſſe, ſed etiam P. Claudium, & L. Junium, qui Conſules centeſimo ante anno fuerunt, & quibus Conſulibus ludos tertios ſeculares ex Livii ſententia factos fuiſſe ſcribit Cenſorinus, anno DCI. ab Urbe Condita Magiſtratum, ut nos ſcripſimus, geſſiſſe. Hunc tamen annum Corrector Livii Glareanus vocat. DCV.

Recte Glareanus juxta Varronianam Chronologiam, male juxta Livianam.

Ad Annum Livianum U. C. DCXXX.

HOc anno habemus Conſulem P. Manlium cum C. Papirio, ut habet Caſſiodorus. Verum Sigonius in ſuis Commentariis ad Faſtos Capitolinos P. Manilium, non P. Manlium nominat. Manilium Pighius, & Almelovenius ex Idatio, & Faſtis Siculis ſcribunt. Vide Pighium, & Sigonium ad annum Capitolinum 633.

Ad Annum Livianum U. C. DCXLII.

HOc anno ponuntur Conſules Ser. Galba, & M. Scaurus. Ad annum vero Capitolinum 645. ipſi in Tabula noſtra coreſpondenter ponuntur Conſules Ser. Sulpicius Galba, & Q. Hortenſius, cui ſuffectus eſt M. Aurelius Scaurus. Notandum eſt igitur, in Chronologia

Li-

Liviana poni Conſulem ſuffectum pro Conſule ordinario, quia Q. Hortenſius Conſul deſignatus non adiit Magiſtratum. Vide Pighium, cui concordar & noſter Signnius, qui Scaurum quidem ſuffectum fuiſſe dicit, ſed cni ſuffectus fuerit tacet. Vide Sigonium in Commentariis ad Faſt. Capitol. ad annum Urbis Conditæ 645.

Ad Annum Livianum U. C. DCCI.

IN Epitoma Libri CXXXIII. ſcriptum eſt, Auguſtum triumphos tres in urbem invexiſſe, & finem bellis Civilibus impoſuiſſe anno altero & vigeſimo, qui numerus quadrat. Nam bella Civilia cœpta ſunt, Lentulo, & Marcello Conſulibus.

Et ad finem perducta C. Ceſare Octaviano IV. & Sex. Appulejo Coſſ.

Ad Annum Livianum U. C. DCCVI.

POnuntur hoc anno à Livii Epitoma Conſules C. Cæſar, & C. Maximus; Cum tamen C. Maximus à C. Cæſate ſibi ipſi ſuffectus fuerit. Fuit enim C. Cæſar Conſul ſolus per poriorem anni partem, tum duos elegit Conſules, nempe Fabium Maximum, quem ſibi ſuffecit, & C. Trebonium, quem Fabio Maximo Collegam dedit in reliquam anni partem. Ultima vero ejuſdem anni die in locum Fabii Maaimi ſuffecit honoris gratia Caninium Rebulum.

Ad Annum Livianum U.C. DCCXXVIII.

HOc anno pononrur Conſules à Caſſiodoro C. Cæſar Aug. X. & Cn. Piſo, qui ſuffectus, non ordinarios Conſul fuit. Conſul enim ordinarius, Auguſti Collega fuit A. Terentios Varro Murena. Abdicantibus vero Conſulibus ordinariis nempe, Auguſto, & Varrone, in locum Aoguſti ſuffectus fuit L. Sextins, in locum vero Varronis Cn. Calpurnius Piſo. Vide Pighii & Sigonii Commentaria in Faſtos Capitolinos ad annum U. C. Capitolinum 730.

Ad annum Livianum U. C. DCCXLI.

SI Hiſtoria Liviana morte Druſi in Germania & funere ejus (ut apparet) finita eſt, (*a*) pruſecto uſque ad annum (*Livianum*) DCCXLI. pervenit; eſt enim mortuus,ſe (*b*) & T. Quinctio Criſpino Coſs. ut ait Dio lib. LV. quem annum vocat Glareanus DCCXLV. (*c*) Exponit autem Conſules uſque ad annum DCCLXII., quia, inquit, uſque eò Livianam Hiſtoriam pervenire præter unum aut alterum annum, cum in ſeptimo & decimo ante anno (*d*) finiatur.

Bene autem concordant anni tam Urbis Conditæ, quam ante Chriſtum natum in Liviana Chronolngia à nobis expoſita cum annis Varronianis & Capitolinis, & cum annis ante Chriſtum natum juxta communiorem Chronologorum ſententiam. Annus enim Livianus Urbis Conditæ 741. juata Varronianam ſententiam reſpondet anno 745., propter quatuor Conſulatus à Livio omiſſos. Sed anno Varroniano 745. reſpondet Capitolinus 744., ergo anno Liviano 741. aſſignandus erat annus 13. ante Chriſtum natum; anno enim Varroniano 745. reſpondet annus 9. ante Chriſtum natum. Anno autem Liviano 741. bene etiam aſſignandus erat annus Chriſti 13., anno enim Capirolino 744. aſſignandus erat annus idem 9. ante Chriſtum natum, nam licet Varroniana Chronologia diſcordet anno integro à Capitolina, concordes tamen ſunt ambæ in computatione annorum ante Æram vulgarem Chriſti.

COROLLARIUM.

PAtet ergo è ſuperioribus Sigonii Scholiis, & adnotationibus noſtris in eadem Sigonii Scholia ſuper Liviana Chronologia à nobis expoſita, hanc pluries à vero aberraſſe, ut hìc demonſtrabo.

Ab anno Liviano 245., & 244. Capitolino uſque ad annum Livianum 264., & Capitolinum 265. excluſivè, Liviana Chronolngia bene concordat cum Varroniana, & integro præcurrit anno Capitolinam.

Ab anno Liviano 264., & Capitolino 265. uſque ad annum Livianum 303., & Capitolinum 305. excluſivè, Liviana Chroonlogia integro retrocedit anno à Capitolina, & duobus à Vartoniana.

Ab anno Liviano 303., & Capirolinn 303. oſque ad annum Livianom 306., & Capitolinum 305. excluſivè, Liviana Chronologia concordat omnino cum Capitolina, & integro retrocedit anno à Varroniana. Vide adnot. noſtras ad annum Livianum 303.

Ab anno Liviano 306., & Capitolino 305. uſque ad annum Livianum 335., & Capitolinum 333. excluſivè, Liviana Chronologia integro præcurrir anno Capitolinam, & bene concordat cum Varroniana. Vide adnot. noſtras ad annum Livianum 305.

Ab anno Liviano 335., & Capitolino 333. oſque ad annom Livianum 385., & Capitolinum 382. excluſivè, Liviana Chronologia præcurrit duobus annis Capitolinam, & uno Varronianam. Vide adnot. ad annum Livianum 334.

Ab anno Liviano 385., & Capitolino 382. uſque ad annum Livianum 388. & Capitolinum 386. excluſivè, Liviana Chronologia præcurrit tribus annis Capitolinam, & duobus Vartonianam. Vide adnot. ad annom Livianum 384.

Ab anno Liviano 388., & Capitolino 386. oſque

(*a*) Ut ſentit quoque Joannes Gerardus Voſſius lib. L. de Hiſtor. Latin. Cap. XIX., & alii pleriſque.

(*b*) Mortuus eſt enim Druſus ipſo Druſo, & T. Quinctio Coſs.

(*c*) Recte quidem juxta Varronianam Chronologiam Druſum mortuum refert anno 745., ſed juxta Livianam à nobis expoſitam mortuus eſt anno 741.

(*d*) Glareanus arbitratus Livianam hiſtoriam pervenire peullo plus minus ad annum DCCLXII., exponit Conſules uſque ad hunc annum 762., cum tamen Liviana hiſtoria ſeptimo, & decimo ante anno finiatur, hoc eſt anno Liviano 741. Varroniano 745. Capitolino 744. Protrahit igitur Glareanus Livianam hiſtoriam ab anno Varroniano 745. ad annum 762., ſive ab anno Liviano 741. ad annum Livianum 758. ſive ab anno Capitolino 744. ad Capitolinam 761. Terrere igitur Glareanus producit Livianam hiſtoriam decem & ſeptem annos ultra ejuſdem Livianæ hiſtoriæ verum finem.

uſque ad annum Livianum 431., & Capitolinum 430. excluſivè, Liviana Chronologia præcurrit duobus annis Capitolinam, & uno Varronianam. Vide adnot. ad annum Livianum 388.

Ab anno Liviano 431., & Capitolino 430. uſque ad annum Livianum 445., & Capitolinum 455. excluſivè, Chronologia Liviana præcurrit integro anno Capitolinam, & concordat Varronianæ. Vide adnot. ad annum Livianum 429.

Ab anno Liviano 445., & Capitolino 445. uſque ad annum Livianum 453. & Capitolinum 454. excluſivè, Liviana Chronologia concordat cum Capitolina, & retrocedit anno integro à Varroniana. Vide adnot. ad annum Livianum 444.

Ab anno Liviano 453. & Capitolino 454. uſque ad annum Livianum 483., & Capitolinum 485. excluſivè, Liviana Chronologia retrocedit à Capitolina integro anno, & duobus à Varroniana. Vide adnot. ad annum Livianum 452.

Ab anno Liviano 483., & Capitolino 485., uſque ad annum Livianum 486, & Capitolinum 489. excluſivè, Liviana Chronologia retrocedit à Capitolina duobus annis, & tribus à Varroniana. Vide adnot. ad annum Livianum 484.

Ab anno Liviano 486., & Capitolino 489. uſque ad finem, Liviana Chronologia retrocedit tribus annis à Capitolina, & quatuor à Varroniana. Quod monuiſſe ſufficiat, ot intelligas, quàm longè aberret à recta Faſtorum Conſularium ſerie, qui Livio ſoli fidendum eſſe crediderit.

CAROLI SIGONII

LIVIANORUM SCHOLIORUM ALIQUOT DEFENSIONES ADVERSUS GLAREANUM, ET ROBORTELLUM,

JOSEPH MARIA STAMPA RECENSUIT.

AD CAROLI SIGONII
PRO SCHOLIIS SUIS IN LIVIUM
DEFENSIONES
JOSEPHI MARIÆ STAMPÆ
MONITUM.

Sigonii noſtri adverſus Glareanum, ac Robortellum Defenſiones, cum Adnotationibus noſtris non indigerent, recognoviſſe contentus, innumeriſque Typographi erroribus expurgaſſe, per ſe nitentes ac lucidas tibi, Lector, expono. Pauciſſima occurrent, quæ aliquanto lucidius explanari contigerit, ut videbis. Id ſatis mihi ſuperque fuit inviſere, ſi quid uſquam alteruter circa Faſtos Capitolinos, & Livianos objiceret, de quo mihi diſſerere, ac reſpondere oporteret. Quæ non huc ſpectant, alterius cura ſit explorare, diſcutere, judicare. Hactenus Sigonius pro Livio. Nunc Sigonius pro Sigonio diſſerit. Quis inoffenſo Sigonio pro Sigonio intermiſceri præſumpſerit? Nemo cauſſæ alienæ tam ſolers Patronus eſt, ut ſolertior quiſque ſuæ non ſit futurus. Tuemur ea, quæ per ſe tuta non ſunt. Sua tutus auctoritate Sigonius, nec æmulos metuit, nec Patronos admittit. Vale.

Anni ſunt prope ſeptemdecim, cum ego Scholia in T. Livium ſcripſi, quibus locos Scriptoris ejus aliquot partim emendare, partim explicare contendi, nixus, ut rum teſtatus ſum, non contemnendis aliquot veterum monumentorum ſubſidiis, quibus Liviani emendatores ceteri ante me fere caruiſſent. Quoniam autem Henricus Glareanus plus, quam ceteri, in hoc genere ſtudii, atque operæ collocarat, uſque adeo, ut non ſolum quæ ſibi depravata, ſed etiam, quæ aut ſuſpecta aut obſcura viderentur, notaret, aut ingenue ſe non intelligere confitens lectorem iterum, atque iterum de inveſtiganda veritate non modo admoneret, ſed ſæpe etiam obſecraret: haud quaquam gravate feci, ut locos omnes ab eo partim pro obſcuris notatos, partim pro deploratis relictos in primis conſiderarem, & quam male affectis medicinam adhibendam eſſe cenſerem, aut quid de iis omnino ſentirem, teſtatum, apud omnes optimi viri commotus voluntate relinquerem. Verum, quod minime de homine graviſſimo ſuſpicatus fueram, mea quædam in eodem, in quo ille verſatus fuerat, ſtudio nequaquam illi jucunda æmulatio in eam ſuſpicionem ipſum adduxit, ut me notationibus, atque obſervationibus meis de auctoritate ſua detrahere voluiſſe, exiſtimaret. Itaque cum mea in Livium Scholia legiſſet, ſeque multis perſtringi in locis veritus eſſet, credo, quia turpe putaret, quod ſenex ipſe ſe ignoraſſe confeſſus eſſet, juvenem exſtitiſſe, qui tradidiſſet, commotus eſt vehementius, quàm moderatum, atque prudentem hominem decuit, atque ad Jo. Hervagium neſcio quam epiſtolam miſit, in qua modeſte ille quidem errorem ſuum, culpâ in ſæculi ſui malignitatem conjectâ, excuſavit, verum pro gratia, quam ſe habiturum eſſe ei, qui tam multis ſe difficultatibus exſolviſſet, oſtenderet, convicium retulit, aſperius ſ. eo nomine me appellans, quam prudentem facere hominem, in tam levi præſertim injuria, æquum erat. Hæc epiſtola deinde cum in manus Franciſci Robortelli perveniſſet, ejus operâ Patavii eſt divulgata. Quamobrem cum ego Robortello inſanis prope in me illo tempore & ſuorum, & alienorum Scriptorum apparatibus invadenti reſiſtere pararem, haud quaquam mihi committendum putavi, quin illi etiam epiſtolæ reſponderem, ac Glareano de me expoſtulanti ſatisfacerem, quoquo modo poſſem, eam vero reſponſionem in primum librum Emendationum contuli. Quæ ſi quis inter ſe ſcripta conferet, facile intelliget, quanta animi impotentia ſenex octogenarius, ac nullo, ut queritur, à me convicio læſus, de me ſcripſerit, quanta contra moderatione juvenis vix tricennarius, quamquam maxima injuria laceſſitus, reſcripſerit. Sic igitur Glareanus me dum vixit, eſt ultus. Demum mortuo illo, exſtitit, neſcio quis, homo, ut vere dicam, ne nunc quidem mihi notus, verum, quantum ego intelligere poſſum, ab harum literarum ſtudio non abhorrens, qui quaſi arbiter inter me, & meum adverſarium ex compromiſſo adactus, in ea epiſtola, quam nuper Glareani Scholiis præfixit, me erudite quidem, ſed inhomane nimis in Glareanum eſſe invectum, ac juſte propterea à Robortello accuſatum pronunciavit. Neque vero hoc habuit ſatis, quinetiam in meorum Scholiorum contextum neſcio quam defenſiunculam ex Robortelli ferme ſcriptis adverſus me ab ipſo Glareano collectam diſperſit, neque quæ ego quondam aut Glareano, aut Robortello reſponderam, ut illum facere oportuit, addidit. Quamobrem faciendum mihi duxi, ut novæ iſti defenſioni reſponderem. Ac primum quidem, cur ille, aut quiſquam alius meam erga Glareanum humanitatem deſideret, plane non video; etenim cum ſæpiſſime Glareani nomen uſurparem, tamen ab ipſius contumelia ſemper ita abfui, ut aſperiore verbo nullo umquam ipſum appellarim. Niſi vero his dicendi generibus eſt offenſus, cum dixi: Hanc lectionem laudat Glareanus injuſte. Neſcio cur Glareanus miretur. Hoc dixi, quia Glareanus incertus ſententiæ videtur. Quibus verbis, quis eſt, qui merito offendi poſſit, niſi qui, quod ipſe non vidit, ægre ferat, videri alteri fuiſſe perſpectum? Quomodo autem ego aliter agere poteram, cum ita ab initio inſtituiſſem, ut quoties Glareanus aut ambigeret, aut ſibi obſcurum, aut vitioſum, aut inexplicabile videri aliquid diceret, aut lectorem de loci difficultate expedienda rogaret, toties ego, ſi quid ex veterum, quæ ipſe non viderat, monumentis, quod hærentem in ſalebris levare hominem poſſet, haberem, id vero ſtudioſiſſime promerem? Age enim, cur dubitare ſe pretulit Glareanus, ſi dubitationis ſuæ explicationem excogitare noluit? aut cur de loci vulnere nos admonuit, ſi opportunum, atque induſtria quæſitum adhiberi remedium recuſavit? aut cur denique laboranti ſingulis in locis ſibi opem prope ſupplex imploravit, ſi tempeſtivum bonorum, atque amicorum hominum auxilium repudiaturus inaudita ante contumacia fuit? At appellaſti illum ſæpius, quam hominis dignitas poſtulabat. Qua ille præditus dignitate fuerit, ne nunc quidem me plane ſcire confiteor: Poëta Laureatus inſcribebatur. At ea jampridem inter literatos recepta conſuetudo eſt, ut quiſque de literatis non ſolum, qui Laurea donati ſunt, ſed etiam, qui donarunt, libere in rem communem, quid

ſen-

ſentiat, ſine ulla juſta reprehenſione, expromat, modo ſine convicio agat, ut ego cum Glareano; ſemel enim, aut iterum tantum uſus ſum trito illo jam, ac pervulgato verbo, ut dicerem, errare ipſum; quem vero errorem vocavi, ne ipſe qnidem defendit. Quod ſi ſcripſiſſem, ut ille de aliis: Quidam putant: Quidam mutant abſque judicio, multo ille mihi juſtius ſuccenſuiſſet, quaſi vero celebre apud alios Glareani nomen meis unus ipſe inſerere ſcriptis erubuiſſem. Nam ſi locutus eſſem, quo modo idem ille de Valla locutus eſt (Lav. Valla mirum in modum hoc loco luctatus eſt, ſed nihil promovit): aut ſi quo modo de Livio ipſo ſcripſit, cui tertio quoque verbo oblivionem, negligentiam, confuſionem, incanſtantiam, longitudinem, improbabilitatemque objecit, ita ut aliquando contumelioſa etiam cum indignatione exclamarit: Hoc eſt hiſtoriam ſcribere? quaſi vero non Livii hiſtoriam nobis emendare, ſed Livium ipſum à nobis amandare voluerit: ſi hoc inquam modo de illo ſeripſiſſem, quis eum (*a*) demum, aut admiratores ferre illius (*b*) poſſent? Unde igitur iſtæ lacrymæ? Unde, niſi, quod quæ defendere, aut Glareanus, aut amici ejus, aut neſciunt, aut non poſſunt, ea ad contumeliam Glareani pertinere, nec niſi (*c*) inferenda contumelia ſe debere, aut obſcurare exiſtimant poſſe. Itaque inhumanitatem objiciunt, ut ſibi jure liceat eſſe inhumanos; contumeliam ſe accepiſſe queruntur, ut honeſtiore nomine contumeliam inferant; quæ eſt autem contumelia? nova .ſ. & inaudita; explicuiſſe aliquid aliquem, quod alter ſibi inexplicabile eſſe confeſſus ſit; neque .n. Glareanus ſe defendit, ſed excuſat, at quo modo? Glareanus hunc locum prave correxit, at & Glareanus ipſe, inquit, jam id videt, ſed à te id vitio verti dolet. Glareanus non legit, immo legit, reſpondet, ſed non meminit. Glareanus non vidit. Non vidit, quia Græcos libros, quos tu habuiſti, non habuit: Glareanus dubitavit, dubitavit, quia doctorum eſt dubitare. Glareanns fatetur ſe non intelligere, fatetur, quia homo eſt ingenuus, tu vero inhumanus, qui, cum intelligas, id ei crimini das. Dii boni, qui erit demnm tam averſo à me animo, qui hæc aliquando legens non ſtomachetur, ac pejus actum eſſe cum Glareano non exiſtimet, quod hæc ei in mentem defenſio venerit, quam quod à me eo modo ſit oppugnatus? quæ malum, iſta defendendi ratio eſt, ut plus reus confiteatur, quam ille, qui accuſat, cupiat confiteri? ac locum defenſioni aut ſibi, aut amicis ſuis nullum amplius relinquat? Verum hoc etiam ferendum; habet enim ſaltem ingenuitatem iſta oratio. Quod vero Robortelli adverſus me ſcripta protulerit, hoc plane miſerum, aut potius miſerandum videtur. An vero, ſi virium Glareanus aliquid habuiſſet, ac nocere mihi, ut cupiit, voluiſſet, alienis me

telis oppugnaſſet, non autem ſuis? aut ſi quidquam in eo ſanitatis fuiſſet, iis me armis umquam petiiſſet, quæ ego jam pridem fregiſſem prorſus, atque ex adverſarii manibus eripuiſſem? Bis enim Robortellus adverſus me ſcripſit, bis ego illi ita reſpondi, ut obmutuerit, quod ego hoc loco non ſcriberem, niſi aut compulſus eſſem, aut res non certo & literarum, & hominum teſtimonio teneretur, exſtant mea adverſus illum volumina duo, unum Emendationum, alterum Diſputationum, quæ in quatuor libros diſtributa incredibilem hominis ferociam incredibiliter compreſſerunt. Quibus igitur ille telis, ſi iterum in certamen deſcenderet, uti amplius, aut nollet, aut non poſſet, quis non graviter commoveatur animo, cum ea, (quaſi firma admodum ſint, quia in me aliquando jacta ſunt,) Glareanum inſigni illa ſua abjecta laurea de terra temere colligentem, atque ſævo in caput meum animo jaculantem inſpiciat? Jam vero illa, quam animi iniquitatem, aut quam jejunitatem non indicant? cum, quæ recte à me ſcripta eſſe infitiari non poteſt, eorum laudem aut manuſcriptorum, aut Græcorum librorum copiæ tribuit, aut ſibi, qui, dubitatione ſua quærendi occaſionem, atque inveniendi viam aperuerit, intemperanter aſſumit? Verum Glareanus fortaſſe excuſationem aliquam habet, qui, quæ ſcripſit, ea, dum vixit, diligenter ſuppreſſit, qui vero illa ediderunt, ac judicium ſuum ultro interpoſuerunt, quis excuſare poterit? quid enim ad eos aut Glareanus, aut ſaltem Robortellus pertinuit? ut Glareani epiſtolam, aut Robortelli librum iterum publicarent, meas autem adverſus illos defenſiones omitterent, & Glareanum à me injuſte convicio laceſſitum, Robortellum juſte propterea in me eſſe invectum aſſererent? an vero ex animi ſententia ſcribunt, an nimis potius Glareani adducti ſtudio ita ſcribunt? ſi ita ſentiunt, cur non Robortelli ſcripta à me oppugnata, quæ admirati videntur, defendenda ſuſcipiunt, atque inſignem hanc, quam doctiſſimus ille vir adipiſci non potuit, triumphi de me acti gloriam ſibi parant? ſin autem honeſta eos erga Glareanum pietas acuit, commendo officium, modo ab eorum, qui illos non offenderunt, offenſione abſtineant. Laudent non modo Glareanum, ſed etiam Robortellum, facient non ſolum patiente, ſed etiam approbante me, at judicii ſui teſtimonium iſtud, in quo grave ſunt aut manifeſtæ inſcitiæ, aut certæ iniquitatis crimen ſubituri, in aliud quæſo tempus omittant, & ſi ipſis convicia tantopere diſplicent, ne velint, dum hæc in aliis injuſte vituperant, dare operam, ut in iis ipſis juſte poſſint inſimulari. Sed jam quales ſint iſtæ Robortelli, aut Glareani reprehenſiones, videamus, atque eis veteres defenſiones meas, quas queror omiſſas, objiciamus.

(*a*) *eum*, nempe Vallam.
(*b*) *illius*, nempe Livii.
(*c*) *nec niſi inferenda contumelia ſe debere, aut obſcurare exiſtimant poſſe*. Hoc eſt: nec exiſtimant ſe debere aut poſſe obſcurare Sigonii famam, niſi inferendo contumeliam.

IN

IN LIBRUM FR. ROBORTELLI

DE CONVENIENTIA SUPPUTATIONIS

Livianam Annorum ab Urbe Condita ſummam cum Capitolina diſcrepare demonſtratur, & Liviani loci multi à turpiſſimis ejus expoſitionibus, & correctionibus vindicantur.

QUod ſcripſi in Commentario Faſtorum Capitolinorum, idem hoc quoque loco neceſſario mihi repetendum videtur: magnam in annis ab Urbe Condita numerandis, ac digerendis inter antiquos ſcriptores diſſenſionem fuiſſe. Hoc enim, & tradit Cicero in Bruto, & nos ita eſſe ex variarum ſupputationum obſervatione deprehendimus, omnis autem hujus controverſiæ cauſſa inde oritur, quod quos alii Conſules, & ſine Conſulibus Dictatores ſæpe interferunt, eos omnino alii prætereunt, quod & in Commentario Faſtorum, & in Chronologia Liviana oſtendi. Eſt autem varia, & inconſtans annorum apud omnes ratio uſque ad quingenteſimum ferme annum ab Urbe Condita, ab eo vero hanc conſtantem inter eos eſſe controverſiam invenio, quod alii alios uno, alii duobus, alii tribus, alii quatuor annis antecedunt, aut ſubſequuntur. Verba vero Ciceronis, quibus hoc confirmatur, ſunt hæc: Livius (a) primus fabulam C. Clodio Cæci filio, & M. Tuditano Coſs. docuit, poſt Romam Conditam anno quingenteſimo decimo, ut hic ait, quem nos ſequimur; eſt enim inter Scriptores de numero annorum controverſia. Atqui annus ille in Faſtis eſt quingenteſimus decimus tertius, at verò apud Plinium, & Ciceronem ipſum quingenteſimus decimus quartus, apud Livium, ut ego ſubduxi, quingenteſimus decimus, ſit tamen, ut malim eo loco legere, quingenteſimo quarto decimo, ut eſt in ſcriptis libris, quoniam Plinium, & Ciceronem eam annorum deſcriptionem, quæ Capitolinam uno anno antecedit, ſequi animadverti. Quod cum ita ſit, equidem ſatis mirari non poſſum, unde Franciſcus Robortellus ad eam opinionem venerit, ut ſummam annorum Livianam, & Dionyſianam ad antiquam Capitolinam redigendam putarit, cumque ipſæ inter ſe diſſimillimæ ſint, me, qui diſſimilitudinem illam ſenſerim, & demonſtrarim coarguendum, atque inſcitiæ nomine accuſandum exiſtimarit. Quamobrem feram hanc etiam illius injuriam, ut alias, æquo animo, atque ipſum toto cœlo errantem, dum maledictis ejus io me reſpondebo, puer ſenem in rectam viam deducam. Quid igitur ille ait? Livius, Dionyſius, Faſti Capitolini in numerandis ab U. C. annis inter ſe conveniunt, quid ego? immo maxime diſcrepant. Unde hoc confirmari poteſt? unde, niſi ex verbis eorum? Qui ergo verbis auctorum ſervatis ſententiam ſuam firmarit, is cauſſam ſuam, ut opinor, egregie probarit, qui ut probet, quod vult, omnia annalium ipſorum verba ſubverterit, is merito in hac diſputatione audiendus non erit. Quod ſi ita eſt, cauſſa dicta eſt, nihil dico amplius; ego enim in mea Liviana ſumma conſtituenda nullum Livii verbum muto, ille omnia. Audiamus ipſum argumentantem. Sic enim de annis Regum diſputat: Ex Faſtorum Capitolinorum ſententia Conſules primi inierunt anno ab U. C. duceteſimo quadrageſimo quarto, Regeſq; regnarunt annos ducentos & quadraginta tres, idem ſenſit Dionyſius, idem Livius; ergo omnes conveniunt. Ego, Robortelle, de calculis Capitolinis nihil dico; eſt enim is labor meus jam ſatis juſto commentario comprobatus. De Dionyſio, & Livio reſpondeo; utrumque eorum Romæ regnatum eſſe annos ducentos quadraginta quatuor, Conſules autem primos iniſſe anno ipſo ducenteſimo quadrageſimo quincto ſenſiſſe. Dicam primum de Dionyſio, qui primo libro ita loquitur: Spatium, quod eſt ab exactione Regum uſque ad Romulum, qui primus Romæ imperavit, annos complectitur ducentos quadraginta quatuor. Romulus enim regnavit annos XXXVII. Interreges annum, Numa XXXIII., Tullus XXXII., Ancus XXIV., Priſcus XXXVIII., Superbus XXV., & lib. II. Regium Imperium cum Romæ annos CCXLIV. poſt U. C. ſtetiſſet, diſſolutum eſt. Hic opponit Robortellus, Dionyſium dixiſſe anno ipſo ducenteſimo quadrageſimo quarto primos Conſules iniſſe, quod nec ille dixit, nec dicere potuit, quid autem dixit? tum cum Conſules inierunt, quatuor menſes anno illi defuiſſe; ita ut extremus annus non, ut ille vult, quatuor, ſed octo menſium fuerit, primus Conſulum ſexdecim, verum non ita accepit illum annum Dionyſius, ut annum ipſum ducenteſimum quadrageſimum quartum Conſulibus aſſignarit, ſed Regibus, ducenteſimum autem quadrageſimum quinctum Conſulibus. Indicant hoc verba ejus, quibus docet, ſpatium Regni annos ducentos quadraginta quatuor conſumpſiſſe. Indicat ipſarum Olympiadum ratio; inquit enim, Superbum Regem iniſſe Regnum anno IIII. Olympiadis LXI., Regnum ejus ann. XXV. abſumpſiſſe; Regnum Romæ diſſolutum ſexageſima octava inſtante Olympiade, ideſt vigeſimo quincto anno, quam Superbus inierat, quatuor quibuſdam menſibus ante ſexageſimam octavam Olympiadem; ſic enim legendum eſt, nam, ut ſcis, hic Dionyſii locus in vulgatis libris mutilus eſt, at in libro, qui in Bibliotheca Divi Marci aſſervatur, integer hoc modo: ἡ μὲν δὴ βασιλικὴ Ῥωμαίων πολιτεία διαμείνασα μετὰ τὸν οἰκισμὸν τῆς Ῥώμης ἔτη τὸν τεττάρων, καὶ τετταράκοντα, καὶ διακοσίων ἀριθμὸν, ἐπὶ δὲ τοῦ τελευταίου βασιλέως τυραννὶς γενομένη, διὰ ταύτας τὰς προφάσεις ὑπὸ τούτων κατελύθη τῶν ἀνδρῶν, ὀλυμπιάδος μὲν ὀγδόης, καὶ ἑξηκοστῆς ἐνεστώσης, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ἰσχόμαχος Κροτωνιάτης, Ἀθήνησι τὴν ἐνιαύσιον ἀρχὴν ἔχοντος Ἰσαγόρου, ἀριστοκρατίας δὲ γενομένης οἱ πρῶτοι τὴν βασιλικὴν ἀρχὴν παραλαβόντες ὕπατοι τεττάρων μηνῶν εἰς τὸν ἐνιαυτὸν ἐνιαύσιον ὑπολειπομένων Λεύκιος Ἰούνιος Βροῦτος, καὶ Λεύκιος Ταρκύνιος Κολλατῖνος. Quomodo autem hoc factum ſit, planius à me in Faſtorum commentario demonſtratum eſt, indicat etiam, quod M. Valerii, & P. Poſtumii Conſulatum, qui eſt annus poſt Re-

(a) Conſule tabulas antecedentes ad annos hic adnotatos.

Reges exactos primus: Dionyſius conſert in annum primum ſexageſimæ nonæ Olympiadis, cum is in annum quartum ſexageſimæ octavæ deberet incurrere. Indicat Conſulatus A. Virginii, & T. Vetuſii, quem idem ille in annum ab U. C. ducenteſimum ſexageſimum conjicit. Indicat Conſulatus L. Aemilii, & Kæſonis Fabii, quem idem initum eſſe anno ducenteſimo ſeptuageſimo ſcribit, cum tamen, ſi primos Conſules occepiſſe Magiſtratum anno CCXLIV. dicas, quinquageſimo non illi, hi ſexageſimo anno anno inierint, neceſſe ſit. Dixi de Dionyſio, nunc dicam de Livio, qui libro primo ait, regnatum Romæ ab urbe condita ad liberatam anno CCXLIV. duos inde Conſules eſſe creatos ideſt, ut ego interpretor, anno CCXLV. Hunc autem numerum recte habere, apparet ex annis, quos eoſdem ipſe cum Dionyſio ſingulis Regibus tribuit. Hoc loco occurrit Robortellus, & ait, Livium Priſco Regi non XXXVIII. annos, ſed XXXVII. (a) tantum aſſignaſſe, ita Romani Regni ſpatium CCLXIII. annis includi, quid ad hoc dicam? nihil tale ſenſiſſe Livium, cum ita ſcripſit: Duo de quadrageſimo ferme anno, ex quo regnare cœperat Tarquinius, non apud Regem modo, ſed Patres, plebemque longe maximo honore Ser. Tullius erat. Neque enim ibi de Regno Priſci expleto loquitur, quamquam haud ita multo poſt eum morte affectum eſſe innuere videtur, neque ſi Priſcum regnaſſe annos XXXVII. voluiſſet, poſt in extremo libro Romæ regnatum eſſe annos CCXLIV. ſcribere potuiſſet. Conveniunt ergo inter ſe de Regum annis Livius & Dionyſius, verum cum Capitolinis tabulis diſcrepant. Quid ſit autem, quod Roborellus modeſtiſſime, ut cetera, me pueriliter hæc ſcribere ait, nnn video. Uter noſtrum rectius horum auctorum verba perpenderit, alii viderint. Pergamus ad alia. Primum ergo Conſulum annum ex Dionyſii, & Livii ſententia ducenteſimum quadrageſimum quinctum, ut dixi, conſtituo, ille, Dionyſio, Livioque non intellectis, ex eorum item ſententia, CCXLIV. Poſt autem anno CCLXIV., & CCLXV. duos annos (b) ille cum duobus Conſulatibus interſerit, qui non ſunt apud Livium. Hic ille, quanta cum gravitate dii immortales! at debeat reponi, inquit. Ego contra reponendos eſſe ex Livii ſententia non exiſtimo, me vero, ut ita credam, tres potiſſimum rationes adducunt, una, quod, quas res Dionyſius in quatuor, his duobus interjectis, annos diſpenſavit, eaſdem Livius in duos extremos, mediis ipſis duobus ſublatis, contulit, ac nullam ejus hiſtoriæ partem, quæ à Dionyſio maximo duorum horum Conſulatuum auctore narratur, prætermiſit; altera, quod Caſſiodorus, qui tabulas ſuas Conſulares ex Livianis annalibus videtur digeſſiſſe, neque hos Conſules profitetur; tertia, quod Livius Q. Minucio, C. Horatio Coſs. Tribunos pl. decem factos eſſe ſcriptum reliquit, anno trigeſimo ſexto poſt primos quinque, qui facti ſunt A. Virginio, & T. Vetuſio Coſs. anno ab U. C. CCLX. qui numerus anni triceſimi ſexti nullo modo quadrabit, ſi duos hos annos interpoſueris, verum triceſimo octavo erit reponendum, quemadmodum ille contra omnium Librorum & Scriptorum, & impreſſorum conſenſum cenſet eſſe faciendum, tantam ei libertatem dat ars ab eo primum emendandi excogitata. Accedit annus, quo X.viri Conſulares inierunt, quem Livius alterum & trecenteſimum ab U. C. vocat, ideſt, ut ego interpretor, unum & trecenteſimum, qui numerus ne ipſe quidem congruet, ſi duorum illorum annorum rationem habueris, verum trecenteſimus tertius erit reponendus. Non eſt ita, inquit, immo trecenteſimus alter retineri debet, ſed pro trecenteſimo ſecundo, non trecenteſimo primo accipiendus eſt, cur ita? quia Faſti Capitolini X.viros in annum trecenteſimum ſecundum edunt, non eſt hoc ſatis, jam enim ex Ciceronis ſententia diximus, inter Scriptores magnam eſſe de numero annorum controverſiam. Addit, quia alter dicitur de duobus, ergo trecenteſimus alter eſt trecenteſimus ſecundus. Ego contra. Alter dicitur de duobus, ergo alter à trecenteſimo eſt trecenteſimus primus, ut enim Virgilius dixit: Tu nunc eris alter ab illo, ideſt, ſecundus, non tertius, & annum alterum ab undecimo, pro duodecimo, (nam qui aliter ſentiunt, probabilem cauſſam nullam, cur ita ſentiant, afferunt:) ſic trecenteſimus alter eſt trecenteſimus primus. Argumento ſunt aliquot ſcripti, quos ego habeo, Livianarum Epitomarum libri, in quibus ſcriptum eſt Xviros creatos eſſe uno & trecenteſimo anno ab Urbe Condita, argumento ſunt eædem Epitomæ, in quibus legitur lib. XLIX. Anno quingenteſimo & altero ludos Terentinos factos, anno ſexcenteſimo & altero tertium Punicum bellum eſſe initum, ideſt quingenteſimo, & ſexcenteſimo primo, ut à me in Chronologia Liviana planiſſime demonſtratum eſt. Quid plura? Bellum civile ultimum initum eſſe Lentulo, & Marcello Coſs., confectum autem Cæſare IIII., & M. Craſſo, in omnibus annalibus ſcriptum eſt, numera annos, XX. efficies. Itaque Vellejus, qui idem Lentulo, & Marcello Coſs. ad arma civilia primum itum eſſe tradiderat, viceſimo civilia bella finita eſſe literis prodidit. At verò Livius, qui bellum ipſum non armis poſitis, ſed Cæſaris triumphis actis terminavit, Cæſarem ſcribit tribus triumphis in Urbem invectis finem bellis civilibus impoſuiſſe anno altero & viceſimo, eo nimirum, qui ipſius, & Craſſi Conſulatum proxime conſecutus eſt, quo inter omnes conſtat, Cæſarem ter glorioſiſſimè triumphaſſe. Hos verò annos nulla umquam interkalatione viginti duos reddiderit, atque hoc in Epitoma CXXIII. ſcriptum eſt, quas Epitomas ex Livianis ipſis fere verbis contextas videmus. Cum ergo hanc locutionem Livio familiarem eſſe videamus, ut quingenteſimum, ſexcenteſimum, & viceſimum alterum annum pro uno & ſive quingenteſimo, ſive ſexcenteſimo, uſurparit, & ſi aliter interpreteris, reliquos omnes ejus numeros labefactes neceſſe ſit, quos hac expoſitione conſerves; cur non apud eundem etiam trecenteſimo & altero interpretabimur, trecenteſimo uno, præſertim verò cum veteres Epitomarum ejus libri eo in loco conſentiant? nec in alium annum Decemviri apud eum incidere poſſint? niſi Conſulatus aliquot contra ſententiam ejus interponas, id quod ei faciendum non eſt, qui ad Livianos calculos revocare hanc annorum, temporumque deſcriptionem velit. His ille perculſus argumentis ad artem ſuam confugit, reperit præceptum, quo facultas datur quemcumque cujuslibet auctoris locum

(a) ita & nos cum Robortello in laterculo noſtro de Regum annis ad Livianam Chronologiam præfixo, quam Conſule cum adnotationibus noſtris.

(b) Vide Scholia Sigonii, & noſtras adnotationes ad eadem Scholia ſuper Liviana Chronologia.

cum pro libidine deformandi, utitur eo contra me, & ait, qua fiducia, immo potius confidentia Dii boni? Ariſtarchum eſſe diceres. Legendum eſt, quingentesimo quarto, legendum eſt, ſexcenteſimo quarto. Cur Robortelle? quia illi Conſulatus in eum numerum in Faſtis Capitolinis incurrunt. At hoc ſuſcepiſti probandum ex verbis Livii, Livium ipſum cum Faſtis concordare, nihil ergo Faſti ad Livium. Sed ſit hoc artificii tui. Sequitur annus, quo primi Tribuni militares Conſolari poteſtate facti ſunt, quem trecenteſimum decimum numerat Livius. Atque hunc numerum uterque noſtrum tuetur, tu quidem ex Livii, & Dionyſii ſententia, ego ex Livii tantum. Neque enim ipſe attendis, ſi annum, quem tu numeras CCXLIV., Dionyſius CCXLV., quem tu CCLIX., ille CCLX., quem tu CCLXIX., ille CCLXX appellat, eum demum, quem tu CCCX. nominas, ex ejus eſſe ſententia CCCXI. nominandum. Quod autem hunc annum à me CCCIX. numerari apud Livium arguis, injuſtiſſime me hercule facis, qui enim poſſum eum CCCIX. vocare, ſi ſequentes Livianos annorum numeros tueri volo? Patet hoc ex mea Chronologia, patet etiam ex eo, quod tu me inter CCCI., & CCCX. incertum annum interjeciſſe inſimulas, ſi ergo interjeci annum, cur ad numerum hunc CCCX. non perveni? quem tamen cur interjecerim, ſatis noſti. Dices, ſervaſti in Liviana, non ſervaſti in Capitolina ſumma conſtituenda, diverſa ratio eſt. Livius enim tres annos Xviris ipſis attribuit, at vero L. Valerio, & M. Horatio Conſulibus duos. ita fit, ut Tribuni militares ibi anno CCCIX. ſint, hic anno CCCX., quod ut planius intelligatur, ſubſcribam omnes has annorum deſcriptiones.

Capitolina Deſcriptio.

CCC. Sex. Quinctius Sex. F. P. N. Varus.
P. Horatius Tergeminus.
P. Sextius Q. F. Vibi N. Capitolinus.
301 T. Menenius T. F. Agrip. N. Lanatus.
Ap. Claudius Ap. F. M. N. Craſſinus.
302 T. Genucius L. F. L. N. Augurinus.
Decemviri primi in locum Conſulum facti.
Decemviri ſecundi.
303 Iidem Decemviri in hunc annum continuarunt, quibus abdicare coactis in ejus locum facti ſunt Coſs.
L. Valerius Poplicola Potitus.
304 M. Horatius Barbatus.
Lar Herminius.
305 T. Virginius.
M. Geganius.
306 C. Julius.
T. Quinctius.
307 Agrippa Furius.
M. Genucius.
308 C. Curtius.
A. Sempronius. (primi.
T. Clœlius. Trib. mil. Conſ. poteſtate
309 L. Atilius.
M. Geganius.
310 T. Quinctius.

Mea Liviana.

299 Sex. Quinctilius. P. Curiatius.
300 T. Menenius. P. Seſtius.

301 Ap. Claudius. T. Genucius.
Decemviri Conſulares primi.
302 Decemviri Conſulares ſecundi.
303 Decemviri Conſulares tertii.
304 L. Valerius. M. Horatius.
305 Iidem Conſules videntur continuaſſe in hunc annum.
306 Lar Herminius. T. Virginius.
307 M. Geganius. C. Julius.
308 T. Quinctius. Agrippa Furius.
309 M. Genucius. C. Curtius.
A. Sempronius.
310 T. Clœlius. Trib. militares pr.
L. Atilius.
311 M. Geganius. T. Quinctius.

Robortelliana.

300 Sex. Quinctilius. P. Curiatius.
301 T. Menenius. P. Seſtius.
302 Ap. Claudius. T. Genucius.
Decemviri Conſulares primi.
303 Decemviri Conſolares ſecundi.
304 Decemviri Conſulares tertii.
305 L. Valerius. M. Horatius.
306 Lar Herminius. T. Virginius.
307 M. Geganius. C. Julius.
308 T. Quinctius. Agrippa Furius.
309 M. Genucius. C. Curtius.
A. Sempronius. (primi.
310 T. Clœlius. Trib. mil. Coſ. pot.
L. Atilius.

Quorſum hæc? ut intelligas, te, ſi Faſtos Capitolinos ſequi auctores velis, non poſſe Tribunos militares in annum CCCX. conferre. Nam, ut dixi, illi duos tantum annos dant Decemviris, tu Livium ſecutus tres conceſſiſti; non eſſe autem tibi annum CCCIV. Decemviris, ſed Valerio, & Horatio Coſs. tribuendum, ex eo diſcere potes. quod in triumphalibus tabulis Capitolinis Conſules illi ſcribuntur triumphaſſe anno ipſo CCCIV. Horatius quidem VII. K. Sept., Valerius verò Idibus Sext., niſi forte eximia tua iſta arte lapides etiam illos corrigas, aut eos Conſules ante Conſulatum triumphaſſe exponas, quo nihil perverſius. Si ergo Valerius, & Horatius Conſules triumpharunt menſe Sextili anno CCCIV., quo tempore Idus Majæ ſollemnes ineundo Conſulatui erant, profecto ſi diligenter annorum rationem ſubduxeris, Tribunos militares primos, niſi in annum CCCIX. conjicere non poteris, niſi forte & tu continuaſſe in alterum annum Conſulatum eos volueris, quod nec concedis, nec concedi in Faſtis Capitolinis oportere exiſtimo; immo vero anno CCCIX. ſunt collocandi, ſed C. Julii III., & L. Virginii II. Conſulatus, cujus auctores multi ſunt, non eſt à te poſtea omittendus. Quam lynceus ergo ſit oportet, qui annorum deſcriptiones inſtituere velit, & ut Capitolina ſumma nullo modo cum Liviana congruere poſſit, & ut eam ipſe non intellexeris, jam vides. Sed pergamus ad alia. Cum ergo ſummus mihi tecum ſit in Liviana Chronologia concionanda in anno Tribunorum militarium numerando conſenſus, (nam uterq; eum CCCX. vocat) quæres fortaſſe, cur, ſi in trecenteſimo decimo anno convenimus, in reliquis deinceps annis diſcrepemus? nimirum, quia tu alios annos tollis, alios addis, idque contra Livii, quam aſſequi non potes, ſententiam, audi autem quomodo. Anno CCCXIX.
Con-

Digitized by Google

Conſoles ſunt apud Livium L. Julius II., L. Virginius. Eoſdem ego in annum CCCXX. refectos eſſe ſcribo ex Livii, & Caſſiodori ſententia, quos tu tranſcendis. Verba Livii ſunt hæc. Eoſdem Conſules inſequenti anno refectos Julium tertium, Virginium iterum apud Marcum Licinium invenio. Valerius Antias, & Q. Tubero M. Manlium, & Q. Sulpicium Conſoles in eum annum edunt; ceterum in tam diſcrepanti editione & Tubero, & Macer libros Linteos auctores profitentur, neuter Trib. mil. eo anno fuiſſe traditum à ſuperioribus antiquis diſſimulat. Licinio libros haud dubie ſequi Linteos placet, & Tubero incertus veri eſt, ſed inter cetera vetuſtate incomperta hoc quoque incerto poſitum. Hos ergo Conſules tu præteris, quia Livium exiſtimas his verbis hunc omnino Conſulatum damnaſſe, cum tamen Livius non tam de Magiſtratibus hujus anni, quam de nominibus ipſorum Magiſtratuum ambigat, neque pro certo horum neminem fuiſſe in Magiſtratu affirmet, ſed qui potiſſimum fuerint, parum ſibi convenire dicat. Fuiſſe autem aliquot ex iis, quos nominavit, declarat Caſſiodorus, qui Macrum ſecutus in hunc annum C. Julium, ut ego, & L. Virginium Conſules edit; declarant Faſti Siculi Græci, qui Tuberonem & Antiatem ſecuti Capitolinum Manlii, & Camerinum Sulpicii cognomen in hunc annum profitentur; declarat Diodorus, qui in tertiam diſcedens ſententiam, Tribunos in hunc annum militares nominat, M. Manlium, Q. Sulpicium, & Ser. Cornelium. Adde, quod ſi hunc annum tranſcendas, ſerpet hoc erratum longius, neque enim Romam anno CCCLXV. captam eſſe umquam efficies, quod ſcribit Livius, neque L. Valerii Potiti, & M. Manlii Capitolini Conſulatum in annum centeſimum decimum nonum poſt Reges exactos conjicies, quod libro primo ſcriptum reliquit Dionyſius, quæ omnia meâ ſummâ cuſtodiuntur, tuâ vero penitus evertuntur.

Reprehendit deinde ille me, quod ad A. Cornelium Coſſum II. & Cn. Domitium Conſoles ſignaverim in Faſtis numerum CDXX. cum fuerit ſignandus ad priorem verſum: HOC ANNO SINE COS. RESP. FUIT, atque adeo cœcus eſt, ut non librarii id vitium eſſe perſpiciat, atque extremo libro, ubi librariorum errata ejuſmodi aliquot emendata ſunt, ſatis plane correctum videat, id quod ego vel imprudentiæ, ſi non vidit, vel improbitatis, ſi ſe vidiſſe diſſimulat, eſſe exiſtimo. Cum ergo annum ille invito Livio demat, quem ego retinuerim, hinc fit, ut L. Papirii Curſoris V., & C. Junii Bruti II. Conſulatum in annum conjiciat ille CDXL., ego CDXLI. atque ut neceſſario Liviana ſumma diſtet à Capitolina, nam in Faſtis illi Conſules in annum CDXL. incurrunt. Suſtulit igitur annum unum, quem ego retineo, non eſt ſatis, eximit alterum, nimirum Interregnum, quod ego in Liviana Chronologia in annum CCCXXXIV. retuli, auctore ipſo Livio, qui ait: Cum major pars anni per novos Tribunos pl. & aliquot Interreges certaminibus extracta eſſet, & paulo poſt, Mugillanus Interrex obtinuit, ut Tribunicia Comitia haberentur. Hoc autem Interregnum ſine pernicie omnium numerorum, qui deinceps in nominandis annis à Livio uſurpantur, præteriri non poteſt. Cur autem id in Faſtis omiſerim, alia ratio eſt, nam in Faſtis Dictaturæ

multæ, quarum rationem nullam in numerandis annis habuit Livius, obſervantur, atque interponuntur. His annis eximendis cum ſe nihil aſſequi videat, deinde ſe ad reprehendendum Livium confert, qui quodam anno Tribunos octo militares ediderit, atque in eo deceptus ſit, neque attendit, rem illam à me primum in Faſtorum Commentario plurimis verbis eſſe demonſtratam, &, ſi ita oportuit, ſatis exagitatam. Qua re expoſita ita addit: Anno CDXX. Interregnum fuit peſtilentiæ cauſſa, nec verum eſt, quod ſcribit Sigonius de eo Livium non eſſe locutum, quid enim apertius his verbis? Et quia peſtilentia inſecuta eſt, velut omnibus eo vitio contactis auſpiciis res ad Interregnum rediit. Vide quam inique facias Robortelle. Egone enim Livium de eo Interregno non eſſe locutum ſcripſi, cum ejus Interregni in Chronologia Liviana conſtituenda rationem reddens ita ſcripſi? Livius id ipſum, quod facimus, & ſi non aperte, at ſubobſcure tamen ſignificare videtur. Cur ſubobſcure Robortelle? quia non aperte aut annum illum, aut anni illius majorem partem, ut ante, per Interreges eſſe extractam ſcribit. Duos ergo annos ex mea Chronologia Liviana exemiſti, qui ſunt reponendi, tres deinde interſeris, qui nullo pacto ſunt obſervandi. Hæ ſunt tres Dictaturæ ſine Conſulibus, quarum habendam eſſe rationem in Faſtis Capitolinis probavi, in Livianis non probo, quæris qua cauſſa? quia ex verbis Livii nihil tale erui poteſt, una eſt ergo Dictatura L. Papirii Curſoris anno CDXXIX.: de qua ita Livius: L. Furium Conſulem. cui Samnium provincia evenerat, morbo implicitum fortuna bello ſubtraxit, juſſuſque Dictatorem dicere, rei gerendæ cauſſa dixit L. Papirium Curſorem; altera eſt item L. Parpirii Curſoris anno CDLXIV. quem Livius ſcribit Dictatorem cum C. Junio Bubulco Magiſtro equitum dictum Q. Fabio, & C. Marcio Coſs., quod res non ſatis proſpere à C. Marcio Coſ. in Samnitibus eſſent geſtæ; tertia anno CDLII. M. Valerii Corvi, de qua Livius: Multiplex deinde exortus terror. Etruriam rebellare nunciabatur. Itaq; propter eum tumultum dictus M. Valerius Maximus Dictator, Magiſtrum equitum ſibi legit M. Æmilium Paullum, & paullo poſt; Prœlio ab Dictatore commiſſo fractæ iterum Etruſcorum opes, Dictator triumphans in Urbem rediit, Conſul ex Dictatura factus M. Valerius. An vero tibi videtur Robortelle his Livius Dictatores hos per annum ſine Conſulibus fuiſſe dicere, an eos in aliorum, ut adſolebat, Conſulatu Dictaturam geſſiſſe? at ei, credo, verba deerant, quibus hoc exprimeret, ſi ita ſenſiſſet. Non ne attendis, ſi trium horum annorum rationem habeas, reliquos omnes, qui apud eum ſequuntur, numeros eſſe pervertendos? & alios annales Livium, alios Faſtorum Capitolinorum auctores eſſe ſecutos, atque omnino inter ſe diſcordare non ſentis? Caute autem, immo callide Robortellus, cum ſe in tota hac de Dictaturis Livianis ratione nutantem, ac claudicantem ſentiret, ſtatim, ut aliquo inſigni præcepto alio lectoris mentem averteret, fragmenta illa lapidum Capitolinorum præpoſtero ordine eſſe in Capitolio collocata adjecit, nec videt, id ipſum à me primum, vel ipſomet teſte, eſſe demonſtratum, atque in Faſtorum Commentario confirmatum. His rebus expoſitis concludit ſummam annorum Livia-

vianorum, & Capitolinam eandem eſſe oſque ad annum CDLXXI., quas ego longe diverſas inter ſe eſſe contendo. Uter autem noſtrum eſt verior? oimirum ille, qui oumeros Livii cuſtodierit, oon ille, qui, ur eo perveniat, quò velit, eos omoino labefactarit. Dixi ante, Livium ſcribere ſexto & triceſimo anoo poſt primos Tribuoos pl. decem Tribuoos eſſe factos, is oumerus à me cooſetvatur, ab illo evertitur, ac octavus & triceſimus ex conjectura reponit. Prodit item Livius aooo ab U. C. CCCLXV. Romam eſſe captam, eo oumero oibil ad meam ſummam poteſt eſſe convenientius, ad Robortelli oibil ineptius, qui CCCLXIII emendare cogeror. Idem Q. Servilio, L. Genucio Coſs. Camillum anoo poſt Romam captam XXV. mortuum refert, recte ad meos calculos: at ille XXI. reponit. Idem annum, quo M. Fabius Ambuſtus III., & T. Quinctius Conſulatum geſſerunt, poſt Urbem captam XXXV. oumerat, Robortellus XXXI. quamquam in eo etiam peccat Robortellus, qoi hoc ſcribi à Livio ait in Conſulatu M. Fabii Ambuſti, & T. Quinctii, cum id prodat in Conſulato P. Sulpicii Petici, & M. Valerii Poplicolæ, atque ita oumerus ille ad meam rationem conveoiar. Idem in Conſularu Q. Fabii V., P. Decii IV. ita ſcribit. Superſuns etiam nunc Samnitium bella, quæ continua per quartum jam volumen, annumque ſextum, & quadrageſimum M. Valerio, A. Cornelio Coſs., qoi primi Samnio arma intulerunt; agimus. Quo numero oihil ad meam ſummam poteſt eſſe aptius, quia tres illas Dictaturas præterii, aum, Roborıellus adeo incertus ſeotentiæ eſt, ut quadrageſimum octavum, vel quadrageſimum nonum reſtituendum putet; eoſque numeros à librariis, & à Caſſiodoro corruptoa exclamet. Idem Livius lib. XXXI. Ap Claudium Conſulem primum Pœnis bellum intuliſſe ſcribir anoo, ut io ſcriptis libris eſt, CDLXXVIII. quod ego levi mutatione CDLXXVI. V. io X. II. in V. verſa lego ille CDLXXXVI. Io Epitomis Livianis Ludi Terentini an. quingenteſimo altero ab U. C. facti dicuntur, ideſt ut Cenſorinus, auctore Livio, air, P. Claudio L. Junio Coſs. Item tertium bellum Puoicum cœptum eſſe anno ſexcenteſimo altero, ideſt L. Marcio, M'. Manilio Coſs. nihil melius poteſt eſſe, ſi me ſpectes, oihil fœdius, ſi illum, nam quingenteſimum quartum, & ſexcenteſimum quattum reponit. Dionyſius libro II. divortium, quod nullum intra quingeotos viginti annos factum fuerat, primum factum fuiſſe prodit M. Pomponio, C. Papirio Coſs. eumq; annum Gellius lib. XVII. DXIX. vocat, recte ſi ad meos calculos revoces; ſi ad Robortellianos, noo item, nam is annus io Faſtis eſt DXXII. P. Valerii, & M Atilii Conſulatum Gellius libro IV. Cap. III. in aooum ab Urbe Condita conjicit DXXIII., Livium credo ſecutos, at hic noſter ex Faſtorum auctoritate, in annum DXXVI. Livius Conſulatum P. Galbæ, & C. Cottæ io annom confert quingeoteſimum quinquageſimum, congruenter ad meam ſummam, num creditis ita ad Robortellianam? non certe, ille enim quinquageſimum tertium repooit. P. Africani Conſulatum alterum in aooum transferr Livius, ur vulgo mendoſe legitur, DVIII. quem numerum ergo V. in L., & II. in V. verſis corrigo DLVI., ille multo alieoius DLIX. Quamobrem, quod ille quærit, cur ego in Faſtis Capitolinis Q. Fabium, & P. Decium Conſules repoſuerim, è Livianis aotem ipſum Caſſiodorum ſecutus exemerim, jam quærere deſinet, cum non eaodem eſſe ſummæ utriuſque rationem iotellexerir, neque omnea omniom calculos ad unam normam tanta cum librorum pernicie referendos eſſe cognoverir. Hæc pauca in hoc libro libuit ootare, mitto reliqua, quæ aut ita vana ſunr, ur oullo, aut ita aliena, ut alio looo videaotur eſſe refutanda, quale illud eſt, quod opponir de duobus Livii locis à me corruptis. Ex his autem paucis ſatis intelligi poſſe arbitror, quid præſtare novæ hic bujus artis auctor in ratione literarum reſtituenda poſſit, qui, ut Livianam aooorum ſummam colligeret, totum ſibi Livium ante perdeodum eſſe exiſtimarir. Atque bic tamen, cum ejuſmodi ſit, audet Livium à ſe emendatum, & oovam io eum Chronologiam profiteri.

DE LUDIS SÆCULARIBUS.

Ludos Sæculares in prima editione Faſtorum ſub Conſulibus deſperaveram, quos è poſteriore exemi, cor appoſuiſſem, cauſſa fuit, quod quiocti ludi in lapide Capitolino ita deſcripti ſuot, ur ſub Conſulib. C. Silio, & L. Muoatio poni deberi videantur, ſic .o. habet:

C. SILIUS. P. F. P. N. L. MUNATIUS. L. F. L. N. PLANCUS
LUDI. SÆCULARES. QUINCT.
IMP. CÆSARE. DIVI. F. AUGUSTO.

Itaqoe, cum ea meam menrem opioio imbuiſſet, Quinctos ludos ſub Conſulibus bis eſſe diſpoſitos, quanquam Coſs. multo ante factos veterum annalium auctoritate perſuaſum habebam, putavi quattos etiam, & tertios, & ſecundos, & ptimos mibi eſſe ſub Conſulibus collocandos. Cur removerim, id cauſſæ fuit, qood eos poſtea oon ſub Conſulibos, ſed e regione Cunſulum, & in alio lapide iociſos comperi, quinctos autem caſu, neſcio quo, à fabro commoditatem ſuam quandam ſecuto, ſub Conſules illos eſſe ſubſcriptos. Itaque mihi, qui Faſtos Conſulares ſcribendo ſuſcepetam, ludorum ſæcularium meotiooem neceſſariam noo eſſe duxi: Robortellus autem, qoi ſua Patavina caſtigatione factum eſſe ait, ut eos exemerim; quod ludos primos ſæculares non P. Valerio primùm, ſed quartùm Conſule factos probaſſet, non intelligit, ſi vera ea ſint, non me omnes exemprurum fuiſſe, ſed ptimos tantum mutaturum. Nunc vero, etſi ea me defendere, quæ à me ipſo ante damnata ſunr, oportere noo exiſtimo, tamen, ut iotelligat ipſe, me ſuo admonitu nihil feciſſe, nec facere deboiſſe, ita quod ſcripſeram de ludis ſæcularibus tuebor, ut me recte ſenſiſſe, illum in tota hac quæſtione outare confirmem. Negat is ludos ſæculares primos in primum P. Valerii Poplicolæ Conſulatum, qui primus poſt Reges exactos Conſul fuit, eſſe conjiciendos, ſed in quartum, cujus auctor ſit Plutarchus. Cui ego reſpondeo, magnam de primis, ſecondis, tertiis, & quartis ludis ſæcularibus, quibus potiſſimum Coosulibus facti ſint, eſſe opioionom varietatem, quas omnes Cenſorinus io libro de Die Natali literis perſecutus eſt. Primos autem alios in primum Poplicolæ Cooſolatum, alios in quartum retuliſſe, in XVvitum autem libris

briſ M. Valerio, Sp. Virginio Coſſ. factos ſcriptum eſſe, teſte Cenſorino. De Poplicola primum Conſule hos ludos faciente ſic Cenſorinus: Primos ludos ſæculares exactis Regibus conſtat poſt Romam conditam annis CCXLV. à Valerio Poplicola inſtitutos eſſe, quæ verba ſi diligenter attendas, intelligas ad quartum Poplicolæ Conſulatum referri nullo modo poſſe, ſed dumtaxat ad primum, non enim de quarto Conſulatu, dixiſſet: Exactis Regibus, neque anno CCXLV. quamquam tu, dominus, emendationem, ex ingenio, CCXLIX. reponis, neque numerum ullum tua non violatum manu eſſe permittis, ut eos ludos in Poplicolæ Conſulatum transferas. Hoc idem Valerius Maximus videtur indicare, cum ait: Valerii exemplum Valerius Poplicola, qui primus Conſul fuit, ſecutus eandem aram terra obruit &c. Nam: Qui primus Conſul fuit, videtur adjeciſſe, ut annum poſt exactos Reges, ſicuti dixit Cenſorinus, exprimeret. Hoc idem etiam Politianus vir doctus in Miſcellaneis ex Zoſimo, & exiſtimavit, & tradidit. Si ergo Poplicola primum Conſule factos primos ſæculares ludos, auctores tres habeo, quid deliqui, cum eos in primum potius ejus, quam in quartum Conſulatum, cujus ſolus eſt auctor Plutarchus, conjeci? Sed vide, quam meum judicium à tuo diſſideat, ego, ſi veritatem annorum, quibus ludi ſæculares omnes facti ſint, tueri velim, libros XVvirales, quos identidem auctores citat Cenſorinus, quam hiſtoricos alios ullos audire malim, ex libris autem XVvirum apparet, primos M. Valerio, Sp. Virginio Coſſ. anno ad Capitolinam ſummam CCXCVII. eſſe factos: ſecundos M. Valerio Corvo, & C. Pœtelio Coſſ. anno CDVII. tertio (a) P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo Coſſ. an. DXVII. quartos M. Aemilio Lepido, L. Aurelio Oreſte Coſſ. an. DCXXVII. ita ut centeſimo decimo quoque anno relati ſint, quod etiam ſignificavit Horatius in carmine ſæculari cum ait:

Certus undenos decies per annos
Orbis ut cantus, referatque ludos.

Sic enim legis, & exponit Acro, quamquam tu hunc etiam locum fœdiſſime depravans legis:

Certus ut denos decies per annos
Orbis & cantus, referatque ludos.

Livius autem non centeſimo decimo quoq; anno relatos exiſtimat, ſed centeſimo. Ac de primis quidem, quo anno ex Livii ſententia relati ſint nihil habeo compertum; ſecundos vero anno CDI. factos eſſe, illum putaſſe, inde ſuſpicor, quod Zoſimus ſecundos ludos factos eſſe M. Popillio Conſule ſcribit anno ab U. C. CDII. qui Conſulatus apud Livium in annum CDI. incidit, tertios factos, Antiate, & Livio auctoribus tradit Cenſorinus, P. Claudio Pulchro, L. Junio Pullo Conſulibus, qui in annum incurrunt apud Livium DI. quarti editi ſunt, Antiate, Varrone, & Livio auctoribus L. Marcio Cenſorino, M. Manlio Coſſ. ideſt, ſi ſummam Livianam audiamus, anno DCI. ſic enim ſcriptum eſt in Epitoma libri XLIV. Altero, & ſexcenteſimo anno ab U. C. L. Marcio, & M'. Manilio Coſſ. tertium bellum Punicum cœptum. Diti patri ludi ad Terentum ex præcepto librorum Sibyllinorum facti, qui centeſimo anno primo Punico bello; quingenteſimo & altero U. C. anno facti erant. Non ergo ignoravi, ut ais, Livium de ſæcularibus ludis locutum, neque tua admonitione Patavina, ſed meo domeſtico conſilio adductus, ludos ſæculares omnes dimovi. Quod autem me culpas, quod ſecundos ludos ſub Conſulatum M. Valerii Corvi, & C. Pœtelii ex auctoritate librorum XVviralium ſubjecerim, (b) & putas hiſtoricorum potius, quam XVviralium librorum auctoritate ſtandum eſſe, ego te errare exiſtimo. Etenim de re Pontificia ego libentius Pontificales libros, quam alium quemquam audiam. Nam quos ais Cenſorinum ſecundos ludos in Conſulatum M. Valerii, & Sp. Virginii anno CCXCVII. contuliſſe, vehementius etiam falleris, non enim tum de ſecundis, ſed de primis loquitur Cenſorinus, ut poſt ex XVviralibus libris oſtendam. Quod autem objicis de ludis tertiis, me in eum annum illos rejeciſſe, cujus nulli extent auctores, fateor, verum illa cauſſa fuit, de qua initio dixi, cum putarem ſub Conſulibus eos eſſe ponendos, nec poſſem eos ex Livii ſententia in Conſulatu P. Claudii, & L. Junii, nec ex XVviralibus libris in Conſulatu P. Lentuli, & C. Licinii collocare, quod per ea tempora marmora Capitolina integerrima ſint, nec patiantur, ne verbum quidem, ne dum tot verſus, inter Conſules interponi, coactus ſum, ubi primum marmoris fragmentum reperi, conſtituere. Libentius autem certe etiam in hoc XVvirales libros ſecutus eſſem, ſi potuiſſem. Verſus autem, qui interjiciendi erant, hi ſunt.

LUDI SÆCULARES TERT.
M'. ÆMILIO. M'. F. MAGISTR. XVIR.
M. LIVIO. M. F. M. N. SALINATORE.

Quos è regione Lentuli, & Licinii Conſulum nune ei ponendos eſſe credo, qui ludos hos adſcribere velit. Quare non eſt, quod tu delirans ſuſpiceris, me quod per eos annos M. Livii Salinatoris, & M. Aemilii Paulli Conſulum mentio fieret, adductum eſſe, ut in ea tempora hos ludos conjicerem; ſciebam enim jam pridem magiſterium XVvirale nihil ad Conſulatum pertinere. Nam quod vitio vertis, me auctoritatem XVviralium librorum ſecutum quartos ludos in Conſulatum Lepidi, & Oreſtis tranſtuliſſe, cum potius in Marcii, & Manilii Conſulatum ex Livii ſententia eſſent rejiciendi, reſpondeo, primum, malle me in hac re, dum poſſum, XVvirales libros, quam Livium ſequi, in quibus ſummam video annorum conſtantiam juxta Horatii verſum & Auguſti ſententiam conſervari, deinde, ne, ſi voluiſſem quidem Livium ſequi, potuiſſe. Nam illa tempora, quæ in Marcii & Manilii Conſulatum incurrunt, quamquam aliqua ex parte debilitata, tamen ita integra ſunt, ut ſatis oſtendant, non poſſe verſus aliquot de ludis ſæcularibus inter Conſules interponi. Quod autem alio loco ais, non fuiſſe, quod augerer

(a) Tertios ſeculares ludos vult Pighius celebratos anno Capitolino U. C. 504. P. Claudio Pulchro, & L. Junio Pullo Coſſ. ut docuimus in Continuatione Faſtorum Capitolinorum ad annum 799. not. 33. paragr. *Quod autem &c.* Rectius ſentit Sigonius, celebratos fuiſſe P. Cornelio Lentulo & C. Licinio Varo Coſſ. anno Capitolino 517. Cum enim ſecundi celebrati fuerint ex Pighio & Sigonio anno Capitolino U. C. 507. Celebrandi erant tertii centeſimo ac decimo poſt anno, nempe anno 517. ut colligit Sigonius ex libris XV. Virum, atque ex Horatii verſibus hic adductis.

(b) In libro XV. Virum ſemper intelligendus eſt annus Varronianus, quem tenet etiam Cicero & Plinius. Confer Conſulares ejuſdem libri annos, cum tabulis antecedentibus, & manifeſtiſſimè res patebit. Quare ſemper eſt annus demendus, ut reducatur ad annum Capitolinum.

in enumerandis anois centum adeo exquiſite, quamvis ne id quidem ſcierim, aut ſi ſcierim, non potuerim tamen Livii locum confirmare, reſpondebo tibi primum de numero centeſimo, deinde de Livii loco. Ego exiſtimo, Robortelle, ſi ſecundi ludi in annum, quo M. Popillius Coſ. fuit teſte Zoſimo, inciderunt, tertii in Conſulatum P. Claudi, & L. Jonii, quarti in Conſulatum L. Marcii, & M. Maoilii, atque hi ſont anni apud Liviom CDI., DI., DCI., idque ſine ulla correctione, aut mutatione vulgatorum librorum, ſatis me probaſſe; ex Livii ſententia lodos ſæculares centeſimo quoque anno relatos, ſiquidem ego a CDI., oſque ad DI. centum annos numerare ſoleo, ut à DI. uſque ad DCI. alios centum. Nam quod ais, non ſemper exſpectatos eſſe annos centum, quod ex eo intelligi poſſit, quia alii auctores à Livio, qui oomerum ceoteſimum intulit, diſſeotiant, quid me hoc torquet, dummodo cooſtantiam hanc io opinione Liviana ioveniam, ut in XVvirali illam alteram, quod centeſimo decimo quoque anno relati ſint? & ſi quæris, unde tanta aonorum in his edendis ludis varietas nata ſit, te docebo, qui hoc, ut multa alia, cooſiteris te ignorare; docebo autem te, quæ non tam ego, quam Onufrius Paovinius vir in obſervanda omni aotiquitate diligentiſſimus, & ſummo iogenio præditus exiſtimet. Scribit Acro in ſæculare carmen Horatii ita: Sæcularis carmiois duplex devotio eſſe conſueverat, aut enim pro ſedanda, aot pro vitanda peſtilentia, aut, pro certo, & conſtituto oumeru annorum centeſimo enim decimo anno in Capitolio à pueris, & puellis impuberibus caotabatur. Si ergo duplex fuit devotio carminis ſæcularis, ergo etiam ludorum ſæcularium fuiſſe facile exiſtimari poteſt, ita ut alii ordinarii eſſent, qui certo tempore, & conſtituto referrentur, ut qui centeſimo decimo, vel centeſimo anno fiebant, ut dixi, alii vero, qui extra ordinem pro re nata ſedandæ, vel vitandæ peſtilentiæ cauſſa, ut illi, quorum alii ſcriptores fortaſſe meminerunt. Quare noo eſt, quod tu iocooſtantiam in annis horum ludorum labores iovenire, cum ignores tempora, cauſſas noo diſtinguas, & annalium varietatem noo accipias, ſed omnia monumenta omnia ſæcula, omnes cauſſas, cœlum denique, terram omnem unâ regulâ metiaris. Et quoniam io hac diſputatione iiſdem auctorum locis uſi ſumus, tu autem arte tua, tamquam Proteus, è manibus elabi meis conaris, non patiar te id facere, atque impune, vel Epitomen, vel Cenſorinum pro tuo arbitrio, ut me oppugoes, depravare, ex quo etiam intelligere poteris, ao ego tuam aliquando auctoritatem ſecutus ludos ex Faſtis Conſularibus ſæculares exemerim. Locus eſt in Epitoma XLIX., qui in vulgatis libris ita legitur. Diti Patri ludi ad Terentum ex præcepto librorum Sibyllinorum facti, qui anno primo Punici belli, quiogenteſimo & altero ab Urbe Condita facti erant. Hunc ego locum ita ex ſcriptis multis libris emendavi, ſed maxime ex uno, quem ego poſſideo, & tibi, cum voles, commodabo. Qui anno ceoteſimo primo Puoico bello, quiogeoteſimo & altero ab U.C. facti erant. Hic illud ceoteſimo improbas, quod ego ita cooſirmo. Bellum Punicum tertium Marcio, & Manilio Coſſ. cœptum eſt anno altero & ſexcenteſimo ab U. C., ut ſcriptum eſt io hac Epitoma, iiſdemque Coſſ. quarti ludi ex Livii ſententia, Ceoſorino teſte, & Epitoma conſeotiente, facti ſunt, ergo quarti ludi anno altero & ſexcenteſimo ex Livii ſenteatia facti ſuot. At P. Claudio, & L Juoio Coſſ. ex Livii ſententia tertii ludi, ut ait Ceoſorinus, facti ſunt, qui annus io DI. ab U. C. incidit, ergo ludi Diti Patri centeſimo ante anno facti erant ante tertium Punicum bellum, cujus primo anno etiam facti eſſe dicontur. Quod ſi hanc expoſitiooem oon accipis, dic, qui centeſimo anoo facti erant, ideſt, qui ſuo & legitimo anno, (is erat ex Livii ſententia ceoteſimus) facti erant. Quod ſi tu ne hanc quidem vel correctionem librorum diſſertiſſimam, vel interpretatiooem ſplendidiſſimam probas, quanto minus ego probare debeo tuas, qui cum quingenteſimum, & ſexcenteſimum alterum pro quingeoteſimo, & ſexcenteſimo ſecundo interpreteris, deinde ſine ulla librorum auctoritate, qoingenteſimum, & ſexceoteſimum quartum reponis, inaoi hac conjectura ductus, ſcriptum fuiſſe DIV., & alteram literam V. deletam eſſe alteru cture, & factum eſſe DII., unde poſtea ſcriptum eſſe altero & quiogenteſimo, quod ipſum cum ais, oon conſiderare, ſed ſortiri, quid dicas, mihi videris, an verò tu meis ſcriptis libris fidem non habebis, ego tuis ſomoiis habebo? qui ioquis legendum eſſe; Qui ſextodecimo anno primo Punici belli, quod ii Conſules in ſextum decimum anoum ejus belli inciderint; neque in quos te errorum laqueot ioducas, animadvertis? Sed de Epitoma hactenus, nunc ad Cenſorinum veoiamus, cujus tu verba Cap. XIII. corrigendo ita depravaſti, ut ſinceræ ſententiæ ſimulacrum nullum reliqueris. Verba ea io vulgaris Aldinis ita leguntur: Primos ludos ſæculares exactis Regibus cum poſt Romam Conditam annis CCLV. à Valerio Publicola inſtitutos eſſe ad XLvirorum Commentarios, anoo CCXCIX. M. Valerio, Sp. Virginio Coſſ. anno poſt Urbem Conditam VIII., & XL. ut verò in Commentariis XIIvitorum ſcriptum eſt, anno CCCC&X., M. Valerio Corvino, & C. Petilio Coſſ. Tertii ludi &c. Hæc verba ita ex ingenio, quo, ut cooſtat, excellit, emendat Robortellus. Primos ludos ſæculares exactis Regibus conſtat poſt Romam Conditam annis CCXLIX. à Valerio Poblicola ioſtitutos eſſe ad X..virorum Commentarios. Secundi autem ludi fuerunt, (ut multi tradunt), anno ab Urbe Condita CCXCVII. M. Valerio, M'. F. Voluſi N. Maximo, Sp. Virgioio Coſſ. aono poſt U. Coonditam CCXCVII., ut verò io Commentariis XVvirum ſcriptum eſt, anno CCCCVIII. M. Valerio Corvo, & C. Petilio Coſſ., Hæc ille, nunc ejus enumeremus errata. Primum putat primos ludos noo io primo Poplicolæ Cooſulatu factos, ſed in quarto, & iccirco mutat annum CCLX. in CCXLIX. quamquam debuit potios, ſi quartom ſpectabat Conſolatum, CCL. ſcribere, nam quartus Cooſulatus Poplicolæ ad Livianam, Dionyſianam ſommam, ut ſupra oſtendi, cadit in annum CCL. Deinde, quod non agnoſcens mendam, ait, inſtitutos eſſe ad XLvirûm Commeotarios, cum nulli tum fuerint XLviri, fuerunt enim librorum Sibyllinorum cuſtodes primum Doumviri Sibyllini poſt Decemviri, tum XVviri, atq; inde XVvirûm libri, & Commentarii dicti, tertio, quod addens hæc de ſuo: (Secundi autem ludi fuerunt, ut multi tradunt) confundit primos ludos cum ſecundis, nam qui anno CCXCVII.

facti

facti ſunt, non ſecundi fuerunt, ſed primi, ut XVvirûm libri tradiderunt, quemadmodum & ſupra dixi, & infra apparebit, quarto loco quod numerum CCXCIX. corrumpit, & facit CCXCVII. dirigit enim ſummam aliorum Scriptorum ad Capitolinam, ſine cauſſa, quincto, quod bis ejuſdem anni numerum apponit, primum ita: ab Urbe Condita CCXCVII. deinde ita anno poſt Urbem Conditam CCXCVII. nec attendit priorem numerum ad primos ludos pertinere, poſteriorem ad ſecundos, quem tamen mirificè depravavit, cum pro VIII. & CD. repoſuit CCXCVII. ſexto, quod M. Valerio, M'. F. Voluſi, N. Maximo ex lapidibus Capitolinis ſine cauſſa intulit, cum M. Valerio, ut ſcripſit Cenſorinus, ſatis eſſet; poſtremo quod CCCCX. in CCCCVII. eodem imbutus errore mutat. Quare ego ita emendo; Primos ludos ſæculares exactis Regibus conſtat poſt Romam Conditam annis CCXLV. à Valerio Poplicola inſtitutos eſſe, at ex XVvirum Commentariis (anno CCXCVII. M. Valerio, Sp. Virginio Coſs.) Secundi facti ſunt Livio, & Antiate auctoribus M. Fabio, & M Popilio Coſs. anno poſt Urbem Conditam VIII. & CD., ut verò in Commentariis XVvirûm ſcriptum eſt, anno CDVIII. M. Valerio Corvino, & C. Pœtelio Conſulib. Hæc ita ſe habere, hinc colligere poſſumus, quod de ſingulis ludis diverſæ opiniones referuntur, extrema autem ſemper XVviralibus librorum eſt, ut poſt in tertiis, & quartis ludis apparebit. Cum autem primos ex XVviralibus libris ſcriptum ſit factos an. CCXCIX., ſecundos an. CCCC. & X. tertios anno duodevigeſimo, & quingenteſimo, quartos anno DCXXIX. malim ut ſervetur conſtantia centeſimi decimi anni, legi CCXCVIII. CDVIII. DXVIII. DCXXVIII. neque enim M. Valerius, & Sp. Virginius anno CCXCIX. inire potuerunt, cum primi Conſules ann. CCXLV. iniciunt, neque ullæ ſupputationes ſunt, quæ eam rationem & ſummam tueantur; præterea in ſecundis ludis videtur veriſimile ex CCCCVIII. factum eſſe mendoſe CCCC. & X. nam de tertiis non eſt dubium, ſcriptum eſt enim diſerte D. duodevigeſimo. Porro autem deſiderari nomina auctorum Livii, & Antiatis maxime puto, qui concordes in tertiis, & quartis citantur, itemque nomina Conſulum, quæ ex Zoſimo ſupplevi. Anni numerum Livianum, ideſt CCCCI. non adſcripſi, quia Cenſorinus, non ut Livium ludorum facit auctorem, ita Livianam etiam affert annorum ſummam, quod poſt etiam quartos ludos ex auctoritate Livii edat in Conſulatum Marcii, & Manilii, anno DCV. cum DCI. ad ſummam Livianam eſſet ſcribendum; DCV. autem ſit ad ſummam Plinii, & Ciceronis, quam plerique hoc tempore, ut Glareanus in ſua Chronologia, ſequuntur. Itaque cum numerum, quod divinare nolui, reliqui. Tranſeamus ad alia. Deinceps ſic vulgo legitur: Tertii ludi fuerunt, Antiate, Livioque auctoribus, P. Claudio Pulchro, L. Junio Pullo Coſs. anno D. duodevigeſimo, P. Cornelio Lentulo, C. Livio Varo, Coſs. Robortellus ita legit: Tertii ludi fuerunt, Antiate, Livioque auctoribus, P. Claudio Pulchro, L. Junio Pullo Coſs. anno DIX. vel ut alii anno DXVII., P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo Coſs. Hic Robortellus in ſua permanens ſententia P. Claudium, & L. Junium Conſules anno DIV. Conſules fuiſſe ait, cum tamen DV. ſit reponendum ex eo, quod

ſequitur, L. Marcio, M. Mamilio Coſs. anno DCV. ſi enim illi Conſules anno DCV. fuerunt, ut Pliniana, & Ciceroniana docet ſumma, & hi DV. fuerunt. Præterea non animadvertit poſt Antiatis, & Livii opinionem recitari XVviralium librorum ſententiam, quod ex numero annorum perſpicitur, DXVIII. etenim centeſimo decimo relati ſcribuntur. Itaque ego ſic emendo: Tertii ludi fuerunt: Antiate, Livioque auctoribus, P. Claudio Pulchro, L. Junio Pullo Coſs. anno ab U. C. DV. in XVvirorum autem commentariis ſcriptum eſt, anno D. duodevigeſimo, P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo Coſs. Pergit deinceps Cenſorinus in vulgatis ita: De quartorum ludorum anno triplex opinio eſt. Antias enim & Varro, & Livius relatos eſſe prodiderunt L. Marcio Cenſorino, M. Manlio Conſulibus poſt Romam conditam anno DCV. at Piſo Cenſorius, & Cn. Gellius, & Caſſius Hemina, qui illo tempore vivebat, poſt annum factos tertium affirmant, Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio Achaico Coſs., ideſt DC. anno III. In XVvirorum autem Commentariis notantur ſub annis DCXXIIX. Æmilio Lepido, & L. Aurelio Oreſte Coſs. Hic Robortellus numerum anni DCV. non mutat, cum tamen ad calculos ſuos, ideſt Capitolinos, is annum DCIV. alterum DCIII. mutat in DCVIII. tertium corrumpit, nam pro DCXXIIX. reponit DCXXVII., nec videt, ſi Marcius, & Manilius anno DCV. Conſules fuerunt, Lentulus verò, & Mummius anno DCVIII., Lepidum, & Oreſtem neceſſariò futuros anno DCXXIIX. Itaque aut priores numeri erant mutandi, aut poſtremus prudentius corrigendus. Adde quod, vivebant, non vivebat, fuit ab eo corrigendum, nam & Piſo Cenſorius, qui Frugi dictus eſt, eo tempore vixit; ſiquidem paullo poſt Conſulatum, & Cenſuram, unde Cenſorius dictus eſt, cepit, qui locus eſt à me pluribus in Faſtorum Commentario perpurgatus. Eſt etiam alter Cenſorini locus eodem capite poſitus, quem ille corrigit capite X. Verba vulgo ita leguntur: Teſtis Piſo, in cujus annali ſeptimo ſic ſcribendum eſt: Roma Condita anno DVII. ſæculum accipit his Conſulibus, qui proximi ſunt Conſules M. Æmilius, M. F. Lepidus, C. Pompilius II. abſens, ille ita emendat. Roma Condita anno DXXI. ſæculum accipit his Conſulibus, qui proximi Conſules ſunt, M. Æmilius M. F. M. N. Lepidus, M. Poblicius L. Fl. N. Malleolus, quod tandem hoc portentum eſt Robortelle? Unde annum DXXI., & remotiſſimos Conſules M. Æmilium Lepidum, & M. Poblicium Malleolum extraxiſti? an ignorabas in Faſtis Capitolinis anno DXCV. M. Æmilium, M'. F. Lepidum, & C. Popillium, P. F. Lænarem II. atque eos à Piſone intellectos? Potuit enim ille eos proximos Conſules vocare, quippe qui Trib. pl. fuit, Marcio, & Manilio Coſs. anno vel DCI., ut Livius, vel DCIIII., ut Faſti, vel DCV., ut Plinius, & Cicero exiſtimarunt. Manilius verò, & Popillius Conſulatum decennio ante geſſerunt, at quomodo ſæculum accepiſſe Romam proximis Conſulibus dici potuit, iis, qui anno DXXI. fuiſſent?

Luſtrum V. VI. VII. ab Urbe Condita unde confirmatum.

LUſtrum quinctum ego conjeci io Conſulatum P. Valerii Poplicolæ Conſulis II., & T. Lucretii io Faſtis Capitolinis. Reprehendit id factum Robortellus, hoc modo: Livius oullum de luſtro verbum facit. Dionyſius cenſum actum prodit, luſtri non meminit, ergo imperite Sigonius, qui luſtrum notavit, cum ceoſom deberet: neque enim efficitur, ut, quia cenſus actus eſt, loſtrum etiam factum ſit, ut Livius lib. III. Cenſus actus eo anoo, luſtrum propter Capitolium captum, Conſulem occiſum condi religioſum erat. Egregie Robortellus, & docte. Nunc quæro ab eo, an legerit in fragmentis Capitoliois aono CCLXXIX. ab U. C. luſtrum VIII. factum eſſe? legit enim ſioe dubio. Si ergo illo anno luſtrum octavum factum eſt, perquitenda ſuot ſeptem ſuperiora, quibus anois condita ſint. Ac Ser. quidem Tullium Regem, qui luſtrum inſtituit, quater loſtrum feciſſe ſcribit Valerius lib. III. Superbum Regem nullum cenſum feciſſe, (erat autem luſtrum cenſendi populi finis) tradit Dionyſius. Ergo ab anno CCXLV., quo primi Conſules inierunt, teſte Dionyſio, uſque ad annum CCLXXX. tria luſtra condita ſunt. Cum ergo Dionyſius auctor ſit, anno CCXLVI., & CCLVI., & CCLXI. cenſum actum eſſe, luſtri vero neque alius quiſquam meminerit, non ne neceſſario iotelligendum eſt, Dionyſium pro cenſu luſtrum etiam accepiſſe? Nam Dionyſius numquam loſtrum nominavit, ſemper autem cenſum, cùm alii luſtrum. Etenim & octavum luſtrum, cujus Faſti memioeruot, & decimom, & decimum octavum, qoorum Livius, ille τίμησιν ideſt cenſum libro primo, & ſexto vocavit. Huc adde, Euſebium in temporibus, qui & hæc loſtra, & alia omoia, quorum meminerit, cenſus appellavit, quem niſi tu, quamquam aliqua ex parte mendoſum, contempſiſſes, haud profecto in hunc errorem incurriſſet. Nam qood me quodam io loco Eoſebii, qoem depravatum dicis, ſtudioſum eſſe opponis, ſic habeto, maluiſſe me ſemper Euſebii tempora etiam depravata aliquo cum judicio obſervare, quam, ut tu, Liviana integerrima ſine ullo judicio depravare. Si ergo ad octavum luſtrum perveoite non poſſumus, ſi tria hæc luſtra, quos Dionyſius, & Euſebios Græci ſcriptores cenſus vocarunt, prætereamus, quid ais acutiſſime Robortelle, aut cur hoc uoom ex præclaris illis tuis Pataviois caſtigationibus, qood mihi in maledictis objiceres, elegiſti? doce quomodo Dionyſios, quomodo Euſebius luſtri vocem Græca voce expreſſerint, doce qoo anno luſtrum V., VI., & VII., factum ſit, ſi eos aonos, in quos ego illa coojeci, noo probas; niſi hoc facias, animadverſiones illas, quas jactas, tuas inanes ac commeotitias foiſſe exiſtimabo, cum hæ, quas ut ex omoibus maxime excellentes legiſti, vix aoicula lucubratione videantur dignæ. Neque enim unqoam io Faſtis Capitolinis cenſos, ſed ſemper luſtrum notatum eſt. Sed ſi me audies, nullom io poſterum de luſtro, nullum de ludis, oullum de numerandis annis verbum facies.

AD EPISTOLAM GLAREANI.

Mea in Liviana annorum ſumma conſtituenda opinio defenſa, & ut ille ſine cauſſa in ea re me inhumanitatis arguerit.

CUm hæc hactenus ſcripſiſſem, perlata eſt ad me epiſtola quædam ab Henrico Glareano, viro eruditiſſimo, ut index præſeferebat, ad Joanoem Hervagium jam aote bienoium miſſa, io qua ille queritur, ſe à me inhumanius, quàm ſumma ſua erga T. Livium ferreot merita, in ſuis refellendis ſententiis, in meis Liviaois Scholiis eſſe tractatum, ceterum non diſſimulat, me, quibus in rebus à ſuo diſſenſerim judicio, non injuſte admodum diſſenſiſſe, ſeque ſi ad corrigeodam antiquitatem ea Græcorum librorum, quibus ego hoc feliciori ſæcolo abundavi, ſibi qoodam ſubſidia ſuppetiſſent, non minora fuiſſe facile præſtiturum, uoum eſſe, in quo me ſecum diſcrepaotem eſſe moleſte audiat, quod ipſe ſummam Livianam à ſe collectam non approbarim. Quare, quamquam ego hanc epiſtolam intelligo Glareano ipſo ioſciente divulgatam fuiſſe, tamen, quoniam ea ſtudioſe à multis legitur, & ſingulari Glareaoi auctoritate, acerrimum quaſi telom quoddam adverſus me ab invidis meis, quorum impolſo edita eſt, eſſe exiſtimatur, faciendum mihi eſſe ſtatui, ut ei hoc loco reſponderem, quam plaoiſſime, & quam leniſſime poſſem, non ut Glareanom oppugnarem, ſed ut ſenteotiam meam cootra tanti viri opes in Liviana antiqoitate tractanda monirem. Me igitur illud ſollicitum in primis habet, quod quem ſtudiorum commuoione, atqoe earuodem quaſi cogitationum ſocietate mihi maxime devioxiſſe arbitrabar, euodem à me, vel eo ipſo nomioe abalienatum eſſe intelligo; perinde enim ille me ſecum diſſenſiſſe conqueritur, quaſi ea harum literarum, ſtudiorumque ratio ſit, ut, qui ſecundo loco ad ſcribeodum ſe contolerit, is ab illis, qui ante ſe ſcripſerint, diffidere aut ulla ratione noo debeat, aut certe ſine aliena offeoſione non poſſit, aot, cum Glareanus ipſe Sabellici, Vallæ, Rhenani, Haloandri judicium, auctoritatemque contempſerit; Sigoniom omnes Glateani ſaotentias approbare, nulla ejos decreta reſpuere in Liviana hiſtoria conſtituenda decuerit. Quod ipſum tamen à me modeſtiſſime eſſe factum, illud argumeoto eſt, vel quod ſæpe cum eo ita ſenſi, ut eum laudarim, vel ita diſſeoſi, ut oon vituperarim. Itaqoe cor eo me ille nomine tam vehementer accuſet, ſatis mirari non poſſum; age enim: Polybii ille, Dionyſii, Dioois, Appiani, aliorumque Græcorum auctorum inopia vitioſos ſæpe ſe Livii locos noo poſſe ex ſententia reſtituere querebatur, cur ego, qui libros illos legi, anxias illius dubitatiooes eximere, ac melioribus quaſi auſpiciis, quod ille aſſeqoi ſe poſſe negavit, præſtare noo debui? memoria præterea ille notante multis io locis titubare, atque hæſitare videbatur, cum ego icciteo veteribus aonalium monomentis memoria repetitis, ſcrupulum, quem ille nobis injecerat, evellere ex aoimo ſtudioſæ juventutis noo debui? Nominum deoique Romanorum rationem difficillimam ille atque impeditiſſimam eſſe ſibi perſuaſerat, ſcilicet, quod ea ipſe adjumenta, quæ ſunt ad hanc quæſtionem tractandam accommodata, deſideraret; ao pro-

pte.

pterea ego, qui lapides Capitolinos, quibus in hoc genere nihil eſſe melius poteſt, ſupplevi, in tanta re conſtituenda eos præterire, aut abjicere debui? At, inquit ille, clamat Sigonius, me non legiſſe Stephanum, non legiſſe Priſcianum, quem ego conjicio me legiſſe, antequam ille naſceretur, potuiſſet, ſi quid pudoris in eo eſſet, modeſte dicere, Glareanus non animadvertit, quod apud Priſcianum eſt, vel quod Stephanus ſcribit; quod equidem moleſte non tuliſſem, nihil enim offendor candida admonitione. Cui ego reſpondeo: Fieri quidem potuiſſe, ut ille, ſi vere, ut audio, annos jam octoginta natos eſt, Priſcianum, & ceteros, multo ante, quam ego in hanc lucem prodirem, perlegerit, at tum cum illa ſcribebat, locum tamen memoria non tenuerit, me vero, cum ad ejus contumeliam nihil, ad ſtudioſorum utilitatem omnia, compararem, inter hanc, atque illam dicendi formam non multum intereſſe exiſtimaſſe. Sed quoniam, quæ ſcripſit, ea ne ulla quidem in parte ab eo reprehendi animadverti, reliqua omittam omnia, ad illud tantum, in quo ipſe ſe mecum diſcordare ait, accedam; non ut probabilem ſummo judicio præditi viri conjecturam evertam, ſed ut meam ſententiam contra tanti, ut dixi, viri auctoritatem defendam, verba ejus hæc ſunt: Riſi maxime, cum mecum velut expoſtulat, quandoquidem Chronologiam ad Livianam hiſtoriam, atque adeo Romanam illuſtrandam deſumpſiſſe me dixerim, cur duos annos poſt CCLXIII. ab Urbe condita non omiſerim, quos Livius conſulto, ut aſſerit Sigonius, prætermiſit; ad hoc ego ingenue, ut res eſt, dico, cum viderem librariorum vitio annum CCXLVIII. ab U. C. temere omiſſum, quod & Sigonius fatetur, putabam & hoſce eodem modo incuria temporum prætermiſſos, & adhuc ſum in ea opinione. Nunc demum intelligo, Robortelle, quid ſit, quod & hos tu Conſules librariorum vitio, non Livii conſilio eſſe præteritos affirmaris, ſcilicet Glareanum auctorem ſecurus es, cujus etiam epiſtolam hanc te dicere audio, ad te potiſſimum eſſe ex Germania ab Hervagio miſſam. Itaque jam nunc mirari deſino, unde tua iſta repentina ſapientia nata ſit, qui per te aliquid aliquando dixeris. Qua de re etſi ſatis multa dixi, cum in te diſputavi, non omittam tamen, quin aliquid hoc etiam loco adjungam, ut hanc potiſſimum tibi hujus Epiſtole auctori gratiam referam. Quid igitur inquit Robortellus, aut is, quem ipſe ſequitur, Glareanus? Poſt Sempronium, & Minucium Conſules in Chronologia Liviana bini Conſules debent poni, Sulpicius cum Larcio, & cum Pinario Julius, cur? quia Dionyſius eos Conſules opponit. Hic ego dico, annos Livianos ex Livio, non ex Dionyſio eſſe colligendos; apud Livium autem nullam eorum Conſulum mentionem fieri, reſpondent, eos imprudentibus librariis è Livianis annalibus excidiſſe, unde autem hoc colligant, nihil afferunt; non .n. librorum ſcriptorum auctoritatem opponunt, non loci alterius firmamento nituntur, imo potius hoc poſito Livio adverſantur. Etenim Glareanus his duobus interjectis annis cogitur Decemviros Conſulares in annum trecenteſimum tertium conferre, Tribunos militares in annum trecenteſimum undecimum, cum tamen Livius diſerte illos iniſſe dicat anno trecenteſimo altero, hos anno trecenteſimo decimo, ex quo fit, ut alter ſit tertius, & decimus ſit undecimus, quo incommodo cum ipſe ſe urgeri videat, addit, de uno anno ſe cum nemine certaturum, neque intelligit hunc annum eſſe illum, quem mihi propoſui inveniendum, ne Liviana annorum deſcriptio titubaret. Robortellus autem ne hoc incommodo premeretur, primos Conſules iniſſe dixit anno ab U. Condita CCXLIIII.; nec animadvertit, Livium, & Dionyſium aperte, ut ſupra oſtendi, ſcripſiſſe Conſules primos iniſſe anno CCXLV., quod etiam recte docuit Glareanus, à quo miror Robortellum auſum fuiſſe recedere. Uterque autem hac opinione in eum ſcopulum incidit, quod, cum dicat Livius Tribunos plebis decem creatos eſſe, Q. Minucio, C. Horatio Coſs. anno triceſimo ſexto poſt primos quinque, qui creati ſunt, A. Virginio, T. Vetuſio Conſulibus; anno CCLX. coguntur adverſus omnium librorum auctoritatem ex conjectura corrigere, triceſimo octavo. Cum igitur illi nulla ratione adducti hoc faciant, ego eorum ſententiam approbabo? non hercule, quid enim roboris habet hoc argumentum? Hos Conſules edit Dionyſius, ergo apud Livium reponendi ſunt. Primum enim quæro, an hoc novum eſſe exiſtimas, duos Conſulatus ab uno ſcriptore præteriri, qui ab altero numerentur? non certe. Hoc enim etiam à Piſone factum teſtatur Liv. lib. IX., his verbis: Hos Conſules Piſo, Q. Fabio, & P. Decio ſuggerit, biennio exempto, quo Claudium, Volomniumque, & Cornelium, cum Marcio Conſules factos tradidimus, memoria ne fugerit in annalibus digerendis, an conſultò binos Conſules falſos ratus tranſcendat, incertum eſt. Atque idem etiam indicant Diodori annales, qui, ſi cum aliis comparentur, multos ſæpe prodere Conſulatus, quos alii tranſcendant; multos præterire, quos alii profiteantur, invenientur, declarat denique Caſſiodorus, quem apparet, quos Conſulatus præterit, non librariorum culpa, ſed de induſtria prætermittere, nimirum, quod talem annorum ſeriem ii annales, unde ſuos ipſe Conſulum Faſtos compilavit, ediderint. Si ergo fieri poteſt, ut binos Conſules, quos Dionyſius profitetur, Livius præterierit, veſtigemus nunc ex verbis ipſis Livii, utrum librariorum, an Livii culpa præteritos eos eſſe probandum ſit. Ac primum quidem illud ſatis liquet, ex ſequentibus Livianis annorum numeris, Livium horum duorum annorum rationem non habuiſſe, cum Q. Minucio, C. Horatio Coſs., ut dixi, Tribunos pl. decem factos dicat; anno trigeſimo ſexto poſt primos, qui facti ſunt, A. Virginio, T. Vetuſio Coſs. anno CCXL. præterea, quod idem Xviros iniſſe ſcribat anno altero & trecenteſimo ab Urbe Condita, qui eſt, ut ego oſtendi, trecenteſimus primus. Ne mireris autem, Xviros in annum CCCI. conjici, cum in Faſtis Capitolinis in CCCII. incurrant, ſic habeto, Oroſium eos in CCC. contuliſſe, cum dixit: Ipſo trecenteſimo anno, hoc eſt Olympiade nonageſima quincta poteſtas Conſulum Xviris tradita eſt; Dionyſium autem, ut recte ſubduxit Glareanus, in trecenteſimum tertium. Adde etiam Caſſiodorum, quem ſatis conſtat, & hos Conſules conſultò prætcriiſſe, atque ex Liviana hiſtoria Faſtos ſuos Conſulares concinnaſſe. Nam niſi Caſſiodorum ſequaris, numquam Livianos ipſos numeros omnes incolumes conſervabis. Ex his ſatis perſpici conſilium Livii poteſt, nunc videamus, an ulla ratione fieri potuerit, ut librariorum culpa horum Con-

Conſulum nomina interierint, & locos ne ſit apud Livium ullus, ubi poni illi Conſules ex ingenio poſſint. Primum igitur dico, mirabile videri, nuda nomina binorum deinceps Conſulum ex hiſtoria, reliqua manente ſententia, excidiſſe; deinde addo, nihil ex ejus hiſtoria deſiderari; quæque Dionyſius in quatuor annos diſtribuit, ea in duos Livium contuliſſe; tum verò illud etiam adjungo, in hac hiſtoria narranda non omnino Dionyſium cum Livio conſentire, unde probabilis conjectura ſit, etiam in annis ſupplendis, & eximendis inter eos controverſiam eſſe. Exponam primum res per Conſulatus ex Dionyſii ſententia (a) geſtas, deinde ex Livii:

An. CCLXIII. Sempronio, & Minucio Conſulibus.

In ſumma annonæ caritate frumentum advehitur. Coriolanus auctor eſt, ne plebi dividatur, ne plebs ira accenſa Coriolanum multat exilio.

Anno CCLXIIII. Sulpicio, & Larcio Coſs.

Portenta, peſtilentia narrantur, T. Latinius è plebe homo in Senatum debilis delatus, ſomnium de inſtaurandis ludis exponit.

Anno CCLXV. Julio, & Pinario Coſs.

Coriolanus exſul Attium Tullum in Volſcis adit, arma capienda perſuadet; Legati Volſcorum Romam de bello mittuntur. Bellum à Volſcis decernitur. Attius, & Coriolanus facta in fines Romanos impreſſione Circejos Romanam coloniam capit, Romæ omnia ad bellum comparantur. Sed ante exit annus, quàm in aciem exercitus adducatur.

Anno CCLXVI. Furio, & Nautio Coſs.

Æqui ad Volſcos deficiunt. Coriolanus agrum R. populatur. Tolerinos, Bolanos, Lavicanos, Pedanos, Corbionem, Bovillas, Pedum in poteſtatem redigit. Romam propius accedit. Legatis, qui de pace miſſi erant, reverſis, uxor demum cum matre mittuntur. Hoc modo Dionyſius, Livius autem hoc.

Anno CCLXIII. Minucio, & Sempronio Coſs.

Frumentum advectum ne plebi dividatur, contendit Coriolanus, atque à plebe in exilium agitur. Is in Volſcos abiens parat bellum. Latinius in Senatum delatus ſomnium de ludis inſtaurandis exponit. Volſci, qui ad ludos venerant, arte Attii Tulli, urbe ejiciuntur, eâ contumeliâ acceptâ Tulli Conſilio bellum indicitur. Coriolanus dux belli lectus Circejos, Satricum, Longulam, Poluſcam, Coriolos, Lavinium, Corbionem, Pedum invadit, inde agrum Romanum populatur.

Anno CCLXIV. Furio, & Nautio Coſs.

In ſumma civitatis trepidatione urbs cuſtoditur, legati de pace ad Coriolanum primum, deinde cum uxore mater mittuntur. Ex his apparet, variari inter hos auctores in cauſſa belli aperienda nihil enim Dionyſius ait de contumelia Volſcis Romæ illata, tum cum urbe ejecti ſunt, nihil de ludis inſtauratis. Livium autem ita rem cum re continuare videmus, ut ne ſuſpicari quidem poſſimus, nomina ipſa Conſulum excidiſſe, exempli gratia, Coriolanum Dionyſius uno anno in exilium actum ait, altero Latinium ſomnium expoſuiſſe Senatui, quas duas res inter ſe copulat Livius hoc modo: Damnatus abſens in Volſcos abiit. Venientem Volſci benigne excepere. Hoſpitio utebatur Attii Tulli: longe is Princeps Volſci nominis erat, Romaniſque ſemper infeſtus. Ita

cum alterum vetus odium, alterum ira recens ſtimularet, conſilia conferunt de bello Romano, haud facile credebant, plebem ſuam impelli poſſe, ut toties infeliciter tentata arma caperet, arte agendum in exoleto jam vetuſtate odio, ut recenti aliqua ira exacerbarentur animi. Ludi ex inſtauratione Magni parabantur. Inſtaurandis hæc cauſſa fuerat ludis, inde or in Senatum Latinius delatus ſomnium de inſtaurandis ludis narraverit, ut ludi inſtaurati ſint, ut Volſci ad ludos venerint, ut arte Tulli urbe pulſi, ut ad arma capienda impulſi ſint, ut Coriolanus Dux electus non Circejos ſolum, ſed reliqua etiam oppida ceperit, ita continenter narrat, ut locum nullum, quo amiſſos Conſules reſtituas, excogitare queas, quid plura? Dionyſius in unum annum captos Circejos ait, in alterum Lavicos, Pedum, & reliqua; at Livius ita loquitur, ut uno anno hæc omnia geſta videantur: Circejos profectus, inquit, primum colonos, inde Romanos expulit, inde in Latinam viam tranſverſis tramitibus tranſgreſſus, Satricum, Longulam, Poluſcam, & cetera oppida cepit. Adde, quod Dionyſius in Conſulatum Furii, & Nautii expugnationem horum oppidorum conjicit, Livius urbis tantum trepidationem, & legatorum uxoriſque cum matre deprecationem refert. Si ergo varietas annalium in rebus geſtis diſpenſandis, & cauſſis exponendis conſtat, cur non poteſt etiam in annis addendis, & omittendis exſiſtere? Plutarchus quidem etiam, & Zonaras hæc eadem omnia ita narrant, ut ea in duos tantum annos Livium ſecuti conjicere videantur. Addit Glareanus: Nullum majus in me habet telum declamandi, quam quod nonnumquam in temporum ſupputatione uno, aliquando duobus annis ratio noſtra ab eo diſcrepat, cum Dionyſius à Livii, & Polybii ratione in totum fere duobus annis diſtet, quod toties in annotationibus noſtris clamo, & in uno anno cum nemine me certaturum ubique profiteor. Scilicet Glareanus hæc mea verba telum appellat, quæ ſunt in epiſtola; Quoniam ad Romanam intelligendam hiſtoriam nihil tam aptum eſſe, quàm rectam annorum, temporumque deſcriptionem, judicabam, quam in re diſſidentes inter ſe veteres auctores eſſe comperiebam, dedi etiam operam, ut, quod Glareanus ante me fecit, neque hac in parte hiſtoriæ Livianæ deeſſem, cujus quidem eruditiſſimi viri labore facile contentus eſſe poteram, niſi ab eo in tota ipſa re diſſenſiſſem. Neque enim Livium in numerandis ab Urbe Condita annis eadem ratione uſum, qua ceteros, eſſe reperiebam. Qua ille opinione ductus, dum eorum auctoritatem ad Livianam Chronologiam conſcribendam adhibuit, in eam ſæpe ſe neceſſitatem induxit, ut, dum aliorum numeros ſequitur, omnino Livianos aut negligere, aut immutare coactus fuerit. Quod illi profecto in ea Chronologia committendum non erat, quam ipſe ſe Livianæ præſertim hiſtoriæ comparare profiteretur. Quibus verbis me uſum eſſe profiteor, non, ut ipſum tamquam telo aliquo jugularem, ſed ut Livianorum annorum veritatem indicarem, quæ uno, aut duobus illis, de quibus ait, annis neglectis, nullo modo conſtare poteſt. Addit deinde, tandem Sigonius ad quatuor annos devenit, & ut Herculea Antæum prorſus conficiat, ultima illa pulchella annotatione, quæ eſt de anno, quan-

(a) Notandum & hic Dionyſium Halicarnaſſæum ſequi Varronianum annorum ab U. C. computationem.

quando Livius finierit hiſtoriam Romanam, ad XVII. annos me jugulat, cum ſint etiam confeſſione mea XXVIII. in quibus tamen nihil negotii eſt; quis enim certo ſcire poteſt, quot ediderit libros Livius, aut quos adjicere voluerit? Significat autem mea verba in extremis Scholiis hæc: Si hiſtoria Liviana morte Druſi in Germania, & funere ejus, (ut apparet) finita eſt, profecto uſque ad annum DCCLXI. pervenit, eſt enim mortuus, ſe, & T. Quinctio Coſs. ut ait Dio libro LV. quem annum vocat Glareanus DCCXLV. exponit autem Conſules uſque ad annum DCCLXXII. quia inquit uſque eò Livianam hiſtoriam pervenire, præter unum, aut alterum annum, cum in ſeptimo, & decimo ante anno finiatur. Quæ verba quam vim habeant confodiendi, aut jugulandi, non ſentio, me certe eo tantum animo illa ſcripſiſſe ſcio, ut hiſtoriam Livianam, quoad poſſem, vel Glareani ipſius exemplo, illuſtrarem. Quod ſi ille his dicendi generibus, quibus me ab eo modeſte diſſidere oſtendo, ſe jugulari exiſtimat, qui ſenſus ejus eſſet, ſi forte contigiſſet, ut hanc quæſtionem amicus meus incredibili illo ſuo robore argumentorum tractaret? quoties imperitum, quoties nullo judicio præditum ipſe ſe appellari audiſſet? quibus ego nominibus non modo non Glareanum, ſed ne ipſum quidem etiam Robortellum umquam affeci, quem tamen nullo pacto cum Glareano ipſo eſſe exiſtimo conferendum. Quamobrem tantum abeſt, ut ei, quod me hac epiſtola aſperius appellavit, ulla ratione ſuccenſeam, ut, quamquam ſcribi moderatius potuiſſe exiſtimo, tamen cum dolori ejus ignoſcam, tum vero eos, qui hanc epiſtolam illo inſciente ediderint, multo majorem illi, quam mihi, injuriam feciſſe putem.

EX PRIMO LIBRO LIVII.

NUnc quibus in locis mea Robortellus in Livium Scholia reprehenderit, videamus, & quemadmodum ego in libris Emendationum reprehenſionibus ejus occurrerim, ſubtexamus.

Velut diſſidentes primo mores ſequatur animo.) In hæc ego ſic in Scholiis. Probo doctorum quorundam hominum conjecturam, qui Deſidentes legunt. Etenim ſubſequitur: Ut magis, magiſque lapſi ſint, tum ut ire cœperint præcipites. Videtur enim eadem ſemper tranſlatione res magis creſcere. Quam translationem, quia primo duriorem eſſe putavit, adhibita particula: Velut, molliorem effecit, quod in proprio Diſſidentes faciendum non fuiſſet: Eſt autem Deſidere, leni quodam motu in ſemet concidere, ut Livius libro XXXII. Terra Velitris trium jugerum ſpatio caverna ingenti deſedit. Porro autem his verbis mutationes omnes Romani Imperii breviſſime complexus eſt, nam cum Patrum imperium, ait, intervallum illud totum indicat, quod à Romulo uſq; ad Ap. Claudium Conſulem, qui primus bellum extra Italiam Carthaginienſibus fecit; cum Auctum, tempus inde ad Carthaginem everſam notat. Deſediſſe præterea mores intelligit, Gracchanis temporibus, lapſos magis eſſe, Sullanis, præcipites iſſe, Cæſarianis. Hic Robortellus inquit: Diſſidentes malim, ut eſt in vulgatis omnibus libris; vocat enim Livius diſſidentes mores, in diverſa euntes, ut de toga Horatius. Si toga diſſidet impar. Utra vero lectio firmiori ratione fulciatur, judicent alii. Illud quidem miror, Glareanum, cum Deſidentes in Scholiis ſuis approbaſſet, poſt Robortello de Diſſidentes aſſenſum eſſe, ac ſecum ipſum diſſentire voluiſſe, ut cum Robortello adverſus me conſentiret.

Centum creat patres, ſive quia is numerus ſatis erat, ſive quia ſoli centum erant, qui creari Patres poſſent.) In hæc ego ita: Sane legendum eſſe videtur, Qui ciere Patres poſſent. Sic enim ſcribit libro X. Qui Patrem ciere poſſent, eos patricios eſſe appellatos. Dionyſius etiam, ac Plutarchus, ubi exponunt cauſſas, cur centum potiſſimum Senatores, quos Patres appellaverit, Romulus creavit, ita ajunt, ἐν πατέρας ἄρχον ἀποδεῖξαι μόνοι, ideſt, quod ſoli centum Patres nominare poſſent, quaſi vero alii terræ filii eſſent. Adverſus hæc Robortellus robuſtiſſimas duas affert rationes, unam, quia licet Patricii inde dicti ſint, non tamen Patres inde appellatos ſentit Livius alteram, quod Dionyſius opinionem hanc, qua multorum mentes imbutæ ſunt, non approbat. Excutiam primum vulgatam lectionem, deinde confirmabo meam. Dionyſius Civitatem à Romulo in duas partes diviſam tradit, in Plebejos, & Patres; Patres autem dictos ait, vel quod ætate ceteris antecellerent, vel quod generis ſplendore præſtarent, vel, ut Romanorum obtrectatoribus placuit, Patricios vocatos eſſe, quia ſoli ciere Patres poſſent, quid Plutarchus? centum optimos fecit Senatores, & eoſdem Patricios, cœtum autem eorũ Senatum appellavit. Patricios verò Senatores vocatos ajunt, alii, quia juſtorum filiorum erant Patres, alii potius, quia ipſi ſuos ciere poſſent Patres, quod non multis facere licuit, ex iis, qui in Urbem primi confluxerunt. Quid Livius? Centum creat Patres, ſive quia is numerus ſatis erat, ſive quia ſoli centum erant, qui creari Patres poſſent, Patres certe ab honore, Patriciique eorum progenies appellati. Cum ergo Dionyſius, & Plutarchus probabiles aliquot cauſas ejus nominis Patrum attulerint, quam hanc eſſe Livianam dicemus? Patres creati centum erant, qui creari Patres poſſent; at cur non poterant ducenti, cur non trecenti? quid eſt hoc? quid Senatori cum Patribus, deinde quid eſt creari Patrem, quando dixit Livius alias, aliquos Patres eſſe creatos? quod ergo nemo dixit, quod per ſe inane eſt, quod genus dicendi parum Latinum infert, id à Livio eſſe dictum aſſeremus? At Patricii inde dicti ſunt, inquis, non Patres. Reſpondeo, apud Romulum eoſdem fuiſſe Patricios, & Patres, & Senatores. Vides enim Dionyſium, diviſam eſſe ab eo Civitatem dicere in Plebejos, & Patres, qui ſunt Patres, an Senatores, non, ſed Patricii; ibi enim diſcrimen gentium notat, quos verò Patres appellavit, in reddenda ejus nominis cauſſa Patricios vocat. Vides Plutarchum eoſdem Senatores, & Patricios factos dicere, cur autem Senatores Patricii dicti ſunt, cauſſas reddere. Tradit etiam Zonaras, auctor ut ſcis, Græcus, qui nonniſi ex bonis auctoribus hauſiſſe ſuam hiſtoriam videtur, Romulum centum creaſſe Senatores, eoſque Patricios appellaſſe. Lege Livium, ſæpe invenies Patres Plebi opponi, non ut Senatum Populo, ſed ut Patricias gentes Plebejis, an verò cum toties, inquit, Conſules factos, unum è Patribus, alterum è Plebe, illum unum ex Senatoribus lectum ſignificat? non certe, at nonne etiam idem inquit, centum in Patres eſſe à Priſco Rege lectos, eoſq; minorum gentium appellatos, quos Cicero ad Pætum ſcribens, Patricios minorum

gen-

gentium nominavit? Fuerunt ergo Romuli tempore centum Senatores, qui Patres iidem, & Patricii dicti ſunt, itaque idem erat numerus Patriciorum, ac Senatorum; progredientibus autem temporibus crevit numerus Patriciorum. Nam filii, nepoteſque eorum Patricii fuerunt illi quidem, non tamen ſtatim Senatores, immo verò Senatores etiam fuerunt, qui ne Patricii quidem erant, ſed Plebeji. Ergo ſi Romuli tempore iidem ſunt Senatores, Patres, & Patricii, cur centum Patres, ideſt, Senatores legit Romulus? inquit Livius, quia vel is numerus ſatis erat, vel quia ſoli centum erant, qui ciere Patres poſſent, atque hoc idem oſtendit Livius in X. libro, cum P. Decium Plebejum ita loquentem facit, Patricios quondam dictos, qui ciere Patrem poſſent, ſe, quia Patrem ciere poſſit, Patricium eſſe. At Dionyſius, inquis, hanc opinionem non probat, at ne eam quidem probat Livius, cum ait: Sive quia ſoli centum erant, qui ciere Patres poſſent. Patres certe ab honore dicti. Sed faciamus hanc probari à Livio, improbari à Dionyſio, an hoc portentum tibi videtur? quot in rebus, & quidem graviſſimis diſſenſerunt? lege Commentarios meos, ibi quanta ſit inter eos diſcordia demonſtratum invenies, quamquam ſi Dionyſius eam non probavit at probavit Plutarchus, non neglexit alio in loco Livius.

Cruſtuminum.) Ignoratione, inquit, rationis veterum in ſcribendo labi aliquis poteſt, ut lapſus eſt Sigonius, qui putat apud Livium ubique legendum Cruſtumerium, & Cruſtomerinos, attendite, quia, inquit, apud Halicarnaſſeum κρουστομέριον, & κρουστομερινός video ſemper ſcribi, imperitus hic ignorat, Græcos certam rationem ſecutos in dictionibus Romanis vertendis. Longum eſſet, ſi ſingula nunc vellem perſequi, ſed quatenus ad rem propoſitam ſpectat, quotieſcumque erat Latina dictio vertenda in Græcam, quæ literam haberent *u* longum, vertebant in *ου*, ſi autem *u* breve eſſet, in ὀμικρόν. Hinc videas apud eundem ῥοτόλους dici Rutulos, κορατίους Curatios; quod autem in Cruſtumerii nomine *u* ſit breve, Virgilii teſtimonio probatur, ait enim Ardea Cruſtumeriq; & turrigeræ Antemnæ, & Νομᾶς Numa. Virgilius idem lib. IX. Serranoque, Numaque. Atque hæc quidem, ut moleſte in me Robortellus effundat, omnes vident; ut autem vere nunc accipiant. Mea, ubi hac de re egi in Scholiis Livianis, hæc verba ſunt: Veteres libri habent Cruſtominum, Dionyſius, Plutarchus, Stephanus κρουστομέριον, κρουστομερινόν. Tu, ſi literas calles, Robortelle oſtende, ex his verbis elici poſſe, me velle, aut ubique legi Cruſtomerium, aut damnare Cruſtumerium; tum ego tibi oſtendam, non ſolum Cruſtumerium, quod ego non reprehendi, ſed Cruſtomerium, quod tu improbaſti, dici poſſe. Primum enim eſt librorum veterum, ut dixi, auctoritas, cum veteres dico, non impreſſos quondam, ſed ſcriptos dico, quos multos inſpexi ex Bibliothecis ſumptos Divi Joannis de Verdaria Patavii, Divorum, Marci, Antonii, Joannis & Pauli Venetiis, atque multorum amicorum; memini autem hanc ſcripturam eſſe libri potiſſimum, quem mihi Auguſtinus Gadaldinus, Medicus Græcis, & Latinis literis egregie eruditus, dedit, quam cum nunc quærerem, eam, etiam in uno, quem tum non videram, M. Antonii Mureti, reperi. Cum ita ſit, quis mihi jure ſuccenſere poteſt, cum priſcorum librorum ſcripturam Græ-

corum auctoritate munitam in medium profero? præſertim verò cum ea Grammaticorum etiam veterum graviſſimo teſtimonio fulta ſit, qui literas *o*, & *u* eam inter ſe ſocietatem habuiſſe, aſſerunt, ut multas voces antiqui promiſcue modo per *o*, modo per *u* pronunciarint. Sic enim loquitur Quinctilianus, non Grammaticus ſolum, ſed rhetor etiam nobiliſſimus lib. I. Cap. de literis. Quid *o*, & *u* permutatæ invicem? ut Hecoba & Notrix, & Culchides, & Pulyxena, ſcriberentur, ac ne in Græcis id tantum notetur, Dederont, & Probaveront, & Victorinus de orthographia: Noſtri, ut apparet ex libris antiquis fœderum, & legum, qui etiam ſi frequenti tranſcriptione aliquid mutarunt, tamen retinent antiquitatem. Nam *o* non ſolum pro brevi, & longa, ſed etiam pro *u* poni, ut pro populus populos, pro piaculum piacolom, pro huic hoic, pro funus fonus, item alia multa, & Priſcianus libro primo. *U* quoque multis Italiæ populis non erat in uſu, ſed e contrario utebantur *o*, unde Romanorum quoque vetuſtiſſimi in multis dictionibus loco ejus o poſuiſſe inveniuntur, poblicum pro publicum, quod teſtatur Papirianos de orthographia, polchrum, pro pulchrum, colpam pro culpam dicentes, & Hercolem pro Herculem. Ac ne hoc uſurpatum exiſtimes Romulo tantum, aut Numa regnante, Auguſtus, hoc etiam obſervaſſe à Victorino traditur, qui patrio caſu domos pro domus dixit, & alii, qui quojus, & quoi, pro cujus, & cui protulerunt. In Faſtis etiam Capitolinis Auguſti tempore inciſis, vel certe Tiberii, videmus eſſe Poblicium, & Poplicolam, quos alii Publicium & Publicolam; item Poblilium, & Publilium, item Scævulam, quem alii Scævolam. Flovium pro fluvium ego etiam legi in exemplo tabulæ æneæ antiquiſſimæ. Si ergo tot voces tam *o*, quam *u* receperunt, cur non etiam Cruſtomerium inter eas referre poſſumus, libris præſertim Livianis veteribus atteſtantibus? Nam T. Livium ipſum adeo antiquitate delectatum ſcribit Quinctilianus, ut Sibe, & Quaſe eum dixiſſe, ſe ex Pediano comperiſſe affirmet. At quam modeſte Robortellus me arguit! Imperitus hic, inquit, ignorat, Græcos *u* breve per *o* vertiſſe, ut Dionyſium ῥοτόλους, κορατίους, νομᾶς, pro Rutulis, Curiatiis, Numa. Mile verſatus es in Græcis annalibus Robortelle, & tamen, cum hæc ſcripturus eſſes, eos ſtudioſe evolvere debuiſti. Lege Strabonem libr. V. ſemper ῥουτούλους, ab eo ſcribi invenies, lege Plutarchum in Parallelis, & Zonaram lib. II. κουριατίους reperies, lege Plutarchum in Numa, νουμᾶν ſemper, numquam νομᾶν ab eo ſcribi cognoſces. Dio ῥουβὼν ſcripſit, eundem à Strabone lib. VI. & XVII. ῥουβῶνα appellari deprehendes, quid? Νουμαντία, & Νουμαντῖνοι urbem à Juba hiſtorico dictam eſſe apud Suidam invenies. Jam credo te videre, ut præclaræ tuæ iſtæ regulæ jaceant, & uter noſtrûm imperitior ſit, ego qui Cruſtumerium non improbavi, an tu, qui Cruſtomerium reprehendis.

Equus Curtium in vado ſtatuit.) In hunc locum ita Glareanus: Equum Curtius in vado ſtatuit. Hæc lectio, ſiquidem vetuſta eſt, maxime placet, Sabellicus tamen Eques Curtium, pro Equus Curtium in vado ſtatuit, legendum putat. Ego vero ita: Equus Curtium in vado ſtatuit. Hanc lectionem laudat Glareanus injuſte, veteres enim libri habent, Equum Curtius in vado ſtatuit, ex quo intelligi poteſt, legendum eſſe, Equum Curtius in vado deſtituit,

nam

Digitized by Google

nam Plutarchus hanc ſententiam ita vertit, καὶ ἀφεὶς τὸν ἵππον, ἑαυτὸν ἔσωσεν, ideſt, deſtituto equo ſemet ſervavit. Errori locum dederunt finitimæ illæ ſyllabæ do, de. Advarſus hæc Robortellus: Sigonius Livii verba corrumpit; dum ad ſententiam Plutarchi ipſa vult accommodare, cum tamen uterque diverſa protulerit alios ſecutus auctores, ſententia eſt, equum emerſiſſe ex palude illa, & ſtatuiſſe Curtium in vado, ideſt in loco tuto, ac minime profundo. Sigonius dum accommodat Livii verba ad Plutarchi ſententiam, ita emendat temere, conjectura utens: Equum Curtius in vado deſtituit. Sed hæc meræ ſunt nugæ, nam omnes vetuſti libri habent, ut ante ego retuli. Quæ ſunt meræ nugæ Robortelle modeſtiſſime? primum vides in ſuo lib. ita legiſſe Glareanum, eamque lectionem probaſſe, dum modo vetuſtatis auctoritate fulciretur, deinde in multis, quos ego inſpexi olim ſcriptis libris, & nunc etiam in Mureti, ſcito ita eſſe diſertiſſime, habes deinde ſenſum hunc optimum: Monumentum ejus pugnæ, ubi primum ex profunda emerſus palude equum Curtius in vado deſtituit, Curtium lacum appellarunt. Significat enim Curtium evaſiſſe incolumem, relicto in vado equo, atque iccirco loco nomen inditum, ubi Curtius deſtituit equum. Habes eandem ſententiam à Plutarcho confirmatam, quem animadverti multa ad verbum è Livio, quem etiam ſæpe citat auctorem, tranſtuliſſe. Habes genus dicendi planum, & nulla ſui parte novum, ut illud paullo ante: Cum fluitantem alveum tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet, habes erroris ſimilitudinem, vado ſtatuit, vado deſtituit. Quod ſi excutere velimus tuam, primum eam non in omnibus libris inveniemus, deinde quaſi rationem equo tribuemus, ut equitem in vado collocarit, tum novum, & inauditum hoc genus dicendi, equum ſtatuere in vado equitem, invehemus; poſtremo contra Plutarchi, qui multa à Livio ſumpſit, ſententiam, ex nullius autem ſcriptoris auctoritate, incommodum ſanſum inferemus. Nam Dionyſius Curtium tandem ex palude cum armis emerſum incolumem ad ſuos perveniſſe ſcribit, ita: ὁ δὲ Κούρτιος πολλὰ μοχθήσας σώζεται ἐκ τῆς λίμνης ὅπλα ἔχων, καὶ εἰς τὸν χάρακα ἀνάγεται, equi vero non meminit, fuit certe Curtio commodius equum in vado deſtituere, quia in palude. Non probas ex conjectura ſyllabam addi ſimilem præcedenti, an eſt hoc contra præcepta, an contra exempla tua? qui dictiones etiam integras mutari, verſus integros adimi poſſe ſcriptum reliquiſti, ſi hæ tibi nugæ viſæ ſunt, & quidem meræ, quæ librorum ſcriptorum auctoritate roborata, quæ Plutarchi judicio confirmata, quæ uſitatâ loquendi formulâ comprobata, quæ ſententia optima ſunt innixa, quid de tua, immo de tuis judicabimus, quos leviſſima ſola ſemper conjectura commotus, adducis?

Augur ad lævam ejus capite velato, ſedem cepit.) In hæc ego. Hunc in modum diſtinguendum eſſe Rhodigino placuit, Plutarchi auctoritate adducto, qui ſcribit in Numa: ἐκάθισε δὲ μάντιν ἐγκεκαλυμμένον τὸν μὲν ἐκ μεσημβρίας τραφῆναι ἐγκεκαλυμμένον, αὐτὸς δὲ παρστὰς ἐξόπισθεν. Videtur enim Plutarchus, ſi modo recte eſt apud illum vox illa ἐγκεκαλυμμένον caput Regis velatum fuiſſe, non auguris ſignificare. Me autem juvat eorum eſſe ſententiæ, qui ad lævam ejus ſcribunt, & caput velatum auguris intelligunt, quod infra dicat: Statua Attii capite velato in comitio fuit, & libro X. Si augur capite velato victimam cædat, auguriumve ex arce capiat. Adverſus hæc Robortellus: Plutarchus non diſſentit à Livio ſicuti Sigonius exiſtimat. Nam legi debent illa verba, & interpungi ſic: τὸν μὲν ἐκ μεσημβρίας τραφῆναι, ἐγκεκαλυμμένος αὐτὸς, καὶ παραστὰς ἐξόπισθεν. Quid Glareanus? Non diſſentit Plutarchus à Livio, ut oſtendit Robortellus, o rem ridiculam! quaſi vero ſi Livius, & Plutarchus per vim ad concordiam adducendi eſſent, non ego rationem indicaverim.

Atque omnium primum ad curſum Lunæ in duodecim menſes deſcribit annum, quem quia tricenos dies ſingulis menſibus Luna non explet, deſuntque dies ſolido anno, qui ſolſtitiali circum agitur orbe intercalares menſibus interponendo ita diſpenſavit, ut vigeſimo quoque quarto anno ad metam eandem Solis, unde orſi eſſent, plenis annorum ſpatiis dies congruerent.) Vigeſimo anno habent omnes ſcripti libri, quos ego legerim, quos Rhenanus, quos Glareanus, quos Sabellicus, quos Nannius, quos Færnus. quod Robortellus non infitiatur, & tamen legendum putat, Vigeſimo quarto quoque anno. Ego vero, cum incredibilem hunc librorum conſenſum religioſe obſervandum eſſe ducerem, dandam mihi operam eſſe arbitratus ſum, ut, Vigeſimo quoque anno, ſervarem; ſervatur autem, ſi dicamus: Numam annum inſtituiſſe dierum CCCLIV. non CCCLV. Itaque cum Plutarchum auctorem haberem, qui, dum hanc anni à Numa factam deſcriptionem tradit, hunc numerum tradit, non dubitavi, quin, Vigeſimo quoque, retinerem, ac Vigeſimo quoque quarto, quod jam in libros audacius invaſerat, exturbarem. Hic inſtat Robortellus, & ait: Numam, Macrobio, & Cenſorino auctoribus, dierum annum primum CCCLIV. ordinaſſe, deinde in honorem imparis numeri diem addidiſſe, ita ut eſſet dierum CCCLV. qua ratione docent illi effectum eſſe, ut vigeſimo quoque quarto anno dies congruerent. Confiteor hanc eſſe, Macrobii, & Cenſorini doctrinam, ut vigeſimo quoque quarto anno habita diei in honorem imparis numeri additi ratione dies convenirent, ſed iidem etiam rationem, quaſi intento ad locum digito, indicant, qua facile veterem Livii lectionem, & Plutarchi auctoritatem defendas. Etenim, cum Numa annum primum fecerit dierum CCCLIV. poſt autem diem addiderit, conjectura probabile eſt, ipſum aut additi à ſe diei oblitum eſſe, aut certe unius diei in ſupputando rationem non habuiſſe. Quod ſubindicant hæc verba Macrobii, ubi de Numa loquitur: Hunc ergo ordinem Romanis quoque imitari placuit, quippe fugit eos, diem unum (ſicut ſupra demonſtravimus) additum à ſe ad Græcum numerum in honorem imparis numeri, ea re per octennium convenire numerus, atque ordo non poterat, ſed nondum hoc errore comperto, per octo annos nonaginta quaſi ſuperfundebant dies, alterniſque annis binos, & vicenos, alternis, vicenoſque intercalares expenſabant intercalationibus quattuor, &c. Item Cenſorinus. Numam etiam non omnino ſcire inſtituiſſe annum docet Plutarchus cum ait: ἅψασθαι δὲ καὶ τῆς περὶ τὸν οὐρανὸν πραγματείας οὔτε παντάπασιν ἀπειρότως, & paullo poſt: καὶ τοῦτο μὲν αὐτῷ τὸ ἔτος εἰς ἀνωμαλίας μείζονας ὕστερον ἐμπεσὸν ἐξέπεσεν. Si ergo errorem in numerando ſuum non vidit Numa, ſed credidit rectam à ſe annorum rationem eſſe initam, profecto apparet ipſum imparem, numerum, quem poſtre-

mo adjecerat, non reſpexiſſe, neque hoc Livii erratum, ſed Numæ fuiſſe, neque à Livio rationem ejus ſummæ, ſed à Numa exigendam aſſe; Livium autem, & Plutarchum multum vidiſſe, qui rem, ut acta eſt, literarum monumentis prodiderint; eos vero plane cæcos eſſe, qui cum ipſi ſemitam non videant, aliis viam, quam ingrediantur, ſe oſtenſuros eſſe profiteantur. Færnus certe mihi eſt aſſenſus.

Et ſoli Fidei ſolenne inſtituit.) In hæc ego: Si in quibuſdam ſcriptis eſt, (ut audio) Et ſimul Fidei, non improbo. Contra Robortellus. Ego, Soli, legendum puto, quia non inſtituerat aliis diis ſolenne ſacrum, ideſt anniverſarium. Deinde de voce ſolenni exempla, quaſi id negetur, aut non ab omnibus, illo excepto, ſciatur. Ut facilius ea, quæ dicam, intelligantur, recitabo locum Livii integrum: Camœnis eum lucrum ſacravit, quod earum ſibi concilia cum conjuge ſua Egeria eſſent, & ſoli Fidei ſolenne inſtituit. Ego, quia, Soli Fidei ſolenne inſtitutum ait: ſi vera narrentur à doctis, quos aliquando de literis differentes audivi, in aliquot ſcriptis legi, Et ſimul Fidei, malim ita: Lucrum Camœnis ſacravit, & ſimul Fidei ſolenne inſtituit. Hoc rodit Robortellus quàm avide? primum, ſolenne dicitur, anniverſarium, Varrone, Virgilio, Livio, auctoribus, ſcio. Soli autem Fidei legendum, quia non aliis diis ſolenne inſtituerat, ideſt anniverſarium. Videte ergo, quibus ſe laqueis irretiat Robortellus, & quibus ſe anguſtiis, in angulo hujus diſputationis extremo, concludat, ut hiſtoriæ notitia juguletur, & ſe nihil ſcire fateri cogatur. Si demonſtraro, aliis etiam diis Numam ſolenne inſtituiſſe, ideſt, anniverſarium, profecto ipſe ſe nihil in hoc genere ſcire confiteatur neceſſe eſt. Confitebatur autem; neque enim pugnax eſt etiam id ita eſſe pro certo haber, jam tum, cum ſcribebar in me, non eredebat, puerum enim me putabat, nunc virum expertus eſt. Scribit Dionyſius Numam Terminalia diem feſtum Termino deo inſtituiſſe, eique ſacrum non ſolenne ſolum, ſed etiam ſtatum conſecraſſe. Idem ſcribit Fidei quoque ſacrificia publica, ut etiam aliis diis, ordinaſſe; afferam verba, ne fingere videar: [illegible Greek] & poſt, [illegible Greek]. Sic Robortelle, quid eſt, quod ait, Numam inſtituiſſe Termino [illegible Greek], niſi ſacra ſtata, & ſolennia, ideſt, quæ certo die, quotannis celebrarentur? Aude nunc dicere, ſoli Fidei ſolenne inſtitutum, aliis diis non item, & meam emendationem eo nomine labefactare.

Venio ad *Mettium* de quo tu ita: Fuſſetium etiam ſcribendum cenſet, & ita imprimi juſſit in ſuo, quia [Greek] videt ſcribi ab Halicarnaſſeo. Sed cur non Bubetium etiam ſcribit Sigonius ſecutus Plutarchum, qui ſcribit ubique [Greek], cur Halicarnaſſeum potius, quam Plutarchum ſequitur? Hæc ille. Ego primum quid ſcripſerim indicabo, deinde quæ ſcripſerim confirmabo. De Fuſſetio ita ego ſcripſi in Scholiis Livianis libro primo. *Albani Mettium Suſetium creant.*) Lege Fuſetium, nam Dionyſius habet [Greek], Plutarchus in libro [Greek]

[Greek] appellat. Eodem modo Q. Fufius Calenus, non Fuſius, ut vulgo, vocandus eſt. Quod ex Capitolino ejus Conſulatu, & Græco Dionis libro intelligi poteſt. Hæc ego tum. His nunc adjicere poſſum, habere me aliquot etiam Valerii Maximi exemplaria ſcripta, in quibus ſit, Fuſetius, non Suſetius. Libet autem hic Pierii Valeriani Viri doctiſſimi judicium, ac teſtimonium de Metio, & Fuſetio afferre, ut ipſe, dum hæc reprehendis, quantum in obſervatione antiquitatis valeas, aliquando intelligas, atque ubi intellexeris, ſtudioſius aliorum, & maxime vetera monumenta perluſtres, & perlegas. Pierii in VIII. Æneidos verba ſunt hæc:

Citæ Metium in diverſa quadrigæ
Diſtulerant...

Antiqui omnes Codices, quotquot habui, Metum legunt, dictione biſyllaba, quam alibi unico T, alibi geminato reperias, mutilatamque eſſe dictionem cauſſa metri Servius ait, dum ipſe quoque Metum biſyllabum agnoſcit, ſane Mettius duplicato TT pluribus locis in veterum monumentis ſcriptum animadverti, Placentiæ in D. Paulli Templo: L. Mettius L. F. duobus TT notatum eſt, & Romæ in ædibus Pauli Plancæ legere eſt: Q. Metio, & P. Mettio, tametſi non ignorem, & Metia, & Metius unico T alibi notatum, utcumq; verò primam in eo ſyllabam produci volunt. Sed enim hic minime præterire poſſum, quod pervulgato errore in Livianis Codicibus, & alibi paſſim Metius Suſetius per S prima litera ſcriptum eſt, cum dubio procul Fuſſetius pro F ſit ſcribendum; ita enim apud Dionyſium Halicarnaſſeum, & Græcos alios invenias [Greek]. Præterea, ſi qui voluerint Græcis adhibere fidem, oſtendit mihi Janus Parrhaſius Vir utraque lingua eruditiſſimus T. Livii Codicem vetuſtate venerabilem, in quo Fuſetium ſcriptum erat prima litera per F non per S, quem quidem Codicem nomina quædam ſpecioſa Vindicianus, Nicomachus Dexter, & Victorianus ſe emendaſſe adſcripſerunt. idque in Symmachorum gratiam ſe feciſſe profeſſi ſunt. Ad hæc & Nonii Marcelli vetuſtum Codicem protulit, & alios quoſdam auctores, in quibus eodem modo Mettius Fuſetius ſcriptum habebatur. Ajunt præterea Pomponium Lætum, totius antiquitatis Virum obſervantiſſimum, qui ſuperiori ætate in Rom. Gymnaſio primas obtinuit, ſæpius inclamare ſolitum, Fuſetius dicendum. Hæc Pierius. Quæ ſi tu legiſſes, aut niſi Viri hujus, immo horum auctoritatem, ut aliorum omnium, contempſiſſes, numquam me, quod pro Suſetio Fuſetium repoſuiſſem, ut increpares, in animum induxiſſes. Ex his autem illud intelligi poteſt, primam ſyllabam Metii apud Virgilium longam eſſe, cum tamen tu brevem exiſtimes, cum ais falſum eſſe, quod Mettius duob. TT ſcribi debeat, idque ex verſu Virgiliano oſtendi. Haud procul inde citæ Metium in diverſa quadrigæ, quomodo enim brevis ea ſyllaba eſſe poteſt in Metum, quem Servius atteſtantibus omnibus antiquis libris agnoſcit, deinde quid in tanto veterum librorum, doctorumq; hominum conſenſu de Fuſetio reſpondebis, quem ubique à Plutarcho [Greek] nominari ais, idque falſo, nam in lib. quem protuli [Greek], idque ut appares, litera una mendoſa appellat? quam hinc ridicula eſſe illa videntur, quæ profers, [Greek], [Greek] Bubetius, Fubetius, Suſetius, at inquis, erat etiam Magiſtratus Cartha-

thagine, qui Punica lingua Suffetes dicebatur, ergo non inuſitata erat talis pronunciandi, & ſcribendi ratio, quid? ergo Albani, aut Romani linguam ſuam à Carthagine uſque duxerunt, & Romana dicendi ratio ex Punica ipſa petita eſt? O prudentiam hominis incredibilem!

Sic eat quæcumque Romana lugebit hoſtem.) Robortellus ita: Emendaat iſti: Quæcumque Romanum lugebit hoſtem, nec ſentiunt tolli omnem vim ex eo dicto. Audi Robortelle, quid dicam? Antea legebatur, Romanum; ut etiam in pleriſque, quos olim inſpexi, ſcriptis, & nuoc etiam iu Mureti libro, animadverti. Rhenanna autem unius libri auctoritate adductus, Romana repoſuit. Romana tibi, mihi Romanum magis placet, tibi vis dicti poſita videtur in Romana, mihi in Romanum hoſtem, cupit enim Horatius ſororis percuſſor, quamcumque mulierem, quæ Romanum lugei hoſtem, non Romanam modo, ſed etiam peregrinam ejuſmodi morte multari, ita enim ſupra etiam Romulus: Sic denique quicumque alius tranſiliet mœnia mea, dictitans, Remum interfecit. *Exempli parum memoris legum Romanarum.*) Robortellus ita: Emendant iſti novi correctores, Humanarum, etſi omnes ita habent impreſſi etiam Melchioris Seſſæ, & afferunt locum Varronis ex Nonio. Metium Suffetium propter perfidiam interfecit plane imperioſius, quam humanius, cum ſit ibi legendum immanius. Ad hæc dico, mea verba in huoc locum hæc eſſe. Emendat Rhenanus Romanarum pro Humanarum, quod non placet, nam & à vereribus libris diſſidet, & à Varrone, qui ita ſcribit lib. primo de vita Populi Romani, ut eſt apud Nonium. Metinm Fuffetium propret perfidiam interfecit pæne imperioſius, quam humanius. Quid ad hæc Roborıellus? Quid aliud, niſi ſuum illud, Legendum eſt Romanarum, Legendum, immanius, cur? quia ipſe dixit, jam enim hoc conſecutus eſt Robortellus, ut auditores ejus de ſe, ut Pythagorei quondam de Pythagora, exiſtimeut, quæ ſunt iſtæ pectoris tui anguſtiæ, quæ animi egeſtas Robortelle, ut nihil probare, nihil refellere poſſis, niſi omnia ſtatim corrumpas? ſemper hic erro, corrigas volui dicere, non vides ſenſum, oſtendo. Metium ait corporis membris ia diverſas partes diſtractis necatum à Romano Rege exemplo parum memore legum homanatum, ideſt crudeliſſime, atque immaniſſime, neque enim hominem in alterom hominem adeo ſævire leges ipſæ humanitatis permittunt, unde dixit Varto interfectum illum à Rege pæne imperioſius, quam humanius; tu verò immanius, ideſt crudelius legis, quid? tu nullam extitiſſe crudelitatem in hac nece Metii putas? at quæ major eſſe potuit immanitas? tu miſeram illam membrorum diſtractionem atrocitatis nihil habere exiſtimas? credo, neque enim ea immanitate eſſes, ut Livium, ut Plinium, ut omnes, ſummus præſertim auctor humanitatis, tam inhumane dilaniares. Quod ſi Legum Romanarum legas, dic, quæ tum erant de ſuppliciis latæ leges, cum inſtitutis potius, & moribus populus, quàm legibus, teneretur? ut eo primum anno lex de cæde conſtituta à Rege ſit.

EX LIBRO SECUNDO.

AD hæc viſa, auditaque clamor ingens oritur, non jam in Foro ſe tumultus continet, ſed

paſſim tota Urbe nexu vincti, ſolutique ſe undique in publicum proripiunt.) Ego emendavi, Nexi vincti, ſolutique. Nexus autem, ut inquit Varro, eſt is, qui liber ſuas operas in ſervitute dat alteri pro pecunia, quam debet, donec ſolverit creditori. Nexorum autem duorum genera fuerunt, unum eorum, qui inviti ſervirent, alterum, qui volentes, quorum illi vincti, hi ſoluti dicuntur. Invitos ſerviſſe multos oſtendit ſeditio, de qua hoc loco Livius. Volentes alios, idem libro VIII. cum inquit. Cui cum ſe C. Publilius ob æs alienum paternum nexum dediſſet. Hic nexos accepit pro iis, qui operam ſuam præſtarent pro pecunia quam deberent. Quos Zonaras, ubi de hac re loquitur, τους ἐξ ὑπερημερίας κρατυμένους vocat, ideſt, qui, quod ad præſcriptam diem non ſolviſſent, in poteſtate eſſent. Quod Livius dixit lib. X. Inire nexum. Et ſi unciario fenore facto levata uſura erat, forte ipſa obruebantur inopes, nexumque inibant. Non omnes autem nexos in vinculis à creditoribus habitos eſſe, oſtendit idem hoc loco cum ait: Hoc propoſito edicto, & qui aderant nexi profiteri extemplo nomina, & undique ex tota Urbe proripientium ſe ex privato, cum retinendi creditori jus non eſſet, concurſus in Forum fieri. Nam ſi nexi aliquot, tum enm edictum propoſirom eſt, in Foro aderant, argo non in vinculis araat. Robortellus autem veterem lectionem retinet; Nexu vincti, atque ita Livium dixiſſe ait, quomodo Cicero pro Murena, Nexu obligati: In iis rebus, quæ mancipi ſunt, is periculum judicii præſtare debet, qui ſe nexu obligavit. Ego vero dico aliud eſſe, Nexu obligari, & aliquid nexu, & mancipio noſtrum eſſe, quod ille prærer rem, ut ſolet omnia, profert, atque id de quo agimus, quemadmodum ia primo de jure civium Romanorum docui. Cum autem ipſe exponat nexu vinctos, ideſt, qui corpus ob æs alienum tradiderant creditori in ſervitium, quærit à me, quo modo, ſi vincti erant, potuerint iu publicum procurrere, neque attendit ſeditionem eam exarſiſſe, quod acerbius in ergaſtulis tractarentur, & ſe eadem difficultate urgeri; dico verò evaſiſſe è vinculis, quomodo C. Publilius libro VIII. è compedibus Papirii feneratoris evaſit. Quamobrem quod addit, me corrupiſſe Livium in pluribus, quam mille & ſexcentis locis, & ſe id propediem patefacturum, mallem ab eo conſideratius eſſe dictum; quis enim ei fidem eſt habituros, præter Glareanum, cum videat, eum ex tanto numero vix quindecim tentare auſum eſſe.

A. Poſtumius Dictator.) Dictatori A. Poſtumio Albo bello Latino ad lacum Regillum Magiſtrum equitum fuiſſe T. Aebutium Eluam Livius & Dionyſius auctores ſunt, cum autem ego Florum pro Æbutio Coſſum profiteri viderem, notavi id ipſum in Commentario Faſtorum. Hic Robortellus, Flori patronus, me reprehendit, quod eum notaverim, & ait putare ſe vocem illam, Coſſum, ex verbis Flori eſſe tollendam, irrepſiſſe enim ex gloſſemate alicujus imperiti. Bona tua venia dicam, Robortelle, nimis ſtudioſus es antiquitatis, neque enim me pateris veteris cujuſquam ineptias indicare. Unde tuus iſte in veteres amor tam repentinus? Iniquia Dii malefaciant, qui te quotidie optimum, & vetuſtiſſimum quemque auctorem maledictis figere nunciant, niſi forte hanc caſtigandæ antiquitatis laudem tu ſolus appetis, ac tibi depoſcis. Ego vero, cum non-

dum

dum hęc tua emendandorum librorum ars eſſet edita, qua tu quamcumque vocem tollendi, reponendi, mutandi pro arbitratu facultatem concedis, cum in ſcriptis, impreſſiſque Flori libris Coſſum eſſe viderem, nec poſſe quamcumque vocem temere deleri demens putarem, dixi decipi Florum. Nunc ſi tollitur vox Coſſus, nihil dico. An autem tolli debeat, tibi, qui id affirmas, etiam, atq; etiam cogitandum eſſe cenſeo. Sic enim loquitur Florus: Coſſus equitum magiſter exuere frenos imperavit, (& hoc novum,) quo acrius incurrerent. At nihil tale de Æbutio Magiſtro equitum Livius, nihil Dionyſius, unde ergo hoc ſumpſit Florus? nimirum ab Cornelio Coſſo, qui poſt fuit Magiſter equitum M. Æmilio Mamercino Dictatori bello, ut opinor, Fidenati, de quo ita Livius: Magiſter equitum Coſſus, frenos ut detrahant equis, imperat. Si ergo apparet, Florum memoriæ vitio lapſum, qui Coſſum detrahendorum equis frenorum auctorem Dictatori Poſtumio Magiſtrum equitum addat, qui Æmilio fuit, cur corrigendus eſt potius Florus, quàm notandus? non enim vitium eſt tantum in nomine magiſtri, ſed in conſilio, quod ne hoc quidem in bello adhibitum eſt. At equitum, inquis, hoc etiam in bello egregia opera fuit, nam Dictator, auctore Livio, equites equis deſcendere, & pugnam inire juſſit. Primum non eſt idem, detractis equorum frenis effuſo impetu in hoſtem incurrere, & dimiſſis equis pedeſtrem pugnam capeſſere, deinde illud fuiſſe Magiſtri equitum conſilium traditur, hoc Dictatoris mandatum. Si ergo neq; Coſſus hoc in bello Magiſter equitum fuit, neq; illud Coſſi conſilium hoc in bello uſurpatum eſt, apparet non librarii, ſed Flori vitio Coſſum Poſtumio Dictatori Magiſtrum equitum eſſe adjectum. Hoc errore poſito, ita ſcripſi. Idem ſentit is, qui de Viris illuſtribus tradidit, cum Coſſi ſtratagema illud exponit, de quo Livius in an. CCXXVII., quorum verborum hæc ſententia eſt. Si auctor libri de Viris illuſtribus Magiſtrum equitum Dictatoris Poſtumii equis frenos detrahi juſſiſſe ait, ergo idem ſentit, quod Florus, Coſſum Poſtumio Magiſtrum equitum fuiſſe, nam Livius poſt alio bello Coſſum hujus auctorem conſilii facit. Nunc ille me ita reprehendit. Falſa refert Sigonius, nam auctor de Viris illuſtribus Coſſi non facit mentionem ullam. Robortelle ſi eo acumine ingenii es, ut ſenſum meorum verborum planiſſimum non percipias, cur ea modeſtia es, ut falſa me retuliſſe falſo ſcribas? ego ne ſcripſi auctorem illum Coſſum nominaſſe, an ſignificaſſe?

Tres fuere ſententiæ, P. Virginius rem non vulgabat, de iis tantum, qui fidem ſecuti P. Servilii Coſ. Volſco, Sabino, Auruncoque militaſſent bello, agendum cenſebat; T. Lartius totam plebem ære alieno eſſe demerſam, nec ſiſti poſſe, ni omnibus conſulatur. Ap. Claudius & natura immitis, & efferatus: Agedum, inquit, Dictatorem, à quo provocatio non eſt, creemus, jam hic, quo nunc omnia ardent, conticeſcet furor, pulſet tum mihi lictorem, qui ſciat jus de tergo, vitaque penes unum illum eſſe, cujus majeſtatem violavit.) Ex his verbis apparet, tres ſententias eſſe dictas de plebe ob æs alienum militiam detrectante, unam à Virginio, qui parti plebis ſatisfaciendum eſſe cenſebat; alteram à Lartio, qui omnibus; tertiam ab Appio, qui nemini. Quid de his ſententiis judicatum ſit, deinceps exponit Livius, ſed ea verba aliter ab

aliis interpuncta diverſam edunt ſententiam. Sic legit Rhenanus: Multis, ut erat, horridi, & atrox videbatur Appii ſententia, rurſus Virginii, Lartiique exemplo haud ſalubres, utique Lartii putabant ſententiam, quæ totam fidem tolleret, medium maxime habebatur Virginii ingenium. Quam lectionem ego non probavi, quia ſequitur, ut Virginii ſententiam primo vituperet, cum ait exemplo haud ſalubrem fuiſſe, deinde laudet, cum ait, & moderatum utroque Virginii conſilium habitum eſſe, ut bis de ea, & Lartii ſententia judicet. Ea cauſſa feci, ut meliorem multo eam eſſe lectionem duxerim, quam ego in aliquot ſcriptis libris reperi, hoc modo: Multis, ut erat, horrida atque atrox videbatur Appii ſententia, rurſus Virginii, Vetuſiique exemplo pernicioſa. Haud ſalubrem utique Lartii putabant ſententiam, quæ totam &c. hoc ſenſu. Appii ſententia horrida, & atrox videbatur, & eadem rurſus Virginii, Vetuſiique exemplo pernicioſa. Lartii ſententiam haud ſalubrem exemplo putabant. Virginii moderatum utroque habebatur ingenium. Quod autem ſit, pernicioſam Appii ſententiam viſam Virginii, Vetuſiique exemplo, Conſules, qui tum erant, intelligit, qui cum cogere, ut Appius cenſebat, plebem in bellum voluiſſent, nihil profecerant, atque Conſularis majeſtatis jus imminuerant. Sic enim ſcribit Livius: Redeunt in Tribuni Conſules, citari nominatim unum ex iis, qui in conſpectu erant, dedita opera jubent, cum ſtaret tacitus, & circa eum aliquot hominum, ne forte violaretur, conſtitiſſet globus, lictorem ad eum Conſules mittunt, quo repulſo, tum vero indignum facinus eſſe clamitantes, qui Patrum Conſulibus aderant, devolant de tribunali, ut lictori auxilio eſſent. Sed ab lictore nihil aliud, quam prehendere prohibito, cum converſus in Patres impetus eſſet, Conſulum intercurſu rixa ſedata eſt. Apparet ergo, ut Appii ſententia atrox eſſet, cum animadverti vellet in detrectantem militiam plebem, & ut pernicioſa, Virginii, Vetuſiique Conſulum exemplo, qui id cum ſumma Patrum ignominia fruſtra tentaverant. Hanc autem lectionem vituperat Robortellus duabus rationibus, primum, quod ex conjectura pro Lartii Vetuſii repoſui, id quod fateor. Sed id librarii vitium fuiſſe, inde ſuſpicor, quod vox Lartii ſtatim ſubſequitur, ad quam ille reſpiciens pro Vetuſii, Lartii ſcripſit. Id autem hoc novum eſſe videri demiror, qui artem addendi, adimendi, mutandique ad arbitrium edidit, deinde, quod formulam loquendi Livianam non agnoverim, quam formulam repræſentari lectione, quam ipſe protulit, ait, ea vero eſt hæc: Multis, ut erat, horrida, atque atrox Appii ſententia videbatur, rurſus Virginii, Lartiique exemplo haud ſalubrem utique Lartii putabant ſententiam, quæ &c. Eſt autem, inquit, loquendi ratio eleganter per collectionem primo, mox per diſtributionem, perplexa quidem & obliqua, ſed apta ad orationem grandem conficiendam. Ego autem, ubi attente hanc dicendi formulam, atque ea, quæ citat, exempla conſideravi, alieniſſimam, & minime ferendam ſententiam ex hac promi lectione inveni. Exempla autem ejus hanc habent vim, ut collectio ſuum habeat verbum, & diſtributio ſuum, ut illud Ariſtotelis: [illegible]

&

& Virgilii illud:

Eam circum Mileſia vellera nymphæ
Carpebant, Drymoque Xantoque &c.
Cydippeque & flava Lycorias, altera virgo,
Altera tum primos Lucinæ experta labores.

Item:

Compulerantq; greges Corydon, & Thyrſis in unū
Thyrſis, oves, Corydon diſtentas lacte capellas.

Item:

Et manibus jam tangeret æquis.
Læva aciem ferri, dextra, nervoque papillam.

Item:

Jamq; neci Sthenelumq; dedit; Tamyrimq; Polumq;
Hunc congreſſus, & hunc, illum eminus.

Item:

Hunc illa exceptum tranſjicit,
Protinus Orſilocum, & Buten duo maxima Teucrum
Corpora: ſed Buten adverſo cuſpide figit.
Orſilochum fugiens.

Item:

Prolem Dolicaonis Hebrum
Sternit humi, cum quo Latagū, Palmūq; fugacem.
Sed Latagum ſaxo, atque ingenti fragmine montis
Occupat, os, faciemque adverſam, poplite Palmum
Succiſo volvi ſegnem ſinit.

Item:

Interea bijugis infert ſe Lucagus albis.
In medios fraterque Liger, ſed frater habenis
Flectit equos, ſtrictum rotat acer Lucagus enſem.

Item:

Vos etiam gemini Rutulis cecidiſtis in arvis &c.

Habet ergo in his exemplis collectio verbum ſuum, plerumque etiam diſtributio, numquam autem ſine proptio verbo collectio. At in hac oratione Liviana, quam his Virgilianis ſimilem eſſe vis, collectio oullum haber verbum, niſi ex ſuperiore membro alieoom aſſumat, hoc modo: Appii horrida, & atrox ſententia videbatur, rurſus Virgioii, Lartiique ſubaudi, ſententia horrida, & atrox videbatur; hæc enim collectio illa eſt, de qua dicit Robortellus, cui ſubſequeos eſt diſtributio ſuo ornata verbo, exemplo haud ſalubrem putabant Lartii ſententiam, Virginii moderatum utroqoe conſilium habebatur. Quod ſi collectio proprio caret verbo, nihil eum hæc exempla ad hanc emendationem inſerendam adjuvant, immo omnia ſupervacaoea ſuor; ſi ex ſuperiore membro, (non enim ex inſeriore poteſt, quod exempla Virgiliana demonſtrant) alienum verbum mutuatur, dico alieniſſimam, & fœdiſſimam ſententiam inſerri, ut æque atrocem, & horridam Virginii, & Lartii ſententiam appellet, qui aut parti, aut omnibus ſatisſaciebant, atque Appii, qui nemini, & qui Dictaturæ terrore in terga plebis dicto non audieotis minabatur; adde etiam expoſitionem illam Livii alieoiſſimam. Cur eoim horrida & atrox Lartii ſenteotia? quia exemplo haud ſalubtis, quia tollebar omnem fidem. Cur Virginii? quia moderatum utroque ingenium erat: O Livium ſtultum, ſi hæc voluiſti, ſapientem Roborıellum, ſi hoc eum voluiſſe crediditi! Ergo aut exempla tibi meliora, atqne aptiota quærenda ſunt, Robortelle, aut mea lectio, quam improbas, approbanda.

Ita Tribuni plebeji creati duo, C. Licinius, & L. Albinus, hi tres collegas ſibi creaverunt; in his Sicinum fuiſſe ſeditionis auctorem; de duobus, qui fuerint, minus convenit, ſunt qui duos tantum in Sacro monte creatos Tribunos dicunt.) Hic ille me inſimulat, quod hæc oomina oon emendaverim; eſſe enim ea à librariis corrupta, & pro C. Licinio reponendum eſſe C. Sicinium, pro L. Albino L. Junium. Adducitue autem Diooyſii, Plutarchi, Pediani, & aliorum, quos ipſe commemoravit, auctoritate, qui inter duos primos Tribunos plebis ſummo conſeoſu C. Sicinium Bellutum ſeditionis auctorem, & L. Juninm Brutum referunt. Eſt autem illud ridiculum, quod in quo me injuſte reprehendit, jure reprehendendus ipſe eſt. Hoc autem ita eſſe demonſtremus. Recitat Livius duas opiniones de primis Tribunis plebis, unam, quæ fuit, quinque ptimum creatos Tribunos; alteram, quæ duos tantum. Ex quinque nominat ſolum tres, C. Liciniom, L. Albioium, C. Siciniom ſeditionis auctorem, de duobus, qui fuerint, ait non convenire. Ille vero pro C. Licinio C. Sicinium reponit, quàm conſiderate, non attinet dicere; ita enim fit, ut C. Licinium honore injuſte depellat, C. Sicinium bis nominet. Erit enim idem primus, & tertius apud Livium Tribunus pl. C. Sicinius ſeditionis auctor, quo nibil ne cogitari quidem poteſt abſurdius. Spoliat aotem hooore C. Licioium iodigne, cum Diooyſius inter primos qniaque Tribunos pl. duos Licinios numerer Cajum, & Publium, & præterea C. Sicinium Bellutum ſeditionis auctorem cum L. Junio Bruto, & C. Icilio Ruga. Eſt ergo boc prudentiæ, quod videndum erat, non animadvertiſſe; probitatis autem, amicum, quem laudare debebat, ſine ratione aſperius appellaſſe. Præterea pro L. Junium reponit maxime ex Pediano, qui de duobus Tribunis pl. Livium eitat auctorem, & duos primos Tribunos plebis nominat, L. Junium Paterculum, & C. Sicinium Bellutum. Cui ego reſpondeo, non ieirco quia Pedianus auctorem profitetur Livium in aumero, etiam eum citar in nomine Tribunorum. Sic enim ait: Sunt, qoi eundem illum duotum numerum, quem Cicero, ponant, inter quos Tuditanus, & Pompooius Articus, Liviuſque noſter. Idem hic & Tuditaous adjicioot, tres prærerea ab illis duobus collegas creatos eſſe. Nomina duotum ſunr bæc, qui primi ereati traduntus, C. Sicinius L. F. Bellurus, L. Junius C. F. Paterculus. Hæc ille. Ex Livio autem non eſſe ſumpta hæc nomina patet, quod Livius inter primos duos C. Licinium, ut dixi, oumeravit, non C. Sicinium, quem tertio loco ſtatuit. Si ergo in eo aperte diſcrepat, cur non poteſt etiam io altero? præſertim veteribus libris omnibus aperte L. Albinum, non L. Junium profitentibus? Accedit, quod nulla cauſa eſt, cur potius apud Livium L. Junius ex Pediano reponendus ſit, quam ex Livio apud Pedianum L. Albinus. Veteres enim libri Pediani olim impreſſi habent, Lavinius Paterculus, ot tam facile reſtitui poſſit pro Lavinius L. Alvinius, quam L. Junius, immo vero etiam facilius illud, quam hoc. Nam Paterculo nuſquam alias Junii cognomen fuiſſe accepimus, & bunc L. Junium Tribunum pl. de quo agimus, omnes præter Pedianum, Bruti cognomine afficiunr, ut Paterculus Albioiorum eſſe cognomen videatur, & potius apud Pedianum ex Livio reponendus ſit L. Albinius, quam apud Livium ex Pediano L. Junius. Hoc ita eſſe apparer etiam ex tertio libro, ubi de Tribunis pl. refectis poſt Xvirûm abrogationem loquitur; ioter eos enim C. Sicinium creatum ait, progeniem ejus Sicinii, quem primum Tribunum pl. crea-

tum eſſe in Sacro monte memoriæ proditum, eſt, ut cum de duobus primis Tribunis pl. in Sacro monre creatis loqoimur, quæ fuit altera à Livio tradita opinio, vel C. Sicinium, & L. Junium, vel C. Licinium, & L. Albinium, ſtatuere debeamus, neque aliquid apud Livium immutandum ſit. Quamobrem gratulor T. Livio, vereque gratulor, qoi non te, Robortelle, emendatorem adeptus ſit, neq: enim ulla veræ lectionis, aut germanæ antiquitatis veſtigia apud eſt, quæ tua eſt ſcientia, atq; prudentia, reliquiſſes.

Coruntibuſque Etruſcis Fabii jam continenti agmine armatorum ſepti, quo magis ſe hoſtis inferebat, cogebantur breviore ſpatio & ipſi orbem colligere, quæ res & paucitatem eorum inſignem, & multitudinem Etruſcorum multiplicatis in arcto ordinibus faciebat.) Hujus loci hunc ſenſum eſſe ego in Scholiis ſcripſi: Aciem, quo breviore in ſpatio cogitur, & orbem colligit, eo plores ordines babere; quo majore in ſpatio explicatur, eo pauciores. In bæc verò ille ita: Ego quale ſit hoc, quod Sigonius profert, non percipio, nec ullum puto eſſe, qui percipere poſſit, immo verò longe ſecus ſe res habet, quo enim breviore in ſpacio cogitur acies, eo pauciores ordines eſſe neceſſe eſt; quo autem majore ſpacio explicatur, eo plures. Sed Sigonius Livii verba non intelligit. Multiplicatis enim cum dixit, idem eſt. ac ſi dixiſſet, condenſatis, ut ſit ſententia: Multiplicatis in arcto ordinibus, ideſt, denſatis, factum eſt, ut Fabii, qui erant CCC. tantum pauciores viderentur, hoſtes verò, qui plurimi erant, & ante diſperſi fuerant, videbanturque pauci, poſtquam in unum collecti ſunt breviore ſpacio, plures videbantur. Verùm rem totam explicat Ælianus in libro de acie more Græcorum inſtruenda: ἰςέον, ὅτι διπλασιάζεται, ἡ φάλαγξ, ἢ τοῦτο. Ego verò miror, cor, quod ipſe ſe negat intelligere, reprehendat. Quid autem, cum id ſcripſi, ſpectarim, demonſtrabo. Multiplicari in arcto ordines intellexi, augeri non magnitudine, ſed numero. Secutus autem ſum ſententiam illam Livii lib. XLII.: Primo à mari circunfuſa turba amicorum, ac ſatellitum procedebat, deinde extennabant paullatim anguſtiæ agmen. Quo ergo magis ab anguſtiis loci ordines extenoantur, eo plures fiunt, ut ſi XX. ſint ordines, quotum ſinguli decem habeant milites, deinde anguſtiis loci compulſi nonniſi qninque complecti poſſint, multiplicabantur ordines, & erunt quadraginta, ſed tenuiores, atque hoc eſſe opinor: διπλασιασμὸν κατὰ ἀριθμὸν, de quo Ælianus in libro de aciebus inſtruendis, ἐὰν ἀπὸ τοῦ βάθους τοὺς ἡμίσεας ὁπλίτας εἰς λόχους τιθέντες συντάξωμεν μετὰ τῶν λοιπῶν εἰς μῆκος, ὥστε γενέσθαι τοὺς λόχους ἀντὶ ασδ', βμη'. τῶν διπλασιασμὸς μὲν ἀριθμῶν ἐςίν. Ideſt, duplicatio perſonarum eſt, cum ex latitudine dimidiam partem militum in ordines conjectam cum reliquis inſtruemus in longitudinem, ut ordines ſint pro mille XXIIII. duo millia XLVIII. Atque hoc modo fit, ut hæc multiplicatio ordinum, & paucitatem inſignem reddat, quia ordines exſiliores fiont, & multitudinem inſignem, quia ordines plures evadunt. Itaque quod dixi breviore ſpacio plures ordines fieri, refero tam ad Fabios, quàm ad Etruſcos; quod dixi, majore pauciores, ad nullos. Tu autem multiplicatis, pro condenſatis accipis, ac vis eandem condenſationem ordinum eos, qui pauci ſunt, reddere pauciores, qui multi, plures, ego verò contra putarem, ſi condenſati paucorum ordines pauciores videntur, pari ratione & multorum non ita multos potius, quam plures videri. Sed de hoc ſenſu judicent alii. Quod verò addis, Livium alio etiam loco, Duplicato centuriarum numero, dixiſſe, pro condenſato, ideſt, magnitudine aucta, non numero, in eo etiam à te diſſentio. Verba Livii ſunt libro primo, ubi de claſſium centuriis locutus eſt, ejuſmodi: Nec mirari oportet hunc ordinem, qui nunc eſt poſt expletas XXXV. Tribus, duplicato earum numero, centuriis juniorum, ſeniorumque ad inſtitutam ab Ser. Tullio ſummam non convenire; quadrifariam enim Urbe diviſa, regionibus, collibuſque, quæ babitabantur partes, Tribus eas appellavit, neque hæ Tribus ad centuriarum diſtributionem quidquam pertinuere. Hic tu, Duplicato earum numero, interpretaris, Aucto, & condenſato centuriarum numero. Non enim, inquis, plures equitum centuriæ factæ ſunt, ſed eorum equitum, qui in ſingulis erant, numerus auctus eſt, & duplicatus, aliter enim intelligi locus ille non debet. O ſcientiam hominis admirabilem! Cur potius equitum numerum auctum interpretaris, quam peditum, cum veriſimile ſit, ſi creverunt opes Civitatis, ſi numerus civium auctus eſt, tam peditum, qoàm equitum numerum ſuccreviſſe, ideſt, ut ipſe ais, centurias duplicatas, ac condenſaras eſſe? Qui ergo locos Robortelli judicio, non aliter, quam ut ille dixit, intelligi debet, is Sigonii judicio longe aliam ſententiam habet. Ego enim Duplicatum boc etiam in loco ad numerum, non ad magnitudinem refero, & Tribus omnes duplicatas intelligo ita, ut cum à Ser. Tullio factæ eſſent XIX., poſt expletas quinque & triginta Tribus totidem, & ferme acceſſerint, decem autem & novem Tribus ab Ser. Tullio conſtitutas eſſe, docui in libris de jure Civium Romanorum. Itaque vocem *Earum* ad Tribus refero, non ad Centurias, & Duplicato ad numerum, non magnitudinem, ut dimidio auctas eas exiſtimem, non condenſatas.

Conſul lictorem ad Tribunum, privatum eſſe clamitans, ſine imperio, ſine Magiſtratu.) Horum verborum ut vis eſſet apertior, locum ego protuli ex queſtionibus Plut., in quo ita ille ſcribit: διὰ τί περιπόρφυρον ὁ δήμαρχος οὐ φορεῖ, τῶν ἄλλων ἀρχόντων φορούντων; ἢ τὸ παράπαν οὐδ' ἔστιν ἀρχή, οὐδὲ γὰρ ῥαβδούχους ἔχουσιν, οὐδ' ἐπὶ δίφρου καθήμενοι χρηματίζουσιν, οὐδ' ἔτους ἀρχῇ καθάπερ οἱ λοιποὶ πάντες ἄρχοντες εἰσίν, οὐδὲ παύονται δικτάτορος αἱρεθέντος, ἀλλὰ πάσης ἀρχῆς ἄλλης μεταφερομένης εἰς ἐκεῖνον, αὐτοὶ μόνοι διαμένουσιν, ὥσπερ οὐκ ὄντες ἄρχοντες, ἀλλ' ἑτέραν τινὰ τάξιν ἔχοντες. quorum verborum ſententiam ita verti. Cur cum purpura alii Magiſtratus otantur, Tribunus pl. non otitur? an quia Tribunus pl. Magiſtratus non eſt, neque enim ex ſella Tribuni jus dicunt, neque principio anni, ut reliqui Magiſtratus, incunt, neqoe creato Dictatore ſe abdicant, verum omni tranſlato ad Dictatorem imperio, ipſi tamen poteſtatem ſuam retinent, quaſi Magiſtratus non ſint. Ex bis verbis duo arrodere conatus eſt Robortellus, onum quod παύονται abdicant, alterum quod περιπόρφυρον purpuram converterim. Verba ejus bæc ſunt: Falſum eſt, quod ait Sigonius, creatu Dictatore Conſules abdicare ſe ſolitos narrare Plutarchum, nam ipſe ait παύειν, quod non abdicare ſe, ſed interim deſiſtere uti poteſtate, & jure ſno, dum Dictatoris eſt. Ex quo apparet, argumentationem ejus hanc eſſe: Male Sigonius vertit apud Plutarchum, Tribunos pl. creato Dictatore non abdicaſſe, nam falſum eſt, Conſules abdicaſſe creato Dictatore. Non dico, quàm aliena hæc ejus ratio ſit,

quàm

quàm inanis, quàm ridicula, illud dico, meutrumque aperte demonſtraturum, & παύεσθαι apud Plutarchum eſſe, quod Latini dicunt Abdicare, & Conſules creato Dictatore abdicaſſe. Dic enim Robortelle, nonne apud Livium legiſti, mortuo Cenſore collegam ejus abdicaſſe? legiſti certe, at cum de ea re loquitur Plutarchus, nonne παύεσθαι utitur? Eodem quæſtionum in lib.: διὰ τί τιμητοῦ θανόντος συνάρχοντος ἔδει καὶ τὸν ἕτερον πεπαῦσθαι τῆς ἀρχῆς, quid eſt ibi πεπαῦσθαι, an deſiſtere uti jure ſuo, an Magiſtratum deponere, quod Latine dicitur Abdicare? Et alibi: ὅσα τε τῶν ἄλλων ἀρχῶν τὰς καταλυομένας παύοντας ἑτέρους αἱροῦνται, παύοντας eſt, abrogantes, & abdicare cogentes. At Conſules, inquis, creato Dictatore non abdicabant. O ſtultum ergo Polybium, dementem Dionyſium, qui hoc literis prodiderunt? quid inquit Polybius? ita lib. III. δικτάτορος γὰρ κατασταθέντος παραχρῆμα διαλύεσθαι συμβαίνει πάσας τὰς ἀρχὰς ἐν τῇ Ῥώμῃ, πλὴν τῶν δημάρχων. ideſt dicto Dictatore ſubito omnes Magiſtratus diſſolvuntur præter Tribunum plebis; quid eſt diſſolvuntur, niſi abdicant? Accipe nunc quid Dionyſius dicat lib. V., ubi loquitur de Dictatore primum creato: ἐν ᾗ τὸ προβούλευμα τοιόνδε. λύεσθαι μὲν καὶ Κλοίλιον τὸν ὕπατον ἀποθέσθαι τὴν ἐξουσίαν, καὶ εἴ τις ἄλλος ἀρχήν τινα εἶχεν, ἢ πραγμάτων κοινῶν ἐπεμέλετο, ἕνα δὲ ἄνδρα, ὃν ἂν ἥ τε βουλὴ προέληται, καὶ ὁ δῆμος ἐπιψηφίσηται, τῶν ἁπάντων ἐξουσίαν παραλαβόντα ἄρχειν μὴ πλείονα χρόνον ἑξαμήνου, & poſt, Κλοίλιος ὕπατος ἀναγορεύει τὸν Λάρκιον δικτάτορα, καὶ αὐτὸς τὴν ὑπατείαν ἐξόμνυται. Quibus verbis apparet, decretum fuiſſe, ut creandi Dictatoris cauſſa omnes Magiſtratus abdicarent, & Clœlium Conſulem, ubi Partium collegam Dictatorem dixit, abdicaſſe. Utitur enim his verbis: ἀποθέσθαι τὴν ἀρχήν, & ἐξόμνυσθαι τὴν ἀρχήν. quæ nihil aliud ſunt, quam Magiſtratum deponere, & abdicare. Nam idem libro VI. dixit, τὴν δικτατορίαν ἐξωμόσατο, pro eo quod Latini dicunt, Dictatura ſe abdicavit. Si ergo idem eſt παύεσθαι τὴν ἀρχήν, quod ἀπολύεσθαι, & hoc idem, quod ἀποθέσθαι, & ἐξόμνυσθαι. hæc Latini dixerunt, Abdicare, ergo illud etiam recte Abdicare verti poteſt, & qui creato Dictatore Conſules abdicaſſe ait, egregie ait. At ille magnus auctor antiquitatis, Catonem, aut Varronem diceres, Non abdicabant, inquit, ſe Conſules creato Dictatore, ſed interim deſiſtebant uti poteſtate, & jure ſuo, dum Dictatoris eſt. Solebant enim non abdicare ſe Conſules, ſed parere Dictatori, quod ſi Dictator ſe abdicaſſet, antequam exitus anni eſſet, Conſules reſumebant poteſtatem priſtinam. Hui, quam ſapienter! Dic quæſo Robortelle, quid eſt aliud Abdicare, quam privatum ſe reddere? at creato Dictatori Conſulem privatum occurriſſe tradit Plutarchus in Fabio: τοῦ δ᾽ ἑτέρου ὑπάτου συναντησόμενος μετὰ ῥαβδουχίας εἰκοσιπενταρχος, καὶ τοῦ ἑτέρου ὑπάτου ἀπαντῶντος αὐτῷ τὸν ὑπηρέτην πέμψας ἐκέλευσε τοὺς ῥαβδούχους ἀπαλλάξαι, καὶ τὰ παράσημα τῆς ἀρχῆς ἀποθέμενον ἰδιώτην ἀπαντᾶν. Ideſt, Fabius Dictator obviam prodeunte altero Conſule, viatore miſſo, lictores dimittere eum juſſit, atque inſignibus Magiſtratus abjectis privatum ad ſe venire. At, inquis, Conſules creato Dictatore non abdicabant, ſed parebant ipſi Dictatori, æque ac ſi Legati ipſius fuiſſent. Scite Robortellus, ſtulte Livius, qui ſcripſit ita: Tu L. Minuci, inquit Dictator, Legatus his legionibus præeris. Ita ſe Minucius abdicat Conſulatu, juſſuque ad exercitum manet. Sed ſit hoc ineptum, illud vero quam grave, quod idem addit: Sed ſi verum eſſet, quod ſcribit Sigonius, Conſules abdicare ſolitos, non utique reſumpſiſſent. At Dionyſius, qui Conſules abdicare ſolitos ait, ſcribit A. Poſtumium Conſulem à collega ſuo Dictatorem dictum, ei partem exercitus tradidiſſe, ubi vero Dictatura abdicavit, ipſum cum Collega ſuo Conſule, quem abdicatum innuerat, comitia Conſularia habuiſſe, nec tamen apparet, quemadmodum ille, qui abdicaverat, poteſtatem recuperaverit Conſularem. Sed ego ineptus, qui doctiſs. hominis argutias ut verbis mihi ſumpſerim refutandas. Venio ad alteram reprehenſionē ejus, quæ eſt his verbis prolata: Jam vero errat Sigonius, cum purpuram vertit; nam περιπόρφυρον habet Plutarchi liber, & ſatis notum eſt hanc à Plutarcho dici, quam prætextam Latini vocant. Dii immortales! quam doctus eſt iſte Franciſcus Robortellus, dat vitio, quod verterim περιπορφύρῳ οὐ χρῆται, purpura non utitur, cum dicendum fuerit, prætexta. Non nego, Robortelle, quin prætextam intellexerit Plutarchus. Sed cum prætexta nihil aliud ſit, quam toga, cui purpura prætexta ſit, in eoque à toga differat, quod purpuram habeat in ora intextam, neſcio cur mihi vertendum vitio ſit, quod purpuram pro prætexta verterim, præſertim cum dicat Livius lib. XXXIV. Purpura viri utemur prætextati in Magiſtratibus, Sacerdotiis, liberi noſtri prætextati purpura togis utentur. Quid eſt enim aliud, Utemur in Magiſtratibus, & Sacerdotiis purpura, quam toga purpura prætexta? quod quale eſſet, ut intelligeretur, dixit, Prætextati. Item paullo poſt: Et cum tibi viro liceat purpura in veſte ſtragula uti, & Plinius lib. XXXIII. Vulgoque purpura latiore tunica uſos invenimus etiam præcones. Cum hos habeam hujus locutionis auctores, quid Robortellum, aut Glareanum diſſentientes curare debeo?

EX TERTIO LIBRO.

Ecce Hernici nunciant, Volſcos, & Æquos, etſi acciſa res ſit, reficere exercitus, Antii ſummam rei poſitam. Ecetræ Antiates palam Concilia facere, id caput, eas vires belli eſſe.) Hunc locum ego non attigi, quem à me corruptum eſſe, falſo inſimulat Robortellus, atque ita legendum contendit: Antii ſummam rei poſitam, non Ecetræ, nec videt, ſe addenda particula, non, pulcherrimam, & veriſſimam hiſtorici ſententiam depravare. Antiates enim, & Ecetrani Volſci erant, Antiates quidem coloni Romani, Ecetrani vero non item. Volſci autem cum bellum renovare vellent, Antii ſummam rei poſuerant illi quidem, ſed Antiates, ne ſua conſilia Romanis patefierent, Antii clam fortaſſe, at Ecetræ palam Concilia de belli ratione habebant. Non ergo, ut Robortellus interpretatur, Hernici nuntiabant, Antii ſummam rei poſitam à Volſcis, non Ecetræ, ſed Antiates, non Antii, ſed Ecetræ palam Concilia facere; nam cum addit, id caput, eas vires belli eſſe, de Antiatibus, non de Ecetranis intelligendum eſt.

Anno trecenteſimo altero, quam condita Roma erat, iterum mutatur forma Civitatis.) Reprehendit Robortellus, quod trecenteſimum alterum annum interpreter, trecenteſimum primum, duobus argumentis; uno, quod in faſtis Capitolinis hic annus eſt trecenteſimus ſecundus, altero, quod alter ſecundum ſignificet, non primum. Utrique ita reſpondeo. Primum illud poſi-

poſitum eſſe volo, quod aliter habere non poſſe ſupra demonſtravi, Capirolinam annorum ſummam nihil ad Livianam pertinere; Livianam autem non niſi ex verbis ipſis Livii eſſe hauriendam, neque Livianos numeros, ut annorum rationem Livianam inveniamus, pro arbitrio eſſe mutandos, ſed eſſe incolumes relinquendos. His autem rebus ita conſtitutis, dico, Livium, cum inquit, anno trecenteſimo & altero Decemviros eſſe creatos, trecenteſimo primo intelligere. Etenim ſi Conſules primos iniſſe dicas anno ipſo ducenteſimo primo quadrageſimo quioto, quod diſerte apud Livium ſcriptum eſſe ſupra oſtendi, non poteris Decemviros in annnm trecenteſimum primnm conjicere; quod ſi duos eos annos, de quibus diximus, annnmeraris, in trecenteſimum tertium eos referre cogeris; non eſſe autem eorum rationem habendam, ſatis alio loco probatum eſt: me autem magis etiam movent ſcripti Epitomatnm libri, in quibns invenio, Uno & trecenteſimo anno ab U. C. Decemviros eſſe creatos. Præterea nominat Livius annum, quo C. Sulpicius Peticus III., & M. Valerius Poplicola Conſulatum geſſerunt, quadringenteſimum ab urbe condita, his verbis: Quadringenteſimo anno, quam Urbs condita erat, quincto & tricenteſimo, quam à Gallis recepta, ablato poſt undecimum annum à plebe Conſulatu patricii Conſules ambo ex interregno Magiſtratum iniere. Quem, tam nobilem, & tam rotundum numerum, ut ego tueor, ſic Robortellus corrumpit, & trecenteſimum nonageſimum octavum reponit, quoniam hi Conſules in eum annnm in faſtis Capitolinis incurrant, quo errore nullum fœdiorem eſſe poſſe opinor. Si ergo hi Conſules ex Livii ſententia fuerunt anno quadringenteſimo, profecto Marcus Popillius Conſul, qui eos proxime conſecntus eſt, anno quadringenteſimo primo Conſulatum geſſit, quo Conſule accepimus ſecundos Ludos ſæculares, teſte Zoſimo, eſſe factos. Cum autem tertii Ludi ſæculares auctore Cenſorino ex Livii ſententia relati ſint L. Junio, & P. Claudio Conſulibus, iidemque teſte Epitoma Liviana, centeſimo anno editi ſint, altero, & quingenteſimo ab urbe condita, cumque à M. Popillio Cnnſule ad Junii, & Clandii Conſulatum centum anni numerentu,r ſane apparet, quingenteſimum alterum in Eoitoma eſſe qoingenteſimum primum; præterea ſi Junius, & Claudius anno quingenteſimo primo Conſules fuerunt, profecto Marcius, & Manilius, quibus Conſulibus quarti Ludi ſæculares poſt centeſimum annum, ſexcenteſimo autem & altero ab urbe condita anno relati à Livio in epitoma, & Cenſorino ex Livii ſententia feruntur, in annum ſexcenteſimum primum incnrrent, atque ita etiam ſexcenteſimus alter erit ſexcenteſimns primus. Atque hoc quidem ita eſſe docet etiam alio loco Livius, qui Cottam, & Galbam in annum conjicit quingenteſimum quinquageſimum, qui numerus, ſi regrediaris, oſteodet, Junium, & Claudium anno quingenreſimo primo; ſi ptogrediaris, Marcium, & Manilium anno ſexcenteſimo primo iniſſe. Cum autem rotundos hos numeros ſtudioſe attulerir Livius, quam periculoſum, ac remerarinm ſit, eos Robortellıano more mutare, omnes intelligunt; ille tamen hoc etiam in loco qningenteſimum quinquageſimum tertium reponit. Præterea in Epitomis iiſdem ſcriptum eſt, bella civilia tribus triumphis à Cæſare Octaviano actis viceſimo & altero anno, quam inita etant, eſſe finita. Subducta autem ratione omnium annorum a Lentuli, & Marcelli Conſulatu, quo cœperunt, uſque ad ipſius Cæſaris, & Craſſi Conſulatum, in quo ille ttiumphavit, non niſi viginti unum aumerari invenies. His ego veſtigiis Livii ſenſum perſecutus: Alterum pro primo interpretatus ſum, non grammatica, quam ille bonus ſcilicet grammaticus ſequitur, loquendi ratione, ſed Liviana, quam ego indagavi, computatione adductus. Quibus reb. ita confirmatis, nunc, quæ contra dici poſſint, refellamus. Trecenteſimus alter, inquit, Decemvirûm annus non eſt trecenteſimus primus, ſed ſecundus, nam ab eo anno uſque ad Tribunos militares, qui trecenteſimo decimo anno iniſſe dicuntur, non niſi octo anni numerantur, cum novem eſſe deberent; reſpondeo, nihil novi adverſus me afferri, ſenſi enim difficultatem, & quo pacto tolli poſſet, adſcripſi, nimirum videri Horatium, & Valerium in alterum annum continuaſſe Conſulatum, idque Livium ipſum etiam ſignificaſſe. Sed ſit hæc difficultas maxima, qua mea expoſitio urgeatur, quid? non ne eadem etiam ipſe premitur? Nam cum primi Conſules anno ipſo ducenteſimo quadrageſimo quincto inierint, ut Livius voluit, Decemviros in trecenteſimum ſecundum referre non poterit, niſi eadem ratione annum interjiciat, ubi autem ſit interponendus, non apparet, nam ſi duos illos, de quibns diximus, interſeruerit, Decemviros in trecenteſimum tertium conferat, neceſſe eſt. Jam vero quod ait: Alter dicitur de duobus, ergo trecenteſimus alter eſt trecenteſimus ſecundus; reſpondeo, ſi à trecenteſimo incipiamus, tum eum, qui proxime ſequitur, alterum eſſe, ſequitur autem trecenteſimus primus. Sic dixiſſe Virgilium; Tu nunc eris alter ab illo, id eſt ſecundus, ſi illum etiam annumeraris, primus autem, ſi poſt illum numerare incœperis. Hoc loco Servii interpretationem opponit, qui exponit apud Virgilium, annum alterum ab undecimo, decimum tertium, non duodecimum. Scilicet, quia decimus tertius propius abeſt à pubertate, quam duodecimus. Cui ego reſpondeo, ſi Servius expoſitionem illam ſuam ſibi ratione corroborandam putavit, intellexiſſe alteram etiam poſſe probari, nam ſi conſtaret, annum alterum ab undecimo non poſſe ſignificare, niſi tertium decimum, quid tam anxia illa opus erat expoſitione? confirmavit ergo id, quod facile labefactari poſſe intellexit, ratio vero, quam affert, non cogit nos aſſentiri, ut omnino ille tertius decimus ſit; neque enim neceſſariam, & certam aliquam annorum ſummam, quam evitare non poſſimus, adhibuit. Hæc dixi, non ut Alterum pro ſecundo ſumi poſſe negarem, ſed ut Livianum uſum oſtenderem, neque aliter fieri poſſe ab eo, qui integros ejus ſervare numeros velit, probarem. Quod ſi Robortellus omnes numeros Livianos incolumes tuebitur, atque alterum pro ſecundo interpretabitur, aſſentiat, qued ei tamen facere jam integrum eſſe, non video, ſiquidem omnes corrupit, & pro quingenteſimo, ac ſexcenteſimo altero, quingenteſimum, ac ſexcenteſimum quartum repoſuit; ſin autem numeris Livianis evertendis mecum pugnare voluerit, eum non audiam.

Et in unica concordia inter ipſos, qui conſenſus in privatis interdum utilis eſſet.) Sic ego t Vetus liber unus habet, In privatis, alter In privatis conſiliis interdum utilis eſſet, ut videatur

Digitized by Google

tur legendum eſſe. Qui conſenſus in privatis interdum conſiliis utilis eſſet. Ad hæc Robortellus: Omnes vetuſti libri, quos ego hactenus vidi, ſcripti ita habent. Et in unica concordia inter ipſas, qui conſenſus in privatis interdum inutilis eſſet, unde pulcherrima dicitur ſententia, ſi inter ſe conſentiant privati homines; interdum id magno aliorum malo fieri. Ego vero quod tum ſcripſi, ex libris ſcripſi, quam nunc etiam lectionem in libro Mureti invenio ita: Qui conſenſus privatis interdum conſiliis utilis eſſet, cujus lectionis ſenſum videat, an non probet. Erat, inquit, ſumma adverſus alios æquitas poſita in unica inter ipſos Decemviros concordia, qui conſenſus in privatis interdum conſiliis utilis eſſet, ideſt, ſi privati in conſiliis capiendis ſecum ſæpe conſentiant, eo modo, quo Decemviri, qui erant in Magiſtratu, inter ſe concordarunt, utile futurum Reip. neque enim civiles diſſenſiones, quas tum habebat in manibus Livius, fuiſſe conſecuturas. Accommodat ergo Livius ſententiam ad res Romanas, & ad illa turbulenta Reip. tempora, & privatorum conſenſum non aliter, quam Magiſtratuum, utilem eſſe ait: verum non ſemper, ſed interdum, nam ſi ſemper privati conſentirent, multis nocerent; ſi interdum, Reip. non obeſſent. Ille vero ais, ſi inter ſe privati conſentiant, interdum id magno aliorum malo fieri.

Strictum etiam telum, reſperſuſque ipſe cruore tota in ſe caſtra convertit.) Ego cum in pleriſque libris ſcriptis invenirem: Strictum etiam telum tenens, id quod nunc etiam in Mureti libro invenio, & cum Dionyſium de eodem homine, & de eadem re loquentem, vocem Tenens non omittere animadverterem, neque omittendam mihi putavi. Dionyſius autem ita: τὴν μαχαιρίδα διὰ χειρὸς ἔχων, αἵματι πεφυρμένος ἅπας, ideſt, manu cultrum tenens, totus ſanguine fœdatus. Robortellus autem omittendam eſſe cenſet, quia duo, inquit, admirationem afferebant militibus, primum telum ſtrictum, deinde ipſe Virginius, qui erat reſperſus cruore. Quod datur dictio, Tenens, ſe non videre ait, quo modo locum habere poſſit altera dictio, Ipſe; quæ alioqui vim magnam habet in illa periodo. Ad quæ dico: Virginium duobus modis caſtris admirationem attuliſſe, & quod ſtrictum telum teneret, & quod ipſe ſanguine reſperſus eſſet. Quod autem ait, ſe non videre, ut vox, Ipſe, locum habeat, neſcio, quos oculos habeat, qui non videant, aliud eſſe Virginium ſtrictum telum tenentem, aliud Virginium ipſum, quod multo majus eſt, reſperſum cruore; neque enim Virginius aut cum telo, aut non reſperſus attuliſſet admirationem, ſed cum ſtrictum teneret cultrum, & ipſe, nedum culter, eſſet reſperſus ſanguine, in ſe tota caſtra convertit. Hæc ſi non videt, aut videre non poteſt, non eſt, quod in tantis Veterum Scriptorum tenebris ambulet, aut aliis lucem oſtendere cogitet, quam ipſe intueri prope cœcus non poſſit.

EX LIBRO VII.

Impletas modis Satyras deſcripto jam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant. Livius poſt aliquot annos, qui ab Satyris auſus eſt primus argumento fabulam ſerere, idem ſcilicet, id quod omnes tum erant, ſuorum carminum actor dicitur, cum ſæpius revocatus vocem obtu-

diſſet, venia petita puerum ad canendum ante tibicinem cum ſtatuiſſet, canticum egiſſe aliquanto magis vigente motu, quia nihil vocis uſus impediebat.) Horum verborum hanc eſſe ſenſum putavi. Primum Ludiones ex Etruria accitos ſine carmine ad tibicinis modos ſaltaſſe; poſt verſus, ſed inconditos, & motus à voce non abſonos adjunxiſſe. Livium autem Andronicum ſeparaſſe primum cantorem à ſaltatore, ita ut unus hiſtrio caneret, alius ſaltaret, atque hoc ſimile ei eſſe, quod dixit Ariſtoteles in poëtica, Tragœdiam imitationem eſſe, quæ fieret rhythmo, ideſt ſaltatione, harmonia, & oratione aut conjunctim, aut ſeparatim. Robortellus autem aliò ſpectans inquit, Ariſtotelem in eodem libro dixiſſe, Sophoclem auxiſſe numerum hiſtrionum; cum enim Æſchylus ante primus auxiſſet uſque ad duos, Sophocles tertium addidit, ſicque inquit, tres hiſtriones primarum, ſecundarum, & tertiarum partium eſſe cœperunt, & Æſchylus, quem ſcribit Ariſtoteles inveniſſe λόγον πρωταγωνιστοῦ, invenit ſermonem hiſtrionis primarum partium, Sophocles vero tertiarum. Ego vero reſpondeo, neq; illum, neque hunc locum à Robortello, aut à Glareano, qui Robortello aſſentitur, eſſe intellectum; priore enim loco de Tragœdia Ariſtotelem loqui, in qua Chorus idem & cantaret, & ſaltaret, hiſtriones autem canerent tantùm, quod ex ſequentibus liquet. Livium loqui de hiſtrionibus Latinis, qui cum antiquitus iidem & ſaltarent, & canerent, Andronici inſtituto utrumque munus diviſerunt, ut canticum, quæ pars eſt fabulæ, alii ſaltarent, atque hoc etiam olim factitatum Lucianus tradit in libro de ſaltatione, cum inquit: Olim iidem & cantabant, & ſaltabant, deinde poſteaquam ſaltantium ſpiritus odam interrumpebat, præſtare viſum eſt, alios ipſis ſuccinere. Quod vero de tribus hiſtrionibus ſcribit Ariſtoteles, id eſt tale: Antiquitus Tragœdia ex choris ſolis conſtitit, neque hiſtriones habuit, inde additi ſunt hiſtriones, qui cum choro negotiarentur, unus à Theſpide, alter ab Æſchylo, tertius à Sophocle, obſervatumque eſt, ne quarta perſona loqueretur. Hæc eliciuntur ex Athenæo lib. XIV. ubi inquit: Conſtitit vero & Satyrica tota Poëſis antiquitus ex choris, quemadmodum & Tragœdia ejus temporis, itaque neque hiſtriones habuerunt. Item ex Diogene in vita Platonis ita ſcribente: Antiquitus in Tragœdia ſolus chorus agebat, deinde Theſpis hiſtrionem unum, ut chorus interquieſceret, excogitavit, alterum Æſchylus, tertium Sophocles, atque ita Tragœdiam expleverunt; λόγον autem πρωταγωνιστοῦ non eſſe ſermonem primarum partium, ſed prologum, ſatis evidenter Madius, & Victorius ex ipſo Ariſtotele docuerunt.

EX LIBRO XXVI. ET XXVII.

Galeria juniorum, quæ ſorte prærogativa erat, Q. Fulvium, & Q. Fabium Conſules dixerat, eodem jure vocatæ inclinaſſent, ni. Item: Fulvius Romam comitiorum cauſſa accerſitus, cum comitia Conſulibus creandis haberet, prærogativa centuria juniorum declaravit T. Manlium.) In priorem locum Glareanus ita ſcripſit: Ego fateor, quid Galeria ſit, non intelligo. Si equitum eſt ordo, fortaſſe à Galero nomen habet. Hæc cum ego legiſſem, ſcripſi in hunc modum: Galeria nomen eſt centuriæ, ut Veturia. Item: Et hoc loco in Veteribus libris eſt pro

centuria, ſic infra: Redire in ſuffragium Veturiam juniorum, item: Veturiam ſeniorum citaret, item: Citatis Veturiæ ſenioribus, idque, ut ego cenſeo; recte eſt enim Veturia Centuriæ nomen, ut Galeria, cujus meminit lib. XXVII. his verbis: Galeriam juniorum, quæ ſorte prærogativa erat. Nunc vertit vitio Robortellus, quod ſine Veterum Librorum auctoritate pro Centuriæ voce Galeriam, & Veturiam repoſuerim, addit deinde Galeriam Tribum, non Centuriam eſſe, nam Centurias nomine caruiſſe. Ego vero dico, me Veturiam, & Galeriam ex antiquis libris hauſiſſe, atque hujus lectionis doctos omnes, præter ipſum, adſtipulatores habere. Galeriam autem, & Veturiam Tribuum nomina eſſe illa quidem, verum Centuriarum etiam eſſe poſſe. Nam cum ex Tribu Galeria Centuria prærogativa eſſet educta, ſive juniorum, ſive ſeniorum, fiebat, ut ipſa Centuria nomen Tribus adipiſceretur, & Galeria juniorum, ſive ſeniorum diceretur, quod erat nihil aliud, quam dicere, Centuria prærogativa juniorum, aut ſeniorum ex Tribus Galeria educta, nam Cicero pro Plancio prærogativam Centuriam unius Tribus partem vocavit, atque idem dico de Veturia, & ceteris. Habent ergo Centuriæ nomen, cum à Tribu, unde educuntur, id accipiant. Quamobrem quod addit, ſe putare, me, cum hæc ſcripſi, ſomniaſſe, ſcito, me vehementer gaudere, cum ſomnia mea multo, quam ipſius vigiliæ, ſint meliora; neque enim, niſi ipſe vigilans dormientis ſimilis eſſet, Galeriam, & Veturiam Centurias ex Liviana hiſtoria ſuſtuliſſet, de quibus egregie Nicolaus Grucchius in libris de comitiis diſputavit.

EX EPITOMA XLIX.

D*iti patri ludi Terentum ex præcepto librorum Sibyllinorum facti, qui anno primo Punici belli, quingenteſimo & altero ab U. C. facti erant.*) Ego cum ex ſcriptis libris correxiſſem: Qui anno centeſimo, primo Punico bello, quingenteſimo & altero ab U. C facti erant; Robortellus ex conjectura ita emendavit: Qui ſextodecimo anno, primo Punici belli; improbavit autem vocem illam Centeſimo, quam ego confirmo in hunc modum: Bellum Punicum tertium Marcio, & Manilio Conſulibus cœptum eſt anno altero & ſexcenteſimo ab U. C. ut ſcriptum eſt in hac Epitoma, iiſdemque Conſulibus quarti ludi ſæculares ex Livii ſententia, Cenſorino teſte, & Epitoma conſentiente, facti ſunt, ergo quarti ludi anno altero & ſexcenteſimo ex Livii ſententia facti ſunt, at tertii ludi P. Claudio, & L. Junio Conſulibus ex Livii ſententia, ut ait Cenſorinus, facti fuerant, qui annus in quingenteſimum primum ab U. C. incidit, ergo ludi ſæculares, de quibus agitur in Epitoma, centeſimo ante anno facti erant, ante tertium bellum Punicum, cujus primo anno etiam facti eſſe dicuntur.

EX EPITOMA L.

P. *Scipio Æmilianus cum ædilitatem peteret, Conſul à populo dictus, quoniam per decem annos fieri minime licebat, legibus ſolutus, & Conſul creatur.*) Ego, quoniam legem de decem annis non obſervari, niſi in iis, qui Conſules reficerentur, ſciebam; ea enim caveri, ne quis intra decem annos Conſul reficeretur, cumque in ſcriptis libris legi animadverterem, Per annos, numero Decem omiſſo, non dubitavi, quin germana hæc eſſet lectio; præſertim vero cum Scipionem tum XXXVII. annos natum ſcirem, idest nondum ætate Conſulari præditum, de qua legibus annalibus eſſet cautum; hanc autem lectionem, cum & librorum, & rationis auctoritate nitatur, tamen Robortellus temere irriſit. Atque hi quidem ſunt mille illi, & ſexcenti Livii loci, quos me corrupiſſe Robortellus inſimulavit, quouſque primum ille, deinde Glareanus adverſus me protulit, de quibus aliorum eſto, non noſtri, judicium.

F I N I S.

CAROLI SIGONII
DE VITA, ET REBUS GESTIS P. SCIPIONIS ÆMILIANI LIBER.

Adjectis in fine, unde hiſtoria ſumpta ſit, locis,

CUM PRÆVIA DISSERTATIONE

PHILIPPI ARGELATI BONONIENSIS

AUGUSTISSIMI CÆSARIS

A SECRETIS.

IN CAROLI SIGONII
LIBRUM
DE VITA, ET REBUS GESTIS
P. SCIPIONIS ÆMILIANI
DISSERTATIO
PHILIPPI ARGELATI
BONONIENSIS.

PRimus hic Sigonii fœtus pretioſiſſimus æque ac rariſſimus, utpote cujus exemplar unum (quod in Hannoviana Sigonianorum operum collectione deſideratur) in ſola Scientiarum Bibliotheca Bononiæ a nobis inventum eſt, atque ab eo impenſis noſtris exſcriptum, ſatis oſtendit, illum a prima fere ætate ita comparatum, inſtructumque, ut addiſcendæ ſimul, & conſcribendæ hiſtoriæ calleret non modo leges, ſed & diligenter exſequeretur. Didicerat porro Græcos, Latinoſque fontes adeundos, unde vetuſtiorum temporum monumenta repetere liceat, profanæque eruditionis notitiam, quæ inde uberiùs dimanaret. Solemne igitur habuit antiquiores rerum Scriptores ſequi, eorundemque fidei deferre, recentioribus prætermiſſis: noverat populorum mores, regnorum, rerumque publicarum ſtatus, atque conſilia ſcribenti comperta eſſe debere: nec mediocre ſtudium requiri, ut animorum vitia, atque virtutes in publicis præſertim negotiis adminiſtrandis dijudicet; ac tandem, ut de ceteris ſileam, in rebus enarrandis aptam locutionem, elegantem, ac nitidam eſſe uſurpandam. Hæc ſanè omnia ab Auctore noſtro ſervata in hac Scipionis Vita contexenda facilè præſtant, ut cum eam legerint adoleſcentes bonarum artium addiſcendarum cupidi, planè intelligant, ad quam ſapientiæ laudem juvenilis ætas pertingere poſſit, ſi ſtudio literarum, & Sigonii exemplo ad Græcæ Latinæque eruditionis adeptionem vehementiùs inflammetur.

Neque enim dubito, quin Auctor noſter opuſculum hoc adornaverit ante annum circiter ætatis ſuæ vigeſimum quintum. Namque Antonius Bendinellus, qui argumentum hoc mala fide Auctori noſtro præripuit, ejuſdem Scipionis Vitam Florentiæ edidit anno MDXLIX. quo Sigonius annum agebat vigeſimum ſextum, aut ſeptimum (ut conſtat ex Clariſs. Muratorio in ejus Vita huic editioni præfixa, ubi Sigonium natum putat anno MDXXIII., vel potius MDXXIV.). Atqui Auctor noſter Diſputationum Patavinarum lib. 2. Robortellum æmulum ſuum perſtringens, exprobrantem ei, quod a Bendinello hiſtoriam hanc exſcripſiſſet, plagium objectum exſufflat, aſſerens, *hanc unam hiſtoriam Petro Franciſco Contareno &c. adeo quondam fuiſſe probatam, ut hoc uno nomine &c.* Quæ verba ſatis oſtendunt aliquot annis ante MDXLIX. quo ſuam in lucem edidit Bendinellus, Auctorem noſtrum Vitam hanc conſcripſiſſe. In qua porro elucet ſanum illius judicium ſatis exquiſitum, ubi præſertim Scriptores variant in rebus geſtis Scipionis Æmiliani enarrandis, neque adeo hæſitavit ut Bendinellus, cujus pleræque caſtigationes in veteres Auctores parum feliciter proceſſere, a quibus ſaniori conſilio abſtinuit noſter Auctor, probe noſcens artis criticæ præcepta, quibus antiquiores gravioreſque hiſtoricos recentioribus, & minoris notæ, præferendos eſſe didicerat. Hinc & felicius quoque Plutarchi loca quædam, & Tullii verba, mentemque attigit, atque alios quoque accommodè interpretatus eſt, nec iis emendandis audaces intulit manus, nec Ciceronem quandoque dormitaſſe, nec ſibi metipſi conſtare Plutarchum clamitans, ut Bendinellus præſtitit, qui locos viginti ſex protulit, in quibus, tametſi quandoque jure ac merito, carpit Scriptores aliquot, non quidem primi nominis, ſæpe tamen gravioribus, nulla ratione ſuffultus objicit antilogiam. Quare operæ

pretium duxi illuſtriora loca perpendere, ne quid ad Scipionis Vitam illuſtrandam deeſſe lucis videatur, cum, præſertim Cl. Caſtelvitrei teſtificatione, decepti poſſent legentes Bendioelli caſtigationes in veteres illos Auctores, pluris eaſdem facere, quam par eſſet.

Ac primo carpit Bendinellus Plutarchum, quod Papiriæ filium Q. Æmilium Paullum a Q. Fabio Maximo quinquies Conſule fuiſſe adoptatum dicat, aliunde in Vita Fabii ſcribat, hunc è vivis migraſſe eodem anno, quo Annibal ex Italia revocatus in Africam fuit, quod accidit anno Capitolino U. C. DL. ſive anno Varroniano DLI., ut docet Sigonius noſter in Comment. ad Faſtos Capitolinos ad eundem annum DL, quo anno L. Æmilii Paulli filius ex Papiria naſci vix potuit. At primum Plutarchi locum, ubi de filiis L. Æmilii Paulli loquitur, Bendinellus non intellexit. Ita ille ſe habet: Τὸν μὲν πρεσβύτερον, ὥσπερ, Μάξιμον Φαβίου τοῦ πεντάκις ὑπατεύσαντος τὸν δὲ νεώτερον Ἀφρικάνου Σκηπίωνος υἱὸς ἀνεψιὸν ὄντα ζέμενος Σκηπίωνα προσηγόρευσεν; hoc eſt: *Majorem natu* (Q. ſcilicet Æmilium Paullum) *Fabii Maximi, qui quinquies Conſul fuit, minorem Scipionis Africani filius conſobrinum ſuum adoptavit, Scipionemque nominavit*. Ubi ly *filius* ſubintelligitur in prima periodi parte, elegantiæ cauſſa prætermiſſus, ita ut ſenſus ſit: Majorem natu filium L. Æmilii Paulli (Q. ſcilicet Æmilium Paullum) Fil. Fabii Maximi, qui quinquies Conſul fuit, adoptavit. Minorem vero filium L. Æmilii Paulli (P. ſcilicet Æmilium Paullum) conſobrinum ſuum P. Cornelii Scipionis Africani Fil. (P. ſcilicet Cornelius Scipio) adoptarit, Scipionemque nominarit. Nonne igitur disertè Plutarchus Q. Æmilium Paullum a filio Q. Fabii Maximi adoptatum affirmat? Si igitur *impudenter* in eodem Plutarchi loco intelligendo lapſum fuiſſe Leonardum Aretinum clamat Bendinellus loco 2. quod is exiſtimaverit Plutarchum dixiſſe minorem L. Æmilii filium ab Africano Majore, non autem ab hujus filio fuiſſe adoptatum, cur ipſe Plutarchi verba adeo negligenter interpretatus eſt, ut erraverit in altero L. Æmilii filio, quemadmodum Aretinus in altero?

[F]mendat Florum Bendinellus, quod in Epitoma lib 48. Tribunum Scipionem appellat, cum barbarum hoſtem in [H]iſpania ex provocatione interfecit, Legatum tunc fuiſſe contendens, quia a Lucullo ex Hiſpania ad Maſiniſſam ad petendos elephantes miſſus fuerit, quod munus inquit Legatorum eſt proprium. Etiam Sigonius noſter hic Legatum tunc fuiſſe ſcribit; ſed in Faſtis pag. 344. Tribunum vocat. Annon vel Tribunus mitti poterat ob cognitam ejus dexteritatem in rebus agendis? Tribunus profecto erat Scipio, L. Marcio Cenſorino, & M'. Manilio Coſs. ad quartam Legionem miſſus anno Capitolino U. C. 604. & 605. (ut Sigonius noſter docet in Faſtis ad eoſdem annos), cum ad Maſiniſſam miſſus fuit, ut poſt ejus mortem regnum filiis partiretur. Poterat ergo Scipio & Tribunus & ſimul Legatus eſſe etiam ſub Lucullo anno Capitolino U. C. 602.; cum utrumque munus obierit etiam ſub M'. Manilio anno Capitolino 604. & 605.

Nequit Bendinellus loco 8. lectionem Flori comprobare in Epitoma lib. 50. ubi enuntiatur Scipio legibus ſolutus, & Conſul creatus, cum *per annos decem* Conſulem non liceret, legendumque putet *per annos quinque*; eo præcipuè quia totidem deeſſent Scipioni ad complendam ætatem annorum 43., ut Conſulatus aſſumendi per legem capax eſſet. Sed priorem lectionem longe felicius reſtituit Auctor noſter, &, *decem* prætermiſſo, *per annos* legendum dixit, quod in hac Vita *per ætatem* expreſſit. Duplex porro lex erat de Conſulatus ineundi tempore: prior C. Marcio, & Q. Servilio Coſs. ut Livius lib. 7. in fine, qua cautum erat, ut nemo poſtquam Conſul fuiſſet, niſi decem emenſis annis reficeretur. Ad hanc legem certè reſpicere non potuit Florus de Scipione ſermonem habens, quem probe noverat antea Conſulem non fuiſſe. Ad alteram igitur appulit animum a L. Villio Annali latam, ne quis niſi anno ætatis ſuæ XLIII. capere Conſulatum poſſet; unde Tullius Philipp. 5. „ Quid Macedo Alexander cum ab ineunte ætate res magnas „ gerere cœpiſſet, nonne in tertio & triceſimo anno mortem obiit, quæ eſt ætas „ noſtris legibus decem annis minor, quàm Conſularis? Rectè igitur ad fidem quoque veterum exemplarium, quæ Auctor noſter conſuluit, adverſus Robortellum *per annos*, non autem *per decem annos*, aut *per quinque*, ut vult Bendinellus, legendum erat.

Neque is eodem loco 8. ſatis A. Gellium emendat ſcribentem, Africanum (hoc eſt P. Cornel. Scipionem Æmilianum, qui poſtea Africanus junior, ſeu minor dictus eſt) poſt priorem Conſulatum, & geſtam cenſuram fuiſſe minorem annorum XL. Quod enim ſpectat ad Conſulatum, id commodè intelligi poteſt, cum ex

ipſo-

ipſomet Bendinelli calculo Scipio trigeſimum octavum ætatis annum ageret; cum autem Cenſor electus fuit, quadraginta dnorum aut trium erat annorum.

Tres Legationes Scipionis ad Maſiniſſam diſtinguit Bendinellus loco 13. Primam jubente Luculln Conſ. ad poſtulandos aliquot elephantes: alteram M'. Manilin, & L. Marcio Cenſorino Coſs. officii cauſsâ: tertiam denique, quam vocatus a Maſiniſſa ſuſcepit. Prioris certè meminit Appianus in Lybicis, & Cicern in Somnin Scipionis. Poſtremæ etiam Val. Max. lib. 5. At ſecundæ veſtigia apud neminem reperi, niſi apud ipſum Bendinellum, qui nullam penes ſe apud nos retinec auctoritatem.

Tullium non ſibi conſtare affirmat Bendinellus lnco 15. atque illum dormitaſſe conqueritur, quod ſcripſerit in Lucullo P. Africanum nobilem Legationem ſuam *ante Cenſuram* obiiſſe, cum aliunde aſſerat in Somnin Scipionis poſt Cenſuram Legatum fuiſſe miſſum in Ægyptum, Syriam, Græciam &c. Putat autem Bendinellus, poſtquam Cenſor fuerat, Legatinnem hanc procul dubio ſuſcepiſſe, quam Sigonius noſter a Scipione Æmiliano ſuſceptam putat anno Capitolinn U. C. DCX. Ap. Claudio Pulchrn, & Q. Cæcilio Metelln Coſs. Quid ſuper hac re de Sigonio ſentiamus, paulo infra videbimus. Interim Bendinellus perperam Ciceronem dnrmitaſſe redarguit, quòd ante Cenſuram a Scipione Æmiliann ſuſceptam Legationem refert in Ægyptum, Syriam, Aſiam &c. Cicero enim intelligit hìc Legationem, quam Scipio tunc ſuſcepit, quando Lucullo Conſuli Legatus datus eſt ac Tribunus, cum detrectantibus ceteris Romanis Civibus hanc obire Legationem ipſe ſponte ſe obtulit, atque in Hiſpaniam cum Luculln profectus, præter Legatinnem, quam Luculli nomine apud Maſiniſſam obiit, inter cetera, quæ Legatus apud Lucullum fortiter, & feliciter geſſit, barbarum hominem Rnmanns ad ſingulare certamen prnvocantem, cnm illo ipſe congreſſus manu ſua interemit; ut conſtat ex ipſis Tullii verbis in Lucullo a Bendinello citatis: *in Legatione illa nobili, quam ante Cenſuram obiit*. Ex quibus evincitur manifeſtè, diſtinaiſſe Legatinnem hanc ab ea, quam pnſt Cenſuram ſuſcepit in Ægyptum, Syriam &c. Legatin igitur illa nobilis, de qua Cicero in Lucullo, contigit anno Capitnlinn 602. anno annn antequam Cenſnr eligeretur; fuit enim Cenſor annn Capitol. U. C. DCXI.

Quod vero ad Signnium ſpectat, ita ipſe in ſuis Comment. ad Faſtos Capitol. atque ad annum U. C. DCX. ſcribit: His Coſs. (nempe Ap. Claudio Pulchro, & Q. Cæcilin Metelln) *ut opinor P. Scipio Africanus* (intellige Africanum minorem, nempe Æmilianum) *à Senatu Legatus in Ægyptum, Syriam, Aſiam, Græciamq; &c. miſſus eſt*. Ex quibus colligitur Sigonium dubitaſſe, cui annn celebrem hanc Scipionis Legatinnem adſcriberet, licet deceptus ambiguis Tullii verbis in Lucnlln, hanc proximn annn antequam Scipio Cenſnr eligeretur (ambigens tamen) adſixerit; quod falſum eſſe ex Tullio ipſo in Somnin Scipinnis evincitur, atque ex Valerin Maximo, qui poſt Scipinnis Cenſuram, hanc differunt ejuſdem Legatinnem. Ecce Tullii verba in hanc rem: *Cum autem Carthaginem deleveris*, (quod cnntigit annn Capitolino U. C. DCVII.) *triumphum egeris*, (quod contigit endem annn) *Cenſorque fueris*, (quod evênit anno Capitolino DCXI.) *& obieris Legatus Ægyptum, Syriam, Aſiam, Græciam, delegere iterum Conſul abſens &c.* Quæ cum omnia ſervatn tempnrum nrdine narret Tullius, nec Scipio iterum Conſul fuerit niſi annn Capitolino DCXIX. ejus iden Legationem in Ægyptum, Syriam, Aſiam, Græciamque in annos proximè antecedentes ſecundum ejus Cnnſulatum rejicere neceſſe eſt, nempe in annos Capitnlinos DCXVII. & DCXVIII. ita ut annn 617. cœpta ſit, & anno 618. abſoluta circa ultimos duos anni menſes. Quandn autem Comitia Rnmæ habita ſunt, in quibus eligi debebant Cnnſules futuri proximè anni, adhuc Scipio abſens erat, in eadem Legatione nccupatus. Neque propterea Valerio Maximo ſtandum eſt, qui pnſt everſam Numantiam hanc Scipionis Legatinnem ambigens differt, nempe poſt annum Capitolinum DCXXI. quo Scipin ſecundum triumphum egit. Multo minus ex dictis patet Eduardn Simſnnin inhærendum, qui hanc ipſam Legatinnem transfert in annum Capitnlinum 621. ſeu Varronianum 624. Valerii Maaimi auctoritatem ſecutus. Neque credibile, eſt Romanos tamdiu tnleraſſe Cilicum Piratarum temeritatem, qui maria infeſtare cœperant poſt everſionem Corinthi, quæ contigit anno Capirolino 6n7. ſeu Varroniano 608. Eorum quippe temeritas in dies creſcens coëgit tandem Rnmanos hanc Scipioni Legationem cnmmittere, intereadum belln Hiſpanicn diſtinebantur, ne bellicam expeditinnem in eoſdem Piratas decernerent. Hunc ipſum temporis nrdinem, quem tenuit Cicero in Somnio Scipionis, ſervant etiam Plutarchus in Apopht. & Juſtinus lib. 38. Male igitur etiam Bendinellus hanc Scipionis Legationem

tionem figit ad anoum Capitolioum 615. nempe ad anoum, qui proximè anteceſſit Conſulatum M. Æmilii Lepidi, & C. Hoſtilii Mancioi, cum Cicero (non dormiens ut Bendinellus) hanc eandem Legatiooem ſuſceptam ſcribat annis proximè antecedentibus ſecundum Scipioois Conſulatum. Malè etiam conjicit Oliverius, dum Valerii Maximi verba explicaos, Legationem intelligi putat Scipioois ad Ariſtooicum, cum hic nonniſi defuncto Attalo veluti pateroum regnum Aſiam iovaſerit anno U. C. Varroniano 621. ſeu Capitolino 620., ut ex Floro facilè innoteſcit lib. 2. 20.

Aliud dubiom movet Bendinellus loco 18. quòd Tullius in Somnio Scipioois dicat abſeotem Scipionem Conſulem iterum delectum; cum tamen Florus in Epit. lib. 56. & Valerius Maximus lib. 8. 16. apertè tradant, Scipionem io campum deſceodiſſe, atque ibi Conſulem renuntiatum. Ciceroois verba in Somoio hæc ſunt: *delegere iterum Conſul abſens*. Flori verba in Epitoma libri 56. hæc ſunt: *Cum vitio ducum bellum Numantinum non ſine publico pudore duraret, delatus eſt ultro Scipioni Africano à Senatu Populoque Romano Conſulatus, quem cum ille capere ob legem, quæ vetabat quemquam intra decem annos iterum Conſulem fieri, minimè vellet, ſicuti priori Conſulatu legibus ſolutus eſt*. Ex quibus verbis delenda ſunt tria illa *intra decem annos*, ue in ſequenti paragrapbo oſtendemus. Ly verò *minimè vellet*, innuunt, ut videtur Beodinello, præſentem fuiſſe tunc Scipionem, cum vel invito delatus eſt Conſulatus, & ea lege abſolutus eſt, quæ vetabat quemquam iterum Conſulem fieri. Verba verò Valerii Maximi bæc ſunt: *Æmilianum enim Populus ex Candidato Ædilitatis Conſulem fecit*; (quod contigit anoo Capitolino 606. eo videlicet anno, quo primum Conſul electus eſt cùm 38. tantùm annos ætatis haberet) *eundemque cum Quæſtoriis Comitiis ſuffragator Q. Fabii Maximi fratris filii in campum deſcendiſſet, Conſulem iterum reduxit*. Ex quibus verbis Bendinellus, ac Sigonius colliguot, Scipionem verè præſentem fuiſſe, quando iterum Conſul electus eſt. Ubi tameo Bendinellus Ciceronem mendacii accuſat, Sigooius eum excuſat, dicens, ly *abſens* non iotelligendum eſſe de abſentia corporea, ſed de abſeotia animi, ac ſpei; perinde ac ſi Scipio præſens quidem corpore adeſſet, ſed abſens eſſet animo & ſpe à petendo Conſulatu & obtinendo, quæ quidem Sigonii explicatio à nobis rejicitur; nam quoties quis *abſens* abſolutè dicitur, intelligendus eſt abſens corpore, noo mente. Quod ſi Cicero iotelligi voluiſſet de abſentia mentis, addidiſſet aliquid aliud, nempe *mente, ſpe, deſiderio &c.* Verè igitur Tullius voluit Scipionem corpore abſeotem fuiſſe, quando iterum Cooſul delectus eſt, boc eſt deſignatus in futurum annum. Quod verò ſpectat ad Flori verba *minimè vellet*, hæc nihil evincuoe contra Ciceronis auctoritatem. Si enim Scipio abſens ſibi propoſuiſſet in animo iterum petere Conſulatum, vel ad tempus Comitiorum Romam è ſuſcepta Legatione rediiſſet, vel per amicos, aut procuratores, aut ſuffragatores Cooſulatum abſens petiiſſet. Neutrum Scipio peregit; ergo *minime* Conſulatum petere *voluit*; obſtante maximè ea lege, quæ probibebat *ne quis iterum Conſul fieret*. Quod tandem ad Valerii Maximi teſtimooium pertinet, ita ejus verba videotur intelligenda: *Eundem iterum Conſulem Scipionem Populus Romanus ex Campo Martio in Urbem reduxit; cum in Quæſtoriis Comitiis ſuffragator pro Fabio Maximo Q. Fabii Maximi Æmiliani fratris ſui filio in Campum Martium deſcendiſſet*; ita ut tota verborum vis in hoc ſiſtat, quod ex eo quod Scipio in Campum Martium deſcendere non erubuit ſuffragator ad petendam Quæſturam pro ſuo Nepote, tanto commendabilior fuit, quod nec ioтereſſe Comitiis voluit, nec alio quoquam ſuffragatore uſus eſt in iiſdem Comitiis ad petendum Conſulatum pro ſe ipſo. Adde quòd Comitia eo fine congregabantur, ut majores Magiſtratus eligerentur in ſequeotem aonum. Cum igitur prius Conſules eligerentur, quàm ceteri Magiſtratus inferiores, cujuſmodi Quæſtores erant, ideo Conſularia Comitia prius habebantur, quàm Quæſtoria, io quibus Quæſtores eligebantur, & quæ fortaſſe ultima omnium erant. Cum igitur Scipio Comitiis Conſularibus (io quibus iterum Conſul inſcius & invitus atque abſens deſignatus fuit) non ioterſuerit vel dicta Legatione impeditus, vel dicta lege deterritus, vel animi ſui moderatione coërcitus, ne Conſulatum peteret pro ſeipſo, Comitiis tamen Quæſtoriis interfuit, ut Quæſturam peteret pro Nepote, abſoluta Legatione io Urbem regreſſus, intereadum Pop. Romanus Comitia celebrabat, atque hinc fieri potuit, ut Comitiis Quæſtoriis pridie Cal. Januarii abſolutis, Cal. Januariis ipſe iterum Cooſul renunciatus in Urbem à Pop. Romano reduceretur, cum ante reditum ſuum jam deſignatus à Senato & Populo iterum Conſul fuiſſet. Unde oec Florus, nec Valerius Maximus Tullio refragaotur, ut credi-

die

dit Bendinellus, & noſter Auctor, qui magis ingenioſa, quàm vera interpretatione defendere Tullium à mendacio conatus eſt, ut ſuperius diximus.

At Flori teſtimonium longè aliter ac Bendinellus, reſtituendum Sigonius cenſuit. Ubi namque idem Bendinellus legebat: *Delatus eſt ultro Scipioni Africano* (Minori, hoc eſt Æmiliano) *à Senatu Populoque Romano Conſulatus, quem ille capere ob legem, quæ vetabat quemquam intra decem annos iterum Conſulem fieri non licere, minimè vellet &c.* Sigonius ope antiquorum codicum ita emendavit: *Quem cum ille capere ob legem, quæ vetabat quemquam iterum Conſulem fieri non licere, minimè vellet &c.* Lex namque *de decem annis* officere Scipioni non poterat, qui anno DCVI. primò Conſul fuit; adeo ut inter primum & ſecundum ejus Conſulatum duodecim anni medii interceſſerint. Omiſit ergo Sigonius ly *decem annos*, alia enim lex erat ſuadente Catone lata: *ne quis iterum Conſul fieret*, cujus legis Feſtus & Priſcianus lib. 3. meminere. Priſcianus autem exemplum profert ex Oratione Catonis, cujus epigraphe: *Ne quis iterum Conſul fiat*.

Non Attalum Aſiæ Regem, ut Cicero in Orat. pro Rege Dejotaro, ſed Antiochum Sidetem Syriæ Regem, ut Florus, magnificentiſſima dona Africano ad Numantiam uſque miſiſſe contendit Bendinellus dubio 20. quòd Attalus è vita deceſſerit Scipione Numantiam obſidente, & fortaſſe anno Capitolino 618. proximo ante Conſulatum ſecundum ejuſdem Scipionis. At fallitur Bendinellus, Mucio enim Calpurnioque Coſs. Attalus obiit, anno ſcilicet Capitolino U. C. DCXX. hoc eſt anno integro poſtquam Scipio adverſus Numantinos bellum aggreſſus eſt in Hiſpania. Attali enim pecuniam eodem anno Tib. Gracchus Tribunus Pl. iis dividere parabat, qui Sempronia lege agrum accipere deberent, ex Floro in Epitoma lib. 58. Tullii quoque dictum ſuadet Attali in Populum Rom. favor ſingularis, quo eundem Regni, bonorumque ſuorum omnium inſtituit hæredem, quæ amoris, ac benevolentiæ in Populum Romanum oſtentatio de Antiocho intelligi rectè non poteſt, cum nihil fere negotii habuerit hic cum Romanis. Attali quoque mortem poſt Conſulatum Æmiliani confirmant Ariſtonici conatus ad occupandum Aſiæ regnum, de quibus Juſtinus, Florus, & alii meminerunt.

Loco 25. ex Floro lib. 4. & Epit. lib. 52. putat Bendinellus Aſdrubalem ante currum Scipionis triumphantis ductum; ſed Appianus mortem ſibi conſciviſſe à multis proditum eſſe tradit in Lybicis. Macrobius in Somnio lib. 2. vult eum triumphaſſe de ſola Carthagine, non autem de Aſdrubale, ut Florus ſcribit. Plinius etiam idem ſentit, quod & Macrobius. Aſdrubalem tamen everſa Carthagine, & Byrſa ejus arce Scipioni in deditionem data, ſupplicem confugiſſe ad Scipionem Simſonius aſſerit, ejuſque uxorem perire ſponte cum filiis maluiſſe, quàm Scipionis in manus pervenire; ſed unde hoc hauſerit, non edicit. Nos hæc hauſiſſe Simſonium credimus ex Flori Epit. lib. 52., & Appiano in Lybicis, & Val. Max. lib. 3. cap. 2. Appianus autem refert, Aſdrubalem paulò poſtquam ſe Scipioni dediderat, ut à multis proditum eſt, ultro mortem oppetiviſſe. Quod autem Florus referat, Scipionem de Aſdrubale triumphaſſe, non ſequitur quòd eum Scipio in triumphum ante currum duxerit; ut vult Bendinellus.

Loco tandem 27. incredibile videtur Bendinello, Terentium in ſcribendis fabulis à Lælio, & Scipione adjuvari potuiſſe. Fatetur tamen is, Scipionem annorum fuiſſe novendecim, cum Terentius edidit Andriam: Fatetur quoque Lælium Scipione paulo majorem natu fuiſſe, ut ex libro de Amicitia colligitur; & tamen negat Scipionem & Lælium quidquam in Terentii fabulas potuiſſe conferre, cum aliunde in Scipione ac Lælio non tam ætas idonea, quàm optimarum artium ſtudia ſint attendenda ab ineunte ætate ſuſcepta, Præceptore Scipionis Panætio, patria Rhodio, Nicagoræ filio, de quo Suidas, quemque in Officiis Cicero ſe imitari ultro fatetur. Nec ſi Scipio & Lælius adoleſcentes in Andriam nihil contulerint, quod non admittimus, ætate tamen provectiores aliis Terentii fabulis ſequioribus annis adornandis opera ſua impares eſſe potuerunt. Accedit his teſtimonium Varronis dicentis: *Non obſcurum eſt, adjutum Terentium in ſcriptis à Lælio, & Scipione*.

Ea, quæ in aliquot Bendinelli loca dicere viſum eſt, ut Auctoris noſtri judicium in ſcribendo innoteſcat, & lux ſimul affulgeat huic præclaræ rerum à Scipione geſtarum hiſtoriæ, attigimus, eoque conſilio pauca etiam à Cl. Sigonio prolata, quæ pleriſque minus clara videri poſſunt, differere hic præſtat: præſertim ſi aliorum forte Scriptorum aliter ſentientium lectione fuerint præoccupati.

Ac primo ubi de M. Æmilio Paullo loquitur Auctor noſter graviſſima tempe-

ſtate jactatum majorem claſſis ſuæ partem Siciliam verſùs amiſiſſe tradit: porro ex quatuor & ſexaginta ſupra quingentas naves, vix ſeptuaginta incolumes ſuperſuere ex Polyb. lib. 1. quam jacturam non tam fortunæ culpâ, quàm Conſulum temeritate evenisse ſcribit, cum Nautas deſpicerent ſerio admonentes, vitandum latus Siciliæ externum, utpote importunum infeſtumque ea præcipuè tempeſtate, qua inter Orionis Caniſque ſigna navigabant. Non procul autem à Camerina Urbe naufragium accidit.

Ibi etiam de Coſſurenſibus meminit. Cave tamen ne Byzantinum illum Stephanum, ſive ejus Breviatorem male intelligas, qui Coſyram Siciliæ inſulam à Coſyra, ſive Coſura aut Coſſura (ut ea appellatur in quinque nummis apud Philippum Parutam) à Coſyra Africæ inſula diſtinxit. Strabo enim lib. 6. ait: *Coſſura ante Lylibæum, & ante Aſpidem ſive Clupeam Africæ urbem in medio ſita*; Ex quibus verbis patet, eandem Coſyram ac Coſſuram eſſe, ſive Siciliæ inſula dicatur eſſe, ſive Africæ; cum enim media ſit inter Africam & Siciliam, factum eſt, ut aliis Africæ inſuls, aliis Siciliæ dicta ſit.

Eodem loco L. Æmilium Paullum primo Conſulatu (anno Capitol. DXXXIV. geſto una cum M. Livio Salinatore) de Illyriis triumphaſſe ſcribit. Tunc quippe Demetrius Pharius Illyriorum Rex Illyrica Oppida Romanis ſubjecta vaſtavit, fines fœdere conſtitutos tranſgreſſus, adverſus quem L. Æmilius miſſus Dimalo oppido intra ſeptem dies expugnato, captaque Illyrici urbe Pharo, unde Rex metu perculſus auſugerat, reliquis quoque civitatibus ſibi adjunctis, Autumno ineunte Romam triumphans rediit, teſte Polybio, qui hujus victoriæ laudem uni L. Æmilio adſcribit, cui etiam adſtipulatur Juſtinus lib 29, quamvis Auctor de Viris Illuſtribus, & Zonaras bellum hoc ab utroque Conſule geſtum aſſerant, quod & Livius videtur innuere, ut noſter Sigonius docet in Faſtis ad annum U.C. 534. Capitolinum.

Alterum L. Æmilium Paullum Sigonius memorat, qui priore Conſulatu Ligurum fregit opes. Huic & Cn. Bæbio Collegæ Ligures (qui unicam Conſularem provinciam conſtituebant) decreti fuerunt anno U. C Capitol. 571. Cn. autem Bæbio Comitiorum cauſſa Romam reverſo, L. Æmilio Paullo in inſequentem annum prorogatum fuit imperium, qui tamen cum Liguribus Ingaunis, teſte Livio, rem proſperè geſſit, ac de Liguribus triumphavit. Emendandus eſt tamen Velleji corruptus fortaſſe locus, ubi de L. Æmilio ait: *Qui Prætor & Conſul triumphaverat*; quem loquendi modum ſervat quoque Auctor de Viris Illuſtribus. Is porrò Prætor Hiſpaniam obtinuit. Inde tamen rediens nuſquam legitur triumphaſſe de Hiſpanis; quare Sigonius in Faſtis ad annum Capitol. U. C. 571. Velleji verba ita putat corrigenda: *Qui priore Conſulatu triumphaverat*.

Hujus ejuſdem Paulli Papiriam uxorem repudiatam fuiſſe ſubdit; *parum exploratâ cauſsâ*. Plutarchus in ejus vita ſic ſcribit: *Cur eam dimiſerit, non pervenit ad notitiam noſtram cauſſa; ſed apparet verè cauſſam fuiſſe. Nam corripientibus eum amicis, quærentibuſque* (cauſſam), *nonne caſta, nonne formoſa, nonne fœcunda eſt? prolato calceo: nonne ornatus eſt hic, inquit, nonne novus? at nemo veſtrûm videt, ubi pedem meum urgeat. Profectò magna peccata aperta divortium excitaverunt inter alios Conjuges. Illæ ex aſperitate quadam, & diſſidentia morum leves & crebræ offenſiones diſſimulantur à multis; verum animi alienationes efficiunt in conſuetudine domeſtica implacabiles conjugatos.* Alterius uxoris nomen reticet Plutarchus, ex qua duos alios filios editos in familia retentos prodit, duaſque filias, quarum una Tertia Æmilia M. Porcio Catoni Liciniano, altera Æmilia Q. Ælio Pæto Tuberoni Viro Conſulari nuptui data eſt. Conſul hic fuit anno Capitolino U. C. DLXXXVI. una cum M. Junio Penno.

L. Piſo Conſul renuntiatus Cal. Jan. anni Capitol. DCV. (jam enim ab anno DC. cœperant Conſules inire Magiſtratum Cal. Jan. ut docet V. Clariſs. P. Stampa in ſuis notis ad Sigonii Scholia in Livianam Chronologiam) obtinuit ſtatim adminiſtrandam ſibi Provinciam Africam, Appiano teſte in Lybicis. Diſtulit tamen Piſo in Africam proficiſci, dum interea claſſis inſtruebatur, cui Præfectus Mancinus deſtinatus fuerat. Colligendi etiam fuerant novi milites, quos in Africam ad implendas Centurias bello antecedentis anni parum feliciter geſto conſumptas, eadem claſſe transferret, quæ omnia, & alia fortaſſe impedimenta, quæ obvenire potuerant, uſque ad ſummum ver maritimo Piſonis itineri cunctationem fecerunt, quam etiam Sigonius noſter, & Pighius obſervantes, putarunt Manilio prorogatum a Senatu Africæ imperium, ſed hujuſce cunctationis cauſſas neuter attigit; nec videtur

cre-

credibile, prorogatum Manilio imperium fuiſſe, eum non ita feliciter antecedenti anno ſe geſſetit, ut ſibi a Senatu bunc bonorem meruerit; bis enim Cartbaginem obſidere aggreſſus, bis cum dedecore a Pœnis repulſus fuit, teſte Appiano io Lybic. Cunctante igitur L. Piſone, non videtur novo Senarus Populique Rom. decreto prorogatum Manilio Africæ imperium, ſed tamen Maniliua, uſquequo novus Conſul adveniret, pro Conſule Africam adminiſtravit ex ea fortaſſe conſuerudine, qua Conſules aliquam ſortiti provinciam, eam adminiſtrare conſueverint in inſequentem annum, uſquedum novus Conſul eandem Provinciam ingrederetur. Quomodocumque ſe res habuerit, aut Manilio prorogatum Africæ imperium fuerit, aut non, Manilius certe pro Conſule Africam regens, uſque dum Piſo eò perveniret, a Maſiniſſa jam jam morituro exoratus, Scipionem Æmilianum ad ipſum miſir, qui regnum Maſiniſſæ ejuſdem filiis partiretur. Miſſus ergo Æmilianus ad Regem, ubi eò pervênit, eundem jam mortuum invênit, ac tribus ejuſdem filiis Micipſæ, Guluſſæ, & Manaſtabali parritus illius regnum, ad Manilium rediit, & Phameam Imilcnnis filium Carthaginienſium Ducem cum duobus millibus & ducentis equitibus in ſuam fidem recepit, quod intra priores duos ſequentis anni menſes contigiſſe oportuit, nam nonniſi poſt reditum Scipionis Manilius intellexit, Piſonem ſibi in Conſulatu, & in Africæ adminiſtratione ſucceſſorem darum. Manilius igitur, boc nuntio accepro, Scipionem cum Phamea Romam miſit, qui de Africæ rebus, & ſtaru Senatum monerent, cum interim ipſe Manilius Tezagam Pœnorum urbem expugnaverit, ac duodecim hoſtium millia cæciderit, atque alia ſex millia in captivitatem adduxerit, antequam Piſo cum Phamea liberaliter a Romanis donato, atque iterum in Africam dimiſſo, in Africam perveniret, ut contigit exeunte jam vere; æſtatem enim totam in Africa ſegnirer Piſo rranſegit, arque hinc factum eſt, ut Valerius Maximus prorogatum Manilio imperium, cum Sigonio, Pighio, & aliis, exiſtimaverit.

Mancini pluriea Auctor noſter mentionem facit io obſidione Carthaginis ad annum Capitolinum DCVI. Scipionemque curaſſe refert, ut ejuſdem milites in extremum periculum cum ipſo adducti ſuis navibus exciperenrur unà cum ipſo Claſſis Præfecto Mancino, qui ſaucius Rnmam dimiſſus eſt, ſucceſſorem nactus in Claſſis Præfectura Serranum, Appiano teſte loc. cir. Emendandus eſt igitur Florus lib. 2. cap. 15. ſcribens *Mancino Conſule* hæc geſta contra omnium annalium fidem, niſi error in texrum irrepſit. C. quippe Hoſtilius Mancinus (filius fortaſſe L. Hoſtilii, qui Conſul fuit cum Q. Fabio Maximo Æmiliano anno Capitolino DCVIII.) oonniſi anno DCXVI. Conſul reountiatus eſt, Collega M. Æmilio Lepido Porcina.

Cartbaginis arcem proprio ſuo nomine non appellat Auctor noſter, quæ Byrſa dicebatur ex Appiano & Floro: ira ouncupara, quòd locus, ubi conſtructa, Tauri tergo in tenues ligulas ſecto circumdatua, emptus fuir, canente Virg. Æneidoa primo:

Mercatique ſolum, facti de nomine Byrſam
Taurino quantum poſſent circumdare tergo.

Maritimum denique prœlium Pœnos inter ac Romanos initum, & magna animorum contentione pugnarum Sigonius refert, atque illud ita deſcribens ait: *Cum illi* (Carthaginienſes hic intelligi videntur) *in ejus diei caſu ſummæ victoriæ: bi* (Romani videntur bic intelligendi) *ſummæ ſalutis eventum conſiſtere arbitrarentur.* Particula enim *illi* relarivè ad particnlam *bi*, referri ſolet ad remotius nomen. Particula verò *bi* referri ſolet ad nomen proximius. Sed in hoc prœlio deſcribendo remorius nomen Pœnorum eſt, proximius Romanorum, ergo particula *illi* refertur ad Pœnos, particula verò *bi* ad Romanos, conrra omnem biſtoriæ veriratem, pugnabant enim Romani pro ſumma victoria, Pœni verò pro ſalure extrema, non è contra. Quare particulæ ambæ *bi* & *illi* mutandæ loco invicem ſunt, ita ur ſenſus ſit: *Cum illi* (boc eſt Romani) *in ejus diei caſu ſummæ victoriæ*: *bi* (nempe Carthaginienſes) *ſummæ ſalutis eventum conſiſtere arbitrarentur.* Appianus namque in Lybicis (quem Auctor noſter exſcribir) diſertè id prodidit, & præſertim id res proſperæ a Romanis geſtæ confirmanr, aique ab inirio belli hujus adverſa ſors Pœnis.

Hæc iraque advertiſſe ſufficiar, nam leviora prærermitrere fert animus, ne tædium erudiro Lectori faceſſere videamur, cui ſaris ſuperque ſit, ut a mendis purgatum bunc Sigonii fœtum evulgaremua; in qua re præſtanda non ad arcanum noſtrum editionis veteris loca reſtituete conati ſumus, ſed Faſtis Conſularibua ejuſdem Auctoris diligenter inſpectis, ubi eadem de Scipione narrantur: perſæpe Græcos Latinoſque fonres adire placuir, unde hæe hiſtoria deprompta, ex eorumque fide quæcumque irrepſere vitia abſterſimus.



CAROLI SIGONII

DE VITA, ET REBUS GESTIS P. SCIPIONIS ÆMILIANI LIBER

AD ILLUSTRISSIMUM PRINCIPEM

JOACHIMUM FRIDERICUM
MARCHIONEM BRANDEBURGENSIUM,
DUCEM POMERANIÆ, &c.

Et Adminiſtratorem Archiepiſcopatus primarii Magdeburgenſis,
Dominum ſuum clementiſſimum.

EX omoibus, qui philoſophiæ vim, atque uſum verbis exprimere, ac ratione definire conati ſunt, Illuſtriſſime Domine, nemo mihi aut elegantius dixiſſe, aut cōmodius ſenſiſſe videtur, quàm qui Philoſophiam ſimilitudinem, atque imitationem quandam divinæ eſſe naturæ ſcri- A pſerunt. Etenim cum Deus in eo totus ſit ſapientiſſimorum hominum ſententia occupatus, ut aut ſe ipſum, qui fons eſt veritatis, intueatur, aut hominum utilitati, ſalutique proſpiciat, profecto qui ſe Deo ſimilem reddere prorſus voluerit, is ſe totum inveſtigandæ veritati tradiderit, aut operam certe ſuam ad alienas tuendas rationes accommodaverit. Hæc autem duo Philoſophiam, & honeſte profiteri, & accurate præſtare, facile intelligemus, ſi ad utramque illius partem animum, mentemque noſtram traducere voluerimus. Quarum altera naturas, ac poteſtates rerum ita indagat, ut in una tamen veri notitia conquieſcat; altera vero ad agendum progreſſa, totam ſe ad commoda, & rationes hominum porrigit, atque explicat. Itaque qui priorem nacti laudem ſunt, hos fere excellentes virtute vi-

ros, qui poſteriorem etiam adjunxerunt, eos vero Deo ſimillimos homines, jure dicere conſuevimus. Huc autem cum ceteros homines intueri, tum eos præſertim, quibus Deus, ut aliis præeſſent hominibus, dedit, nemo, opinor, negabit. Neque enim, cum Rectori populorum ipſa eorum, quibus præſit, ſalus præcipuè ſit propoſita, aut ſalſa rerum opinione imbutus, aut ipſa gentium commoda averſatus, prodeſſe illis aut perfecte poterit unquam, aot voluerit; ſed is demum, qui recta admioiſtrandi ratione perſpecta omne ſuum ſtudium in eorum, quos rexerit, utilitatibus ſibi collocandum exiſtimaverit. Hujus autem generis homines eum ſemper pauci fuerint, tamen hoc tempore quàm pauciſſimi numerantur, non ſolum propter incredibilem rei difficultatem, ſed etiam propter depravatam horum ſæculorum conſuetudinem, quòd quos annos in Studiis literatum, & rectis actionum officiis percipiendis conſumere deberent, eos fere in iis, quæ corporibus oblectamentum potius, quam quæ animis ornamentum afferant, homines ponere ſoliti ſint. Quamobrem incredibile profecto memoratu eſt, quantam ego voluptatem animo meo capiam, cum te adoleſcentem ſplendidiſſimo genere natum, atque excellentiſſimo ingenio præditum ita ætatem adhuc tuam inſtituiſſe, ex multis audio, ut non minoribus opibus ad juvandos homines acceſſurus ſis, quàm præclara adhuc tibi honeſtarum diſciplinarum ad verum cognoſcendum præſidia compararis. Quod cum non minus eximia patris, avique tui, ſummorum Principum imitatione, quam optimi, & eruditiſſimi præceptoris Thomæ Hubneri inſtitutione, ſis conſecutus, non horum tu quidem temporum, ſed vetuſtorum, ut video, annalium inſigne aliquod expreſſiſti ad memoriam poſteritatis exemplum. Quorum in hoc genere unum mihi ſemper præ ceteris magnopere placuit P. SCIPIONIS ÆMILIANI, quem virum non tam rei bellicæ, quàm doctrinæ, & eloquentiæ, & omnis denique humanitatis laude florentiſſimum, cum præclara Paulli Æmilii parentis ſui, clariſſimi viri, imitatione, tum frugifera in primis Polybii, Magiſtri eruditiſſimi, conſuetudine accepimus eſſe perfectum. Itaque cum ego ſumma hujus viri admiratione captus jam tum, cum adoleſcens eram, facta, dictaque, ac vitam denique ejus omnem ex variis veterum Scriptorum commentariis collegiſſem, ac meo arbitrio digeſſiſſem, faciendum mihi putavi, ut eximiæ meæ erga te obſervantiæ teſtimonio, ac certo devoti obſequii monumento cam nune intun multò clariſſimo nomine divulgarem; præſertim vero cum humaniſſimis, atque honorificentiſſimis tuis ad me literis ad reſpondendum impulſus aliquid me tibi ejuſmodi debere officii arbitrarer. Quare quanquam ipſe es in ea familia natus, quæ excellenti majorum ſuorum ſuppeditanda memoria, ex quibus ſeptem jam Electores Imperii numerantur, te ad omne decus, atque honeſtatem excitare per ſe ſatis poſſit, patrem autem Jo. Georgium, avumque Joachimum Secundum, ex iis, quos dixi, Septemviris unum, habes, qui te domeſticis imbuere virtutis præceptis, atque honeſtis inflammare ad ſumma omnia exemplis queant, non puto tamen fore inutile, ſi ad has tantas opportunitates, præſtantis etiam quondam apud Romanos, & virtute, & fama viri cognitionem, & imitationem adjunxeris, quem conſtat in utroque, de quo dicebam, & intelligendi, & agendi officio unum ætate ſua præcelluiſſe; habet enim antiquorum virorum perſpecta virtus majus neſcio quid, quàm recentium, ad noſtros animos acerrimo quodam veræ laudis, & ſolidæ gloriæ ſtimulo incitandos. Verum ad rem aggrediamur.

Ortus, & educatio Scipionis.

Æmilia gens Romæ clariſſima fuit non ſolum ſanguine, verum etiam vetuſtate. Mametcus enim Numæ Regis filius, quem propter incredibilem ſermonis lepôrem Græco nomine Æmilium appellarunt, auctor hujus generis traditur. Cujus rei argumento eſt Mamercini cognomen, quod ab eo acceptum gens Æmilia fere in perpetuum conſervavit. Ab hoc deinde, quaſi ab uberrimo quodam fonte, plures aliæ ejuſdem gentis familiæ, nempe Barbulæ, Lepidi, & Paulli, manarunt. Cum autem reliquorum præſtantiſſima virtus in Rep. enituit, tum maxime Paullorum, è quibus hic Scipio genus traxit, qui P. Æmilii Paulli ab ineunte adoleſcentia nomen tulit. Proavus enim hujus M. Æmilius Paullus, quem M. F. L. N. fuiſſe vetuſtiſſima lapidum monumenta teſtantur, Conſul bello Punico primo cum Ser. Fulvio Nobiliore fuit, anno ab UÌbe Condita quadringenteſimo nonageſimo octavo. Quo in bello majore fortitudine, quàm fortuna eſt uſus. Siquidem re præclare in Africa geſta, & claſſe hoſtium maxima tum depreſſa, tum capta, cum victor in Siciliam ſe referret, graviſſima tempeſtate jactatus majorem claſſis ſuæ partem amiſit; proximo tamen anno de Coſſurenſibus, & Pœnis navalem triumphum pro Conſule egit. Avus L. Æmilius Paullus primo Conſulatu de Illyriis triumphavit, ſecundo contra Annibalem cum Terentio Varrone profectus eo animo fuit, ut ubi collegam ab iniquo committendo prœlio oratione deterrere non potuit, ipſo pugnæ auctore ſe in fugam conjiciente Varrone, mortem ſibi potius oppetendam, quàm tam turpem capeſſendam fugam eſſe ſtatuerit. Jam patre L. Æmilio Paullo nihil Romæ clarius, atque illuſtrius fuit, ut qui priore Conſulatu Ligurum, poſteriore Macedonum opibus bello fractis diu Romæ principatum auctoritatis, & gloriæ obtinuerit. Hic autem Paullus duas, ut ſcribit Plutarchus, uxores habuit. Earum una Papiria fuit C. Papirii Maſonis, clariſſimi viri, filia, quacum ille parum explorata cauſſa divortium fecit, cum duos jam filios ex ea Quintum, & Publium ſuſcepiſſet. Publius autem Ap. Claudio, & M Sempronio Coſs. natus anno Urbis DLXVIII., educatus ita accuratè, ac liberaliter eſt, ut neque diligentius, neque rectius ad omnis excellentiam laudis egregius puer aliquis erudiri potuerit; hoc autem ſedulitate in primis, ac diligentia patris, qui accepta in ſecundi Conſulatus petitione repulſa, totum ſe contulerat ad filios ſuos ingenuis diſciplinis, atque honeſtis artibus omnibus inſtruendos. Itaque Romana eos diſciplina, & patria, pro ut ipſe imbutus erat, Græcis autem literis, atque doctrinis paullo aliquanto ambitioſius inſtituendos curavit; quippe non grammaticæ ſolum, ac rhetoricæ doctoribus acceſſitis, ſed pictoribus etiam, & fictoribus, atque nobilibus in primis venandi,

atque

atque equitandi magiſtris, uſque adeo, ut iis erudiendis ipſe ſæpe etiam interfuerit. Factum eſt autem, ut hic puer cum ad omnem virtutem ſatis, ut in illa primæ ætatis potuit imbecillitate, jam profeciſſet, non in Æmilia familia manſerit, ſed in Corneliam ſe contulerit, nimirum à P. Scipione P. Africani, qui Annibalem bello devicerat, filio adoptatus, quem Cicero ſcribit tenui admodum fuiſſe valetudine, ſed inſigni tamen eloquentia, & multo, quàm pater ejus Africanus fuerat, uberiore doctrina. Ab his ergo nobiliſſimis ſive generis, ſive diſciplinæ incunabulis profectus adoleſcens clariſſimus ita ad omnem perpetuo ex virtute laudem contendit, nihil ut aliud verſare in animo viſus fuerit, quàm ut ingentem patris Paulli, avique Africani ſummorum virorum gloriam tum bellicam adæquaret, tum domeſticam anteiret. Id quod quibus ille rebus gerendis ſit aſſecutus, brevi, & quidem à primo illius tyrocinio, demonſtrabo.

Tyrocinium.

PRima ille ſtipendia annos natus decem & ſeptem in Macedonia fecit, patre ipſo Paullo iterum Conſule, atque Imperatore, bello eo, quod tam cum Macedonum Rege Perſeo graviſſimum gerebatur, in quo illud ad perpetuam illius memoriam inſigne edidit, quòd Regem ipſum Perſem gravi à patre prœlio pulſum tam acriter, & cupidè eſt perſecutus, ut longo temporis ſpatio nuſquam apparens cecidiſſe in prœlio creditus ſit. Acceſſit ad prudentiam adoleſcentis augendam, ac diſciplinam ejus militarem inſtituendam, quòd partâ victoriâ pater, dum Legati Roma ad res Macedonicas componendas, regionemque conſtituendam venirent, cum Græciam circuire, eaque loca perluſtrare decreviſſet, quæ, ut inquit Livius, nobilitata famâ tum auribus magis accepta erant, quàm oculis cognita, hunc perpetuo ſibi comitem eſſe voluit, ut facilè judicari poſſit, quæ Paullus ex re bellica haberet vel uſu, vel ratione comperta, ea tum in illa peregrinatione omnia filio tradidiſſe. Siquidem Scipionem multa militaria patris documenta in ſermone accepimus uſurpaſſe, quorum memorabile illud: Bonum Imperatorem nunquam ad decertandum adduci oportere, niſi vel ſumma eum neceſſitas cogat, vel egregia occaſio adhortetur.

Studia.

HIs poſitis ſub tanto Imperatore militiæ rudimentis, reliquum tempus omne, quod inter Macedonicum patris triumphum, quem ipſe cum fratre Fabio Æmiliano cohoneſtavit, & Luculli, cui poſtea legatus fuit, Conſulatum interceſſit, partim in legitimis ſtipendiis conficiendis, partim in rectiſſimis ſtudiis literarum concelebrandis, quantum perſpici poteſt conjectura, traduxit. Fuit enim hic vir præſtantiſſimæ cujuſque artis, ac diſciplinæ mirificè ſtudioſus, cujus rei non minimo illud eſt argumento, quòd nemo tum extitit paullo aut ingenii, aut doctrinæ elegantia, copiaque ornatior, cujus ipſe aut non intimus familiaris, aut non aſſiduus auditor eſſe cupiverit. Siquidem C. Lælio nobiliſſimo, & eruditiſſimo adoleſcente, eo, qui Sapiens poſtea dictus eſt, tam familiariter uſus eſt, ut cum eo non res domeſticas ſolum, & bellicas communicarit, ſed ſtudia ipſa etiam cognitionis, atque ſcientiæ, quibus ipſi remoti ab oculis populi magnam temporis partem impertiebant. Polybium autem Megalopolitanum, virum doctiſſimum, atque eloquentiſſimum non ſolum domi liberalium ſtudiorum ducem, ſed etiam militiæ bellicorum periculorum participem habuit. Cum Panætio porrò viro tum in Stoica diſciplina præclaro, non ſolum & domi, & foris conjunctiſſimè vixit, ſed etiam præcepta, & doctrinam ejus ſæpe ad res maximas gerendas adhibuit. Nam P. Terentio, Poetæ elegantiſſimo tantus cum hoc, & eo, quem nominavi, Lælio uſus intercеſſit, ut multi propterea fabulas ejus non à Terentio, ſed aut à Lælio, aut à Scipione ſcriptas eſſe crediderint. Ex omnibus autem doctrinæ commentariis uno Xenophontis libro mirificè eſt delectatus, eo, in quo ita Philoſophus ille Regis Cyri vitam, ac diſciplinam eſt perſecutus, ut omnia diligentis, ac moderati Imperii officia in unius perſona Regis effinxerit. Ex quo intelligi poteſt, virum hunc non tam naturæ bonis, quibus abundavit, inſtructum, quàm ſtudii, atque doctrinæ præſidiis, quæ nunc plerique negligunt, ipſe ſibi graviſſima comparavit, ornatum, ad tantum, quo poſtea pervenit, immortalitatis, & gloriæ faſtigium aſcendiſſe.

Legatio militaris.

BEllicarum autem virtutum, quod memoriæ proditum ſit, primum ille ſpecimen dedit in Conſulatu, Imperioque Luculli. Nam cum bellum adverſus Celtiberos in Hiſpania parum proſpere à multis Ducibus geſtum totam Civitatem ita perculiſſet, ut nemo reperiretur, qui Legatus Lucullo, aut Tribunus militum ire vellet, hic progreſſus in medium, quanquam erat jam in Macedoniam deſignatus, magno animo auſus eſt dicere, ſe militiæ onus in Hiſpaniam, quodcunque fuiſſet impoſitum, ſubiturum. Qua voce univerſæ illius animos juventutis nova quadam militandi cupiditate viſus eſt accendiſſe. Legatus igitur L. Lucullo Imperatori profectus, incredibile eſt, quantum opinionem de ſe omnium ſuperarit in omni militari officio dexterè, ac fortiter obeundo. Quarum rerum ſi unum, atque alterum maxime ad commemorationem illuſtre monumentum attulero, abunde meo muneri ſatisfeciſſe meo exiſtimabo. Obſidebat forte Lucullus Vaccæorum oppidum Intercatiam, ac cives tota manu congredi non audentes quotidie ad prœlium evocabat, cum eximia corporis magnitudine miles quidam proceſſit in medium, & quanta maxima voce potuit, Romanorum fortiſſimum quenque increpitans ad pugnam ſæpius provocavit. Huic ergo cum Scipio ſe ſe, ceteris obmuteſcentibus, ac prope attonitis oſtendiſſet, tantum virtute perfecit, ut non inſolentem ſolum barbarum, congreſſus comminus, interfecerit, ſed ſuos etiam in ſpem belli ejus bene feliciterque conficiendi adduxerit. Poſt hæc cum Lucullus in oppidum vi perrumpere ſtatuiſſet, omnium in ſe pariter ipſe ora convertit, cum muros Urbis non ſine maximo ſui periculo primus aſcendit. Quibus de rebus non ſolum apud ſuos, ſed etiam apud hoſtes magnus haberi jam erat cœptus. Neque vero

tam

tam magnitudinem, ac celſitatem animi hoſtes admirabantur, quàm juſtitiam, & fidem amplectebantur. Nam cum Romanus Imperator neque obſidione, neque oppugnatione potiri oppido potuiſſet, ſed à muris in profundam vallem repulſus, ac multis difficultatibus aſfectus, conditiones pacis Intercatienſibus ferre coactus eſſet, non ante illi eas accipere in animum induxerunt, quàm ſpondente Scipione, & privatim fidem ſuam interponente, conſcriptæ ſunt. Quia idem etiam tantum jam erat apud Imperatorem auctoritatis adeptus, ut cum auxilia à Maſſiniſſa Numidiæ Rege, Populi Romani ſocio ſibi eſſent petenda, quem potius, quàm Scipionem, ad eum mitteret, habuerit neminem. Erat tum Rex ille graviſſimo bello Carthaginienſium implicatus, jamque acies ex utraque parte ad prœliandum erant inſtructæ, cum Scipio ad eum pervenit. Itaque à filio Regis humaniſſimè, honeſtiſſimèque acceptus, eorum, ut res prope ipſa cogebat, inter ſe pugnam ex editu quodam colle ſpectavit. Qua ex re tantum voluptatis accepit, ut ſæpe poſtea glorians dicere ſolitus fuerit, duos tantum ante ſe ejuſmodi fuiſſe ſpectaculo delectatos, Jovem, cum ab Ida, Neptunum, cum à Samothracia acies inter ſe ad Ilium, Homero teſte, concurrentes ſpectarunt. Cum autem fama adventus ejus totam jam eſſet ferme Africam pervagata, tanta fuit juſtitiæ illius inter eas gentes opinio, ut eum non tam Maſſiniſſa, quàm Pœni de pace arbitrum, quaſi Imperatorem, aſciverint. Appianus tamen elephantis, quorum cauſſa venerat, à Rege acceptis, ipſum ſcribit retro ſe ad Lucullum è veſtigio contuliſſe.

Tribunatus militum.

DUobus inde poſt annis cum Manio Manilio Conſuli bellum Carthaginienſibus inferenti Tribunus militum obtigiſſet, exiſtimari vix poteſt, quantum ceteris omnibus, & animi, & conſilii magnitudine anteceſſerit. Nam cum Conſul oppugnatione Urbis ſæpe fruſtra tentata per quandam murorum partem, quæ paullo ante dejecta, nondum probe fuerat reſtituta, ex improviſo irrumpere cogitaſſet, ac Scipio Pœnos prærepto Imperatoris conſilio ſuos ita diſpoſuiſſe audiſſet, ut alii armati Romanorum impetum ſuſtinerent, alii inermes ligna, & lapides in eos ingredientes ex loco ſuperiore conjicerent, quin maximum propulſaret, quod ſuis imminere periculum providebat, haud ſibi eſſe cunctandum cenſuit. Quare cum cohortes ſuas in plures partes diſtribuiſſet, eaſque non procul à muris ex intervallo conſtituiſſet, datis mandatis effecit, ut non eos ſolum, qui in urbem irrumpere, ſed illos etiam, qui laceſſentibus inſtare hoſtibus cuperent, à certamine cohiberent. Quanquam apud Livium invenio hanc conſilii temeritatem non Conſuli aſcribi, ſed duobus militum Tribunis, quos ille ſcribit, cum neglectos ab una parte muros cum cohortibus invaſiſſent, & ab hoſtibus vehementius premerentur, à Scipione eſſe potiſſimum conſervatos, cui illam etiam deberi laudem adjungit, quòd paucis equitibus adjuvantibus caſtellum Romanorum nocturna oppugnatione hoſtium liberarit. Poſt autem eum Pœni ſumma vi ex urbe ſilentio noctis egreſſi caſtra Romanorum adurti eſſent, unus item extitit Scipio, qui ſubito conſilio ſalutem attulerit.

A Etenim è portis caſtrorum egreſſus, iis, quæ à prœlio longius aberant, cum impetum in Carthaginienſes feciſſet, illos repentina irruptione ita perterrefecit, ut extemplo relictis caſtris intra mœnia ſe receperint. Quibus rebus tantum jam terroris omnibus, ſimulque tantam virtutis opinionem attulerat, ut Himilco Phameas ſtrenuus ſanè hoſtium præfectus, qui magno aliàs incommodo Romanos milites, quoties frumentarentur, affecerat, Scipione copias adducente, nuſquam ſe oſtenderet; quòd animadverterat, Scipionem non, ut alios, temerè in campus exire, ſed certis ante in locis equites, pediteſque paratos adverſus hoſtiles, ſicunde emergerent, inſidias **B** collocare. Quam laudem cum obſcurare, aut aliquo modo minuere Tribuni reliqui vellent, hoc idcireò facere Phameam dictitabant, quòd à Scipione inire gratiam cuperet, quocum ſumma vetuſtas eſſet, atque jam inde uſque ab avo ejus Africano amicitia inſtituta. Quin etiam paucis poſt diebus cum Romam à pabulatione reverterentur, magno periculo circumventi, ejuſdem prudentia ſunt ac fortitudine conſervati. Etenim cum Pœnorum milites navium Romanarum præſidium invaſiſſent, ſimulque cives in urbe ad arma conclamaviſſent, Scipio, Conſule ſe ſe, quòd clamoris cauſſam ignoraret, caſtrorum munitionibus continente, ſubito cohortes ſuas, qui-**C**buſdam cum accenſis præire facibus juſſis, eduxit; non ut per noctem prœlio dimicaret, ſed ut hoſtibus tumultuoſius omnia pervagantibus majoris ſpeciem multitudinis objiceret, eoſque perterrefactos in urbem confugere omiſſa navium, ut fecit, oppugnatione compelleret. His de rebus adeo in ore civium omnium erat, ut M. Cato ſenex, qui ſuperioris Africani magnitudinem allatrare antea conſueverat, quid de iis, qui tum in Africa militabant, ſentiret, interrogatus, de Scipione verſum Homericum uſurparit:

Iſte viget ſolus, reliqui velut umbra vagantur.

Jam vero quantum Conſulem ipſum etiam rei **D** bellicæ prudentia anteierit aperte oſtendit, primum cum ei diſſuaſit, ne adverſus Aſdrubalem ad Nepherim tum caſtra habentem, contenderet, quòd per anguſta, ac difficilia loca iter faciendum eſſet, deinde cum eundem jam per tria fermè ſtadia ad Aſdrubalis caſtra progreſſum admonuit, ne aut flumen quoddam trajiceret, ut facilem ſuis, ſi res poſceret, receptum relinqueret, aut certe ſe ante fluvium firmi valli præſidio communiret, quò ſe, ſi forte pelleretur, referre ſtatim, ac ſine periculo poſſet. Quod conſilium quamquam ab aliis Tribunis ita irriſum, ut quidam etiam gladium ſe abjecturum eſſe diceret, ſi Scipio, non Manilius imperaret, pru-**E**dentiſſimum fuiſſe, haud ita multo poſt rei eventus declaravit. Nam cum commiſſo trans flumen prœlio Aſdrubal ſuas in caſtra copias, ubi à Romanis legionibus nihil accipere detrimenti poterat, reduxiſſet, ratus id, quod res monebat, Romanos inopia commeatus ex iis locis movere coactos ſibi occaſionem aliquam ad ſe adoriendum daturos, obſervato eo tempore, quo pedem referentes in tranando flumine impediti ordines propter anguſtias vadorum interrupiſſent, eductis copiis undique in eos invadit, ac ſecum acie dimicare vel iniquiſſimo loco compellit. Tum Scipio cum exercitum Romanum ſummum in diſcrimen

men adductum videret, ac ſibi maturandum ad eos, quoquo modo poſſet, ſublevandos exiſtimaret, ſatis ut in re trepida ſalutare conſilium capit, ad trecentos equites, quos ſecum habebat, aliis, quot maxime potuit, advocatis, mandavit, ut alii jacula, ſagittaſque in hoſtes conjicerent, alii iis, qui ſeſſi jaculando eſſent, recentes, integrique ſuccederent, atque orbe quaſi quodam opportuna pugnantium vice certarent. Ita cum juſſa ab omnibus diligentiſſime fierent, Aſdrubal eos, qui flumen tranſibant, relinquere coactus, ſe torum in Scipionem ad omnes partes adequitantem, ac pugnam univerſam conſilio, ac fortitudine ſuſtinentem convertit. Scipio ſuis fluminis commode trajiciendi ſpatio dato, ipſe poſt ſe ab ejus impetu facile liberavit. In eo prœlio præter ceteros Tribuni militum tres ex iis, quibus maxime pugnæ placuerat ſententia, ceciderunt. Interea Romanis, poſtquam in caſtra perventum eſt, cohortes aliquot, quæ ſe à flumine prœlii ejus initio in editum collem quemdam ſubduxerant, ab Aſdrubale obſideri, magnoque in periculo poſitas eſſe renuntiatum eſt: omnibus eo nuntio graviſſime perturbatis, cum quidnam opus eſſet facto, conſultaretur, ceteri quidem deſerendos eos, nec paucorum conſervandorum cauſſa tam multos tantis periculis objiciendos cenſebant. At Scipio haud quaquam ſe paſſurum teſtatus, viros fortes ſubſidii inopia in manus hoſtium pervenire, paucis equitibus delectis, & commeatu paucorum dierum ſumpto, ad hoſtes profectus, diverſis è partibus in eos impetum fecit, ac repente circumventos fuga ſalutem petere coëgit. Quo ex facto tantum laudis adeptus eſt, ut ad ſuos rediens, ubi procul cum ſociis viſus eſt incolumis adventare, magno ab omnibus clamore, atque ingenti plauſu exceptus ſit, & Manilius Conſul, eo obſidionali corona donato, ſe in eos acrius animadverſurum edixerit, qui illius in recipiendis copiis mandato non paruiſſent. Augebat interim ea cura pleroſque, quòd occiſorum Tribunorum corpora honore ſepulturæ carerent, ejuſque rei procuratio depoſci à Scipione tacitis propè vocibus omnium videbatur. Id quod ille ſentiens, quendam dimitti ex captivis Carthaginienſium juſſit, eumque ad Aſdrubalem proficiſci, præcipiens, ut verbis ab eo ſuis ſepulturam cadaveribus poſceret. Qua ille re cognita, ſive quod hoc humanitatis eſſe cenſeret, ſive quod Scipionem metuens ei obſequi potiſſimum cuperet, corpora Tribunorum ex annulis aureis, cum ceteri ferreo uterentur, ſcrutatus, diligentiſſime ſepelienda curavit. His de rebus Conſul, ac Tribuni militum, & univerſus exercitus, cum Legati ad res Africæ inviſendas à Senatu miſſi adeſſent, ea de Scipione narrarunt, ut incredibile videretur, laudes cujuſquam aut pluribus, aut gravioribus præconiis poſſe celebrari. Quæ eadem cum poſtea Romæ in Senatu oratione Legatorum exponerentur, non illum Ordinem ſolum magna ſpe, ac voluptate compleruntt, ſed populum etiam ſic ei conciliarunt, ut proximis comitiis, quibus L. Piſo, & Sp. Poſtumius Conſules facti ſunt, Conſul à multis Centuriis diceretur. Erant Maſſiniſſæ Regi filii multi, quorum tres ex uxore, reliqui è concubina ſuſcepti. Hos Rex cum male inter ſe concordes eſſe, ac morbo, & ætate confectus finem ſibi vitæ adeſſe animadverteret, petiit à Manilio per literas, ut ad ſe Scipionem mitteret, nam ſe ex ejus ſententia patrimonium ſuum inter filios dividere velle. Miſſus Scipio cum Regem mortuum offendiſſet, tamen quòd eundem audiebat ante mortem præcepiſſe filiis, ut ſibi rebus in omnibus morem gererent, regiam inter eos hereditatem, ita diviſit, ut poſſeſſiones quidem iis, quos Rex è concubina genuerat, aſſignarit, legitimos vero theſauris, ac vectigalibus, & Regio præterea nomine pleræque omnes affecerit. Micipſæ porrò, qui reliquos anteibat ætate, & paci in primis ſtudebat, Cirtam Urbem Regiam, Guluſſæ, qui militaribus erat artibus eruditus, belli, paciſque poteſtatem, Manaſtabali, qui omnium minimus erat natu, quoniam excellere juſtitia intelligebat, quæ inter populos controverſa eſſent, cognoſcenda permiſit. Quin etiam Guluſſam, quem virum ſtrenuum eſſe cognoverat, ad belli Punici ſocietatem adduxit. Atque hoc auctore ſæpe Phameæ poſtea inſidias evitavit, quibus Romanos ille perpetuo appetebat. A quo tantum abfuit, ut Scipio caperetur, ut eundem illum potius ad ſe cum ipſius equitatu traduxerit. Id quod hoc modo adminiſtratum eſſe accepimus. Jacebat inter duos montes vaſtiſſima quædam vallis, ejuſque ab una parte Aſdrubal, ab altera Scipio copias per tramites quoſdam ducebant. Scipio vero, qui Phameæ quotidie novas inſidias aliquas metuebat, cum tribus progreſſus Comitibus locum omnem diligentiùs explorabat. Quod animadvertens Phameas, præmiſſis copiis ſuis, cum uno & ipſe Comite proceſſit obviam; cumque ita appropinquaſſent, ut alter alterum audire poſſet, *cur*, incipit Scipio, *ſaluti tuæ Phamea non conſulis, poſteaquam communi non potes?* at ille, *quæ poteſt ſalus*, inquit, *inveniri, & in perditis Carthaginienſium rebus, & Romanis à me tam graviter irritatis?* Tum Scipio, *polliceor, ſi quid in me fides eſt*, inquit, *tibi apud Romanos, ſi ad nos te contuleris, nec veniam, nec gratiam defuturam. Ego vero*, inquit ille, *te digniſſimum judico, cujus fidei me committam, ſed ut hoc fieri poſſit, profecto vide*; atque his dictis ambo receſſerunt. Paucis poſt diebus, cum iterum Manilius caſtra ad Nepherim haberet, nuncius quidam è Guluſſæ exercitu epiſtolam Scipioni reddidit, in qua hæc ſcripta erant: „ Hodie ad locum illum veniam, ubi „ collocuti ſumus, tu fac, ut quibuſcum „ tibi viſum fuerit, præſto ſis. Hæc Scipio, quanquam à quo mitterentur, non ſtabat, nimis à Phamea ſuſpicatus, Conſulem, quid opus eſſet facto, conſuluit. Is & ſi, ne quid ſubeſſet inſidiarum, veritus, de Scipionis ſalute magnopere laborabat, eum tamen ire conceſſit, ea lege, ut Phameæ impunitate promiſſa, præmia ea tantum oſtenderet, quæ fides, & virtus ejus poſtea meruiſſet. At his quidem verbis opus non fuit. Nam Phameas ubi primum in conſpectum Scipionis venit, ſatis ei ſe de ſua ſalute credere dixit; ceterum ut gratiam ſibi Romanorum compararet, fide, & officio annixurum. His rebus dictis poſtridie ejus diei ſe ad prœlium inſtruit, ac cum ceteris Ducibus in medium progreſſus, quaſi magna alia de re verba facturus „ ſi patriæ commilitones, inquit, ferre auxilium „ licet, nullum adhuc periculum communis „ ſalutis cauſſâ recuſo; ſin autem res in eum „ locum adducta eſt, ut ejus conſervandæ

„ ſpes nulla ſit reliqua, cur non noſtræ tandem ſaluti conſulimus? equidem quam pro „ me ipſo, eandem pro omnibus, qui me ſecuti ſuerint, fidem accepi, vos, ut tempus „ admonet, quæ in rem vaſtram ſunt futura, „ deligita. Atqua his dictis ipſe ad Romanos cum duobus millibus, & ducentis aquiibus tranſiit. Scipioni cum Phamea redeunti exercitus obviam lætis clamoribus quaſi triumphanti progreſſus eſt. Poſt cum Manlius uttumqua Romam dimiſiſſet, ubi Scipionem navem conſcenſurum eſſe percrebuit, continuò univerſus ſe ad litius exercitus effudit, eumqua & laudibus, & precibus, ut ſibi Impetator reverteretur, eſt proſacotus. Romam autem cum veniſſeot, eorum alter à Senatu ampliſſima collaudatus, alter magnifice donatus ad reliquias belli ax fide conficiendas eſt excitatus.

Conſulatus, & Carthago deleta.

CUm autem L. Piſo Conſul, bellom ſortitus, L. Mancino claſſis Præfecto, atque hoc ipſo Phamea ſecum in Africam ductis, tota æſtate nihil profeciſſet, ac magnam præterea cladem ad Carthaginem accepiſſet, populus autem Romanus Pœnos propterea animos recepiſſa, ſeque ad bellum acrius inſtruxiſſe cognoſceret, omnem in unum Scipionem cogitationem converterat. Ita cum res remi̇niſcereiur, quas Legatus in Hiſpania, ac Tribunus militum in Africa adminiſtraſſet, proximis aum comitiis ædilitatem tom primum petentem Conſulem declaravit. Cum autem à Patribus ſalvis legibus, Conſulem adhuc eum fieri non poſſe per ætatem admoneretur, ao cupiditate provectus eſt, ut ex Romuli, & Tullii legibus penes ſe comitiorum eſſe jus dixerit, ita ut ſuffragiis cuique quod vellet vel dare, vel detrahere poſſet. Ita permittente Senatu Scipio legibus ſolutus magno populi ſtudio cum C. Livio Druſo Conſul renunciatus, idemque extra ſortem bellum cum Pœnis in Africa gerere juſſus aſt. Itaqoe axercitum tantum, quantus ante ſuperiores clades fuerat, habendi, itemque à ſociis, & a Regibus, & à Civitatibus, quot vellet, & quos ipſe probaret, educendi facultatem adeptus, omnibus rebus ex ſententia comparatis, quas ad bellum neceſſarias putavit, Uticam advehitur, quæ Urbs circiter octo millia paſſuum à Carthagine diſtans ſpontè ſe hujus belli initio populo Romano dediderat.. Tum Piſo educto ex hibernis exercitu interiora loca adortus premebat obſidione. *Mancinus* autem Legatus Carthaginis partem, quæ neglecta videbatur, quòd rupes aſperæ, & inviæ undique eſſent, adortus, ſcalis clam appoſitis, Urbem ingredi conabatur, jamqua perterritos Pœnos inſequena portam Urbis intraverat, cum immineata nocte, ad quam pugna perducta erat, rerum neceſſariatum inopiam, imminenſque periculum contemplatus, ouncios ſtatim ad principes Uticenſium mittit, qui eos, quanta ipſe in periculo ſit, quantaque commeatuum penuria afficiatur, edoceant, eoſque à veſtigio, ut ſibi ſubſidio ſint, rogent. His Scipioni, cum ſorte veſpere Uticam acceſſiſſet, tertiâ fermè vigiliâ nunciatis, milites tubâ confeſtim vocari, ab adoleſcentibus Uticenſium commeatum ad naves comportari jubet. Poſt captivos quoſdam dimiſſos Carthaginienſibus nunciare jubet, mox affore Scipionem. Inde eqoitibus aliis poſt alios miſſis, qui Piſonem ad opem Mancino farendam excirent, atque militibus interea in navibus impoſitis, Uticâ ſolvis, iis admonitis, ut, cum hoſtibus appropinquaſſent, arecti ſuper tabulata in illos ora converterent. His rebus à Scipione pro tempore raptim inſtructis, Mancinus prima luce Carthaginianſibus ax omni parte urgentibus quingentos, quos ſolos inermis habuit, duobus hoſtium millibus à fronte oppoſuit. Jamque vulnere accepto à muris pulſus profligari videbatur, cum ſubitò Scipionis naves armatorum manu refertæ, magnoque curſu Carthaginem contendentes in alto apparuere. Quibus conſpectis, Pœni, qui à captivis Scipionem ſuis ſubſidio vanire didicerant, ſtatim ſubſtitere. Illis cedentibus, Scipio Mancini milites jam periculo proximos ſuis navibus excipit, ipſe non procul Carthagine caſtra ponit. Interea Pœni ex moris per ſtadia quinque progreſſi vallum jaciunt, in eoque ſpatio Aſdrubalem, & Bythiam collocant, quorum uni ſex millia peditum parebant, alteri equites mille ſatis ad dimicandum, ſi ita res poſtularet, inſtructi. Scipio autem cum exercitum à Piſone acceptum, avaritiæ, ac deſidiæ deditum, atque omnibus probria ignavia Piſonis affectum animadverteret, ante eum ſibi emendandum eſſe conſtituit, quàm ad pugnam aliqua ratione deſcenderet. Itaqua concione advocata, omniumque ordinum Centurionibus adhibitis, primum vehementer eos accuſavit, quòd eam belli rationem inſtituiſſent, quæ nec majorum ſuorum diſciplinæ, nec populi Romani dignitatis foret. Deinde verò docuit, ax præſentibus moribus factum eſſe, ut crebris prœliorom offenſionibus majores ſpiritus Pœni ſumpſiſſent, & quos Romani ante contempſerant, eos nunc reformidare coacti eſſent. Poſt autem cum inutilium hominum multitudina, atque omnibus, quæ in caſtris redundabant, ſublatis, ſatis ſe ſe milites ad priſtinam revocaſſe diſciplinam putaſſet, inſidiis per noctem poſitis, Megara, qui locus erat Urbis ampliſſimus, cumque mœnibus ipſis Urbis conjunctus, aggredi ſtatuit. Ita præmiſſis aliquot è ſuis, qui ab unâ parte hoſtes imparatos invaderent, ipſe cum aliis ab altera cum ſecuribus, ſcalis, ac vectibus ad duo millia paſſuum ſilentio magno procedit. Cum perceptis à Pœnis inſidiis vox è muris edita eſſat, hoſtes adeſſe monentis, tum Scipio, & cum eo ſui omnes clamorem ſuſtulerunt. Qui autem à contraria parta conſtiterant, vehementius extolere vocem ita, ut Pœni tot hoſtibus ondique, ac tam repente circumſiſtentibus magnopere terrerentur. Sed res tamen Scipioni, licet tentaret omnia diligentias, prout ipſe ſtatuerat, non proceſſit. Erat tum forte privati cujuſdam turris extra muros Urbis deſerta, cujus faſtiginm altitudinis prope mœnia ipſa Urbis æquabat, à quibus non longius aberat. Hanc cum adoleſcens quidam audacter aſcendiſſet, accitis properè aliis, ab ea ad muros Urbis haſtis, aſſeribuſque trajectis pontem facere inſtituerunt, per quem cum ad mœnia, inde ad Megaram pervenissent, ſtatim refractis portis Scipionem cum quattuor hominum millibus receperant. Hac re cognita adeo ingens luctus intus Carthaginienſes excepit, ut Urbs ab hoſtibus capta eodem veſtigio videretur. Itaque tumultu facto, clamoreque edito, omnes ſe repente contulerunt in arcem tam ii, qui in Urbe erant,

erant, quàm ii, qui foris in vallo conſederant. Scipio autem cum Megarorum campum anguſtiorem, eumque arboribus obſitum, ac dumis, & vepribus impeditum conſpicaretur, veritus, ne inſeqoenti exercitui difficile iter eſſet, aut in aliquas inſidias ipſe incideret, quibus erat ille maximè locus idoneus, gradum ſibi referendum eſſe conſtituit. Poſtridie ejus diei Aſdrubal Megarâ captâ indignè ferens, captivos omnes Romanorum in muria ſtatuit, eo maximè in loco, in quo à ſuis facilè conſpici poſſent, eoſque ibi crudeliter per contumeliam Romanorum variis excruciatos tormentorum generibus interfecit, ſcilicet ut Carthaginienſes acerbiore in Romanos odio incitati, cum eos à ſe tam graviter violatos ſcirent, omnem in armis ſalutis ſuæ ſpem collocarent. Quæ res contra evenit, atque ille putarat. Pœni enim nova ejus crudelitate ſummum in timorem adducti ab eo valde alienati ſunt, quòd factorum atrocitate viam ſibi miſericordiæ, ac ſalutis interclusiſſet. Cum autem præcipuè à Senatoribus incuſaretur, ac nimiæ crudelitatis argueretur, nonnullos eorum interficiendos curavit, ut qui manifeſte tyrannidem affectans, ſe tanto firmiorem fore putaret, quanto omnibus formidabilior fieret. Scipio interea ratus, Carthaginem niſi obſidione expugnari non poſſe, eam, quoad potuit, circumvallare inſtituit; primum autem Iſthmo omni, qui eſt à terra, potitus, non longe ab Urbe foſſam à mari ad mare per tria millia paſſuum duxit, cum continenter foderet ſimul, & pugnaret. Ea foſſa perfecta æqualem huic alteram in continentem verſus effecit, hiſque duas alias ſimiles à lateribus commiſit ita, ut quadratum opus efficeretur; omnes autem ſudibus præacutis, ſtipitibuſque tranſverſis munivit, quæ vero Urbi propinquior erat, eam muro per tria millia paſſuum ſepſit, cujus altitudo pedes duodenos ſupergreſſa eſt, propugnaculis, ac turribus exceptis in muro. ex intervallo diſpoſitis, latitudo dimidio amplior fuit, in medio turrim altiſſimam excitavit, & ſuper ipſam quadratum è ligno propugnaculum quatuor ſublatum contiguationibus ſtatuit, ex quo procul quæ fierent in Urbe proſpiceret. Hæc intra viginti dies, totidemque noctes, exercitu perpetuò laborante, ac viciſſim operi ſuccedente, ſimulque pugnante, ac vix ſomnum, aut cibum capiente, perfecta ſunt. Ita intra ſpatium illud deductis copiis hoc boni eſt aſſecutus, ut uno tempore, & caſtrametaretur, & hoſtes re omni frumentaria intercluderet, quæ à terra deferretur, quòd, Iſthmo excepto reliquis partibus Carthago mari alueretur. Atque hinc malorum omnium in Carthaginienſes origo manavit. Nam cum maxima ex agris in Urbem turba ſe conjeciſſet, neque commeatus quidquam aut terra propter munitiones, aut mari propter claſſem Romanorum ſupportaretur, res eos frumentaria deficere cœpit. Quanquam Bythias Præfectus equitum novam quandam rationem excogitarat importandi frumenti. Nam cum jampridem ad commeatum deferendum miſſus nec clam accedere, nec Scipionis vallum vi ſuperare auderet, illum navibus imponi jubebat, quæ ſecundi vim venti expectantes haud ita multo poſt plenis in portum velis ferebantur, cum Romanorum triremes propter ſcopulos, & undarum fluctus inter ſe non poſſent hærere, aut naves ub eorum impetum impedire. Sed hoc modicum erat, nec niſi magno ſpirante vento ſubvehi poterat, totumque ab Aſdrubale triginta millibus militum ſolis dividebatur, quos ſibi ex omnibus ipſe delegerat. Ex quo efficiebatur, ut fame acrius Civitas reliqua premeretur. Scipio autem cum ne minimum quidem invehi vellet, oſtium portus, quod ad Occidentem ſpectabat, neque longè à terra aberat, obſtruere commodiſſimum ſtatuit eſſe. Ita aggerem perlongum à mole quadam, quæ inter ſtagnum, & mare porrecta, Lingua dicebatur, in Pelagus eductum oſtio ipſi portus opponit, eumque totum ſaxis ingentibus, & denſis firmat, ne opus undarum alluvie ſolveretur. Id opus primum Carthaginienſes irridere, atque vocibus è muris increpitare, quòd ea machinatio compararetur, quæ nunquam habitura finem videretur; ubi vero toto in eam rem incumbente, neque dies, aut noctes intermittente exercitu ſe omnino portu illo, marique interclusos, & prohibitos cognoverunt, haud plane animis conſternati, alterum ex contraria parte Orientem verſus effodere ſtatuerunt. Ergo in Urbe ita occulte, ut ne captivi quidem Romani quidquam Scipioni nunciare poſſent, naves primum ex vetere materia refecerunt. Strabo duobus menſibus CXX. actuarias naves conſtructas ſcribit, cum antiqua materia ſuppeteret, & fabrorum multitudo conducta nunquam ceſſaret; deinde portum Pelago in medio, qua nullam molem ob profunditatem, vimque ventorum, educi poſſe confidebant, ſuffoderunt, magno etiam mulierum, ac puerorum una perpetuo laborantium ſtudio. His rebus completis, triremes, ac quinqueremes, myoparones, aliaque complura navigia paratiſſima, atque omni genere armorum inſtructiſſima è portu profecta Romanis adverſa conſtitere. Romanos autem, & os portus improviſò patefactum, & longus navium ordo celeriter è portu erumpens adeo exterruit, ut, ſi Pœni eorum naves nautis, ac remigibus vacuas à veſtigio invaſiſſent, eas nullo fermè negotio opprimere potuerint. At illi tantum, ut ſe oſtentarent, claſſem movere, inde ſe in portum celeriter recepere. Poſt triduum cum prœlium maritimum committere ſtatuiſſent, ſeque ad id Romani nullo interpoſito ſpatio rebus omnibus compoſitis inſtruxiſſent, ſigno dato, maguo clamore ab utraque parte concurſum eſt, eaque pugna, cum remigum utrinque, ac gubernatorum, militumque virtus, atque audacia eniteret, eſt uſque ad Solis occaſum magna contentione perducta, cum illi in ejus diei caſu ſummæ victoriæ, hi ſummæ ſalutis eventum conſiſtere arbitrarentur. In eo prœlio Romani ab Afrorum ſcaphis magnis detrimentis affecti ſunt, quæ parvæ, ac ſumma levitate præditæ majoribus eorum, gravioribuſque navibus ſuccedentes, puppibus perforatis, ac remis, & gubernaculis amputatis ex eorum conſpectu ſe repente proripiebant. Sole occidente Pœnis ſe ſe recipere viſum eſt, non quo prœlio cederent, ſed ut poſtridie alacrius ad dimicandum redirent. Ea de cauſſa cum breviores Carthaginenſium ſcaphæ prægredientes, ac navigandi velocitate ſe impedientes aditum portus interclusiſſent, majores naves, cum progredi non poſſent, aggerem petiere. Is locus ante mœnia Urbis fuit ampliſſimus, in quo pacatis rebus negotiatores onera ſua exponere conſueverant; verum hoc imminente bello brevi muro munitus eo conſilio

A filio fuerat, ne hoſtes, ut patenti in loco ſub muris aliquando verſarentur. Huc ergo ob portus inopiam Pœni delati converſo impetu prœlium inſtaurarunt, cum alii ab Aggere, alii è navibus, alii è muro pugnarent. Ac Romanis quidem, & levis navigatio, & facilis conſiſtentibus navibus dimicatio erat; cum autem regrederentur, difficili, ac tarda graviorum navium agitatione à circumcurſantibus Pœnis magna ſæpe incommoda accipiebant, quoad quinque Sidetarum naves, quæ Scipionem ejus adductæ ſtudio ſequebantur, commodiorem quandam evadendi rationem oſtenderunt, quippe magno intervallo in mare anchoras jaciebant, ab iiſque longis funibus

B demiſſis, magno in hoſtes aut remorum, aut undarum impetu ferebantur; prœlio vero commiſſo funes à puppi trahentes nullo negotio recedebant, quas deinde ſequuti reliqui magna ſane detrimenta hoſtibus intulerunt. Eo prœlio ad noctem dirempto, Carthaginienſium naves, quot quot incolumes fuere, Urbem petierunt. Scipio poſtridie mane Aggerem aggreſſus, quòd opportunum id admodum portus propugnaculum eſſet, arietibus, machiniſque multis admotis, partem muri dejecit. Ea re compulſi Pœni, quanquam omnibus defeſſi malis, rei etiam frumentariæ ad ſummam inopiam adducti erant, nocte è muris ad machinas Romanorum incendendas

C erumpunt: cum autem propius ad eas accedere nequirent, omni aditu terra, marique præſepto, nudi facibus extinctis, ne conſpecti præverirentur, pleríque natantes exierunt, ad eaſque delati ignem intulerunt. Re à Romanis percepta fit prœlium atrox, cum ab utraque parte multi & vulnerarentur, & caderent. Pœnorum autem virtus incredibilis, atque animi magnitudo ſumma fuit, quorum cum in ora, pectoraque adverſa gladii eſſent, telaque multa conjecta, non ante tamen pugnare deſtiterunt, quàm aut opera ſuccenſa, aut pulſos loco Romanos conſpexerunt. Turbatis ex hoc tumultu rebus, cum trepidatio in caſtris Scipionis orta eſſet, qualis nunquam

D antea extitiſſet, ille cum equite accurrens, ac terrorem mortis illis injiciens, qui terga dediſſent, plurimos conſervavit. Romani totam noctem armati traduxerunt, hoſtium maxima deſperatione permoti. Pœni incenſis operibus Romanorum in Urbem ſe recipiunt; poſtridie murum, qui labefactus erat, inſtaurant, turreſque ſuper ipſum multas ædificant. Romani cum aliis machinas comparant, tum aggerem validiſſimum contra turres hoſtium extruunt, ex quo cum faces emittere inſtituiſſent, hoſtes loco depellunt, eoſque perſequi fugientes incipiunt, verum cum ingreſſum cruore, ac limo terra madefacta non ſuſtineret, haud ita multo poſt deſinunt. Aggere Pœnorum potitus Sci-

E pio, cum foſſa, & muro lapideo ſepſit; ac quatuor hominum millibus firmavit, qui in hoſtes ſagittas, ac jacula contorquerent. Ineunte hieme cum plurimos eſſe in ea regione Scipio comperiſſet, qui Pœnos commeatu, ceteriſque rebus juvarent, quin eos de medio tolleret, haud ſibi dubitandum putavit. Itaque aliis in alias partes dimiſſis, ipſe in Diogenem, quem Aſdrubalis rebus favere didicerat, Nepherim verſus per ſtagnum, Lælio terreſtri itinere circummiſſo, contendit. Ut vero eò pervenit, caſtra duobus ſtadiis longe à Diogene poſuit, & Guluſſam ibi, ut eum quieſcere non pateretur, reliquit, ipſe modo Car-

A thaginem, modo Nepherim petens tanti belli molem magno conſilio, nec minore animi præſentia ſuſtinebat. Duabus turribus ad Nepherim collapſis, locum inſidiis datum arbitratus, mille delectos homines in inſidiis poſt Diogenem locat, tria millia à fronte conſtituit, quibuſcum ipſe, qua turres ceciderant, aſcendit, non conſerta multitudine ſtipatus, ſed per partes agmen ducens, ne priores loco moti aliis ſubſequentibus terga darent. Cum clamore, ac ſtrepitu Romanorum omnia perſonarent, Afris ad pugnam concurrentibus, ii, qui à tergo diſpoſiti erant, ut mandatum eis fuerat, vallum audacter nec ſuſpicante quidem quoquam invadunt, atque

B tranſcendunt. Quare Afri perculſi, cum multo plures hoſtes, quàm quos conſpicabantur, adeſſe putarent, in fugam conjiciuntur, ex contraria parte Guluſſa magna Numidarum manu, & præterea elephantis inſtructus, eos adortus cædem ingentem facit: eo prœlio ad ſeptuaginta millia hominum cum inutilibus cæſa eſſe dicuntur, ad decem millia capta, circiter quatuor evaſiſſe. Capta Nepheris eſt poſt duos & viginti dies, quàm obſideri à Scipione cœpta eſt, cum multa ibi incommoda hibernorum difficultate temporum pertuliſſet. Qua victoria complures præterea Libyæ Urbes ad eum defecerunt, ipſe vehementer ad Carthaginem expugnandam accenſus eſt,

C cujus rei cauſſa prorogatum ei in alterum annum Imperium fuerat. Itaque cum Pœnorum opes in dies magis minuerentur, quòd neque ex Libya, quæ tota fere in ejus poteſtatem conceſſerat, neque mari, aut propter Romanorum præſidium, aut propter minus idoneum ad navigandi anni tempus commeatus quidquam ſubveheretur, Byrſam arcem, ac portum cognomento Cothonem aggredi ſtatuit, quòd putabat, eo propugnaculo ſuperato, præſidioque dejecto, reliquas ſe Urbis partes in ſuam poteſtatem eſſe nullo negotio redacturum. Id præſentiens Aſdrubal, portus partem nocte ſuccendit. Dum autem, cum omnibus Pœnis in eam partem intentus, Sci-

D pionem cum ſuis eadem irrumpturum confidit, interim C. Lælius à tergo per ambitum Cothonis navibus circumvectus ex altera parte longe alter, quàm Pœnus putaverat, magno clamore ſublato impreſſionem facit. Romanorum vim Pœni etſi primum pro viribus propulſare conati, cum diuturnitate mediæ langueſcentes diu ſuſtinere non poſſent, in omnes partes paſſim fugam capeſſunt; eos fugientes inſequutus Scipio partim cæcidit, partim cepit, pauci in Urbem ſe conjicientes vix mortis periculum evitarunt. Scipioni Cothonis muro potito cum Polybius ſuaderet, ut circa mœnia murices ferreos ſpargeret, aut vadis tabulas cuſpidibus præfixas ſubjiceret;

E ne ſubita hoſtes eruptione in ejus procurrere munitiones poſſent, ridicule ſe facturum eſſe ille reſpondit, ſi prope parta jam, atque explorata victoria, rationem quæreret, ne cum hoſtibus dimicaret, neque vero ejuſdem eſſe, capere aliquos velle, ac timere. Poſt hæc quod & nox ſuberat, & ipſe militibus ex ſuperiore totius diei labore fatigatis parum ſe proficere poſſe intelligebat, ſub armis tota nocte quievit. Ubi illuxit, cum ſe per muros Urbis, qua parte ceciderant, intuliſſet; Urbem fruſtra renitentibus Pœnis ingreditur cum gravioris armaturæ militum quatuor millibus, qui, cum in Templum Apollinis in-

trant-

trotiſſent, aureum ſimulachrum ejus, & inauratos parietes expilarunt. Quam eorum audaciam adeo perſecutum Apollinem eſſe crediderunt, ut qui aureum ei amiculum detraxerat, ejus manus haud ita multo poſt abſciſſæ inter fragmenta repertæ ſint. Ti. Gracchus cum C. Fannio muros Urbis primus aſcendit, cum eſſet Scipionis uxoris frater, idemque in eo bello contubernalis. Irruptione Romanorum in Urbem magna Carthaginienſium pars in arcem confugerat, & ex ea pugnabat. Eam cum Scipio adoriri ſtatueret, tres ad illam à foro ducere vias inveniebat, quæ frequentibus, atque altis civium ædificiis undequaque erant inſtructæ. Cum autem quantum ſubire periculum poſſet, ſi ea ingrederetur, animadverteret, hoc conſilii cepit, prima ædificia ſibi occurrentia occupat, hinc ad proximas ædes lignis, aſſeribuſque tranſmiſſis viarum intervalla conjungit, ac per ea tanquam per pontes ingreditur, alios ut prœlium in vicis cum obvio quoque miſceant, imperat. Quo fiebat, ut omnia clamore, gemitu, ac lamentationibus explerentur, cum alii ferro interea cæderentur, alii è tectis præcipites agerentur. Ubi vero ad arcem pervenit, tum tribus partibus illato incedio, reliquus in Urbem exercitus accerſitus eſt. Urbis interea ipſius miſerabilis in primis, ac teter aſpectus erat, cum ædificia alia flammarum incendio deflagrarent, alia vi, atque impulſu hominum ingenti cum fragore ac ſtrepitu prolabentia ſecum pueros, mulieres, ſenes, ceteramque turbam, qui pavore ſe intra tecta conjecerant, aut ſemianimes, aut ſaucios, aut incendio afflatos attraherent. Quin etiam fabri, ceterique, qui juſſu Scipionis ad aperiendum militibus iter immiſſi erant, rem multo etiam acerbiorem reddebant, cum interim foſſas, reliquaque depreſſa Urbis loca mortuis, viventibuſque ſine diſcrimine replerent. Atque hæc quidem ſex dierum ſpatio geſta ſunt. Scipio autem, ne milites diuturno labore defatigarentur, munera partito exercitu permutavit; cum ipſe quotidie rebus omnibus vix aut ſomnum, aut cibum capiens intereſſet. Tandem verò labore confectus excelſo quodam in loco conſedit, ex quo facilè omnia, quæ gerebat, circumſpicere poterat. Interea qui in arce erant, Urbis everſione, ac Deorum irâ perculſi, cum ſe in extremum omnino caſum adductos, nullamque ſpem ſalutis ſibi reliquam eſſe viderent, Legatos ad Scipionem de deditione miſerunt. Qui ad eum profecti, velamenta ſupplicum, Æſculapii ritu, cujus è templo deſcenderant, porrigentes, ſeque ad ejus pedes abjicientes, fidem, ac miſericordiam ejus implorare cœperunt, in primiſque eum orare, ut ſibi vel iniquiſſima conditione exire ex arce permitteret. Omnibus, præterquam fugitivis, ac tranſfugis, exeundi poteſtate à Scipione facta, patefactis arcis portis, extemplo ex ea ſe hominum ad quinquaginta millia ejecerunt. Primum agmen mulierum in primis miſerabile fuit ad XX millia, alterum virorum ad XXX. transfugæ autem, qui ad nongentos fuerunt, cum propter impoſitum arci præſidium locum non eſſe eruptioni viderent, ſe, in Æſculapii templum cum Aſdrubale, & uxore, ac liberis ejus contulerunt, atque ad pugnam ex eo loco ſe inſtruxerunt. Poſt hæc omnibus ad ſalutis deſperationem adductis, Aſdrubal paulatim ſe ſuorum è concilio ſubducens, cum ſibi extremis ſaltem Urbis temporibus, quoad poſſet, conſulendum putaret, ſupplex ad Scipionem è templo confugit. Eum humaniter acceptum, atque ad pedes ſuos ſedere juſſum Scipio transfugis conſpiciendum propoſuit. Transfugæ primùm habuere ſilentium ſpectaculi novitate permoti, deinde viri perfidiam voce maxima criminantes, deſperatione acti in templum incendium intulerunt, ac ſe ſe in illud continuò conjecerunt. Aſdrubalis uxorem memoriæ proditum eſt, cum paullo ante integris rebus à marito, ut ſe ad victorem conferret, impetrare non potuiſſet, hoc tempore ſe, quantum per ærumnas licuit, exornaſſe, liberiſque tribus parvis ante ſe conſtitutis hæc ex arce cum audiente Scipione locutam eſſe: Jam imm profectò tuam explesti, Scipio, cum Carthaginienſes deviceris, Aſdrubalemque ipſum, qui tibi unus capiendus relinquebatur, habeas in poteſtate. De eo tu quidem, ut libebit, utque noſtræ fortunæ convenit, ſtatuito, qui conjugem, qui liberos, qui templa, qui patriam prodidit ſuam. Inde ad Aſdrubalem converſam addidiſſe: Tu verò ſceleratiſſime, ac perfidiſſime hominum omnium, quandoquidem Carthaginis Imperatorem te fuiſſe gloriaris, cur non hnic, prope quem ſedes, pœnas perſolvis? Me quidem certe, ac liberos meos hodierno die hæc flamma conficiet; atque his rebus dictis filios eam ſuos interfeciſſe, ſeque cum iis in ignem medium injeciſſe. Aſdrubalem poſt ſibi necem conſcivisse, proditum eſt. Urbs interea decem ac ſeptem dies incendio conflagravit. Quam quidem per ſeptingentos ferme annos, poſtquam condita fuerat, rebus omnibus floruiſſe, ac plurimum terra, ac mari potuiſſe, eandemque navibus, armis, viris, opibus nulli ceſſiſſe, audacia verò, ac fortitudine civium longè ceteras ſuperaſſe, cum memoria Scipio repeteret, nunc autem eandem fame, ferro, ignique vaſtatam intueretur, humanæ conditionis, ac fortunæ miſericordia, & quadam quaſi religione tactus, vehementer illachrymavit; cumque inde paulisper eſſet in tam triſti cogitatione verſatus, tum demum Homeri verſum pronunciavit:

Jamque dies aderit, quo concidat Ilion ingens,
Et Priamus, Priamique cadat plebs armipotentis.

Quarum vocum rationem quærenti Polybio, hæc eadem ne aliquando Romæ acciderent, ſe vereri reſpondit. His rebus geſtis navem ſpoliis ornatam Romam nunciatum victoriam miſit, itemque in Siciliam alias, quæ Siculis nunciarent; ut jam tandem quæcumque ſibi ſuperioribus bellis Carthaginienſes eripuiſſent, recuperatum venirent. Narrat Cicero, Scipionem convocatis Siculis omnibus, quòd diutiſſimè, ſæpiſſimèque Siciliam vexatam à Carthaginienſibus eſſe cognôſset, omnia conquiri juſſiſſe, ſimulque pollicitum illis eſſe, magnæ ſibi curæ fore, ut omnia Civitatibus, quæ cujuſque fuiſſent, reſtituerentur; tumque alia, quæ quondam fuerant Himera ſublata, Thermitanis eſſe reddita, alia Gelenſibus, alia Tyndaritanis, alia Agrigentinis, in quibus fuerat ſignum Apollinis pulcherrimum Myronis arte confectum, ac nobilis ille Taurus, quem Phalaris habuiſſe dicebatur, & Dianæ ſimulachrum quoddam ex ære cum ſumma, atque antiquiſſima præditum religione, tum ſingulari opere, artificioque perfectum. Quibus rebus adminiſtratis, ſacrificia, ludoſque fecit,

fecit: ac fugirivos, quoſcunque oaneiſei potuit, beſtiis dilaniandos objecit; prædam vero omnem militibus, præter aurum, argentumque, & inſignes ſtatuas, diſpartivit; omnibus laborum præmia largitus, illis, qui Templum Apollinis ſpoliabant, exceptis, inde arma, colos, machinaſque inutiles more patrio diſcinctus Marti, Palladique ſacratas incendit. Adjicit Plutarchus, eum ex præda neque ſervum, neque libertum ſumere, aut emere cuiquam permiſiſſe, cum omnes paſſim prædarentur, a que diriperent. Romæ interim ingens gratulatio orta. Supplicationes, ſacrificia Diis immortalibus facta, ludi, ac certamina edita. Scipio in cœlum laudibus latus, qui populum Romanum ingenti cura, ac diuturna liberaviſſet, eumque vere orbis terrarum dominum deleta Carthagine reddidiſſet; decem Legati a Senatu miſſi, qui Africam cum Scipione conſtituerent, uti è Republica, fideque ſua eſſe cenſerent; his mandatum eſt, ut ſi quid ſupereſſet Urbis, diruerent, quæ Civitates Pœnis ſtuduiſſent, earum Urbes everterent, quæ pro ſe ſtetiſſent, præmiis eas, agriſque donarent. Quibus rebus perfectis Scipio, conſecrato demum de conſilii ſententia Urbis Carthaginis ſolo, atque Africâ in provinciæ formam redactâ, exercitum Romam deportavit, habitaque de rebus geſtis oratione ſplendidiſſimum de Pœnis, & de Carthagine triumphum egit, quippe argento, auro, ſtatuis, omnibuſque monumentorum generibus ornatiſſimum, quæ Pœni ſuperioribus temporibus ad ſe ex omni ferè terrarum parte tranſtulerant; argenti quatuor millia quadringenta & ſeptuaginta millia pondo prælata; cum autem Urbis opulentiſſimæ compos factus unus præter ceteros Imperatores milites maxima ſuos ditaſſet, tanta tamen abſtinentia fuit, ut nihil in domum ſuam converterit, Africani tantum cognomine ex victoria illa contentus, quod item fuerat adoptionis beneficio hæreditarium conſequutus.

Civilis auctoritas.

QUibus rebus factum eſt, ut nomine Scipionis neque gravius jam quidquam eſſet in Civitate, neque illuſtrius. Etenim quanquam æquales habebat virtute admodum, atque nobilitate præſtantes, L. & Sp. Mummios, Q. Metellum, L. Furium, C. Lælium, P. Rupilium, ac Q. Pompejum, poſtremos tamen eum populari ſtudio, tum rerum geſtarum magnitudine antecibat. L. autem Mummium, qui iiſdem temporibus Conſul res maximas exciſa Corintho geſſit, longe vicit humanitate, atque elegantia morum. Nam Q. Metelli, qui adhuc Prætor tantum fuerat, res in Macedonia geſtæ haud quaquam cum rebus Scipionis erant conferendæ. Eam ob cauſſam accidit, ut ipſe L. Mancini factum periniquo animo ferret, qui, quo die ipſe de Carthagine triumphavit, non tam Carthaginis ſitum, in quam ille prior irruperat; quàm oppugnationes ejus pictas in foro proponens, atque ſpectanti populo ſingula exponens, ea comitate Conſulatum erat adeptus; ſententiam autem ejus in Senatu plurimum valuiſſe, ex eo intelligi poteſt, quòd Ser. Galba, & L. Cotta Conſulibus poſt biennium in Senatu contendentibus, uter adverſus Viriathum in ulteriorem Hiſpaniam mitteretur, rogatus ipſe ſententiam, cum neutrum eorum mittendum eſſe

A cenſuiſſet, quòd alterum nihil habere, alteri nihil ſatis eſſe aſſereret, eo dicto effecit, ut neutri provincia mandaretur.

Legatio ad Reges.

POſtero anno à Senatu Legatus ad Regum, & gentium animos perſpiciandos eſt miſſus. Neque vero ignoro, Valerium ſcripſiſſe eum ad hunc honorem poſt duos Conſulatus, duoſque triumphos avectum; ſed me magis Ciceronis auctoritas movet, qui Scipionem Legationem hanc obiiſſe ante cenſuram ſcribit, cujus mittendæ hæc cauſſa fuit. Vexabat maria omnia ingens piratarum Cilicum mul-
B titudo, magnas tum incredibili Regum Syriæ ignavia vires nacta, tum nova quadam ſervorum exportandorum licentia, quos ipſi eo etiam avidius rapiebant, quo Romani poſt Carthaginem, & Corinthum everſas, opulentiores, & delicatiores effecti ad eos mercandos in Delum frequentius multo, quàm antea, veniebant, ubi mercatus erat totius Græciæ celeberrimus, & prædonibus ad ipſa comportanda mancipia commodiſſimus; creverat autem eorum etiam numerus, quod Ægypti Reges Syris inimici illorum arma fovebant, Rhodii vero non prohibebant. Hanc igitur ob cauſſam Romanis, quanquam non admodum eorum, qui ultra Taurum regna-
C rent, potentiam metuentibus, viſum eſt Legatum P. Scipionem cum Sp. Mummio, & L. Metello in Ægyptum, Syriam, & Aſiam, & Græciam mittere, ut ſociorum Regum, Civitatumque erga ſe voluntates, & animos explorarent. In ea Legatione incredibilis, atque divina quædam Scipionis eſt abſtinentia cognita, qui pauciſſimis ſtipatus ſervis tam longo itinere ſe commiſerit; apud alios ſeptem, apud alios quinque reperio; his unum etiam præceptorem Panætium plerique adſcribunt, alii C. Lælium pro Panætio nominant; ſunt etiam, qui adjiciant, ex quinque ſervis cum unus in itinere deceſſiſſet, alium eum Roma confeſtim, ne ſibi in emendo ſervo ſumptus
D faciendos eſſet, accerſiviſſe. Huic autem Alexandriam introeunti Ptolemæus Rex, is, qui Phyſcon eſt dictus, obviam egreſſus riſum maximum dicitur exciviſſe, nec ſine cauſſa, erat enim ore deformi, & ſtatura corporis parva, & ſagina ventris non homini, ſed belluæ ſimilis, quam fœditatem nimiam tenuitas etiam veſtis ejus augebat, cum ea populo imprudentius indicaret, quæ verecundo homini velanda in primis fuiſſent. Eo vero ægre propter corporis mollitiem incedente, ac raro in publicum prodeunte, Scipio in aurem Panætio: jam Alexandrini fructus, inquit, aliquid ex adventu noſtro ceperunt, quod noſtrâ cauſſâ Regem ſuum in publico ambulantem vide-
E runt. Ut autem Ptolemæus Romanis riſum, ſic contra Scipio admirationem Alexandrinis movit. Itaque magno ad eum concurſu facto, quòd ejus oculis intuendi cupidiſſimi eſſent, de cujus virtute multa ante auribus accepiſſent, ubi navi egreſſum forte capite involuto prodeuntem viderunt, omnibus ab illo precibus, ut capitis involucra dimoveret, atque optatiſſimum os ſibi ſuum oſtenderet, contenderunt, ſuique demum voti compotes facti clamore eum, ac plauſu maximo univerſi conſalutarunt.

Cenſura.

METello vero, & Maximo Conſulibus ille cenſuram geſſit, in eo Magiſtratu competitores habuit L. Mummium, de quo ante diximus, & Ap. Claudium, qui ſuperiore anno Conſul fuerat, quocum ipſi, quia ambo in Patritii locum petebant, omnis contentio intereeſſit. Cum autem cenſoria comitia haberentur, Scipioni popularium turba ſuffragabatur, Appium optimates deducebant, quibus Claudia gens plurimum omni tempore ſtuduit. Itaque ut Scipionem Appius hominibus abjectiſſimis, & obſcuriſſimo loco natis ſtipatum venire in forum vidit, magna voce, ò Paulle Æmili, inquit, non ne, ſi quis apud mortuos ſenſus reſidet, graviſſime ſtomacharis, quòd filium tuum præco Æmilius, & rabula Licinius ad cenſuram deducant? Paullus enim Scipionis pater etſi plebi deditus fuerat maxime, nunquam tamen à Patribus deſciverat, neque plebis gratia quidquam aut dixerat, aut fecerat unquam, quo popularis videretur, ſed ita optimatium partes amplexus erat, ut non minus plebi jucundus eſſet, quàm qui eſſet ſummopere popularis. Eam ob rem cum accenſis utrinque animis in contentionem quandam virtutis, officiique veniſſent, atque Appius audiente Scipione glorioſe in campo dixiſſet, ſingulos ſe cives nominatim ſinè nomenclatore ſalutare, quos Scipio ne de facie quidem noſſet: vere narras, inquit hic, ego enim, non ut multos cognoſcerem, ſed ut nemini ignotus eſſem, elaboravi; petebat autem & ipſe à civibus, ut cum ambo in bello Celtiberico ſtipendia meruiſſent, ea Legatorum, ac Tribunorum militum, qui ei bello interfuiſſent, teſtimonio merito præmio utrumque decorarent. Ita Appio dejecto cum L. Mummio Cenſor eſt declaratus, quo in Magiſtratu facile majorum ſuorum laudi, virtutique ſeveritatis opinione reſpondit. Primum enim equum juveni cuidam ademit, qui, cum opipare eo tempore epularetur, quo Carthago oppugnabatur, libum Urbis Carthaginis inſtar ſodalibus diripiendum propoſuiſſet, cujus notæ cauſſam cum quæreret adoleſcens, quia me, inquit, in expugnanda Carthagine antevertiſti, an vero hic Ti. Claudius Aſellus fuerit, parum liquet. Claudium certe Aſellum conſtat equo ab eo fuiſſe ſpoliatum, ærariumque relictum. Idem Tribu alium movit, quòd cum eſſet patris Paulli Centurio in Macedonia, in prœlio non affuerat, eo ſe cuſtodiæ cauſſa in caſtris remanſiſſe dicente, quærenteque à Scipione, cur notaretur: quia non amo, inquit, nimium diligentes. Cum in equitum cenſu C. Licinius Sacerdos citatus prodiiſſet, clara voce, ita ut omnis concio audiret, dixit, ſe ſcire, illum verbis conceptis pejeraſſe, itaque ſi quis contradicere vellet, uſurum eſſe eum teſtimonio ſuo; nemine contradicente, traduc equum, inquit, Sacerdos, ne ego in te videar accuſatoris ſimul, & teſtis, & cenſoris, & judicis partes egiſſe, quin etiam orationem idem habuit ornatiſſimam, qua populum ad mores majorum ſuorum imitandum hortatus eſt, in qua inter cetera, quæ ex præſentibus moribus improbavit, hoc etiam poſuit, quòd filius adoptivus patri adoptatori inter præmia patrum prodeſſet. Non prætereundum etiam illud, quòd cum M. Fulvius Cenſor pilas pontis in Tibe-
A rim locaſſet, ipſe cum Mummio iis pilis fornices imponendos locavit. Luſtrum alii à Mummio, alii ab ipſo conditum prodiderunt, in eo vero condendo eximiam moderationem inprimis animi laudem tulit. Etenim cum inſolito, ut inquit Valerius, ſacrificio ſcriba ex publicis tabulis ſolemni precationis carmine præiret, quo dii, ut Pop. Ro. res meliores, amplioreſque facerent, rogabantur: ſatis, inquit hic, bonæ, ac magnæ ſunt; itaque precor potius, ut eas incolumes ſervent, atque ita in tabulis publicis corrigi juſſit, cujus auctoritatem ſequuti deinceps ceteri, eandem in condendis luſtris verecundiam votorum adhibuerunt. In eo vero male audivit, quòd
B Mummio collegæ parum amicus fuiſſe viſus eſt, ſiquidem & in dedicationem ædis Herculis cum epulum ſplendide apparaviſſet, amicos omnes præter Mummium invitavit, & abiens Magiſtratu, pro roſtris dixit, ſe ex dignitate Reip. omnia fuiſſe geſturum, ſi Quirites ſibi collegam vel aliquem, vel omnino nullum dediſſent.

Ut vexatus ſit ab inimicis.

CUm autem cenſura abiiſſet, dies ei dicta eſt ad populum ab Aſello Tribuno pleb. cui ipſe equum cenſor ademerat, quo in judicio tanta conſtantia fuit, ut neque barbam
C radi deſierit, neque ſolito cultu reorum fuerit; tantam facultatem adhibuit, ut accuſatorem ipſum facile cum brevibus dictis aliquot, tum perpetua oratione abjecerit, nam præter cetera cum ille luſtrum infelix objiceret: noli mirari, inquit, is enim, qui te ex ærariis exemit (hic autem fuerat Mummius) luſtrum condidit, & taurum immolavit. Lepido autem, & Mancino Conſulibus à multis eſt hominibus improbatus, quòd M. Antium Briſonem, qui ope Lepidi Conſulis legi Caſſiæ tabellariæ repugnabat, de ſententia auctoritate ſua deduxerit, quin etiam in eo à multis eſt reprehenſus, quòd cum decretum à Senatu fuiſſet, ut L. Mancinus Conſul cum
D quæſtore Ti. Graccho, qui Numantini fœderis principes fuiſſent, nudi hoſtibus dederentur, Gracchum ſororis ſuæ fratrem, ea deditione exemerit, Mancinum vero, cujus intime familiaris erat, dedi permiſerit.

Conſulatus ſecundus, & Numantia deleta.

CEterum bellum hoc Populus Rom. multis ante annis cum Celtiberis gerebat, jamque omnes in poteſtatem, ditionemque conceſſerant, unis tantùm Numantinis exceptis, qui arma magno conatu retinebant, ac multo majore inferebant. Nam cum Q. Pompejum, P. Lænatem, L. Mancinum, & M.
E Lepidum Conſules aut cum exercitu fudiſſent, aut in anguſtum locum perductos turpiſſimis ſecum paciſci conditionibus coëgiſſent, ac Piſo Conſul tanquam ad ſuperiora damna reſarcienda profectus agros tantum Numantinorum, regionemque Pallantinorum depopulatus in Hiberna exercitum deduxiſſet, Populus Rom. belli diuturnitatem, ac turpitudinem indignatus, Scipionem ſpectatæ tot in bellis virtutis, ac prudentiæ ducem, ad id bellum mittere ſtatuit. Cum autem Conſul iterum lege id vetante creari non poſſet, legibus, ut ante, cum ne tum quidem peteret, atque adeo etiam abſens eſſet, ſolutus eſt.

Factus

A Fictus ergo magna populi voluntate, majore Reip. ab eo bene gerendæ ſpe Scipio Conſul, ac bellum Numantium extra ſortem gerere juſſus, continuo animum ad belli neceſſarios apparatus intendit. Igitur diffidens veteri exercitui, cujus ignavia ſæpe male ante pugnatum eſſe non ignorabat, aliis præterea ſibi copias comparandas, auxilia undique colligenda, arma, tela, equos, & cetera inſtrumenta militiæ expedienda putat; in delectu autem habendo neminem ex veteribus legionibus ſumit, quòd alio bello detinerentur, verum novos milites omnes conſcribit: cum autem Italici frequentes, ſtudio atque amore ipſius ad id bellum nomina darent, Senatus veritus, B ne proprio Italia præſidio nudaretur, non ſolum id eos vetuit facere, ſed ne pecunias quidem ex præparatis Scipionem paſſus eſt ſumere, verum annuas penſiones, quarum exigendarum nondum venerat tempus, attribuit. Quorum alterum Scipio, quod ad ſtipendium in bellum ſuppeditandum pertinebat, minime ſe indignè dixit ferre, quòd ſuas, & amicorum ſuorum facultates putaret ad id bellum ſuſtinendum ſatis multas futuras: de altero verò, quòd milites Italiæ fortiſſimos ſecum ad bellum difficillimum educere vetabatur, Senatum leviter reprehendit. Quare conſenſu ejus multos, qui ultro nomina profitebantur, quos Reges, Civitateſque miſerant, ac præterea clientes, amicoſque quin- C gentos conſcripſit. Atque his, ac reliquis neceſſariis rebus apparatis, partem exercitus ad quatuor millia hominum fratri Fabio tradidit. Ipſe ante eum quàm maximis itineribus potuit, cum paucis in Hiſpaniam in caſtra ire contendit. Eò cum veniſſet, non protinus hoſtes adortus eſt, ut eos tanquam incautos, imparatoſque, circumveniret; quòd exploratum haberet, nunquam eos homines ocio adeo, luxuriaque diffluere, ut non ipſa naturæ ferocitate apparatus aliorum facile ſuperarent. Verùm cum acceptum à Piſone exercitum ita incontinentem, imbellemque factum eſſe intelligeret, ut nihil ſe talibus moribus è majorum dignitate gerere poſſe confideret, non D ante ſibi bellum attingendum eſt arbitratus, quàm præſentem intemperantiam ad antiquam continentiam revocaſſet, ac milites more majorum laborare coegiſſet. Itaque edixit primùm, ut inſtitores, & ſcorta, quæ ad duo millia in caſtris erant, atque omne genus ariolorum, quos milites præteritis exanimati cladibus ad futuros caſus præcipiendos adhibebant, è caſtris excederent, ac ne quis victimarum exta, rerum futurarum cognoſcendarum cauſſa inſpiceret, & ne aut in caſtris, aut in agmine ſervum quiſquam, aut jumentum, aut lixam haberet. Ad hæc vaſa omnia præter ollam, & veru, & fictile poculum, & E argenteum haud duabus libris gravius haberi prohibuit, utque crudo obſonio ſtantes in prandio, pane autem, vel pulte, carne aſſa, vel elixata diſcumbentes in cœna veſcerentur, edixit. Militem lavari vetuit, aut unctum ab alio confricari, quòd mulus, aliaq; jumenta diceret, quia manus non haberent, alterius opera indigere, cum Memmii Tribuni militum jumenta gemmatis vaſculis, & Thericleis onuſta intercepiſſet: tu mihi, inquit, aliquantiſper, at tibi, & patriæ in perpetuum nequam eris; alio clypeum ornatiſſimum oſtentante, ſcutum, inquit, adoleſcens ornatum eſt, ſed Romanum virum decet dextræ fidere magis, quàm ſiniſtræ; neque vero ſe illius in ea exornanda diligentiam admirari adjecit, cum in clypeo, quàm in gladio, plus præſidii collocaret; quin etiam lectulos ſuſtulit, primuſque ipſe in ſtramentis cubuit, militeſque equum in itinere vetuit aſcendere, nequiſſimum eum appellans, qui ſuis pedibus ingredi non poſſet. Neque tamen cum ſatis continentes ſe reddidiſſe illos arbitraretur, cum hoſte ſibi adhuc decertandum, ſed variis eos ante in operibus exercendos putabat. Itaque quotidie tranſverſis itineribus exercitum ducebat, & caſtra movebat, militeſque nunc altiſſimos muros ſtruere, nunc deturbare, modo novas foſſas ducere, modo veteres implere jubebat, cum interim fodientes diceret luto inquinari debere, quos madere hoſtium ſanguine oporteret. Eam ob rem jumenta omnia, ne milites onere levarentur, vendiderat, eoſdemque in itinere triginta dierum frumentum, ac ſeptenos vallos ferre cogebat, ita ut ſtigora, & imbres pati, ac vada fluminum tranare pedibus aſſueſcerent; ægre propter onus incedenti dicebat: Cum gladio recte vallare didiceris, vallum ferre deſinito; eo ſe nimio pondere premi quærente: Merito, dicebat; huic enim ligno magis, quàm gladio fidis, quendam ſcutum nimis apte moventem, aliud amplius, graviuſque juſto ferre coëgit; rogatuſque cur id faceret: quia tu melius, inquit, ſcuto, quam gladio uteris; quin etiam à laborantibus militibus nunquam diſcedebat, pulloque indutus ſagulo caſtra obiens turpitudinem ſe militum ſuorum lugere dicebat; iter faciens quadrato agmine incedebat, ne, ut ceteris ante acciderat, ab hoſtibus imparatus opprimeretur; in agmine vero modo in primis, modo in poſtremis, modo in medio ſederat, ut omnes in officio contineret; quem extra ordinem deprehendiſſet, ſi Romanus erat, vitibus, ſi ſocius, virgis cædebat; ægrotus in equos imponebat, mulos nimio onere preſſos levabat, partemque oneris peditatui dabat; ſua cuique munera diſtribuerat, ut certi eſſent, qui excubias agerent, qui foſſas facerent, qui vallum jacerent, qui muros ſtruerent, qui tentoria locarent. Hunc igitur in modum cum veteres milites ad priſcam continentiam revocaſſet, ac laborum patientes reddidiſſet, ineunte æſtate Numantiam verſus caſtra movit; erat autem ejus hoc conſilium, ut nec nimis firma ad ſtationes loca deligeret, nec copias ullo modo deduceret; ne, ſi quid à principio detrimenti cepiſſet, ab hoſtibus, à quibus adhuc irridebatur, omninò contemneretur, nec prœlio eos ultro laceſſeret, quòd genus belli, ac Numantinorum vires, quantæ eſſent, non ignotas haberet, verum frumenta illorum incenderet, & agros perpetuis populationibus devaſtaret; cum autem direptis agris caſtra propius Urbem ſibi putaret movenda, duo eſſe itinera, quibus eò perveniri poſſet, inveniebat, unum anguſtum, atque difficile, alterum quanquam aliquanto ſuperiore longius, tamen multo & facilius, & expeditius; multis autem ſuadentibus, ut breviorem viam iniret, haud ſibi parendum exiſtimavit, quòd timeodum ſibi diceret, ne ſi anguſtiore via exercitum duceret, repentinam in ſe hoſtes eruptionem facerent, jumentis, plauſtris, & impedimentis reliquis implicatum, neque ea de cauſſa ſatis vel ad pugnandum, vel ad pedem referendum paratum, quod ſi illi feciſſent, ſibi magno detrimento,

ac multorum virorum fortium morte ipſam
etiam victoriam conſtitutam, duci autem pru-
denti in primis ejus rei habendam rationem
eſſe, ut nunquam niſi aut monente occaſione,
aut urgente neceſſitate certaret; neque enim
turpius quidquam in re militari poſſe con-
tingere, quàm ſi quid Imperator ejuſmodi
commiſiſſet, ut ſibi dicendum eſſet: Non pu-
taram, quòd re diligentius explorata, & agi-
tata, quæ ferro agerentur, opus eſſet admini-
ſtrari, quod ipſum medicorum confirmabat
exemplo, qui non ante ad urendum, aut ſe-
candum membrum adducerentur, quàm ex-
perti eſſent, quid proficere medicamentis poſ-
ſent; hiſque rebus dictis ſimul Tribunis mi-
litum imperat, ut longiore itinere agmen du-
cant, atque ita exercitum in fines Vaccæo-
rum perducit, ibi frumento, quantum pluri-
mum potuit, coacto, omne, præterquam quod
ſibi neceſſarium futurum eſſe arbitrabatur,
incendit. Cum autem in Vaccæis morans quoſ-
dam Pallantinorum equites ſub Coplanii col-
libus in inſidiis latentes ſenſiſſet, in ſuos ſæpe,
quoties frumentatum exirent, impetum face-
re Rutilium Rufum Tribunum militum cum
delecta equitum manu ad eorum incurſiones
continendas immittit: is cum ad manus cum
Pallantinis veniſſet, illud fecit imprudentius,
ut eos terga dantes uſque ad collem inſeque-
retur, quò poſtquam pervenit, patefactis in-
ſidiis, ſtatim ille ſuis, ne hoſtem inſequi,
aut adoriri contenderent, imperat, ſed pilis
tantum eum à ſe, quoad poſſent, propulſa-
rent. Scipio autem interea, cum Rutilium
longius, quàm mandatum fuerat, ſtudio pu-
gnandi progreſſum videret, quod evenerat,
ne accideret, veritus, eum cum reliquo exer-
citu ſuo ſequi cœpit, cumque ad locum inſi-
diarum veniſſet, equitatum in duas partes
diſtribuit, eumque per partes ſigna in hoſtes
inferre, jactiſque jaculis gradum ſenſim refer-
re, quoad ſe cum reliquis copiis conjunge-
rent, juſſit; atque ita equites incolumes in
campum reduxit. Moturus interim ex Vaccæis
caſtra, cum flumen ad trajiciendum difficile
in medio ſitum eſſe, ad idque hoſtium eſſe
inſidias collocatas, audiſſet, priore itinere
relicto, longiorem alteram viam, ſed ab inſi
diis tutiorem ingreſſus eſt, ibi aquarum inopia
multos effodere puteos eſt coactus, in quibus
pleriſque cum aqua amarior inveniretur, pars
jumentorum ſiti confecta eſt, homines via in-
columes evaſerunt, atque inde per fines Cau-
cæorum in agrum Numantinorum hyemandi
cauſſa progreſſus eſt. Eo tempore cum Rex
Numidarum Micipſa Populo Rom. equitum,
& peditum auxilia mitteret, Jugurtham Ma-
naſtabilis fratris filium cum XII. elephantis
miſit, quem virum poſt & in amicis Scipio
habuit, & ad res graviſſimas, periculoſiſſi-
maſque adhibuit. Non prætereundum etiam
hoc loco illud, C. Marium, qui poſtea ſepties
Conſul fuit, adhuc adoleſcentem prima ad
Numantiam ſtipendia Imperatore Scipione fe-
ciſſe, quo in bello cum præ ſe animi magni-
tudinem eximiam ferret, haud Imperatorem
latuit, quippe cujus in conſpectu ferociſſimum
hoſtium quendam confecerit; quare ab eo cum
aliis honoribus multis, tum vero teſtimonio
illo judicii ſui graviſſimo eſt ornatus; etenim
cum forte quodam die poſt cœnam ſermo de
Imperatoribus incidiſſet, & ex iis, qui ade-
rant, quidam ſive conſulto, ſive caſu de Sci-
pione quæſiſſet, quem ſimilem ſui ducem Po-

A pulum Rom. poſt ſe habiturum, putaret, Sci-
pio leniter percuſſo Marii humero, huncce
reſpondit: hic enim præſtanti, inquit, virtu-
te vir erit, quòd ea de ſe dat in adoleſcentia
ſigna, ex quibus, qualis futurus ſit, cum
paullum ætate proceſſerit, facile poſſumus au-
gurari. Addo etiam, C. Gracchum Tiberii
fratrem, & Lucilium Poetam in eodem exer-
citu Scipionis ſtipendia meruiſſe, Rutilium
vero Rufum, & Sempronium Aſellionem
ſcriptores Romanæ hiſtoriæ luculentos Tribu-
nos militum eidem Imperatori fuiſſe, eaſque
res, quibus ipſi interfuerunt, memoriæ pro-
didiſſe. Cum autem Scipio, prorogato ſibi in
alterum annum imperio, ſtudium omne in po-
B pulando, ac vaſtando Numantino agro collo-
caret, accidit, ut quodam die ad pagum ne-
ſcio quem valle, rupeque altiſſima cinctum
rem cum Numantinis proſpere, quanquam
omnino aliud cogitans, geſſerit; etenim cum
magna pars militum pago, equites autem
nonnulli agris diripiendis eſſent intenti, ab
hoſtibus, qui non procul à pago in inſidiis
ſubſederant, circumventi via ſatis firmi ad ſe
tutandum eſſe videbantur, niſi propere Scipio
ad ſigna, quæ extra pagum fuerant relicta
conſiſteas, ſuis repente per tubicinem evoca-
tis, equitum auxilio ſuccurriſſet, atque hoſtes
turpiter fugere coëgiſſet, quos tamen haud
longius perſecutus, ſe intra munitiones ſuas
C paucis ab utraque parte deſideratis recepit.
Atque ita quidem Appianus. Paullus tamen
Oroſius, cum partem æſtatis, inquit, totam-
que hiemem ne tentata quidem pugna
tranſegiſſet, hoc illum demum profeciſſe,
quòd ubi pugnandi copia facta eſt, Ro-
mani impetu Numantinorum oppreſſi cum
terga vertiſſent, increpatione, minisque
Imperatoris erecti converſi ſignis hoſtem
fugarunt. Quare cum Numantinorum ſenio-
res ſuos objurgarent, quòd quos antea
ſæpe fugaſſent, eos nunc fugiſſent: non eſt,
cur quiſquam hoc miretur, inquit juvenis
quidam, quia pecudes adhuc eædem ſunt illæ
quidem, quæ antea, ſed paſtor eſt alius; qua
D ex re quanquam magnam voluptatem Scipio
cepit, tamen nihil inconſulte, ac temere ad-
verſus Numantinos audendum eſſe profeſſus
eſt. Poſt hæc cum bina caſtra ad Numantiam
poſuiſſet, quorum unis ipſe præerat, alteris
fratrem Fabium præpoſuerat, accidit, ut à
Numantinis ſe ſe ex Urbe proripientibus ſæpe
pugna provocaretur; ille autem iis haud eſſe
certandum ratus, quos non ratio, ſed deſpe-
ratio in aciem incitaret, omnino prœlium
detrectabat, cum illud ſuum repeteret, bo-
num Imperatorem nunquam ad ferrum, niſi
ad extremum, ut medicum, oportere confu-
gere, quin etiam à nonnullis propterea ut ni-
mis tardus, ac propè ſomniculoſus accuſatus,
E reſpondit, ſe à matre ſua Imperatorem geni-
tum eſſe, non militem. Ergo à prœlio com-
mittendo abhorrens, animum ad hoſtes obſidio-
ne premendos, atque inedia, & fame confi-
ciendos intendit. Ea cauſſa fuit, ut literas
per omnes ſocias Civitates dimitteret, à qui-
bus auxilia peteret, quæ cum ad diem omnia
conveniſſent, Urbem hoc modo circumvalla-
re inſtituit, primùm copiis ſuis, atque auxi-
liis Civitatum in multas partes diſtributis, ut
totam undique Urbem foſſa, valloque cinge-
rent, imperavit, cujus valli latitudinem ad
pedes denos, altitudinem ad vicenos perdu-
xit, quod ſi ab incurrentibus hoſtibus opere

forte prohiberentur, ſe interdiu purpureo velo, noctu ignibus fieri certiorem juſſit. His perlectis alteram foſſam poſt hanc ducere cœpit, & murum erigere, qui in altitudinem pedes decem, in latitudinem octo pateret, in eoque turres jugeri inter ſe intervallo diſtantes excitavit, cumque ſtagnum quoddam cum mœnibus conjunctum muro ſepire non poſſet, aggere valido circundedit; poſt autem cum fluvium Durium per Urbem labentem Numantinis commodiſſimum eſſe ſenſiſſet, tum ad commeatus comportandos, quos ſecundum nacti ventum parvis in Urbem naviculis invehebant, tum ad homines emittendos, qui ſe undis obruentes foras enatabant, omnino uſum ejus etiam eripere ſtatuit. Eam ob rem ubi propter ipſius latitudinem, rapiditatemque ponte jungi non poſſe animadvertit, caſtella in utraque ripa conſtituit, ab iiſque proceras trabes firmiſſimis funibus utrinque ſuſtentatas in aquam demiſit, enſium mucronibus circumfixas, quæ magno fluminis impetu circunductæ prohiberent, ne quis navigando, aut natando clam exire, aut introire poſſet. Ea quo Numantini inopia rei frumentariæ ſimul, & conſilii laborare cœperunt, cum nec quidquam neceſſarium in Urbem liceret invehere, nec, quid foris ageretur, ulla ratione cognoſcere. His rebus ita conſtitutis ſuper turres catapultas ad jacienda tela collocavit, omnibuſque non cohortibus ſolum, ſed etiam centuriis funditores, & ſagittarios interjecit; in muris autem viros ea intervallo diſpoſuit, qui omnium, quæcumque gererentur, clamore edito, eoque inde ab aliis deinceps accepto, & proximis tradito, certiorem ſe continuo facerent; iis vero, qui in turribus erant, edixit, ut ſi quid ſciri opus eſſet, id ſigno dato denunciarent, quæ vero certius à ſe cognoſci oporteret, ea ut per nuncios indicarent; præterea totum exercitum ſexaginta millium hominum quadripartito diviſit, quorum alios pro muris voluit excubare, alios in uſus neceſſarios, ſi quò forte contendendum eſſet, reſervavit; viginti porrò millia, quæ uſo poſtulante pugnarent, totidemque, quæ ſi quid iis durius accidiſſet, ſubſidio eſſent, conſtituit, uſque locum ſuum cuique attribuit, ea quo decedere cuiquam injuſſu ſuo prohibuit; qua diligentia effecit, ut quoties hoſtes impetum feciſſent, tum omnes, qui ad id parati erant, in eam partem, ea qua ſignum datum fuiſſet, ſe proriperent, eorumque impreſſionem reprimerent; quoties vero muri cuſtodias invaſiſſent (ſæpe autem modo ab una, modo ab alia parte id fecerunt) partim multitudine ſignorum, quæ ad ceteros excitandos è turribus edebantur, partim aſpectu eorum, qui ſumma cum celeritate accurrebant, tum nunciorum huc, & illuc volitantium copia, tum fortitudine eorum, qui vallum, murumque defenderent, poſtremo tubarum, quæ bellicum è turribus canebant, altiſſimo perterriti ſono, nihil omnino proficerent. Hac ergo ratione Scipio cum ſeptos Numantinos teneret, putabat haud diutius obſidionem eſſe toleraturos; cum neque virorum, neque armorum, neque annonæ quidquam iis poſſet ex ulla parta ſuppeditari. Quod ſi qui forte aliquo modo Urbe frumentatum exiſſent, eos tamen interfici vetabat, quòd diceret, eo citius abſumpturos eos frumentum, quod haberent, quo plures fuiſſent. Cum autem Numantini ita jam fame affligarentur, ut longius ferre

A non poſſent, Rhetogenes quidam cognomento Caraunius, vir ſpectatæ inter ſuos fortitudinis, atque virtutis extitit, qui periclitanti patriæ ultimis ejus temporibus auxilium ferre conatus ſit; is ſodalibus quinque, quos in ſuam pertraxerat ſententiam, totidemque famulis, atque equis aſſumptis, noctis ſilentio, ſpatium illud, quod inter Urbem, & munitiones erat, cum trajeciſſet, ſcalis ſecum allatis munitiones ſuperat, ac cuſtodes imparatos adortus, remiſſis famulis, equos, quos ſcalis ſubvexerat, conſcendit, ac protinus ſingulas Arevaccum Urbes adit, ſimulque eos docet, quanto res Numantinorum in periculo ſint; videndum eis diligenter eſſe, ne ſimilis

B ad eos caſus recideret; optimam autem ad id rationem futuram, ſi cognatæ Civitati maxime neceſſario tempore ſubvenirent. Hæc oratio nullius populi animos permovit, niſi Lutienſis, quæ Civitas à Numantia quadraginta fermè millia paſſuum diſtat; cujus cum juventus omnis ſubſidio Numantinorum animis eſſet propenſa, majores natu veriti, ne quid pravis adoleſcentum conſiliis detrimenti acciperent, confeſtim Scipionem certiorem faciunt. Ea de cauſſa Scipio horâ noctis octavâ magna manu ſine impedimentis accurrit, & ante lucem Urbem exercitu circumſedit, ſimulque, ut juventutis principes in poteſtatem ſibi dederentur, poſtulavit. Civibus eos evaſiſſe di-

C centibus, ſe ie bello Civitatem perſequuturum demonſtrat; qua de cauſſa traditi ſunt ei juvenes ad quadringentos, quibus cum prodendi exempli cauſſa manus præcidiſſet, extemplo motis caſtris Numantiam ſe recipit. Tum demum Numantini temporibus coacti ſex ad eum Legatos miſerunt, quorum princeps Avarus laudata Numantinorum animi magnitudine, magnifice apud Scipionem loquutus, Numantinos ſe dedere ei paratos dixit, ſi tolerabilia imperarentur, ſin minus, omnino ſe in acie interfici malle, quàm non libertatem retinere, quam a majoribus accepiſſent. Scipio cum ex captivis, quo ſtatu res in Urbe eſſent, comperiſſet, veram ſine ulla

D exceptione deditionem fieri, ſimul Urbem, arma, ipſos, atque omnia ſua fidei, & poteſtati ſuæ committi velle, reſpondit. Hæc cum Legati populo Numantinorum exponerent, quanquam non aliud à Scipione reſponſum expectabant, tamen ira incenſi, libertatis amore, ac præſenti calamitate acerbius efferati, & de ſua fermè poteſtate dejecti, Avarum, ceteroſque Legatos, tantorum malorum nuncios interficiunt, ſuſpicati, ne illi publica ſalute neglecta aliquid cum Scipione privatim de incolumitate propria pepigiſſent. Poſtremo ad id inopiæ omnium rerum venerunt, ut omnibus generibus ciborum deficientibus, ac fructibus, jumentis, herbiſque omnibus conſumptis, lo-

E ra, detractaſque ſcutis pelles, ubi fervida molliſſent aqua, comeſſe incœperint, quibus confectis ſe ad morientium hominum cadavera tranſtulerunt; cum interim ægrotarum nullam rationem haberent, ac pro ſe quiſque, quo plus poſſet, imbecilliori vim faceret; ad hæc gravis eos etiam peſtilentia invaſerat, quam diutina concluſio, & mutatio victus, præterea teterrimus cadaverum odor tota paſſim jacentium Urbe vulgaverat, quibus illi victi, ac ſuperati malis tandem in poteſtatem Scipionis venerunt. Hoc tamen quemadmodum factum ſit, aliter ab Appiano, atque à ceteris traditum eſt. Hos enim narrat ille

diutur-

diuturnis incommodis conflictatos conſilium tandem ſe Scipioni dedendi cepiſſe, ſqueno horrido, incomptoque capillo ad eum ſupplices contuliſſe. Scipionem autem poſtulatis eorum auditis juſſiſſe, ut eodem illo die arma constitutum quendam in locum omnia comportarent, ipſi poſtridie in alium omnes convenirent; ea re audita Numantinos petiiſſe, ut diem ſibi ad id faciendum produceret, quod adhuc in Urbe non pauci eſſent, qui libertatis amore ſibi mortem afferre vel ferro, vel fame cuperent, quorum ubi alii ſe ſe alio modo interemiſſent, reliquos die tertio, uti imperatum fuerat, in præſcriptum locum ſe contuliſſe deformes, truculento aſpectu, ac multo ſordidiore habitu, ita ut eâ fortunâ facile miſericordiam commovere in animis etiam hoſtium poſſent. Ex quibus cum paucos Scipio ad triumphum ſepoſuiſſet, reliquos ſub haſta vendidiſſe, urbemque funditus evertiſſe. Appiano autem Strabo, & Valerius aſſentiri videntur, quorum ille paucos cedentes muros tradidiſſe ſcribit, hic Scipionem Urbem ingredientem multos reperiſſe ait, qui membra trucidatorum corporum ſinu ſuo veſcendi cauſſa geſtarent. Sin autem Floro, & Oroſio credimus, Numantini cum eruptione facta extremum experiri auxilium ſtatuiſſent, carne prius ſemicruda, & largiore potione ſumpta ſe ingurgitarunt, non vini, cujus is locus minimè ferax eſt, ſed ſucci tritici artificioſè collecti, quam Celiam incolæ vocant. Scipio eorum conſilio cognito haud quaquam pugnandi copiam fecit. Id ægrè primum Numantini tulerunt, quod ſibi nec patriam defendere, nec glorioſam mortem pugnando liceret oppetere. Deinde verò cum repentina eruptione, ſi quid extremis proficere temporibus poſſent, tentare decreviſſent, ex improviſo Romanos invaſerunt, ac magno ſpatio atrociter, non ſine Romanorum periculo aliquo dimicarunt. Ipſorum tamen res molto fuit deterior, qui fortiſſimo quoque ex ſuis amiſſo, prœlio exceſſerunt, ita tamen ut compoſitis ordinibus, nec veluti fugientes ſe reciperent, nec oblata ad ſepulturam cadavera ſuorum acciperent. Poſtremo omnia experti, quòd res nulla proceſſerat, decernunt ex oppido profugere, atque ex hoſtium manibus occultè, ſi poſſent, evadere. At eorum inceptum uxores nimio virorum amore flagrantes ruptis cingulis equorum impediunt. Quare ultima deſperatione ad moriendum impulſi, portas Urbis clauſerunt, ac ſe, duces, patriamque ferro, veneno, & ſubjecto undique igne perdiderunt. Theogenes autem vir genere, pecunia, honoribuſque in Civitate præſtans vicum ſuum, qui erat in Urbe pulcherrimus, cum nutrimentis ignis raptim contractis combuſſiſſet, protinus diſtrictis gladiis duobus in medio conſtitutis, binos viros ea conditione inter ſe decertare juſſit, ut qui victus eſſet, abſciſſis à capite cervicibus in ardentia tecta conjiceretur. Qua ratione cum omnes prorſus vicinos ſuos neci tradidiſſet, tum ſe ipſum quoque in ignem injecit. Scipio autem Urbem ingreſſus nihil omnino prædæ invenit, quòd aurum, argentum, arma, veſtes, ceteraque ejuſmodi omnia igne abſumpta eſſent, ac ne unum quidem Numantinorum in vincula, catenaſve conjecit, quòd omnes periiſſent. Ita de Numantiæ excidio duplex fama eſt. Alii à Numantinis, alii à Scipione incenſam ſcribunt. Urbe deleta, reliquam ille regionem in fidem accepit, ceteras, quæ defecerant, Hiſpaniæ Civitates, partim vi, partim deditione in poteſtatem ſuam redegit. Agrum Numantinum oppidis vicinis diſtribuit. Labentes in fide populos confirmavit, reliquis tributa impoſuit. Hæc omnia intra annum, ac tres menſes adminiſtravit, quarto decimo, poſtquam Carthaginem exciderat, anno. Conſtitutâque ex decem Legatorum ſententia provinciâ, Romam ad triumphum exercitum deportavit, in quo XII. millia pondo argenti tulit. Triumphavit autem poſtero anno, quo Lænas, & Rupilius Conſulatum geſſerunt. Ex eoque Numantini cognomen invenit. Hac de cauſſa factum eſt, ut cum L. Cottam virum Conſularem florens ipſe recentis victoriæ gloria poſtulaſſet, quanquam graviſſimis de criminibus reum, tamen condemnari nequiverit, quod veriti ſint judices, ne non judicaſſe, ſed accuſatoris amplitudini damnationem ejus donaſſe viderentur.

Ut à Civibus vexatus ſit.

CUm Scipio in Hiſpania bellum gerebat, Ti. Gracchus uxoris frater, atque ſuperioris Africani ex filia nepos, cum Tribunus plebis ſtatum Reipub. agrariis legibus, & Magiſtratus continuatione convellere conaretur, Romæ ab Optimatibus, duce Scipione Naſica, fuerat interfectus, cujus interitu in caſtris nunciato, Scipio, quo erat erga bonos, & erga Rempub. animo, Homericum verſum in hanc ſententiam pronunciarat:

Sic abeant utinam, audebunt qui talia cuncti.

Quare cum poſt Numantinum triumphum C. Carbo Gracchanarum legum ſubſcriptor, & Tiberii ſtudiorum imitator ipſum in roſtra productum, quid de Ti. Gracchi morte ſentiret, interrogaſſet, in priſtina perſiſtens ſententia non dubitavit dicere, Ti. Gracchum, ſi animum occupandæ Reip. habuiſſet, jure interfectum ſibi videri. Quibus vocibus cum graviter plebis animos, cujus præcipuè commodis Tiberius inſervierat, offendiſſet, ab incitata multitudine, quod nunquam alias antea, eſt exploſus. Qua ille novitate permotus: ſilete vos, inquit, quibus Italia non eſt mater, ſed noverca. Plebe autem reclamante: non efficietis, inquit, ut ſolutos metuam, quos huc vinctos adduxi. Tum populus memoriâ repetens, quæ ſibi virtute ejus, & patria, atque avi provinciæ acceſſiſſent, tantorum virorum reverentia motus obmutuit. Alii, cum legem à Carbone promulgatam de eodem Tribuno plebis reficiendo pro concione diſſuaderet, hoc ab eo dictum eſſe prodiderunt. Poſtero anno, M. Aquillio, C. Tuditano Conſulibus ſeditiones agrorum dividendorum, quæ paullo poſt necem Ti. Gracchi conſederant, iterum vehementius exarſerunt, C. Graccho, C. Carbone, & M. Fulvio triumviris agros Italiæ ex lege Tiberii dividentibus. Quam partitionem iniquè ferentes Italici ad P. Scipionem univerſi confugiunt, eumque orant, ne ſe miſeris ſuis temporibus deſerat, atque à leviſſimis hominibus agris ſuis ſpoliari permittat. Quorum repudiare preces Scipio haud rectum eſſe exiſtimans, quòd eorum præclara uſus opera difficillimis in bellis fuiſſet, in Senatu quidem legem agrariam palam improbare auſus non eſt, ne forte populi voluntatem vehementius à ſe disjungeret, ſed cum de

agro-

A agrorum ex lege dividendorum difficultate diſcereret, æquum ſibi videri dixit, non à triumviris, qui ſuſpecti facilè eſſe poſſent iis, quorum res dividerentur, cauſſas cognoſci. Plebs autem cum Scipionem pro commodis ſociorum contra rem ſuam venire animadverteret, cui bis ipſa Conſulatum contra leges mandaſſet, duoque extra ſortem bella graviſſima detuliſſet, ac tot honores ſemper, tamque ſingulares, & eximios exquiſiſſet, ab eo prorſus alienata eſt. Hinc Gracchus, ceterique, qui plebis partes tuebantur, occaſionem nacti, Scipionem quotidie palam criminari ad populum, quòd agrariam Tiberii legem abrogare, Urbemque civium cæde, ac ſanguine
B contaminare tentaret; uſque adeo ut plebs incenſa Scipionem hanc cauſſam pro roſtris agentem clamoribus iterum, ſibilisque interpellaverit, eumque ad maledicta, ut ante, compulerit. Tum verò cum operæ Gracchanæ ſublato clamore tyrannum interficiendum eſſe dicerent: præclarè patriæ oppugnatores, inquit, me ante de medio tollere cupiunt, quòd nec Scipione vivente Romam interituram, nec Roma intereunte Scipionem victurum eſſe exiſtiment. Itaque cum M. Fulvius in eum pro concione acerbiſſimè perorâſſet, ipſe populum de periculo conteſtatus, quod ſibi pro patria laboranti parari ab improbis hominibus comperiſſet, eâdem agendi cauſsâ
C in Senatum ſe contulit, quo dimiſſo domum reductus eſt à Patribus conſcriptis, ſociiſque Latinis, qui omnem in eo ſalutis tum ſuæ ſpem collocarant.

Mors.

Atque hic dies ultimus P. Scipioni illuxit. Nam cum tabula apud ſe poſita, in qua ſcripturus nocte videbatur ea, quæ ad populum poſtridie eſſent agenda, validus veſpere cubitum diſceſſiſſet, poſtridie mane mortuus in lectulo annum vix ſextum & quinquageſimum natus inventus eſt, ita ut illatæ vis non obſcura quædam ſigna in faucibus ap-
D parerent. Quibus autem auctoribus interemptus ſit, parum convenit. Sunt, qui quòd infirma valetudine eſſet, eum ſua ſponte è vita ceſſiſſe tradiderint, alii, quòd ea, quæ Italicis pollicitus fuerat, præſtare non poſſet, ſibi veneno mortem conſciviſſe. Nonnulli inſidiis, & veneno à ſocru Cornelia necatum, verita, ne lex à Tiberio filio lata auctoritate illius abrogaretur. Idque factum eſſe, filia Sempronia ejus uxore non repugnante, vel fratrum gratia, quos ipſe cauſſa Reip. oppugnabat, vel inveterato quodam odio, quo in alterum alter infenſus erat. Conſtantior fuit fama, eum à C. Graccho, & C. Carbone, & inimicis ſuis ceteris ſuffo-
E catum; ſiquidem ſervi ejus, ſi Appiano credimus, in tormentis habiti, ab externis eum quibuſdam noctu domi latentibus oppreſſum eſſe confeſſi ſunt, ſed eorum nomina divulgare plebis gratia adhuc iratæ, & necis ejus non ignaræ auſi non ſunt. Ut vero mors ejus emanavit in vulgus, magno omnes prope dolore, triſtitiaque confecit. Metellus quidem Macedonicus, quocum ille aperiſſimas, & maximas exercuerat inimicitias, cum interemptum Scipionem conclamari audiſſet, ſe in publicum repente proripuit, atque omni ſimultate depoſita, triſti vultu, & flebili voce: Accurrite, accurrite, inquit, Cives; mœnia

A enim noſtræ Urbis everſa ſunt; ſiquidem Scipioni Africano domi ſuæ quieſcenti nefaria vis eſt allata. Ejus cadaver, (ut in Romulo Plutarchus prodit) palam in omnium conſpectu jacuit, & liberam omnibus ſuſpicandi facultatem dedit; apud alios elatum eſſe capite obvoluto invenio, ne livor in ore appareret. Neque tamen cum tantas ille res geſſiſſet, tantamque Reip. gloriam peperiſſet, publico funere elatus, ſed ampliſſimo tamen totius mœrentis Civitatis judicio, atque graviſſimo altero item Macedonici teſtimonio eſt ornatus. Nam cum funus inſtrueretur, Macedonicus filiis ſuis, quos quatuor clariſſimos habuit, dixit: Ite filii, & funebri Scipionis le-
B cto humeros veſtros ſubjicite, & ejus exequias celebrate; nunquam enim funus majoris Civis videbitis; illud adjungens, ſe Diis gratiam habere pro ſalute Urbis Romæ vel maximam, quòd apud Romanos potiſſimum, non apud alios Scipio eſſet natus; neceſſe enim fuiſſe, ibi eſſe terrarum imperium, ubi ille fuiſſet. Quod idem in oratione ſua poſuit Q. Fabius Q. Fabii fratris filius, cum illum pro roſtris eodem, quo ſepultus eſt, die laudavit. Præter Appianum alii magni ſane Scriptores conſentiunt, de nece Scipionis nullam eſſe habitam quæſtionem. Quod ſi ita habuit, minus ei certe dolendum fuit, cum idem Scipioni avo, aliiſque compluribus optimis civi-
C bus, fortiſſimiſque viris contigerit, ut poſt multa, atque egregia ſua in Remp. beneficia aut extra patriam in exilio morerentur, aut alia ratione ingratam erga ſe Civitatis voluntatem experirentur. Plutarchus quidem plebem ab eo judicio conſtituendo idcirco refugiſſe tradit, quòd metuerit, ne quæſtionibus habitis, in C. Gracchum tum plebis principem, tanquam ejus necis auctorem quidquam ſeverius ſtatuendum eſſet. Scipionem tamen poſt mortem populus Ro. ita dilexit, ut Q. Tubero ſororis filius, vir erudítiſſimus propterea in Præturæ petitione repudiatus ſit, quòd rogatus à Q. Fabio, qui epulum Scipionis patrui ſui nomine populo dabat, ut tri-
D clinium ſterneret, lectulos Punicanos pelliculis hædinis ſtraviſſet, & vaſa Samia expoſuiſſet, neque Africani, divini hominis, cujus tum memoria mortis honorabatur, rationem duxiſſet.

Mores.

Cujus, ut bellicas laudes prætereant, quarum magnitudine facile gloriam maximi cujuſque ante ſe Imperatoris æquavit, adeo multæ, atque illuſtres domeſticæ virtutes extiterunt, ut illis etiam detractis clariſſimus vir, & præſtantiſſimus Civis neceſſariò habendus fuerit; primum enim, quod in tam occu-
E pata militaribus negotiis, & cogitationibus vita admiratione digniſſimum fuit, adeo liberalia ſtudia, omnemque ingenuam diſciplinam amavit, ut nemo illo elegantius intervalla negotiorum ocio diſtinxerit, ſed ſemper inter arma, & ſtudia verſatus, aut corpus periculis, aut diſciplinis animum exercuerit; cujus rei non minimo illud ſit argumento, quòd cum in Africa bellum maximum, ac difficillimum gereret, Polybium tamen, quem nunquam à ſe dimittere conſueverat, claſſe tradita, ad regionem illam omnem perluſtrandam, moreſque illarum gentium perſcrutandos miſerit. Quin etiam idem ſæpe Urbe

exce-

excedere, & perdiu ruſticari conſuerit, aut ut deſiderium populo ſui aliquod excitaret, aut ut invidiæ aliquid detraheret, & reſpirandi locum illis daret, quos virtutis ſuæ ſplendor offenderet, aut certè, ut liberius ſtudiis rectiſſimis litterarum inſerviret, atque à Reip. curis gravioribus paulisper animum cum familiari ſuo Lælio relaxaret, quos ambos uſque adeo repuerascere ſolitos prodidit Cicero, ut ſæpe conchas etiam, & umbilicos ad Cajetam, & Lucrinum legere aſſueverint. Eloquentiæ verò laude uſque adeo præſtitit, ut omnes ante ſe cives ſuos dicendi gloria anteceſſerit. Cujus rei monumento multæ orationes fuerunt, quas ille ornatiſſimas diverſarum cauſſarum ſcripſit; quæ temporum omnes vetuſtate conſumptæ ſunt. In contrahendis autem, conſervandiſque amicitiis tam diligens fuit, ut quotidianis Polybii inſiſtens præceptis nunquam è foro diſcederet, quin civium alicujus, qui quoquomodo ſibi occurriſſet, benevolentiam collegiſſet; & quodam tempore, cum Conſulatum petere decreviſſet, quia amicum ſuum pro alio prehenſare audivit, ipſe petitionis cogitationem omnem abjecerit, quòd amico repugnante, atque adeo etiam non ſuffragante decorum ſibi non putaret honorem eſſe illum futurum. Neque verò vocem ullam vehementius reprehendere in amicitiæ ratione ſolebat, quàm ejus qui dixiſſet, ita amare oportere, ut aliquando uſurus eſſet, quòd negaret, quanquam amicum ejus eſſe poſſe, cui ſe poſſe eſſe inimicum exiſtimaret. Memorabile etiam illud moderationis ejus in Q. Pompejum exemplum fuit. Petebat forte C. Lælius Conſulatum, eumque Scipio officii, atque honoris cauſſa in campum deducebat. Cum autem Q. Pompejum Conſulatum pariter eſſe petiturum audiſſet, rogavit illum, an & ipſe eum petere Magiſtratum in animo haberet? Is cum negaſſet, ſeque præſto Lælio futurum

A polliſcitus fuiſſet, feſellit tamen ſpem, opinionemque Scipionis, cum paullo poſt, ipſum pro ſe in foro prehenſare, allatum eſt. Quam rem ceteris ægrè ferentibus, Scipio ridens, ſtulte facimus, inquit, amici, qui non tanquam homines, ſed tanquam Deos precaturi diu tempus conſumimus tibicinem expectantes; ferebatur enim Pompejus tibicinis filius. Lælius etiam apud Ciceronem ſummam ejus erga matrem pietatem, eximiamque in ſorores liberalitatem magnopere prædicat. Nam qualis erga fratrem Fabium fuerit, ipſe apertè declaravit, cum Africani hæreditate contentus, univerſo ei patrimonio ceſſit. Jam

B continentia tanta fuit, ut iter faciens cum amicis accepto pane veſci ſæpe ſolitus ſit; tanta abſtinentia, ut cum Antiochus Rex apud Numantiam munera ad eum miſiſſet ampliſſima, ea ipſe, non, ut vulgo alii, occultarit, ſed inſpectante exercitu in tabulas referre quæſtorem juſſerit, atque ex iis ſe fortiſſimum quemque audientibus omnibus donaturum eſſe profeſſus ſit, & quod mirandum admodum videatur, toto ætatis ſuæ ſpatio nihil vendiderit, nihil emerit, nihil ædificarit, morienſque XXII. libras argenti tantummodo, duas & ſelibram auri reliquerit; ea demum pietate ac religione, ut non ſolum Caſtoris ædem

C reficiendam curaverit, ſed Herculis etiam, atque Virtutis dedicare voluerit. Denique cum tria fuerint, quæ civem Romanum ad altiſſimum gradum dignitatis evexerint, ut optimus eſſet Orator, optimus Imperator, optimuſque Senator, hæc, etiam ſi ante in Catone, multo tamen expreſſiora, atque illuſtriora floruerunt in Scipione. Quæ omnia Dii immortales judicio prope, ac teſtimonio ſuo comprobaſſe viſi ſunt, cum eodem anno, quo Scipio ſol alter interiit, ſolem ipſum geminatum prodigiosè, ut ſcribit Cicero, mortalibus oſtenderunt.

F I N I S.

AUCTORES,

UNDE HÆC HISTORIA SUMPTA EST.

DE gente Æmilia, *Plutarchus in Numa, & Paullo.* A

De proavo, avo, & patre P. Scipionis, *Faſti Capitolini. Plutarch. in Paullo. Livius liber* 22. *&* 45. *Zonaras tom.* 2.

De genere, & educatione Scipionis, itemque de Paullo, & Papiria parentibns ejus. *Plutarch. in Paullo.*

De adoptione Scipionis, *Cicero in Bruto, Plutarchus in Paullo. Livius in epitoma libro XLVIII.*

De tyrocinio Scipionis bello Perſico, *Livius libro XLV. Plutarchus in Paullo, Scriptor de Viris illuſtribus in Scipione Æmiliano.* B

De Græcia perluſtrata cum patre Paullo, *Livius libro XLV.*

Dictum patris Paulli de bono Imperatore, *Gellius libro XIII. cap. III. Valerius libro VII. cap. II.*

Scipionem Paulli triumpho affuiſſe, *Livius libro XLV.*

De familiaritate Lælii, *Cicero in Lælio.*

De familiaritate Polybii, *Suidas in voce Polybius. Vellejus libro primo.*

De familiaritate Panætii, *Suidas in voce Panætius. Vellejus libro primo. Cicero Tuſculanarum libro I.*

De familiaritate Terentii, *Donatus in vita Terentii, Cicero in epiſtolis ad Atticum libro VII. Quintilianus libro decimo.* C

Ut Xenophontis libro delectatus ſit, *Cicero in epiſtol. ad Q. Fratrem libro primo.*

De Legatione Scipionis Hiſpanienſi, *Appianus in Iberica, Eutropius libro IV. Oroſius libro IV. Livius epitoma libri XLVIII. Scriptor de Viris illuſtribus. Florus de Rebus in Hiſpania geſtis. Plinius liber XXXVII. cap. I. Vellejus lib. I.*

Ut miſſus ſit à Lucullo ad Maſſaniſſam, *Appianus in Iberica, & Libyca. Valerius libro III. cap. V., & lib. II. cap. V.*

De Tribunatu militum, & rebus in Africa geſtis, *Appianus in Libyca, Oroſius libro IV., Livius epitoma libri XLIX., & L. Suidas in voce Phameas. Vellejus libro I. De Viris illuſtribus.* D

De Catonis teſtimonio de virtute Scipionis, *Plutarchus in Apophtegmatis Catonis, & in Catone majore, Livius epitoma libri XLIX.*

Ut Regiam hæreditatem diviſerit, *Appianus in Libyca. Liv. epitoma libri L. Eutropius lib. IV. Oroſius libro IV. Valerius libro V. cap. II.*

De Conſularibus comitiis Scipionis, *Vellejus lib. I. Livius epitoma libri L. Plutarchus in Apophtegmatis Scipionis. Appianus in Libyca. Eutropius liber IV. Cicero in Lælio. Valerius liber VIII. cap. XVI. Plutarchus in Politicis.* E

De rebus à Scipione Conſule in Africa geſtis, *Appianus in Libyca. Oroſius libro IV. Eutropius libro IV. Florus de bello Punico. Livius epitoma libro LI. Strabo libro XVIII.*

De ſitu Carthaginis, *Livius epitoma libri LI. Strabo lib. XVII. Appianus in Libyca. Oroſius lib. IV.*

De captivis Romanorum crudeliter necatis ab Aſdrubale, *Appianus in Libyca, Suidas in voce Aſdrubal. Obſequens.*

De conſilio Polybii de muricibus ferreis ſternendis, *Plutarchus in Apophtegmatis Scipionis. Valerius libro III. cap. VII.*

De Templo Apollinis ſpoliato, *Valerius lib. I. cap. II.*

De excidio Carthaginis, *Appianus in Libyca. Florus de bello Punico. Livius epitoma libri LI. Valerius libro III. cap. II. Oroſius libro IV. itemque Eutropius.*

De ſpoliis Siciliæ reſtitutis; *præter Appianum, Eutropium, & epitomam Livianam, Cicero de Signis, Pedianus in divinationem, Plutarchus in Apophtegmatis.*

De ludis Victoriæ à Scipione factis, *Valerius libro II. cap. II. Livius epitoma libri LI.*

De præda diviſa à Scipione, *Appianus in Libyca. Plutarchus in Apophtegmatis.*

De oratione à Scipione habita de rebus ſuis geſtis, *Feſtus.*

De argento lato in Triumpho, *Pli. lib. XXXIII. cap. XI. Cic. de Offic. lib. II. Eutropius lib. IV.*

De cognomine Africani hæreditario, *Cic. in Som.*

De æqualibus Scipionis, *Cic. in Lælio. Vellej. lib. I.*

Ut Scipio Mancini factum iniquo animo tulerit, *Plin. lib. XXXV. cap. IV.*

Ut Galbæ; & Cottæ bellum Viriathinum ademerit, *Valerius lib. VII. cap. IV.*

De legatione habita ante Cenſuram, *Cicero in Lucullo. Valerius alter libro VIII. cap. III.*

De anno Cenſuræ Scipionis, *Faſti Capitolini, Juſtin. lib. XXXVIII. Athenæus lib. VI. Valerius lib. IV. cap. IV. Plutarchus in Apophtegmatis.*

De altercatione cum Appio, *Plutarchus in Apophtegmatis Paulli, & in Politicis.*

De voti publici forma moderata, *Valer. lib. IV. c. I.*

De oratione ad populum habita in Cenſura, *Gell. lib. V. cap. XIX., & lib. IV. c. XX.*

De iis, qui notati ſunt à Scipione, *Plutarchus in Apophtegmatis. Cic. de Or. lib. II. Valerius libro IV. cap. I. & in oratione pro Cluentio.*

De die dicta Scipioni, *Gellius lib. III. cap. IV. Cicero de Oratore libro II.*

Ut legem tabellariam foverit, *Cicero in Bruto.*

De Mancino dedi permiſſo, *Vellejus lib. II. Cic. de Off. lib. II. Appianus in Iberica. Oroſius lib. V. de Viris illuſtribus in Mancino.*

De comitiis, quibus Scipio Coſ. iterum factus eſt. *Cicero in Lælio, in Somnio. Valerius lib. VIII. cap. X. Appianus in Iberica. Liv. epitoma lib. LVI.*

De bello Numantino à Scipione facto, *Appianus in Iberica. Vellejus lib. II. Florus de bello Numantino. Oroſius lib. V. Frontinus lib. IV. cap. VII. De viris illuſtribus.*

De delectu habito ad bellum Numantinum, *Appianus in Iberica. Plutarc. in Apoph. Scipionis.*

De exercitu emendato à Scipione, *Valerius lib.*

lib. II. cap. II. Liv. lib. LVII. Frontin. lib. IV. cap. I. Plutar. in Apophteg. Scipionis Ælianus lib. XI. Appianus in Iberica. Florus de bello Numantino. A

De conſilio Scipionis in bello, *Valer. lib. VII. c. II.*

De Jugurtha milite Scipionis, *Appianus in Iberic. Salluſtius in Jugurtha.*

De Mario, *Plutarchus in Mario. Vellejus lib. II.*

De Ti. Graccho, Lucilio, Rutilio, Aſellione, *Plutarchus in Gracchis. Vellejus lib. II. Appianus in Iberica. Gellius lib. II. c. XIII.*

De ſomnolentia Scipionis, *Plutarchus in Politicis. Marcellin. libro XVII. Plutar. in Apoph. Frontin. lib. IV. cap. VII. Appianus in Iberica.* B

De voce Ti. Gracchi audita, *Plutarchus in Gracch.*

De fame Numantinorum, *Valerius lib. VII. cap. VII. Apianus in Iberica.*

De deditione Nomaotinorum, *Strabo lib. III. Valerius lib. VII. cap. VI. Florus de bello Numantino. Oroſius lib. V. Eutropius lib IV. Frontinus lib. IV. Valerius lib. II. cap. II.*

De Celia potu, *Plin. lib. XXII. cap. ultimo.*

De triumpho Numantino, *Plin. lib. XXXIII. cap. XI. Cicero Philip. XI. Appianus in Iberica.*

Ut L. Cottam accuſarit, *Cic. pro Muren. in Bruto, in Verrem. Pedianus. Valerius lib. VIII. cap. I.*

De dicto Scipionis adverſus plebem, *Valerius lib. VI. cap. II. Plutarchus in Gracch. Vellejus lib. II. Cic. de Orat. De viris illuſtribus, Cic. in Lælio. Livius epitoma libri LIX. Appianus primo civilis. Oroſius lib. V.*

De morte Scipionis, *Cic. in Lælio, in Somnio. Appianus primo civilium. Livius epitoma lib. LIX. Plutarchus in Gracch., in Romulo. Vellejus lib. II. Oroſius lib. V. Cic. epiſt. ad Q. Fratrem libro II. de Orat. lib. II. in or. pro Milone, de Officiis lib. I. pro Murena. Valerius lib. IV. cap. I. De viris illuſtribus. Plin. lib. VII. cap. XLIV. Plutarchus in Apophtegmatis Metelli Macedonici. Valerius lib. V. cap. III. Marcellinus lib. XXV.*

De virtutibus Scipionis, *Vellejus lib. II. Cic. de Offic. Plutarchus in Apophtegmatis. Cicero de Offic. in Lælio, de Oratore. Plin. lib. XXXIII. cap. II., & libro VII. cap. XXVII. Ælianus lib. XI. Vellejus libro primo. Plutarchus de fortuna Romanor., & in Policitis. Frontinus lib. IV. cap. III.*

De Polybio miſſo ad Africam, *Plin. ubi de Mauritania.*

De orationibus Scipionis, *Gellius lib. VII. cap. XI. & lib. II. cap. XX. Macrobius libro VII. Saturnal. Cic. in Lælio. Feſtus.*

De ſole geminato, *Cicero de natura deorum,*

F I N I S.

CAROLI
SIGONII
DE VITA, ET REBUS GESTIS
ANDREÆ DORIÆ
MELPHIÆ PRINCIPIS
LIBRI DUO,
QUOS
PHILIPPUS ARGELATUS
AUG.[MI] IMPERATORIS
A SECRETIS
Nonnullis Animadverſionibus, & Documentis adhuc ineditis ad eamdem Hiſtoriam pertinentibus
ILLUSTRAVIT.

LECTORI MONITUM.

Poſtquam magna cum laude eximia geſta nonnullorum virorum, quos vel ſanctitatis, vel heroicæ virtutis laus celebres reddidit, encomioque digniſſimos, Clariſſimus Carolus Sigooius *culta oratione exornare ſuſceperat, MSrum Codicum, coævorumque Scriptorum fidem ſequutus; quemadmodum ſupra in hoc eodem Tomo pluribus mihi verbis agere, teque monitum reddere perſæpe contigit; is pariter ſuum exercere calamum in expolienda Vita Andreæ Doriæ Genuenſis, Ducis ſua ætate maritimarum præcipuè expeditionum, quas uſque ad ultimum ſenium ſummâ prudentiâ ac virtute adminiſtravit, ſamâ nulli ſecundi, aggreſſus eſt; ea revera felicitate ac eloquentia, ut dignum tanto Duce Scriptorem, Scriptoreque Ducem, jure ac merito aſſeverare quiſquis cordatus homo non eat inficias. Et ſanè legenti mihi iterum iterumque hiſtoricæ hujuſce narrationis ſeriem, modumque perpendenti, quo fuerat à Sigonio digeſta, ac expolita, tanta ſe ſe obtulit rerum farrago, ſed tam concinnè eleganterque diſtributa, ut aſſeverare non erubeſcam, inter cæteras ab Auctore noſtro conſcriptas illuſtrium Virorum Vitas, hanc ſibi veluti palmam pluribus titulis vindicare, præcipuè, quia res nonnullas vel Sigonius vidiſſe potuit, vel ab aliis oculatis teſtibus peroepiſſe. De hoc tamen æquiſſimi, atque eruditiſſimi Lectoris judicium eſto. Liceat mihi tantùm in præſens, qua acceſſione ſupra præcedentes hæc editio novam veluti lucem, ſplendoremque, me adnitente, ſuſceperit, indicaſſe. Ea fuit Sigonio mens, ut Græcorum Latinorumque Scriptorum veſtigia calcaret, Oratoris potiùs, quàm accurati Hiſtorici in hac conſcribenda Vita munus obire; quapropter perrarò, vel ferè nunquam annos actionibus appoſuit, chronologicamque ſeriem eſt proſequutus: Ego verò, qui hanc provinciam explendam, etſi meis viribus imparem, mihi propoſui, rebus attentè diſcuſſis, ſuos cuique annos in margine adnotavi, ne Lectori labor, aut ſaltem mora ob eos perquirendos injiceretur. Ut verò id ſecuriùs præſtarem,* Foliettam *ac* Bonfadium *Scriptores Doriæ ferè æquales conſului,* Laurentium *etiam* Capelloni, *qui ipſam Andreæ Doriæ Vitam evulgavit, attentè ſcrutatus ſum; dumque res rebus, factaque factis conferrem, quandoque evênit, me in eadem Hiſtoriæ periodo quaſdam rerum geſtarum particulas aut numero, aut rationibus diſpares reperiſſe; eas tamen adnotare juxta morem in calce non prætermiſi, ut Lectori commodum, ac delectatio maxima pararetur; quippe qui uno veluti obtutu perpendere poſſit, quid inter hoſce Scriptores diſſona, quid concordi expoſitione ad rem iſtam pertinens enarretur. Hæc profectò ſunt quæ ex editis Hiſtoriis ad hanc illuſtrandam haurire potui; verùm & inedita etiam documenta nactus ſum, favore potiſſimùm Ornatiſſimi Viri* Nicolai Dominici Mutii *Sereniſſimæ Genuenſium Reipublicæ Archivo Præfecti, quo mors invida, amico namque cariſſimo, me nuper orbavit. Is itaque, dum viveret, conſilium meum per literas cùm agnoviſſet, ſummâ diligentiâ perquiſivit, ſi quid ad Doriæ Vitam pertinens non adhuc typis evulgatum in Scriniis Archivi, cui præerat, adſervaretur: nec in caſſum ei concidit labor; quaſdam namque Chartas* Contractuum, *ut vocant,* Pactorum, *ac* Extremas *Andreæ Doriæ* Tabulas *adinvênit, quas mihi humaniſſimè communicavit. Quòd abſens Mutius Genuæ peregit, id pro maxima ſua erga me benevolentia, & pro totius Literariæ Reipublicæ commodo ac proventu Mediolani præſtitit Vir Clariſſimus, & numquam ſatis laudatus* D. Joſeph Antonius Saaius *Bibliothecæ Ambroſianæ Præfectus, qui luſtratis MSrum Indicibus, ineditas Animadverſiones Anonymi Auctoris in Sigonium ipſum, dum* de Fliſcorum Conjuratione *in Vita Doriæ diſſeruit, italicâ linguâ conſcriptas reperit, quas ut publici juris facerem, facultatem eſt elargitus. Hæc omnia Documenta, quæ ſua mole pagellas implebant, ſatis mihi fuit reſpondenti loco indicaſſe, atque omnia in calce diſpoſui, ut eo ordine, quo ſignabantur in Notis, diſtributa ederentur: æquiſſimum nempe credidi, ea typis committere, quæ antea luce caruerant, cùm Andreæ Doriæ Vitæ tamquam Corollarium eſſe poſſint, fidemque maximam Sigonio conciliare, ac, ſi quid ipſe in hiſtorica veritate peccaverit, emendare. Non ignoro plura alia Documenta ad ipſius Doriæ Vitam ſpectantia edita jam emerſiſſe curâ ac ſtudio Clariſs Viri* Jo. Chriſtiani Lunig *in ſuo Opere, cui titulus:* Codex Italiæ Diplomaticus *Tom. II. pag. 2354. & ſeqq. cujus exemplaria cùm ſatis obvia ſint Eruditis, ea recudere prætermiſi, illorum ſummam indicaſſe contentus, quæ eſt hujuſmodi:*

Literæ Caroli V. Romanorum Imperatoris, in quibus Aodreæ ab Auria, Principi Melphi, Feuda S. R. Imperii, quæ Familia Fliſcorum olim poſſedit, ob commiſſum vero Feloniæ crimen amiſit, die 27. Octobr. An. 1547. adjudicavit, atque donavit.

Ejuſdem Literæ, in quibus Andream ab Auria, Principem Melphi, de Caſtris, & Terris Burrigliæ, Carreghæ, Montis Suani, Caleſſis, Veſpi, Cremontis, Grondonæ, Crucis, Vallis Trebiæ, Galbaniæ, Varghi, Montis-acuti, item de mero & mixto imperio, & juriſdictione plenaria Caſtrorum, & Terrarum Marſolariæ, Arpraxedis, & Vivoloni, quæ olim Familia Fliſcana poſſedit, die 12. Jun. An. 1548. inveſtivit.

Sententia, qua Scipio Comes de Fliſco, rebellis, & læſæ Majeſtatis reus, nec non omnibus Feudis, Gratiis, & Privilegiis privatus declarabatur in emolumentum Andreæ ab Auria Principis Melphi, à Ferdinando I. Rom. Imperatore die 12. April. An. 1559. confirmata.

Literæ Ferdinandi I. Romanorum Imperatoris, in quibus Andream ab Auria, Principem Melphi, de Caſtris, & Terris Montis Suani, Caleſſis, Veſpi, Cremontis, Grondonæ, Crucis, Vallis Trebiæ, Galbaniæ, Varghi, Montis-acuti, item de mero & mixto imperio, & juriſdictione plenaria Caſtrorum, & Terrarum Marſolariæ, Arpraxedis, & Vivoloni, quæ Familia Fliſcana olim à S. R. Imperio in Feudum tenebar, die 14. April. An. 1559. inveſtivit.

Ejuſdem Literæ, in quibus Andream ab Auria, Principem Melphi, de Caſtris, & Locis Gremiaſchi, Bagnariæ, Fabricæ, Vartii &c. inveſtivit, die 29. Novemb. An. 1559.

Et alia hujuſmodi ad Excellentiſs. Familiam Auriam ſpectantia, ibi videnda.

Exoptabam ego hic adnectere Genealogicam Seriem perilluſtris hujus Familiæ, quæ tot celebribus fæcunda viris Andreæ Doriæ fortunas præcedentibus ac ſubſequentibus, non Patriæ tantùm ſuæ, ſed & Orbi commendatos egregiè adminiſtratis Dignitatibus protulit ſtipites, quemadmodum Hiſtoriarum peritis optimè compertum eſt: Votis igitur meis, vix Amicorum Literis exoratus, citiſſimè indulſit ornatiſſimus Avelli Princeps Joannes Andreas Doria, *qui exactiſſimam Tabulam proavorum ſuorum, Arborem communiùs appellamus, ad me tranſmiſit; illamque, quoniam numero, ſi à radice ſumeretur, folii limites excedebat, eá tantummodo in parte edendam dijudicavi, quæ poſteriorum temporum ſeriem patefaceret. Spero igitur te, Lector Humaniſſime, conſilium laboreſque meos bono animo ſuſcepturum, ac probaturum, cùm id tantùm in votis habeam, gratiam amoremque tuum in dies magis promereri. Vale.*

ILLUSTRISSIMO ADOLESCENTI

ANDREÆ DORIÆ

JO. ANDREÆ F.

POMPEJUS ARNOLFINUS S.P.D.

CAroli Sigonii de vita, & rebus geſtis Andreæ Doriæ proavi tui libros duos in lucem editurus, tuo potiſſimum nomioe præſcribendos cenſui, non ut te exemplo tanti viri ad glotiam excitarem; ſed ea taotùm ratione ductus, quia domeſticas res, & laudes contioent. Nnn eoim ſum adeò ineptus, ut te oullis ad virtutem ſtimulis indigere putem; cùm ea ſit ſtirpi tuæ inſita vis ad illuſtria, & glorioſa facta edeoda, ut tanquam fertilis arbor, ſuapte natura, oullo educationis, vel artis ſubſidio egens, ea proferat, atque prnducat. Multis hoc majorum tuorum exemplis confirmarem, ni tutem & omnem re ipſa dubitationem ex omnium mentibus evelleres; qui vix pueritiæ limites egreſſus, claſſes regere, piratas perſequi, mariaque ab ioſeſtis illorum excurſionibus, ac latrociniis tueri jam cœpiſti. Idem fecit antea pater tuus, qui nunc honnribus, & rebus geſtis adeò claret, ut non ſolùm cunctam Europam, verum etiam oniverſum terrarum Orbem nominis ſui gloria impleat: Idem avus, proavique tui, & alii faoiliæ tuæ Heroës, quos omnes conſultò prætereo, cùm illnrum laudes recenſere non ſit hujus loci, neque propoſiti mei. Hoc unum te eogabo, ut queinadmodum conſilium meum in his libris tibi dedicandis cunctos probaturos confido; ſic tu quoque id æqui bonique facias. Vale.

Geouæ Id. Aprilis MDLXXXVI.

EJUSDEM POMPEJI ARNOLFINI

IN ANDREÆ DORIÆ

MELPHITANORUM PRINCIPIS

EFFIGIEM

EPIGRAMMA.

HIc tam ferventi patriæ flagravit amore,
Illius ut chara pro libertate tuenda,
Horribiles Regum non formidaverit iras.
Hic quoque cùm patria Regno, ſceptroque potiri
Poſſet, & aurata frontem redimire corona,
Contempſit regni faſtus, nomenque Tyranni.
Huic maris imperium vaſti, ſævumque tridentem
Neptunus, pelagique leves conceſſit habenas;
Quin etiam aratis premeret cùm claſſibus æquor,
Haud pauci impavidi admirantes pectoris auſa,
Neptunum, aut ſacro Neptuni è ſanguine cretum,
Mortaleſque Deum vultus ſumpſiſſe putarunt.
Hoc certum eſt, nullas Neptunum amplectier oras,
Qua non ille ſimul fama penetrarit, & armis.


INDEX CAPITUM LIBRI I.

I. *De ortu & educatione Andreæ.* Col. 1117
II. *De prima militia ejuſdem.* 1118
III. *De militari opera navata Aragoniis Regibus.* 1119
IV. *De militari opera navata Jo. Roverejo Urbis præfecto.* ibid.
V. *De terreſtri imperio à Genuenſibus ad Corſicam ei delato.* 1126
VI. *De præfectura triremium à Genuenſibus ei mandata & rebus in ea geſtis.* ibid.
VII. *De triremibus Genuenſium emptis & opera in ſectandis prædonibus navata.* 1127
VIII. *De maritima præfectura à Franciſco Gallorum Rege ei delata & rebus in Provincia & Liguria adverſus Cæſarianos geſtis.* 1130
IX. *De maritimo imperio à Clemente VII. Pont. ei delato & rebus pro recuperanda Genua geſtis.* 1132
X. *De maritimo imperio à Franciſco Rege Gall. ei delato & Genua recepta.* 1133
XI. *De rebus pro recuperando Regno Neapolitano in Corſica & Sardinia geſtis.* 1136
XII. *De Cæſarianis prælio navali ad Neapolim profligatis.* 1138
XIII. *De cauſis cur à Regis militia diſceſſerit & ad Carolum Cæſarem ſe contulerit.* 1139
XIV. *De Genua patria Franciſco Regi erepta & in libertatem auſpiciis Caroli reſtituta.* 1146

INDEX CAPITUM LIBRI II.

I. *De auctoritate imperii maritimi ei à Carolo delata.* 1157
II. *De periculo per Valaceream ei conflato.* 1158
III. *De Hieronymo Doria Cardinale ipſius gratia creato.* ibid.
IV. *De eodem à Carolo in Hiſpaniam evocato, & culto, & Carolo ab eodem primum in Italiam deportato.* ibid.
V. *De ſalutari conſilio Alphonſo Ferrariæ Duci dato.* 1159
VI. *De novis officiis à Carolo Bononiæ præſtitis.* 1160
VII. *De re ad Cerullum in Africa geſta.* ibid.
VIII. *De quatuor triremibus Turcicis ad Algerium captis.* 1161
IX. *De principatu Melphitano & aurei velleris dignitate à Carolo delata.* 1162
X. *De rebus in Græcia geſtis & Corone capto.* ibid.
XI. *De Carolo domi ſuæ primum ab Andrea excepto.* 1167
XII. *De auxilio Coronenſibus allato.* ibid.
XIII. *De expeditione Tunetana.* 1170
XIV. *De ſalutaribus conſiliis Carolo Neapoli datis.* 1173
XV. *De rebus adverſus Franciſcum Regem in Provincia geſtis.* ibid.
XVI. *De Florentia poſt Alexandri Ducis mortem in auctoritate Caroli retenta.* 1176
XVII. *De rebus in Ionio mari adverſus Solimanum geſtis.* 1177
XVIII. *De maritimo imperio à fœderatis contra Solimanum ei delato.* 1179
XIX. *De Carolo Niceam devecto, Franciſci erga Andream comitate adhibita.* ibid.
XX. *De expeditione adverſus Turcas ad Preveſam.* 1180
XXI. *De Draguthe pirata capto.* 1185
XXII. *De expeditione ad Algerium.* 1186
XXIII. *De Ciconio in Hiſpaniam transportato.* 1190
XXIV. *De ſubſidio Pirpennianum ſubmiſſo.* 1191
XXV. *De officio apud Carolum domi ſuæ Farneſiis præſtito.* ibid.
XXVI. *De ſubſidio Niceæ allato.* 1192
XXVII. *De conſilio prælii ad Carinianum committendi improbato.* ibid.
XXVIII. *De claſſe Turcica rejecta, atque impetu Barbaruſſæ compreſſo.* 1194
XXIX. *De Draguthe captivo dimiſſo.* 1195
XXX. *De conjuratione Fliſci adverſus Remp. & Andream.* 1156
XXXI. *De conjuratione Cibi adverſus Remp. & Andream.* 1209
XXXII. *De Maximiliano & Philippo devectis ac domi ſuæ exceptis.* 1210
XXXIII. *De oppido Africa capto & Draguthe inde expulſo.* 1212
XXXIV. *De Draguthe Giropoli pulſo.* 1213
XXXV. *De Philippo & Maximiliano in Hiſpaniam transportatis Gallorum in itinere inſidiis eluſis, Regibus Bohemiæ in Italiam tranſvectis.* 1214
XXXVI. *De incommodo ad Pontias accepto.* 1215
XXXVII. *De rebus ad Senenſes pertinentibus per eum geſtis.* 1218
XXXVIII. *De maritimo ac terreſtri imperio ei à Genuenſibus delato, & rebus adverſus Gallos ad Corſicam geſtis.* 1219
XXXIX. *De rebus adverſus claſſem Turcicam & Gallicam geſtis, & Etruriæ litoribus obſervatis.* 1222
XL. *De ſubſidiis Neapolitano bello ſubvectis.* 1222
XLI. *De claſſis Turcicæ & Gallicæ conatibus eluſis.* 1223
XLII. *De expedit. Tripolitana & incommodo ad Giropolim accepto.* 1224
XLIII. *De morte Andreæ.* 1228
XLIV. *De virtutibus ejus.* 1229

CA-



CAROLI SIGONII
DE VITA, ET REBUS GESTIS
ANDREÆ DORIÆ
PRINCIPIS MELFITANI
LIBER PRIMUS.



ANtiquam florentia quondam Italiæ dignitatem, vel præcellētium ingeniorũ laude, vel inſignium virtutum magnitudine partam, falſo jampridē amiſſam, Itali conqueruntur; neque enim dubitandum eſt, quio vetus illa, quam benigna olim Italici vel Cœli, vel Solis aſpiratio intulit, etiamnum ingenii, virtutiſque indoles maneat; modò, aut eadem in homi- A nibus vigeret induſtria, aut eadem virtuti cujuſque ad laudem, & immortalitatem pateret via; hoc cum in ceteris artibus intueri, tum maxime in tractatione rei bellicæ apertiſſimè perſpicere licet: in qua, quàm multi, per hos quinquaginta annos, & conſilio, & manu promptì floruerint, facile eſt unicuique videre, qui, quibus bellis proximè jactata Italia, & quibus Imperatoribus ea geſta ſiot, ſecum animo repetere, eademque ratione, quæ in quoque prudentia, qui ſplendor animi enitueris, & quæ cujuſque præclara ad uſum rei militaris inventa fuerint, atteodere volet; verùm, ne- B ſcio quo pacto, quæ libertate uſæ ſunt Civitates, quò plus ad exercendam virturem facultatis habuerunt, eò uberiorem præſtantium in omni genere laudis, virorum copiam ediderunt: mitto ceteras; de Genua loquor, in qua, præter alias, una Familia (1) Doria eâ belli domique gloriâ præſtiſit,

(1) Opuſculum de laudibus Auriæ familiæ ſcripſit Fr. Adam de Montaldo Ord. Eremitarum S. Auguſtini circa a. 1480., nuper in publicam rem donatum To. XXI Rer. Ital. in quo elogium, originem, nobilitatem, imperia, triumphos, laudes ad æternandam ejuſdem familiæ memoriam ſcripta legeſis. Præterea Genealogicam arborem perquam benignè communicatam nobis ab Excellentiſſimo Jo: Andrea Avelli Principe ſu-

tit, ut cum magnis Civitatibus, multis aut fortium & prudentium virorum multitudine, aut illuſtrium erga Remp. ſuam beneficiorum magnitudine, conferri meritò poſſit; quod ſi quis fortaſſe in cæteris, quorum ſuperioribus ſeculis egregiam virtutem, ac ſapientiam admirabilem, & tranquillis, & turbidis in rebus, ipſa ſæpe Civitas eſt experta, haud ſatis virium fuiſſe ad ſpecioſum hunc dignitatis titulum tuendum exiſtimaverit; nemo credo tam barbarus, ac parum intelligens rerum erit, qui unius Andreæ Cævæ filii, qui poſtea Princeps eſt appellatus, virtute cognita, pietateque perſpecta, non huic genti potet longè plurimum eſſe tribuendum. Qui cum domeſticis, ac militaribus artibus, omnium hujus ætatis hominum gloriam adæquavit; tum inſigni quadam, atque omnibus ſeculis prædicanda erga Patriam caritate, glorioſa veterum etiam, quos tantopere admiramur, ac juſta præconia ſuperavit: quippe quam infeſta ſervitute oppreſſam uſque adeò vehementer amavit, ut cùm jure ſibi aſciſcere imperium poſſet, nova atque his certè temporibus inaudita pietate, atque virtute, ex ſævo dominatu ereptam, ultro tamen liberam eſſe permiſerit; quo beneficio, uberius ac magnificentius nullum ab optimo cive præſtari Reipublicæ ſuæ potuiſſe, profectò negabit nemo; niſi qui, aut omnis prorſus humanitatis expers erit, aut certè alienæ omnino, & quidem juſtæ gloriæ invidebit. Quæ nos ratio hoc potiſſimùm tempore perpulit, ut recenti adhuc tantarum rerum memoria, ſingularis, ac prope divini hominis vita literis, poſteritatique prodenda, ut certum, ſic debitum tantæ virtuti teſtimonium relinquere voluerimus: Id, quod à primis ejus incunabulis ordientes, hoc commentario facere pro virili conabimur.

CAPUT I.

De ortu, & educatione Andreæ.

Anno igitur, qui fuit à partu Virginis ſupra milleſimum quadringenteſimum
1468 octavus & ſexageſimus, die, qui Divo Andreæ Apoſtolo ſacer eſt, Andreas patre Cæva, matre Caracoſa, & ipſa Doriarum è familia procreata, Oneliæ natus eſt (2) quod oppidum non longe à mari inter Album Ingaunum, & Album Intemellium ſitum in parte Cæva pater, nec non mediocri virtute atque induſtria præditus jampridem jure gentis hereditario poſſidebat. Prima infantiæ ac pueritiæ rudimenta, ut quæ ad conſequentem tanti viri gloriam non magnopere pertineant, haud quaquam eſſe mihi exiſtimo perſequenda. Illud tamen ſilentio prætereundum non videtur, puerum hunc ita literis operam impendiſſe, ut quamquam ingenium ad eas haud prorſus ineptum afferret, multò tamen armorum, atque militiæ ſtudium habiturus eſſe antiquius videretur, cum paullum ætate progreſſus eſſet. Itaque cum ſæpe aliàs propenſi ad omnia militaria officia animi, tum quodam die, ſingularis cujuſdam, quo præcipuè poſtea flagravit, rei nauticæ ſtudii, ſigna non obſcuriſſima dedit. Nam cum duæ Genuenſium triremes fortè Oneliam acceſſiſſent, earum in unam, cujus pater ipſe Præfectus erat, vix prima ineunte pueritia deportatus, totum ibi diem tanta cum animi voluptate conſumpſit, ut niſi mater eum domum, invitum licet ac repugnantem, veſpere reduxiſſet, facile in ea pernoctaturus etiam fuerit; quam ejus, ut in illa imbecilla ætate, nimis vehementem cupiditatem, cum ipſius amita gravis admodum, ac priſci exempli fœmina animadvertiſſet, neque magnopere approbaret, pecuniam ei quandam teſtamento ita legavit, ut eam amitteret, ſi bellica colere, ac tractare ſtudia perrexiſſet; quin etiam eodem tempore, mortuo patre, ingentis, atque excelſi animi ſpecimen non minimum præbuit, cum matrem ipſam, Onelianæ ditionis portionem Dominico Doriæ, majoris partis domino, ex propinquorum auctoritate vendentem, primùm improbavit, deinde ita laudavit, ac tulit, ut popularium etiam beneficium, ultro pecuniam pro redimenda portiuncula conferentium, quaſi majora alia animo moliretur, repudiarit: itaque quanquam exiguo admodum, nec ſatis nobili Oneliæ oppido, propter inſitam animi magnitudinem non contentus, jampridem foras evolare, & latius ſe quaſi gloriæ campo committere vehementiſſime cupiebat; matris tamen, quam admirabili, ac prope inaudita pietate complectebatur, voluntate permotus, ibi diutius eſt aliquanto, quàm voluit commoratus. (3)

CAPUT II.

De prima militia ejuſdem.

Poſt obitum autem ejus, cum omnia, & vivæ, & mortuæ officia, quæ proficiſci à filio ſapientiſſimo poſſent, diligentiſſimè præſtitiſſet; extemplò Genuam ſe, atque inde Romam ad Dominicum Doriam contulit, cum annum nonumdecimum æta- 1487
tis eſſet ingreſſus, à quo, læto, ut par erat, vultu ſuſceptus, incredibile dictu eſt, quantum ſummi viri conſilio, ad militarem, quam jampridem animo conceperat, laudem profecerit. Nam ab eo, quòd erat præſidii Pontificis Innocentii Octavi Præfectus, inter Equites gravioris armaturæ adſcriptus, cum mirifice ſe omnibus, & animi, & corporis artibus exercuit, tum Dominico ipſi duci in omni domeſtico, ac militari munere fidem, ac diligentiam uſque adeo egregiam præſtitit, ut præclari ducis judicio commendatus, facile reliquis eſſet etiam omnibus probatiſſimus.

CA-

ſuperſtite ſine filiis maſculini ſexus, unicâ tantùm ſuſcepta fœminâ, quam Excellentiſſ. Loani Comiti matrimonio copulavit; utriuſque quidem ejuſdem Herois, cujus vitam ornamus, ſtipitis, talem ut obtinuimus hic exponimus.

(2) Laurentius Capelloni eum natum dicit a. 1466. in vitâ ejus editâ 1565. per Jolitum de Ferrari.

(3) Occaſione captâ, dum ipſe quartanâ tenui febri detineretur, ſuavi maternâ verborum mulcedine ad pollicitationem ſuæ ſervandæ in conſpectu ejus præſentiæ, pluribus licèt rationibus adductis ad fœminile ſolatium flectendum. Capelloni l. 5.

CAPUT III.

De militari opera navata Aragoniis Regibus.

1492 INnocentio verò mortuo (4) atque Alexandro VI. ad Pontificatum evecto, Romaniſque rebus omnibus perturbatis, nova inire vitæ ſuæ conſilia eſt coactus. Itaqua cum aliquandiu in aula Federici Urbinatium Ducis, quæ excellentium tum omni genere laudis virorum copia affluxerat, virtutis humanitatiſque cognoſcendæ cauſſa verſatus eſſet; inde ex Dominici auctoritate Neapolim, ad Aragonios Reges, latè tum in parte Italiæ nobiliſſima dominantes, inſignes affectans militaris officii titulos, ſe recepit. Quo tempore ab Alphonſo Calabriæ Duce, Ferdinando majore adhuc regnante, primùm Præfectura cataphractorum ornatus, deinde mortuo Ferdinando inter præſidia aſcitus, poſtremò cum Ferdinando filio adverſus Ludovicum
1494 Sfortiam Mediolanenſium principatum ſibi vindicantem miſſus, non mediocrem apud Aragoniam domum univerſam, quippe maximis ab ea affectus honoribus, ſtrenui, ac ſolertis militis laudem eſt conſecutus: cum Alphonſus perditis demum rebus ſuis, infeſtis Caroli VIII. Gallor. Regis armis Regno exactus, triremem in Siciliam eſſet fugæ gratiâ conſcenſurus, Andream, qui, pleriſque aliis deſerentibus, fortunam ejus ad id uſque temporis ſecutus fuerat, maximo verborum cum honore, & inſigni cum gratiarum actione dimiſit.

CAPUT IV.

De militari opera navata Jo. Roverejo Urbis Præfecto.

CUjus rei non minimo illud eſt argumento, quod hac ſecunda functus Aragoniorum cauſſa militia, tertiam inde adverſus eoſdem, neſcio quo pacto, pro Gallorum parte ſuſcepit. Nam cum Hieroſolymitano Chriſti ſepulchro, locisque illis omnibus, quæ à piis ſtudioſè viſuntur hominibus, religioſiſſimè perluſtratis, atque equeſtri à Templi ejus Sacerdotibus dignitate ornatus, in Italiam reverti ſſet, fortè in id tempus incurrit, quo Ferdinandus minor, reparatis poſt Caroli Regis ex Italia diſceſſum viribus, Neapolique ex improviſo recepta, bellum graviſſimum Gallis de vetere Provinciarum Regni poſſeſſione recuperanda parabat. Quo tempore cum magnus Conſalvus (5) à Ferdinando Rege Hiſpaniæ dux auxilio miſſus, maxima felicitate omnia à Neapoli uſque ad Lirim amnem, Regni oppida recepiſſet, ac Jo. Roverejo, Urbis (6) Præfecto, qui multa oppida (7) in finibus Regni obtinebat, quòd impenſius Gallorum rebus ſtuderet, acriter imminens, graviorem in dies belli, armorumque terrorem incuteret; quin eum quoquo modo poſſet auxilio ſuo juvaret, haud ſibi dubitandum putavit. Hoc autem ut faceret, cum vicinitate, ac neceſſitudine ducebatur, quod Doriarum, ac Roverejorum familiæ, proximas in ora inferiore ditiones tenerent; ac ipſe in aula Ducis Urbinatum honeſtè verſatus, ei nomini plurimum ſe debere profiteretur: tum verò privati beneficii memoria, quæ perpetuò in animo graviſſimi hominis inſidebat, quod Joannes Davidem fratrem ſuum in Anconitanum portum navi fortè tempeſtate delatum, ac propterea latrocinii nomine reum gratiâ, qua plurimum apud avunculum ſuum Pont. Sixtum valebat, omni quondam periculo exemiſſet. (8) Joannes autem quum Andream cum ſagittariis equeſtribus viginti quinque ſuo ſumptu conductis, ultro ad ſe venientem, atque una operam ſuam vel in ipſo mortis periculo pollicentem videret, ſic accepit, ut cujus virtutem ſuperiorum ſtipendiorum fama jampridem notam haberet, animi verò ad omnem pro ſe ſubeundam fortunam alacritatem in præſenti perſpiceret, eidem ſe, atque omnia ſua rectè credi poſſe arbitratus, cuſtodiam Rocchæ Gulielmæ committere non dubitarit. Qua de re hoc vere videmur poſſe aſſerere, tantam tum in omni militari munere obeundo in Andrea virtutem ac prudentiam eluxiſſe, ut graviſſimo demum ipſius etiam Conſalvi judicio, quo nemo ea tempeſtate Imperator aut conſilio, aut manu præſtantior habitus eſt, pugnacis ducis, vigilantiſque præfecti laudem meruerit. Erat enim in homine, quod multo poſt evidentius apparuit, cum ſumma ingenii ad omnes difficultates proſpiciendas ſubtilitas, tum ad eaſdem ſubeundas animi alacritas tanta, ut magnis in negotiis cautiuſne, an animoſius verſaretur, plane neſcires. Id quod tum maximè declaravit, cum adhuc juvenis à Joanne adverſus Conſalvum præſidio Rocchæ, ut dixi, Gulielmæ præfectus eſt. Nam cum non ſolum id ſibi propoſuiſſet, ut oppidum ab hoſtium impreſſione defenderet, ſed eos etiam quieſcentes ultro detrimentis quibuſcumque poſſet afficeret, expeditis equitibus emittendis, vias circum omnes infeſtas reddere, commeatus intercipere, excurſiones, ac populationes longe, lateque facere cœpit; quibus malis adductus Conſalvus, adRoccham Gulielmam, unde infeſtæ in ſuos eruptiones fiebant, expugnandam animum convertit. Quam rem Andreas incerto licet nuncio acceptam, haudquaquam ſibi negligendam ratus, extemplò cum oppidanos pleroſque externoſque præterea pedites ducentos conſcribit, tum idoneos homines hoſtilium maxime conſiliorum exploratores emit-

(4) Die 25. Julii apud Fonvin.
(5) Ferrandus Ernandez de Corduba.
(6) Romæ Præfectus, fratre Cardinalis Sancti Petri in Vinculà. Capel f. 5.
(7) Soræ, Arci, Arpini, Inſulæ, Rocchæ Gulielmæ. Capel f. 7. Quæ omnia in finibus Neapolitanis, in Provincia Terræ-laboris, Campaniæ Romanæ confinia. Sora enim Urbs Epiſcopalis, Ducatus titulo inſignita fam. Boncompagna 16. mill. à Caſſino occid. eſt, ab Arpino 6. à Lacu Fucino 10. in merid. ab Urbe Româ in ortum 55. ab Anagnia 22. ab Alatrio 13. Arpinum opp. Volſcorum in Latio, a Sora in ort. hyber. ut ſup., a Caſſino 10. mill., à Liri flu. 2. Inſula opp. Volſcorum caſtrum tenue in inſula parva Liris fluvii, ab Arpino in occaſum 3 mill. a Sora in merid. 5. Roccha (ſeu Rupes) Gulielma prope Lirim flu. ab Aquino in merid. Cajetam verſus 5. mill.
(8) Nullam inter ſe cognitionem preceſſiſſe, ait Capel. f. 8.

emittit. Per quos certior factus, Petrum Murſiam militem Hiſpanum, ad inſpiciendum oppidi, mœniorumque ſitum certa nocte eſſe venturum, facile viâ, qua acceſſurum cognoverat, inſidiis collocatis, hominem in poteſtatem adducit. Et cum ab eo non dubium Conſalvi de oppidi oppugnatione decretum didiciſſet, novum, & quidem maxime ſalutare conſilium init. Tres videlicet fratres Vaſcones (9), quos linguæ Hiſpanicæ propter regionum vicinitatem egregiè gnaros, atque ad omnia, quæ mandarentur, peragenda paratos, & ſibi maxime fidos in præſidio habebat, accerſit; hiſque mandat, ut in caſtra hoſtium venientes, dent operam, ut Hiſpanicis cohortibus adſcripti, diligenter omnes hoſtium rationes explorent; in primiſque ut partitis inter ſe muneribus, ſe, ubi primùm Conſalvus caſtra promoviſſet, ubi ad S. Germani vicum perveniſſet, ubi ad oppidum acceſſiſſet, & qua ex parte oppugnationem inſtrueret, faciant certiorem. Ipſe interea rebus omnibus, quæ ad oppugnationem ſuſtinendam pertinerent, præparandis intentus, oppidum vallo, foſſaque pro tempore munit; portas ſtationibus, muros præſidiis firmat; neque ulli labori, aut ſumptui parcens, quam partem infirmiorem eſſe cognoſcit, ei in primis occurrit: atque ordine de ſingulis, ut juſſerat, rebus per exploratores admonitus, nullum prudentis ac cauti Imperatoris officium prætermiſit. Itaque cum oppidanos oratores duos ad Conſalvum injuſſu ſuo miſiſſe comperiſſet, qui arcem in Gallorum oppidum in Andreæ poteſtate ſitum ſe dedere non poſſe demonſtrantes, direptionis ab eo veniam poſtularent, rem animadverſione dignam inſtituendi exempli gratia arbitratus, oratoribus extemplò duobus ſuſpendio affectis, atque eorum ædibus direptioni militum datis, & ceteris obſidum pignore obligatis (10), facile omnes in officio, & fide continuit. Interea Conſalvus, rebus omnibus, quæ ad oppugnationem neceſſariæ videbantur, expeditis, ad oppidum cum exercitu ſubit; ac tormentis ab ea parte, qua facilior oſtendebatur expugnatio, conſtitutis, murique parte crebris ictibus deturbata, magno univerſi exercitus impetu in Urbem perrumpere nititur, verùm ab Andrea inter primos fortiſſimè dimicante, ac reliquos ad ſimilis imitationem virtutis acriter excitante, ac modò novas munitiones objiciente, modò uno tormento ferreo, quo lapides jaculabantur, audaciſſimum quemque decutiente repulſus, tandem cedere, non ſine ſummo ſuorum detrimento, compellitur; hic erat dies Divo Georgio (11) conſecratus, qui Andreæ, tum primum ad aliquam militaris imperii commendationem ingredientis, virtutem ſimul, ac felicitatem oſtendit, ſiquidem

A ſub veſperum Conſalvus inducias inter Hiſpanum, & Gallum pactas, palàm per præconem pronunciavit; in quibus cùm eſſet, ut quæ ad eam diem ab utroque poſſiderentur, ea per totum induciarum tempus obtinerentur; factum eſt, ut oppidum Rocchæ Gulielmæ cum vico uno penes Gallos, vicus alter piſtrinis aliquot fortitudine, induſtriaque defenſum, penes Hiſpanos remanſerit. Andreæ oppidum ſummam non tam apud ſuos, quàm apud hoſtes virtutis, ac ſcientiæ bellicæ famam attulit. Itaque Conſalvus rei geſtæ admiratione adductus, & quorundam Hiſpanorum, quos ad eum de ſervandis induciarum conditionibus miſ-
B ſos, Andreas omni officii genere exquiſitè coluerat, oratione permotus, eum ad ſe colloquii gratiâ venire rogavit. Neque verò Andreas hoc facere abnuit; verum præcipui id beneficii loco ducens, protinus ad eum paucorum militum comitatu ſtipatus ita venit, ut multo admirabilior, ac clarior, quàm venerat, inde diſceſſerit. Etenim ad ceteros verborum honores, quos ei Conſalvus habuit, cùm molli de re geſta ſermone illato, de eo percontatus eſſet, num ab alia parte commodius, & ad victoriæ rationem accommodatius oppugnationem inſtitui potuiſſe cenſeret, atque ille reſpondiſſet, ſe non putare aptius, quàm à
C qua maximos ipſe omnium Imp. ſapientiſſimè ſtatuiſſet: noli, inquit Conſalvus, hoc auribus meis Andrea dare: verum quod te, quod nobili viro dignum eſt, quid ſuper hac re ſentias, ingenuè expone; neque enim iſta libertas ulli, aut tibi, aut ei, quod conſervaſti, oppido fuerit detrimento. Tum Andreas, quandoquidem, ut meam ſententiam liberè aperiam graviſſima tua me compellit auctoritas, ſic habeo; mei judicii eſſe, utilius ab Olivetis murum percuti potuiſſe; neque enim propugnatores niſi ex omni parte aperti, in eo conſiſtere, aut pugnatores diutius ſuccedentium hoſtium impetum ſuſtinere potuiſſent. Tum Conſal-
D vus, accito properè ad ſe tormentorum magiſtro: age dic, inquit, cùm de Rocchæ Gulielmæ oppugnatione conſultaremus, unde potiſſimum certis ego tormentorum ad ſpem victoriæ ictibus quatienda eſſe mœnia cenſui? cui cum ille, ab Olivetis dixiſſet: At in eadem, & hic Andreas, inquit, ſententia eſt; iiſdem, quibus ego tum, rationibus perſuaſus; atque his quidem verbis erga Andream perhonorificis habitis, continuò alia multo ampliora adjecit, nam cum interea Vaſco miles, ex Andreæ comitibus unus, ab irato Centurione Hiſpano, ſub quo parum ſincera, ut ſcripſi, fide meruerat, gladio non tam inſolenter, quam in-
E tempeſtive petitus, in Conſalvi tabernaculum incolumitatis gratia refugiſſet (12). Conſalvus Centurionis impudentia vehementer

(9) Vaſconem unum tantùm miſſum refert Capel. f. 8.

(10) Hoc aliter à Capel. ibid. deſcribitur. Oppidanos videlicet ab eo petiiſſe ut pro eorum ſecuritate fœminis & infantibus in caſtri plateâ & contiguâ ſtatione mora permitteretur. Quâ conceſſione obtenta, quatuorcentum debilioris ſexus atque ætatis, ibidem ut ab interioribus militum armis defenderentur, ſe receperant: Quibus hoc modò in propriâ poteſtate adductis, dixit Andreas, eos reddere nolle niſi oppidanorum obſides duodecim obtineret, quibus cæterorum fides, terræque ad ultimum uſque defenſio reſtarentur. Quæ omnia exequuta.

(11) Eadem die Hiſpanos per muros arcem ingreſſos & repulſos, & ſequenti iterùm aggreſſionem tentaſſe, ſed appropiationem ad aggeres non auſiſſe aſſerit Capel. f. 9.

(12) Apud Conſalvum ſedente Andreâ, Hiſpanum Ducem de menſa aſſurrexiſſe pugione diſtricto in Vaſconem, ſtatim ac intuitu eumdem diſtinxit inter comitantes, Capel. prædictus refert f. 10.

ter offenſus, hominem acerrime pro tempore caſtigatum, protinus ab exercitu ſuo dimiſit; Andream verò & verbis, & factis magnificè cultum, ita iterum appellavit, ut ſibi rem graviſſimam facturum aſſereret, ſi aliquam apud Regem ſuum Præfecturam, in primiſque equitum ſuorum levis armaturæ acciperet. Cui ille gratiis quàm cumulatiſſimè potuit, actis, ita reſpondit, ut ſe injuſſu Joannis, conditiones quamvis honeſtiſſimas, eſſe accepturum negaret. Poſt antem, cùm beneficii loco, Conſalvus ab eo petiiſſet, ut Petrum Murſiam Hiſpanum, quem apud ſe in cuſtodia haberet, accepto pretio ſibi reſtitueret. (13) Andreas læta, atque hilari fronte, ut facile intimam animi lætitiam indicaret, quod ſua ſponte erga honeſtiſſimum quemque facere conſueſſet, id multo libentius rogatu ejus, erga Murſiam adhibiturum reſpondit: ut præteritam liberalitatem, quam in eum domi ſuæ ſtudioſiſſimè contuliſſet, præſenti gratuitæ dimiſſionis beneficio cumularet; qua benignitate, ac munificentia victus Conſalvus, haud gravate & ipſe petenti Andreæ piſtrina, quæ, ut ſcripſi, Hiſpani cum magno oppidanorum incommodo poſſidebant, ita conceſſit; ut palàm ea ſe ipſi, virtutis ipſius ergo addicere, ac propria adjudicare pronunciaret. Andreas autem quamvis libentius nihil feciſſet, quàm, ut ſub peritiſſimo, ac feliciſſimo Imp. Conſalvo mereret, quippe qui ſæpe dicere, ac frequenter in ore habere ſoleret, eum, quem alteri operam navare neceſſe eſſet, patronum potius ſpectare, quàm conditionem debere, hominem tamen, egregiè de ſe meritum in tantis difficultatibus deſerere, haud quaquam boni eſſe viri exiſtimavit. Itaque cum ſe ad Joannem ab eo colloquio contuliſſet, atque omnes cum eo vitæ ſuæ rationes amicè communicaſſet, haud gravatè fecit, ut illius rogatu in priſtino Gallicarum partium obſequio permaneret. Quin etiam in Galliam inde ad Ludovicum Regem de emeritis ſtipendiis recuperandis, & acceptis belli detrimentis ſarciendis miſſus, uſque adeo mandata illius omnia diligenter fideliterque confecit, ut Joannes illius benevolentia ductus, cum à Florentinis Ludovici Sforſiæ ſociis ducentos gravioris, totidemque levioris armaturæ equites cum imperatorio titulo accepiſſet, ipſum centenorum alæ præfecerit, atque haud ita multò poſt, moriens eundem tutorem filio ſuo impuberi Franciſco Mariæ reliquerit; quibus in officiis, ſatis conſtat, neque virtutem, neque fidem ejus eſſe deſideratam. Nam in Præfectura Firmanorum, qui ab Aſculanis finitimis oppreſſi, ad Joannis opem auxiliumque confugerant, ſubſidio miſſus, ad fines Aſculanorum cum equitatu ſuo invadendos eſſet profectus, Aſtoldi Aſculani viri longe inter ſuos nobiliſſimi filium cepit, obviam ſibi ex oppido cum armatis egreſſum; & cùm inde ad Caſtellum Montis S. Petri Albani obſidendum proceſſiſſet, Aſculanos de belli diuturnitate haud temere cogitantes, facilè ad pacem cum Firmanis faciendam per Aſtoldum adduxit, qui miro recipiendi filii ſtudio ducebatur. In adminiſtratione verò tutelæ, quamquam ſocios habuit Senatum Venetum, Julianum Roverejum, Jo. fratrem, Cardinalem, & Joannam Federici Feltrii Urbinatium Ducis filiam, ipſius pueri matrem, tamen cæteris majoribus aliis quaſi curis implicitis, ſolus ipſe omne tutelaris fidei, ac diligentiæ munus implevit, nec pupillo, aut matri, aut opera, aut conſilio ullo tempore defuit. Quarum rerum cum præclara alia ad laudem monumenta reliquit, tum præcipuè, cum eos ab impotenti Cæſaris Borgiæ impetu conſervavit. Hic (14) enim cum Pontificis Alexandri, patris potentia nixus, animum extraordinario quodam arripiendæ dominationis ſtudio incitatum ad invadendam Italiam adjeciſſet, ac magnis pedeſtribus, equeſtribuſque copiis comparatis, multa jampridem Pontificiæ ditionis oppida occupaſſet, Urbino demum in poteſtatem adducto, totus oppido Senogalliæ imminebat, in quo pupillus, & mater, ut in loco ditionis ſuæ munitiſſimo, verſabantur. Andreas autem, ad quem præcipua utriuſque cuſtodia reſpiciebat, pupillo, ac matri à ferocitate tyranni non mediocriter metuens, qua erat animi ſolertia præditus, non opportuno ſolum conſilio utrumque ſervavit, ſed etiam Borgiam, qui ſe illorum oppido potiturum ſperaverat, cum egregia ratione deluſit. (15) Siquidem mœnibus oppidi, præſidioque diffiſus, pupillum clam lembo velociſſimo commiſſum, Venetias, matrem autem navi, quam Ancona acciverat, maxima contra tempeſtate, credere non auſus, virili ornatam habitu, ad fallendos hoſtis circum omnia pervagantes equites, pernici equo impoſitam, Florentiam, atque inde Genuam miſit; ut Juliano Cardinali tum Savonæ agenti propior quidem eſſet, ſed præcipiti tamen hominis

(13) Andream Conſalvum commendaviſſe tantum Petrum Murſiam, hinc integram libertatem ejus Andream ultro obtuliſſe f. 11. Inde nullâ mentione factâ petitione piſtrinorum ab Andreâ, in gratificationis monimentum, eadem donaviſſe, Capell. aſſerit f. 12.

(14) Hic anno 1498. Pontificatus verò PP. Alexandri VI an. ſeptimo, pridie Kal. Septembris Cæſar Borgia Hiſpanus Valentinus, Alexandri prædicti filius nothus ex Vanocia Cathanea concubina electus Archiep. Valentinus, Diaconus Card. S. Mariæ novæ; Legatus Apoſtolicæ Sedis de latere ſub patre ſuo, in Regno Neapolitano ad coronandum Federicum Regem Neapol. Item Legatus cum Rege Carolo in Ital. veniente pro recuperatione Regni Neapolitani, hic igitur Card. die ultima Auguſti viſus eſt primùm Romæ in cubiculo paramentorum abſque Cardinalitia habitu, quinimo cum veſte & bireto more Gallorum, quum prius in Conſiſtorio ſecreto abdicaſſet. Poſt Alexandri verò VI. patris ſui mortem, ſub Julio II. in Hiſpaniis occiſus Divino judicio. Plura, quæ dici poſſent hujus in hiſtoriis famoſiſſimi viri, prætereo, relatis tantùm quæ a Panvinio afferuntur. Ejuſdem retentiones a Pontif. Julio II. inde ab Hiſpan. Rege Ferdinando V. imperatas, quo modo executes deſcribit Guicciardin. lib. VI. Ejuſdem Acta fuſius legi queunt apud Paulum Jovium in Vita magni Conſalvi lib. III.

(15) Factâ namque petitione Senogalliæ per tibicinem, Andreas reſpondit, Joannam urgente infirmitate, medicinam eo die ſumpſiſſe, propterea colloquutionem cum eâ impeditam, in craſtinum præciſè reſponſuram. Nocte ſequenti aufugit ipſe: Repetenti Tibicini, Arcis Præfectus arbitrio petentis ſe, Arcemque dedit. Capel. f. 15.

minis ingenio ne omnino ſubeſſet, atque ipſe paulò poſt eam, deſperatis Senogalliæ rebus, eſt conſecutus. Genuæ verò mulier enm eſſet, res incidit lubrica in primis atque ad explicandum difficilis. Julianum quippe ingentis ſpiritus virum, væ ſana libido invaſit, oppidorum Joannis fratris aſciſcendorum, quæ Neapolitano Regno continebantur; eaque de cauſa intimum familiarem ſuum Caſtelderium ad Joannam Savonæ miſit, ac ſuo nomine teſſeras ab ea flagitare arcium juſſit, cum eas diceret nominis ſui, quam ipſius viduæ auctoritate fultas, ab hoſtilib. inſidiis tutiores futuras. Quo poſtulato, non leviter perculſa prudens mulier, ut quæ Juliani vaſtum, ac dominandi pereupidum animum perſpiciens, ſibi, ac pupilli rebus vehementer timeret, conſilio eum Andrea commuoicato, ex ejus auctoritate, reſpondit, Julianum ſecum parum ſincere ſibi videri agere, qui cum ſua ſibi dos non exigua debeatur mariti à ſe, oppida repetat, ac ſe cum dotalib. ſuis bonis, fortunis ejuſdem omnib. exuere tentet; nec mora, nuncin cum hoc reſponſo dimiſſo, verita, ne Julianus durius aliquod adverſus ditionem ſuam pro hominis ingenio conparatet, Andreæ conſilium auctoritatemque ſecuta, ad ipſa, quæ petebantur, oppida proficiſci contendit: neque vero inanis ipſius, aut falſa admodum conjectura fuit; nam Julianus magnifico ipſo mulieris ab Andrea, ut putabat, ſubornatæ reſponſo modice perturbatus, eundem cum ingenti pecunia nuncium ad ipſa oppida, ſi quo poſſet artificio occupanda, ire propere juſſit; qui duob. lembis vectus, aliquanto tamen, quàm Joanna ſerius ad ea (nam ſecundiſſima erat uſa navigatione) pervenit; quo cognito haud tamen deſtitit, quin valida militum coacta manu, ad oppidum, ubi Joannam acceperat eſſe, procederet, ac Juliani mandatis editis, Præfectum de tradenda ſibi arce tentaret. Quod ubi non proceſſit, à Præfecto ad Joannam, ut ad dominam introductus, cum crebris & ſuperbis iratæ mulieris percontationibus, quorſum tanta manu ſtipatus ad oppida ſua acceſſiſſet? quid Juliano in oppidis mariti ſui juris haberet; fatigatus, obmutuiſſet, gravioribus aliis ab ea verbis adjectis, tandem dimiſſus eſt. atque hæc quidem Jo. Roverejo & conjugi ejus viduæ amoris, ac diligentiæ plena, Andreas officia tribuit: ex quibus non ſolum egregia fides ejus perſpici potuit, ſed virtus etiam ac prudentia ſingularis. Quib. de reb. cum ſe in offenſionem Juliani, qui paucis poſt menſibus, Alexandro, ac Pio mortuis, ad Pontificatum elatus, Julium Secundum ſe appellarat, primùm abſens, haud obſcuris ſuſpicionibus intelligeret, deinde præſens ex vultu verbiſque Pontificis multo apertius cognoviſſet. Cum mulierem Romam gratulationis cauſsâ proſecutus eſſet, opportunè commeatu petito ab ea, retro inde Genuam ſe recepit, anno poſt Chriſtum natum ſupra milleſi-
1503 mum quingenteſimo tertio, quo tempore Ludovicus Galliæ Rex, Genuæ urbis imperium, prævalente Adurniorum factione, tenebat, cum triennio ante Ludovico Sfortia, in cujus clientela urbs ipſa fuerat, capto, eam in deditionem, Præfecto impoſito accepiſſet.

CAPUT V.

De terreſtri imperio à Genuenſibus ad Corſicam ei delato.

NOndum ullam Andreas patriæ operam navarat, virtutemve ſuam aliqua ratione probarat, cùm Corſica Inſula, ut fœcunda tumultus ſemper, ac ſeditionis, fuit, materiam egregiam declarandæ fortitudinis occaſionem aperuit. Hanc enim in poteſtate Genuenſium poſitam, non levi rerum motu ad arma Rinutius Rocca concive-rat: quem cùm bello perſequendum eſſe civitas cenſuiſſet, præcipuum rei bene geſtæ decus Andreas tulit. Primùm Dominici Doriæ (16) Imperatoris auſpiciis, ac præclaris aliis multis facinoribus editis, Rinutii filium juvenem ferociſſimum interfecit. Etenim non minimo ei ad victoriam uſui fuit: deinde perturbata civili diſſen- 1507
ſione Rep. (17) cum nobiles urbe à plebe exacti, conſiliis de recuperanda patria, quibus & hic interfuit, & ſententias ſalutares, atque honeſtiſſimas dixit, Savonæ agitatis per Ludovicum Regem Galliæ cum Adurniorum factione reducti eſſent, idem cum imperio adverſus Rinutium, res novas iterum in Corſica molientem, miſſus, pulſo, profligatoque Rinutio, atque ipſa tandem pacata Inſula debellavit. Quod eo admirabilius fuit, quod ducentis peditibus, & quadraginta equitibus ſecum duntaxat eductis (neque enim plures pro rerum anguſtiis dari potuerunt) trans montes profectus, quanquam cum ſummo omnium, quæ tum in Inſula erant, pedeſtrium, equeſtriumque copiarum imperio rem feliciſſimè geſſit, una tantum in re uberrimo inſignis victoriæ fructu frandatus, quòd Rinutius fugiens, ab affine ſuo Cattaneo, lembo ad littus forte ſedente, exceptus, Genuamque deductus: ſummum ac ſibi debitum ſupplicium Regii Præfecti gratiâ evitavit.

CAPUT VI.

De Præfectura triremium à Genuenſibus ei mandata, & rebus in ea geſtis.

ATque hæc quidem egregia terreſtris militiæ opera aditum ad maritimæ, de qua mox dicturi ſumus, gloriæ magnitudinem Andreæ patefecerunt, licet haud magnis tum opibus in civitate agenti, quod neque ab Aragoniis Regibus, pro quibus majorem fortunarum ſuarum partem profuderat, neque a Rovereis Principibus, à quibus noto Pontificis erga ſe Julii odio concitatus abſceſſerat, ullis ſatis dignis præmiis fuiſſet honeſtatus. Nam cum anno Chriſti 1511. Fregoſiorum factio, cui ipſe 1511
ſtudebat, fœderatis Romani Pont. Hiſpani Re-

(16) De quo ſup. in tex. Cap. II.

(17) Ab Huberto Folietta hiſt. Genuenſ. fusè hoc ſcribitur pagg. 691. & ſeq. ex edit. Vvander-Aa To. I. parte II. Theſ. antiq. & hiſt. Ital. ad ann. 1501. factiones inter nobiles & plebejos pro honoribus Magiſtratuum gerendorum obortas recitans.

Regis, & Veneti Senatus adverſus inviſam jampridem Ludovici in Italia potentiam armis, Gallis ipſis, atque Adurniis Urbe depulſis, eſſet reſtituta, ac Jano Fregoſio, cujus operâ, atque virtute res erat geſta, cum patrio Ducis nomine ſumma rerum permiſſa. Idem tantam jam apud cives ſuos gratiam, tantamque auctoritatem eximiæ virtutis, ac prudentiæ commendatione, & ſingulari quodam humanitatis, ac comitatis genere ſibi compararat; ut cum de Præfecto publicarum triremium legendo relatum eſſet, nemoque eſſet omnium, qui non eum maximo quoque honore digniſſimum judicaret, atque illius cauſa omnia vellet, facile conſentientibus omnium ſtudiis, unus ipſe ceteris omnibus ſit prælatus. Hunc igitur in modum Andreas quamvis, ut homo rei nauticæ rudis adhuc prorſus, & imperitus, à maritimo illo negotio, ut ipſe præ ſe ferebat, alieniſſimus, rogantium amicorum voluntate coactus, navalis ſtudii rationem inivit: in quo ita poſtea excelluit, ut ſcientia atque uſu nauticarum rerum longe omnes noſtræ Patrumque memoriæ homines anteceſſerit, fortitudinis vero, ac militaris audaciæ laude nemini ex ipſa, quam prope venerabundi colimus, antiquitate conceſſerit. Quarum virtutum clariſſimum, ut video, per ea tempora ſpecimen in opulentiſſimæ navis Gallicæ expugnatione univerſo Genuenſium inſpectante, atque admirante Populo dedit, quæ res in hunc modum adminiſtrata eſt. Jano Urbem tenenti, ad integram recuperandam Remp. neceſſarium viſum eſt, præſidium Gallorum de arce, quam ad Pharum à Ludovico Rege conſtructam ille tum in Italia ſolam tenebat, quacunque poſſet ratione dejicere; itaque vi primum fruſtra tentata, poſtremo ad obſidionem converſus, expeditam ad portus oſtium claſſem collocavit, qua Gallos maritimis commeatus ſubvectionibus intercluderet. Jamque brevi ſe voti compotem futurum ſperabat, cum oneraria navis è Gallia, omni cibariorum, ac bellicorum inſtrumentorum genere refertiſſima, inflatis velis cum inſignibus Genuenſibus, quaſi in portum ingreſſura, ſecundi vi venti, per mediam Genuenſium claſſem incitata, ad arcem appellitur: ac nulla interpoſita mora, nautæ funibus in littus ad deligandam navim illatis, onera ipſa cum magna obſeſſorum gratulatione exponunt. (18)

CAPUT VII.

De triremibus Genuenſium emptis & opera in ſectandis prædonibus navata.

HUjus rei conſpectu, univerſa Civitate prope attonita, quod ſe propterea, multorum una hora menſium, obſidionis fructum amiſiſſe arbitraretur, Andreas à virtute, atque audacia petendum eſſe auxilium prædicans, è veſtigio trecentis viris ſecum aſſumptis, navim armatam conſcendit, quodcunque aut ab incumbentibus ab arce hoſtibus, aut à circumfuſis ſcopulorum cautibus periculum ſubiturus; protinus rudentes, quibus navis attinebatur, præcidit, atque harpagonibus in eam injectis, continuo navim inde ad S. Petri ad arenam littus, proſpero adjuvante vento, atque egregia ſuorum ſe incitante virtute, abducit. Neque verò ignoro, non defuiſſe, qui captæ onerariæ decus Emanueli cuidam Caballo navis gubernatori aſcripſerint; verùm ut de Andrea potius exiſtimem, me cum certorum hominum, qui cum Genuæ agebant, teſtimonium, tum idonea admodum ratio movet; neque enim probabile mihi videtur, virum & virtute & factis inſignem, atque ejus negotii & triremium Genuenſium, ignobilis gubernatoris arbitrio ſubjici voluiſſe. Hujus tamen induſtria aut in excipiendo vento, aut in expediendo conſilio, Andream eſſe adjutum, non abnuerim, aut certe Emanuelem, re poſt Andreæ vulnus egregie adminiſtrata, magnam honoris partem opinione hominum decerpſiſſe, facile exiſtimaverim. Siquidem ſatis conſtat, Andream, qui inter moliendum, cum continentibus tormentorum globis ab arcis præſidio peteretur, diffracti, reſilientiſque ligni fragmine adeò vehementer eſſe percuſſum, ut multo effuſo ſanguine exanimis procubuerit, atque horæ ſpatio pro mortuo habitus parum abſuerit, quin à ſuis in mare tanquam deſperata viri ſalute projectus ſit, quo periculo majus nullum unquam, dum vixit, adivit.

Mutata eſt interea ſemel, atque iterum adminiſtratio Civitatis: cum eodem anno, à Fregoſiis ad Adurnios, ab Adurniis ad Fregoſios Reſp. ſit traducta. Janum autem Fregoſium, cùm Antoniottus & Hieronymus Adurnii fratres, Ludovici Regis iterum in Italiam irrumpentis auxilio fulti, Urbe dejeciſſent, meritam Andreas diligentiæ laudem tulit, cum ipſum triremibus exceptum, Spediam incolumem deportavit. Adurniis verò intra menſem ſocialium præſidio copiarum exactis, Octavianus Fregoſius imperium Civitatis obtinuit: neque enim Janus, propter Hieronymi Fliſei civis primarii cædem, à fratrib. ejus, haud ipſo inſcio, ut rebantur homines, indigne patratam, ipſi admodum erat nobilitati acceptus. Hic primùm patrio Ducis nomine aſcitu, Remp. gubernavit: poſt, cùm Adurnios, & Fliſcos ejuſdem ſocialis exercitus armis de ſe Urbe ejiciendo ſecretò agere cognoviſſet, ira percitus, atque animi dolore incenſus, re Genuenſium ad Franciſcum novum Gallorum Regem translata, Urbem Præfecti Regii titulo per multos annos adminiſtravit. (19) Eo igitur tempore Federicum Octaviani fratrem cum claſſe in Africam profectum, Andreas cum ipſis Civitatis triremibus proſecutus, prima nauticæ gloriæ fundamenta jeciſſe exiſtimatur, piratis, quorum tum infeſtis latrociniis maria, navigiaque Chriſtianorum omnia miſere vexabantur, ſumma ſolertia indagandis, perſequendis, atque extremo, quos adipiſci poſſet, ſupplicio afficiendis.

Qua ex re mirifice jam omnium celebrari

(18) Vide Guicciardini hiſt. ad ann. 1515. libro XI. edit. Venet. Gabrielis Joliti pag. 547., ubi vulneratum Andream fuiſſe in vultu ea occaſione ſcribit.

(19) De quo vide Thuani hiſt. lib. I. an. 1519., & pacta inter Octavianum, & Galliæ Regem inſtituta apud Guicciardinum lib. XIII.

ri ſermonibus cœptum, Octavianus, & Federicus tacitis quibuſdam animi ſuſpicionibus, & ſimultatibus incitati, ab ea Præfectura ſummovere tentarunt: verùm amicis Andreæ contra nitentibus, maximeque, qui ſe prædes Reip. pro illius adminiſtratione obſtrinxerant, nihil profecere, quin etiam eundem ſuppeditatâ pecuniâ, ad triremes à Rep. emendas impulere, haud modicam jam tum ſibi fortunam, & gloriam animo deſpondentem, ſi rem pro arbitratu, atque judicio ſuo gerere, triremium factus dominus poſſet. Itaque duabus triremibus ad inſectandos prædones converſus, brevi ex eorum ſpoliis tertiam, nec multo poſt tribus ad Ginuttarum Inſulam (20) myoparonibus interceptis, quartam militariter exornavit; cum pariter ſtipendio publico non ſufficiente, opimis eorum, quos in dies capiebat, manubiis graviſſimas augeſcentis in dies claſſis impenſas ſuſtineret, inter quos unus è Turcico genere nomine Cadolinus enituit. Hunc cum octo triremibus ac triremium ornatiſſima Tyrrhenum mare latè turbantem certis auctoribus comperiſſet, ut erat acri contra piratas odio inflammatus, protinus ſibi perſequendum ſex triremibus eſt arbitratus, quarum quatuor nexorum, duas, quæ civitatis erant, ſolutorum remigum ſupplemento inſtructas habebat, qui numerus haud ſanè piraticæ impar erat claſſi futurus, niſi ſolutorum remigum imperitiâ tardiores duæ triremes remulco à nexis duarum hominibus tractæ nonnullo navigationi impedimento fuiſſent. Accidit autem ut cum Andreas duab. multo expeditiſſimis antecedens longè à reliquis ſegniore curſu propter remulci laborem ſubſequentibus abeſſet, ad Planæſiam Inſulam haud multum ab Ilva diſtantem, Cadolinum proſpexerit, & ipſum infenſo adversùs ſe animo contendentem. Itaque licèt quam iniqua pugnaturus eſſet conditione, non ignorabat, ſi duabus triremibus tot in ſe procurrentium navigiorum impreſſionem exciperet, tamen ne terga vertens archipiratæ animum famamque augeret, ibi eum opperiri conſtituit. Quo cognito Cadolinus tanquam ad non dubiam opimæ ſpem prædæ incitatus, tota claſſe in duas Dorianas triremes invectus, prælium init. Jamque prætoriam Andrea acerrime defendente, triremis altera, ab omni parte circumventa, atque oppugnata laborare incipiebat; Philippinus Doria, vir impiger & prudens, quem Andreas quatuor triremium ſubſequentium imperio præpoſuerat, remulco relicto, cum duabus nexorum triremibus expeditis acceſſit: cujus adventu redintegratâ pugnâ, multis utrinque cadentibus, magno ſpatio fortiſſimè dimicatum eſt. Andreas primùm pilæ minoris tormenti ictu brachium cum aliquo victoriæ detrimento tardatus, poſt brachiali, ex quo propter contuſionem dolorem, quàm detrimentu majore afficiebatur, abjecto recreatus, ac duabus demum liberi navigii triremibus ſupervenientibus auctus, cum audacior ad pugnam rediſſet, non ante dimicare deſtitit, quàm univerſam claſſem in poteſtatem, duabus biremibus exceptis, adduxit; quæ dum intentior ab Andrea pugna miſcetur, in altum ſe è conſpectu protinus abripuerant. Quæ victoria incredibile memoratu eſt, quantam Andreæ famam propter ſummam prædonis auctori- 1519
tatem attulerit, ac nomen ejus quàm longa lateque apud omnes nationes extenderit. (21)

CAPUT VIII.

De maritima præfectura à Franciſco Gallorum Rege ei delata, & rebus in Provincia & Liguria adverſus Cæſarianos geſtis.

POſt autem cum Antoniottus Adurnius Genuâ Hiſpanicis Caroli Cæſaris copiis cum Octaviano Fregoſio captâ, (22) atque direptâ, ac Fregoſia factione exturbata, Adurniaque reducta, iterum civitatis imperium, Ducis aſſumpto nomine, invaſiſſet, Andreas, ne tot malis, quibus graviſſimè illius offendebatur animus, intereſſet, magno nobilium, atque exulum Genuenſium globo comitatus urbe exceſſit, ac Monichum profectus, omnium conſiliorum ſuorum rationibus diligenter ſubductis, quod Rep. in manu inimicorum poſita, unde claſſem toleraret, habiturus non eſſet, opportunum rebus ſuis Franciſcum Galliæ Regem arbitratus, eundem de certis ſtipendii, obſequiique conditionibus laceſſivit, in quas cum ſummo Rex ſtudio conſenſiſſet, extemplò Andreas maritimi Præfecti titulo (Capitaneum hunc vulgo dicimus) inſignitus, ut rem regiam adjuvaret, in Provinciam provectus, Cæſarianos ibi bellum gerentes variis, prout res tulit, afficere incommodis, ac maleficiis cœpit: quod ei haud quaquam fuit difficile factu; quippe qui triremes haberet lectiſſimo remigum genere inſtructiſſimas; claſſiariis autem uteretur, non tam navalibus, quàm pedeſtribus prœliis aſſuetis, ita ut ſorte eorum operâ veteranas etiam Hiſpanorum cohortes, quæ tum fortitudine, atque rei militaris uſu, reliquum gentium omnium peditatum ſuperare putabantur, ſæpiſſimè fuderit, atque eorum ille fidem ſolertiamque graviſſimis ſtipendiis redimeret, quæ ex perpetuis piratarum prædis in maximis pecuniarum, quæ à Rege ſuppeditabantur, anguſtiis redigebat: Qua gloria non contentus, cum Solymanus Turcarum Rex, mirifica Chriſtiani delendi nominis, ac patrii propagandi imperii libidine incitatus, Rhodum Inſulam omni apparatu bellico oppugnarat, Regi, in cujus tum fortè aula erat, pro animi ſui magnitudine pietateque auctor eſſe cœpit, ut obſeſſæ nobiliſſimæ Inſulæ maturum auxilium ferret, remque aggrederetur cum Regia Majeſtate digniſſimam, tum univerſæ Chriſtianæ Reip., ac præcipuè Rhodiis, qui ibi obſiderentur, Militibus ſalutarem, quorum magnum è Gallia numerum eſſe conſtaret; quin etiam conſilii ſui rationem explicare ingreſſus, rem tantam ſe cum ſuo, ac triremium ſuarum periculo ad exitum perducturum aſſeruit: cujus prætermiſſæ laudis cauſſam, alii Regi tribuendam putarunt

(20) *Iſle de Galbe* nonniſi Ilvam conjector.

(21) Ad eumdem annum fuſius idem narrat Folietta, Collenucius Roſeus & Coſta To. II. pag. 16.

(22) Vide Foliettam ad a. 1522. pagg. 725. ad 728.

runt, qui inexpiabili in Carolum odio inflammatus, atque animo in ejus unius exitium incitatus, parum de ſecundis Solymani ſucceſſibus laboraret: alii purpuratis ejus miniſtris, quòd ab Andrea, quem augeri, & ſua, & Adurniorum amicorum ſuorum cauſa ægrè patiebantur, alieniſſimi eſſent; quare inde ad claſſem regreſſus eo animo, ut quod ad Rhodum non poterat, in Provincia, rem gloriamque, Regis idoneam nactus facultatem, augeret: ibi multarum, maximeque ad commemorationem illuſtrium virtutum exempla edidit. Nam cùm Carolus Borbonius Caroli Cæſaris, ad quem à Franciſco Rege defeceret, exercitu in Nicæenſem agrum adducto, per aliquot dies ad Varum fluvium conſediſſet, ac claſſi ejus decem & octo triremibus conſtanti, Galli onerarias aliquot naves ac triremes decem, ex quibus ſex Andreæ erant, oppoſuiſſent, commodiſſimum eſſe, Andreas admonuit, ut Galli Cæſarianam claſſem nihil tum tale ſuſpicantem invaderent. Qua approbata ſententia repente tanta vi claſſis Gallica in Cæſarianam ſecundo adjuta vento ſe intulit, ut cùm primum illa impetum ſuſtinere non poſſet, fuga ſalutem petere contenderit: ex qua, cùm Andreas tres triremes longè à ceteris avulſas inſecutus, in litus Nicæenſium impuliſſet, ne ſcaphis ad eas extrahendas immiſſis in poteſtatem adduceret, Cæſariani equites à terra ſubvenientes, atque in mare uſque procurrentes, opportune prohibuerunt. Atque hoc quidem argumento prudentiæ ſit; abſtinentiæ vero, quòd eodem tempore Filibertum Principem Auraniium ſummæ potentiæ, ac magnæ auctoritatis virum, cum parone ex Hiſpania ad exercitum Cæſaris vectus, temere ſe triremibus Dorianis, Cæſarianas eſſe arbitratus, immiſcuiſſet, cum aliquod nobilibus hominibus, in poteſtatem redactum, magno quidem auri, quo ſe redimebat, pondere induci ad dimittendum potuerit, verum gratis Franciſco ipſi Regi eos poſtulanti conceſſerit, diligentiæ vero, quod cum Borbonius, reliqua in tumultum, metumque conjecta Provincia, Maſſiliam, quæ una reſiſtebat, oppugnare pararet, eam ipſe militibus, frumento, rebuſque neceſſariis reliquis, quarum maxima in Urbe erat difficultas, confirmarit, atque ab Arelatis amne Maſſiliam ſæpius, per medias hoſtium ſtationes, mediaque tormenta devexerit: quodque hoſtium exercitum infecta inde re diſcedentem, ſecundum oram perſecutus, (23) plurimis detrimentis affecerit ac Varagium (24) oppidum in deditionem acceperit. Nam virtus atque excellens ejus in re militari auctoritas poſt ſatis cognoſci ex eo potuit, cum ab Ugone Moncata, claſſis Cæſarianæ Præfecto, Genua ad Varagium recuperandum egreſſo, peditum tribus millibus in litus expoſitis, ac mœnibus verberari cœptis, ipſe ex Vadorum ſinu, hoſtilium tormentorum ſtrepitu excitatus, cum claſſe accurrit; atque omnes ejus copias ſolo adventus ſui terrore fugavit; ipſumque cum multis Centurionibus ducem captivum abduxit. Poſtquam autem inclinante Gallorum fortuna, Franciſcum Regem ad Ticinum captum, (25) atque ornatiſſimum ipſius exercitum profligatum accepit, ut quam poſſet afflictis rebus ejus opem afferret, continuò Albaniæ Ducem cum novo exercitu in Regnum Neapolitanum pergentem, ad Stephanium in agro Senenſi portum, claſſe ſua exceptum, ſalvum cum exercitu in Provinciam reportavit. Regem autem captivum, cum in Hiſpaniam Cæſariana claſſe deduceretur, petentibus id enixè Cæſarianis, proſequi, quod id ſibi parum decorum exiſtimaret, uſque adeo conſtanter negavit, ut precibus etiam ejus de præſtando Cæſarianæ claſſi periculo ægre conceſſerit. His tamen rebus pro Rege egregie, atque cum fide adminiſtratis, ipſe, rerumque ejus magnitudo quotidie conteri, recta, ac ſalutaria conſilia elevari, ſtipendia parce, anguſteque ſuppeditari, atque hæc omnia inſolenti Regiorum Miniſtrorum obtrectatione fieri, quos cum reliqua Andreæ gloria, tum ea potiſſimum injuria vehementer angebat, quod navalis prædæ, quæ vix militibus exulibuſque, quos ſecum habebat, alendis ſufficiebat, partem attingere nullam, ut reliquorum, ſic Andreæ cultu atque obſequio poſſent.

CAPUT IX.

De maritimo imperio à Clemente VII. Pont. ei delato, & rebus pro recuperanda Genua geſtis.

QUibus injuriis haud immerito accenſus vir gravis, & contumeliæ impatiens, haud invitus fecit, ut cum bona Regis venia ad Pontificem Maximum Clementem præſertim invitatus acceſſerit. Hic acerbam jampridem cum Carolo ſimultatem exercens, nomine quidem, ut litora ſua à ſævis piratarum incurſionibus tueretur, re verò, ut nimiam Caroli in Italia potentiam, quoad poſſet, affligeret, & claſſem, & claſſis ducem ſibi parandum putavit. Claſſis octo triremium, duarum Pontificiarum, ac ſex Dorianarum, fuit: dux Andreas virtute, atque auctoritate præcellens cum maritimi imperii titulo, qui Ammirantis vulgo dicitur, atque annuo 1525 triginta quinque millium aureorum nummorum ſtipendio eſt aſcitus. (26) Quo præſidio fultus, arctiſſimo continuò ſe fœdere cum Franciſco Gallorum Rege, jam ex Hiſpania in Regnum ſuum dimiſſo, ac Senatu Veneto, & Franciſco Sfortia Mediolanenſium Duce conſociavit; in quo, cum alia Cæſari adverſa continebantur,

tum

(23) Savonâ potius Regis Galliarum nomine. Capell. f. 26. quod auctor noſter intra cap. IX.

(24) Et Voragium, Varago, Vorago, atque antiquitus Vicus-Virginis in ora Genuenſi occidua; à Savona in ortum 6. mill.

(25) X. Calend. Februar. 1525 die Cæſaris natal. Thuan. hiſt. lib. I. ad eumd. ann. 1525.

(26) Sub ſpecie oras Eccleſiaſticæ ditionis maritimas ab incurſionibus Maurorum tuendi, dicto ſtipendio à Pontifice aſſignato, Andream cum octo triremibus conductum refert Guicciard. *circa init lib.* XVII. Atque Folieta ad eumdem & præcedentem in marg. aſſignatum annum.

tum de Mediolanenſi obſidione ſolvenda,(27) Neapoli, & Genua Carolo extorquenda, diſertè perſcriptum erat, ac reliquis quidem negotiis per alios, alioſque duces opportunè tentatis, cùm de Genuæ expugnatione conſultaretur, Andreæ ſententia fuit, ut Gallica claſſis, quæ in portu eſſe Maſſiliæ dicebatur, ad adventantis hoſtilis claſſis tranſitum impediendum, intenta ſederet, ipſe ſuis triremibus latè Liguriæ litora incurſans, Adurnios tum Genuæ dominantes, in ſummam rerum omnium difficultatem adduceret; quo conſilio, Gallorum, uti opinio fuit hominum, culpa omiſſo, placuit haud ita multò poſt, ut Veneta, Gallica, ac Pontificia claſſis in unum contracta ſuperiorem inferioremque Liguriæ oram accuratè percurreret, ac Genuam omni, quæ à mari ſubvehi poſſet, re frumentaria intercluderet. Ita Venetæ, ac Dorianæ triremes, ex parte Centumcellenſi in Delphini Portum; Gallicæ, ex Maſſilienſi in Savonenſem, (oppido ipſo ante Savonæ ſumma oppidanorum voluntate in poteſtatem adducto) delatæ, intentis omnia ea litora cuſtodiis infeſta reddere inceperunt; atque hoc quidem tempore, atque in hac obſeſſione, non obſcura virtus Andreæ fuit, qui naves aliquot ex hoſtili claſſe frumento onuſtas adortus, alias noxiis tormentorum ictibus labefecit: nonnullæ in altum ſe proripientes, ſecundo actæ vento Neapolim evaſerunt; & cum Senarum Urbem Pontifex terreſtri navalique apparatu oppugnare conſtituiſſet, (28) idem littoribus Senenſium pertentatis, ac Telamonis, Herculiſque portu occupatis, ei victoriæ, quantum in ſe fuit, non minimum profuit.

CAPUT X.

De maritimo imperio a Franciſco Rege Gallorum ei delato, & Genua recepta.

1527 POſt autem Carolo Borbonio cum maximo Hiſpanorum Germanorumque exercitu rectà per Æmiliam, Etruriamque Romam profecto, cum urbs repente capta, ac miſerandum in modum direpta, (29) Pontifex ipſe in arce per Borboniani exercitus duces fœde per aliquot menſes obſeſſus eſſet, Andreas indigna Pontificis calamitate perculſus, conſilii, ac pecuniæ inops, (neque enim integra à Pontificiis Quæſtoribus ſtipendia exegerat) quanquam à Cæſarianis invitatus, tamen iterum ad Gallos acceſſit, vetere Regis, & novo Pontificis rogantis, ac valde ne Carolo ſe adjungeret, dubitantis ſtudio incitatus, atque maritimi Præfecti titulo cum annuo triginta ſex millium aureorum ſtipendio affectus, juſſu Regis, cum octo, quas jam inſtructas habebat, triremibus Liguriam, ut ante, invadere, Genuamque premere juſſus eſt, quæ, præter ſummas rei frumentariæ anguſtias, graviſſima etiam peſtilentia laborare inceperat (30). Jam Delphini portum, non levi militum præſidio Adurnii tenebant; ibique præter aliquot naves, quæ frumento refertæ, idoneum, quo Genuam perveherentur, ventum expectabant, multarum triremium claſſem habebant: cui cùm ab Andrea non dubium imminere periculum Antoniottus videret, continuò Auguſtinum Spinulam Prætorii Præfectum, cum Prætorianis cohortibus, terreſtri itinere ſubſidio miſit, is ex montibus in planitiem quandam deſcendens, cum in Philippinum Doriam incidiſſet, ab Andrea cum haud invalida militum manu objectum, commiſſo prœlio, hoſtes, Philippino ipſo capto, fudit ille quidem, verum ab Antoniotto, adverſus Cæſarem Fregoſium revocatus, potiorem victoriam Andreæ conceſſit. Siquidem Andreas in claſſem invectus, è portu enavigare adverſo vento parantem, triremes omnes, præter unam, atque onerariam omnium rerum copia refertiſſimam cepit, atque extemplo Genuam, ut Cæſaris conſilia adjuvaret, vela direxit; hic Cæſar, Jani, de quo ſupra diximus, filius, ab Odetho Lotrecchio duce Gallico, ab oppugnatione Boſchi, Mediolanenſis ditionis oppidi, cum non contemnenda peditum, equitumque manu ad tentandam aliqua ex parte Genuam miſſus, ad Fanum S. Petri ad Arenam, in omnem rei bene gerendæ occaſionem intentus, caſtra habebat; atque Adurnios, per caduceatorem ad deditionem, niſi extrema belli pati detrimenta vellent, provocabat; neque vero Genuates Antoniotto cedente, deditionem recuſaſſent, niſi duriſſimam illam à Lotrecchio, ad quem miſerant, conditionem retuliſſent, ut Savonæ, quæ tot ante ſeculis Genuatium poteſtati ſubjecta fuerat, ab eorum, ut tunc erat, imperio avelleretur. Itaque ubi res convenire non potuit, ad reſiſtendum converſi, in Cæſarem, quem, cognitis ejus copiis, jam planè deſpicere cœperant, erumpere ſtatuerunt. Sin eductis poſt intempeſtam noctem Prætorianis, ac Cæſareis excubiis ad S. Benigni ædem repente oppreſſis, prima ad eum luce perveniunt. Is ex trepida vigilum ſuorum fuga, hoſtes adeſſe ratus, idoneo pro tempore conſilio capto, caſtra communire inſtituit: onerarias quippe duas, quæ in eo tum forte litore extruebantur, raptim ab Oriente, & ab Occidente: à Septentrione verò naviculas alias, pro vallo, cum ad Meridiem mare protegeret, objicit: atque eo munimento ſeptus, hoſtes in ſe irrumpere contendentes, non ſolum fortiſſime repulit, ſed inſigni etiam per ſcloppetarios in navibus & vallo diſpoſitos, detrimento affecit; quin etiam effuſâ Urbem fugâ petere coactos, cum ſuis acriter conſecutus, uno cum hoſtibus agmine, portam Urbis, quod vix unquam ſperarat, intravit, neque verò tantæ occaſioni Andreas defuit, verùm Savona, quò ab adverſa tempeſtate rejectus fuerat,

(27) A Marchione Piſcariæ nomine Cæſaris, apud Bugatt hiſt Mediol lib VI. pag. 782.

(28) Senenſes non ſine moleſtiâ in maris litoribus extitiſſe, quoniam Andreas Doria, qui à principio Telamonem, Herculiſque Portum occupaverat, eaque cuſtodiebat, refert Guicciard. *lib.* XVII *poſt med.*

(29) Poſtquam a Totila poſtremò vaſtata fuerat anno poſt quingenteſimum quadrageſimo. *Hiſt. Thuan. ad hunc ann.*

(30) Hoc anno magnâ annonæ penuriâ laboratum, ut terni tantummodo, iique perexigui panes viritim diſtribuerentur. Ineunte autem vere graviſſimâ maximeque horribili peſtilentiâ Urbs conflictari cœpit. *Folietta ad hunc annum.*

rat, remiſſiore uſus vento, cum claſſe & cohortibus in portum eodem temporis momento, ſe intulit, ita perculſa ancipiti terrore Civitate, cum Antoniottus in arcem trepidus refugiſſet, Auguſtinus autem Spinula in tumultu captus eſſet, Genua iterum in poteſtatem Gallorum, & Fregoſianæ factionis, egregiam Andrea in primis navante operam, eſt adducta; cùm Antoniottus ex arce incolumis dimiſſus, Auguſtinus cum Philippino captivus, eſſet permutatus. Rex Theodoro Trivultio (31) ſummam Civitatis adminiſtrationem cum Præfecti Regii titulo detulit, qui fuit annus poſt Chriſtum natum, MDXXVII.

Neque verò hoc loco de ſingulari Andreæ indulgentia ſilendum, atque æquitate videtur, quam in cives ſuos per Genuenſem obſidionem perpetuo contulit; neque enim prædam ille interea ullam ex agro adverſariorum avertit, aut eos ullo maleficio umquam affecit, cum milites ejus quotidie in litus egrederentur, atque omnia uſque ad Pharum hoſtili more pervagarentur: Imò vero omnes cives, ſecuro, ac tranquillo animo, villarum ſuarum amœnitate frui, ut in pace, permiſit; quæ in Corneliano, in Campis, & ad Fanum S. Petri ad Arenam, magnifico in primis opere ædificatæ, ac liberali culto conſtructæ viſuntur; quin etiam, quas naves frumento onuſtas cepit, earum frumento vendito, pretium dominis reddidit; ut facile appareret, eum non commodi ſui, neque damni alieni cauſa, ſed patriæ ex inimicorum manibus eripiendæ gratia, bellum adminiſtrare; poſtquam autem recuperata Repub. Civitatem magnis premi annonæ difficultatibus ſenſit, nihil habuit antiquius, quàm, ut diverſis ſubvectionibus, rem frumentariam expediret; neque ſolum, ut omnium rerum neceſſariarum magna copia, ſed vilitas quoque ſumma ſuppeteret. Itaque ne qua eorum, qui panem divendunt, fraude, annona ingraveſceret, ipſe ei ſe negotio, unum præter ceteros, voluit præfici; quo certius malitioſas eorum ludificari poſſet inſidias; qua diligentia, cum incredibilem ab omnibus utriuſque factionis civibus ſibi benevolentiam conciliaſſet, ad commune gaudium cumulandum, matrimonium, quod multis ante annis cum Peretta Gherardi Uſodimari filia occulte contraxerat, divulgavit; ac nuptias quàm magnificentiſſimo apparatu celebravit, quæ mulier, cùm præclaris corporis & animi virtutibus, tum Innocentii Octavi Pontificis, cujus ſororis filia erat, neceſſitudine, & Alphonſi Carrecti Finarii Marchionis, cujus uxor fuerat, matrimonio, una præter ceteras excellebat. Quæ omnia, ut lætiora, atque hilariora eſſent, divina, ac planè regia Franciſci munificentia fecit: qui ſingularibus Andreæ virtutibus, rebuſque pro ſe geſtis ad rationem diligentiſſimè revocatis, cum præter cætera, Genuæ ſe per eum potiri, quo nihil ſuis eſſet conſiliis opportunius intelligeret, ut meritis eum præmiis afficiens, ad majores res aggrediendas accenderet, maritimi imperii dignitate, quæ Ammirantis appellatur, ornavit, & Langen viro illuſtri ad id Genuam miſſo honeſtiſſimo equeſtris Ordinis, qui Divi Michaëlis dicitur, titulo decoravit, ac Comitatu etiam Martemghæ in Provincia, brevì ſe donaturum eſſe oſtendit.

CAPUT XI.

De rebus pro recuperando Regno Neapolitano in Corſica, & Sardinia geſtis.

INterea Rex, magna (ſi fortuna aſpiraſſet) animo agitans, ſociis conſiliorum, fortunæque ſuæ Venetis, ceteriſque Principibus Italiæ per fœdus aſcitis, (32) cum Lotrecchium, cujus opera Boſchum, Alexandriam, ac Ticinum, in Mediolanenſi ditione ſubegerat, à terra Regnum invadere Neapolitanum juſſiſſet, Andream ad oras Caroli tentandas, & ejus diducendas copias, cum inſtructiſſima ſex ac triginta triremium claſſe miſit; ex quibus ſexdecim Venetorum, Gallicæ duodecim, octo Dorianæ erant; eamque Rentium Cæritem ducem, & Langeum Gallum Legatum ſuum, cum tribus millibus peditum conſcendere imperavit; quibus Andreas exules præterea è Sicilia multos adjecit, quos ipſe ſuis & ſumptibus, & ſtipendiis in Provincia toleraverat. Hi primo petendæ oppugnandæque Siciliæ; exulum Siculorum ſumma omnium pollicentium auxilia, conſilium habuerunt. Verùm idoneo navigandi tempore, Rentianis copiis expectandis tempore fruſtra conſumpto, incommodis adventantis jam hyemis, tempeſtatibus, ac re frumentaria in dies magis deficiente, compulſi deſtiterunt. Verum quod viderent, Sardiniam, & reficiendis ſuis propter ubertatem, & diſtinendis hoſtibus, propter vicinitatem æque eſſe, ac Siciliam opportunam, eò proficiſci decreverunt. Ita è Liburni portu profecti, cum in Corſica iiſdem adverſantibus tempeſtatibus, dies aliquot abſumſiſſent; tandem ſecundam nacti navigationem, ad Longoſardum, deſertum Sardiniæ locum acceſſerunt, & copias eventu parum proſpero expoſuerunt. Nam milites ad laceſſendos hoſtes, frumentationemque conficiendam progreſſi, cum Inſulæ partem pervagati, inania propter inſignem anni ſterilitatem omnia inveniſſent, vehementer difficultate rei frumentariæ laborare cœperunt; cui malo morbi etiam acceſſere, quibus plerique mox propter victus inopiam, varias Sardoi Cœli, ſævientium tempeſtatum injurias, & triremium, intolerandas plerique anguſtias gravius affici non paucis intereuntibus cœpti ſunt. Ergo hi in-

(31) Hic Petri filius, qui pluries in bello Gallis inſerviit, ſignanter annis 1509. 1512., & 1521. Mediolani Gubernator a. 1525., item Genuæ a. 1527, & tandem Lugduni mortuus a. 1531., atque in Eccleſia Fratrum Prædicator. tumulatus. *Ciacconius*, *Auberi* &c.

(32) Capitula conventa die VII. Decembris Anni 1527. inter Ligam, Sanctiſſimam nuncupatam, videlicet Clem. VIII. Papam, Franciæ, & Angliæ Reges, Dominium Venetum, Ducem Mediolani, Rempublicam Florentinam, & Ducem Ferrariæ ab una, & Fridericum de Gonzaga March. Mantuæ ab altera parte &c. Vide apud Du-Mont Corp Univerſel Diplom., ubi hæc per extenſum relata ad pleniorem hujuſce fœderis cognitionem comparandam T. IV. p. p. reperies,

incommodis conflictati, tamen ne fruſtra in ea loca exercitus adductus videretur, Caſtellum Aragonenſe, terra, marique oppugnare inſtituerunt; verùm, quod erat locus, & naturali ſitu, & firmo Hiſpanorum Sardorumque præſidio munitus, haud quidquam profecere; his de cauſis, & quòd adverſa tempeſtas increſcebat, ac litus illud importuoſum erat, Andreas claſſem in portum Aſinariæ inſulæ retulit; exercitus autem, qui in Sardinia relictus fuerat, uſq; ad Saſſaros frumentandi cauſsâ proceſſit; verùm ne ab ea quidem parte, quòd & valetudine in dies gravius tentaretur, & ſimul Sardos ad decem millia conatibus ſuis adverſarios inveniſſet, rem gerere ex ſententia potuit: imo verò, vix Sardorum ſuſtinere impetum potuiſſet, niſi nautica manus, maritimis, terreſtribuſque prœliis aſſueta, ab Andrea de induſtria ſubſidii cauſsâ ſubmiſſa, in tempore ſubveniſſet. His autem malis, cum milites, alii morte ſublati, alii languore impediti, haudquaquam ſatis firmi rei bene gerendæ viderentur, accedat etiam illud, quod jam non tam exercitus, quàm claſſis, difficultate rei frumentariæ premebatur, quòd Sardi annonæ genera omnia longe ab hoſtibus abduxiſſent, atque ad firmiora loca devexiſſent, ut omittam quòd quatuor Venetæ triremes aberant, quæ ex Corſica Liburnum, cùm claſſis aſſequi curſum non poſſent, ſe receperant: & Gallica una, tempeſtatis atrocitate, in altum tranſverſa navigatione ſe proripuerat; quibus difficultatibus objectis, Andreas nihil amplius in Sardinia profici poſſe ratus, ad Rentium, & Langeum de præſenti claſſis, & exercitus ſtatu, per internuncium refert. Illi expedito conſilio placere ſibi reſpondent, ut Tunetem in Africam adeatur. Nam id oppidum non longè à Sardinia abeſſe, & Regem illum Gallorum amicum, facile omnia, quibus egeant, ſuppeditaturum, quod is paulò ante magnificis muneribus miſſis, ſe ac ſua Regna obtulerit, ac facilem inde in Siciliam tranſitum demonſtravit. Contra verò Andreas, claſſem incertæ Regis barbari fidei committere, parum tutum eſſe, & cum ſpem exiguam rerum opportunarum inde oſtendit, tum remiges, & claſſiarios milites, partim mortuos, partim morbis graviſſimè jactatos, male ad rem gerendam eſſe idoneos; ſe, quando claſſem à Rege commiſſam haberet, dare operam debere, ne quid, quantum ipſe providere conſilio poſſet, detrimenti acciperet: proinde ſatius ſibi videri in Italiam regredi: atque re frumentaria diligenter proviſa, exercituque per ocium recreato, in Neapolitanum mare concedere, oraque illa turbauda, ac Neapoli obſervanda non inanibus Lotrecchii incœptis, bellum terra, marique gerentis adeſſe; quæ cum Rentio, & Langeo probaſſet, ſine cunctatione exercitu in claſſem reducto, in Hetruriam rediit, verùm quod à Senatu Genuenſi ſummo ſtudio in urbem advocabatur, Philippinum Doriam Legatum ſuum cum octo triremibus, quarum ſeptem ſuæ, una Antonii Doriæ erat, ad rem in Neapolitana ora gerendam miſit: ipſe cum una triremi Genuam profectus eſt; lætiſſimo ſcilicet illo nuncio, cujus cauſâ accerſebatur, erectus, quòd Franciſcus Rex oſtenderat, velle ſe antiquam Genuæ libertatem reſtituere, ejuſque cauſſam adverſus oppugnatores, in perpetuum pro virili parte defendere,

CAPUT XII.

De Cæſarianis prœlio navali ad Neapolim profligatis.

CEterum, dum ille Genuæ verſabatur, 1528
Lotrecchius terrâ, Philippinus mari Neapolim acri obſidione cingebant. Ugo verò Moncata, Cæſarianæ claſſis imperator, quòd famâ acceperat, viginti Venetorum triremes brevì affuturas, quarum maturo adventu ſpes omnis adimebatur, Neapolis maritimo, quod in Sicilia parabatur, ſubſidio ſublevandæ, ut huic, quoad poſſet, incommodo mederetur, Philippinum haud magno navigiorum numero ea maria percurſantem, ante ſibi opprimendum eſſe conſtituit; itaque triremes ſex, biremes duas, paroneſque totidem expedit: & quatuor majorum navium ſcaphas, validis ſcloppetariis complet; ad hoſtiles triremes à tergo, atque à lateribus oppugnandas: præterea verò ſexcentos veteranos Hiſpanos, maritimorum incommodorum, ac navalium præcipuè vitiorum expertos, Dorbino duce, & ducentos Præfecto Slornio Germanos imponit; cum Hugone verò, Alphonſus Marchio Vaſtius, Aſcanius Columnius Equitum Magiſter, itemque Camillus, Cæſar Feramuſca, aliique, cum nobilitatis, tum virtutis notiſſimæ proceres, cupidi ſuæ probandæ Carolo fidei, fortitudiniſque conſcendunt: atque hoc apparatu, è Neapolitano portu egreſſi, in Caprearum inſulam provehantur. Dum autem ibi liberioribus menſis indulgent, ac Luſitano Anachoretæ cuidam opportunè de Ligurum feritate concionanti, attentas per otium aures præbent, Phillippinus, qui in ſinu Salernitano moram trahebat per Biordum Agneſium Neapolitanum, de apparatu, numero, ac ducibus Cæſarianæ claſſis admonitus, ut prœlio ſtatim cum hoſte confligeret, ſi ſe certamini offerret, cohortem Vaſconum ſcloppetariorum, haud longe à litore conſidentem aſſumit: ſervorum, ac nexorum, ut quemque manu fortiſſimum eſſe animadvertit, compedibus ſolvit, ac libertate inſuper, ſe poſt victoriam donaturum oſtendit: idemque ſi res cogat, ut in ipſo ambiguæ pugnæ ardore de ceteris fiat, edicit; ac certas triremes in ſubſidiis collocat, eaſque niſi inclinante victoria, prœlio ſe committere vetat; atque his rebus proſpere conſtitutis, extemplò è ſinu in altum evehitur: eo conſilio, ut ſuis, prœlio commiſſo, abire fortè cupientibus, facultatem in terram evadendi præripiat; cùm utraque in conſpectum claſſis veniſſet, fertur Ugonem ſuſpenſo parumper, ac quid ageret incerto animo, de Gibbo Juſtiniano vetere Triearco, quid opus eſſet facto, conſuluiſſe: huic Gibbum reſpondiſſe, Capreis inter epulas capiendum fuiſſe conſilium; nunc neceſſariò eſſe pugnandum, quibus dictis, ſigno dato, tanto utrinque claſſes animo ad certamen deſcenderunt, ut raro ante aliàs majore concurrerint; primò victoria ad Cæſarianos inclinare viſa eſt, cum Dorianam triremem unam cepiſſent, ac valde

alte-

A alteram affixiſſent; at poſtquam triremes, quæ ſubſidio relictæ fuerant, certaminis avidæ prœlium inierunt, tota eſt pugnæ ratio commutata; ſiquidem Doriani acrius in hoſtes incitati, duabus hoſtium triremibus depreſſis, totidemque in fugam conjectis, ac navigiis aliis, triremibuſque præſertim duabus, in poteſtatem adductis, eò certiorem Cæſarianis victoriæ confeſſionem expreſſerunt, quo pleroſque ducum, ac militum eorum, aut interfecerunt, aut ceperunt. Ex quibus Ugo imp. & Feramuſca deſiderati ſunt: Vaſtius, & Aſcanius, & Camillus vivi in poteſtatem venerunt, (33) victoriæ partæ præcipuum decus tu- B lerunt ſubſidiariæ triremes, quæ labantem pugnam reſtituerant; ac Mauri, Turcique remiges, qui cogente neceſſitate catenis laxati, fortem, propter flagrans Hiſpanorum odium, operam Gallico Præfecto navarunt, ac lapidibus è ſummo malo dejiciendis graviſſima in hoſtes detrimenta intulerant, (34) qui etiam ad victoriam plurimum valuiſſe fertur, tormentum magnum ex Prætoria Doriana in Cæſarianam principio pugnæ emiſſum; cujus ardens pila, à prora rectà per foros uſque ad puppim contorta, ingenti multorum ſtrage edita, reliquos pavore inuſitato perculerat. Hac victoria potitus Philippinus, (35) quod remiges C fermè omnes compedibus exſolutos habebat, ne quid fortè per homines perfidos, ac malè animatos, adversùs claſſem incommodi pararetur; eorum, quos ipſe ante prœlium ſolverat, ac ſpe libertatis incenderat, auxilio uſus; reliquos rurſus in catenas conjecit, ac captivos in duas triremes impoſitos, Genuam ad Andream mittere præparavit. Lotrecchius cùm eâ pugnâ debellatum, maritimis præſertim Cæſarianorum labefactatis ſubſidiis, judicaret, uſque adeò ſtudio clarus eſt, ut ſe Philippinum nonnullis ditionis Neapolitanæ oppidis, ac tribus aureorum millibus, quotannis numerandis, donaturum oſtenderit.

D

CAPUT XIII.

De cauſis cur à Regis militia diſceſſerit, & ad Carolum Cæſarem ſe contulerit.

HOc modo rebus Gallorum ad Neapolim eventu ſecundiſſimo procedentibus, grave illud incommodum, quo ſubito fœdiſſimè conciderunt, contra omnem opinionem hominum intervênit: quòd Andreas, in quo ſumma rei maritimæ nitebatur, à Gallica diſcedere militia eſt coactus; cujus rei hæ cauſſæ, atque hæc quantum accepimus initia extiterunt. Poſt rem parum E ex ſententia à claſſe Gallica in Sardinia geſtam, exules Siculi concepta ſpe recuperandæ patriæ deturbati, ad Regem in Galliam venerant, ibique falſis Andreæ criminationibus æquiſſimis Regis, ipſorumque regiorum aulicorum auribus onerarant. Quòd in Africam ad commeatus accipiendos, atque inde in Siciliam ad invadendam inſulam, trajicere noluiſſet; atque intempeſtivâ pertinaciâ ſuâ certam, exploratamque ingentis ſpem victoriæ corrupiſſet. Quamobrem cum Turonum Procomes Genuam ad certam poſcendam Regis nomine pecuniam veniſſet, ipſe & injuſtè ſe à Rege regiiſque Procuratoribus deſpici non leviſſimæ ſcilicet apud ſuos hominem auctoritatis declararet, certo die inſeſſo cum quinquaginta nobilibus equo ducentis ſcloppetariis antecedentibus, ſe in Prætorium ad Theodorum Trivultium contulit: ibique relatione per Procomitem de poſtulato regio facta, dicere clara voce non dubitavit, Civitati diuturnis ſumptibus, graviſſimiſque bellis confectæ, haud unquam ſuppetere, unde tanta Regi pecunia præbeatur; qua voce audita, Procomes ne hiſcere quidem rei novitate auſus turbato vultu, eodem die Urbe ſe proripuit, ac Florentiam profectus, ad Regem, ut opinio fuit hominum, de Andrea, & de Civitate graviſſime ſcripſit. Accenderat vehementer etiam Andreæ animum, quod certis auctoribus comperetat, Regem recipiendorum filiorum, quos Carolo obſidum loco tradiderat, cupiditate adductum, clam cum Carolo fœdus tractaſſe; cujus unum caput erat, ut omnia in eum ſtatum reſtituerentur, quo erant, antequam Lotrecchius exercitum cis Alpes adduceret, quibus verbis cum Genua in Antonioti Adurni poteſtatem redigeretur, quod Urbs firmum Longobardiæ propugnaculum, atque opportunus Gallis in Italiam tranſcendentibus aditus eſſet, eam ab amicitia Caroli per ſpeciem donandæ libertatis avertere, ac ſibi eo beneficio devincire volebat, ac ſe, quod Civitas ultro ad recuperandam libertatem arma ſumpſiſſet, Carolo excuſare, atque hoc Regis fuiſſe conſilium, haud inani ex eo conjectura eliciebat, quod poſtquam res cum Carolo convenire non potuerat, non ſolum nullum reddendæ libertatis verbum amplius fecerat; verum acriore eam opprimere ſervitute tentarat. (36) Etenim, quod ad alienandum Andreæ animum majus multo momentum attulit, Miniſtri Regii, unis dumtaxat Regis commodis ſervientes Savonam oppidum munitionibus firmare, & portum ejus inſtaurare ac nobili ibi emporio inſtituto id oppidum imperio Genuenſium ſubtrahere conſtituerant. Quam rem cum quotidianis ſermonibus jactari, atque ipſius operis novos quotidie typos per nobiles Architectos effici Genuenſes animadverterent, vehementer intimis animorum ſenſibus angebantur, quippe qui poſt diuturnas civium perturbationum, quibus agitati fuerant, procellas, in ſpem quietis,

ac

(33) Item Alphonſus Avalus. *Folietta ad eumdem annum*. Ferè omnia ſimiliter a Capelloni referuntur, addente, die 28 Aprilis, ab hora 21. uſque ad occaſum Solis pugnam illam contigiſſe. f. 34.

(34) Triremibus tribus in poteſtatem Imperialium initio pugnæ adductis, mancipia natatu falcatos enſes ore tulerunt, eaſque aſcenderunt, & obſtinatâ pugnâ recuperarunt. *Capel.* f. 33.

(35) Philippinus Genuam tendens biremem infidelium cepit quam donavit, atque libertatem & vexillum infidelibus his, qui benè pugnaverant. *Capel.* f. 33. Ut auctor noſter circa finem capitis ſequentis narrat, numerum in libertatem reſtitutorum triginta ſex fuiſſe.

(36) Vide Hiſt. Gen. *Uberti Foliettæ* ad ann. 1528. qui hæc, & alia ad rem præſentem ſpectantia uberiore calamo enarrat.

ac libertatis ingreſſi, omnino ſe oppidi, portuſque Savonenſis munitione, in majus rerum ſuarum diſcrimen adduci intelligerent, quæ idcirco muniri ab illis videbant, ut aditum ſibi ad Subalpinam regionem invadendam patefacerent: atque, ut novis ſalis, aliarumque rerum vectigalibus inſtituendis, non mediocria ſibi ad omnes bellicos ſumptus ſuſtinendos ſubſidia compararent. Quæ quoniam ſine certo Reip. Genuenſis exitio fieri non poterant, Andream obteſtantur, ut tanto pro ſua apud Regem auctoritate Civitatis occurrat incommodo. Andreas, & rei magnitudine, & juſtis Civium ſuorum precibus, quos unice diligebat, adductus, nullâ interpoſitâ morâ, literas ſuper hac re ad Regem in Galliam ſcribit, quarum hæc erat ſententia. Natura ita comparatum eſſe, ut perpetua, ac conſtans rerum humanarum ſeries flecti, aut immutari, niſi illatâ violentiâ nequeat: Genuam Liguriæ ſemper caput fuiſſe, neque, ut aliter in poſterum ſtatuatur, homines æquo animo ferre poſſe: æſtimari vix licere, quantum vulnus hac munitione ſibi à Rege infligi, Genuatum Civitas arbitretur; proinde, ſi illum orare, ut cum multis honeſtiſſimis familiis Gallico nomini dedititiſſimis, tum ſibi præcipui loco beneficii tribuatur, ut ejuſmodi conſilia privatis potius nonnullorum rationibus, quàm Regno Galliæ ſalutaria, deponantur; quòd ſi ipſi Regi pecunia opus ſit; ſi ex ſuis emeritis, ac nondum exactis ſtipendiis, & domeſtica præſenti pecunia, quadraginta aureorum millia ei liberaliſſime confecturum; his literis ne reſponſum à Rege daretur, vetere Regiorum Miniſtrorum obtrectatione perfectum eſt, Andream arrepta occaſione calumniantium: quòd rectæ Regis voluntati refragaretur, atque decora ejuſdem conſilia moraretur; quo facto, Civitas univerſa prope confuſa, noti tabellarii facultatem nacta, qui à Pontifice ad Regem de navalis victoriæ gratulatione miſſus, Genuæ Andream ejuſdem officii cauſſa convenerat, eundem iterum orat, ut alteras ſuper Savonenſi negotio ad Regem literas det; ac præter cetera, aliquam etiam publicæ defectionis, ſi procedat opus, ſuſpicionem injiciat; quibus ille, ſe diligentiſſimè ſemel, ſed fruſtra ſcripſiſſe reſpondet: neque dubitare, quin novæ ſuæ ad Regem literæ nullum apud eum pondus ſint habituræ: ut qui ſe, atque operam ſuam, quanquam fidelem, atque egregiam, non obſcura Miniſtrorum ſuorum criminatione contemnat. Proinde ſe eis auctorem eſſe, ut magno animorum conſenſu ad ſalutem, ſi res poſcat, dignitatemque patriæ defendendam incumbant, quod ſi conſtanter facere in animo habeant, ſe eis, ut Civem optimum, ac Reip. amantiſſimum nullo tempore defuturum; quin etiam, ſi opus fuerit, ac Regiis ſtipendiis nulla perterritum in honeſtiſſima cauſſa invidia diſceſſurum, & tamen alteris nunc etiam, quoniam eis ita videatur, quid efficere poſſit literis, experturum. Scriptis literis, Andreas cùm reſponſum, ut ante, nullum tuliſſet, atque interea Architectorum, Fabrorumque adhibitorum in dies magis induſtriam fervere iniquiſſimo animo unà cum Civitate videret, uſque adeo dolore provectus eſt, ut ad Theodorum Trivultium in Arcem ira fervidus venerit, & præſente eo, Savonæ munitionem, ut Genuatibus, & Regi pernicioſam, & à peſſimis auctoribus propoſitam improbarit: & quòd iniquis omnium animis compareretur, facile univerſum ad arma populum concitaturam, ſine dubio omnia ante paſſurum, quàm ut Savona, tot ante ſibi ſeculis contributa, à ſuo imperio ſejungatur; quòd ad ſe attineat, ſe patriæ caritatem Regis amicitiæ præferre debere, neque duriſſimis Reip. ſuæ temporibus, ſi uſus ferat, deeſſe pro officio ſuo poſſe: quæ antequam accidant, cupere ſe, ut ipſe diligenter Regem de omnibus faciat primo quoque tempore certiorem. Hæc ab Andrea liberius fortaſſe, quàm locus ille valido præſertim militum præſidio ſeptus patiebatur, prolata, Trivultius cum approbaſſet; nihil tamen injuſſu Regis novi conſtituendum judicans, ad eum omnia retulit. Huc acceſſit, quòd cum Lotrecchius ab Andrea Regis nomine captivos proceres, quos ipſe domi ſuæ, magno ſe redimere pretio cupientes, indulgentius ſervabat, efflagitaſſet, eos ſe daturum eſſe aſſeveranter negavit; cum diceret, ex militiæ ſuæ conditionibus, captivos ad ſe, non ad Regem pertinere: neque ſe de iis, ut de Auranio fecerat, quem Regi petenti, nulla ſubſecuta remuneratione conceſſerat, temerè cuiquam eſſe crediturum; neque uberrimum victoriæ, cujus ſe Deus cum multo ſuorum ſanguine compotem feciſſet, præmium fruſtra alteri conceſſurum; atque hæc quidem ille, non avaritiæ ſtimulo impulſus dicebat; verùm eo dolore incitatus, quod à Rege aperte, ut apparebat, neglectus, in ordinemque coactus, quemadmodum laboranti patriæ, atque opem ſuam adverſus Regias injurias imploranti ſubveniret, non reperiebat, quæ omnia, per ſe quidem gravia, ſed aſſiduis malevolorum calumniis graviora, cum ad Regem, intentis in univerſa auribus incumbentem, eſſent perlata, uſque adeò animum ejus exacerbarunt, atque ab Andreæ amicitia alienarunt, ut intempeſtivo vindictæ conſilio inito, confeſtim Barbeſſium Principem claſſis Præfectum declararit, eumque in Provinciam ire, ac decem triremibus, quingentiſque peditibus comparatis, Genuam contendere juſſerit. Atque Andream cum omnibus, qui navali prœlio facti fuerant, captivis in poteſtatem adducere. Quibus de rebus Andreas opportune per amicos admonitus, continuo cum captivis, ac triremibus ſuis, ad Erycem oppidum Lunenſi promontorio proximum, Genuatum permiſſione ſe contulit. Barbeſſius interea decem triremibus diligenter inſtructis, cùm è Provincia ad Villam Francam veniſſet, ibique triremem unam Andreæ, quæ forte lignatum exierat, offendiſſet, primum comprehendere voluit, ac trierarcho ejus, Andream mortuum eſſe dixit: deinde, ne paratas Andreæ inſidias intempeſtive detegeret, incœpto abſtitit. Genuam vero appulſus, cùm audiſſet Andream cum captivis, ac triremibus in Erycis oppidum ſeceſſiſſe, ex Trivultii auctoritate, per Baronem Samblancartum Erycem miſſum per ſpeciem amicitiæ Genuam tentavit elicere. Quod ubi aſſequi, Andrea haud quaquam ſe decipi à Barone patiente, non potuit, ira incenſus,

uxo-

uxoris, ac bonorum ejus, quæ in Urbe relicta fuerunt, invadendorum conſilium habuit: verum, ne quid fortè, propter magnam hominis in Civitate auctoritatem & gratiam gravioris in Urbe tumultus excitaretur, mutatâ ſententiâ, re prorſus infectâ in Provinciam rediit. Hinc Vaſtius & Aſcanius Andream juſto ejus dolore animadverſo aggredi auſi ſunt, ac Regiis commemoratis injuriis hominem nonnihil jam ſua ſponte nutantem impellere cœperunt, ut nunquam à ſatis grato, nunc vero etiam inſidioſo ad Carolum ſe conferret, à quo ipſe jure pro ſe & pro patria ſua ſumma omnia præmia expectare pro eximia ipſius erga ſocios beneficentia, & pro vetere ac nunquam intermiſſa Præfectorum ſuorum colendorum conſuetudine poſſet. Andreas cum & operam ſuam nunquam ſatis Franciſco probatam, & dignitatem deſpectam, & patriæ incommoda meditata, & vitæ demum ſuæ inſidias comparatas animo volutaret, facile in eam opinionem venerat, ut ſe, etiamſi in Regio perſiſtere ſtipendio vellet, tamen ob ſuſpectam illius fidem ſine ſummo vitæ ſuæ periculo non poſſe exiſtimaret. Movebatur etiam quod quemadmodum triremes tueri ſuas ſine alieno ſtipendio poſſet, non habebat. Nam Clemens, cujus opes nunquam ſibi defuturas pro ſingulari ejus erga ſe benevolentia ſperare poterat, in oppido Orbiti exiſtimationis ac pecuniæ inops ab ipſo per literas ſuper hac deliberatione conſultus per Sebaſtianum Urbinatem reſponderat, ne ſe opeſque ſuas reſpiceret, ſed id ageret, quod magis è re ſua eſſe exiſtimaret. Cum notem Regem triremes 12. Neapolim ſubmiſiſſe audiſſet, nondum certo de Caroli amicitia conſilio capto, & ipſe ſuas ſibi triremes domum revocandas, atque in unum cogendas putavit. Itaque tribus paronibus diverſo itinere miſſis Philippinum de Regiæ relinquendæ militiæ cauſſis per literas diligenter admonuit. Atque ut Junio exeunte, qui pacti cum Rege ſtipendii erat finis, certiore Lotrechio facto, ad ſe ad Erycem, cum tota claſſe Gallicas in itinere duodecim devitans triremes properaret, edixit: quibus ille literis acceptis, rebus ſuis, quas maritimis quibuſdam in oppidis habebat, ſublatis, præſtito tempore, diligentiſſimè paruit. Philippini inopinata profectio cognita, ut Lotrechium in maximam ſpem, claſſis ejus auxilio, Neapolis brevi potiundæ adductum, graviſſimè perculit; ſic Cæſarianos, qui per eam ſe iniqua obſidione liberatos arbitrabantur, lætitia incredibili cumulavit, quo nuntio erectus Aurantius, aliique Cæſariani, qui Neapoli verſabantur ſumma auctoritate miniſtri, Philippinum rogatum inſtituunt, ut Andream nomine ſuo ad Caroli complectendam militiam invitaret; nam ſe, cum magna illi à Carolo omnia tum præcipuè Genuæ dominatum impetraturos, quibus verbis, ut majorem fidem haberet, eundem, ut Antonii Levæ Cæſariani tum in Mediolanenſi ditione Præfecti, filias duas, filiumque cum Matronis aliquot Neapolitanis Cajetam deveheret, obſecrarunt; contra verò, Cajetam cum veniſſet, extemplò Præfectus eum Venetus, Somariæque vicarius adierant, ſe à Lotrechio miſſos affirmantes ut eum obſecrarent, ne diſceſſu ſuo certæ obeſſe victoriæ vellet; ac ſuo nomine ſumma omnia Andreæ, & Genuenſi populo commoda, à Rege pollicerentur. De quorum effectu ipſum dubitare non poſſe, cum quanta Lotrechius apud Regem auctoritate eſſet, non ignoraret: idemque fidei Lotrechianæ ſe ipſos ſequeſtres, atque adeò etiam non contemnendos prædes habere poſſet; quibus Philippinus, cum ſe abire, Andreæ, cujus Legatus eſſet, ſubactum imperio reſpondiſſet; nec ſe, ſi remanere vellet, per ipſos Trietarchos, editis jam Andreæ mandatis obtemperaturos, omninò poſſe aſſeruiſſet, nautico pane, remiſque, quibus indigebat, à Cardinali Columnio, (37) qui Cajetæ pro Carolo præſidebat, acceptis, inde diſceſſit, quibus rebus cognitis, Lotrecchius, ac Procuratores Regii in ſuſpicionem, ne Andreas ſe Caroli armis adjungeret, haud inani conjectura adducti, ad Clementem confugiunt; eumque per idoneos nuncios orant, ut Andream à Carolo, ad quem acceſſurus videbatur, quibus poſſit rationibus avocet; in primiſque ut ſtipendia, quæ lentius adhuc Regiorum Quæſtorum iniquitate fuerant perſoluta, per certas mercatorum Venetorum, aut Genuenſium, aut Senenſium, aut Lucenſium ſyngraphas, conſtituto die repræſentatum iri promittat. Tum Clemens, quòd ea fortunæ conditione utebatur, ut omnium reſpicere amicitiam, & gratiam cogeretur; eorum voluntati repugnare non auſus, Sangam ab epiſtolis hominem, ad Andream miſit; Galli ſocium ei Noceti Principem adjunxerunt; qui eadem, qua priores, via ingreſſi, iratum Andream placare ac quam maximis poſſent promiſſis, vetere Gallorum in amicitia retinere conati, nihil profecerunt; etenim poſteaquam Andreas claſſem ſuam in unum coactam habuit; ad quam triremem unam ac biremes duas adjunxerat, quas prœlio ſuperiore captas eodem puncto temporis Philippinus adduxerat; atque item triremim alteram, quam à Franciſco Covo Calabro, ex Cæſariana forte claſſe ſervatam emerat; repudiatâ ob ea, quæ diximus, militiâ Regiâ, quod ſecundum erat, ingentibus Vaſtii, Aſcaniique pollicitationibus excitatus, Caroli ſequi ſtipendia expedito tandem conſilio ſtatuit: idque ut Sanga, & Nocetus Clementi Lotrechioque renunciarent, reſpondit: ferunt Andream hæc ſæpe poſt tempora memorantem, aliquando dicere ſolitum, cùm utri ſe parti addiceret, conſilii incertus hæreret per noctem in ſomnis ſenem gravi aſpectu, ac prolixa, canaque barba venerabilem, bis ſibi videre, atque audire viſum, cùm diceret; Durum eſt Andrea adverſus ſtimulum calcitrare: Carolum ſequere; cujus facti veritatem, cum ſumma graviſſimi hominis, ac minimè omnium de ſe glorioſè loquentis auctoritas, tum probabilis maximè

(37) Hic Pompejus Columna Domicellus Romanus, Epiſc. Reatinus, Baſilicæ SS. duodecim Apoſtol. tit. a Leone X. in quinta ejus Cardinalium creatione decoratus. Quæ contigit a. 1517. Kal. Julii, ſui Pontif. a. V. Indeque tit. S. Laurentii in Damaſo, & S. R. E. Vice-Cancellarius, Prorex Neapolitanus obiit Neapoli 1532. die IV. Kal. Aug. *Panvin.*

A mè ratio comprobat; quod cum ocenlia Dei provid·nis res humanæ omnes sdminiſtrentur, aceidere poteſt, ut aa nobis io ſomnis à Deo objiciantur, quæ nos in vita, aut tamquam ſalutaria ſequi, ant tamquam pernitioſs fugere debeamus. Cæterum cum Vaſtius & Aſcanius conditiones illi honeſtiſſimas, uberrimaſque proponerent, in primiſque Genuenſis Civitatis imperium offerrent, tanta ipſe æqoitate, atque animi moderatione fuit, ut iis rejectis, alias multò ſibi incommodiores, patriæ verò ſuæ rationibus aptiores prætulerit, nempe, ut ſi quando Genus grave Gallicæ jugum ſervitutis excuteret, libera ſub Caroli clientela B maneret; ut eadem Genuatium in univerſo Catoli imperio atque ipſorum incolarum ratio duceretur, ut omnis injuriarum, quas ipſe aut miniſtri ſui Caroln intuliſſaot, memoria in perpetuum deleretur; neque ipſe earum ullo unquam tempore rationem reddere cogeretur; nonnullaſque prætereà alias, uſque adeo patum ſibi idoneas, ut poſtero anno jacturam ſeotiens eaſdem retractare coactus ſit; quo factum eſt, ut Jo. Jachimum, & Leonardum Romulum fruſtra Lotrecchius miſerit ad ejuſdem animum ampliorum præmiorum promiſſione tentandum: cùm jam ſex triremes ex itinere revertiſſent, quæ Eraſmum Doriam in C Hiſpaniam ad Carolum de conditionibus lembo velociſſimo miſſum, ultra Gallicam oram, præſtandi à Gallis periculi cauſſa deduxerant, quibus revectis, Andreas triginta ſex Mahometanæ religionis ſervos, quibus Philippinus libertatem prœlio navali promiſerat, liberavit: atque eos vexillo Doriano, ac levi myoparone donatos, io Africam ad domos ſuas dimiſit: accepta ab illis fide, fore, ut nemini ex itioere Chriſtiano nocerent, ac deſcenſione in litus Africæ facta, ipſum è veſtigio navigium concremarent. Qui rebus actis, ut fidei, ac diligentiæ ſuæ ſpecimen Carolo, (quamquam nondum ejus voluntate perD ſpecta) daret, triremes ſuas jam oumero duodecim inſtruit; atque uxore, boniſque ſuis, quæ poſtea itinere Lucam devebenda curavit, ac captivis, quibuſcum jam ſibi de multis convenerat, in claſſem impoſitis, curſu Neapolim verſus intento, Circejos acceſſit; ibi Cardinalis Columnii, qui Cajetæ erat, nomine comiter, ac benignè coaventus, & ab eodem de Speluncanis hominibus malignè commeatum præbeotibus, aliquo belli terrore ex itinere afficiendis admonitus, cum eis per Chriſtophorum Pallavicinum, ut ſe iotra boræ ſpatium Carolo dederent, imperaſſet, eos uſque adeò nec opinato imperio, perculit, ut E ſtatim præſidio Gallorum expulſo, Doriæ nomen populari gratulatione ingeminatis vocibus acclamarint: quo ille audito, Cæſarem ut acclamarent, admonoit. Cajetæ verò in litus eaſcendenti, Cardinalis læto vultu, majoribus, minoribuſque tormentis & oppidi, & triremium, ad mutuam declarandam lætitiam latiſſimè reboantibus præſto fuit, atque ipſum cum toto claſſiariorum comitatu, in ædibus ſuis magnifico apparatu excepit. Eademque nocte præſidii partem ad Itrium, commeatus expediendi cauſſa miſſuros, Cardinalis monitu deſtitit; cùm diceret, ad ſe delatum eſſe, milites, quicumque vicinis in hybernis erant, repentino diei tormentorum ſtrepitu perturbatos, ex iis locis omnibus profugiſſe. Ita inopia rei frumentariæ in iis oris levata. Interea dum nuotium expectat, quem ad Aurantium miſerat, ſi quid eſſet, quod ipſe agere Neapolitanæ obſidionis levandæ cauſſa poſſet, triremibus lævigatis, magno farinæ, obſoniorumque numero, minora quædam navigia complet; & quamvis ab Aurantio gratiis actis admoneretur, ut ſibi, ac ſuis triremibus potiùs, quàm Neapoli conſulendum putaret, quod id mare Venetarum, Gallicarumque navium viginti octo claſſe ornatiſſima obſideretor, nihilo tamen deterritus, eadem nocte minoribus navigiis Neapolim ire juſſis, ipſe cum triremibos ad Inſulam Ænariam, quæ nuoc Iſcla nominatur, accedit: ut cùm captivos proceres, uxoribus, liberiſque ſuis, quæ belli pericula metoentes eò ſeceſſerant, reſtituiſſet, certi aliquid de hoſtili claſſe cognoſceret, nec longo inde provectus ſpatio, Gallicas, Venetaſque triremes adverſus ſe, ut ad Iſclam imparatum opprimerent contendentes proſpexit: à quibus cùm longo ſatis intervallo crebris, ſed inanibus tormentorum pilis peti eſſet cœptus, quod navigiorum oumero erat inferior, retro ad Iſclæ ſtationem ſibi recedendum eſſe duxit. Ibi verò cum eſſet, juſto ounquam ſe prœlio committere auſus, hoſtes ab exceſſo deterritos per tres, aut quatuor dies, levibus prœliis cum maxima matronarum Neapolitanarum è litore tutò ſpectantium voluptate, exercuit: ſatis ſe proficere judicans, ſi hoſtili claſſe diſtinendæ ſpatium minoribos navigiis commeatum Neapolim importandi tribueret.

CAPUT XIV.

De Genua patria Francisco Regi erepta & in libertatem auſpiciis Caroli reſtituta.

INterea Andreas cum cognoviſſet, Lotrecchio imperatore mortuo, Gallorum exercitum peſtilentiæ gravitate propè ad internecionem redactum; inſuper, cùm à Neapolis obſidione ad Averſam ſe reciperet, medio in itinere à Cæſarianis oppreſsum, haud quaquam ſibi dubitandum putavit, quin per occaſionem, Gallos iampridem ſuperbè Genuæ dominantes Urbe depelleret; ac patriam ſuam diutius ſervitute oppreſſam, in libertatem, quoad virtute conſequi poſſet, aſſereret. Itaque conſilio cum Auranio per Philippinum communicato, juſſus ab eo pro ſuo judicio facere, quod è re, dignitateque Caroli & ſua eſſe crederet; ac triremi inſuper uoa accepta, quæ navali prœlio ſuperfuerat, Genuam cum tota claſſe iter intendit, rem gloriosiſſimam tentaturus, ſi præclaris fortuna conatibus aſpiraret; neque ita multò poſt cum tribus Galeanibus Gallicam, Venetamque claſſem, cum terreſtris exercitus calamitate perculſas quibuſdam equis, ac ſarcinis impoſitis Pontias iter habere cognoviſſet, protious Cajetam verſus curſum contendit, atque eadem hora, qua illi Pontias, ipſe Cajetam appellit; ex Pontiis inde Veneti Siciliam, Galli Genuam petierunt: Andreas ſequentem diem Cajetæ, fœda tempeſta-

ta

te retentus, poſtero die Gallos, jam longo ſpatio antecedentes perſecutus, galeonem ſulphure plenum propè Circejos adeptus eſt, triremes quominus aſſequeretur adverſa venti vis, & temo prætoriæ in plaga Romana prope Aotium fractus impedimento fuere. Itaque remis pleriſque ac Scalmorum projecturis, tempeſtate disjectis, vix eodem die Centum-cellas appulit, quo illi Argentarium promoontorium, & portum Stephanium tenuerunt. Dumque ibi quaſſatis triremibus reficiendis per octo dies incumbit, Galli maxima uſi celeritate, Genuam pervenerunt. Poſt autem reconcinata claſſe ac tempeſtare lenita, reliquum curſum incredibili felicitate confecit: cum non longe à Populonio alterum cum equis galeonem cepiſſet, & parune in Portu Veneris ad colligendos milites relicto, duas prædonis cujuſdam Maſſilienſis triremes frumento onuſtas prope Quinqueterras obtinuiſſet: eaſque, ut pararum, ſi opus foret, frumentum haberet, in Delphini portum perduxiſſet: quo ex loco, cùm incitain eadem nocte Gennam verſus curſum contenderet, atque omnibus jam quorſum ille tenderet, appareret, inalbeſcente cœlo, in Hieronymum Rappallinum incidit, ex Regiis, quibus permiſſa erat Reſp. octoviris unum, à quo Præfecti nomine, ne ad tranquillum Regii imperii ſtatum perturbandum accederet, nequicquam rogatus, tandem Gennam continuata navigatione pervenit; ac ſupra Carinianum, atque Sarzanum, loca aperta, ſed aſcenſu difficilia, ſubſtitit; ibi cùm claſſiarios exponere incœpiſſet, ac magna pars noctis tranſacta eſſet, ingenti emiſſorum in urbe tormentorum ſtrepitu perturbatus, ſpeculatorio intra molem navigio, ad ea quæ in urbe fierent cognoſcenda miſſo, didicit, frequentia in urbe lumina conſpici, ac magnum ſtrepitum edi; quantum conjectura judicari poſſit, ad pontea, Gallicarum triremium præſidia communiri; quibus auditis nihil ea ſibi nocte temere tentandum exiſtimavit: Cum autem ventus à terra, vehementior, ut ſolet, flare cœpiſſet, decem triremes ſupra Phari promontorium evectæ, illuceſcente jam die, duas, quæ ab Occidente Genuam verſus omnium rerum ignaræ tendebant, conſpicatæ, ſeſe in eas, quod hoſtiles eſſe crederent, intulerunt, quod idem cum Andreas feciſſet, unam, quæ Baronis Sanblancarr erat, ſupra Renzanum, alteram ſupra Gorgoreium intercepernnt, homines qui in terram evaſerant, in manus incolarum agreſtium pervenere. Qua ex re Andreas, quod hoſtibus jam ſuperiorem ſe factum arbitraretur, maximam animo voluptatem accepit. Interim parooe è Portu Veneris, cum valida militum manu advectus, omnem ſuperioris noctis errorem eripuit, cum nunciaret, nocturna tormenta ad claſſis ſilentio diſcedentis fremitum occultandum, & Andreæ conſilia Gallicæ diſtrabenda ea hora eſſe contorta, ſtrepitum autem ad pontes duarum fuiſſe triremium, nautica armamenta reddentium, ac remiges libertate donantium: quòd aliarum, quæ abierant, curſum aſſequi, aut ſi acrius ab inſequente Andrea premerentur, effugere ſe poſſe diffiderent: ex quo intelligi poteſt, quantum ad res gerendas momenti afferat certa exploratorum fides, ac diligentia; neque enim dubitandum eſt, quin ſi Andreas tacitam Gallicarum triremium profectionem maturius perſenſiſſet, aut omnes, aut pleraſque præſertim metu perculſas, atque idcirco præpropere omnia adminiſtrantes, capturus fuerit. Quippe quas multis jam paſſuum millibus diſtantes ultra Gorgoretum perſequi auſus, ne in ambigua adipiſcendi ſpe optatam liberandæ patriæ occaſionem amitteret, è manibus ægre dimiſerit. Andreæ Genuam repetenti opportunæ tres ſupra Pellinum Legati obviam occurrunt, qui à Conſilio per Præfectum Regium coacto miſſi, cum ex lembis, quibus vehebantur duobus in Prætoriam eſſent tranſvecti, civium nomine ſummis ab eo contendere precibus cœperunt, ne ultro quietum civitatis ſtatum pergere perturbatum vellet. Nam aut urbem non capturum, aut eâ captâ, Caſtelleti certè arcem uoam, ipſi libertati civium maximè imminentem, nequaquam eſſe ſuperaturum: atque ita inanibus ſuis conatibus pro libertate ſe vindicem præferat, ſibi quidem non leve dedecus, patriæ verò extremum exitium pariturum: nam ad Ticinum, quod eum latere non debeat, exercitum ſedere, ex Gallis, Venetiſque inter ſe fœdere conſociatis contractum, quem veriſimile ſit, ad urbem extemplò advolaturum, eamque arcis auxilio nullo eſſe negocio recepturum; quocirca, multò & ipſius, & patriæ ſuæ rationibus aptius eſſe, ſi ſine inſigni Regis offenſione, ipſe quietè, quam optimis conditionibus res in tuto collocet ſuas; ac Savona ad Genuenſium dominatum redacta, optimum Reip. ſtatum omnium voluntate conſtituat, quam rem Præfectum ipſum fide ſua obligata, ſpondere, ſe auctoritate ſua confirmaturum. Ac cum his quidem ſermonibus navigationis curſu numquam intermiſſo; cumque ad Fanum Sancti Petri ad Arenam perveniſſent, in terram deſcenderunt, data fide, Præfectum interea novi nihil in urbe moliturum, neque milites contracturum: ſed ordinandæ ex omnium voluntate Reip. conſilia initurum. Andreas, mirifice unius ex tribus Legatis Jo. Baptiſtæ Doriæ, Cardinalis fratris, oratione permotus eſt; hominis cum ſibi familiaritate, atque officiis conjunctiſſimi, tum pro ſua ſingulari probitate, omnia, quæ narrabat non dubium habitura exitum arbitrantis; itaque, ut in rei dubiæ conſilio, valde animo fluctuans, omnium in primis ipſorum animos civium ſibi tentandos, atque Urbis ſtatum explorandum putavit, qua diligentia comperit, quæ à tribus Legatis, Civitatis nomine, ad ſe delata fuerant, ea Præfecti unius impulſu, nulli alii rei, quam tuendo imperio Regio ſervientis, fuiſſe delata: eundemque civium voluntate, ac præſidii tenuitate diffiſum, occultè ab exercitus Ticinenſis imperatore auxilium poſtulaſſe, quo nuncio perturbatus, cùm interea à multis oprimis viris, ac Reip. ſtudioſis enixè rogaretur, ut Legatorum verbis poſthabitis, uni partiæ ad extremam jam propè internecionem redactæ ſuccurrere maturaret; certum ſine mora liberandæ ſuis auſpiciis patriæ conſilium expedivit; itaque ſequenti nocte ſupra Carinianum, & Sarzanum cum claſſe provectus, ac

ac Philippino, aliiſque promptiſſimis, ac prudentiſſimis viris multis aſcitis, quæcunque ad rem gerendam ſibi pertinere viſa ſunt, edocet; ſimul illud adjiciens, ſe ad liberandam patriam proficiſci, pro qua ſervanda, omnes ipſum etiam ſanguinem profundere dubitare non debeant: atque ut eos ad expeditionem omnium juſtiſſimam, & glorioſiſſimam duceret; ſic victoriam, ob ea, quæ de cuſtodiis Urbis compererit, exploratiſſimam polliceri; verùm hoſtibus poſtulata auxilia in diem exſpectantibus, horam ad rem aggrediendam eximere ullam, propè pernicioſum videri; ſub hæc verba, univerſi ſe animis, corporibuſque ad omnia pro ſalute patriæ pericula ſubeunda paratos eſſe, tanto conſenſu reſponderunt; ut majorem ad rem ullam gerendam animorum alacritatem, ardoremque afferri non poſſe videretur: tum Philippinus, eamus ergo, inquit, alacri animo, atque erecto, certiſſima ſpe dixi, Deum tam juſtæ cauſſæ minimè defuturum. Quibus verbis flagranti quodam pectore ab eo prolatis, Andreas vehementius excitatus, juſſit ut omnes ad arma capienda, & ſua cujuſque mandata ſtrenuè, fideliterque conficienda procederent. Ita Philippinus cum tribus triremibus ad Carinianum, Chriſtophorus Pallavicinus cum quinque ad Sarzanum appulſi, conjunctis copiis, portam Sancti Stephani repentino impetu occupant; ac præſidio ibi relicto, Prætorium verſus proficiſci contendunt: eodemque tempore, Andreas ab alia parte militibus aliarum quinque triremium ad Malpagam expoſitis, (38) cum inde ad Prætorium procurriſſet, ac ſibi reliquos adjunxiſſet, Prætorium ipſum facilè in Poteſtatem adducit; quòd quinquaginta tantùm Helvetiorum præſidio cuſtodiretur. Quibus in deditionem acceptis; ſine cunctatione, ad alias Urbis portas diſcurrit, eaſque occupatas, valido præſidio munit. Hunc in modum Andreas, per noctem Genua ſine vulnere ullo, ac ne gladio quidem ſtricto, ſumma felicitate potitus; exinde animum ad libertatem civium ſtabiliendam, rectè aliqua conſtituta Rep. contulit. Urbem autem, uſque adeò incultam, deſertam, atque infrequentem offendit, ut cùm ipſe ſe ad molem domo conferret, neminem, niſi anum quamdam, ut ipſe ſæpe dicere ſolitus fuit, habuerit obviam. Nam ſæviente peſtilentia, nobilium, ac locupletum plerique ſe Urbe proripuerant; atque quaſi vim fati ſuperaturi, ad prædia ſuburbana conceſſerant: in quibus tamen, multi ipſius morbi atrocitate confecti, perierant, ut tamen ex communi eorum, qui aderant conſilio, Remp. quæcunque eſſet futura, deſcriberet; juſſit ut majoris tintinnabuli ſono, cives ad concionem advocarentur; verùm nemine turrim ejus officii cauſſa conſcendere auſo, quòd culcitris peſtilentibus eò collatis, omnia eſſent referta; ipſe in Aream Dorianam progreſſus, quicunque in Urbe, aut in ſuburbiis erant, nominatim accivit; ac præſentibus omnibus, cauſſas relictæ militiæ Regiæ, ac nocturnæ in Urbem irruptionis, paucis verbis, ſed gravitate pleniſſimis declarare iogreſſus; in primis ſe Savonenſi adverſus eas motione inſidiis vitæ ſuæ apertiſſime factis, atque omnino miſera ipſa atque afflicta patriæ, civitatiſque conditione ad id adductum fuiſſe aſſeruit; quocirca, ſe orare illos adjecit, ut uno animo ſecum ad recuperandam, ac defendendam libertatem incumberent; neque tam præclaram occaſionem dimitterent, quin eam aliquando Remp. inſtituerent, in qua jus, & leges; non inſanæ, ut ante, privatorum cupiditates, ac ſtudia factionum perverſa vigerent: quam ad rem, ſe pro certo habere, Carolum Cæſarem, & ſingulare voluntatis ſtudium, & imperii ſui opes firmiſſimas, pro ſua ſingulari beneficentia collaturum. Quod ad ſe attineat, ſe ita natum, ita educatum eſſe, ut omnia patriæ dignitati, ac Reip. libertati poſthabeat, quam quidem ſi ipſi avidè complectantur, ſe pro ea conſervanda, non fortunas ſolùm, ſed vitam etiam, nulla propriorum commodorum ratione habita, cupidiſſimè profuſurum; ſin minus, ſe nullam eis vim allaturum, verùm cum ſuis triremibus, inde ſe ad potentium Regum ſtipendia recepturum, ac Civitatem in eorum manibus, ut ipſi ſibi opportunum pro arbitrio conſilium capiant, relicturum. (39) Ea tempeſtate Genuates impotenti jam-

(38) Fugatâ cohorte ad excubias pilæ poſitâ, Portumque triremibus ſuis ingrediens ultro Civitatem cepit. *Capell. f.* 40.

(39) Quam orationem ut apud Folieth. & Jo. Bonfad. editionis VvanderAa expreſſam, referre opportunum duximus, quam etiam edidit Lunig in Theſaur. Antiquit. Italiæ Tom. I. p. 2.

ORATIO DORIÆ

In Doriana Porticu habita ad Populum Genuenſem.

OMnium laborum, quos, & multos, & varios in Vita ſuſcepi, fructum hodie uberrimum fero, Cives mihi cariſſ., quod hoc loco, hocque in rerum ſtatu noſtrum hunc conſenſum video: nos non jam ullum externorum Dominorum ſuperbum imperium premit, non ullius Syllæ, aut Marii improbæ Factiones ad arma concitant. Quæ turbulenta praviſque ſtudiis mixta fuerunt, abiere; pacata, aperta, liberaque vobis jam ſunt omnia. Proinde ut hic dies finem nobis multarum attulit ærumnarum, ita vehementer velim, ut univerſis novæ ſit principium ſalutis. nolite exiſtimare, quæ temporum, rerumque converſionibus fiunt, & committuntur, ea temere aut caſu evenire: quæcumque apud nos fieri videmus, omnia fluunt è providentia cuncta proſpicientis, & moderantis Dei. Circumſpicite frequentiam veſtram, qui tota regione disjuncti antea miſera in Urbe ſolitudinem feceratis. Cœlum jam etiam ipſum ad novam celebritatem, alternaſve multorum vitæ, nos vocat, & ad ſpem meliorem ſtabilienda nobis Civitas eſt: multæ circumſiſtunt difficultates, ſed nihil eſt tam difficile, quod virtute perfici non poſſit; cujus viam ingreſſi olim Majores noſtri, omnia dura, atque aſpera pervadere, ſuique nominis gloriam ad ultimas Ægei, atque Ionii Maris oras protendere potuerunt: verum cum omnes virtutes, tum maxime civiles, quâ nos indigemus, cuſtos, ac conſervatrix concordia eſt; quas calamitates ſuperioribus annis propter diſſenſiones perpeſſa ſit Civitas noſtra, dolore prohibeor commemorare: hac ipſa, quaſi æreo muro, ubi nos ſepſerimus, omnis erit omnibus adverſis rebus ad nos intercluſus aditus, nullaque exiſtet unquam tanta vis, quæ bene corroboratas opes, & vires noſtras queat convellere: nam ſi quidquid agitatur ſeditione infirmiſſimum eſt, id profecto ad immortalitatem convaleſcit, quod animorum conjunctione munitur: tollantur impoſterum omnes de principatu controverſiæ, non fa-

jampridem Gallorum dominatione defeſſi; ſed multo magis diuturnis civilium ſeditionum incommodis conflictati, quietem omnes, atque otium cupientes, unum animis libertatis, atque concordiæ nomen imbiberant; itaque ubi Andream de libertate, civilique concordia concionantem audierunt, haud ſecus quàm ſi cœleſtinm aliquem divino ore, quæ ſibi ex uſu eſſent, expedientem audirent, quòd in ejus oratione ſigna nulla cupiditatis, nulla odii, nulla ambitionis agnoſcerent, verùm flagrantiſſimum publici boni ſtudium cernerent, cupidiſſimis eum ſequi animis decreverunt: eoque etiam ſtudioſius, quòd Doriana quidem factio, præter commune libertatis ſtudium, privata ſe in Andrea injuria à Rege affectam arbitrabatur. Spinula verò, quia libenter eam Remp. quæ in Caroli eſſet futura clientela, complectebatur: omnes autem, quia cum ceteras injurias, tum Savonenſe in primis incommodum, ardentiſſimè cupiebant ulciſci; itaque una voce, unoque conſenſu, manantibus omnibus præ gaudio lacrymis, libertatem ab eo paratam, ac traditam ſe accipere conclamarunt: eique de tanto beneficio gratias quàm ampliſſimas potuerunt, certatim egerunt: ac continuo omnibus Magiſtratibus abrogatis, Duodecimviros ad ordinandum Reip. ſtatum cum ſumma poteſtate declararunt; mirabile auditu eſt, quòd ab illo die Genuenſes, acerbas, quibus ſe per multos ante annos exercuerant, inimicitias, atque atrocia factionum odia ita cauerunt, ut ea numquam poſtea, vel maxima occaſione reſumpſerint: verùm multò mirabilius, quòd laudabile factum eorum, Deo, aperto ſuo & numquam fallente numine comprobante, ſæviſſima peſtilentiæ lues, quæ Urbem, ac loca finitima miſerabiliter eo anno afflixerat, ab eodem die languidior facta, numquam poſtea civitatem invaſit: ex qua Genua, diuturno conſtantis pacis, ac firmæ valetudinis beneficio uſa, ad amplitudinem eam eſt provecta, ut hoc tempore divitiarum copia, atque hominum frequentia, ingeniorumque præſtantia, merito inter primas Italiæ Urbes poſſit referri. His rebus adminiſtratis, deinceps re ac tempore admonente, ad bellicos apparatus ſtudium contulerunt: neque enim cuiquam dubiundum videbatur, quin Galli è veſtigio, tanto incommodo perturbati, ad recipiendam Urbem, exercitum haud longè diſtantem eſſent adducturi; itaque cum in magnis pecuniæ publicæ difficultatibus, multi privatam cupide conſuluiſſent; Duodecimviri, quibus hujus rei erat cura permiſſa, ex Andreæ auctoritate, multos Centuriones ad conſcribendos circa finitima loca milites miſerunt; qui in Urbe arma per ætatem

A ferre poterant, in centurias retulerunt; Philippinum Doriam, qui & magnum in re militari uſum habebat, & ſpectatæ fortitudinis erat, Urbis Præfectum deſignarunt; quem honorem aliàs ante Hieronymus Fliſcus adminiſtrarat. Caſtelleti arcem, in quam Trivultios ſub tumultus initium, Prætorio capto profugerat, ac paucorum militum præſidio tenebat, quod duplicem in Urbem, & in agrum aditum haberet, aggeribus, ac vallis objectis, accuratè circummunire inſtituerunt. Interea Franciſcus Borbonius Sancti Pauli Regulus, Gallici ad Ticinum exercitus imperator, primùm à Trivultio accerſitus, deinde ipſo accepto B detrimento permotus, cum magna militum manu Apenninum tranſgreſſus, Genuam properabat; ſperans ſe celeritate, hoſtes nondum ſatis ad ſe defendendum paratos, facile opprimere etiam poſſe, atque Urbem prima impreſſione recipere. (40) Genuates, ubi Gallorum adventu ſenſerunt, animis haud quaque demiſſis, omnibus, qui ex Lunenſi ora, & vicinis montibus venerant & paucis, qui in Urbe ferendis armis idonei erant, ſimulque claſſiatiis Andreæ coactis, ſuas cuique ad cuſtodiendam Urbem ſtationes, ac ſuum cuique Centurionem attribuerunt, ac Philippinum cum delecta militum manu, adverſus eum ire juſſerunt. Ipſe C magno ea valle Porciſara Montanorum ultrò ſeſe aggregantium numero, auctior factus, ubi in conſpectum hoſtium venit, tranſverſis eos tramitibus, à noviſſimo agmine inſtitit ſequi, infra per Porciferæ vallis planiciem lento ſatis itinere procedentes: & cùm milites haberet viarum peritiſſimos, atque itineribus faciendis, & prœliis miſcendis, in ſaltibus impeditiſſimis aptos, eoſque quàm maxime inſtructos, ac conglobatos duceret, ad anguſtos quoſdam, atque difficiles aditus, hoſtes à tergo, atque à lateribus laceſſere, ac magnis afficere incommodis cœpit; nam illi, neque ex itinere excedere poterant, & per anguſta D loca pergere cogebantur; neque ullam rei frumentariæ copiam habebant, cui haud ſatis diligenter providerant; quòd ſe brevi in itinere, quantum præſenti neceſſitati ſatis foret, abunde paraturos confiderent: neque prædas agere propter locorum aſperitates licebat. Cùm autem ad Cœnobium Sancti Franciſci Clapettani omnibus defeſſi malis perveniſſent, ubi majorem vallis in planiciem panditur, quieti ſe aliquantum tradiderunt, quòd laceſſi jam premive à milite Doriano non poterant: atque ex eo loco, nuncium Genuam de deditione miſerunt; quem in Urbem acceptum atque aſtutè multorum ſpecie armatorum objecta E deceptum, ut multò majore cuſtodiri Urbs præſidio videretur, Genuenſes ſtatim infecta

factio cum factione, neque pars cum Civium parte confligat; ſed, ſi veri Cives appellari voluntis, ad communem honeſtæ vitæ Societatem, & ad rectè facta ſingulorum inter ſe virtus cum virtute conſpiret.

Ceterum de concordia ac Republica conſtituenda vos quidem antea meditabamini, id tamen meo ſane judicio effici nullo modo poterat, niſi prius bene explicatam libertatem poſſederitis hanc, pro qua recuperanda cogitandum vobis eſſet, ſi viri eſtis, feras etiam gentes, terras omnes, omnia maria movere: hanc, inquam, ego hodierno die vobis reſtituo: ea ne veſtris è manibus eripiatur, & cum tam opportunum tempus veſtrum conſervandorum divinitus oblatum ſit, ne mox, ubi effugerit manibus, votis id optaturi ſitis, providete.

(40) Plura addit hic Folietta de Octaviano Salvio Genuenſium Oratore ad Borbonium miſſo &c. quem vide.

ěta re dimiſerunt. (41) Franciſcus civium voluntate perſpecta, ac præſidii magnitudine audita deterritus, repentè conſilium ſe recipiendi cepit; quamvis tribus tantùm millibus ab arce Caſtelleti diſtans: veritus ſcilicet, ne aſperis, ac montuoſis, quæ inde excipiebant, locis, haud ſatis explorata recuperandæ Urbis ſpe, prœlio à Philippino contendere cogeretur. Ejus receptu cogniso, Trivultius tenendæ arcis ſpe dejectus, ſubitò honeſtis conditionibus quibuſdam egreſſus, ad firma Gallorum præſidia ſe recepit; arx, ea Andreæ auctoritate ſubitò everſa eſt; ne quando aliàs opportunum domeſticis, aut externis tyrannis adverſus paratam Civitatis libertatem propugnaculum foret. Andreas militibus, qui comparati fuerant, circiter quatuor millibus in naves impoſitis, Savonam provectus, primo oppidum impetu cepit; (42) atque antiquæ Genuenſium ditioni reſtituit; deinde, duo navigia magna, ſaxis ingentibus plena, faucibus portus ſubmerſa objecit; ut Savonenſes, præclari portus, quo efferebantur, opportunitate exuti, ſubmiſſiores poſthac animos gerentes, intentiuſque antiquo Genuenſium imperio, ſine ullo æmulationis ſtudio obedirent; (43) atque iis eiſdem copiis, loca alia trans Apenninum Genuatium imperio detracta, recepit. (44) Rebus externis compoſitis, quietiore inde animo domeſticæ conſtitutæ. Tum verò eximium in Andrea enituit inuſitatæ integritatis, ac moderationis exemplum; qui, conſentibus multis, ut ipſe Dux perpetuus crearetur, cum Magiſtratum adeo conſtanter eſt aſpernatus, ut facile declararet, ſe vehementius de merendis, quàm de obtinendis honoribus laborare; ac multo pluris honorum merita, quàm ipſa honorum inſignia æſtimare; cùm diceret ſe privatum, ac legibus patriæ obnoxium, ut ceteros vivere malle; neque ut aliter ſtatueretur permiſſurum eſſe; adderetque, multo ſe Reip. utiliorem fore, ſi privatus, & corpus ſuum, & potentium ſtudia principum, fideli redempta obſequio adhiberet, quam ſi Magiſtratus perpetuò civium ac ſociorum litibus audiendis, in urbe ſederet; quibus verbis omnium erga ſe amorem, ac gratiam ita conciliavit, ut Duodecimviri Reipub. conſtituandæ animi altitudine allecti, ac beneficii magnitudine victi, ea Senatus auctoritate decreverint, ut ipſe propterea, patriæ pater, & liberator diceretur, atque æneâ ſtatuâ in magna Prætorii aula ornaretur; ut domo in area Doriarum publico ære empta, & ab omnibus oneribus civilibus liberata, ipſe & propinqui ejus cum eorum poſteritate donarentur; iidemque ab omnibus tributis, & vectigalibus in perpetuum immunes efficerentur, cujus decreti ex publico ipſo tabulario ſumpti, ſumma huc transferenda eſt viſa; ut divina viri virtus, ac ſingulare meritum erga patriam, ex ipſo civium recenti gratia teſtimonio ac voce, liquidò cognoſcatur.

Anno à Chriſto nato MDXXVIII. Nonis Octobris. Cum illuſtriſſimus vir Andreas Doria ſingulari conſilio, ſolertia, pietate, virtute, Remp. Genuatium in antiquum libertatis, ac dignitatis ſtatum redegerit; atque ita ſe pro liberanda patria geſſerit ut meritò patriæ pater, ac liberator appelletur; ob eam rem Duodecimviri Reip. conſtituandæ, licet parem tanto merito gratiam referri non poſſe judicent, tamen ut gratum animum ſuum quacunque poſſint ratione declarent; & reliquos cives ad ſimilis æmulationem laudis inflamment; hoc ſolemni perpetuoque decreto, cui etiam addi ad ipſius Andreæ dignitatem, atque utilitatem augendam poſſe voluerunt; ea ampliſs. Senatus auctoritate decreverunt, & ſanxerunt, decernunt, & ſanciunt, ut ad publicam lætitiam indicandam, & excellentem tanti viri memoriam honorandam, ſupplicationibus in triduum per urbem, omnibus Sacerdotibus, Magiſtratibus, atque ipſorum quadringentorum Senatu proſequente habitis, gratiæ Deo pro recuperata libertate agantur: ut quotannis dies duodecimus Septembris juſtitio tam in urbe, quàm in ſuburbiis indicto, feſtus agatur; ac res divina apparatè ac magnificè præſentibus Magiſtratibus cum magna cæremonia fiat; ut illuſtriſſimo Viro Andreæ Doriæ, ænea ſtatua in magna Prætorii aula, quoad fieri poſſit ornatiſſima, cum ipſius nominis inſcriptione ponatur; ut domus, quæ eidem Andreæ in area Doriarum publica pecunia ex noſtro decreto empta, ac dono data eſt, quamdiu ab ipſo, aut filiis poſteriſque ejus, aut à Magnifico Comite Philippino Doria, aut à nobilibus viris Thoma, & Franco Doriis fratribus ipſius Andreæ patruelibus, filiis, poſteriſve eorum, poſſeſſa fuerit, aut poſſidebitur, ab omnibus tributorum, ac vectigalium generibus, aut ordinariorum, aut extraordinariorum, aut impoſitorum, aut ob quamcunque etiam belli cauſſam imponendorum, libera atque immunis ſit. Ut iidem illuſtriſſimus Vir Andreas, & Philippinus, qui & ipſe egregiè de patria meritus eſt, & Thomas, & Francus, ac filii poſterive eorum omnium, ab omnibus tributorum, ac vectigalium generibus ordinariorum, & extraordinariorum, impoſitorum, aut ob quamcumque etiam belli cauſſam imponendorum, liberi atque immunes ſint, atque hæc omnia in ipſa baſi ſtatuæ perpetuo divinæ virtutis ac meritorum ejus erga Remp. monumento futura, inſcribantur.

Poſt hæc Dux, & Gubernatores creati ſunt.

(41) Verba Nuncii Gallici pro deditione Urbis, ac reſponſum Auguſtini Pallavicini Civium nomine datum, lege apud Folietam pag. 739. editionis ſupradictæ.

(42) Aliter rem narrat Folietta, nam induciis 7. dierum Savonenſibus datis, niſi ſubſidia deferrentur, pro quibus obtinendis fruſtra Abbas Fondratus Alexandriam ad Franciſcum Borbonium profectus eſt, Savonenſes ſe dediderunt &c. pagg. 741. & 742.

(43) Jacobus Bonfadius opiniones Genuenſ. de evertenda Savona, referens, ſubdit ſententiam Senatus Conſulti: *Cum Savonenſes à Genuenſibus per perfidiam defecerint, placere muros Savonæ funditus everti, nova propugnacula, omneſque munitiones complanari, foſſas Urbis compleri, Portum obſtrui, Cives verò ipſos cum eorum bonis incolumes eſſe.*

(44) De recuperatione Caſtellorum Gavii & Novarum agit *Capell. f.* 42. 43.

ſunt. (45) Propterea quinque Syndicatores, quos Supremos appellarunt, cum ea poteſtate, ut omnium Magiſtratuum, etiam Ducis, acta, decreta, rationeſque perſpicerent: atque Andreæ hunc honorem in perpetuum mandarunt, cùm collegis ejus in annum A tantum detuliſſent, ac leges plurimas, ad veteres tollendas ſeditiones, & novam ſtabiliendam concordiam, libertatemque firmandam idoneas, pertulerunt: quas commemorare hoc loco non eſt neceſſe. (46)

(45) *Præterea quinque viri, qui Magiſtratus de repetundis cognoſcerent, eoſque Syndicatores ſupremos appellarunt*. Lectori exponere curavimus hanc variationem, quam ex MS. obtinuimus ab amantiſſimo Nicolao Dominico Mutio Archivi pub. Gen. Reipub. Cuſtode, quem invida mors bonis omnibus nuper rapuit.

(46) Inſcriptiones, quas obtinuimus à prælaudato viro, inter quas aliquas Nepoti directas appoſuimus, quatenus Herois noſtri, cujus vitam ornamus, nomen & laudem referunt. Igitur habes in fin. ſign. AA.

Explicit Liber Primus.

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

De auctoritate imperii Andreæ à Carolo delata.

HActenus quæ Andreas ab ineunte ætate oſque ad liberatam à ſe Remp. aut domi, aut foris, tum Genoatiom, tum Summi Pont., tum Gallorum Regis auſpiciis geſſit: deinceps, quæ à libertate patriæ parta, Caroli V. Cæſaris, ac Philippi filii Regis victricia arma ſecutus, uſque ad vitæ exitum adminiſtravit, literis perſeqoemur; quarum rerum magnitudo tantum amplitudini ejus cumulum addiderunt, ot ſatis conſtet, privato loco neminem hac ætate militari conſilio, atque virture, altius evaſiſſe. Vix ergo plene confecta hæc erant, cum Eraſmus ex Hiſpania rediit; ac Dorianæ militiæ conditiones ſummo ſtudio à Carolo acceptas, atque obſignatas, cum humaniſſimis ejuſdem literis attulit. (47) Ceterum duplicem animi voluptatem ex hac re Carolus ceperat: Unam, quod ſe virum unicum, ac ducem virture, prudentia, ac rerum militarium uſu longè omnium principem nactum eſſe intelligebat, id quod è rebus ab eo ſummo ſemper conſilio, atque ingenti animo geſtis eliciebat; Alteram, quòd ipſum ſingulari bonitate, atque inaudito quodam animi candore præditum perſpexerat; qui non ſolum oblatum in patriam imperium accipere abnuiſſet, ſed omnia ſua etiam poſtulata, ad ejus unius ſalutem, & commodum contuliſſet: ac ſibi ſuâ nondum certâ, atque exploratâ ſententiâ, in rebus maximis affuiſſet; cùm & Neapolim magnis obſidionis periculis exemiſſet, & Genuam à Gallorum ad ſuam auctoritatem, atque amicitiam avertiſſet. Quibus rebus adductus, cum ad arcanas de Imperio conſultationes aſcivit, ac nullam umquam rem paulò graviorem aggreſſus eſt, de qoa non prius, aut per literas, aut per idoneos homines, conſilium ejus exquiſiverit, quinetiam, Urbium, ac Provinciarum Italicarum Præfectis mandavit, ut nihil, niſi ipſo ante conſulto, moverent: & ſi quid, aut Genuæ, aut ipſi accideret, in quo eorum auxilio opus eſſet, ut petenti, ſignificantive ipſi, omnia quæ poſſent adjumenta, ſine ulla cunctatione, ſubminiſtrarent; maritimi verò imperii, quod Generalis dicitur, auctoritatem uſque adeò liberam, ac nullis exceptionum vinculis aſtrictam detulit, ut ipſum, ſe inconſulto, quantum è re, dignitatque ſua eſſe arbitraretur, agere poſſe voluerit.

CAPUT II.

De periculo Andreæ per Valacercam conflato.

DUm aotem Geouatiom copiæ adhuc 1529
trans Apenninum agebant, magnum Andreas, ne in Gallorum manus perveniret, periculum adiit. Nam Valacerca Tribunus militum, cum mille peditibus ex Monte ferrato Genuam verſus profectus, tanta celeritate in Porciferam vallem pervenir, ut ab omnibus, ex Præfectis Genuatibus unus, qui Gavii hybernarent, exiſtimatus, Andream, qui extra urbem ab ea parte ædes tum ſuis habebat, atque adeo etiam urbem ipſam facile fuerit oppreſſurus, oiſi re maturè patefacta, Andreas opportunè excitus, continuò in urbem ſe cum uxore ac rebus ſuis melioribus conjeciſſet, atque omnibus ad mœnia, & portas tuendas convolate juſſis, Valacercam à tentanda urbe deterritum, conatu prorſus irrito, quamquam direptis atque incenſis ædibus ſuis, recedere coëgiſſet. (48)

CAPUT III.

De Hieronymo Doria Cardinali Andreæ gratiâ creato.

EOdem verò tempore Clemens Pont. ſive ut veterum erga ſe officiorum gratiam Andreæ aliquam referret, ſive ut hominem & ſingulari virtute ſua, & ſumma apud Carolum auctoritate florentem, novo ſibi beneficio devinciret, Hieronymum Doriam Jo. Baptiſtæ fratrem, in Cardinalium Collegium coopiavit. (49) Erat enim tum inter eos multis inter ſe officiis conciliata neceſſitudo, quam poſtea aliena potius improbitate, quàm privata offenſione diremptam meritò ſunt homines admirati.

CAPUT IV.

De Andrea à Carolo in Hiſpaniam avocato, & culto, & Carolo ab Andrea primùm in Italiam deportato.

POſt hæc Andreas à Carolo Bononiam, ad diadema Imperii à Pontifice accipiendum ituro, per literas in Hiſpaniam evocatus eſt: ad quem cum quatuordecim triremibus, id eſt, duabus amplius, quàm quas ex pacto debebat, egregiè inſtructis, ac nobilibus viris multis aſcitis, (50) cum ſe primo quoque tempore contuliſſet: magnum ſanè fidei, ac diligentiæ ſuæ fructum tulit.

(47) Pacta autem inter C. C. M. Caroli V. eundemque Andream conventa nobis humaniſſima collata ab eodem, qui ſup., habes in fine ſign. BB.

(48) Vide Bonfadii hiſt. fusè rem narrantem ſub Ducibus Montejano, & Valicerca die 14. Kal. Februarii Genuæ appropinquantibus, ſed præter Faſciolanum, & Ædes Dorianas incenſas, re infecta abiiſſe.

Idem narrat Capell. f. 44. addens, Livium Crottum fuiſſe de intelligentiâ cum Valicerca.

(49) Anno Chriſti 1529. Pontificatus anno VI. XIII. Kal. Octob. PP. Clemens VII. fecit tertiam Ordinationem unius Card. Diaconi, qui fuit Hieronymus de Auria Genuen. elect. Ep. . . . . . Diac. Card. S. Thomæ in Parione. *Panvin.* Capell. inſuper refert eumdem de primoribus Dorianæ fam. fuiſſe magnæ auctoritatis & divitiarum, viginti octo annos in dignitate Card. ſumma cum omnium laude vixiſſe

(50) *Delectis ex Genuenſi nobilitate qua tringentis Viris cum 15. triremibus &c.* Bonfadius.

salit. Nam cum Barchinone navi egreſſus, ad eum ſalutandi, atque honoris de more tribuendi cauſſa, protinus acceſſiſſet, ipſum cubiculi in limine, læto ſibi ac benigno vultu, aperto capite occurrentem offendit: & cum ſe ad ejus genua deoſculanda demittere vellet, ab eo prohibitus, ac pauca tantum quædam, quæ res, tempuſque monuit, de mirifico ſuo erga illum ſtudio, fideque dicere permiſſus, totidem contra ab eo de conſtanti ſua, excellentis ipſius virtutis, ac probitatis opinione audivit, quibus amoris ſignificationibus, cum & ſingularis hoſpitii benignitas, & cultus munificentia acceſſiſſet, Andreas facile eſſe contentus potuit, niſi hæc omnia Carolus novis aliis eximiæ comitatis officiis ſibi cumulanda putaviſſet; nam cenſentibus, atque adeo etiam ſuadentibus Proceribus Hiſpanis, ne in Italiam trajecturus, ipſe ſe temere alienis triremibus, ac novo, eique externo, & inexpertæ fidei Præfecto committeret, ipſe nullum adverſum eos verbum fecit: verùm prima luce, Andrea, qui in terra hoſpitium habebat, aſſumpto, ſolus ad navium ſtationem perrexit; atque univerſam cum eo claſſem ſcapha circumvectus, diligentiſſimè perluſtravit. Poſtremò Andreæ Prætoriam ingreſſus, cùm eam remis incitari ad experiendam agilitatem juſſiſſet, hanc ut ſibi propediem in Italiam cogitanti adornaret, ac præcipuam totius claſſis ſibi curam aſciſceret, monuit. Quo facto, Andreas, non omnem ſolum animi moleſtiam depulit, quam ex Hiſpanorum ſermonibus ceperat: ſed incredibilem etiam voluptatis fructum tantæ erga ſe Caroli benevolentiæ, fideique perſpectæ, cepit. Nec multo poſt, rebus omnibus, quæ ad navigationem uſui eſſent, quàm celerrimè comparatis, Carolus Andreæ monitu, die, qui Divo Jacobo Apoſtolo ſacer eſt, ei, quem Hiſpania pro tutelari numine veneratur, quanquam acri reflante vento naves conſcendit: ac brevì, cùm celeriter, ut Andreas acutè perſenſerat, remiſiſſet, incolumis Genuæ expoſitus, (51) ipſum aureorum viginti quinque millium munere oneravit.

CAPUT V.

De conſilio Alphonſo Duci Ferrariæ dato.

CArolo inde Bononiam verſus (52) iter per Æmiliam viam ingreſſo, cum Andreas aliquanto ante eum intervallo progreſſus, ad Regium oppidum perveniſſet, ibi quantum authoritate valeret, oſtendit. Etenim cum Alphonſum Ferrariæ Ducem, vias, ponteſque reficientem inveniſſet, ut Carolum extra Regium cum exercitu tranſeuntem exciperet, cum eum ſe ſalutatum vulgata virtutis fama commotus in hoſpitium acceſſiſſet, pro re nata admonere adortus eſt, ut ſincerioris erga Carolum per ditionem ejus tranſituri ſigna animi præbere, ac ſummi Imperatoris gratiam, atque amicitiam, eximia fiduciæ ſignificatione promereri ſtuderet; quem quidem, non faciendis injuriis, ſed beneficiis conferendis inimicos ſibi adjungere, & amicos tueri conſueviſſe, & ipſe, & patria ſua ſatis magno omnibus documento eſſent: neque alieniorem ab eo voluntatem oſtenderet, cujus potentiæ reſiſtere, neque ſi cuperet, ſatis paratus eſſet; & à quo, cum propriis viribus, tum vicini præſertim Pontificis, jus in ejus ditione præferentis, armis, graviſſimis affici incommodis poſſet; quibus verbis, Alphonſum prudentiæ, ac moderationis eximiæ virum eò perduxit, ut Carolum advenientem non ſolum oppidorum ſuorum ingreſſu non prohiberet, ſed eidem etiam introëunti, ultro claves ipſas oppidorum, ac ſe ipſum quoque cum tota ditione ſua ingenti comitate offerret.

CAPUT VI.

De novis officiis à Carolo Andreæ Bononiæ præſtitis.

NEque verò Andreas, Caroli poſt Bo- 1530
noniæ agentis, ullum erga ſe ſtudium officiumve deſideravit: quippe qui, & novis ab eo conditionibus, quindecim triremium pacto ſtipendio obligatus, (53) & ad graviſſima conſilia, quæ de pace Italiæ cum Pontifice agitabantur, adhibitus, & ad ſolemnitatem coronationis ſuæ ultro invitatus, facilè docuit, nullum honorem eſſe tam magnum, quo non à clariſſimo Imperatore putaretur eſſe digniſſimus.

CAPUT VII.

De re ad Cercellum in Africa geſta.

POſt Caroli Genua diſceſſum Rodericus Portundus Hiſpanicæ claſſis Præfectus, ad Hiſpaniæ litora adverſus piratas late tum maria omnia pervagantes cuſtodienda reverſus, cum prædonem inſignem, cui Cacciadiabolo cognomen erat, ad Colubrariam Inſulam, quæ nunc Frumentaria dicitur, ex itinere eſſet adortus, ipſe cum omnibus ſuis triremibus funditus fuerat profligatus; cujus victoriæ nuncio, Hariadenus Barbaruſſa novus Algerii Rex præter modum elatus, Gades, oppidum extra fretum opulentiſſimum, adoriri, Hiſpanos quippe claſſe exutos in tempora ſubſidium ferre non poſſe ratus, ſtatuerat; atque ea de cauſſa prædonibus omnibus advocatis Halicorum commeatus expediendi gratia Cercellum cum aliqua claſſis parte præmiſerat; quibus rebus Genuam nunciatis, Andreas profecto jam in Germaniam Carolo, vehementiſſime perturbatus, ac ſimul vetere ſuo piratarum odio incitatus, antequam univerſa eorum in unum exiret claſſis, partem, quæ ad Cercelum ſedebat, ſibi invadendam exiſtimavit. Atque ita cum magno triremium numero, (54) ex quibus duo-

(51) *Auguſti ſeptimo die Savonam attigit*, inde de ejus Genuam ingreſſu, vide Bonfadii hiſt. &c. ad ann. 1529.

(52) *Cæſar VII Kal. Sept. Genuâ diſceſſit* &c. Bonfad. ut ſupra.

(53) Pactorum prorogatio, & aditio habetur ad calcem ſign. CC.

Tom. III.

(54) *Menſe Majo Andreas Doria, qui ſummam rerum maritimarum Cæſaris nomine tenebat, ad majorem Inſulam Balearem contenderat, erat ei triremium 29. claſſis parata, eo nomine, ut in Africam trajiceret, & Cariadeno Mitylenæo, cui Barbaruſſa cognomen fuit, damnum aliquod inferret* &c. Bonfadius ad an. 1530.

duodecim Gallicæ erans, ad Baleares, at-
que inde ad Cereellum provectus, tres co-
hortes in terram exponit, mandatque, ut
occupato oppido, uni ei rei pro viribus
ſtudeant, ut Chriſtianos, quos Barbari
in catenis habeant, ſervitutè eximant; ac
Mauros, Turcaſque quàm plurimos poſ-
ſint, captivos abducant. Barbari, ubi
Chriſtianorum claſſem adventantem ac ſe
explicaorem procul è ſpecula conſpexe-
runt, eamque, quorom eſſet, ex æqua navi-
giorum magnitudine agnovetoet, continuò
ſpe omni oppidi defendendi abjecta, per
certos homines, ab Alarbis agreſtibus ejus
regionis incolis, aoxilium poſtularuot,
ac captivis Chriſtiaoi nomioís omnibus in
ſubterraneam cuſtodiam cooditis, & tri-
remium ſuarum parte demerſa, oppidum
reliquerunt, ac ſe in arcem loco edito
poſitam contulerunt. Doriani milites, op-
pido ſine certamine ullo potiti, ut juſſi fue-
rant, primum ſervos Chriſtianos conqui-
runt, & carcere, in quem à Mauris conje-
ctos eos audierant fuiſſe, refracto, libertati
omnes reſtituunt. Deinde accedeotibus
nautis multis, qui ſeſe opimioris ſpe prædæ
objecta, ſine ullo ordioe io litus ejecerant,
in oppidum irrumpunt, ac populari omnia
paſſim per domos diſſipati, inſtitount. Hoc
Andreas animadvertens, ac periculum ab
hoſtibus, ſi ſe in ſuos inferrent, apertiſſi-
mum cernens, repente ſignum receptui de-
1531 dit. Quam rem cum qui io arce erant ani-
madverterent, ac ſimul opportunum eru-
ptioni locum ſibi datum audireos, ab Alar-
bis adjuti, ad auxilium magoo agmine
confluentibus, ſubito omnes iacurſu Do-
rianos invadunt, atque eorom, quos præ-
dæ, magis quàm pugnæ libido tenebat, cæ-
dem iogentem faciunt. (55) Tum Andreas,
cum ſuos ſugere aut turpiter concidi vide-
ret, ut ei ignominiæ quoquo modo poſſet,
occurreret, poſtquam ſigno receptui dato,
neminem ſibi dicto audientem eſſe, quippe
prædæ ſtudio occupatum animadvertit,
claſſem paululum à terra ſubmovit: eo
conſilio, ut milites ſpe repetendarum trire-
mium deturbati, agmine facto Barbarorum
impetum fortiter reſiſtendo propellerent;
verùm ne ita quidem quidquam proficiens,
quadringentis, quos prædæ libido obcœca-
verat, in Africa relictis, & octingentis,
quibus catenas detraxerat, ſecum abductis,
ac multis prædonum navigiis, partim cap-
tis, partim incenſis, inde abſceſſit: (56)
Illud boni, omnium judicio conſeqootus,
quod Barbaruſſam ea expeditione perterri-
tum ab Gaditana, quam ardenti animo mo-
liebatur, oppugnatione avertit.

CAPUT VIII.

De quatuor triremibus Turcicis ad Algerium captis.

1532 POſtero verò anoo cum quatuor ab
Oriente triremes ad commeatum Al-
gerium ſupportandum proficiſci audiſſet,
maturandum ſibi exiſtimavit, ut celeriter
A io Africam perveniret, quo earom, ſi dare-
tur occaſio, potiretur. Itaque portu evectus
tantum ſtudium, tantamque virtutem adhi-
buit, ut cum eas io portu Farinæ depre-
hendiſſet, unam ceperit, reliquis in terram
ſe inferre compulſis, omnes Chriſtianos,
qui ferreis tenebantur compedibus relaxa-
rit, atque illato triremibus incendio, do-
mum revectus ſit.

CAPUT IX.

De Principatu Melphitano, & aurei Velleris dignitate à Carolo Andreæ delata.

B QUibus de rebus Carolus æquum eſſe
exiſtimaos honeſto aliquo ipſum
præmio decorare, Melphitano Prin-
cipatu donavit; (57) neque ita molto poſt
equeſtris etiam ordinis dignitate, quæ
aurei Velleris dicitur, honeſtavit. Ceterum
Melphitanus Principatus inſigni Joanois
Carracioli defectione ad Regiam Neapoli-
tanam aulam reciderat, quem Andreas pri-
mo eximia quadam animi moderatione
aſpernatus eſt, quod nec diutino obſequio
eam ſe Caroli gratiam promeruiſſe diceret,
& filiorum prole jam ætate confectus ca-
rens, hanc ad poſteros tranſmittere dignitatem
oequiret. Verùm com Hiſpanos omnes, in-
C primiſque Sanctiom Bravium, qui Caroli
diploma attulerat, in ſuſpicionem adductos
ſentiret, ne aut propter muneris tenuita-
tem, aut propter alienmorem à Carolo vo-
luntatem id faceret, poſtremo ot eum om-
oibus errorem eriperet, libenti promptoque
animo gratus Carolo quam ampliſſimis actis
accepit.

CAPUT X.

De rebus in Græcia geſtis & Corone capta.

JAm rumor oon ioanibus auctoribus in-
crebuerat, Solymanum armorum appa-
D ratum ingentem moliri, ut iterum in
Hungariæ Regnum irrumperet, ac Vien-
nam ipſam Auſtriæ caput, haud felici ad-
modum, triennio ante, conatu tentatam
opprimeret, quo de bello propulſando,
cum Carolus Ferdinandi fratris, cujus in-
primis res agebatur, vicem ſollicitus cogi-
taret, opportunè ab Andrea monitus eſt,
nihil ad id conſilii aptius eſſe poſſe, quàm
ſi maxima, & longarum, & onerariarum
navium claſſe comparata, eaqoe viginti pe-
ditum millibus equitibuſque nonnullis, at-
que omni denique genere armorum, ad
Græcos, ſi opus eſſet, armaodos, comple-
ra, Orientis litora vexarentur; ſic enim
E fore, ut aut Græcia impotenti Turcarum
imperio fatigata, & libertatis antiquæ co-
pida, ad arma facile concitaretur; aut Urbs
Conſtantinopolitana, abſente Imperatore,
rebus ad tantam belli molem ſuſtinendam
opportunis parum inſtructa, haud ægre ex-
pugnaretur: quarum rerum, etiam ſi neutra
procederet, illud tamen ſine dubio Caro-
lum perfecturum, ut eo conatu Solyma-
num,

(55) *Deſiderati circiter 400, cæteri Andreæ Auria diligentia ſervati &c. Bonfadius.*
(56) *Genuam reverſus eſt Kal. Julii. Idem.*

(57) *Sequutus annus XXXII. quo Andreas Doria Melphium Oppidum, quod eſt in Apulia finibus, à Cæſare dono accepit, ab eoque Princeps eſt appellatus. Verba ſunt Bonfad. præcitati.*

A num à præſenti invadendæ, cui jam pridem avidus immineret, Hungariæ, conſilio deterreret; ſollicitum enim de ſe in communi belli Marte futurum, ne dum incerta ſpe aliena regna affectet, ipſe patrium, ac multo labore partum Imperium turpiter amittat. Quo conſilio Carolus approbato Andreæ omnia expedire, quæ ad id eſſe idonea judicaret, permiſit, ac ſe quoque rebus gerendis cupidè interfuturum oſtendit; itaque ad Proregem Neapolitanum, ſimulque ad Siculum ſcripſit, darent operam, ut quæ Andreas cenſuiſſet, ad certum diem prompta, atque apta haberent omnia. Andreas & nauticos commeatus affatim parari, & bellica inſtrumenta expediri, & B omnes onerarias retineri, & maximum peditatus numerum conſcribi juſſit: nam ſe ineunte vere ad ea loca venturum, atque hunc apparatum ad Orientis bellum collaturum. Paulo poſt, cum Carolus Andreæ ſignificaſſet, ſe maritimæ expeditioni intereſſe non poſſe, quòd fratris rogatu, Solymano terra ſe objicere vellet; atque id ei, quod in rem maximè crederet eſſe, pro arbitrio agere conceſſiſſet, Andreas Genuæ portu evectus, (58) Neapolim, atque inde Meſſanam venit. Quibus in locis, quanquam parata omnia quæ monuerat non invenit, non deſtitit tamen, quin triremibus quadraginta octo, & onerariis triginta C quinque contractis, (59) ac certo Hiſpanorum, Italorumque peditum numero impoſito, Orientem verſus iter intenderet. (60) Cum autem Corcyram, & Cephaleniam prætervectus, Zacynthum veniſſet, Hieronymum Canalem, ſinus Adriatici Præfectum, obvium habuit; is à Vincentio Capellio, ſummo Venetæ claſſis, tum ad Zacynthum ſtantis, Præfecto miſſus, verbis ejus retulit Capellium iniquo animo ferre, quòd vires Venetas cum Cæſarianis jungere ad communes Chriſtianorum profligandos hoſtes non poſſet. Quippe juriſjurandi religione, ac fœderis paulo ante cum Solymano renovata fide impeditus. Ceterum ſe & ſta- D tiones & commeatus, & reliqua, quæ opus eſſent, ex ditione Veneta cum ſumere cupidiſſime permiſſurum. Andreas Capellio gratias Caroli nomine maximas, ſimulque eum admonuit, videret etiam atque etiam, ne dum jusjurandum Solymano datum homini fœdera, fidemque ſuo commodo metienti, temere coleret, pulcherrimam communis opprimendi hoſtis occaſionem, fruſtra eam poſtea quæſiturus, amitteret; quòd ad ſe attineret, ſibi eſſe in animo fortunam, quæcunque accidat, etiamſi Veneto nudato auxilio, experiri: quòd ſi paululum modò ipſa cœptis aſpiraret ſuis, ſe ſperare rem E eò virtute atque conſilio deducturum, ut Veneti, brevi omnibus fidei vinculis, quibus ſe cum Barbaro obſtrinxiſſent, revolſis, communem deſcendere Chriſtianorum in cauſſam non dubitent. Erat tum in Ambracio ſinu Himerales Turcicæ claſſis Præfectus cum ſeptuaginta triremibus parum probe ad ſummam (ſi forte opus eſſet) prœlii fortunam periclitandam inſtructis. Quæ res fecit, ut ibi Andream Acritam promontorium, quod hodie Galli dicitur cum claſſe prætervectum audivit, viribus ſuis diffiſus, ſibi cedendum exiſtimaverit. Quod ſimul ac ſenſit Andreas, continuo Sphragiæ inſulæ portu, qui nunc Sapientia dicitur, univerſam in eos claſſem educere cœpit; verùm, cum per ſpeculatoria navigia, Barbaros Neapolitanum ſinum prætervectos, Eubœam verſus celeri curſu contendere accepiſſet, haud ſe adipiſci eos amplius poſſe ratus, totius ejus rei cogitationem abjecit, ac Coronem aggrediendi conſilium cœpit, quod oppidum à Methone non longe admodum diſtat: ſpem autem celeris, ac facilis expugnationis, cum fugata hoſtium claſſis, tum aperta incolarum Græcorum defectio faciebat. Quamobrem, explorato diligenter ante oppidi, terra mariq; ſitu, in hunc modum oppugnationem inſtituit; onerarias naves, & ante eas triremes, latiori corona ad eam Urbis partem, quæ mari alluitur, produxit; anchoras autem in litus ſub muro, quamquam Turcis ex oppido ſagittis id opus impedire conantibus projecit; atque ad ſcopulos quoſdam affixit, ut inde per funes ductarios, ergatarum beneficio adducta navigia, quantum per humilitatem vadi liceret, ad mœnia admoveret; in navium autem proris, paribus extantibus, pontes antemnis impoſuit, tabuliſque conſtravit, ex quibus in oppidi mœnia projectis, parati milites ſe intra Urbem inferrent: in ſummis autem duarum majorum navium carcheſiis, minora aliquot tormenta diſpoſuit, ut inde non defenſores modò, qui in muro conſiſterent, ſed interiores etiam ejus partis, quæ inſula dicitur, ædes, non inanibus ictibus deturbaret. Poſtremò terreſtres copias diviſit, & Italos Hieronymo Tutavillæ Sarnenſium Comiti, Hiſpanos Hieronymo Mendocio attribuit; atque alterum à læva parte, alterum à dextra oppugnare Urbem tormentis, ſcaliſque mandavit. Cum verò ipſe locum ſibi juxta molem Tutavillæ maximè vicinum elegiſſet, Antonium Auriam dextro cornu cum pontificiis triremibus præeſſe, Salviatum in medio Rhodias mœnibus admovere juſſit. His ita diſpoſitis, Tutavilla, atque Mendocius, murum à terra majoribus, minoribuſque tormentis vehementiſſimè verberare inſtituerunt. Tutavilla, qui ad dejectam muri partem ſcalas appoſuerat, acriter à Turcis, non ſinè magno noſtrorum detrimento, repulſus eſt: Mendocius, nullo verberati muri ſatis patefacto aditu, non temerè irruptionis fortunam ſibi tentandam exiſtimavit. Andreas autem, maxima mari oppugnatione perfecta, claſſem admovit, ac ſigno pontibus in muros projiciendis edito, uſque adeò Turcas exterruit, ut præcipiti ſe fuga in arcem proriperent, atque inſulæ poſſeſſionem Andreæ concederent. Poſtero die, multæ Turcicorum equitum alæ, ut Coronæis opem ferrent, quaſi ad commune propul-

(58) *Movit è portu Doria ad XVI. Kal. Julii.* Bonfad.

(59) *XL. Naves, totidemque triremes eò coacta ſunt, quarum aliquot fuere Clem. Pont. Max., & IV. Equitum Hieroſolym. his Bernardus Salviatus, illis Antonius Doria Præfectus erat: milites claſſi impoſiti ſunt 5m. Italis præerat Hieronymus Tuttavilla, Hiſpanis Hieron. Mendoza, omnibus verò Andreas Doria Præpoſitus ſummam imperii adminiſtrabat.* Bonfad.

(60) *VII. Kal. Septemb. hac claſſis Meſſanâ ſolvit.* Idem.

pulſandum periculum, ex propinquis oppidis advolarunt; ex quibus Tadarea Tridigitus cum expeditis circiter ſeptingentis accurrit, quem Tutavilla callido conſilio in inſidias deduxit atque in foſſam, qua viam militarem occultè interſciderat, impulſum, cum ſuis omnibus delevit: quare tantus ſubitò timor eorum, qui arcem tenebant, animos invaſit, ut Urbem extemplò tradiderint; ea conditione, ut ipſi incolumes cum rebus ſuis abire poſſent. (61) Corone in poteſtatem adducta, cùm eſſent qui caſtellum in longo portu, haud procul à Corone conſtruendum ceuſerent, ut tutus claſſibus Chriſtianis pararetur receptus, Andreas non probavit: quoniam æſtivo tempore, quo potiſſimùm maritima negotia conficiuntur, ſtationes tutas ſibi non defuturas affirmabat: ſumptum autem duplicem conſtruendi, atque cuſtodiendi Caſtelli, ſine ſpe utilitatis commodive, faciendum non cenſebat: (62) itaque inde ad Patras expugnandas cum claſſe profectus eſt, quas cùm ab incolis, Turciſque deſertas inveniſſet, nam retractiorem in locum ſub arce, foſſa, muroque firmatum, milites cum magna puerorum, & fœminarum turba receſſerant: haud ægrè admodum in poteſtatem adduxit. Etenim muro paucis tormentorum ictibus, quòd imbecillior erat, dejecto, ac foſſâ virgultorum faſcibus confeſtim repletâ, in oppidum impreſſionem fecit: atque eo capto, tormentis extemplo ad arcem, in quam hoſtes refugerant, expugnandam ſubvectis, Turcas, qui ibi erant, in tantum terrorem ac tumultum conjecit, ut ſtatim oratoribus miſſis, deditionem ea conditione fecerint, ut inviolati, integrâ mulierum pudicitiâ, cum ſingulis veſtimentis abirent. Quare impetrata, Andreas exercitu in duas partes diviſo, ad tria millia capitum, quæ ſe dediderant, emiſit. Cum autem milites quidam petulantius fœminas attrectare, atque eis ornamenta diripere auſi eſſent; eos extemplò corripi, atque ad aliorum documentum laquei ſupplicio affici juſſit: itaque ne quid poſtea ejuſmodi admitti ab exercitu facinoris poſſet, Sarnenſium Comite, ac Salviato præire juſſis, ipſe poſtremum agmen adeò ſevero, minacique vultu coëgit, ut præſentem contumacibus omnibus necem intentare videretur: atque ita incolumes Tarcas ad litus, quod ſe facturum promiſerat, deduxit: plurimum intereſſe ad reliquum bellum proſperè conficiendum exiſtimans, ſi inter barbaros homines, ac planè noſtri nominis inimicos, eximia de juſtitia, fide, atque humanitate ipſius opinio percrebuiſſet. Poſt hæc victorem exercitum partitur; partem terreſtri itinere mittit; partem alteram ſecum retinet, atque ad Naupacti ſinus anguſtias, claſſe provebitur. Ibi caſtella ſunt duo, quæ *Dardanelli* vocantur, utraque ex parte ita conſtituta, ut tormentis ad libellam ſummâ aquâ directis, ſinus ingreſſum, exitumque intercludant; quæ Andreas oppugnare inſtituit; ſed cum eorum alterum, Rhium olim appellatum, Præfecto per Græcos homines metu oppreſſo, in deditionem accepiſſet, ipſum cum omni, quæ ibi erat, præda, diripiendum nauticis hominibus dedit. Hujus rei invidiâ, milites, qui pedeſtri itinere venerant, incitati, quòd opimiorem prædam eſſe, qua erat, exiſtimarent, ac ſe eâ, quòd tardius venerant, penitus excluſos viderent, tumultum, ac ſeditionem ingentem prope furibundi concitarunt, Andreæ irati, iniquè eum feciſſe criminabantur; qui primò ad Coronen, deinde ad Patras, & nunc demum ad Rhium, merito ſe laborum ſuorum præmio exuiſſet: cum intempeſtivis conditionibus, ut inanem clementiæ famam ſibi pararet, modò fortunis hoſtium peperciſſet, modò eas Liguribus claſſiariis conceſſiſſet: ſe verò, qui continentia incommoda, terra marique perferrent, cum ceteris commodis ſpoliaret, tum verò, quod ægrè forti viro ferendum eſſet, ob minimum quodque delictum, indigna laqueorum, ac gladiorum intentatione terreret; ac ne dicendæ quidem cauſæ copiâ factâ, plerumque ignominiosè necaret. Quibus vocibus, plerique Itali vehementius incitati, eò amentiæ proceſſerunt, ut ſigniferum quemdam Neapolitanum ducem ſecuti, ad proximas Græcorum amicorum villas, pagoſque depopulandos citato agmine convolarint. Andream, & querelarum militantium indigna jactatio, & ſpreta imperii ſui auctoritas graviſſimè offenderat; itaque quamquam milites prædâ ſatiati, non ita multò poſt, errore ſuo agnito, ad ſanitatem, officiumque, molli Tutavillæ increpatione redierant; ipſe tamen juſta in iracundia perſiſtebat, ſevereque eorum contumaciam, ut militaris diſciplinæ jura ſervarentur, caſtigare decreverat; primùm enim eos in iis locis inermes relinquere, atque hoſtibus trucidandos objicere in animo habuit: poſt autem, Tutavillæ precibus fatigatus & victus, omnibus ita ignovit, ut eos ſe decumaturum, acerbo & obſoleto jampridem, ſed quandoque neceſſario militiæ exemplo, denunciaret. Quibus verbis, cùm inuſitato pavore cunctorum pectora concuſſiſſet; ſatis id eſſe ad retinendum imperii militaris auctoritatem arbitratus, haud ultra progreſſus eſt: neque verò ejus facti ipſum poſtea pœnituit; nam eorum deinceps alacri, fortique opera ſemper eſt uſus. Ad Molycreum, Caſtellum alterum, è regione Rhii adducti, nequicquam reſiſtentibus Turcis, illud expugnarunt; cohortes hoſtium ſubſidiarias è Naupacto miſſas, in campis fortiter pugnantes primò ſuſtinuerunt; deinde fugientes perſecuti ſunt, & conciderunt. Ejus Caſtelli non ignobilem prædam, ingentia quædam tormenta in poteſtatem adducta, nobilitarunt magis: ex iis Andreas Sarneſium Comiti, & Salviato ſingula donavit, reliquis poſtea Genuam devectis, & conflatis, Sacellum Mariæ Dei Matris, & Virginis, quod ante in portus mole, ex piratarum ad Planaſiam inſulam devictorum manubiis conſecrarat, ornavit. His rebus confectis, literas à Cæſare accepit; quibus, & Solymanum ex Pannonia re infecta diſceſſiſſe, & ſe in Italiam venturum eſſe

(61) Vide Bonfad. qui minutim rem narrat, & primum, qui muros aſcendiſſet Lombum Dariam profert.

(62) *Hieronymum Mendozam cum præſidio 1500. milit. loco præfecit*. Bonfad.

eſſe ſignificabat. Iis lectis, quod jam hyems, quo tempore in longinquis, & hoſtilibus locis commorari claſſis tutò non poterat, etiam adventaret, ipſe ſibi è Græcia, relictis præſertim ibi ſatis multis Italicæ virtutis, juſtitiæque monumentis, cedendum exiſtimavit. Itaque Mendocio cum firmo Hiſpanorum præſidio Corone relicto, & Hiſpanis ac Græcis, bono eſſe animo juſſis, fideque data, ſe, ſi quid iis durius à Turcis accideret, ſuis opibus, cunctante Cæſare, eis auxilio advolaturum; felici navigatione in Italiam cum claſſe revertitur: (63) multorum animis ea opinione imbutis, ipſius in primis prudentia, ac fortitudine, magna ex parte eſſe effectum, ut Solymanus, relictâ Pannoniâ, mature ſe in Thraciam recepiſſet: veritus, ne Græcia Andreæ virtute ac felicitate perſpecta, cum à Chriſtianis paſſim incoleretur, ſumptis armis ad Cæſarem univerſa deficeret.

CAPUT XI.

De Carolo domi ſuæ primùm ab Andrea excepto.

1533 INterea Cæſar, ut iterum Clementem Summum Pont. Bononiæ conveniret, magnaſque res cum eo transfigeret, ex Germania in Italiam venit (64), Bononiaque Genuam profectus, apud Andream in ſuburbano prædio, hoſpitio ab eo magnificentiſſimè, ac ſplendidiſſimè acceptus, habitavit. (65) Ibi verò cùm eſſet, cum alia multa ſingularis humanitatis, ac comitatis erga Andream officia præſtitit; tum certo etiam die, uxorem ejus, amicè ſalutationis cauſſa inviſit; & multis cum ea, eximia in primis primariæ mulieris prudentia allectus, graviſſimis ſermonibus inſtitutis, ſe ægrè ferre aſſeruit, quòd ipſemet, mariti ejus auctoritatem ſecutus, majore in Græciam apparatu non trajeciſſet: cùm tam exiguo copiarum numero tantos ibi progreſſus ille feciſſet; neque verò Cæſari Andreas ullis hoſpitalitatis, aut opportunæ liberalitatis officiis ceſſit: quippe qui, ei diſcedenti, omnia domus ornamenta, pretioſiſſima in primis, ac planè Regia, dono obtulerit, quæ Cæſar ita ſe accipere dixit, ut ea ſibi Italiam repetituro, iiſdem in cubiculis aſſervaret: nec multò poſt, ab eo in Hiſpaniam feliciſſimè tranſportatus, ac Barchinone expoſitus eſt. (66)

CAPUT XII.

De auxilio Coronenſibus allato.

IN Hiſpaniam cùm perveniſſet, per literas certoſque nuncios cognoſcit, Solymani claſſem paratiſſimam, atque omni genere armorum ornatiſſimam, è Gallipolitano freto egreſſam, in Peloponeſſum curſu concitato contendere; eodem prope tempore, literæ à Mendocio ad Neapolis Proregem ſcriptæ afferuntur, quibus ſignificabat, ſumma vi à Turcis ſe terra marique obſideri: petebatque à Cæſare, ne Græciæ opem ejus adverſus barbaros imploranti, deeſſet: ab Andrea verò, ut fidem, quam ſibi diſcedens dederat, ſanctè pieque præſtaret; ſe oppidum vel adverſus maximam belli molem acerrimè defenſurum, ſi commeatus affatim eſſet, cujus ſubducta ratione, vix quod ſatis ad tolerandam æſtatem eſſet, inveniſſe. Quibus rebus cognitis, Andreas nullam moram ſibi interponendam ratus, quin ad eos obſidione eximendos accurreret, promittente atque adeò etiam ſuppeditante opes, rogatu ſuo, Clemente Sum. Pont. ſubitò Genuam, atque inde Neapolim venit: cùm viginti ſex onerarias naves, ac viginti ſeptem triremes coëgiſſet, eaſque veteranis Hiſpanis, qui ſeditionem in Campania fecerant, Rhoderico Macicao duce compleſſet. Ibi dum Alvarum Bazanum duodecim ex Hiſpania triremes adducentem exſpectat, veritus, ne Coronæi in auxilii deſperationem adducti, durius ſibi conſulere cogerentur, Chriſtophorum Pallavicinum cum velociſſima trireme (67) Coronen præmiſit (68), is interdiu, per mediam hoſtium claſſem in portum delatus, obſeſſorum animis ſpe celeris auxilii confirmatis, atque hoſtium rebus omnibus accuratè inſpectis, meridiano tempore, repente eadem, qua intrarat, felicitate, per medias hoſtium ſtationes inviolatus evaſit; atque Andream, cùm in eum è Neapoli curſum in Siciliam habentem incidiſſet, diligenter de noſtrorum, hoſtiumque ſtatu edocuit; in primis, eorum claſſem magnam, & inſtructam eſſe: tum prædonum acceſſione in dies ampliorem, atque validiorem fieri: præterea Morum Alexandrinum (piratam inſignem, ſummæque ſolertiæ virum) ad explicanda belli hujus conſilia expectari. Itaque Andreas omnem ſalutis ſpem in celeritate auxilii poſitam eſſe exiſtimans, triremibus Alvari non ultra exſpectatis, neque diurna, neque nocturna navigatione intermiſſa, in Græciam contendit. Ad Zacynthum devectus, cùm majorem, atque inſtructiorem opinione claſſem, ad Coronem ſtationem obtinere audiſſet, ut rem certius cognoſceret, ad Sphragiam inſulam provectus, Pallavicinum eundem ſpeculatum emiſit: qui reverſus, cum eadem omnia nunciavit, tum illud adjecit, hoſtium claſſem in ſinu Acritæ promontorii, obverſis ad terram puppibus, ſtare, quaſi prælium cum noſtra commiſſuram, ſimul ac promontorium ſuperaſſet; quibus cognitis Andreas, nihil exterritus, neque eorum vocibus, qui Bazanii triremes exſpectandas cenſebant, permotus, propoſitum perſecutus eſt: quòd autem Eteſiæ venti perflabant, qui æſtivo tempore poſt meridiem ſpirare conſueverunt, inter Acritam Promontorium & inſulam Ticanuſſam, quam Veneticam incolæ vocant, ab Acrita mille paſſuum intervallo diſtantem, curſum intendit: nimirum eo conſilio, ne ſi extra

In-

(63) *Genuam X. Kal. Februarii pervenit.* Bonfad.
(64) *Is dies fuit V. Kal. April.* Idem.
(65) *Illum Doria, & quoſcunque circum ſe Cæſar habuit, rebus omnibus ad victum, cultumque magnificum ſuppeditatis, ſuis ſumptibus aluit.* Idem.

(66) *XII. dies Genuæ commoratus cum XXXIV triremibus, quibus Doria præfuit &c. inde in Hiſpaniam contendit.* Idem.
(67) Velociſſimâ trireme & decem mille ſcutis; pro militari ſtipendio, ut Capell. pag. 52.
(68) *Ad Nonas Julii.* Bonfad.

inſulam ſe extuliſſet ſpirante à terra vento, naves nimit in altum evectæ, ipſa, quam petebat, Corone excluderentur, duo verò maxima navigia, quæ Galeones vocari diximus, præmiſit: quorum alterum ipſe magno ſumptu conſtruxerat, alterum Belhomius Siculus adduxerat, poſt eos autem, onerarias naves binas ſubſequi, propter magnas freti, inter Acritam, & Ticanuſſam anguſtias, juſſit: datis mandatis, ut ſimul ac primi locum ſuperaſſent, tantiſper curſum moderarentur, dum tota tranſvecta claſſis eſſet: extremum ipſe agmen, cum omnibus triremibus clauſit. Turcæ ubi naves prætervectas omnes viderunt, à litore non diſcedentes, tormenta deinceps in eas omnia emiſerunt, quæ Coronen verſus proras direxerant. Andreas, Acrita cum triremibus ſuperato, remis contendens, onerarias à læva ſibi conſtituit, eaſque munimento ſibi adverſus Turcarum tormenta effecit, cum autem naves duæ, implicatis inter ſe antemnis impeditæ, curſu reliquarum non æquato, in tergo hæſiſſent, Turcæ occaſionem rei benè gerendæ ſibi datam exiſtimantes, cum tota claſſe ad eas opprimendas ſe conferunt: ſcaphiſque, in quas plerique Hiſpani incolumitatis cauſſa deſilurrant, depreſſis, ac circumjecta triremium corona, utramque invadunt: nec magno admodum labore, humiliori cum multorum cæde capta, in excelſiorem ſubeunt, ibi cum, atroci edita pugna, ac prora, & medio ponte ab hoſtibus occupato, Hermoſilla Hiſpanus, partem inferiorem in magno ſalutis diſcrimine tueretur, Andreas eorum periculo permotus, revocata remigatione accurrit: quem conſpicati Turcarum duces, quod jam pleniore vento ad Coronem ſenſim impellerentur, atque ab edita quadam ejus oppidi turre, tormentorum ictibus aſſiduè peterentur, magno tumultu remis explicatis, naves reliquerunt. Andreas hoſtes longius perſecutus, cum multis eorum puppes ictibus verberaſſet, poſtremò ad ſuos redut. At Antonius Auria, ad recuperandas, quæ à Turcis occupatæ fuerant, onerarias relictus, rem feliciter confecit; principio quidem, cùm neſciret Hermoſillam, & Hiſpanos, qui reliqui fuerant, in imam navim compulſos fuiſſe ibique ægerrimè ſeſe defendere, verberata tormentis inferiori parte navigii, nonnullos ex ſuis interfecit: poſtea verò, quàm ventum eſt propius, Antmoiani fortiter, incredibilique celeritate in navem tranſcendentes, ſumma Caſtella ceperunt; tum redintegrata eſt cootiouò pugna: nec Hiſpani clamoribus fremituque certaminis audito, ſibi defuere: ſed in ſuperiorem partem aſcendentes, hinc ipſi, hinc Antoniani, Turcas omnes vel ceperunt, vel interfecerunt; cæſi tamen multò plures, quàm capti; ceciderunt enim treceoti fortiſſimi milites, quos illi Janizeros vocant: Tribunum autem eorum, qui ab iis Agas dicitur, Andreas comiter, ac munificè tractatum, ut ad ſimilem erga noſtros humanitatem hoſtes alliceret, ad Hybraimum Baſſam, ſine pretio, ultro dimiſit. Atque hæc quidem mari geſta ſunt; terra verò hoſtilis exercitus, poſt aliquot cum noſtris inita prœlia, conſpectu Aurianæ claſſis conſternatus, nequaquam planè collectis ſarcinis, in fugam ſe dederat: qua re animadverſa, Mendocius oppido cum Hiſpanis egreſſus, deſerta eorum caſtra occupavit: qui huic bello interfuerunt, narrant uno eodemque tempore, quod aſpectu pulcherrimum fuerit, multis in locis, terra marique, bene à noſtris eſſe pugnatum; nam una in parte Andream cum multis triremibus, fugientem hoſtium claſſem feliciſſimè perſecutum: in altera, Antonium cum ceteris triremibus, proſpero auſu onerarias duas recepiſſe; in illa, cohortes Hiſpanas ex Urbe, adjunctis Græcis egreſſas, cum terreſtri hoſtium exercitu ſigna contuliſſe: in alia demum, parones, ac myoparones aliquot, ex Coronæo portu eductos, ſecundum litora, parvis emittendis tormentis, equitatum Turcicum fatigaſſe. His rebus geſtis, Andreas frumentum, & vinum, & reliqui commeatus magnam vim, atque ingentem tormentarii pulveris numerum Corone imponit, Mendocio, cohortibuſque ejus, Urbis cuſtodiam tradit; Græcos ad omnem belli fortunam fortiter perferendam hortatur, quòd bellum Cæſar terra, marique, pro illorum libertate brevi ſit initurus; ac vetere exercitu in naves impoſito, Meſſanam felici navigatione revertitur. Advenienti, Siculi Regni præfectus obviam honoris cauſſa venit: atque cum ponte arcus in modum in mare facto, ut commodius in litus exſcenderet, benignè excepit: qui honos, Regibus, aut magnis certè ſolum haberi Principibus ante fuerat ſolitus; inde navigatione Geauam verſus intenta, (69) Cajetæ paullulum ſubſtitit, ac M. Antonii Carretti privigni ſui, Antonii Levæ filiam ſibi matrimonio deſpondentis, honeſta ſponſalia celebravit, eumque à matre iccirco ſibi dicatum, ut ad honores, opeſque proveheretur, Principatu Melphiæ donavit: (70) titulum tamen retinuit, ac tria millia nummûm aureûm ſibi quotannis numerari voluit, quæ pariter inter propinquos, amicoſque partitus eſt. (71)

CAPUT XIII.

De expeditione Tunetana.

POſtero anno ſalutis milleſimo quingenteſimo triceſimo quarto, Andreas triremes adverſus prædones, ut tuta redderet litora, paratas emiſit: quod numquam prætermittere æſtivo tempore ſolebat, niſi cum majora, gravioraque moliretur. Auguſto item menſe, Hariadenus Ænobarbus ad fretum Siciliæ venit, & Calabriæ litoribus, non ſine multorum pernicie vexatis, Neapolim prætervectus, ad Speluncam applicuit: qua capta, Fundiſque direptis, Pontias verſus iter intendit. His rebus acceptis Andreas parte triremium ſuarum, quæ Genuæ erant, aſſumpta, Neapolim, atque in Siciliam properavit, ut triremibus Regnorum eorum collectis, juſtam claſſem con- 1534

(69) Idem narrat Bonfad. ſubdens: *circiter Nonas Octobris Genuam rediit*.

(70) Hujuſmodi donatio, & Sponſalium contractus a Carolo V. approbatus habetur inf. ſign. DD.

(71) Capellonus addit pag. 55. Andream poſt morum non diu in Patriâ Urbe habitam, Papam Savonâ Centumcellas deduxiſſe.

conficeret, atque ad omnia loca, quæ egere ſubſidio viderentur, quoad poſſet occurreret. Inde cùm nuncius nullus afferretur, quò nam Hariadenus Pontiis profectus curſum direxiſſet, Neapolim ſe retulit. Ubi verò poſt aliquot dies accepit, Hariadenum ad Regnum Tunetanum progreſſum, illud, Mulcaſſe Rege pulſo, in poteſtatem redegiſſe, quòd jam hyems appetebat, triremibus Neapolitanis, & Siculis dimiſſis, atque in futurum annum ſe parare juſſis, cum ſuis Genuam ſe recepit, atque literas ad Cæſarem in Hiſpaniam miſit; quibus ipſum de iis omnibus, quæ ad eum diem acciderant, certiorem fecit. Itaque Cæſar optimè providens, quantùm Regnorum ſuorum, totiuſque Reipub. Chriſtianæ intereſſet, Turcas Tunete potiri, atque ibi claſſem habere, toto animo ad hujus belli cogitationes converſus, omnium primùm, duos ſibi ſummos duces aſcivit: Andream, quem toti maritimo negotio præpoſuit, unumque propter ſpectatam fidem, rerumque uſum, profectionis, atque intimi conſilii ſui participem fecit: & Alphonſum Avalum, quem ab Iſcla literis evocatum, ſummo pedeſtris militiæ imperio fungi voluit: atque omnia, quæ ad tantum bellum bene gerendum opus eſſent, in Hiſpania, Germania, Campania, & Sicilia impigrè, atque induſtriè per alios Præfectos expediri mandavit. Andreas in Liguria multarum ingentium navium, ac triginta triremium claſſem inſtruxit: quarum decem Pontificio nomine armandas curavit. Præterea nauticos plurimos, inſtrumenta navalia novi artificii, tormentaque omnis generis, ac tela innumerabilia, atque univerſam prope Liguriæ juventutem, ultro nomina profitentem, in naves impoſuit. Quæ cùm ipſe ſumma cura pararet, tantique navalis apparatus fama percrebuiſſet, Paulus III. Pont. Sum. ad virtutem ejus honorandam, gladium de more magnis cæremoniis conſecratum, ac baltheum, pileumque magnifici, ac pretioſi operis, dono miſit; (72) quæ præſtantis, piique ducis inſignia, adverſus Chriſtianæ religionis hoſtes depugnantis, magnis alias Regibus dono dari ſolita erant. Alphonſus, peditatum omnem in Africam tranſportare juſſus, dat negotium Maximiliano Erbeſtennio, ut Germanos per Tridentinas alpes adducat: Italos, per tres Præfectos, Hieronymum Turavillam, Sarnenſium Comitem, de quo antè diximus, Federicum Carrectum Andreæ privignum, & Auguſtinum Spinulam conſcribit. Ineunte vere, cùm claſſis in unum cogenda, ac navalis expediendus apparatus eſſet, una fuit Alphonſi ſententia, ut cohortes in Campania, Siciliaque conſcriptæ, Genuam adveherentur: inde, reliquis conjunctis copiis, in Hiſpaniam ad Cæſarem excipiendum iretur, atque rectè ex Hiſpania in Africam curſus intenderetur: altera Andreæ, qui cùm tam longam navigationem, nimiam rei gerendæ moram allaturam, ac claſſi cogendæ Eteſias impedimento futuros docuiſſet, ſibi illud opportunius videri dixit, ut Alphonſus ex Sicilia, atque Campania, milites in Caralitanum Sardiniæ portum tranſportaret, ex quo loco brevis, & commodus eſſet in Africam trajectus: ſe interea in Hiſpaniam iturum, atque eò Cæſarem ipſum cum toto apparatu Hiſpanico devecturum: cui cùm omnes aſſenſi eſſent, Alphonſus in Siciliam, Andreas in Hiſpaniam diverſa navigatione profecti ſunt. (73) Andreas quatuordecim triremes, ac præterea quadriremium unam adduxit, qua Prætoria Cæſarem vexit, opere certè præclaro, magnificoque, & novo facta: inſtructa verò etiam, & ornata ſplendide adeò, ut facilè magnorum veteris quoque memoriæ Regum, in ejuſmodi genere ſumptus æquaret. Cùm Barcinone ſolviſſet, ſecunda navigatione Magonis portum minoris Inſulæ Balearis, atque inde Caralitanum in Sardinia circa Calend. Majas tenuit; cùm eòdem Alphonſus, paucis ante diebus, cum Neapolitanis, Siculiſque, & Germanis cohortibus, feliciſſimè perveniſſet; nec multo poſt (74) Cæſare de reliqui curſus conficiendi rationibus edocto, eoque novæ properationis cupiditate incenſo, in Africam, cum trecentorum ferme navigiorum claſſe, in quibus triremes erant circiter ſexaginta (75) pervenit, & in Uticæ portum claſſem univerſam invexit, eo in loco, cùm quadriremis una omnium, portum ingrediens, ſabuloſo in vado hæſiſſet, ſubitò Andreæ conſilio, ingenti cum omnium vectorum, remigumque Cæſaris fortunæ gratulantium voluptate, periculo liberata eſt; inde diſcedens, cum promontorium Carthaginis eſſet circumvectus, claſſem contra turrim, quam Aquariam vocant, applicuit: ac jactis anchoris, deſcenſionem in terram, quæ difficilis admodum videbatur, in hunc modum inſtituit; primùm, in triremium, magnarumque navium ſcaphas, milites expeditos Hiſpanos, Italos, ac Germanos deinceps dimiſit: & ne ab hoſtibus in litore conſiſtentibus, ullo affici detrimento poſſent, prora triremium ad terram converſa perpetua pilarum jaculatione prohibuit; deinde, militibus ab Alphonſo intra caſtra munita reductis, equites, & reliquas omnes copias, ac tormenta ipſa expoſuit. Hinc, cùm Guletam arcem valido, ac firmo præſidio munitam, Cæſar ante omnia ſibi oppugnandam conſtituiſſet, Andreas, ad quem maritimi negotii cura reſpiciebat, officio ſuo ita ſtuduit, ut pro rei uſu rem terreſtrem interea quoque non deſiſteret adjuvare, cum prudentibus conſiliis, tum claſſiariis, & remigibus ſuis, ad caſtra locanda, aggeres faciendos, & tormenta diſponenda opportunè ſubminiſtrandis. Id quod eâ ſolertiâ exequebatur, ut etiam Alphonſus, ad quem terreſtris officii procuratio pertinebat, ſummam ex ea re voluptatem caperet: tum quia rei celeriter expediendæ ſummè id utile eſſe cernebat; tum quia Cæſari omnia ea probari, ſub cujus oculis gerebantur, videbat; ac propterea, facilè, libenterque Andreæ, ut pro arbitratu ea omnia ageret, permittebat; erat

(72) In exitu ferè Januarii Pauli Pontif. Max. nomine Niellus Eques Hieroſolym. enſem, inauratumque galerum, ampliſſimi honoris cauſa, Andreæ Doriæ dono attulit. *Bonfad.* ad eund. ann.

(73) Barcinonem pervenit Kal. Maji. *Bonfad.*

(74) Idibus Junii. *Bonfad.*

(75) Vide *Bonfad.* qui exactiſſimè numeroſiſſimam claſſem deſcribit ad an. ſuprad.

erat autem ejus arcis expugnatio propter loci naturam, hoſtium virtutem, ac firmam impoſiti præſidii manum, difficillima. Itaque cùm nihil prætermiſſum eſſet, quod ad terreſtrem oppugnationem pertineret, atque hoſtes Chriſtianorum conatibus reſtitiſſent, Andreas maritimam in hunc modum inſtituit, roſtratarum navium quippe tres ordines fecit, ac ſingulos ſibi per vices ſuccedere, atque emiſſis tormentis, cedendo ſequentibus locum dare, juſſit. Onerariis verò, idoneis in locis ad anchoras conſtitutas, ex caſtellis prorarum, ac puppium, & ab excelſis malorum carcheſiis, non modò munitiones, ſed arcem ipſam continenti ferreorum globorum procella obruere: quibus rebus plurimùm expugnationi Guletæ profuit; nam, præterquam quod muros arcis multis ex partibus quaſſavit, Turcas etiam, qui pro mœnibus ſtabant, crebris adeò ictibus petere inſtituit, ut locum deſerere coacti, aditum peditibus Cæſarianis, qui ab ea parte irruperunt, patefecerint, ea vi, Sinas Judæus arcis Præfectus, vir peritiſſimus rei militaris adactus, arcem reliquit; atque ad Hariadenum profectus, nullam aliam culpæ excuſationem attulit, quàm quod ſibi non cum homine, cujus frangi aliqua ratione impetus poſſet, ſed cum magno Dæmone, cujus indomita retundi vis nequiret, ſibi res fuiſſet: quibus verbis Andream ſignificabat. Arce cum universâ Hariadeni claſſe, quæ tunum in palude ſtationem habebat, in ditionem redacta, inde ad oppugnandum Tunetem exercitus eſt admotus, quo haud ægrè capto, Hariadenus Hipponem, quæ hodie Bona dicitur, dolore, ac metu anxius, præcipiti ſe fuga recepit: ubi triremes aliquot conſultò reliquerat, ad fugam, ſi fortuna deterior fieret, conſciſcendam. Hac recognita, Andreas triremes delectas Hipponem miſit, Præfectiſque mandavit, ſi Hariadenum offendiſſent, ut cum eo confligerent: quibus nihil ex ſententia ſucceſſit; is enim fuga ſe eripiens, Algerium pervenit; itaque Hippone facilè in poteſtatem redacto, arx ipſa firmata eſt Hiſpanorum præſidio. Cæſar Guletæ munitiones refici juſſit; fortiſſimiſque cohortibus impoſitis, (76) & Mulcaſſe in Regnum reſtituto, ac ſocio, tributarioque relicto, clariſſimæ, ſi quando aliàs, compos victoriæ,
1535 in Siciliam, atque inde Neapolim venit.

CAPUT XIV.

De ſalutaribus conſiliis Carolo Neapoli datis.

UBi aliquot menſes, ob ipſius Urbis amœnitatem verſatus, familiaribus in primis Andreæ colloquiis, ad ſe quotidie ferè poſt prandium ventitantis, eſt delectatus: ſæpe enim de iis, quæ tum impendere videbantur, rebus cum eo commentari adortus, ſententiam ejus avidè, quippe hominis cum prudentiæ, tum fidei ſpectatiſſimæ, requiſivit. In primis, cùm illud per eos dies omnium ſermonibus jactaretur, quòd Franciſco Sfortia Mediolanenſium Duce mortuo, Cæſar per Antonium Levam, illam ſibi Provinciam aſſeveraret, Andreas in hunc ſermonem ingreſſus dixit; duo maximè ipſius inceptis obfutura: Franciſcum Galliæ Regem, qui ditionem illam ſibi, aut pactione, aut bello, ut ad ſe jure hereditario pertinentem, vindicaturos eſſet; & Principes Italos, qui præcipuum aliquem ejus regionis dominum æquioribus oculis viſuri eſſent, quàm ipſum Cæſarem, ſuſpectis ſibi tot Regnorum opibus præpotentem; videndum autem illi inprimis eſſe, num aliqua honeſta ratione paciſci cum Rege poſſet, ut ea cura ſolutus, liberiore, ac magis vacuo animo incumbere uni Turcico bello imminenti poſſet; verum de Gallis vix certi quidquam ſtatui, ob eorum levitatem ingeniorum, poſſe: præcipuum autem Ducem Mediolani conſtituere, niſi matura adhibita cogitatione, non oportere; quòd præſens tempus moneret, nihil ſibi tutius videri, quàm eam ditionem quocunque munitionis genere confirmare, quæ eo loco ſita ſit, ut ceteris Regnis ejus, validum adverſus irrumpentes in Italiam Gallos propugnaculum ſit futurum, tantis copiis abundet, ut ipſa ad ſui defenſionem, maximam impenſarum partem facilè ſit ſuppeditatura; illud autem ante omnia providendum, ut milites ſubjectorum populorum impenſis non alantur; verùm omnia ad victum neceſſaria præſenti pecunia mercentur; ne aut militaris ratio diſciplinæ in tanta vivendi licentia corrumpatur; aut populi immanibus ſumptibus exhauſti, diuturnam tributorum collationem perferre non poſſint: nam populos, ſi intollerabilia tributa non exigantur, & firmius in fide manſuros, & brevì omnes pecunias, eòdem, unde manarent, nempe ad ærarium publicum, relapſuras. (77)

CAPUT XV.

De rebus adverſus Franciſcum Regem in Provincia geſtis.

QUæ verò Andreas providerat de Regis Gallorum conſiliis, ea non inania fuiſſe uſus docuit: poſtero enim an- 1536
no, reverſo jam Genuam Andrea, Rex ut aditum Mediolanenſi occupando imperio ſibi pararet, in Caroli Philiberti ditionem, quem quòd Cæſaris affinis eſſet, haud quaquam bono in ſe animo futurum intelligebat, invaſit; atque eum Allobrogum regione universa trans alpes; & majore ſubalpinæ parte cis alpes, validiſſimo immiſſo exercitu, exuit. Qua re cognita, Cæſar continuò è Campania in Galliam Ciſalpinam, per Latium, atque Hetruriam venit: atque huic Andreas ad Apuam primùm, quæ nunc Pontremulus dicitur, deinde ad Haſtam, quamquam impeditis, ac difficilibus itineribus, atque ætate gravis, occurrit, ne conſilium ſuum, operamque ullo loco deſiderari ab eo pateretur. Itaque cùm ex Levæ auctoritate, arma Galliæ inferre Cæſar decreviſſet, admonuit Andreas, opportunum ſibi videri, ut ipſe claſſem maximam, atque omni apparatu bellico inſtructam

(76) Bernardino Mendoſa cum 1000. peditibus Hiſpanis relicto &c. *Bonfad*

(77) Plura addit Capell. ad Regnum Neap. & ad Curiam Romanam ſpectantia, de quibus Andreas Cæſarem admonere curavit pag. 62.

ctam Provinciæ litoribus induceret, eamque omnibus hoſtilibus modis vexaret: Leva autem Taurino oppido cis alpes expugnaro, aut certè accuratè circumvallato, cum valido exercitu in Galliam per Delphinatum irrumperet, ſic enim fore, ut Rex de proprio Regno ſollicitus, ex Italia redire ad ſua defendenda compelleretur. Quo conſilio probato, Cæſar Taurinum obſideri juſſit; ac terreſtribus copiis in Galliam cum Antonio Leva inductis, ipſe oppida inferiora tentare, Andreas claſſe invecta, maritima infeſta reddere adortus eſt; quo rerum motu, quamquam inopinatu, Franciſcus Rex minimè exterritus, ut Cæſaris aliqua ratione impetum retardaret, atque ei metum rerum ſuarum graviorem incuteret, novum ad Mirandulam delectum haberi, eoque Genuam tentari jubet; cujus facilem, atque expeditam fore expugnationem, magnam ſpem Cæſar Fregoſius, veteribus factionum ſtudiis confiſus afferebat: atque hujus negotii procurationem Guidoni Rangonio Comiti, viro forti in primis, ac belli, & rei militaris peritiſſimo mandat. Jam Andreas claſſe in Tolonis portum impulſa, turrim ejus, prolatis tormentis in poteſtatem redegerat: commodeque terreſtri exercitui, liberè ipſam jam Provinciam pervaganti, commeatus copiam, ex claſſe per oram ſubſequente, ſuppeditabat; (78) verùm poſtquam Cæſar caſtra ad Aquas Sextias poſuit, non ita facilè ab Andrea juvari potuit; longo præſertim, eoque latrociniis infeſto, viæ ſpatio interjecto; quare exercitus ejus, cocto deficiente pane, noxiis, ficu, uvaque multa veſci coactus, ſimul fame laborare, ac peſtilentia cœpit; his malis, ne ipſe quidem Andreas maturum afferre remedium poterat: quamvis pro frumenti copia, qua ipſe abundabat, pluribus ſimul furnis panem excoqueret, & nauticum commeatum affatim præberet; cujus magnam vim in claſſem idcirco congeſſerat, ut terreſtres etiam, ſi uſus foret, copias ſublevaret. Interea Sornaco Corſus, cognito Rangonii imperatoris ſui conſilio, (nam in ejus exercitu ordinem ducebat,) relicto eo, Genuam profectus, atque inde ad claſſem miſſus, & Principes Civitatis, & Andream de Urbis Genuenſis periculo admonet. Andreas de ſalute patriæ per ſe liberaræ ſollicitus, extemplò ſeptingentos delectos milites Auguſtino Spinulæ tradit; ac triremibus Antonii Auriæ Genuam tranſmittit; & Cæſari omnia, quæ audiverat, quæque paraverat, ſignificat. Ita Genuenſes, cum ſtudio expertæ libertatis accenſi, tum Auriani auxilii opportunitate erecti, facilè non ſolum Rangonii, Fregoſiique conatum ſuſtinuerunt; ſed eoſdem etiam ſcalas muris apponentes, atque aſcendere tonitentes, acerrimè repulerunt. (79) Verùm exercitu Cæſaris fame, ac tabe confecto, cum Leva dolore ex interrupta, ac propè deſperata victoria concepto, in morbum lapſus, brevi eſſet mortuus, Cæſar nihil ſibi ultra tentandum, ſed Galliam relinquendam eſſe conſtituit. Hic tum à Cæſare conſultus Andreas, quemnam in Levæ locum exercitui præficeret, reſpondit, multos ipſum habere, quibus ea rectè cura committi poſſet; verùm ſe Alphonſum Avalum, & fortitudinis & prudentiæ laude, nemini poſtponendum exiſtimare, de fide ejus certiſſimum ex perpetua ipſius & majorum ſuorum vita, teſtimonium ſumi poſſe; quos ipſius, ac Regum Hiſpanorum omni tempore cupidiſſimos fuiſſe conſtaret: virtutem vero ipſi notiſſimam eſſe, qui Alphonſum ſciret ab ineunte ætate Cæſariana ſigna ſecutum; bellis omnibus, quæ ſuperiori tempore geſta eſſent, interfuiſſe; & præſente ſe, multa & illuſtria ſigna ſummæ fortitudinis militariſque conſilii, dediſſe: addiditque, nihil porrò Principibus Italis acceptius gratiuſque futurum, quàm ſi copiis omnibus, quæ in Ciſalpina Gallia hoſtium conatibus opponendæ erant, Italum Principem præficeret, quæ cùm vera eſſe Cæſar intelligeret, Alphonſumque ſummopere diligeret, ab Andreæ ſententia non diſcedens, eum exercitui Ciſalpino cum imperio præeſſe juſſit: tum deductis undique præſidiis, cùm ad Liguriæ fines, quò claſſis ſubſecuta pervenerat, acceſſiſſet; triremibus conſcenſis, ab Andrea Genuam eſt devectus, (80) ab eoque cum toto aulæ comitatu, in ædibus ſuis, magnifico, ut ante, cultu exceptus, non ita multò poſt Barchinonem eſt reportatus.

CAPUT XVI.

De Florentia poſt Alexandri Ducis mortem in authoritate Caroli retenta.

ANdreas autem, cùm Genua revectus 1537
(81) audiſſet, Alexandro Florentinorum Duce Cæſaris genero, domi ſuæ per inſidias interfecto, Civitatem in armis eſſe; quòd plurimum eam rem ad Cæſaris dignitatem pertinere putaret, nihil ſtudii diligentiæque, quod ad ſe pertineret, reliquit, ut Urbem nobiliſſimam, & ad res Italiæ conſervandas opportunam, ipſius in auctoritate retineret. Itaque triremi Liburnum miſſa, arcis Præfectum in fide continuit, & Coſmo Medici, ad ejus Reipublicæ adminiſtrationem electo, tantam dignitatem Cæſaris nomine gratulatus, ad Cardinalem Cibum, qui tum Florentiæ erat, & ad Alexandrum Vitellium, qui arcem occuparat, de ſuo utriuſque ſtudio, Cæſari ipſi navando, diligentiſſimè ſcripſit, quin etiam Marchionem Aquilariæ, qui fortè Legatus ad Pontificem à Cæſare deſtinatus, cum Genuæ verſabatur, eum duobus millibus Hiſpanorum miſit; & Alphonſum Avalum, ut validam Germanorum manum in Hetruriam ad res Cæ-

(78) Eodem Andrea Doria, qui Genuam redierat, cum 50. triremibus contendit, Antipoli capta, proceſſum eſt in Provinciam, ad Brunsolam haud levi commiſſo prælio, 600. prope Galli interfecti, duoque eorum non ignobiles Duces capti ſunt. *Bonfadius.*

(79) IX. Kal. Septemb. ut narrat *Bonfadius* accuratiſſimè deſcribens inanem aggreſſionem, Barnaba Viſcontio Duce, à Gallis facta, eorumque receſſum.

(80) *Ad V. Idus Octobris Genuam venit, ubi triduum commoratus cum claſſe triremium XLIV. in Hiſpaniam navigavit adverſiſſima tempeſtate &c.* Bonfad.

(81) *Ineunte Januario.* Bonfad.

Cæſatis provehendas mitteret, per literas hortatus eſt.

CAPUT XVII.

De rebus in Turcico mari adverſus Solimanum geſtis.

Quibus rebus dum Genuæ Andreas intentus ſtudet, erebtis primò rumoribus, deinde eertis auctoribus didicit, Solymanum eopias, & claſſem iagentem parare, ut Italiam rerreſtri, ac maritimo bello aggrederetur; itaque providens Cæſarem ia tempore claſſem tantam nou comparaturum, ut cum Turcica ex æquo confligere B poſſet, conſilium oepit, ſimul ac navigandi poteſtas facta ſit, cum iis, quas inſtructas & paratas habebat, triremibus, Orientem verſus proficiſci; ut quemadmodum ad Cæſarem ſcripſerat, exploratis hoſtium rationibus, ſi quo modo poſſit, moram, atque impedimentum injiciat; univerſæ tamen hoſtili claſſi ſe non objiciat; ſed ſi qua forte navigia, à claſſe avulſa deprehendat, ea invadat, atque hoſtem commeatu pro viribus intereludat. Dum autem quid literis ſuis Cæſar reſpondeat, exſpectat, Venetorum animos per Lopem, Cæſatis apud eos Legatum, de conferendis adverſus communem hoſtem armis diligenter tentat: C quos cùm ab hoc conſilio averſos comperiſſet, ipſe cum viginti octo triremibus duntaxat, in eum nulla interpoſita mora procedit. Solymanus autem tantam celeritatem adhibuerat, ut prope Hariadenus cum claſſe, atque ipſe cum ducentis armatorum millibus, prius in Epirum ad Aulonem pervenerint, quàm eos Cooſtantinopoli profectos noſtri exiſtimarent. Interea verò, dum Solymanus Caſtro oppido, octo millibus ab Hydrunte diſtante, metu in deditionem adducto, ac magna vi peeorum ex Salentino litore abacta, extremam Italiæ oram non inanibus belli tumultibus replet, opportune itam ejus Alexander Con- D tarenus trierarchus Venetus excitavit: qui duas Turcicas triremes, imprudens, ut ipſe ferebat, nactus, ac piraticas eſſe arbitratus, depreſſit; multoque vehementius Andreas, qui ad Zacynthum & Cephaleniam Meſſana (82) pruvectus, Ionium mare longè, lateque prædabundus percurrere, cum inſigni ejus detrimento inſtituit; nam primùm quidem aliquot navigia, onerariæ fluviatili ſimilia, quæ Schiratia appellantur, aliaque, quibus commeatus, ac mercimonia ad claſſem, exercitumque ſupportabantur, cepit, eademque, præda rerum hominumque ingenti potitus, incendit; de- E inde triremes binas adeptus, quas nautæ à Veneris trierarchis aliquot fugati, inanes reliquerant, eombuſſit; poſtremò duodecim apud Merlejas, quas vocant, inſulas, oectus, magno prœlio profligavit; ita ut Turcas omnes, aut ferro ceciderit, aut in mare demerſerit, aut vivos in poteſtatem adduxerit: quorum magna pars egregia virtute pedites, ex ipſis regii corporis cu- A ſtodibus erant, quos Janizeros; equites, quos Spahos appellant, nonnihil tamen damni ex ea pugna Andreas accepis; quòd commiſſo ante lucem prœlio, triremes hoſtiles corona ſuarum complexus, cœcis, præ lucis malignitare tormentorum ictibus ita verberavit, ut ſuis æque atque inimicis, tranſvolantium impetu pilarum nocuerit, inde ad Leucam Promontorium delatus, cùm Hariadenum octoginta adverſus ſe triremes adducere perſenſiſſet, averſo itinere, captivis triremibus aliquot, quæ integræ erant, adductis, Meſſanam repetiit. Eodem tempore Solymanus aliquid in Italia ſe proficere poſſe deſperans, quòd ingentibus ab Aodrea detrimentis affectus ac maritimo commeatu excluſus, claſſem ſuam dividere fuiſſet coactus, conſilium totius belli admioiſtrandi mutarat; atque armis contra Venetos, quos à fœdere deceſſiſſe arguebat, converſis, Corcyram eorum inſulam omni obſidere ope incœperat. Veneri verò ſubito terrore perculſi, cùm ſe parum firmos ad tantam belli tempeſtatem ſuſtinendam viderent, à Sum. Pont. per Legatum ſuum Romæ contenderunt, ut Andreas cum Cæſaris triremibus, Brunduſium trajiceret, quò duarum claſſium conjunctius viribus, facilius hoſtem ab inſulæ obſidione depellerent: Pontifici hæc poſtulanti Andreas reſpondit, magno ſe dolore ferre, quòd tam piæ, atque optatæ expeditioni adeſſe non poſſet, quoniam Meſſanæ jam medio Septembri exacto eſſet; & triremes malè affectas haberet, remigibus, ac militibus multis amiſſis, & commeatu vix ad claſſem revehendam Genuam ſuffecturo: nec ſibi decorum admodum videri, eò Cæſaris ſigna, nomenque transferre, unde mox ob rei frumentariæ difficultatem, ſint non ſine aliqua turpitudine referenda: quòd ſi poſtero anno Veneti ea mente ſint, ut collatis armis Solymanum bello perſequi velint, ſe neque ipſis eupientibus, neque Summo Pontifici 153
petenti, ullo loco, aut tempore defuturum. Inde Meſſios Genuam profectus, Adamum Centurionem, virum prudentem in primis, atque diſertum, ad Cæſarem in Hiſpaniam miſit, ut eum de rebus geſtis doceret; ac ſe quod Sum. Pontificis petitioni eo tempore non paruiſſet, diligenter purgaret: quem in utraque oratiooia perte verſantem, Cæſar tanta animi æquitare audivit, ut non res ſolum Andreæ geſtas eximiis laudibus extulerit; ſed etiam rationes, quibus Brunduſium ire abnuiſſet, etiam atque etiam approbarit; atque ipſum Andream in conſpectu Legatorum Pontificii, ac Veneti, à quibus iniquis propterea lacerabatur ſermonibus, omni culpæ ſuſpicione liberaveris; cùm adjiceret, & ſe, & Pontificem, & Venetos, in ſuo officio obtorpuiſſe: unum duntaxat Andream, egregiam eo bello operam præſtitiſſe,

CA-

(82) Cum Andreas Doria menſe Junii Meſſana navigavit &c. Navibus onerariis, ac impedimentis omnibus ibi relictis, triremes XXVIII. expeditas ſecum duxit, & Cephaleniam contendit &c. *Bonfad.* Reliqua lege apud eumdem non ſine delectatione narrantem pagg. 1375. & ſeq. editionis ſupradictæ *Vvander Aa*.

CAPUT XVIII.

De maritimo imperio à Fœderatis contra Solymanum ei delato.

VEoeti, magnia primùm Corcyræ Inſulæ, quæ acriter à Solymano per aliquot dies oppugnata, vano licet conatu fuerat, deinde Epidauri, ac Nauplii oppidotum in Peloponneſo, quæ per Caſinum Baſſam continenti obſidione premebantor, detrimentis permoti, ulciſcendi hoſtis cupidi, facile eò, quò jampridem invitabantur, deſcenderunt, ut armis cum Cæſare, & cum Pontifice junctis, fœdereque facto (83) Solymanum bello, terra, marique perſequerentur. Itaque ſcriptæ ſunt continuò fœderis illius conditiones; quotque triremes, & naves paratas, & inſtructas quiſque habere teneretur, diſertè cautum, renunciati irem claſſium duces: Pontificiæ, Marcus Grimanus, Aquilejæ Patriarcha; Venetæ, Vincentius Capellius; pedeſtrium verò copiarum, ſi res terra gereretur, Ferdinaudus Gonzaga, Siciliæ Prorex; at Audreas maritimæ expeditionis, atque oniverſæ Fœderatorum claſſis Præfectua, cum ſummo imperio deſtinatus eſt. Jannettinum Auriam, patruelis ſui Thomæ filium, impigrum, ac ſpectatæ virtutis juvenem, Andreas Legatum ſuum Genuæ reliquit: mandavitque, ut quinque triremes ad veteres ſuas quindecim adificaret, atque inſtrueret: ipſe ad Cæſarem in Hiſpaniam ad explicanda futuri belli conſilia, triremi una profectus eſt.

CAPUT XIX.

De Carolo Nicæam devecto; Franciſci comitate erga Andream exhibita.

1538 NEc multo poſt, accito cum triremibus reliquis in Hiſpaniam Jannettino, Cæſarem Nicæam, Provinciæ oppidum, in Sabaudiæ Ducis imperio poſitum deduxit, mox Sum. Pontificem Roma advenientem cum decem triramibus eòdem devexit: cùm ab alia quoque parte Franciſcus Rex Galliæ illuc communi ambobus colloqoio à Pontifice poſtulato, veniſſet. Ibi cum Pontifex eos in colloquium ſimultatum dirimendarum cauſa contrahere, ac pacem componere fruſtra conatus eſſet, ſedatis in præſens diſcordiis, induciæ in decem annos pactæ ſunt. (84) Quibus confectis rebus, Rea Maſſiliam, Pontifex Genuam, Gallicis triremibus, diverſis itineribus abierunt. Cæſar ab Andrea Genuam devectus, ad eundem diverit: neque ita multo poſt, in Hiſpaniam profectus eſt. Verum cum oram Provinciæ præterveheretur, ad foſſas Marianas, (Aquam hodie mortuam nominant,) cum claſſe de induſtria conſtitit: ad quem Rea, qui in colloquium ejus venire, præſente atque inſtante Pontifice Nicææ prope obſtinate negaverat, ea condicto, ſanè liberaliter, cum uxore, quæ erat Cæſaris ſoror, & liberis, & Cardinale Lotharingio venit: ac conſcenſa quadrireme Prætoria, Cæſarem amicè complexus, ſecreta cum eo colloquia in puppi inſtituit. Quibus perfectis, opportune Cæſar Andream à prora, quò is ſeceſſerat, ad Regis aſcenſum, omnibus iaratim à Regina, & filiis, & comitatu excultua officiis, ad Regem ſalutandum accivit; cùm autem Andreas veuerabundus maximorum duorum Principum in conſpectu aſtitiſſet, tum Rea, *haud invitus*, inquit, *facio*, *Andrea*, *ut te in antiquum gratiæ atque amicitiæ meæ locum*, *Cæſare poſtulante*, *reſtituam*: cui Andreas, *recte tu quidem Rex maxime* (inquit) *etenim cum operam tibi præſtiti, egregiam, & fidelem in primis præſtiti*: quæ verba cum Cæſar ab Andrea commotiore animo dicta ſenſiſſet, protinus eum interpellavit, atqoe ut Regi manum deoſcularetur, ſignificavit: Rex autem, non ſolum læto eum vultu accepit, ſed cum eo toram etiam quadriremem, quæ erat, ut diximus, ornatiſſima, voluit inviſere; fortè ita incidit, ut cum Rex in æneum tormentum unum Gallicis inſignibus impreſſum, oculos defixiſſet, converſus ad Andream, qui verbis tormenti ejus virtutem mirifice efferebat, diaerit, *atqui meliore nunc ære tibi cudo*; cum innuere vellet, ſe uberiora, quàm ante, ſtipendia ducibus, præfectiſque ſuis decernere: cui Andreas, *at æs Cæſaris eadem*, inquit, *ſemper puritate fuit: poſt quem*, *quæcunque habeo*, *& me ipſum poteſtati*, *arbitrioque Majeſtatis tuæ permitto*. Rex gratiis humaniter actis, ad puppim revertit; atque in Cæſaram, qui ibi ſobſederat, intuens, dixit: *præſtantem ſanè*, *Cæſar*, *Præfectum nactus es*, *fove illum*, *atque amplectere*: quibus verbis, paucis ſanè, ſed gravibus, facile appatuit, & Regem tacitè, licet ſerò, pœnitere, quòd Andreas relictis Gallis, ad Cæſarem tranſiſſet: & Andream id virtute adeptum, quod plurimi expetont, & pauciſſimi conſequuntur, ut a ſummis Regibus, iiſque vel ioimicis, vel parum propenſis, magnopera commendaretur.

CAPUT XX.

De expeditione adverſus Turcas ad Praveſam.

DUm ſimultatibus depoſitis, controverſiæ intar Cæſarem, & Regem per colloquia componuntur, Solymanus fœderis adverſus ſe icti, atque apparatuum Chriſtianorom non ignarus, omnis, quæ ad diligentem maximi navalis belli adminiſtrationem pertinerent, ingenti ſtudio comparat; ac ſummæ rerum Hariadenum præficit, virum, cùm rei bellicæ laudibus clariſſimum, tum verò, eximio quodam odio adverſus Chriſtia-

(83) Pacta hujus fœderis vide apud Du-Mont Corp Diplomatique Tom. IV. p. 2. ad diem 20. Jan 1538.

(84) Eleonora Regina Cæſaris ſorore rem adjuvante. *Bonfad.*
Adeſt in ſupradicto Tomo IV. p. 2. Du-Mont Corp Diplomat *Traité de Treve pour* 10. *ans entre Franc. I. Roy de France*, *& Charles V. Emp. &c. à Nice le* 18. *Juin* 1538., *e Relazione del clariſſimo Niccolo Tiepolo dell' abboccamento di Nizza tra Paolo III*, *Carlo V.*, *e Franceſco I.*, *e della Tregua ſeguitane &c.*, *& declaration de l'Emp. Charles V.*, *que le Traité fait à Nice ſera tenû & obſervé pour une ferme*, *& aſſurée Paix &c.* 2. *Feb.* 1539.

ſtianos flagrantem; is celerrime ingentem triremium numerum cogit, inſtruitque; tum Gallipoli egreſſus, recto curſu in Cretam inſulam venit: Cydoniam, & Rhytimnam oppida oppugnat: ſed fortiter ea defendentibus Venetis repulſus, totam in Ambraciura ſinum claſſem invehit; atque inde conſilia, & conatus explorare Chriſtianorum inſtituit; cùm autem ad Corcyram jam cum claſſibus ſuis Capellius Veneta, Grimanus Pontificia perveniſſent, ne interea dum Andreas Cæſarianum longè latè que diductum apparatum colligeret, adduceretque, tempus nihil agendo conſumerent, Ambracii ſinus, ubi hoſtem eſſe acceperant, anguſtias opportunè ſibi explorandas putarunt; itaque Grimanus ad id munus cum ſua claſſe provectus, cum omnia accuratiſſimè circumſpexit, tum Prævesæ Caſtellum, ipſius ſinus in faucibus poſitum, per occaſionem aggreſſus, expugnare, vano illo quidem, verùm non contemnendo incœpto conatus eſt; nec multo poſt Andreas triremibus, navibus, militibus, ac commeatibus, quæ in Liguria, Campania, atque Sicilia, Cæſare imperante, erant parata, ſumma diligentia, ſed non ſine aliqua temporis neceſſaria jactura, undique collectis, atque ſublatis, exeunte Auguſto, omnium opinione celerius, Corcyram pervenit, ac ſe cum Pontificia Venetaque claſſe conjunxit; ibi ab ambobus claſſium Præfectis, ut qui cum ſummo imperio eſſet, ſtudioſe conventus, continuo ad ſalutaria expedienda rerum gerendarum conſilia eos ſeduxit; ac quid de hoſtili claſſe comperti haberent, percontari cœpit. Reſpondente autem Grimano, eam in Ambracio ſinu ad anchoras ſtare, idque ſe, cum eò ſpeculatum non infeliciter iſſet, oculis compertum aſſerre; ſinum autem amplum, atque maximæ cujuſque claſſis capacem, ſed faucibus admodum anguſtis eſſe, eaſque quod Prævesæ Caſtellum magno tormentorum numero munitum immineret, adiri tutò vix poſſe; rurſus eſt ſciſcitatus, num terreſtria itinera plana, ac peditibus ad iter, & prælium, ſi opus eſſet, ineundum commoda; itemque an fundum maris purum foret, ut claſſem hoſtilem mari obſidere facilè poſſet, cui maximè eſſe reſponſum eſt. His cognitis, quod triremes eorum, parum idoneo militum ad prœlium conferendum numero inſtructas perſenſiſſet, firma, quæ ſecum multa devexerat veteranorum Hiſpanorum præſidia obtulit: quibus cùm ipſi ſe non egere, quippe omnibus rebus ſatis ſive ad navigandum, ſive ad decertandum paratus, reſpondiſſent, adjecerunt tamen ſe quod ille voluiſſet facturos; ſed ubi Andreas cenſuit, ut in ſingulas triremes, viceni quini diſtribuerentur, eos tamen diverſis moræ cauſſis innexis, non acceperunt. Poſt autem, cum omnes diligenter ſuis, atque hoſtium viribus ponderatis, Corcyra proficiſcendum, atque ad Ambracium ſinum cum tota claſſe navigandum cenſuiſſent, eo conſilio, ut ſi hoſtis ſinu forte evectus pugnandi poteſtatem faceret, prœlium committeretur, Andreas ne quid inconſulte ageretur, concilium advocavit: in quo, quæ navigationis, quæ dimicationis tempore fieri vellet, oſtendit; nam in navigando ſtia, ut mos eſt, agmina conſtituit: quorum ipſe ſibi primum, cùm id ultro eſſet à Capellio poſtulatum, ſumpſit, medium verò Capellio, extremum Grimano permiſit: quòd ſi ad certamen res deveniſſet, cujus ſignum vexillo ſedaturum aſſirmavit, in quo Imago Chriſti Crucifixi depicta eſſet, juſſit, ut tota ea ratio commutaretur; una enim omnium triremium fronte conſtituta, ſiniſtrum ejus cornu Grimano tribueretur, dextrum Capellio: ipſe ſibi medium reſervavit; concilio dimiſſo, ubi idoneum tempus nacti ſunt, Corcyra evecti, Ambracium ſinum verſus, eo, quo diximus, ordine, curſum alacres direxerunt: & claſſe eò appulſa, ad fauces ipſas jactis anchoris conſtiterunt; ibi continente ſe intra ſinum hoſte, atque à prœlio abſtinente, Andreas, cui longum erat hoſtilis moræ finem exſpectare, ſummaque rei gerendæ cupiditate tenebatur, aliquid terra audendum eſſe conſtituit; verùm, Jannettino ad loci naturam perſpiciendam emiſſo, cùm audiſſet, confragoſa loca eſſe, atque vepribus, dumiſque plena, & parum pedeſtri militiæ accommodata, facilè de ſententia deſtitit. Interea Eteſiæ adeò vehementes flare cœperant, ut aliquot triremium, naviumque anchoræ funeſque non ſubſiſterent: qua re permotus Andreas, Præfectos extemplò in conſilium advocavit, ac quanto ibi cum periculo & quàm exigua rei benè gerendæ ſpe verſarentur, docere inſtituit; cenſente autem Gonzaga, ut Prævesam militibus in terram expoſitis oppugnarent, nihil eo conſilio deterius eſſe reſpondit: cùm diceret, & pedites expoſitos terreſtrium iniquitate locorum, ægrè prœlio certaturos, iterque facturos: & quod gravius eſſet, ſi ſævire magis ventus cœpiſſet, fore ut ipſe, cùm propter fundi malignitatem anchoræ firmius defigi non poſſent, relictis iis abire cogeretur: pedeſtres verò copias, vel cibariorum inopia, vel hoſtium impetu, qui Naupacto, finitimiſque locis advolaturi eſſent, ſine dubio perituras; fieri etiam poſſe, cùm tranſverſus ab ea parte perflaret ventus, ut claſſis cœco perlata curſu, tota naufragio interiret; quo, hoſtem ſine certamine ullo voti compotem fore, quare cenſere ſe, ut ulterius progrederentur, ac Naupactum, aut Turcicum aliud oppidum, cum effuſa totius populatione regionis adorirentur; ſic enim fore, ut aut id in oculis Hariadeni, præ formidine quieſcentis, cum inſigni ejus ignominia diruerent: aut ſi ſuorum calamitate permotus, è ſinus anguſtiis prodiiſſet, vel invitus ad dimicandum impelleretur; in eam ſententiam cùm Capellius, & Grimanus facilè deſcendiſſent, ſigno dato tota claſſis tertiâ noctis vigiliâ, à Prævesa iis abire cœpit, ut aliquot triremes, naveſque anchoras in mari relinquerent, quæ propter fundi iniquitatem, colligi attrahique non poterant; verùm cùm ventus vehemens à prora incubuiſſet, haud longè provectæ triremes, anchoras prope terram jacere; naves, altiore ſe circumagentes mari, curſum moderari, coactæ ſunt. Eodem fere tempore per Græcos quoſdam Andreas certior fit, Hariadenum claſſem è ſinu educere; nec multò poſt, à Franco Auria patruele ſuo, quem navibus præfecerat, bombo tormenti edito admonetur, claſſem hoſtilem in apertum pelagus eva-

evaſiſſe : qui cùm altero & ipſe bombo red- A
dito , ſignum ſe accepiſſe ſignificaſſet , ac
confeſtim , ſe ad eum cum toto triremium
ſuarum agmine contuliſſet , ab eodem quòd
prætoriæ navis altitudine latè totum pela-
gus explorabat, cognoſcit , Hariadenum ad-
verſus ſe cum univerſa claſſe contendere ;
itaque elato ſubito capite , ac tempeſtate
explorata , cùm magnum , ac ſecundum
eſſe ventum animadvertiſſet , aliquantiſper
cogitatione defixus hæſit : inde converſus
ad Francum : Patruelis , inquit , hæc mihi
occaſio nullo modo videtur amittenda; ex-
plica vela navium omnium, atque in hoſti-
lem claſſem invade ; nam ego te cum meo
triremium agmine continuò ſubſequar : at- B
que hoc dicto, ſimul Præfectos Pontificium
que , Venetumque , per certos nuncios ad
monet , ut ad pugnam magno ſe animo
comparent, atque inimicam claſſem ſi fortè
prorâ adverſus ipſum converſâ feratur , à
latere aggrediantur : ſin contra ipſos , im-
petum tamen in eam fortiter faciant ; nam
ſe à latere impreſſionem facturum , atque
maturum eis auxilium allaturum. Nec mo
ra , vexillo erecto , quod prœlii ineundi ſi
gnum fuerat conſtitutum , proſpero latus
vento , ipſe contra hoſtem provehitur , qui
terram longo triremium ordine explicato
legebat ; ſed ventus , qui principio felici-
ter afflarat , ubi triremes naveſque paſſus C
circiter mille prope hoſtem pervenerunt ,
uſque adeò remiſit , atque elanguit , ut na
ves velis non modò non inflatis , ſed ne à
malo quidem ipſo dimotis , moveri loco
poſſent ; quod Capellius ſentiens , dum
Grimanus ſenſim ſe in altum educit , pa-
rumper quaſi ſpatio ad conſilium explican-
dum ſumpto , cunctatur ; id ubi Gonzaga
animadvertit , permotus , confeſtim Andre-
am per Petrum Mariam Roſſium admonet,
videat quorſum pergat ; nam ſociarum tri-
remium agmina lentius impelli , neque
videri alacriter ad æquandam aciei frontem
ex condicto prodire . Andreas miratus ,
quod ſigno dato , præceptis ſuis ſine cun- D
ctatione non pareretur , & ipſe cum remos
inhibere , tum paullatim circumire naves
cœpit : tantiſper ſe ab incurſu continens ,
dum ſociæ claſſes in aciem , ſicuti facturas
ſperabat, deſcenderent. Itaque Hariadenus,
qui longè jam altas naves proceſſerat , &
ab iis petitus validis tormentorum ictibus
prætercurs fuerat , Chriſtianorum cuncta-
tione , primùm quaſi inſidioſa perterritus ,
deinde ut ſibi accommodatiſſima non mini-
mum excitatus , in naves impetu converſo
invadit . Veneti Galeonem , ut vocant ,
ſuum, navigium maximum , & militari ap-
paratu omnium inſtructiſſimum , in quod
omnis propè vis Turcica ſe intulerat, ſom- E
ma alacritate, Bondelmerio Præfecto, defen-
dunt; ex alia parte, Andreas non ſe deſe-
rit , ſed hortatur ſuos , ut priſtinam virtu-
tem retineant , & fortiter prœlium com-
mittit; cùm utrinque acerrimè certaretur,
Prætoriam navim remulco ex acie extrahe-
re contendit; verùm à Franco, cam ſe for-
tiſſimo defenſurum animo proclamante ,
prohibitus, incœpto deſiſtit, ac frequentibus
tormentorum globis barbaros inceſſere ex
omni parte perſiſtit. Dum à Chriſtianis for-

A titer , ſed incerto etiamnum exitu victoriæ
pugnatur , occidente jam Sole , cùm horæ
diei vix duæ ſupereſſent , repentè maxima
procella exorta eſt : Cœlum primò denſis
nubibus obductum , deinde graviſſimus ef-
fuſus imber , tantis ignibus fulminum , &
tonitribus, & vi ventorum , ut Hariadenus
tempeſtarum, reique maritimæ peritiſſimus,
navibus aliquot noſtrorum afflictis , incen-
ſiſque , prœlio excedere , & reliquarum op-
pugnationem omittere coactus ſit . Itaque
Andreas ira , ac dolore ardens , quòd for-
tuna votis , virtutique Chriſtianorum tam
certam, lætamque victoriam invidiſſet , &
ipſe ſecundi venti beneficio uſus , Corcy-
B ram verſus , quò ſocios claſſis curſum jam
direxiſſe, quaſi victoriâ deploratâ, cognove-
rat , navigationem intendit: reliqua ad ac-
cenſum per ſupervenientem noctem in Præ-
toria lumen triremium , ac navium turba ,
nullo accepto detrimento ſubſecuta eſt .
Neque ita multò poſt Hariadenus cum
claſſe ad Paxum inſulam , quæ duodecim
millibus paſſuum abeſt à Corcyra, profectus
eſt , facturus , ut videri volebat , pugnandi
poteſtatem ; qua re incenſus Andreas , re-
pente in eum erumpere , ac prœlii fortu-
nam deintegrò tentare ſtatuit ; verùm dum
Capellius ab ipſo , atque à Gonzaga , ad
accipiendos in triremes ſuas Hiſpanos , ve-
C hementer oratur , atque matum iterum ge-
rendæ rei conſilia ineuntur , Hariadenus ſa-
tis honori ſuo factum arbitratus , quòd no-
ſtros (ſic enim exiſtimari cupiebat ,) inſe-
cutus , ex tam propinquo loco ad prœlium
invitaſſet , ſubitò in Ambracium ſinum ſe
recepit . Noſtri tantum apparatum ad nihi-
lum reciddiſſe indignati , oppidum ditionis
Turcicæ Caſtronovum in Rizonico ſinu ,
qui Catarus dicitur , claſſe adducta expu-
gnarunt : idque quatuor millium Hiſpano-
rum præſidio , Cæſariani , ægrè ferentibus ,
& conquerentibus Venetis , firmatum reli-
querunt ; verùm poſtero anno , ineunte ve- 1539
re , ab Hariadeno , maritimo , ac valido ap-
D paratu receptum eſt : quamvis Andreas ,
Brunduſium Meſſana , cum iis , quas habe-
bat , triremibus maturè provectus , duas na-
ves commeatibus , & omni militari inſtru-
mento plenas ſubmiſiſſet ; atque Hiſpanos
in ſpem celeris , quod putaretur , auxilii ,
haud dubiam excitaſſet : atque hæc quidem
Chriſtianorum ad Prævеſam expeditio , uti
maximo adverſus Turcas apparatu , fuit in-
ſignis ; ſic etiam fuiſſet ſucceſſu clariſſima ,
ſi planè inter ipſos duces conveniſſet , ſana-
que Andreæ conſilia nihil prorſus ſuſpecta
unquam Capellio fuiſſent : neque fortuna ,
dum ante pugnam vento ſecundo naves de-
ſtituit , & in ipſo certaminis ardore ſæviſ-
E ſimos turbines excitat , præclaras Chriſtia-
norum ſpes fefelliſſet ; qui verò rebus ge-
rendis interfuerunt , ut quiſque hujus , aut
illius partis ſtudio erat incenſus , dum huic
impenſius favet , aut illam acerbius impu-
gnat , earum ordinem , narrando corrupe-
runt , atque eos ſecuti Scriptores , eodem
fere vitio laborarunt ; quare accidit , ut
varia homines de eventu illo , atque ea qui-
dem plerumque huic , aut illi , iniqua judi-
cia fecerint ; (85) nam qui Venetis infen-
ſiores ſunt , Capellium , neque Hiſpanorum
præ-

(85) Bonfadii verba breviter referre juvat : *Ad-*
vecto in Hiſpaniam Cæſare , nullâ interpoſitâ
morâ

A præſidia oblata recipere, neque ſubitò in prœlium deſcendere voluiſſe; non privato ipſius conſilio, ſed publico Decemvirûm mandato ei ſecretò edito produnt: qui cùm bellum illud ſemper improbaſſent, quod Senatus ipſe ſuffragio ſuo, ipſis Decemviris repugnantibus, ſuſceperat, decedenti Præfecto, ſecreta pro imperio præcepta tradidiſſent. Qui verò Cæſari iniquiores ſunt, ii Andream ajunt, ſocias triremes Hiſpanis inſidioſè implere voluiſſe: ac ſummi ſe prœlii fortunæ commiſſurum, primùm aſtutè inutili mora tempus extraxiſſe, deinde, ſolum ſe hoſti cum ipſarum navium agmine, non exſpectatis ſociis, objeciſſe: B ut ipſe ſibi æternum ejus victoriæ decus aſciſceret, quam ſine ſociorum auxilio peperiſſet; quin etiam ad ejus virtutem, prudentiamque elevandam addunt, Capellium primam aciem, non ut nos ſcripſimus in primo Præfectorum ad Corcyram congreſſu, ſed in ipſo demum conflictus apparatu poſtulaſſe: conſiliumque Andreæ æquandæ in prœlium frontis, qui mos in maritimis adhuc concurſibus obſervatur, prætereunt. Nos autem, quæ in occulto latent, omittimus: mandata ſecretò data, intimos Principum ſenſus, obſcuras hominum voluntates: liberè verò quæ comperta ſunt, omnibus affirmamus, Andream nulli loco defuiſſe, ſummi imperatoris officia præſtitiſſe, C præclara ad victoriam conſilia attuliſſe, mandata ſalutaria dediſſe, fortunam verò non faviſſe. Conſtat enim omnium confeſſione, vehementem ventum, uti diximus, eo maximè tempore reſediſſe, quo ſpirare acrius, ad implenda navium certamen ineuntium vela, debuerat: quas tot, ac tantas fuiſſe, nemo eſt, qui ambigat, ut ipſæ ſolæ cum Cæſarianis triremibus, ſi vento fuiſſent adjutæ, claſſem hoſtium disjicere, profligareque nullo negotio potuiſſent.

CAPUT XXI.

De Draguthe Pyrata capto.

1540 ANdreas cùm ineunte vere Genua diſceſſiſſet, quò poſt Caſtrum-novum à Turcis receptum, præſidiumque deletum conceſſerat; in Siciliam regreſſus, (86) haud incertis nunciis accepit, archipiratam Draguthem, navigiis undecim inſtructum, litora latè Corſicæ deprædari; itaque tantis injuriis, tantiſque maleficiis vexari nobiliſſimam Inſulam non ferens, extemplò fortiſſimum juvenem Legatum ſuum Jannettinum Auriam, cum ornatiſſimo triremium agmine deſtinavit: cum- A que de ratione conficiendæ navigationis, quò prædoni occurreret, diligenter edoctum, naves ſolvere quamprimum juſſit. Is autem, quòd Andreæ voluntate imperioque, gravius, atque antiquius nihil haberet, ac ſimul virtutem ejus, ac facta, quoad poſſet, æmulari contenderet, continuò portu evectus, ſumma diligentia eſt uſus, & navigatione die noctuque continuata, brevi in Corſicam appulſus, (87) piratam in terra prædam adhuc ſociis partientem oppreſſit; eundem ipſum, cum novem ejus navigiis (nam duo à ceteris ſejuncta, ſalutem ſibi fugâ quæſiverant) maxima virtute in poteſtatem adduxit: B multis Chriſtianis, quos ſæviſſimus pirata in vincula conjecerat, mira felicitate liberatis, captivis navigiis, atque ipſomet catenis onerato Draguthe prælato, egregium inſignis victoriæ prope triumphum retulit.

CAPUT XXII.

De expeditione ad Algerium.

CÆſare autem in Auſtria rem gerente, ac Viennam adverſus tertios armati Solymani conatus feliciſſimè defendente, Andreas, qui ſuis triremibus, neque Auſtriacis rebus prodeſſe, neque litora Orientis turbare poterat, C ne militarem diſciplinam corrumpi otio pateretur, ſed ſemper copias ſuas exerceret, ad Africæ oram navigavit, & Monaſterium oppidum, nequicquam reſiſtentibus hoſtibus, ſumma ſuorum virtute celeriter expugnavit, quæ res cùm ipſi proſperè, atque ex ſententia ceſſit; tum Cæſarem ad Africam petendam, & Algerium expugnandum jam ſua ſponte ſatis incitatum, magis, ac magis accendit. Sed cùm Andreas alieno anni tempore ſuſcipi bellum illud animadverteret, Cæſarem à ſententia, multis, firmiſque rationibus dimovere conatus eſt: diſſerentem Andream Cæſar attentè audivit, & cum vera eſſe, D quæ dicebantur, intelligeret, declinare tamen à propoſito noluit, & deliberata reſpondit: ſibi jam decretum conſtitutumque eſſe, in Africam cum exercitu trajicere, neque rem differri velle; proinde ipſe, quæ ad comparandam, inſtruendamque maximam claſſem pertinerent, diligentiſſimè provideret: cetera ſibi curæ fore. Quòd autem in eam veniſſet ſententiam Cæſar, hæ cauſſæ ferebantur; quo tempore ipſe in Pannoniam primùm venit, ac Solymanum pedem inde referre coëgit, exercitum, quem ornatiſſimum, atque ad maximam quamque rem conficiendam aptiſſimum habuit, in fines

E *morâ Doria Genuam revertitur, & ſtatim Meſſanam contendit, ut quoniam ex jure fœderis, quo Pontifex, Cæſar, & Veneti nuper erant conjuncti, adverſus Turcas navale bellum erat ſuſcipiendum, totus in hanc rem animum inſtauret. Ferrandus Gonzaga circiter 10m peditum ſcribenda curaverat, magnamque ibi claſſis partem corgerat. Inde Corcyram navegant, in quam Inſulam Veneti omnem ſecum apparatum contulerant. Conjunctis igitur claſſibus nacti idoneam tempeſtatem ad Ambracium ſinum, quo ſe hoſtilem claſſem continere cognoverant, curſum tenent. Careadenus ejus claſſis Præfectus, ubi id animadvertit, ad prælium committendum animo paratus egreditur: undique crudelis imago mortis, terribiliſque armorum facies apparet, undique diras circumſiſtit horror: mare, quod intra Calpen prorumpit, quacumque excurrit, eadem nunquam ſimilem vidit, atque tum fuiſſet, ſi duæ ſumma potentia claſſes concurriſſent; fata tulerunt (quid enim aliud dicendum videtur!) ut tot collectæ Chriſtiani generis vires, quæ totum Orientem obruere poterant, ſi conſenſiſſent, in ventum effuſa ſint. Inde latus Careadenus vela tendit in Helleſpontum; noſtri variè affecti, ut quorum pectora pudor, ira, & conſcia virtus incendebant, ad Caſtrum-novum feruntur, quod Oppidum Epidauro XXX millibus paſſuum abeſt, eoque expugnato, & Franciſco Salmento firmiſſimo cum præſidio ibi relicto, in hyberna concedunt.*

(86) Menſe Junio. *Bosfad.*
(87) In ſinu Gorlato anchoras jecit. *Bosfad.*

fines Pannoniæ ad inſigne aliquod Turcicæ A
ditionis oppidum expugnandum adducere
in animo habuit. Verùm, Germanis mili-
tiam eam non obſcurè detrectantibus, ac
ſe pro finium ſuorum defenſione, non alie-
norum oppugnatione, arma induiſſe dicen-
tibus, deſiſtere incœpto coactus eſt: fruſtra
iis perſuadere conatus, ad Imperii ſalutem
dignitatemque pertinere, non acerrimi
ſolùm hoſtis importunum impetum propul-
ſari, ſed res etiam ab eo ereptas, aliquan-
do firmiſſimi, atque ornatiſſimi, qui tandem
convenifſet exercitus, opera, ac virtute re-
cuperari. Poſt autem, cùm iterum in Ger-
mania eſſet, & ingentes Solymani adver-
ſus Auſtriam contractos apparatus audiſſet, B
pollicitus eſt Germanis, ſe corpore ſuo at-
que omnibus Regnorum ſuorum viribus
quemcumque inſolentis barbari impetum
excepturum, ſi ſe ipſum ſtudiosè, atque im-
pigrè ſequi vellent, infeſta arma inviolatis
adhuc Regnorum ejus finibus illaturum,
quorum in animis cùm optatam, ſperatam-
que alacritatem non inveniſſet, quippe qui
pravis jampridem inteſtinarum factionum,
ac Lutheranæ in dies ingraveſcentis impie-
tatis ſtudiis, eſſent infecti, ea re vehemen-
ter accenſus, ac ſimul modico cum emo-
lumento, atque exiſtimatione in iis ſe fu-
turum locis arbitratus, in Africam, ad Al-
gerii expugnationem omnem Turcici belli C
apparatum, molemque convertit; quam ad
rem, ſummis Hiſpanorum precibus, ac ſtu-
diis vocabatur, cùm univerſa à Pyrenæis
montibus, ad fretum Gaditanum ora, bar-
baris prædonibus infeſta jampridem ita eſ-
ſet, ut Hiſpani, navigatione dimiſſa, vix
jam ad ipſa tuenda litora ſufficere videren-
tur; itaque Algerium, quò maximè piratæ
conveniebant, expugnatum ire uſque adeò
certo expeditoque conſilio ſtatuit, ut nulla
ab Andrea, quemadmodum diximus, ratio-
ne, revocari ab ea ſententia potuerit: qui
contra diſſuadendo euſque progreſſus eſt,
ut aperto demonſtrato periculo, quod prop-
ter autumnalis importunitatem temporis, D
atque Africanæ iniquitatem plagæ immine-
bat, pro magno ſe habiturum beneficio di-
ceret, ſi cum dimidia triremium ſuarum
parte incolumis inde rediret. Paratis igi-
tur diligenti cura rebus omnibus, quæ claſ-
ſi uſui eſſe poſſent, Genua cum magno na-
vium, ac triremium numero ſolvit: ex
quibus, vigintiduas Andreas adducebat,
ſed viginti tantùm à Cæſare perſoluto ſti-
pendio, ſuſtinebat: atque adverſis licet
tempeſtatibus, ad majores Baleares pro-
greditur. Eòdem Ferdinandus Gonzaga,
paulò ante, cum triremibus Siculis, &
magno navium agmine, atque maxima E
commeatus omnis copia pervenerat. Huc
evectus, cùm vehementer animo penderet,
Hiſpanicæ claſſis exſpectatione ſuſpenſus,
magnâ tamen lætitiâ brevì eſt affectus, cùm
Bernardinum Mendocium, claſſis illius
Præfectum, ad Metiſuſium Promontorium,
non longè ab Algerio, præſtolantem offen-
dit: qui ne ſe cum Cæſare ad Baleares ex
condicto conjungeret, reflante vento pro-
hibitus, priore omiſſo conſilio, quò ventus
eum tulerat, rectâ viâ curſum ad Algerium

feliciore navigatione direxerat. Ibi Cæſar,
quia mare ſævis agitatum ventis vehemen-
tius intumuerat, nulla exponendarum co-
piarum facultate oblata, dierum duorum
ſpatio quietus in anchoris ſubſtitit. Tertio
inde die, Andreas litoribus accuratiùs per-
luſtratis, Occidentali vitata ſtatione, quæ
multa habere incommoda videbatur, claſ-
ſem ad Orientalem, quæ tutior erat, ap-
plicuit; atque hoc ordine, ut cohortes in
litus egrederentur, inſtituit; triremes ſcili-
cet navibus, ſcaphas triremibus cùm admo-
viſſet, ac milites ex navibus in triremes, ex
triremibus in ſcaphas deſiliiſſent, exiguo
temporis ſpatio, omnibus eximia diligentia
ſummaque animorum alacritate adminiſtra-
tis, omnes copias in litus incolumes expo-
ſuit; (88) cœlo autem ſub veſperam per- 1541
turbato, lenem nox imbrem demiſit: quem
uſque adeò ſæva maris tempeſtas eſt con-
ſecuta, ut multæ naves, inter ſe undarum
impetu concurrentes, collabefierent; aliæ,
revulſis anchoris, tranſverſo curſu in ter-
ram adigerentur. Triremes, cùm tota no-
cte in anchoris conſtitiſſent, illuceſcente
die, veritæ, ne nimia jactatione laborantes
eliderentur, aliæ velis fractis, aliæ nauticis
diſſectis funibus, in terram ſe innitarunt:
aliæ exemplum Andreæ ſecutæ in anchoris
incolumes perſtiterunt (89). Equites Mauri,
atque Arabes, maris tempeſtate, ac noſtro-
rum calamitate conſpecta, celeriter ad li-
tus armati deſcenderant: ac latè diſcur-
rentes, electos noſtros, omnibus incommo-
dis, ac terroribus conflictatos, laceſſere,
adoriri, cædere incœperant.

Jannettinus verò, Auriæ Legatus, Cæſa-
ris ipſius providentia humanitateque ſerva-
tus eſt; nam cùm ille non longè à terra
conſiſtens, in ſuam inſignem triremem,
aliam triremem, vi fluctuum magno impe-
tu præcipitem ferri animadvertiſſet; ut
eo ſe diſcrimine eriperet, anchoralibus fu-
nibus inciſis, quemcumque in caſum, in
litus atque in arenam, triremim ſuam eje-
cerat, quod cùm Cæſar adverſiſſet, veri-
tus ne fortis, & de ſe benemeritus juve-
nis, crudeles in hoſtium manus ipſo inſpe-
ctante patruo deveniret, nullâ interpoſi-
tâ morâ, Antonium Aragonium, cum tri-
bus cohortibus Italicis, ei ſubſidio miſit:
quarum virtute, adoleſcentem manifeſto in-
gentique periculo liberavit. Andreas tot
circumventus incommodis, animo tamen
erecto, atque invicto, adverſus omnem
ſævientis fortunæ mariſque contumeliam
perſtitit: ita ut quoſdam etiam, qui re-
mittente tempeſtate, de ſalute per fugam
petenda loquerentur, non obſcuris voci-
bus increpare, ac communis ſalutis, ac
decoris proditores appellare, non dubi-
taret. Cæſari verò ſecum de triremium
jactura, poſt ſedatam tempeſtatem per nun-
cium conquerenti, ac ſe damnum ejus
repenſurum pollicenti, reſpondit, ſe mini-
mè triremes amiſſas dolere, cùm totius
etiam claſſis, ac ſui ipſius capitis jacturam,
quod in rem ejus foret, æquiſſimo animo
laturus eſſet: verùm maximo eo ſe angore
confici, quòd in re tanta, nihil fideliſſima
conſilia ſua ponderis habuiſſent, qui di-
ſci-

(88) Poſt Idus Octobris. *Bonfad.*
(89) XIV. triremes, in quibus Dorianæ XI, & minora præterea navigia ad 200. ea tem-
peſtate interiere. *Idem.*

Ssss 2

ſciplinæ navalis rationem tenetet, exquiſito tot aonorum uſu atque obſetvatione collectam. Cæſar Algerii oppugnatione omiſſa, cum de reducendis in claſſem copiis conſultaret, auctor ei Andreas fuit, ut peditatum terra uſque ad Promontorium Metifuſium perduceret: nam ibi, & ſtationem tutiorem, & litus cum ad conſcenſiones militum eſſe commodius, tum ab inſiſteotium hoſtium impreſſione ſecurius; itaque Cæſar Andreæ conſilium ſecutus, poſtero die Metiſufium verſus iter intendit: & cùm quendam torrentem, imbrium copia uſque adeò tumefactum inveniſſet, ut vado trajici nequiret, ponte extemplò per Jannettinum, navaleſque Andreæ ſocios, qui in terra erant, ſubitario opere facto, trajecit: ac poſtridie Metiſufium, quò Andreas claſſem deduxerat, pervenit; nec mora, loco & tempeſtate, quæ remitrentibus ventis lenita omninò fuerat, commodam in naves aſcenſionem præbentibus, cum ingenti omnium lætitia exercitum in claſſem reducere, ſcaphis ad litus appulſis, incœpit; verum, via dum dimidia militum pars conſcenderat, cùm repente diverſis propè conſultò ſurgentibus ventis, atrocior, quàm antea, tempeſtas oborta eſt, quæ omnia tumultu maris permiſcuit; cujus metu, naves, quæ militibus refertæ erant, exterritæ, ne ventorum ingruentium vi, in ſcopolos adactæ perirent, in altum vela dantes, diverſas in partes abreptæ ſunt. Andreas autem animi robore adverſus omnem tempeſtatis vim indomito, reliquum exercitus, ut cumque in triremes acceptis, tandem cum Cæſare Hiſpaniam verſus, ab Africæ litore ſolvit; verùm reflantibus ventis, atque æſtuante mari repulſus, cùm propoſitum tenere curſum non poſſet, eidem juſſit, ut quò ventus trahebat, ad oppidum Buziam, quod ad Orientem in Africæ litore Hiſpanorum præſidio tenebatur, accederet; quo in loco, cùm per plures dies immorari adverſa tempeſtate compelleretur, ad maximam, ac propè extremam rerum omnium deventuri erant inopiam, niſi navis commeatibus onuſta in id forte litus, vi ventorum ejecta, cibaria aliquot quamquam maris fluctibus madefacta, ſuppeditaſſet; poſtremò, cùm commutatis ventis remiſſura tempeſtas videretur, Gonzaga Siculas, & Melitenſes triremes, aſpirantis beneficio venti, in Siciliam incolumes deduxit. Andreas autem, poſt multas ſententias in conſilio de inſtituenda navigatione dictas, ſæventibus Euris, ad Baleares delatos, Cæſarem expoſuit; ibi Cæſar, quamquam multarum curarum mole oppreſſus, quibus animus ejus ex præteritis incommodis, atque infauſta ad Algerium profectione meritò æſtuabat, nullam tamen rem habuit potiorem, quàm ut Andreæ detrimenta miſero triremium naufragio accepta, è quibus undecim amiſerat, continuo reſarciret; itaque ejus rei nomine dignitatem in Neapolitano Regno, quam ſummum Prothonotarium vocant, ac tria annua nummûm aureûm millia ex Fiſci vectigalibus, ei decrevit, (90) donec inſigne oppidum aliquod attribueret: quam ob cauſſam, poſtea Turſum urbem (91) donavit: qui illam poſſideret, Marchionem appellari, nomenque & ditionem ipſam in poſteros, hereditario jure pervenire conceſſit: atque è Balearibus Carthaginem in Hiſpaniam abiit. Andreas autem Genuam reverſus, tantum ad cives ſuos animi adverſus omnem calamitatem invicti, robur retulit, ut amicos, à quibus officiosè ſalutabatur, ſe pro cujuſque ingenio conſolari de præteritis damnis ingredientes, ultro ipſe graviſſima oratione confirmavit, ac forti animo fortunæ tela, quibus expoſita ſit vita humana, excipienda eſſe docuerit.

CAPUT XXIII.

De Ciconio in Hiſpaniam tranſportato.

SUb idem tempus, cùm Alphonſus Avalus, ſummæ rerum omnium à Cæſare in Mediolanenſi ditione præpoſitus, Franciſcum Regem Gallorum induciis apertè violatis, Perpennianum in finibus Hiſpaniæ oppidum, bello aggredi ſtatuiſſe certis auctoribus comperiſſet, illico Jo. Petrum Ciconium (92) in Hiſpaniam commonefaciendi Cæſaris gratiâ, communicato cum Andrea conſilio, deſtinavit. Andreas intelligens, quantum Cæſaris intereſſet, ut brevi in Hiſpaniam Ciconius perveniret, primo eum triremi paratiſſima ſumma celeritate devehendum curavit. (93)

CA-

(90) Pro ipſo, & ejus ſucceſſoribus in perpetuum. *Capell pag. 94.*

(91) Quæ & Turſia, vulgò *Turſi* in Prov. Baſilicatæ, inter Sirim & Acirim Fluvios, ab ora ſinus Tarentini in occid. 10. mill. nunc Ducat. tit. decorata.

(92) Hic, eodem die, quo Carolus V. Imp. Rom. Bonon. coronatus eſt, clavis aureæ Eques decoratur, ipſique aſſignatum ſtemma Aquilæ Imperialis aureâ coronâ ornatum, ut ex privil. 24 Februarii 1530. Collateralis, inde, Generalis Taxarum, & Commiſſarius Generalis exercitus ejuſdem inviciſſimi imper. ex lit. privil. 18 Decembris 1533., & 20. Aug. 1536 Item dignitate Equitis S. Jacobi a Spata honoratus, atque ejuſdem Ordinis Commendatarius. In Patria Decurio an. 1542. Novariæ Gubernator & Tribunus Militum, ibi propugnaculum ædificavit, quod adhuc ſtemmate ſuo ornatum hodie inviſitur. Narbonenſi in ditione, & in Hungaria contra Turcas, atque in defenſione Statûs Mediolanenſis militans, ob Cæſarei exercitus manutentionem, propria bona vendidit, ut ex Privil. Bruxellis dato 15. Jan. 1554. Deinde a Philippo II. Eques ſui Ordinis declaratus, & a Pœnitioribus Conſiliis, ut ex Privil. Bruxel. 14. Maji 1558. Hæc omnia mihi perhumaniſſime communicata ex Documentis autenticis ab Illuſtriſſimo Comite Carolo Ciconio ex DD. Coll. Nob. hujus Civit., & ex ſexaginta Decurionibus literarum amantiſſimo.

(93) In edit. Vvechel., qua uſi ſumus in hac paranda, titulus Capitis XXIII. hic eſt: *De Granvellio & Ciconio in Italiam tranſportatis.* Sed cum nihil de Granvellio loquatur, titulum emendavimus, & quid de Granvellio referat Capell. pag 94. accipe. Antequam Imperator Algerium tenderet, Conſiliarium ſuum primarium Granvellium Senas miſit, ut in Senenſium commodum quædam inter Cives controverſa ſemina eorumdem poſterioris ruinæ componeret. Vere autem accedente, eumdem ad ſe in Hiſp. ut eo uteretur accivit; qui Genuam perventus, præſtò fuerunt triremes duæ, quam celerrimè ab Andrea paratæ, quibus in Hiſp. delatus eſt. *Paulio wf hec babet*; Jo: Petrus Ciconius a Marchione Vaſti cum in Hiſp. mitteretur Genuam profectus, & Andreas optimum cognoſceret in auvectione uti, una triremi promtus paratâ ipſum devexit. *Capell. pag 96.*

CAPUT XXIV.

De ſubſidio Perpennianum ſubmiſſo.

DEinde, ipſe etiam de Perpenniano con-
ſervando, quod in veſtibulo Hiſpaniæ
poſitum eſt, maximè ſollicitus, Jannettino,
qui tum in Hiſpania cum parte triremium
erat, per literas magnopere mandavit, ne
cui labori, aut ſumptui parceret, quo Per-
pennianum copiis, commeatibus, ceteriſ-
que rebus perferendæ obſidioni neceſſariis,
diligentiſſimè communiret; ille verò, tan-
tum ſtudio, atque induſtria perfecit, ut op-
pidum ſubſidiis omnibus, ante Gallici ad-
ventum exercitus, confirmarit; qua ex re,
magnam meritò gratiam, atque auctorita-
tem, ſibi apud Cæſarem comparavit. An-
dreas item, qua erat erga Cæſarem pieta-
te, & in rebus gerendis ſollertia præditus,
cum reliquis triremibus ſuis Perpennianum
ſubſidio accurrit; ac ſecum quatuor Hiſpa-
norum cohortes, ab Alphonſo Avalo, ex
præſidiis ſubalpinis deductas, ac navibus
onerariis Germanorum legionem ab eodem
Avalo miſſam, devexit: quo tempore
Garziam Toletanum, & Antonium Auriam,
cum Neapolitanis cohortibus, & Siculis
accivit, ut copiæ ex præſidiis ſubalpinis de-
tractæ ſupplerentur: qua diligentia factum
eſt, ut Henricus Franciſci Regis filius
brevì exercitum ab obſidione Perpenniani
1542 deducere, irrita oppugnatione compulſus
ſit.

CAPUT XXV.

De officio apud Carolum domi ſuæ Farneſiis præſtito.

AT Cæſar ea cura liberatus, cùm deinde
in Germaniam adverſus Clivenſium
Principem, qui ab eo deſecerat, iturus eſ-
ſet, Barchinonemque perveniſſet, eum Ge-
nuam Andreas reportavit: atque ſplendidiſ-
ſimo, ut ante, apparatu, domi ſuæ accepit;
(94) ibi de rebus quæ tunc agerentur ſem-
per à Cæſare in conſilium advocatus, ſæ-
piſſimeque ad privata colloquia adhibitus,
quibus Cæſar de iiſdem rebus familiarius
tractabat, aliquando Cæſarem hærere ani-
mo intellexit: tum ob Gallorum cupidita-
tem, qui continentibus bellis, Mediola-
nenſem ſibi ditionem aſſerere conabantur,
tum ob ærariorum ſuorum anguſtias, neque
ſatis haſce difficultates explicare; quare
cùm interrogaretur quid ſentiret, ejus ſe
ſententiæ eſſe dixit, ut, ſi fieri poſſet, eam
ſibi provinciam retineret, quæ & ubertate
agrorum, & populorum fide, & ſitu natu-
raque locorum, opportuniſſima eſſe videre-
tur. Sin alicui forte eam tradere cogitaret,
certè neminem noſſe, quam Octavium Far-
neſium, ipſius generum, eo beneficio dignio-
rem. Cavendum tamen in primis conditio-
ne ſibi eſſe, ut opibus ejus, ad propulſan-
dos hoſtium impetus in tempore uti poſſet:
cauturum autem ſatis, ſi arces duas Medio-
lanenſem & Cremonenſem in poteſtate re-
A tineret: atque ei regioni virum aliquem
præficeret, cujus cum virtuti, tum fidei
plurimum confideret; ſic enim ipſum, Sum.
Pont. Pauli, ac Venetorum vicinorum,
quorum id intereſſet, conjunctis armis, In-
ſubrum ditionem à Gallorum impreſſione
tutaturum: & in magnis rei pecuniariæ dif-
ficultatibus, non ſolùm populorum ſubje-
ctorum opes, ſed Pontificis, etiam gran-
dem, quam repræſentaturus videbatur, pe-
cuniam, adverſus hoſtes ſuos ſine cujuſ-
quam injuria collecturum.

CAPUT XXVI.

B *De ſubſidio Nicææ allato.*

CÆſare deinde Genua profecto, (95)
cùm Andreas certior factus eſſet, tri-
remes aliquot Gallicas ad occupandam
Nicæam, quæ Caroli Philiberti (is Allo-
brogibus, & Subalpinis imperabat,) ut di-
xi, præſidio tenebatur, certa interpoſita pa-
ctione contendere, nullam ſibi moram at-
tulit, quin eò ad auxilium ferendum accur-
reret; itaque ſub noctem, cum expeditiſ-
ſimis triremibus, è portu Genuæ evectus,
ita maturavit, ut brevi eas conſecutus ſit:
ex quibus, quatuor cum præfecto unius Ma-
dalone Aquitano cepit, qui poſtea ex vul-
C nere accepto, (96) æger apud ipſum, li-
beraliter in primis, atque officiose habitus,
è vita deceſſit. Nec multò poſt, cùm
Turcicam claſſem ab Franciſco Rege ac-
citam, Hariadeno duce in Provinciam
venturam audiſſet, de Hiſpaniæ quiete,
Cæſare præſertim in Germaniam abeunte,
ſollicitus, ut maturam iis Regnis, & po-
tiſſimùm inſulis Balearibus, opem ferret, eò
ſe repente cum viginti ſex triremium claſſe
proripuit; verùm Hariadeno Nicæam op-
pidum acri obſidione premente, ex Hiſpa-
nia, cum nihil à claſſe præſertim Auguſto
jam menſe tranſacto timendum exiſtimaret,
Genuam tridui ſpatio revolavit, atque ex-
D pedito conſilio, magnas militum copias
Nicæam cum ipſo imperatore, Alphonſo
Avalo, deportavit; quorum adventu præ- 1543
cognito, Hariadenus è veſtigio Urbem,
quam ceperat, atque contra conditiones di-
ripuerat, (97) reliquit: ac ſublatis omni-
bus, quibus arcem oppugnabat, tormentis,
Antipolim ſe recepit. Cum autem Auriana
claſſis Genuam rediens, portum Villæfrao-
chæ ſubiret, magnum ſane detrimentum
accepit: ſiquidem, ſævo ſurgente vento,
atrox oborta tempeſtas, triremes quatuor
in apertum mare ſe eripere conantes, tranſ-
verſas egit: quas Hariadenus tota ex Anti-
poli claſſe adducta, avide inſectatus, re-
E flantibus tamen Euria, è manibus dimiſit.

CAPUT XXVII.

De conſilio prælii ad Cerinianum committendi improbato.

NIcæâ ex hoſtibus receptâ, Andreas
Avalum eſt hortatus, ut exercitum,
quem paratum, ac ſtipendio conductum
ha-

(94) Circa finem menſis Maji. *Capell. pag. 99.*
(95) Poſt dies viginti octo. *Capell. ibid.*
(96) Balliſtæ incendiariæ ictu, invadens, in co-
xendice percuſſus eſt. *Capell pag. 100.*
(97) Eo ipſo die, quo capta fuit, & direptam re-
fert *Capell. ibid.*

habebat, ad oppidum aliqaod aliud Gallorum in Subalpina regione recuperandum adduceret; dum Galli in civitates, præſidiaque diviſi, ab armis hyeme cogente quieſcerent; cujus conſilio collaudato, Avalus Monrem-Regalem, nobile in primia oppidum, ex quo à Gallia magna quotidie in Cæſarianos incommoda inſerebantur, ad deditionem non levi fatigatum obſidione, adduxit; atque eodem victoriæ curſu, Cariniano capto, eoque, quòd locus erat ad perturbandos Gallos ia primia idoneus, operibus, ac præſidio valido communito, nonnulliſque aliis præterea locis ditioni ſuæ adjunctis; Mediolanum tandem dimiſſis
1544 in byberna militibus, ſe recepit. Sequenti vere, Gallis ad recipiendum Carinianum (98) omni ope converſis, Avalus ſe cum firmo exercitu fortiter oppoſuit: ſic animo paratua, ut deſendeodi oppidi cauſſa, ne ſummi quidem prœlii caſum ſibi detrectandum exiſtimaret; quod cùm Andreas præſenſiſſet, nec magnopere ineetti eventus periculo permotus, probaret, ſubito literas ad Avalum miſit, quibus eum diligenter admonuit, videret etiam, atque etiam, quò pergeret, quidve rentaret: & ne modici oppidi retinendi cauſsâ, ſe ia neceſſitatem univerſæ cum Gallis pugnæ committendæ adduceret: quod ſi alterutrius jactutam facere neceſſe eſſet, Cariniano potiua cederet, quàm cum tanto rerum omnium diſcrimine, ad extremam dimicationem deſcenderet; nam ſe compertum habere, Gallos equitatu longè plurimùm poſſe, ac novis in dies voluntariis equitibus, ad famam imminentis pognæ ſponte conſluentibus, fieri firmiores: quoa dubitandum non eſſe, pro nobilitatis Gallicæ gloria, fortiſſime pugnaturos: quod ſi quid durius ipſi in eo certamine accidiſſet, id cum Cæſaris rebus, & Anglicis, propter recens ipſius cum eo Rege fœdus percuſſum, & Germanicia, propter conventum proximè ei nationi indictum, incommodi plurimum allaturum; tum ſine dubio, claſſem Turcicam, ad Tolonem in Provincia ſtantem, ac rebus Cæſaris vel tantillum titubantibus inhiantem, excitatutum: atque omnino ipſum proſpero prœlio exiguum emolumentum, adverſo, detrimentum (quod tamen ominari nolit) memorabile accepturum; quocirca, ſe monere, ut ſpecioſis interpoſitis iagroenti prœlio moris, egregium facinus aliud ſine periculo aggrediatur; ac ſummam univerſi certaminis aleam Cæſari ipſi, rem ſelicirer in Gallia adminiſtranti, relinquat. Ad has literas Avalus maxima ſe pugnandi neceſſitate urgeri reſcripſit: ac Bernardino Moccia, homine ab epiſtolis miſſo, cauſſas, quibus ad hoc conſilii deſcenderet, demonſtravit. atque in primis, quòd rem omnem principio Cæſari ſignificaſſet: à quo mandatum eſſet, ut ſi aliter Cariniano, militibuſque, qui in præſidio erant, ſubvenire non poſſet, rem prœlio committere non dubitaret. Propterea, miſſas è Germania legiones, curatum militibus ſtipendium, cetera, quæ uſui forent, pruviſa, & parata. Sperare verò ſe, fortunam diligentiæ ſuæ, juſtæque Cæſaris cauſſæ non defuturam: quod ſi ſecua accideret, ſe tamen ſic reliqua diſpoſuiſſe, ut etiam offenſione accepta, quod Deus avertat, provinciam tamen omnem, ab omni Gallorum impetu defendi poſſe, confidar. Ubi vero Avali exercitum adverſo prœlio fuſum, (99) ipſumque Haſtam ſe recepiſſe audivit, facere non potuit, quin omnia adverſus impotentem victorum hoſtium inſolentiam, afflictis rebus ſubſidia, quæ poſſet, raptim pro tempore compararet; nam continuò, & ad Coſmum Florentiæ Ducem, & ad Vegam Cæſaria apud Sum. Pontificem Oratorem, & ad Toletanum, Neapolis Protegem, de ſubitariis militum delectibus protinus habendis, perſcripſit; quin etiam magna præſentis pecuniæ vi, per amicos ſuos Genuæ corrogata, Avalum, qui jam exercitua reliquias collegerat, & in novis conſcribendis copiis intentus erat, ia magna rei pecuniariæ difficultate mirifice juvit; cùm vero cohortes, in Hetturia Latioque conſcriptas, ægre in Mediolanenſem ditionem terreſtri itinere perventuras videret, ad Erycem & Spediam ire juſſas, per Jannettinum Genuam, ut inde in agrum Mediolanenſem Apennini joga tranſirent, miſſis ultro, citroque triremibus, tranſportavit; qua re, Avalus audaces facile Petri Strotii conatus fregit: cùm enim Petrus oblata occaſione incommodi à Cæſarianis accepti, copiis ad Mirandulam coactis, & Placentiam perductis, Padum tranſiſſet, primò progredi eſt prohibitus: deinde, converſo itinere ad Seravallem, trans amnem Scriviam commiſſo prœlio, ab Alphonſi Avali exercitu fuſus, & fugatus eſt.

CAPUT XXVIII.

De claſſe Turcica cohercita, atque impetu Barbaroſſæ compreſſo.

QUin etiam, dum claſſis Turcica Galli- 1545
cis ia portubus morata eſt, Andreas ei rei ſummo ſemper ſtudio inſervivit, ut Provinciæ litora per Jaanettinum cum lectiſſima ttitemium claſſe percurreret: ut ſi qua ſorre hoſtilis claſſis navigia ad prædam agendam prodiiſſent, eorum opptimendorom occaſionem ne prætermitteret; quod cetto eventurum die fuit, niſi Hariadenua ſuorum periculo animadverſo, cum quadraginta triremibus advolans, Jannettinum eſſet uſque in Corſicam, quanquam conatu prorſus irrito, perſecutus; quod verò prudentiæ ſummæque dexteritatis fuit, Andreas præferoces inſtantia Hariadeni ſpiritus, comitate, atque indulgentia ſua ita mollivit, ut multa incommoda, quæ ab ejus claſſe impotenter illa maria pervagante, accipere Liguria potuiſſet, facile avertetit. Etenim eum Hariadenus oram Italiæ primùm legeret, Genuenſes impulit, & ad animum hominis, perinde ut tota ea natio eſt, avariſſimi redimendum, honeſtis eum muneribus, ac liberalibua donis excolerent: & cum ad Tolonem moraretut, per ſpeciem captivorum redimendorum, quæ illi opus etant, largè ſuppedi-

(98) Ubi preccat Pirrhus Columna. *Capell. pag.* 102.

(99) Secundo die Paſchatis prope Ceresſulam ſex mille extinctos addit *Capell. pag.* 106.

peditatis, per interpoſitos nuncios de rebus maximis, ac Chriſtianæ Reipub. ſalutaribus, cum eo tractavit. Quin etiam diſcedentem è Gallia claſſem, rebus ad profectionem opportunis liberaliter inſtruxit: ſcilicet, ut Hariadenum his levibus obſequiis, neque plurimi faciendis, ſuſpectum Gallis redderet, & patriæ ſuæ res in tuto collocaret; quorum utrumque ita eſt aſſecutus, ut ſatis conſtet, Gallos etiam ea de re apud Solymanum graviſſime eſſe conqueſtos, & Liguria Turcicæ claſſis injuriis in primis expoſita, intacta tamen prorſus à claſſe, inviolataque permanſerit. Hæc tamen ita præſtabat Andreas, ut nihil de priſtina diligentia, in eludendis Hariadeni conatibus, Turciſque perſequendis, remitteret; nam neque redeunti in Thraciam claſſi, ulla ratione pepercit: & Jannettinus ejus juſſu cum triginta triremibus inſecutus à tergo ita ſemper incubuit, ut Hariadenum nullo loco niſi cum tota claſſe, aut prædari, aut hoſtile aliud agitare permiſerit.

CAPUT XXIX.

De Draguthe captivo dimiſſo.

NEque verò inſignis ejus erga Draguthem captivum ſilenda liberalitas, atque indulgentia eſt, cum maxima prudentia, comitateque conjuncta. Cum enim Draguthes, non ſemel, ut dimitteretur ſummis ab Andrea precibus per ſamiliares ejus contendiſſet, Andreas aliquandiu, quid ſibi conſilii capiendum eſſet, incertus fuit. Norat enim feros illius mores, & immanem naturam, atque hominem barbarum, libertate recepta, quin ad piraticam rediret, non dubitabat. Contra, ſi non dimitteretur, vel eum necandum, vel catenis conſtrictum, perpetuò in cuſtodias includendum eſſe videbat, à quorum altero, mitem, clemenſque ſuum ingenium prorſus abhorrebat, ac ſi fieri permiſiſſet, ſe ipſius Draguthis feritatem æquaturum intelligebat; alterum incommodi plus, damnique quàm utilitatis Chriſtianis rebus allaturum providebat. Sperabat enim Draguthem fortunis exutum, rerumque omnium egentem, neque ſatis facile claſſem coacturum, neque virium aliquid habiturum. Et verebatur, ne Hariadenus, piratæque omnes, ad exemplum ſui, qui Draguthem in vinculis retineret, Chriſtianos, quicunque in eorum poteſtate eſſent, contumeliis omnibus afficerent, & in eos acerbiſſimè ſævirent; repræſentatâque pecuniâ, redimeſe deinceps paterentur neminem; itaque quod jure belli poſtulabatur, belli jure conceſſit. Sed ut Draguthis feritatem quocunque obſequio poſſet, ad manſuetudinem transferret, eum vinculis ſolvi, ad ſeque acciri juſſit; neque eum liberare ſatis habuit, ſed etiam iis verbis appellavit, ut ſi liber fuerit, blandius, ac benignius alloqui non potuerit, quippe ſe neſcire, cum homines natura liberos genuiſſet, unde hæc iniqua in ſervitutem redigendi, atque in ſervos crudelius ſæviendi conſuetudo eſſet inaudita, & ſe quidem, vetere compulſum more multos in vinculis habuiſſe, at nunquam tamen gravioris ab iis exprimendæ mulctæ causâ, ut durius in eos aſperiuſve conſuleret, in animum induxiſſe, quod cum ceteros prædones, tum ipſum præcipue Draguthem factitaſſe conſtaret. Quocirca, ſe eum hortari, ut tam immani repudiata conſuetudine, ſe hominem eſſe parem cum ceteris à Deo creatum, in memoriam revocaret: ſervos autem eo haberet loco, ut aut ad res neceſſarias juſtam eorum operam adhiberet, aut eos æqua mercede accepta compedibus relaxaret: neque tormentis excruciare, ad iniquiores extorquendas pecuniæ ſummas vellet. Cui Draguthes ita reſpondit, ut gratiis actis, ſe optima illius præcepta diligentiſſime ſervaturum eſſe polliceretur, nullum recuſans ſupplicium, ſi quando alias, ab eo captum, fidem ſe feſelliſſe convinceret. (100)

CAPUT XXX.

De conjuratione Fliſci adverſus Remp. & Andream.

PAce inde, inter Carolum Cæſarem, & Gallorum Regem conciliata, (*) cum ſummum ubique otium, atque optata à bellis eſſet quies, Genua tamen, & Andreas ipſe bis in ſummum libertatis, ac ſalutis ſuæ periculum adducti ſunt; primùm, Joanne Ludovico Fliſeo, anno à Chriſto nato ſuper milleſimum quingenteſimum, quadrageſimo 1547 ſeptimo, deinde Julio Cibo adverſus Rempublicam, atque ejus parentem Andream, non tam pravo, quàm vecordi conſilio conjurante. Quas conjurationes, quia varias in Rempublicam mutationes invexerunt, atque Andream ad novum inſtituendum vitæ genus adduxerunt, quàm breviſſime poterimus, exponemus. Fliſcanam verò eò etiam accuratius, ut appareat, Andream haud temere Joanni Ludovico confiſum eſſe, neque ſine cauſſa incommodis de illo ad ſe perlatis vocibus, non crediſſe. Fliſcorum gens, cum priſcis temporibus principem ſe in Civitate factionis Guelphæ, quam vocant, geſſiſſet, tantum inde ſibi dignitatis atque auctoritatis aſciverat, ut quamquam obſoleta vetuſtate, magna ex parte ejus rei jam verbique memoria, apud multos tamen adhuc magno in honore, uno eo nomine haberetur; cum ad hæc, & ſummo divitiarum ſplendore, & magna ſubjectorum ſibi populorum multitudine, præter ceteras in civitate præſtaret. Fliſci enim ad Septemtrionem, magnæ montanorum parti, ab Urbe, & Valle Porciſeta, uſque ad Seſtrium, & Moniliam imperarunt; ac multos etiam in Occidua ora, & Lunenſi regione, & in Ciſalpina Gallia, ſuæ ditioni obnoxios habuerunt; itaque ſu-

(100) Caraddinus ad Andream Doriam aureos nummos 1500. miſit, quibus Dracuthum captivum redemit, quam liberationem utinam non impetraſſet; nam is poſtea majorem in dies calamitatem Genuenſibus intulit &c. *Bonfad.*

(*) Anno 1544. die verò 18. Septembris ſignata fuit Pax inter Carolum V., & Franc. I. Gallorum Regem, & tandem confirmata die 3. Septembris anni ſequentis 1545. cujus Acta habentur apud Du-Mont Corp Diplomatique Tom. IV. p. 2. ad pagg. 279. 289. & 292.

ſuperioribus annis, cum urbs populari imperio, modo Fregoſiorum, modo Adurniorum regeretur, maximis tamen perpetuo Fliſci opibus abundarunt, atque ii præſertim, qui Turrilliani ſunt appellati: ex quibus fuit Joannes Ludovicus, de quo dicturi ſumus. Gallis quidem civitatem obtinentibus, nobiliſſimam urbis Præfecturam, quæ rem militarem atque ipſius civitatis cuſtodiam continet, recenti memoria Joannes Ludovicus hujus avus, & Hieronymus patruus publico decorati ſtipendio, adminiſtrarunt. Pater verò Sinibaldus, cùm ad ingentes, quibus affluebat, copias, Andreæ in primis operâ, Pontremulum quoque oppidum adjunxiſſet, fortunam ſuam, neque auctiorem, neque honeſtiorem facere ſpecioſo ullo militari munere ſtuduit. Eo mortuo Joannes Ludovicus decem annorum puer relictus ſub cuſtodia matris Mariæ Roveresiæ, ut qui fratrum natu eſſet maximus, ad ſummæ ſpem potentiæ eſt educatus. Magnificis enim inſita ſpiritibus mulier, tenerum pueri ingenium, rerum novarum ſtudio accendere ad antiquam majorum ipſius in civitate dignitatem recuperandam, nunquam deſtitit. Is deinceps paulùm ætate progreſſus, neque præſenti rerum ſtatu contentus, majora multo mente agitare cœpit, quàm libera ferre poſſe Civitas videretur; cùm ea de cauſſa, & plurimos amicitia comprehendere, & tenuiſſimum quemque beneficio ſibi adjungere, & reliquo vivendi inſtituto, popularem ſe gerere, non infelix ejus ſimulandi operis artifex, oſtenderetur. Quibus rebus cognitis, Gulielmus Langæus Franciſci Regis in Subalpina regione Præfectus, juvenem novandis Genuæ rebus opportunum ſe nactum arbitratus, animum ejus per Petruio Lucam Fliſcum propinquum ejus tentare adortus eſt: num ſe vetere majorum ſuorum exemplo, Gallorum Regi dedere, atque honeſtiſſimo ſtipendio accepto, militarem ei navare operam vellet; quæ cum adoleſcenti conditio, haud longe proſpicienti, minime diſpliceret, non tamen eam accepit, maturiore amicorum conſilio revocatus, identidem admonentium, ut caveret, ne dum incertam regii ſpem ſtipendii affectaret, in apertum avitæ ditionis Cæſari ipſi ſubjectæ diſcrimen veniret. Langæo tamen reſpondit, ſe cupidum eſſe Regi obſequendi, ſtudiumque & fidem ſuam in tempore probandi; atque hujus quidem tacitæ Fliſci voluntatis, Langæus cum alios nonnullos, tum maxime, ut poſt apparuit, Cæſarem Fregoſium Gallorum parti jampridem addictum admonuit. Nam eodem tempore, Alphonſus Avalus inter cetera Fregoſii ſcripta, quæ ipſo in Pado à Cæſarianis oppreſſo deprehenſa ſunt, commentarium quendam invenit, in quo Fregoſius de rebus Genuenſium diſſerens, Regi pollicebatur, Jo. Ludovicum Fliſcum, ad res novas Genuæ moliendis pro ipſo ſemper fore paratum, quas cum Avalus legiſſet, magnopere rei novitate permotus eſt, cum ſciret Fliſci ditionem, partim quòd à Romanis Imperatoribus fuiſſet conceſſa, partim Principatus Mediolanenſis nomine, qui ad Romanum Imperium redierat, Cæſari eſſe obnoxiam: adoleſcentem autem quamvis per ſe ad res tantas movendas infirmum, atque eo minus, quod ſapientiſſimo Andreæ tutoris, cui plurimum tribuebat, conſilio regeretur; tamen ab eo, qui domi ſummæ eſſet potentiæ, magnaſque cognationes, & clientelas haberet, ſi ab inimicis depravatus eſſet, vel ſponte dominandi cupiditate prolapſus, aliquid conflari poſſe periculi verebatur. Itaque rem non minimi ad Cæſaris rationes momenti futuram, nullo modo ſibi negligendam arbitratus, univerſam, ut erat, Andreæ ſubito ſignificavit. Andreas haud temere inclementius quidquam, de Fliſco exiſtimavit, neque enim Fliſcum, aut à ſe, qui ejus bona adverſus Cæſarianos miniſtros in Mediolanenſi ditione ſæpe defenderat, aut à Cæſare, cujus benignitati ſumma omnia debebat, abhorrentem eſſe, inducere in animum poterat; quod ſi tanto furore ferretur, id neque cum Fregoſio communicaturum, neque ejus opera uſurum, aut ei aliqua ratione confiſurum fuiſſe cenſebat: cum inter ipſorum familias, inimicitiæ intercederent, multis hominum cædibus accenſæ: quoniam Fregoſii Hieronymo Fliſco necem attulerant; Fliſci patruos Fregoſii interfecerant; atque eorum alterum, poſt equi clunes tractum, fœdiſſimo civitatis ſpectaculo objecerant; verùm, ea Fregoſium in commentarium retuliſſe putavit, ut majorem ſibi jactantius aliquid cum Rege, de ſollicitanda Genua diſſerenti, auctoritatem acquireret; itaque Avalum propterea graviter jam Fliſco infenſum, ac ditioni ejus hoſtili animo imminentem, aſſentiri ſibi voluit, ne quid in eum durius conſuleret. Avalus reſcripſit, ſe quamvis Fliſci ingenium unus omnium optime noſſet, neque bono, aut ſincero erga ipſum, aut Cæſarem eſſe animo ſciret, libenter nihilominus, in ipſius auctoritate futurum; ſi tamen præmonuiſſet, fore, ut eum aliquando intempeſtivæ erga manifeſtum hoſtem clementiæ, pœniteret, quæ verba, tanta aſſeveratione ab Avalo ſcripta, in eam opinionem homines poſt Fliſci conjurationem patefactam adduxerunt, ut eum ſummi conſilii, miræque, & pene divinæ prudentiæ judicarent, qui futuram rem, tanto ante tempore prævidiſſet. Andreas autem, beneficio florentis juvenis animum alliciendum, ac quaſi pignore aliquo Cæſaris partibus obſtringendum exiſtimans, duo ab eo nummûm aureûm millia impetravit, in annos ſingulos, ex Mediolanenſibus vectigalibus exigenda. Paucis poſt diebus, Imperialis Auria, Zagonis (101) Epiſcopus, è vita diſceſſit: qui, cùm Andreæ propinquus eſſet, ac multas pecunias ejus beneficio comparatas in Neapolitanis poſſeſſionibus collocaſſet, earum heredem Andream veteris officii, ac neceſſitudinis memor, inſtituit: ea lege, ut propinquos ſuos tenuiſſimæ fortunæ homines, ſuo patrocinio ſublevaret; ex hac hereditate, Andreas lætum ſincerumque ferre fructum non potuit, à Pontificis miniſtris, ad Fiſcum om-

(101) Seu Sagonenſis Epiſc. Sagona Urbs Ep. Corſicæ antiquiſſima in ora Occid. nunc exciſa, inter Calvium ad Septentr. Adjacium ad Merid. ad 20m. p., ab oſtio Liamonis flu. 5. mill.

omnia Epiſcopi bona trahentibus, impedi- A
tus; itaque judicio Romæ conſtituto, cùm
à Juriſconſultis, quos in conſilium adhi-
buit, jura ejus extollentibus inductus, hæ-
reditatis partem, quam Cardinalis Farne-
ſius ſe remiſſurum oſtendebat, ſe acceptu-
rum negaſſet, atque è veſtigio, miniſtros
ipſos in bona Epiſcopi omnia publicè poſſi-
denda miſſos audiſſet, pro magnitudine
injuriæ vahemeoter commotus eſt, qua
ſe indignè à Farneſiis affectum exiſtimabat,
cùm eis multa, & magna apud Cæſarem
officia tribuiſſet; itaque rrferendæ gratiæ
cauſſa, per Jannettinum triremes Pontifi-
cis Sum. quatuot cepit, ac Genuam nullo
homine, nulla re violata, deduxit; quo B
accepto Sum Pontifex adeò iraeundia exar-
ſit, or omnes, qui Romæ erant, Ligures,
propterea comprehendrndos curaverit, at
que eorum ſe bona publicare velle minatus
ſit; eo terrore Ligures perculſi, qui Romæ,
qui alibi, in locis Pontificiæ ditionis erant
Andream per ipſos Civitatis Princi es.
ſummis obteſtati precibus ſunt, ut quas
ceperat triremes, præſertim non gravi ad
modum de cauſſa, dimitteret; quod cùm
ille haud gravatè feciſſet, ac litem de
propinqui hereditate Neapolim integram
traduxiſſet, brevi inde jus ſuum obtinuit.
Ad has ergo triremes emendas, cum eas ſe
vendere velle Sum. Pontifex oſtendiſſet, C
Fliſcus animum adjecit: ut peritia rei ma-
ritimæ nulla, ſic conſilio (uti poſtea ap
paruit,) neque honeſto, neque Genuenſi
Reip. ſalutari; itaque ejus rei cauſſa Ro-
mam profectus, atque à Farneſiis omni
bus officiis liberaliſſime cultus, cum trire-
mes haud magno pretio emit, tum anou-
um cum Pontifice ſtipendium pepigit, quo
ſtipendio eas ſuſtineret, paratasque ſemper
ad ipſius commudum haberet: atque inde
Genuam, à Petro Ludovico Farneſio hone-
ſtiſſime Placentiæ exceptus, revertit. Juve-
nem deinde, & veteribus opibus inflatum,
& nova triremium poſſeſſione elatum, ne-
que animo, ut ſæpe præ ſe tulerat, à Gal D
licis partibus alienum, Auguſtinus Trivul-
tius Cardinalis, (102) ſummus regiorum
negotiorum io Italia Procurator, Nicolao
Foderato equite Savonenſi, ac Fliſci affine,
Genuam miſſo, opportune aggreſſus eſt;
cum magnis præmiis acceptis, ut alias ſe
facturum oſtenderat, Gallis ad recipien-
dam Genuam adeſſe vellet. Fliſcus ſe
facturum temere annuit, atque eo reſponſo
Foderatum remiſſit: ſed illico tamen de
ſententia deſtitit; mutandi autem conſilii
auctor fuit Jo. Bapt. Francus Verrina,
Genuenſis, homo pravi ingenii, conſiliique
præcipitis, quo ille amico jampridem ute-
batur; is enim reprehenſo, quod ille ſe- E
cum communicabat, Genuæ Gallis ſubji-
ciendæ conſilio, ut tenuis animi nimis at-
que abjecti, juvenem excelſum ad proprium
ſibi dominatum quærendum, quod ipſo, ac
majoribus ſuis digniſſimum eſſet, injecta
inani ſpe proſperi ſucceſſus, incendit; ita-
que Fliſcus Foderato ſtatim ex itinere,
(necdum enim longe ab Urbe proceſſerat,)

revocato, primum literas, quas ſuper ea
re ad Trivultium dederat, ſibi reddi juſſit,
atque aperte ſe ſuſcepto conſilio deceſſiſſe
affirmavit; deinde in eam unam rem omni
cura intentus, cujus vix levem ſpei Verri-
na oratione ſua auram afflaverat, Verri-
nam ipſum, ac Raphaëlem Saccum Savo-
nenſem Juriſconſultum, & Vincentium Cal-
caneum familiarem ſuum à cubiculis, in
interiorem ædium partem deduxit, rurſuſ-
que ad eos de integra conditione Trivultii
retulit; tum Verrina factum id, ut indi-
gnum ipſique inutile, iterum improbare,
atque ut ſibi potius, quàm, ut Gallis tan-
tum paret imperium, ſtimulare: quod cum
Urbs exiguo vix ducentorum militum præ-
ſidio cuſtodiretur, Andrea, & Jannettino,
ac nonnullis aliis Cæſarianarum partium
ex nobilitate oppreſſis, & triremibus per
hyemem inermibus, occupatis, facilè eſſet
eventurum; nam ſe multos populares in
ipſo tumultu ſollicitaturum, atque ad il-
lius præſidium adjuncturum, ac populum
ipſum dulci libertatis nomine peſſim inge-
minando delinitum, ad arma pro ipſo ca-
pienda concitaturum, quæ omnia, ut ex-
ploratiori ratione ſuccederent, poſſe mul-
tos etiam per varias cauſſas in Urbem ex
ſubjectis ipſius ditioni populis, advocari.
Contra Saccus, hoc conſilium, ut audax,
ac periculi plenum, nec felicem habiturum
exitum, improbare; neque enim cùm ipſe
domi ſuæ nobili natus loco eſſet, inducere
in animum poterat, populum Genuenſem,
Fliſcum patricia familia genitum pro do-
mino ſuſcepturum; itaque cùm Gallicæ parti
ſtuderet, Trivultii potius conditionem pro-
babat; quia in Gallorum ditionem Genua
recidebat, eamque viam ad parandum dein-
ceps dominatum, faciliorem, atque ad con-
ſervandum tutiorem oſtendebat. Variis in
utramque partem ſermonibus habitis, Fliſco
fatale ſequi Verrinæ conſilium placuit, ut
populari concitato in urbe tumultu, atque
Andreæ, & Jannettini, & Nobilium, qui-
cunque occurriſſent, cæde patrata, atque
triremibus in poteſtatem adductis, Populi
Genuenſis, atque oppidanorum ſuorum au-
xilio, Urbis dominatum invaderet; hoc
inito conſilio, tum de ratione, qua cogi-
tata perficerent, conſultatum. Una ſenten-
tia fuit, ut in ædem D. Andreæ, novum
tri divinæ Sacrum indiceretur, eoque An-
dreas ipſe, & Jannettinus, & Nobilium ple-
tique invitarentur: atque ibi cædis, & tu-
multus initium fieret; verùm, cum eſſet,
qui moneret, Andream propter affectam
jam ætatem, eò non deſcenſurum, verùm
Philippinum Auriam, aut familiarem alium
ſuum cum ſolemni, ut jam pridem facere
conſueſſet, munere miſſurum, de ſententia
deceſſerunt: Verrina nequaquam audito,
qui ſe eàdem horâ, ſicuti ſolebat, ſaluta-
tum ad Andream introiturum, eumque de
improviſo domi ſuæ imparatum confoſſu-
rum eſſe pollicebatur: nempe, quòd cœp-
tam tam inſignem in templo cædem, haud
dubiè Andreæ exitio impedimentum alla-
turam, propter facinoris ipſius atrocitatem
vi-

(102) Hic Diac. Card. S. Hadriani Martyris à
Leone X creatus, maxima promotione,
quâ ſimul unus & triginta creati ſunt
Kal. Julii 1517. Deinde ſub Pauli III. an. XIV.
1548. die 3. Aprilis Sabatho Sancto Romæ
mortuus eſt, & in Baſil. S. Mariæ de Po-
pulo ſepultus, ut *Panvin.* refert.

viderent; altera, eaque multò immanior fuit ſententia, ut Fliſcus Andream, atque ex nobilitate quos ſuis adverſos conſiliis duceret, ad cœnam, per ſpeciem feſtivæ liberalitatis invitaret: atque eis domi ſuæ per vim atque inſidias interfectis, per Urbem diſcurrens, populum ad libertatem vocaret, ac de improviſo Prætorium occuparet: quo in loco Verrina, ſe ipſi Diadema impoſiturum, atque Genuæ Ducem ſalutaturum profitebatur: & ſi quis verbo, aut facto obſtitiſſet, expedito ipſorum conjuratorum, ac popularium auxilio, haud dubiè occiſurum. Andream autem licet perrarò foris cenaſſet, eo nomine facilè adduci poſſe, ut Hieronymo Joan. Ludovici fratri, juriſdictiones quaſdam alienanti, curatoris loco, unà cum Maria matre aſſentiretur; quod ſi ille, ut ſpes erat, Joan. Andream, & Paganum Janettini filios, ſecum adduxiſſet, quorum alter octo annorum, minor multò alter erat, adjiciebat, ut iidem cum ceteris necarentur. Quæ ſententia, à Fliſco, quia atrox erat, turpiſque, ac crudeli nimis complurium, eorumque inſontium, cæde, ædes penateſque ſuos cruentatura, vel invito, & fruſtra reclamante Verrina, exploſa eſt. Interea, Andreæ recens, atque improviſa chiragræ tentatio gravem adeò febrem adduxit, ut de ſalute dubitaretur: quæ res, ut Fliſco ſpem ipſius foris opprimendi omnem ademit, ſic eundem, ad nova ineunda, atque experiunda conſilia prorſus accendit; itaque Jannettinum inſidioſè ſibi colendum, ac ſimulatione triremis ſuæ quartæ armandæ, quam de induſtria Genuam accerſiverat, & adverſus piratas emiſſurum præferebat, ſibi perficienda conata duxit; ergo Jannettino, opportunè quodam die convento, ac familiari de rerum ſuarum ſtatu ſermone inſtituto, gravem ſe triremis unius ſumptum, pro qua nullum à Summo Pontifice ſtipendium acciperet, tolerare non poſſe conqueſtus, de ea prædatum emittenda, cogitaſſe dixit, eumque quid ſui conſilii eſſet quæſivit. Jannettinus ingenue ſe ab eo conſuli ratus, reſpondit, triremem ſine ſtipendio habere, prorſus ſe inutile judicare: itaque, aut prædatum mittendam, aut, quod magis placeret, Cæſari obſequio addicendam; quam ad rem, ſe ipſius gratia annıſurum, & ſi fortè Cæſar ab augendo triremium numero abhorreret, operam daturum, ut in earum, quæ Andreæ eſſent, numerum reciperetur. Fliſcus, tam comi, ac benigno Jannettini reſponſo, nihil de ſua feritate demotus, gratiis fallaciter actis, reſpondit, ſe alio tempore beneficio ejus uſurum: in præſentia malle triremim ipſam fortunæ, quæcumque futura eſſet, committere; unum illud ab eo petere, ne quod verbum hac de re cum Andrea faciat, ne manentibus inter Cæſarem, & Solymanum induciis, ab eo forte impediatur his actis, per cauſſam armandæ triremis, milites ad trecentos in urbem ex oppidis ſuis accivit: & ne cuiquam ſuſpectus eſſe adventus eorum poſſet, alios in ſpeciem nexos, ad tranſtra traducendos adduci juſſit, alios occultius, diverſis ſed tenuibus agminibus introduxit; hinc ad Andream progreſſus familiariſſimos cum eo ſermones inſtituit, neque ullum aut erga ipſum, aut erga Jannettinum officii, atque humanitatis genus prætermiſit; nam, & Janettinum comiter ſeductum, ſi quem forte in ipſo triremis ſuæ diſceſſu, armorum ſtrepitum per noctem audiſſet, ne miraretur, admonuit: & filios ejus parvulos, ſibi caſu oblatos, diſcedens ſuaviter complexus, atque deoſculatus, omnem à ſe paratæ peſtis ſuſpicionem ita amovit, ut cum eadem hora, Figueroa Cæſaris Orator ad Andream veniſſet, ac ſe à Cæſaris miniſtris monitum ſignificaſſet, Fliſcum quendam Genuæ rebus novis ſtudere, civitatemque ad arma ſollicitare, ipſe reſponderit, Fliſcum eſſe Genuæ neminem, qui ſeditionem concitare, præter Joannem Ludovicum poſſet: verùm nihil ab eo metuendum videri, qui præter beneficia, quæ acceperat, ac jure ſperare poterat, ſummum honoris in civitate gradum obtineret, ac multa oppida Cæſari obnoxia poſſideret: & ſtipendio ab eo honeſtatus, non obſcurum jampridem apud eum eſſet locum gratiæ conſecutus; poſtremò verò, qui eam vultu virtutis indolem, eam fronte animi hilaritatem, decora ipſe florens juventa præ ſe ferret, ut ingrati, aut ſeditioſi hominis ſuſpicio inde omnis abeſſet. Forte accidit, ut, cùm multos ex Prætorii cuſtodibus milites, partim quòd ditioni ſuæ ſubditi eſſent, partim quòd beneficio ſuo ei militiæ fuiſſent adſcripti, ſibi vehementer obſtrictos, in domum ſuam vocaſſet; Jocantus Corſus, Tribunus militum, veſpere præſidium recenſeret; quam ob rem, cùm partem militum præſidii abeſſe videret, ac contubernia eorum ſcrutatus, à contubernalibus, eos ad Fliſcum commeaſſe audiſſet, inſidiarum aliquid ab ſeditioſo juvene comparari, haud temere, homo jam maturæ ætatis ſuſpicatus eſt: ſtatimque rem ad Ducem, & duos, qui in Prætorio erant, Gubernatores, itemque ad Adamum Centurioneum, ut Andream, & Jannettinum commonefaceret, detulit. Jannettinus hoc audito, quid eſſet ſe optimè cognitum habere dixit: atque Andreæ ſciſcitanti, quorſum ea pertinerent, diligentiam à Fliſco adhiberi, triremim ſuam adverſus prædones expediendæ aſſeruit; præcipienti deinde Andreæ, ut ad eam rem impediendam accurreret, id ſe integro honore ſuo facere non poſſe reſpondit, quòd Fliſco pollicitus eſſet, ſe ejus incœpto auxilium allaturum; quin etiam, Jannettinus precibus Andream fatigare adortus, ut ſe promiſſa repræſentare permitteret, impetravit: quamquam non ſine aliqua ipſius offenſione, quoniam Andreas, neque id libenter concedebat, neque morandæ triremis, quam jamjam exituram eſſe credebat, nullam ſatis juſtam cauſſam reperire ſe poſſe exiſtimabat: (103) eodem errore imbuti ceteri, cum ſuſpicioſam militum forenſium abſentiam, tum intempeſtivum armatorum in ædibus Fliſci conventum, pro nihilo habuerunt. Ubi verò nox advenit, quæ diem III. Nonas Janua-

(103) MS. ex benigno ſemper mihi favente Doctiſſimo Viro Joſeph Antonio Saxio Collegii & Bibliothecæ Ambroſianæ Præfecto, obtentum, ad melius Herois illuſtrandam in hoc facto veritatem Lectori offero inf. ſign. EE.

nuarias præceſſit, Fliſcus primis tenebris, occultè domum ſuam, quæ in clivu poſita, Violatum dicebatur, armatis, quos evocaverat, hominibus, complet: januam ſtrenuis, ac promptis ſatellitibus cuſtodiendam permittit, ut omnibus introitus pateret, exitus, præter conjuretos, nemini. Verrina Civium ad cœnam vocandorom negotio ſuſcepto, quemcunqne ſibi maxime opportunum exiſtimavit, diligentiſſimè invitavit: ad quos, ut quiſque venit, in abditam ædium partem perductos, atque ex novo totius domus arma undique perſtrepentis habitu ſtupidos, Fliſcus perturbato, atque confuſo vultu, in hanc ſeatentiam eſt locutus: Non debere ipſos novo ipſius domus, in quam vocati eſſent, apparetu moveri: nam, quod ipſos non fugiat, eos ſe non tam ad tempeſtivi convivii communionem, quàm ad pulcherrimi facti ſocietatem vocaſſe; ſcilicet, ut forti eorum opera, atque auxilio, ſalutem ſimul ac dignitatem Reip, omniumque, qui publicæ libertati ſtudeant, tueatur; ſibi enim compertum, atque exploratum eſſe, Jannettinum certis Cæſaris opibus, ac ſummis nobilitatis ſtudiis ſultum, intento ad Patriæ Tyrannidem animo aſpirere: qnod ne eveniat, ſe neſarios illius conatus, atque conſilia prævertendo, ipſum firmiſſimo armatorum globo, cum reliquis, qui obvii fuiſſent, Nobilibus, opprimere decreviſſe, ac Remp. Gallorum ope recuperare, quos meliores, atque commodiores patronos Cæſarianis eſſe, nemo poſſet inficiari: ad eam rem autem, ſe ita proviſa, ac parata omnia jam habere, ut de ſecundo eventu, nullo pacto ſit dubitandum: ſi modo ipſi, ſecum ſe populo oſtentate, atque opportunum per Urbem diſcurrenti auxilium velint ferre: quemadmodum ipſos, pro ſpectam virtute, ac ſingulari erga Patriam caritate, impigre facturos eſſe confidat. Quibus verbis auditis, alii pavore ita obtorpuerunt, ut nec dicere, quod in rem eſſet, nec audire poſſeot; alii, Fliſci conſilio, atque animo collaudato, ſummo ſtudio ſe ei affuturos aſſeruerunt. Eorum duo, Baptiſta Juſtinianus, & Bava, apertè ejuſmodi ſe implicari negotio, quòd ab armorum tractatione ſemper abhorruiſſent, recuſarunt: Fliſcum, ut cogitaret, quantam rem molitetur, vehementer orerunt; quos Fliſcus increparinoibus, ac minis de ſententia dejicere ſtuſtra conatus, cuſtodiri in interiore ædium parte præcipit: ac ferculis aliquot epularum allatis, ex quibus vix pauci aliquot ſtantes ſumpſerunt, convivis parumper relictis, in cubiculum uxoris conceſſit; ea tum ſorte, cum Paulo Panſa, homine gravi, & erudito, & vetuſta familiaritate cum Fliſcis conjunctiſſimo, atque earum, quæ agetentur, retum prorſus ignato, familiaribus, ut ſit, ſermonibus tempus terebat; ſed adveniens Fliſcus, re adhuc integra, ſuſcepti utrunque conſilii participem fecit: hi tantum armotum apparatum non leviter ante mirari, ubi cauſſam accepetunt, prope animo conſternati, Fliſcum, ut ab incœpto tam fœdo tamque periculoſo deſiſteret, obteſtari cœperunt, inprimiſque uxor, quæ fletus, ac lachrymarum plena, collo viri advolvebatur: ut illud triſte omen infauſti exitus eſſe videretur; verùm cum is uxorem buno eſſe animo juſſiſſet, quòd propediem omnium mulierum Genuenſium Princeps futura eſſet, & Panſam haud dubia ſpe ſecundi exitus, quòd neceſſaria omnia diligenter eſſent proviſa, impleſſet, eos reliquit, atque ad convivas urgente ſato regreſſus, ubi omnia, quæ opportuna erent, explorata eſſe vidit, intempeſta nocte, ſummo ſilentio, cum armatis omnibus domo prodiit: eo ordine, ut io primo agmine lectiſſimorum militum robur, circiter centum, præmitteret, ipſe honeſta civium caterva ſtipatus ſubſequeretur; ſerunt eum januæ limine egredientem, pede lapſum, ptu malo id omine accepiſſe: verùm à Sacco, qui proximus incedebat, bene ſperare, verſo in melius omine, eſſe juſſum; cùm autem ad viam, quæ Burgi dicitur, veniſſet, Cornelium fratrem cum armatis quiojuaginta, ad portam Arens occupandam miſit, qui, præſidio octo, aut decem militum nullas ab Urbe inſidias metuentium, facilè oppreſſo, portam in poteſtatem adduxit. Qua te cognita ipſe per viam Portæ D. Andreæ, & vicum Prionis, & D. Donati iter maturans, ac aream Selvagiorum tranſiens, cum univerſa turba ad pontem Cataneotum pervenit, ubi triremis ejus ſtationem habebat: atque ibi dum triremis ad oſtium ejus loci, qui Darſena appellatur, ite juſſa, in imo hærens fundo, ægre ſe excitat, plus dimidio boræ moram tranit; triremi deinde ſenſim ſe ad Darſenæ oſtium provehente, ipſe itinere ſecundum litus ſuſcepto, ad eum locum, in quo vini vectigal exigitur, progreſſus, inde Octobonum fratrem, & Vincentium Calcaneum, cum circiter ſexaginta, ut D. Thomæ, & Thomam Aſſaretum, cognomento Verzem, cum alia manu, ut Darſenæ portam, per quam ad triremium ſtationem eſt aditus, occuparent, ire juſſit. Octobonus, & Calcaneus, à vigile, pecunia, ut ferunt, corrupto, in ſtationem admiſſi, cuſtodes, alios ſopitos, alios inermes, atque incautos adorti, nullo certamine præſidium depulerunt, ac portam duobus, aut tribus tantum militibus, cum ipſius Centurionis fratre Signifeto interſectis, & Centutione ipſo, cum ſe ea vicinis ædibus proriperet, capto, felici arridentis fortunæ ſucceſſu in poteſtatem redegerunt. Ad portam autem Darſenæ, Verzes, quia miniſter Jannettini, ac propterea cuſtodibus notus erat, cum ante ceteros progreſſus ſignum ſolitum edidiſſet, primo ſtatim conſpectu ingredi juſſus eſt: verùm mox valida ſubſequente armatorum manu animadverſa, portâ in os clausâ excluſus; quare nonnulli, qui cum eo erant, trepida ſe ad Fliſcum ſuga recipientes, ac pulſos ſe nunciantes, tantum tumultus concitatunt, ut ad eam vocem, multi cives exterriti, Fliſcum repente reliquerint, ac domos ſuas dilapſi ſint. Quibus Fliſcus ægre collectis, partimque increpitis, partim bono animo eſſe juſſis, Scipioni Borgonino oppidano ſuo, virtutis, ac ſolertiæ Centurioni, ut portam eam à mari invaderet, retione agendæ rei demonſtrata, præcepit. Is ſociis aliqnot ad rem agendam aſſumptis, cymbis quibuſdam ad id paratis, in molem Darſenæ minotem evectus, ad portam ipſam feliciori conatu perrexit; ac paucis ejus cuſtodibus op-

preſſis, atque eorum aliquot vulneratis, reliquos trepidos ſibique diffidentes, decedere ſtatione coegit. Portâ patefactâ, cùm Fliſcus non obſcurè ſenſiſſet, claſſicos remiges his tumultibus conſternatos catenas exuere, ac ſe libertatis cauſſa, ad fugam expedire, ut ei rei occurreret, (nam inſtructis in primis potiri triremibus cupiebat, in quibus omnem potentiæ ſuæ ſpem collocarat) ad triremes acceſſit. Verùm ita fatum Reip. tulit, ut mobili ponte, quem in triremes trajecturus aſcenderat, in mare prolapſo, ipſe armis onuſtus, cum eo præcipitatus, ſubitoque ſubmerſus ſit; quo facto, repente triremes Andreæ omnes, magno tumultu, ab remigibus, ac fabris navalibus, & proximorum vicorum hominibus, ne tranſtris quidem ſcaliſve ipſis relictis direptæ ſunt. Hoc ſtrepitu, uſque ad ſuburbanas ædes Andreæ, pro magnitudine perlato, uxor ipſius permota, cum è lecto pavida ſurrexiſſet, in cubiculum, ad Jannettinum venit, eique quid ad triremes audiretur, nunciavit. Jannettinus rixam aliquam eſſe inter navales artifices arbitratus, ſubito ejus ſedandæ cauſſa è lecto deſiluit, atque nautico habitu ſumpto, ac puero cum funali præmiſſo, D. Thomæ portam verſus iter intendit, ut ex cohorte præſidiariorum, quæ circiter centum quinquaginta peditum ibi excubabat, quot ſibi eſſent opus, aſſumeret. Octobonus, qui jam portam tenebat, ubi à milite, quem extra portam explorandi cauſſâ collocaverat, Jannettinum domo exire cognovit, ac evaderet, milites aliquot egregiè armatos ſub porticu è regione portæ diſpoſuit; ubi Jannettinus acceſſit, ac ſigno facto, quis eſſet quærenti militi dixit, nullâ interpoſitâ morâ, patefactâ portâ ingredi juſſus eſt: dum verò portulæ caput inſert, continuò ab Octobono, ejuſque ſatellitibus, ingenti omnium prope telorum obrutus procella, confoditur, cùm ſe principem ejus feriendi Octobonus ipſe præbuiſſet, atque in eum etiam mortuum, nulla ab eo unquam affectus injuria, deſæviſſet. Mortuo in ipſo ætatis flore Jannettino, cujus à virtute jure ſumma omnia, & familia ſua, & patria, atque ipſa deinque Chriſtiana Reſpublica, & ſperare ornamenta, & exſpectare commoda potuiſſet. Ingenti interea tota urbs miſceri tumultu, ac novo perſonare ſtrepitu cœpit: cum frementium plerique in partibus conjuratorum, tum maximæ remigum turbæ, per urbem expediendæ ſalutis cauſſâ vagantium, quæ cùm Andreas, extra urbem, ac Prætoriani Gubernatores in urbe auribus excepiſſent, rei novitatem admirati, utrique aut ſuo, aut Reipublicæ tempori conſulendum putarunt. Andreas, quid rei id foret, aut quid de Jannettino eſſet, crebris vocibus anxiè requirens, primùm accepit, civitatem in armis eſſe, Jannettinum ad triremes ſe contuliſſe: deinde Ludovico Julia familiari ſuo, ad res omnes certiùs cognoſcendas miſſo, audivit, civitate in Jo. Ludovici Fliſci poteſtatem adducta, Rempublicam in extremo eſſe diſcrimine collocatam: ac propterea cùm verendum eſſet, ne quando jam D. Thomæ porta adverſarii potirentur, mox infeſtam ipſius ædibus oppugnationem inferrent, ſi quando aliàs, ab animi virtute petendum auxilium, atque tantis difficultatibus objectis, vitæ ſuæ ſaltem conſulendum eſt arbitratus. Itaque quamquam propter morbum vix pedibus inſiſtens, in equum ſe tolli propere juſſit, atque cum paucis comitibus, ad Seſtrium occiduum, atque inde magno circumdatus comitatu, ad Mazonem oppidum XV. millia paſſuum ab urbe diſtans, ſe contulit. Pari ſtudio Reipublicæ Gubernatores inſtantis periculi magnitudinem animadvertentes, ſubitò principes civitatis, quos poſſunt, accerſunt: cùm Figueroa Cæſaris Orator, & Cardinalis Auria, aliique honeſtiſſimi cives multi, ſingulari ſtudio accurriſſent; ac conſilio pro tempore capto, cohortis Prætorianæ Signiferum, cum triginta peditibus ad D. Thomæ portam properare, eumque Præfecto ejus portæ, ſi vis aliqua fortè ingruat, maturum ferre auxilium, jubent. Sed is in Hieronymum Fliſcum ducentis amplius armatis circundatum cùm incidiſſet, aliquot ex ſuis in pugna amiſſis, pedem retulit. Hieronymus interea proſpero rerum ſucceſſu, præter opinionem elatus, ac poſt fratris mortem, præſens Genuæ imperium animo haud dubio ſibi deſpondens, urbem ferocius percurrere, libertatem conclamare, eo nomine populum ad arma concitare, &, quemcunque ſibi notum offenderet, ad arma ſocianda verbis impellere; qua re cognita, Prætoriani Gubernatores, Hectorem Fliſcum, & Auguſtinum Lomellinum ad eum mittunt, rogatum, quid Comes Ludovicus poſceret, quid ſibi vellet, monitumque, ut cum ſuo grege urbe excederet; ſic enim rem facilius conventuram. Hi cum ipſum in æde D. Syri inveniſſent, mandata principum detulerunt: ambigente, quid reſponderet Hieronymo, Verzes, & Mariliànus, quin confodimus iſtos, inquiunt, ac ſubitò arma in eos expediunt. Cùm Hector, & Auguſtinus præcipuo Dei ſervati beneficio profugiſſent, tum ad ſocios eorum converſus Hieronymus: renunciate Gubernatoribus, inquit, nullum alium Comitem exſtare, præter me, neque urbe cedere velle, ſed Prætorium poſtulare. Ex his verbis conjectura de Jo. Ludovici, qui vulgo Comes appellabatur, interitu, qui adhuc eos latuerat, facta; atque iniqua Hieronymi erga patriam voluntate perſpecta, maturandum ſibi exiſtimarunt, ut quam maximam popularium manum poſſent, contraherent, qua impotenti Hieronymi audaciæ, petulantiæque reſiſterent. Itaque cum emiſſi è Prætorio cives aliquot ex univerſo populo, & militum cohortibus, firmiſſimum agmen repentè pro periculo collectum, ad Prætorium perduxiſſent, in eum terrorem Hieronymum conjecerunt, ut cùm Prætorii oppugnandi animo ad D. Laurentii perveniſſet, inopinato tanti apparatus nuncio perturbatus, ſubitò iter convertit, ac per viam D. Donati ingreſſus, protinus urbe ſe per portam Arcus ejecerit, atque urbem metu maximo liberarit. Nam Verrina, Fliſco mortuo, parum in Hieronymo roboris eſſe ratus, ac deſperatione debilitatus, Fliſci trireme conſcenſa, ſubitò ſe Maſſiliam cum Sacco receperat: & Octobonus ab amicis Andreæ eâ, quam occupaverat, porta dejectus, urbe è veſtigio ceſſerat, atque hunc quidem exitum

Jo.

Jo. Ludovici Fliſci adverſus patriam, atque Andream, cui ſecundum patriam plurimum debebat, conjuratio habuit: qua ſe Genuæ dominationem occupaturum, non ſcelere magis, quàm inconſultè ſperaverat. Neque enim ipſe explorati quicquam habere poterat, populum, ſi arma corripuiſſet, ſibi imperium delaturum: aut Verrinam quantum promiſerat, certa vel facultate, vel fide perſoluturum: aut ſi urbe potitus eſſet, nobilitate præcipuè in ea re offenſa, quæ magnas in urbe, & foris opes habebat, ac vivente Andrea, qui beneficiis, ac clientelis, & civitatem, & oram Liguriæ univerſam ſibi devinctam tenebat, diu ſe illam tueri ſperare non poterat, ut omittatur, quàm credibile ſit, Cæſarem eum Genuæ dominari paſſurum, cui fidere nullo modo propter apertum partium Gallicarum ſtudium poſſet: præſertim cùm ipſum vix Genuam ingreſſum, valido ex agro Mediolanenſi, ac Subalpino, exercitu ſubmiſſo, haud magno negotio dejicere de principatu poſſet: nec Fliſcus, ob recentis conjurationis conſilia, quibus multis perniciem comparaverat, omnium odio, atque invidiæ ſubjectus, maturum aliunde auxilium poſſet expectare; aut ſatis validas ſuorum oppidanorum copiolas haberet, quas Cæſarianis legionibus firmiſſimis opponeret. Hieronymo, & Octobono, cum ſociis ſuis urbe egreſſis, portæ urbis Gubernatorum juſſu, per ſubitariam, quam collegerant, manum receptæ; arma poſita; urbanæ res conſtitutæ; Hiſpanicæ triremes duæ, ad trecentos perſequendos Turcas, qui ruptis vinculis triremem Andreæ in ipſo Verrinæ diſceſſu, Africam verſus abduxerant, ſed fruſtra, miſſæ; reliqui remiges dimiſſis circumquaque hominibus conquiſiti, ac plerique recepti. Quin etiam Legati duo ad Andream, Benedictus Centurioneus, & Dominicus Auria, Mazonem publicè miſſi, ut eum in urbem revocarent: quos, ſimulque alios multos, qui ipſum ejuſdem officii cauſſa convenerant, de fugæ ſuæ periculo ſecum conqueſtos, Andreas primùm, quemadmodum facilè amicitiæ ſimulatione deceptus fuiſſet, (104) & quàm conſtanti animo illam injuriam ferret, edocuit: deinde haud invitus fecit, ut in urbem, tanto civitatis cognito ſtudio, ſe reciperet. Itaque cum inſeſſo equo, Votrium, atque inde duobus lembis avectus, Genuam perveniſſet, effuſo non amicorum ſolùm, ſed etiam inimicorum ſtudio, ab univerſa civitate conventus eſt. Exinde, cum de conjuratorum, aut qui conjuratis opem tuliſſent, ſupplicio ageretur, ex ejus auctoritate ita decretum, ut qui conjurationis participes fuerant, exilio capitali, reliqui leviori pœnæ genere afficerentur; neque enim ipſe ſe civilis ſanguinis ſitientem, ſed legum ſervandarum ſtudioſiſſimum præbuit: quibus jam inde à primis ſeditionum temporibus, ejuſmodi noxæ affines, leviore, quam æquum eſſet, ſupplicio multabantur. Franciſcus Grimaldus, ad Cæſarem de omni re, quæ evenerat, edocendum miſſus eſt; ab eodem Rodericus Mendocius cùm veniſſet, poſtquam opportuna

A Andreæ officia Cæſaris nomine, de ſalute ipſius, & Jannettini morte perſolvit, Genuenſes ad Montorii arcem expugnandam accendit: in quam Hieronymus cum ſociis ſe receperat, eamque muniverat; Ferdinandum item Gonzagam, quem Cæſar Ciſalpino bello Mediolanenſique provinciæ, cum imperio præfecerat, in poſſeſſionem Fliſcanæ ditionis immiſit; Genuenſes magno conatu Mondorium oppugnare adorti, omnes difficultates virtute, & patientia ſuperarunt: neque continuis imbribus, arduave tormentorum ſubvectione, atque locatione deterriti, oppidum tandem cum omnibus, qui ibi erant, conjuratis, eorumque ſociis **B** in poteſtatem adduxerunt; quo facto, extemplò legatus eorum, Vincentium Calcaneum cum nonnullis aliis, qui ad portam D. Thomæ Jannettinum oppreſſerant, ſecuri percuſſit: deinde legitima quæſtione de Hieronymo, & Verrina (qui illuc ſe Maſſilia receperat.) nonnulliſque aliis eorum miniſtris habita, extremo omnes ſupplicio affecit, arcem diruit; reliquorum, alii alio ad certum tempus multati, alii omni pœna liberati exemplo parum Reip. ſalutari. Fliſci domus antiqua, peramplaque, & magnificis ſumptibus extructa, à fundamentis everſa eſt: (105) bona verò cùm Cæſar ita dividenda cenſeret, ut majorem eorum partem **C** Andreæ ad triremium detrimenta reſarcienda tribueret, ipſe Andreas auctor fuit, ut Cæſar conſilio mutato, Pontremuloque Mediolanenſi ditioni addito, longè minorem partem ſibi tribueret; aliam verò Genuenſium Reſp. tulit, aliam Antonius Auria, aliam Auguſtinus Landus, Hector Fliſcus aliam, qui à Gubernatoribus ad Hieronymum miſſus, magnum vitæ diſcrimen adierat. Ea diviſione, civitatis ſecuritati maximè conſultum eſt; nam Fliſcis procul ab Urbe amotis, atque exactis, nullus gravior motus, nulla propè perturbatio impendere Reip. poſſe videbatur; quoniam, ut Laurentius Medices vir pru**D**dentiſſimus dicere ſolitus erat, Catis Genuam tenentibus, (ſic enim Fliſci Turrilliani antiquo cognomine vocabantur,) civitas quieto, ac tranquillo ocio frui non poterat. Dum hæc ad Montorium geruntur, Andreas opem maximè Adami Centurionei, viginti ſuas utcunque triremes inſtruxit, atque veteribus remigibus magna ex parte contractis, & voluntariis multis aſcriptis, armavit; itaque cùm eodem tempore Neapolitani, Petrum Toletanum pro Cæſare Regnum gubernantem, novamque, & ut ipſi arbitrabantur, duriorem legem (quæ, quoniam ſeveriſſimè in fortunas, & capita omnium inquiritur, quorum nomina tam**E**quam malè de Chriſtiana pietate, ritibuſque ſentientium, etiam ſecretò delata ſint, Inquiſitio dicitur,) atque iccirco odioſam omnibus, & moleſtiſſimam imponere conantem, arreptis armis in arcem compuliſſent, ac ſeditionem maximam excitaſſent, periculi magnitudine animadverſa, eò Marcum Centurioneum Adami filium cum triremibus miſit: qui ad Spediam oppidum, & Arni oſtium delectibus, quos Coſmus Medices, & Ferdinandus Gonzaga habuerant, ſub-

(104) Vide inf. docum. præcit. ſign. EE.

(105) Hæc, & alia pluribus in locis mutata vide apud Bonfad. ad annos 1545. 1546. & 1547.

ſublatis, cùm Neapolim appuliſſet, ejusadventu cognito, Neapolitani poſtea armis poſitis, ad officium, & fidem redierunt.

CAPUT XXXI.

De conjuratione Cibi adverſus Remp. & Andream.

FLiſci conjurationem vix reſtinctam, excepit Julii Cibi conjuratio; is antiqua nobiliſſimaque familia natus, triſti adeò vultu, atque elato animo fuit, ut patricium neminem ultrò ſalutaret, ac vix notis familiariter arrideret: dominationis autem atque imperii eò uſque appetens, ut Maſſæ, & Carrariæ ditionem, quam mater legitimè poſſidebat, armis invadere non dubitarit; verùm cum Ferdinandum Gonzagam, juſſu Cæſaris, cujus opem haud fruſtra mater imploraverat, exercitum adverſus ſe comparare cognoviſſet, ut nova ſe oppidorum poſſeſſione dejiceret, pollicentibus Gallis opportunum, ſi Regis auſpicia ſequi vellet, auxilium, aures accommodavit; quod ubi patruus ejus Cardinalis Cibus (106) jampridem Cæſaris partibus addictus, comperit, ipſum Maſſam ad expedienda imminentis belli conſilia properantem, per Coſmum Medicem, Piſis coërcendum, dum res à Ferdinando conficeretur, curavit; neque Andreas ipſi cupienti, ac poſtulanti opem ferre voluit, quamvis ipſi affinitate conjunctus, quod Jannettini ſororem habebat in matrimonio. Maſſa inde, atque Carraria per Ferdinandum receptis, ac mulieri redditis, ipſe matri reconciliatus, ad eam, Romam perrexit, atque æquum ſe illi rebus omnibus præbuit; ingenium hujus ardens, ac rerum novarum cupidum, & recenti præterea injuria inflammatum, cùm Octobonus, & Cornelius Fliſci, Genua exulantes, quotidiana vitæ conſuetudine animadverterunt, tum multò evidentius Scipio, quòd eodem, quo ille, matris ipſius contubernio utebatur: ob eamque rem, ipſum in Gallicorum miniſtrorum, qui tum Romæ erant, familiaritatem induxit. Quæ ubi quotidiano intercedente uſu arctior eſt facta, tum illi occaſione quæſita pertentare hominem aggreſſi ſunt, num Genuam tumultu in Urbe concitato, ad Gallorum partes traducere vellet; neque enim ejus negotii difficilem fore explicationem, ſi Andream Auriam de medio tolleret, atque, eo ſublato, ſubitò ad arma populum excitaret, Urbemq; illius ope invaderet: nam Gallos repente à Mirandula, atque Subalpina regione, cum firmo exercitu, ejus auxilio advolaturos; non abnuente Julio, conſilia rei ad exitum perducendæ, agitari ſunt cœpta; quibus expeditis, Fliſci, & Julius Venetias; inde illi Mirandulam, hic Genuam ad milites eoo trahendos, accepta à Gallis pecunia profecti ſunt. Julius etiam in ſpem Andreæ facile opprimendi venerat, quòd eum parum

A à ſe cavere ſciret, ut qui cum amicorum conſilio, aliquot capitis ſui cuſtodes ſumpſiſſet, eos ferme ex clientibus, ac familiaribus ejus coëgiſſet. Ne verò res ad exitum perduceretur, ipſius Julii mater effecit: quæ occulta filii cum Gallis, Fliſciſque colloquia, aut ſuis, aut Cæſaris rebus perniciosa ſuſpicata, Oratori ea Cæſaris omnia enunciavit, quæque ſecreto inirentur, conſilia indicavit. Orator inde horum omnium, & Romæ, & Venetiis rationibus exploratis, eas primo quoque tempore Andreæ, ac Ferdinando ſignificavit; itaque Julius, dum Mediolanum contendit, ut inde Genuam ſe conferat, Pontremuli à Petro

B Dureta Præfecto comprehenditur; ibi quæſtione habita, faſſus eſt, conſilii quidem ſe neſcio quæ cum Gallis, & Fliſcis iniſſe, & eos in ſpem operæ ſuæ commoviſſe; verùm rem totam ad Cæſaris commodum traducere, in animo habuiſſe; inde Mediolanum tranſmiſſus, cum acerbiora admota tormenta eſſent, omnia, quo inter eos convenerant ordine, confeſſus eſt; quamobrem capite damnatus, haud ita multo poſt jubente Cæſare, extremo ſupplicio per Ferdinandum affectus eſt; cùm Octavianus Gious, ejuſdem conjurationis particeps, Genuæ pœnas dediſſet; eorum confeſſione, reliqui ſocii proditi, cum fide publica Ge-

C nuam venire juſſi non comparuiſſent, exilio capitali multati ſunt. (107) His conjurationibus adverſus Remp. & Andream, ſuſpenſa, & ſollicita civitate, metuentibuſque Cæſarianis miniſtris, ne quandoque per vim, utriuſque ſalus opprimeretur, fuerunt ex eis nonnulli, qui cenſerent, iique graves viri, arcem Genuæ conſtruendam eſſe, validoque militum præſidio firmandam: nam eam & civitati adverſus externos hoſtes propugnaculo futuram, & omnem occaſionem conſpirandi in patriæ, Andreæque perniciem, ſeditioſis, atque nefariis civibus ademturam; ſed Andreas hæc improbavit conſilia, ſeſeque iis conſtanter

D oppoſuit; docuit enim, patriæ ſalutem, non munitione aliqua, ſed ſolo civium conſenſu conſtare poſſe: ſuam vero ipſius affirmavit, ſe non tanti facere, ut pro ea tuenda, quam curæ ſibi eſſe Deus oſtendiſſet, pati poſſet Reip. cervicibus jugum imponi, libertatemque tantis laboribus partam, re vera eripi, ſpeciem tantum relinqui: qua re omnis ejus rei deliberatio penitus omiſſa eſt.

CAPUT XXXII.

De Maximiliano & Philippo devectis, & domi ſua acceptis.

E

SEquenti anno, cùm Cæſar Mariam fi- 1548
liam Maximiliano fratris Ferdinandi filio deſpondiſſet, ipſum juſſit, in Hiſpaniam ad ſponſalia celebranda ire; atque iis perfectis, Philippum filium ad ſe in Belgas properare; Maximilianum generum, ad Hi-

(106) Hic Magdalenæ Leonis X. Sororis fil. Prothonot. Apoſtol., Diac. Card. SS. Martyrum Coſmæ & Damiani die 9. Octobris 1513. ab avunculo Pontificatus ſui an. primo creatus. Qui & Innocentii VIII Pronepos, atque tit. S. Mar. in Dominica poſitus, electus Maſſilien. Abbas S. Sabæ de Urbe, & S. R. E. Camerarius, Legatus Bononiæ, & alibi, Romæ mortuus eſt 1550. Idibus Aprilis, Pontificatus Julii III. an. primo, ejus cadaver in Choro Fratrum Prædicat. ad Minervam ſepultum. *Ut ex Panvin.*

(107) Idem paucis mutatis, vide apud *Bonfad.*

Hiſpaniæ procuranda regna ſubſiſtere. Quo A cognito, Andreas, ne qoid officii, quod ad Cæſaris commoda pertineret, quantum in ſe ſitum eſſet, relinqueret, cum Maximilianum Genuam trajiciendi cauſſâ profectum, domi ſuæ magnifico in primis apparatu accepit, tum quinqueremem, quam Philippi in Italiam tranſvehendi cauſſâ affabre, atque eleganter ædificarat, ſplendidiſſimo ſumptu inſtruxit, eamque Maximilianum, honeſtiſſimâ præterea quadraginta triremium catervâ ſtipatum, Barchinonem devexit. (108) Atque hoc primum tempore, Jo. Andreas Jannettini filius, adhuc impubes, Andream ſecutus, navalis rei, maritimæque militiæ, cujus nunquam poſtea ſtudium intermiſit, B fauſtum, felixque tyrocinium poſuit. Poſt aliquot dies, nuptiis magno apparatu Mantuæ (Urbs & hæc eſt Hiſpaniæ, quæ hodie Madrilium dicitur) celebratis, Philippus Maximiliano ad regnorum gubernationem relicto, ex Hiſpania diſceſſurus, Barchinonem ſe contulit; & cum mari appropinquans, Andream, qui ipſum ad Barchinonis oram opperiebatur, ad ſe ſalutandum ingreſſus, & obvium ſibi venientem cognoviſſet, incredibili humanitate ad ejus conſpectum ex equo deſcendit, atque ultro venerabilem jam ſumma canicie, ac rerum geſtarum auctoritate ſenem, ſumma C animi voluntate complexus eſt. Tum Andreas, *magnas*, inquit, *Deo, ſumme Princeps, ago gratias, qui mihi tantum vitæ ſuppeditavit, ut te in Italiam tranſvectnrus eſſem: ſic olim patrem tuum grandiore paulo quàm tu nunc es, ætate, tranſmiſi: quin etiam auguror quemadmodum patri tuo ad res magnas, & glorioſas gerendas fælix illa trajectio fuit, ſic tibi hanc fore: & ſponte tua, & clariſſima fama paterna, divinaque virtute ad gloriam inflammato*; nec multo poſt, idoneam tempeſtatem nactus, naves ſolvit, ac Barchinone evectus, ipſum brevi Genuæ expoſuit, (109) ac domi ſuæ magnifico admodum rerum omnium cultu excepit. D Forte evenit, dum Philippus Genuæ moratur, ut ingens inter Hiſpanos ac Genuæ præſidiarios milites tumultus exarſerit; nam cum Genuenſes, rogatu Philippi, nefarios quoſdam homines Hiſpania profugos, qui tum Genuæ verſabantur, in carcerem prætorii condidiſſent, Præfectus lictorum Philippi, cum valida militum manu, ad eos conſtringendos acceſſit: verùm à cohorte, quæ prætorii præſidio excubabat, ejus totius negotii ignara, aditu prohibitus, in prætorium, perrumpere eſt conatus; quo facto, tanta ſubito civitatis concitatio facta eſt, vulgo hominibus, Hiſpanos ad prætorium expugnandum arma E tos acceſſiſſe, ferentibus, ut tanquam in extremo urbis periculo, tabernæ repentè ſint clauſæ; quod ubi Andreas animadvertit, continuò domo nullo tectus comite egreſſus, ſeditionem omnem, qua erat apud omnes auctoritate, ſedavit: ac tabernas aperiri, & ad ſua quemque miniſteria reverti juſſit: parvo temporis momento priſtinâ urbi formâ, facieque reſtitutâ.

(108) Quò pervenit die S. Jacobi. *Capell. pag. 146.*
(109) Die 25. Novembris. *Capell. pag. 148.*

CAPUT XXXIII.

De oppido Aphrica capto, & Dragutbe inde expulſo.

PHilippo inde Genuâ profecto, (110) 1549
Andreas omnem ad prædones perſequendos ac ſedibus ſuis uſque quaque pellendos, cogitationem convertit, ejuſque conſilii participem Cæſarem fecit; & quoniam Draguthem, quem captivum dimiſerat, prædonem multis jam cumulatis prædis inſignem, oppidum in Lybia Aphrodiſium, vulgo Aphricæ nomine appellatum, Mauris incolis in fraudem impulſis, occupaſſe audierat, Girapoli, quam oppugnandam cum Cæſare conſtituerat, in præſens omiſſa, ab eo ſibi initium capiendum exiſtimavit; quòd videret Draguthis opes augeri, niſi maximo Chriſtianorum detrimento non poſſe; itaque rebus neceſſariis aliquot ſublatis, ad Spediam cohortes quaſdam Hiſpanorum, qui in Lunenſi ora hyemaverant, ad Neapolim & in Sicilia, quæ Proreges ipſi rei bellicæ inſtrumenta commeatuſque compararant, impoſuit: ac Garzia Toletano Petri Proregis filio, qui Neapolitanæ claſſi præerat, ſecum ducto, contento in Africam ſtudio properavit. Monaſterio ex itinere occupato, Guletam ſecunda navigatione provehitur, ut rei gerendæ conſilia cum Aloyſio Pereto Arcis Præfecto communicaret, homine ſtrenuo, ac rei militaris, & ejus præcipue regionis peritiſſimo: atque inde ad Aphrodiſium oppidum, claſſem facili navigatione appellit: ibi tormenta ad oppidum oppugnandum, ab ea parte, quæ terram ſpectabat, conſtituit; ea, quoniam reliquæ ferè mari alluuntur, modica admodum erat: ſed muri tantæ craſſitudinis, firmi atque, ut innumerabilibus licet ictibus verberati, nullum tamen ruinæ, aut prolapſionis ſignum oſtenderent; quamobrem, ne conſumpto jam prope omni tormentarii pulveris, ac pilarum apparatu, vano inde incœpto diſcedere cogerentur, quod non ſine aliqua Cæſaris, ac ſua in primis nota cenſebat futurum, Marcum Centurioneum, cum decem triremibus, ad nova ſubſidia à Genuenſibus, ac Duce Florentinorum accipienda miſit; quibus intra menſis ſpatium adductis, terreſtrem oppugnationem ingenti mole conatuque redintegravit; ea cùm nihil profeciſſet, 1550 duas triremes, omni nautico inſtrumento ſummoto, inter ſe conjunxit: ex quibus conſtratis, maritimam oppugnationem inſtituit, magnâque muri ruinâ factâ, ubi milites ſignum acceperunt, ab utraque parte conſtantiſſime in oppidum irruperunt; eoque, quod inexpugnabile videbatur, potiti ſunt. Quæ res ut Chriſtianis utilis, ſic ipſi honorifica accidit, qui id bellum ſua ſententia ſuſcepiſſet; nam Joannes Vega Siciliæ Prorex, qui ſe illi militiæ ſocium ſponte addiderat, offenſus, quòd in petitione terreſtris præfecturæ, Garziæ æmulo Andreas faviſſet magis, ab eo ita alienatus animo fuerat, ut parum ad eam victoriam momenti atque utilitatis attulerit; inde oppido militibus commeatuque, ex

(110) Poſt ſexdecim dies Lombardiam verſus. *Capell. ibid.*

ex Vegæ, ad quem ejus loci cuſtodiendi cura ſpectabat, auctoritate munita, Genuam revectus, uxorem, quam propter ſingularem virtutem ſoaviſſimoſque mores, unicè dilexerat, magno cum dolore animi extulit.

CAPUT. XXXIV.

De Draguthe Girapoli pulſo.

NEque verò Aphrodiſium occupaſſe, atque inde Draguthem expuliſſe ſatis habuit; verùm cùm eundem ſequenti hyeme, ad Meningem inſulam, Zerbarum nomine appellatam, ſe recepiſſe, ac pactis quibuſdam cum Solymann ejus inſulæ domino (Schecchem ipſum vocitant) conditionibus, eò navigia ſua omnia redegiſſe cognoviſſet, quin eum inde quoque dejiceret, haud ſibi dubitandum exiſtimavit; itaque ineunte Martio, triremium ſuarum, ac Neapolitanarum aſſumpta parte, in Africam profectus eſt; forte accidit, ut eodem tempore Meningem Andreas appulerit, quo Draguthes inſtructa navigiorum ſuorum manu, exiturus ad prædam erat; is cum Andreæ claſſem proſpexiſſet, neque evadendi facultatem haberet, loca, ubi verſabatur, (is autem Cantara dicitur) ſe continuit: quòd eò propter canalis, quæ intrandæ erant, anguſtias, & vadi brevitatem, triremes inferri non poſſe ſciebat: ac navigiis ſuis, quò interius potuit, in ſiccum deductis, aggerem moliri terra adverſus Andreæ impetum cœpit. Andreas, ubi cognovit, ſe, nec mari, nec terra, ullum poſſe prædoni detrimentum inferre, niſi ab inſulæ domino, atque à Mauris incolis, auxilio ſublevatus fuiſſet, quòd pugnatorum, triremiumque haud ſatis magnum numerum adduxiſſet, nuncium ſubito ad eum miſit, qui quo Draguthes eſſet ingenio, edoceret, & qua fraude Mauros ex Aphrodiſio oppido ejeciſſet, atque ad extremum exitium redegiſſet, oſtenderet: petiitque ab eo, ut ſibi hominem diis hominibuſque infeſtum dederet, eoque beneficio, & imminentem ſibi à potentiſſimo Imperatore Cæſare peſtem averteret, & interrupti erga Cæſarem officii, cùm debitum tributum integrè non perſolviſſet, gratiam reſarciret; quod ſi faceret, ſe daturum operam, ut Cæſar ei omnia remitteret, atque in clientelam perinde ac Regem Tunetanum, reciperet: ſin minus, caveret diligenter, ne dum Draguthem, à quo jure ſibi metuendum eſſet, conſervare vellet, ipſe ſe in extremas calamitates adduceret. Ad hæc Solymanus reſpondit, quæ ab Andrea dicerentur, veriſſima omnia eſſe: verùm quo minus eis aſſentiri poſſet, fidem Draguthi datam teneri; ſi per ſe rem gerere vellet, impedimento non futurum: ſin auxilium ſuum reſpiceret, incaſſum expectaturum. Andreas hoc reſponſo commotus, ſubito reliquam triremium partem ex Sicilia, Campania, & Liguria, cum magna militum manu, atque omni bellici apparatus inſtrumento, accivit: ut quando obſequio, & humanitate Solymanum ad ſui auxilium allicere non poterat, per vim compelleret. Draguthes imminenti periculo perculſus non ſe deſeruit, ſed quod aperte facere, Aurianis aditum canalis obſervantibus, non poterat, occultè moliri paravit, ut clam, ex eo loco ſe ſubduceret, atque Andreæ cuſtodias falleret. Itaque alveo novi canalis, qui inter inſulam & continentem relinquebatur, effoſſo, navigia ſua omnia, oneribus per noctem ejectis, diligenti ſervorum ſuorum opera, in alteram inſulæ partem ita occultè traduxit, ut Andreas ne ſuſpicionis quidem aliquid concipere ejus rei potuerit. Neque enim ipſe quod gerebatur proſpicere, neque ab incolis, quippe cum Draguthe ſentientibus, potuit admoneri: nec ſi, cognoviſſet, obſtare ulla ratione inſtituto operi potuiſſet: cùm inter eam partem, in qua ipſe ſubſtiterat, & eam, per quam, perfecto canalis opere, Draguthes erupit, millia paſſuum quinquaginta amplius intereſſent: neque claſſem ſuam diducere partirive poterat, ut utramque partem Inſulæ obſervaret, ac prædonem opprimeret.

CAPUT XXXV.

De Philippo, & Maximiliano in Hiſpaniam transportatis, & in itinere inſidiis eluſis Regibus Bohemiæ in Italiam transvectis.

TUrcica verò claſſis, cum Andreas Philippo, & Maximiliano in Hiſpaniam reportandis occupatus eſſet, quorum alter ex Belgis, alter ex Auſtria Genuam profectus, apud Andream, familiari jam contracto hoſpitii jure, diverterat, maria noſtra liberius pervagata, maxima litoribus Chriſtianis attulit detrimenta. Nam cùm ſe ad Meſſanam oſtendiſſet, nullum impedimentum nacta, Auguſtam oppidum incendit, & inſulam Gaudum diripuit; ac Tripolim Africæ oppidum, quod à militibus Melitenſibus tenebatur, occupavit. His actis, Andreas ut in Hiſpaniam ad Maximilianum, & Mariam Boëmiæ Reges in Italiam tranſvehendos à Cæſare juſſus accederet, triremes viginti ſeptem inſtruxit: quas ut laxiores Regio comitatu deportando redderet, nautis tantum, quot ad navigationem conficiendam ſatis eſſent, implevit; neque enim Henricus Rex ullum alienati adhuc à Cæſare animi ſignum dederat; verùm per Legatum ſuum, conditionibus, quas cum patre ſuo convenerant, firmiter ſe ſtaturum oſtenderat. Itaque Genuâ profectus, dum Provinciæ oram legit, vehementi incumbente vento, ad Promontorium ſubſiſtere cogitur, quod Circellum appellatur; ibi ab incolis, à quibus ſummo ſtudio colebatur, certior fit, ab altera Promontorii parte, circiter quinque millia paſſuum longè à litore Leonem Strotium Priorem Capuæ, Gallicæ claſſis Præfectum, cum viginti ſeptem triremibus, & duabus biremibus ſtationem obtinere, ac peditum firmam manum in naves imponere, ut eum imparatum, & nihil tale ſuſpicantem adoriatur. Andreas eorum, quæ nunciarentur, novitate permotus, ſtatim hominem ad rem cognoſcendam in terram exponit: qui cùm in Promontorium enixus latè omnia exploraſſet, eadem de numero triremium, & apparatu militum confirmavit. Quibus cognitis, Andreas Præfectos triremium advocat, & quæ de hoſtibus comperta habeat, ex-

exponit ; ſimul eos hortatur , ut ſi ab hoſtibus laceſſerentur, ad prœlium acriter deſcenderent, ac priſtinam virtutem pro Cæſaris dignitate præſtarent : cum ſatis cognitas haberent hoſtium vires , quos jam toties fortiter deviciſſent; atque bis dictis, poſt horam diei XXII. incitato remigio adverſus ventum atque hoſtem curſum ita inſtituit, ut ſe tamen ſenſim in altum educeret : quò vel ad iter faciendum , vel ad prœlium conſerendum expeditior eſſet , ſi occaſio poſtularet . Interea, cùm perturbato cœlo, acrius ſævire ventus cœpiſſet, nec imminente nocte progredi ultra poſſet , converſam claſſem ad Villamfrancam applicuit ; quoniam iniquitate Gallorum proſpecta, portus Provinciæ ullos intrare non ſibi tutum eſſe exiſtimabat ; quod ubi Capuæ Prior animadvertit, loco evectus, primum dolonibus expanſis terram legere cœpit ; deinde curſum Hiſpaniam verſus direxit, atque Andream ſe eſſe, qui ad Reges in Italiam devehendos veniſſet, ſimulavit . Qua fraude tantum profecit , ut triremem unam ceperit, quæ ei à Barchinone honoris cauſâ obviam mittebatur ; atque aliquot naves, quæ in ea plaga ad anchoras deligatæ erant, ſpoliarit : quo tempore Galli bellum terra, marique Belgia intulerunt, atque in Subalpina regione , Cherium , & S. Damianum occuparunt . Andreas autem, cum tribus à Duce Florentinorum triremibus ſumptis, ac peditatu conſcripto, parem ſe hoſtibus factum putaſſet, haud ita multo poſt in Hiſpaniam pervenerat : ubi adverſis tempeſtatibus aliquot dies detentus, tandem ſecundos ventos nactus , Reges Genuam deportavit , ac domi ſuæ magno apparatu exceptos, in Auſtriam inde dimiſit . Tum verò cùm audiſſet , Gallos triremes aliquot Maſſiliæ ad naves, quæ ex Oriente frumento onuſtæ Genuam contendebant , intercipiendas inſtruere, ne navibus in poteſtatem hoſtium adductis , civitas ad rei frumentariæ inopiam adduceretur , ei ſibi occurrendum incommodo exiſtimavit . Itaque, etſi triremes male ex Hiſpanienſi navigatione affectas , ac remiges morbis magna ex parte conflictatos haberet , denas tamen Marci Centurionei ductu , Corſicam verſus ad Gallorum impedienda conſilia miſit : qui Gallicas triremes acriter uſque in Provinciam perſecutus, vix ipſis noctis tenebris imminentibus dimiſit.

CAPUT XXXVI.

De incommodo ad Pontias accepto .

CUm verò Cæſar ab Mauritio Saxonum Duce , & Alberto Brandeburgenſium Marchione, gravi in Germania , ubi tum erat, bello petitus , & ab Henrico Rege Galliæ in Lotharingia oppugnatus, non leve Belgarum regioni imminere periculum cerneret, ad cetera ſubſidia , pedeſtres ſibi in primis ex Hiſpania copias advocandas , ac rei nummariæ providendum putavit . Itaque ad ea accipienda in Hiſpaniam Andream cum triremibus proficiſci juſſit . Is quod celeritate rem indigere videbat , ſummâ adhibitâ diligentiâ, Barchinonem celerrimè pervenit. Sed tantum Hiſpaniam attigerat , cum literas à Cæſare accipit , quibus monetur , omnibus modis ei rei ſtudeat , ut ex Hiſpania cum omnibus apparatibus primo quoque tempore revertatur , & legionem Germanorum maturè in Campaniam tranſvehat , quoniam Turcicæ claſſis , ab Henrico , exemplo paterno accitæ , adventus , frequentibus hominum ſermonibus jactaretur , & Galli Maſſiliæ triremes parare , & pedeſtres copias conſcribere dicerentur ; ut Salerni Principe duce , qui à Cæſare hoſtis fuerat judicatus, ſe cum barbara claſſe conjungerent, atque Campaniæ, Calabriæque litora divexarent ; nondum Germani convenerant , nec poſt multos dies convenire poſſe videbantur, ut maturè poſſent imponi ; neque Turcæ claſſem in noſtra inferre maria , niſi poſt Idus Jun. ſoliti erant ; neque certis adhuc nunciis , Gallos Maſſiliæ , aut triremes coëgiſſe , aut cohortes impoſuiſſe audiebantur . Miniſtri verò Cæſaris expedita fore omnia , & peditatum, & pecunias , & reliqua in Italiam tranſvehenda pollicebantur : ſine quibus Cæſar ſe exercitum comparare non poſſe ſcribebat, vel adverſus Mauritium, à quo à Villaco , quod Julium Carnicum , & Vacorium appellabatur , recedere coactus fuerat, vel adverſus Gallos , qui validum exercitum ad Metim adduxerant. His de cauſis, Andreas quàm maturrimè potuit , ad Malacam , quò peditatus Hiſpanus convenerat, navigavit : atque eo impoſito , Alicantaræ , & Barchinone pecunias ſumpſit . Verùm in omnibus locis diſtentus , tantum temporis amiſit , ut Genuam pervenire ante Calendas Julias , ſævam præſertim in ſinu Narbonenſi tempeſtatem paſſus , nequiverit . Expoſitis Hiſpanis , Germanos , qui interea advenerant , Spediam pedibus præire juſſos, imponit ; ac nullâ factâ morâ , Neapolim verſus navigationem intendit ; ut eos ad aliquam ejus Regni oram , quam primum poſſet, exponeret, & cum rumor increbuiſſet , Turcicam claſſem prope Neapolim acceſſiſſe , cum triginta novem triremibus ad oſtium Tiberis amnis appellit . Ibi dum aquam haurit , diligenter de hoſtilis claſſis navigatione perquirit :.verùm, nuncium, neque inde, neque Roma, neque aliunde ullum à Cæſaris procuratoribus accipit ; miratuſque , quod ne à Neapoli quidem. unde æquum eſſet, creberrimis ſe nunciis admoneri, quidquam afferretur , ſumptâ aquâ , ita diſcedit , ut ſe prudenti ſanè conſilio, pelagus in apertum eveheret ; cùm autem in conſpectum Pontiarum veniſſet , eò navigationem dirigit , ne Circejos legeret , ubi latêre hoſtes , & ne de ſe nuncius ad Andream mari perferretur , prohibere facilè poterant ; atque ſi quo pacto poſſet , an ibi hoſtes ſederent , cognoſceret , eiſque occaſionem erumpendi præberet : cujus rei cùm nullum nactus ſignum eſſet , hoſtilem claſſem longè inde abeſſe eſt arbitratus , ea maximè ratione , quòd locus ille importuoſus eſſet ; neque tantum aquæ haberet , quod tribus triremibus , ne dum tantæ claſſi ſuppeteret; & quòd hoſtes ad ſubſidium , quod Neapolim deferretur, impediendum, Procbytæ in faucibus expectare poſſe commodius viderentur ; ac ſe etiam , ſi per Caprearum fauces irrumpere tentaret , facilè prohibere poſſent;

ſeat; quoniam claſſe ſua propter ipſius magnitudinem, in duas partes diviſa, uterque cuſtodiri tranſitus poſſet. His rationibus ſuſpicatus eſt, hoſtes Neapolitanis in faucibus conſediſſe; quòd inde ne quis ad claſſem Cæſarianam ſubmitti Neapoli nuncius poſſet, facilè poterant impedire; ſuperveniente verò nocte, ut ab eorum impetu tectior eſſet, ſi ſe fortè in ea inſula, quod minimè fieri poſſe putabat, condidiſſent, præcepit ſuis, ut totius rationem itineris commutarent, & quoad fieri poſſet, longè ab inſula, languidiori navigatione curſum tenerent; ut, ſi fortè cedendum eſſet, remigibus recentioribus, ac minus fatigatis uti poſſent: quartâ inde circiter noctis horâ, hoſtilem claſſem à tergo ſummo ſe ſilentio incitantem, triremes Chriſtianæ ſenſerunt; qua re cognita, Andreas cum moneretur, ut fugæ ſe mandaret, ac ſe cum triremibus, quas poſſet, ſervaret, quando ex æquo confligere cum hoſte non poſſet, id conſilii conſtanti animo reſpuit: & conjuncto cum omnibus triremibus agmine, procedi, ac ſegniorem remigationis rationem iniri, & remos ſæpe ad tardiores triremes expectandas ſuſpendi juſſit: eo conſilio, ſi cedendum eſſet, ut cunctas triremes abeundo ſervaret; ſin reſiſtendum, ut occaſionem ineundæ cum hoſte pugnæ ſibi aliquam compararet; neque enim quod uſu diuturno perceperat, ipſum fugere poterat, pleraſque Turcicas triremes Chriſtianis multò celeritate eſſe inferiores; neque fore putabat, ut longo ſe hoſtes intervallo, niſi cum paucis triremibus ſequerentur: quarum impetum, nihil negotii fore exiſtimabat, converſis repentè proris excipere; & cùm militibus abundaret, commiſſo prœlio victoria potiri; aut certè hoſtibus, quò minus nonnullis, quas perſequebantur, nocerent, opportunum impedimentum afferre. Cùm autem hoſtilis tormenti pila, inter Prætorias Aurianam, & Hiſpanam ei hærentem, rapidiore adacta impetu tranſvolaſſet, quidam ex Hiſpana clara voce rogavit, quid opus facto eſſet, quando jam ita vicini hoſtes eſſent, ut infeſtis tormentorum globis peterent; cui Andreas reſponſum ſubitò dari juſſit, ut uno ad alias triremes tuendas agmine pergeretur; momentoque temporis, cùm alter velorum nomen, ingeminatis vocibus trepidus inclamaſſet, triremes aliquot vela fecerunt, ac Prætoria Hiſpana in altum ſe, quantum potuit, ceteris ſuis ſubſequentibus, extulit. Quo facto, cùm univerſa Chriſtiana claſſis inuſitato tumultu eſſet, ac terrore completa, omnes fugâ ſalutem ſibi petere contenderunt. Itaque Turcæ, à media nocte uſque ad diei ſequentis horam decimam ſeptimam, acri ſtudio inſequentes, ſeptem Chriſtianas triremes, quæ minus remigio valebant, ceperunt. Qua re cognita, Andreas cum ſe in altum recepiſſet, reliquam claſſem coëgit, & in Sardiniam atque inde Genuam venit; inde triremibus, quæ ad Sardiniam tempeſtate fortè quaſſatæ fuerant, ſumma celeritate reconcinnatis, rurſus Germanos Neapolim tranſvecturus, cùm Genua diſceſſiſſet, ex itinere Orbetellum à Senenſibus obſeſſum, liberavit: ac rebus ad tolerandam deinceps obſidionem neceſſariis maximè inſtructum reliquit.

CAPUT XXXVII.

De rebus ad Senenſes pertinentibus per eum geſtis.

SEnenſes enim à Cæſare ad Henricum Regem populari paullò ante conſternatione defecerant: graviter ferentes, quòd is ad ſe quaſi in officio continendos, novæ arcis fundamenta, adverſa populi voluntate jeciſſet; id autem Cæſar inſtituerat, à miniſtris ſuis inductus, qui rem eam, ut magnoperè ipſi utilem, commodamque ſuaſerant, nam Andreas ab eo conſilio ſic ſemper abhorruerat, ut eam unam rationem eſſe diceret, ſtudiorum ejus erga Cæſarem civitatis extinguendorum; adderetque, nihil ſibi videri aptius, quàm, ut in omni civili concitatione, utraque civitatis factio, arcis præſidio ſpoliata, neceſſariò omnem in Cæſaris fide, atque æquitate, ſalutis ſuæ ſpem collocaret. Expoſitis autem Neapoli Germanis, illud patienter admodum tulit, quòd aſpera hyeme in iis oris diutius eſſe coactus eſt; angebatur enim nautarum, ac navalium ſociorum cauſsâ, quos ſuperioribus incommodis propè confectos, non brevi ſolùm refectione, ſed diuturna etiam quiete egere videbat: multoque vehementius, quòd ſe parum Cæſaris rebus adjumenti afferre, hyeme in iis locis traducenda, intelligebat. Quibus incommodis ut quacunque poſſet ratione mederetur, Bajas, ubi portus melior, & cœlum mitius eſt, ſe receperat; & quæ ad diſceſſionem parabantur, exſpectabat. Ibi cùm eſſet, Petrus Toleranus Prorex, qui Senenſem oppugnationem animo volutabat, miſit ad eum, atque ipſum poſtea ad Puteolos commorantem adiit, rogavitque, ut ea fide, qua eſſe bonum virum, & Cæſaris miniſtrum deceret, quid de eo bello gerendo ſui judicii eſſet, exponeret. Cui Andreas reſpondit, ſe ejuſmodi rem nullo modo tentandam eſſe cenſere; nam, ut ipſum triremium detrimentum omitteret; quam ſpem de felici expeditionis ejus ſucceſſu poſſe concipi, quæ & tempore alieno, & in ſummis rei frumentariæ anguſtiis pararetur, & difficilem auxilii rationem haberet? præſertim, cùm Cæſaris ditiones, unde matura ſummitti ſubſidia poſſent, longè ab ea parte ſejunctæ eſſent, & in montuoſa, ac ſaltibus impedita, & minimè conferendis prœliis idonea regione, bellum eſſet gerendum; neque ad id tantæ opes afferrentur, ut uno, aut altero prœlio facto, matura ſperari victoria poſſet; cùm Senenſes, pro libertate pugnantes, conſtanti, ac non timido uſque ad extremum dimicaturi animo viderentur. Quibus dictis, eundem porrò, ut amicus, (ſic enim rogabatur,) admonuit, ne ipſe ſe eò proveheret, ubi cum exigua ſpe laudis, certum vitæ periculum adiret; qui & ætate gravis, & vitæ commodis jam longo ſpatio aſſuetus, hybernas diuturni belli injurias ægrè toleraturus eſſet; atque eas ſi qua ratione ſuperaſſet, fore tamen, ut ingentibus animi curis conflictatus, vehementer afficeretur. Verumtamen, ſi in ſententia permaneret, ſe ei promptè, atque alacriter cum omnibus triremibus affuturum. Quæ ora-

oratio, quaſi vatis alicujus, Proregi ipſi, futuri prænuncia exitii fuit; nam cùm in propoſita belli ſenteotia perſiſtens, pedeſtri miſſo terra exercitu, eò cum familia devectus, ac Liburni expoſitus eſſet, haud ita multò poſt, è vita, in medio rerum gerendarum curſu, deceſſit. Andreas autem, cùm ineunte vere Turcicam claſſem, Draguthe duce, in Italiam venturam eſſe audiſſet, quæ numerum ſexaginta triremium, præter viginti ſex Gallicas, quæ in Oriente eo anno hyemaverant, explebat, Neapolim cum triremibus, paucos Genuæ moratus menſes, revertit: ut Regno adversùs Gallos, ſi quid ea parte molirentur, præſidio eſſet. Eodem etiam Garzias, amiſſo Prorege patre, paullò poſt ex Senenſi agro, cum iis, quas habebat, copiis pervênit.

CAPUT XXXVIII.

De maritimo ac terreſtri imperio ei à Genuenſibus delato, & de rebus adverſus Gallos ad Corſicam geſtis.

NEapoli verò cùm eſſet Andreas, & de conſiliis hoſtilibus ſecum animo cogitaret, conatibus Gallorum ad orationem, ac diſquiſitionem diligenter revocatis, acutiſſimè ſanè conjecit, eos Corſicam potiſſimùm tentaturos eſſe. Itaque veritus, ne mobilitate Corſorum facilè, ſi propiùs acceſſiſſent, incolas ad ſe univerſos traducerent, literas properè Genuam, Georgianum ad Magiſtratum ſcripſit; ut loca Inſulæ maritima, in primis Calvum, ac Boniſacium, præſidiis, ac commeatibus ita inſtruerent, ut ab repentina hoſtium impreſſione tuta eſſent. Neque verò ſua ipſum prorſus conjectura fefellit; nam barbara claſſis, cum ad litora Senenſium appuliſſet, ac Nobiles Gallicarum partium duces, cum tribus peditum millibus ſuſtuliſſet, rectà ad Corſicam incitata navigatione proceſſit, ac paucis diebus prope totam in poteſtatem redegit; nam Baſtiâ, in qua Magiſtratus ſedem habebant, in fidem receptâ, reliqua oppida facilè, aut præſenti metu victa, aut rerum novarum cupida ſe dediderunt; præter Boniſacium, quod vi tentatum, cum reſiſteret, fraude tandem eſt expugnatum, ac Gallis permiſſum. Genuenſes repentino incommodo perturbari, cùm ſe antiqua Corſicæ poſſeſſione, uno Calvo excepto, ſubitò deturbatos viderent, omnia, quæ ad id tuendum neceſſaria videbantur, magnâ diligentiâ ſummiſerunt; & conſiliis agitatis, reliqua inſulæ loca omni ope ex manibus hoſtium extorquenda decreverunt; atque Andream univerſo ei negocio cum ſummo imperio præfecerunt. Andreas, nulla, ne affectæ quidem ætatis, qua juſtiſſimè uti poterat, excuſatione allata, ne roganti patriæ difficillimo ipſius tempore deeſſe videretur, alacri animo Præfecturam omnem accepit; atque ipſo imperii inſigni in Templo ſolemni cæremonia decoratus, ſubitò per literas Cæſarem de Corſica à Gallis intercepta, & quanto cum ipſius, ac ditionum ejus detrimento, commonefecit; addiditque, præcavendum omnino, ne Galli Genuenſem populum rei frumentariæ ſubvectione excluderent, atque ejus damni metu, vel invitos ad ſe transferrent; proptereaque mitti à civitate Legatum, (111) ut eum vehementer oraret, ne maximè neceſſario tempore, amicæ Reip. deeſſe vellet, ſed ut omnes ſperarent, opem, & auxilium primo quoque tempore mitteret. Cæſar Legato civitatis, prompto animo ſuppetias ſe laturum cùm reſpondiſſet, Andreæ, ut omnes ad id bellum triremes conferret, reſcripſit. Dum Genuenſes ducibus legendis, copiis conſcribendis, (112) navibuſque parandis intenti ſunt, Andreas, Auguſtino Spinula cum XXVII. triremibus, ac firmo expeditorum militum robore in Corſicam miſſo, Gallos ab Calvi obſidione dejecit: deinde triremibus revocatis, ac reliquo peditatu cum univerſo militari apparatu impoſito, uno cum navibus agmine curſum Corſicam verſus intendit; eo conſilio, ut à meridionali inſulæ parte belli initium caperet. Etenim cùm ipſe tyronum exercitum adduceret, ac Galli ab ea parte loca infirmiora tenerent, ſperabat fore, ut uno tempore & milites exerceret, laboribuſque aſſuefaceret, & Aghiaccium facilè, Boniſaciumque, quod oppidani ſingulari erga Remp. ſtudio eſſent, reciperet. Verùm, ne, quod ſperaverat, aſſequeretur, illud impedimento fuit, quòd cùm ad Corſum promontorium ſecunda navigatione provectus, maxima coorta tempeſtate, ſe ultra progredi ſine ſummo periculo non poſſe videret, neceſſarium conſilium capit, ut claſſem in S. Florentii ſinum inferret; eum locum Galli valido præſidio, (113) atque egregio opere munitum cuſtodiebant; ex quo cum Genuenſis quidam clam ex oppido profugerat, ad Andream veniſſet, nunciavit magnam rei frumentariæ in oppido difficultatem eſſe: idque ſi obſidione prematur, intra paucos dies in poteſtatem ipſius conceſſurum. Quo cognito, Andreas è veſtigio Præfectorum omnium conſilium advocat, atque ad eos de oppidi oppugnandi ratione refert. Propendebat autem in eam ſententiam, quòd antequam tempeſtas leniretur, atque idonea ſurgeret ventus, ita ut triremes, ac naves æquato agmine inſulam circumvehi poſſent, multum temporis effluxurum videbat; præſertim cùm & hyems appeteret, & naves non uno vento ad meridionalem inſulæ partem obtinendam egerent, à qua potiſſimum bellum ordiri ſtatuerat. Itaque ex omnium Præfectorum conſenſu, de inſtituenda oppidi obſidione, quoniam valde munitum cùm eſſet, difficilem oppugnationem habiturum videbatur, decretum eſt. Eâ inſtitutâ, naves aliquot Hiſpanæ peditarum vehentes, à Philippo Hiſpaniæ Principe miſſæ, animos ad perficiendam rem addiderunt. Diuturnæ fœda hyeme pluviæ, cùm pleroſque & terra, & mari valetudine tentaſſent, tamen Andreas nullo neque ætatis, neque curarum incommodo debilitatus, con-

(111) Abbatem de Nigro. *Capell. pag.* 163.
(112) Octo mille pedites, quorum Magiſter Ludovicus Viſtarinus Laudenſis ætate gravis, bello expertus, delecti dicuntur à *Capell. Tom. III. pag.* 163.
(113) Jordanis Urſini, & Domini de Valarone Gallorum, cum mille ducentum validis militibus optimè armatis. *Capell.* 160.

conſtantiſſimè in obſidione perſeveravit: cujus conſtantiâ, victi Galli, ac ſimul commeatuum inopiâ coacti, atque omni alicunde ſummittendi ſubſidii ſpe deſtituti, poſt trium menſium ſpatium, oppidum ſub certis conditionibus reddere ſtatuerunt: atque ob id Jordanum Urſinum, ex Præfectis Regiis, & quidem nobiliſſimis unum miſerunt: quibus acceptis, cùm ſe dedidiſſent, Andreas Italos ad litora Senenſium, Gallos in Proviociam, ut inſulam hoſtibus exhauriret, curavit exponendos: ea lege, ne per ſex menſes adverſus Cæſarem, & Genuenſes, & Ducem Florentinorum, qui Genuenſes eo bello induſtriè juverat, (114) arma ferrent. Deinde exulea, atque hoſtes à Cæſare, & Genuenſibus antea judicatos, quemadmodum convenerat, diligentiſſimè conquiſivit; atque oppido præſidio firmato, magnam Hiſpanorum partem, Joan. Andrea duce (cujus maximis in rebus opera uti cœperat) in Campaniam miſit, ab Cardinale Cueva Proregis partes ſuſtinente rogatus, cùm Regno à Turcica claſſe metueret: ipſe Centumcellas, ut ſe cum reliquis triremibus Cæſaris conjungeret, repetivit.

CAPUT XXXIX.

De rebus adverſus claſſem Turcicam, & Gallicam geſtis, & Hetruriæ litoribus obſervatis.

IBi cùm cognoviſſet triremes Gallicas ab Algerianis navigiis adjutas, Senis ſubſidium eſſe ſupportaturas, ut id impediret, quod niſi omnibus ſuis contractis rtiremibus aſſequi non poterat, Jo. Andream properè ad ſe redire juſſit, ac ſecum Neſpolitanam quoque claſſem adducere. Eo Jo. Andreas, mandato accepto, nihil ſibi moræ attulit, quin ei primo quoque tempore obtemperaret, verùm novo Neapolitanæ claſſis Præfecto creato, qui non eadem diligentia uſus eſt, adeſſe in tempore non potuit, ut Gallis, ſi quando aliàs nihil de ſumma celeritate remittentibus, impedimentum afferret. Hac ſpe lapſus, cùm certior factus eſſet, Draguthem cum triremibus circiter ſexaginta ad vaſtanda Apuliæ litora proceſſiſſe, ut ei quoquo modo poſſet incommodo, occurreret, novo peditatu Neapoli impoſito, ſexagenis & ipſe, quas coactas habebat, triremibus, adverſus eum provectus eſt. Cùm autem Tarentum appulſus, audiſſet ipſum poſt Baſtiam oppidum in Apulia captum, atque direptum, retro ſe ad Prævesam retuliſſe, atque ibi ſe communire, primùm Orientis oras petere in animo habuit; atque ejus rei causâ nautici panis, & ceteri commeatus vim, quam paulò ante in omnibus Regni oris parari edixerat, afferri juſſit; ſed pane ne in unum quidem ſufficiente diem, in iis locis invento, omiſſo rei illius aggrediendæ conſilio, opportunè inde domum ita ſe recepit, ut duodecim navibus frumento onuſtis ſecum deductis, graviſſimam annonæ inopiam, qua Genuenſium civitas, unà cum tota Italia premebatur, magna ex parte le-

(114) Ciappinum Vitellium mille peditibus Ducem, atque Carlottum Urſinum ſuoique

varit. Quinetiam, cùm Petrum Strotium, qui Henrici Regis copiis præerat, in agro Senenſi à Jo. Jacobo Medice Cæſariani exercitus Præfecto, prœlio facto fuſum, & fugatum fuiſſe, Senaſque arctiore cinctas obſidione cognoviſſet, ad intercludenda maritima Gallorum ſubſidia, Jo. Andream, qui Etruriæ litora cum parte triremium latè percurreret, miſit. Is tota hyeme, ac parte veris in iis pervagandis litoribus conſumpta, Telamonem oppidum cepit; & navigium maximum, Galeonem appellatum, commeatibus refertum incendit; cùm alterum venti beneficio uſum, opportunè portus Herculis excepiſſet. Galli ſive ad liberandam Etruriæ oram, ſive ad rem, ſi occaſio ferret, gerendam, triremes aliquot cum pedeſtribus copiis in Corſicam, ad tentandum Calvum oppidum miſerant. Quod cùm ad Andream eſſet perlatum, eò & ipſe cum reliqua triremium manu, adulto jam vere evectus, Jo. Andrea ſibi conjuncto venit; & adventu ſuo hoſtes à Calvi obſidione, triremibus eorum tempeſtatis beneficio conſervatis, depulit; oppidoque rebus opportunis inſtructo, ad portum Herculis oppugnandum trajecit; quò exercitum terra Jo. Jacobum ducere animadvertit. Genuenſes autem, cum Andreæ moneoti, ut S. Florentium oppidum muris nudaretur, ne ejus reſtituendi, cuſtodiendique magnus, & minimè neceſſarius ſumptus inſumeretur, neque antea paruiſſent, tum re ipſa ſummam Andreæ providentiam arguente edocti, id opus per Joannem Aodream tandem ad exitum perduxerunt.

CAPUT XL.

De ſubſidiis Neapolitano bello ſubvectis.

EOdem tempore, Cæſar rerum geſtarum 1556
gloria cumulatus, Romanique Imperii, & multorum regnorum adminiſtratione ſatiatus, cùm præſertim valetudine uteretur non bona, podagra implicitus, & aliis aſſiduis morbis, rariſſimo moderationis exemplo regna omnia Philippo filio permiſit; Imperii verò molem Ferdinando fratri conceſſit; atque in Hiſpaniam privatus, ad privatam vitam degendam, omnibus curis bellicis exſolutus, ſe recepit. Philippus autem, tot regnorum imperio ſuſcepto, ut ſpatii aliquid ad graviſſimas novæ adminiſtrationis cogitationes aſſumeret, pactis cum Henrico Rege in certos annos induciis, otium ab armis quæſivit. Sed illæ non diu manſerunt induciæ. Nam Paulus Quartus Pont. Max. Henricum ab amicitia Philippi avertit; ſibi ſociavit; magnis peditum, equitumque copiis ab eo acceptis regnum Neapolitanum invaſit. Itaque Philippus, utrinſque conatibus fortiter ſibi reſiſtendum ratus, Henricum quidem ultrò repreſſit ipſe, & ea Belgarum regione repentinam, magnamque in Gallici regni fines impreſſionem fecit: Pontificiam verò procellam, Ferdinandum Toletanum Albæ Ducem ac Neapolis Proregem, unà cum Andrea pedeſtribus, navalibuſque excipere apparatibus

equitibus, Reipublicæ ſumptibus mittendo. *Capell.* 166.

bus juſſit. Dum autem Toletauos delectibus conficiendis incumbit, nihilque eorum, quæ graviſſimo propulſando bello uſui eſſe poſſent, prætermittit, Andreas triremes cum Hiſpeuis, Germaniſque legionibus iu Campaniam miſit. Hæ adverſis, quòd jam autumni pars eſſet exacta, tempeſtatibus ad Argentatium montem per tres menſes detentæ, (neque enim Romana plaga, quod importuoſa ſit, ac niſi tranquillo mari commodè trajici nequeat, ulla ratione potuit ſuperari,) vix ad Cal Januar. Neapolim pervenerunt; cùm interea clariſſima fuiſſet Jo. Andreæ cura, opera, diligentia, cujus imperio cam Andreas navigationem permiſerat. Factum eſt enim, ot novis morbis depulſis, quibus trutabatur exercitus, priſtinam valetudinem reciperet, & rerum omnium neceſſariatum, qua vehementer premebatur, inopia levaretur. Poſt autem, cœpto jam bello, cùm novas Germanorum cohortes M Autonius Carrectus Melphiæ Princeps ipſius ſocer. Philippi juſſu Neapolim tranſportaſſet, vix credi poteſt, quanm triremes exercitui rem terra gereuti, per cam æſtarem ſubſidia miniſtrarint; commeatibus, rebuſque ceteris neceſſariis, ac militibus quòcumque opus eſſet, præcipuè vere, quo tempore apod Oſtiam fuit, diligenter, atque aſſiduè ſubvehendis.

CAPUT XLI.

De claſſis Turcicæ & Gallicæ conatibus eluſis.

PAce deinde inter Pontif. Max. & Philippum facta, is totum ſe ad unam Gallici belli curam, cogitationemque contulit; tum verò Andreas, ſubductis per hybernum tempus triremibus, menſe Martio, Jo. Andrea ad Philippum in Belgas miſſo, quod ad opus, quaſque in partes claſſem eo educi auuo vellet, conſuluit; ſimulque oravit, ut quando ipſe affectis jam ætate, ac viribus minime ad navalia incommoda perferenda idoneus eſſet, ſocium ſibi laborum, atque curarum Joannem Andream legatum ſuum aſciſcere, ac fidei ipſius, eaque multis, jam in rebus probata opera uti permitterat; qua re impetrata, Joan. Andream jam iu Italiam regreſſum, ac nihil magis, quàm ut totum ſe ad ipſius nutum, atque arbitrium fingeret, laborantem, nonnullas egregii operis, celeritatiſque eximiæ triremes inſtruere juſſit. Quibus ornatis, Joanu. Andreas Ge-
1557 nua cireirer Idus Martias cum claſſe provectus, Neapolim venit, ut ad hoſtiles motus navigationis ſuæ rationes explicaret; ibi Tutcas à Gallis, ut ſæpe aliàs, accitos, ubi jam ad frerum Siciliæ cum claſſe acceſſiſſe audivit, nihil ſibi cunctandum putavit, quin eorum quacumque ratione poſſet, conſilia impediret. Itaque magnâ peditum, commeatuum, rerumque ceterarum, quæ opportunæ eſſent, copiâ in naves impoſitâ, ad Portum-Herculis, Orbetelliumque & Palumbinum inſtruendum acceſſit. Inde, duobus milibus armatorum, & quingentis in Sardinia expoſitis, Nicæam, in Provinciam advolavit. Compererat enim, Gallos Varum flumen ponte junxiſſe, peditatuque comparato, Villæfranchæ, quæ tum muniebatur, ſitum diligenter exploraſſe: quibus rationibus conjiciebat, hoſtes ab ea parte facilè bellum illaturos. Ibi cùm quidam ſe claſſem Turcicam à promontorio Corſo, Occidentem verſus proficiſceutem, conſpexiſſe ſignificarent, ipſam in Hiſpaniam contento rapi curſu, (neque enim Provinciam attigiſſe nunciabatur) exiſtimaus, extemplo expedita peditum manu ſublam, in Hiſpaniam iter inſtituit; ſic paratus, ut quacumque regione hoſtes invaderent, opportunè ad auxilium ferendum adeſſet. Verùm, cum propè inſulas Eres, Gallicam navem cepiſſet, atque incendiſſet, continuato curſu, Rhodas pervênit; ubi Turcas in Hiſpaniam trajeciſſe, ac direpto in majoribus Balearibus oppido, receſſiſſe cognovit. Itaque extemplò navigatione converſa, ad Nicæenſem plagam revectus eſt; ac Turcica claſſe, & Gallica, quæ ad Antipolim ſtabant, ſpectante, procol decem millia paſſuum à Nicæa, cohortes expoſuit, atque uſque ad noctem ſubſtitit; neque quamdiu hoſtes ea maria obſederunt, ex iis locis ſibi diſcedendum putavit. Sive, ut quamdiu, quove opus eſſet, maturè opem afferret; ſive ut navigia nulla ab hoſtili claſſe ad noſtrorum detrimenta, divelli permitteret. Quinetiam Turcas poſt paucos dies Orientem verſus re infecta redeuntes inſecutus, tantùm virtute eniſus eſt, ut cùm non longè à Genna ſub ortum Solis in tergo hærentes apparuiſſent, ab iis non dubia ſpe potiundi allectis evaſerit; cùm ſenſim ſe in altum extuliſſet, eo conſilio, ut ſi Genuam ſe recepiſſet, incitatum in ſe hoſtium effugiſſe impetum videretur; præterea eoſdem iter ſuum repetentes, toto eo die uſque adeò obſtinato animo viginti duabus tantùm triremibus inſtructis eſt perſecutus, ut vix poſtero die ex conſpectu dimiſerit: quocirca, cùm Neapolim perveniſſet, ac pacatis jam rebus omnibus operam ibi ſuam non neceſſariam eſſe cognoſceret, Genuam ſe recepit.

CAPUT XLII.

De expeditione Tripolitana & incommodo ad Gerpum accepto.

VErùm flagrante in dies magis inter Chriſtianos Reges bello, cùm maxima ſuſpicio eſſet, claſſem Turcicam, quæ quotannis ad vexanda Philippi litora à Gallis advocata venerat, eo anno majore apparatu, viribuſque reverſuram, decrevit Philippus, Andreæ potiſſimùm ſententiam, auctoritatemque ſecutus, ut ad ejus reprimendos conatus, omnes triremes ad Meſſanam menſe Martio cogerentur, atque ejus rei cauſſâ nautici commeatus ingens copia pararetur. Sed paullò poſt, optatiſſima Chriſtianis omnibus pace inter Reges conciliata, qua Philippus Andreæ precibus motus, Corſicam Genuenſibus reddere Gallos adegerat, cùm nemo omnium eſſet, qui claſſem Turcicam noſtra amplius in maria pervaſuram arbitraretur, viſa eſt Philippo idonea recuperandæ Tripulis ſibi occaſio data, antequam Draguthes ibi ſe confirmaret, ac latius imperium terra pro-

duceret: quam rem cum vi ipſa, tum fraude, dum aſſiduas inter ipſos indigenas diſcordias ſerit, ſummo tentare ſtudio nunciabatur. Spem autem certæ, atque expeditæ victoriæ triremes faciebant; quæ rebus omnibus opportunis inſtructæ convenire ad rem conficiendam, ſatis in tempore poſſe videbantur. Interea Jo. Andreas, cùm ad Cajetam unà cum Hiſpanica, & Auriana claſſe maneret, ut ſe cum Neapolitana, Siculaque ex inſtituto conjungeret, certis auctoribus accipit, Turcas maximis fortaſſe Chriſtianæ claſſis, quæ in Sicilia, ut ferebatur, conventura erat, apparatibus incitatos, & ipſos claſſem cogere, atque vel ad rem gerendam, vel ad oras ſuas defendendas inſtruere. Itaque de Neapolitano in primis regno laborans, Philippo de omnibus rebus certiore facto, Neapoli magnam peditum manum in naves impoſuit, ac Meſſanam trajecit: ut inde in Apuliam procederet, atque ibi conſiliis hoſtium exploratis, ad omnem ſive auxilii, quo opus eſſet, ferendi, ſive prœlii, ſi occaſio ſeſe offerret, committendi, experiendam fortunam eſſet paratus; quibus rebus confectis, literas à Philippo, atque ab Andrea cum mandatis accipit, ut Siciliæ Proregi (is Medinæcœli Dux erat,) Imperatori ad bellum Tripolitanum paulo ante electo, quacumque ratione poſſit, dicto audiens ſit: inprimiſque ut Italicas triremes, ad ejus nutum, imperiumque paratas habeat, atque inſtructas; Hiſpanicas autem, in Hiſpaniam ad cuſtodienda eorum Regnorum litora remittat. His Joan. Andreas mandatis acceptis, Philippum nihil dum de Turcicæ claſſis adventu percepiſſe, eumque literis ſuis, quas Cajetà dederat, lectis, facilè de ſententia deceſſurum exiſtimavit. Itaque omni ope contendere à Joan. Mendocin triremium Hiſpanicarum Præfecto inſtituit, ne Tripolitanam expeditionem, triremibus Hiſpanicis deducendis, debilem, ac mancam reddere, cum maximo communis rei periculo vellet, quod tamen cùm ab eo non impetraret, ut eum cogeret, in animum inducere, Philippi mandata veritus non potuit. Prorex, cum veteribus Philippi literis, tum recentibus ejuſdem imperiis, ad ſe per Guimaranum Hieroſolymitani Ordinis equitem delatis accenſus, dies, noctesque intentus, ea tantùm, quæ ad id bellum pertinerent, animo agitabat. Itaque cùm firmo veteranorum Hiſpanorum ex Subalpina regione præſidio, ob res nec opinata Henrici Regis morte turbatas, & Neapolitano militum robore, ob imminentem à Turcica claſſe terrorem, quæ omnes copiæ Tripolitano bello fuerant deſtinatæ, excluſum ſe, ac deſtitutum videret, novum ſupplementi nomine in Ciſalpina Gallia delectum haberi juſſerat. Qua re factum eſt, ut dum hæc, atque alia ad rem conficiendam neceſſaria, ut accuratius, ſic ſerius comparantur, atque in unum locum Meſſanam cuncta coguntur, Octobri menſe penè in hac expectatione conſumpto, omnis bene gerendi negotii ſit amiſſa occaſio; quod Joan. Andreas perſpiciens, Philippum, & Proregem, ipſumque inprimis Andream literis prudenter admodum admonere non deſtitit, alieniſſimo tempore rem tantam tentari; cum propter hyemis, quæ immineret, aſperitatem, tum ob litorum, quò claſſis invehenda eſſet, iniquitatem; ut cùm ibi nulli intra ſeptuaginta millia paſſuum portus eſſent, meritò eſſet de claſſis, & peditatus periculo dubitandum, nemo tamen prudentibus egregii adoloſcentis monitis aures præbuit: minimeque omnium Prorex, quod tantum perdere projicereque rerum omnium apparatum prope nefas eſſe, atque indecorum putaret; cùm præſertim non deeſſent, qui earum periti regionum, eam illo tempore tranſmiſſionem, ut omnium opportuniſſimam ſummopere commendarent. Nam Andreas ne triremium ſuarum periculo permotus, eam improbaſſe expeditionem exiſtimaretur, Jo. Andreæ diligenter, atque accuratè reſcripſerat, ne qua alia de re, niſi de forti, fideliquе præſtanda Philippo opera laboraret. Rebus tandem omnibus ad tranſmiſſionem paratis, ad cetera incommoda graviſſimum illud quoque acceſſit, quòd ſævientibus in dies magis in Sicilia, ac Melita tempeſtatibus, cum claſſis curſum in Africam direxiſſet, Syrtes Pali tenere, vix exeunte Februario potuit. Quo in loco, cùm adverſantibus ventis per octo dies manere, non ſine magno corporum incommodo, ac valetudinis detrimento, coacti eſſent, commodiſſimum Prorex eſſe conſtituit, Tripolim, quam expugnare non poterat, in præſentia omittere; & ad Girapolim inſulam, quam prioribus annis Draguthes, Solymano ejus loci domino, quem Sebecchem appellatum diximus, quemadmodum Andreas providerat, per fraudem ſublato, in poteſtatem redegerat, claſſem appellere; atque ibi expoſito exercitu, fractas ipſius ex diuturnis tempeſtatibus, & morborum incommodis vires reficere, ipſumque accurate luſtrare; quod cum feciſſet, ac Mauris, qui reſiſtebant, dejectis, haud magno certamine potitus Inſula eſſet, ut certam ejus poſſeſſionem tueretur, veterem ejus arcem vallo munire, præſidioque firmatam relinquere ſtatuit. Dum autem intentiore cura ei operi ſtudet, non dubiis nunciis accipit, quadraginta triremes, quæ Draguthi ſubſidio mitterentur, Conſtantinopoli comparari. Quam rem cum plerique pro ſuo cujuſque ingenio contemnendam cenſerent, Joan. Andreas etiam, atque etiam cogitandam, atque ad conſilium revocandam prædicabat, quòd cavendum eſſe diceret, ne quadraginta triremes, prædatoriarum navium acceſſione in Ægæo mari adauctæ, Draguthis præterea navigiis ad Tripolim ſibi adjunctis, majores ſibi vires aſciſcerent, quàm ut æquo ſuſtineri prœlio poſſent. Quamobrem ſe cenſere, ut Turcis nihil tale ſuſpicantibus obviam iretur; atque eorum claſſe, quæ noſtrâ numero viribuſque multo inferior adhuc eſſet, primo impetu profligatâ, ad oppugnandam Tripolim, noſtri tanta victoria firmiores recurrerent. His verbis tantum abfuit, ut Prorex de ſuſcepto muniendæ arcis conſilio decederet, ut deficiente ad id opus materia, à Jo. Andrea petiverit, ut triremium partem in Siciliam ad naves quaſdam, quæ commeatibus, & aliis rebus ad muniendum opportunis refertæ ventum expectabant, deducendas mitteret. Cui ille reſpondit, ſe tam adver-

ſis

ſis de hoſtili claſſe tumoribus diſſipatis, claſſem ſuam non diviſurum: verùm ſe ipſum cum omnibus in Siciliam triremibus, quò res celerius, tutiuſque conficiatur, cupidiſſime profecturum; perſiſtente autem in ſententia Prorege, partem triremium miſit; ac ſimul multis audientibus pronunciavit, atque idem etiam ad Philippum, Regioſque miniſtros continuò ſcripſit, minime tutum ſibi videri, ad Girapolim ultra VII. Cal. Majas morari; quo tempore, triremes ex Sicilia redire commode potuiſſent; ac Siciliæ, Italiæque litora novo contra claſſem Turcarum præſidio firmanda eſſent; quam omnino hominum opinione majorem exituram, prorſus dubitandum non eſſet. Neque verò hæc ſemel denunciaſſe ſatis habuit. Quinetiam antequam triremes ex Sicilia redirent, nuncio lemborum aliquot excitatus, quos Prorex Neapolis ad Hiſpanas cohortes reportandas miſerat, & poſtquam redierunt circa Aprilis exitum, Proregem hæſitantem adhuc, ac diverſas moræ cauſſas afferentem, per internuncios eadem ſæpe repetendo admonuit. Sexto Id. Majas occaſu Solis lembus à Melitenſium militum magno Magiſtro miſſus advenit, qui ſe perfugarum Chriſtianorum indicio compertum habere nunciabat, ſex horas ante lembum à Melita dimiſſum, Turcarum claſſem LXXXV. navigiorum, cum tribus Spachorum, ac duobus Janizerorum millibus, à Gaudo Inſula, decem & octo millibus paſſuum à Melita diſtante, diſceſſiſſe; hoc Jo. Andreas nuncio, non leviter pro rei magnitudine commotus, extemplo, equite Guimarano ad Proregem in caſtra miſſo, ſummis eum precibus obteſtari inſtituit, ut rebus ceteris in præſens omiſſis, naves conſcenderet, indeque recederet; nam hoſtes ſine dubio ſubalbente cœlo, poſtridie affuturos, ut ſecundi venti beneficio noſtros pro arbitrio adorirentur; quibus, cùm minore navigiorum, ac militum numero, atque adverſo præterea vento uterentur, qua ratione reſiſtere poſſent, non videre, quod ſi facere recuſaret, ſe duas ei triremes optimè omnium inſtructas relicturum, & ſe ea nocte cum reliquis in altum eatenus relaturum, quoad adverſi venti vis minueretur, & advenientibus hoſtibus, ipſi ſatis in tempore ſubſidio reverſurum; vel evectis aliis triremibus, ſe cum duabus libenter exſpectaturum. Ad ea Prorex reſpondit, perſuaderi ſe nunquam paſſurum, ut ſine cohortibus Germanorum abiret, quos ſecum deducturum, fide ſæpe data pollicitus eſſet. Quinetiam in conſilio, ad quod omnes ab Jo. Andrea trierarchæ advocati ſunt, conſtitutum eſt, hoſtium claſſem poſtridie ad Girapolim pervenire non poſſe; ac tutò eo die Germanos in naves imponi licere. Jo. Andrea de diſceſſu eadem repetenti, Prorex circa mediam noctem ad eum venit; atque iterum ſe, niſi ſublatis ſecum Germanis, inde pedem moturum negavit. Itaque cum Jo. Andreas ſæpius profectionem ſuaderet, & periculum inſtans denunciaret, Prorex contra in ſuſcepto deducendorum Germanorum conſilio permaneret, atque ut ſcaphæ ad eos mitterentur, juberet, ad extremum Jo. Andreas, ne Proregis auctoritatem videretur aſpernari, cui quacunque ratione parere à Philippo, atque ab Andrea juſſus iteratis ſæpius imperiis fuerat, præſertim verò, cum id advocati etiam à ſe conſilii auctoritate comprobatum eſſet, ſcaphas ad excipiendas Germanorum cohortes immiſit. Sed cum triremes, ut in altum ſe quoad poſſet, referret, atque contrario ſe vento eriperet, à litore abducere inſtituiſſet, eo vehementius ſæviente, anchoras jacere coactus eſt, neque ita multo poſt, Turcæ paulo ante Solis ortum, ſecundo lati vento apparuerunt, qua re Joan. Andreas animadverſa, in adverſum eniti ventum unà cum omnibus triremibus inſtitit; verùm ubi id non proceſſit, ut periculum venti faceret, atque ex eo conſilium utile caperet, vela fieri juſſit; idem Turcæ adverſus noſtram claſſem incitati fecerunt; ac ſecundo à puppi vento delatæ, triremes noſtras adverſo increbreſcente vento, tanto terrore, tumultuque impeditas complerunt, ut diverſis actæ caſibus ſint disjectæ; aliæ enim ad Girapolim proceſſerunt, aliæ in poteſtatem hoſtium devenerunt: nonnullæ, quod aptiores, ac remigio inſtructiores eſſent, fuga ſibi ſalutem quærere contenderunt. Ipſe Jo. Andreas cùm triremi regia, magna inprimis, atque antiqua vectus, ſuum tenere curſum navigii tarditate nequiret, allato ad Girapolim navigio, ſe in caſtra recepit; verùm tanta induſtria, ac felicitate uſus eſt, ut poſtera nocte imprudentibus hoſtibus, cum duobus lembis expeditus evaſerit, ac Proregem ſecum in Siciliam incolumem, incolumis ipſe deduxerit; ibi cùm recentes ab Andrea literas accepiſſet, quibus iterum, atque iterum monebatur, ut Proregis in omnibus rebus imperio, omnibus ſuis poſthabitis rationibus, pareret, quem expeditio eventum habuiſſet, & quemadmodum ſalvus à Girapoli in Siciliam erupiſſet, literis ad eum ſcriptis edocuit; eoque omne ſtudium, & diligentiam contulit, ut triremes, quæ diſperſæ fuerant, colligeret. Andreas, cum triſtem de Chriſtianæ claſſis incommodo nuncium à Legato primum Regio accepiſſet, quanquam ſummo dolore incenſus, magna tamen ipſum animi conſtantia pertulit. Atque extemplo cum Legato, quæ ad Regnorum defenſionem pertinebant, communicatis expeditiſque conſiliis, nullum proprio detrimento perturbari, atque ſolliciti animi ſignum edidit; unus tantum Jo. Andreas ante oculos aſſidue verſabatur: quem ſi in manus hoſtium perveniſſet, ſingulari avaritia eorum, atque immanitate, vel maximo redimi ſtipendio poſſe deſperabat. Itaque ubi literis ejus acceptis, ipſum vivere, ac ſalvum eſſe cognovit, ea lætitia, ac voluptate perfuſus eſt, ut ſtatim paſſis palmis gratias Deo ſuppliciter egerit. (115)

CAPUT XLIII.

De morte Andreæ.

ATque hunc quidem diem Andreas lætum, ultimum vidit; nam ſequentibus proximis, cum languidum ætate, vigiliiſque confectum diu traxiſſet corpus, tandem de-

(115) *A ſe ipſo ſtetſus ſtando. Capell,* 183.

decumbere eſt coactus. (116) Quotempore, cùm naturali deficiente calore, nec cibo priſtinas ſuppeditante vires, ſenſim ſe exſtingui animadverteret, ne imparatus opprimeretur, primùm diligenter, ac pie ſe omnibus officiis, quæ Chriſtianum hominem decerent, expiavit. Deinde (117) Antonium Piſcinam à cubiculis hominem, ſibi inprimis fidum, ad ſe accerſivit; eique, quæ nomine ſuo Jo. Andreæ abſenti renuntiari vellet, expoſuit. Ea verò recta ac ſalutaria inprimis præcepta fuerunt, ut ante omnia, ſpem in Deo ſuam ſemper collocatam haberet: ut Regis Philippi auſpicia, fideli ſemper opera, ac diligenti obſeqoio coleret: poſtremò, ut Patriam omni ope, atque ipſomet ſanguine ſibi perpetuò tuendam exiſtimaret. Itaque cùm duas aureas equeſtris à Cæſare accepti ordinis bullas haberet, majorem de more Philippo Regi remitti, (118) minorem ſecum in ſepulchro, ad gratam ſummi patroni quaſi retinendam memoriam, condi mandavit. Atque his dictis, haud ita multo poſt, nullo conſumptus, ac ne tentatus quidem morbo, è vita diſceſſit;
1560 (119) anno à Chriſto nato 1560. cùm ætatis annum tertium & nonageſimum, quinque diebus minus, expleviſſet; ſequenti nocte, ſine ulla funeris pompa, elatus eſt: ſic enim ipſe Teſtamento, (120) fieri juſſerat; quod ipſo mortuo, per Figueroam, & Adamum Centurioneam prolatum, ac recitatum eſt; poſt ſextum autem diem, Jo. Andrea in Urbem reverſo, Genuenſes, ut gratiam, quam poſſent, homini de ſe optimè merito referrent, ampliſſimum ei funus in Templo maximo fecerunt: idque cum propinqui ipſius omnes mutata veſte, tum Magiſtratus inprimis, & univerſi denique Cives, grata quadam non minus animorum, quàm vultus mœſtitia honeſtarunt.

CAPUT XLIV.

De virtutibus Andreæ.

NEque id immeritò: fuit enim Andreas vir, ut in omni fortuna ſingularis, ac bello, paceque Princeps, ſic vivus, & mortuus maximo, atque ampliſſimo quoque honore digniſſimus; cùm non ex modico ſtatu ſolum, mediocrique fortuna, ſe ad magnas dignitates, atque opes extulerit, ſed gloriam etiam ſibi æternam in rebus bellicis, & præſertim maritimis, compararit; nam & ſexies diverſis Principibus ſummis, navalium expeditionum, atque interdum terreſtrium ſimul imperator extitit; & multas res ad nautici, maritimique officii rationem pertinentes invenit: nec maximas ſolùm de piratis prædas, ſed eximias etiam de hoſtibus eorum, quibus militavit, victorias reportavit; eò quidem ceteris major, qui rei bellicæ ſtudio magnas aliquando ſibi facultates pararunt, quòd ceteri ferme aut externis hæreditatibus ditati, aut Patriæ imperio fulti, aut (quod pleriſque accidit) inſidiis, ac fraude aliqua nixi, ad altius dignitatis faſtigium evecti ſunt: hic uno virtutis, ac prudentiæ adminiculo ſuſtentatus, eò aſcendit, quò multi clariſſimi, ac potentiſſimi homines, omnibus naturæ, & fortunæ præſidiis inſtructi, pervenire non potuerunt; ut omittam, quòd plerique aliorum, qui aut in Republica ſua magni, aut apud exteros Principes gratioſi fuerunt, haud perpetuo arridentis fortunæ uti beneficio potuerunt: quin vel Civium ſuorum invidia oppreſſi, vel Principum ipſorum odio exagitati, aut exilio multati, aut morte affecti, ſeu alio ejuſmodi incommodo, quæ rerum eſt humanarum conditio, conflictati ſunt; hic quamquam omnino multorum, ſuorumque in primis, graves vitare ſimultates non potuit, tamen uſque ad extremum, priſtinam gratiam, & auctoritatem integram, ſalvamque retinuit. Quamquam hoc quidem minus mirum iis videatur, qui interiores ejus, & quaſi domeſticas virtutes, quæ minus notæ vulgo ſunt, noverint; de quibus videtur faciendum eſſe, ut breviter dicamus, poſteaquam res geſtas, quæ ab hoc quaſi fonte manarunt, expreſſimus. Etenim quod omnium bonarum actionum eſt fundamentum, religioni ita deditus fuit, ut, quod in homine militaribus perpetuò ſtudiis occupato fortaſſe mirabile videatur, quotidie ſolemnia cantica in Mariam Virginem Dei Matrem, unà cum ſeptem Pſalmis, atque alia expiatoria carmina recitaret; quotidie rei divinæ intereſſet; diligenter jejunia inſtituta obſervaret; ſtatiſque temporibus, à cibis interdictis religioſiſſimè temperaret. Quo factum eſt, ut cùm animum ſuum ſanctiſſimis his ad pietatem inſtitutis excoluiſſet, in ipſo demum efflandæ animæ puncto, fracta quidem, ſed pia in primis voce, dicere auditus ſit: Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & leonem, ac draconem conculcabis. Quod verò proximum eſt, temperantia fuit tanta, ut bis dumtaxat in die cibum caperet; bis duntaxat in convivio biberet; verùm illud adeo continenter, ac ſobriè, ut qui natura, à jejunio eſſet averſus, perpetuo tamen uti jejunio, videretur: hoc adeò moderatè & parcè, ut tres aquæ partes vino perpetuò admiſceret. Muliebribus autem voluptatibus, quibus natura ſummopere fuit deditus, uſus ita eſt, ut earum tamen conquirendarum, aut percipiendarum gratiâ, graviora nullo umquam tempore negotia intermiſerit. In omni ſua vita munificus fuit, & ab omnibus magnificus habitus eſt, & liberalis. Nam liberalitatis teſtimonio, præ ceteris, Melphiæ Principatus affertur, quo privignum ſuum donavit: & tria annua aureorum millia, quæ ex ejus reditibus, clientibus, atque amicis ſuis diſtribuit. Neque il-

(116) Die Veneris 22. Novembris: deinde Dominico die omnibus Sacramentis munitus. *Capell. ibid.*

(117) Poſt mediam noctem. *Capell ibid.*

(118) Additis commendationibus pro Joanne Andrea, & Pagano nepotibus, & ſucceſſoribus ejus. *Capell* 185.

(119) Circa duodecimam horam diei Lunæ 25. Novembris 1560. poſtquam inter humanos moratus annos nonaginta tres, menſes undecim, dies viginti quinque. *Capell pag.* 185. Quæ concordant his, quæ ſcribit ad annum nativitatis ejuſdem, ut ſuo loco relatum eſt. Computus autem Sigonii annum integrum ætatis demens, evidenter altero quidem anno lapſus eſt, cum biennio poſt, nativitatem conſignet.

(120) Teſtamentum, & Codicilla habentur inſ. ſign. FF.

A illud (ut cetera omittam) ab hoc virtutis genere alienum eſt, quod erga Turſinos effecit, quorum civitas cùm primùm in ejus clientelam, ditionemque venit, cùm duo millia aureûm ei dono miſiſſet, ſimulans ipſe id muneris libenter accipere, non ſine ſumma gratiarum actione ſtatim civitati reſtituit; juſſitque, ut in pauperum uſus eam pecuniam erogaret. Magnificentiam verò eximiam multa declarant; ſed ſplendidiſſima in primis, ac lautiſſima domus, triremiumque ſupellex, atque ædificia ab ipſo ampliſſimo ſumptu, atque eximio opere conſtructa: nam de quadriremi, ac quinqueremi, novo ab eo artificio, atque B inaudita, ante ut diximus, induſtria ædificatis, multa paſſim prædicantur, quarum cùm utraque, & picturis variis eſſet ornata, atque auro, argentoque mirabiliter intertexta, tum quinqueremis omnium opinione ampliſſima, atque elegantiſſima fuit: quippe quæ non ſolùm noſtris prima temporibus ejuſmodi ſpecie navigii viſa ſit, ſed antiquorum etiam in ea re ingenii, atque ſolertiæ laudem, quantum intelligere poſſumus, adæquarit; præterea vexillorum, & tormentorum omnis generis tanta copia fuerit inſtructa, ſatis conſtet, nullum neque ad aſpectum pulchrius, neque ad ſecuritatem in- C ſtructius effici navigium potuiſſe. Ædes ejus ſuburbanæ, magna laxitate, atque amplitudine fuerunt; neque privati civis, ſed ſummi Regis ac potentiſſimi videntur, quas, cùm duobus hortis uno ad mare, altero ad montem è lapide factum, & quidem magno opere per ſervos exciſum ornavit, tum fontibus aquarum longè ductarum, ac variis picturarum, & auri ornamentis inſtruxit: atque in his, & alios ſummos viros, ac claros Principes ſæpe, & in primis Carolum V. Cæſarem, & Philippum filium ejus, & Maximilianum Boëmiæ Regem, cum uxore Cæſaris filia, ſemel, atque iterum lautiſſimo, ut demon- D ſtravimus, apparatu excepit. Quin etiam D. Matthæi Templum inſtauravit, ornavitque; & in eo Odeum magnificè conſtruxit, (121) ſub quo cellam ſibi cum ſepulchro conſtituit, eamque marmoreis columnis, ac picturis eximiis boneſtavit; ac Sacerdotes, qui quotidie rem in ea divinam facerent, inſtituit; atque annuum ſumptum, unde alerentur, attribuit. Magnitudinem animi plura teſtantur; & præſertim, quòd neque juſtos honores admodum magni fecit; atque injuſtam infamiam, ignominiamque contempſit; quòd à vulgi opinione pendere turpe, conſcientiæ ſuæ diffidere, omni eſſe acerbius ignominia duceret; ita- E que neque cupientibus Poëtis quidquam umquam dedit, ut laudes ſuæ celebrarentur: neque petentibus hiſtoricis, ſuarum commentarios rerum exhibuit, quò memoriæ proderentur; ob divitias, aut opes, numquam ita ſe extulit, ut non eodem modo cum infimis, atque cum ſummis hominibus pro cujuſque dignitate verſatus ſit; inimicitias vitavit quoad potuit; & in eis injurias ſemper oblivìſci maluit, quam ulciſci, à vituperandis refugit hominibus; & magnis ducibus audientibus, ſi quando de veterum, aut recentium Imperatorum rebus ſermo eſſet illatus, eorum conſilia, factaque firmiſſimis, quantum poterat, rationibus tueri aſſueverat; de ſe aut de rebus ſuis, aut numquam, aut parcius dixit; atque ut in inceſſu, ſic in ſermone gravitatem natura potius inſitam, quàm arte quæſitam adhibuit; ad pericula excipienda promptum animum, atque alacrem, ad propulſanda invictum, atque imperterritum attulit: nempe pluria dignitatem faciens, quàm ſalutem; eademque ratione in conſiliis agitandis, honorificentiſſimum, atque altiſſimum quodque ſemper ſuſcepit: ſua cauſſa numquam, aut raró, parceque admodum Regum aures fatigavit: pro aliis frequenter, multaque poſtulavit: neque umquam, quod facere honeſtè poſſet, petentibus denegavit, quæ res miniſtris Cæſaris commodiſſima accidit, qui florentem ipſius fortunam, aſſiduis apud Cæſarem petitionibus exercentes, per ipſum, ac familiares ejus, quàm maxima, & quàm plurima ſunt beneficia conſecuti; natura mitis, ac manſuetus fuit: & ſi quando ira excanduit, ea tamen diu non perſtitit; militem, aut nautam, haud temerè percuſſit umquam, prout Præfectis ceteris facere moris eſt; immo ſine gladio iter fecit: nec ſe, niſi prœlii cauſſa, ipſo ſuccinxit; erat tamen quandoque ſtomachoſior; ut etiam levi de cauſſa commoveretur; quocirca, interdum malè ſe beneficia collocaſſe indoluit, atque eadem revocare tentavit, quin etiam conſiliorum pœnituit, ſi quæ commoti animi impetu ſuſcepiſſet; in quo, cum ſe malè à multis accipi intelligeret, dicere ſolitus fuit, nullam animi perturbationem, ira eſſe perniciofiorem; quoniam homines ei obnoxios, corpus canibus, animam cacodæmoni dare compelleret; ab amicis tamen petulantiſſimè laceſſitus, nihil reſpondit; verùm in optimam partem dicta eorum accepit; facilitate porrò tanta præditus fuit, ut non domum ſuam ſolùm, ſed ipſum etiam cubiculum, aut colloquendi, aut conquerendi gratia, patere voluerit omnibus; eademque ratione in conſuetudine vitæ quotidiana, ſuaviſſimus fuit, ac faceriſſimus; ut multa teſtimonio ſunt, quæ ab eo acutè, ac lepidè ex tempore dicta feruntur. Pertinax verò, ac litigioſus minimè omnium extitit; & ſæpe in concertationibus, de ſuo jure ſibi decedendum putavit, quamvis optimas, quibus ſententiam ſuam tueretur, rationes haberet, ne inanem, ex pertinaci contentione laudem quærere videretur. Veritatem porrò ſummoperè dilexit, ut mendacium ipſe non diceret; ſed ab altero ſi diceretur, eum tamen continuò non redargueret: neque rem verbis, aut augeret, aut minueret; ex quo illud erat conſecutus, ut quidquid diceret, pro certo ita eſſe, non dubitaretur; juſtus ita fuit, ut æqui, bonique ratione potius, quàm legum, aut Juriſconſultorum cautionibus eos, quibus præerat, gubernaret; ab alienis rebus appetendis prorſus abhorruit, ac ne prædatoriam

(121) In choro Eccleſiæ Sancti Matthæi antiquæ Parœciæ familiæ de Auria erectum; ubi ornatum Altare & Sepulchrum maximâ ſolicitudine & diligentiâ devotione permotus Eccleſiamque compleverat. *Capell pagg.* 177. & 78.

toriam quidem artem, niſi adverſus Turcas, aut Regum ſuorum hoſtes exercere ſuſtinuit; quorum alterum pietatis, alterum belli jure quodam inveterato, ſibi licere putavit; & cùm innumerabiles Cæſaris pecunias diverſis temporibus tractaſſet, nihil, cùm maximè poſſet, in ſe convertit, & quamquam propter multa triremium detrimenta, atque incredibiles rei nummariæ anguſtias, penſiones ad diem ſæpe non repræſentavit, tamen Joanni Andreæ ſuo heredi mandavit, ut omnibus ita ſatisfaceret, ut ſubductis cunctorum rationibus, legitimis etiam miniſtrorum ſuorum ſi fortè deceſſiſſent heredibus, integram debitæ pecuniæ ſummam, quod poſtea præſtitit, fide ſua liberata perſolveret; eademque ratione, in dimittendis quidem poſt abſolutum conſtitutæ pœnæ tempus nexis, durum ſe, ac difficilem quandoque præbere cogebatur, ſed in ſumendis tamen de ſontibus ſuppliciis, niſi atrox facinus punire, aut edere exemplum, ratio, juſque ipſum poſtularet, clemens fuit in primis, & ad ignoſcendum proclivis. Nullam vim umquam, neque contra leges, neque adverſus Rempub. intulit: quamvis & ſummam ipſe poteſtatem in civitate obtineret, & magna ſæpe ob iniquiores hominum voluntates ei occaſio daretur; immò ſi quid ipſe rogabatur, id quaſi juris ſui non eſſet, ad alios Magiſtratus rejiciebat, eoſque rogatum accedebat; nec ſi denegaſſent, indignè, acerbeve ferebat, cùm & in triremibus, & Genuæ, & in Cæſaris ditione, omnium gentium exules ſecum habere poſſet, nunquam tamen eo jure eſt uſus; immò ſi quis temerè, neque prius explorata ſua voluntate, ad eum confugit, quem Genuenſes requiſiſſent, ſe minimè in tradendo durum, quòd ſontes, & facinoroſos oderat, aut inexorabilem præbuit. In eo Magiſtratu, quo jus rationum ab omnibus Magiſtratibus repoſcendarum habebat, quodque perpetuum geſſit, numquam ea auctoritate, quamquam multorum injuriis provocatus, ſibi utendum putavit: cùm tamen nemo tam ſanctè, atque integrè vivat, cui non objici in ſpeciem ſaltem probri, aliquid ab inimico homine, atque lædendi cupido queat: neque niſi ad minimas res, vim ejus Magiſtratus, quamque ſæpe eum Collegis ſellum iret, adhibuit; judicio fuit peracri: neque quiſquam conjecturis, propius ipſo, ad veri inventionem acceſſit: ſagax ita, atque in negotiis adminiſtrandis cautus, ut neque ullam prudentiæ oſtentationem adhiberet; neque, arte ne, an natura loqueretur, inditia daret; cùm optimis ſemper rationibus de rebus æque omnibus, & cum omnibus hominibus ageret; neque enim ſi quid ſecretius eſſet deliberandum, quidquam contra quotidianam conſuetudinem afferebat, quod ceteri vulgo faciunt: qui ad res conſultandas ejuſmodi genera hominum adhibent, & ea colloquiorum loca de induſtria quærunt, ut qui rerum, quæ tum inter Principes aguntur, paullò peritiores ſint, ea iis facilè intima eorum explorare, atque introſpicere conſilia poſſint; in conſiliis autem dandis, aut capiendis, maximè, quæ ad imperia ſuenda, & bella adminiſtranda pertinerent, cùm ſummam fidem, tum prudentiam ſingularem adhibuit: ut non tam, quæ in ſpe-

A ciem utilia, quàm quæ recta, & honeſta, quæque explicari facilè poſſent, perſequeretur; in re familiari adminiſtranda, fuere, qui ipſum uti parum attentum, parumque diligentem arguerent, quod nulla alia de cauſſa accidit, quàm, quod nimia quadam bonitate inductus, ſuis ſe procuratoribus totum permiſit: iiſque, dummodo pecuniam tempeſtivè ſuppeditarent, ſe decipi in ceteris paſſus, errata omnia, ſive negligentiæ, ſive malitiæ facilè remiſit, ac condonavit; & quòd omnino ab amicis haud felix admodum fuit: nam præter paucos, qui ipſum omni ope fideque juverunt, plerique rationibus propriis potius, quàm ipſius B commodis ſervierunt; qui verò illud ei objiciunt, quòd cùm tot Principum ſtudia virtute, & obſequio ſibi devincta teneret, ditionem fructuoſam nullam ſibi pro dignitate quæſiverit, facilè convincuntur, quòd omnis ea cura ab eo, principiò neglecta fuerit; cùm enim excelſo animo, & magno eſſet, ea ſolùm, quæ ad ſolidam gloriam pertinerent, comparare contendit: & (quod caput eſt,) cùm filiorum prole careret, ne heredis quidem inſtituendi cogitationem ſuſcipiebat. At verò, ubi ſenem ſe animadverterit, ac viribus ad onera militaria ſuſtinenda infirmiorem, egere aliquo, qui labores pro ſe perferens, auctoritatem, ac gloC riam ſuam virtutis imitatione tueretur, tum Jannettino Thomæ patruelis ſui filio animum adjecit, eumque officio maritimo univerſo præfecit: verum non ita firmo conſtantique decreto, ut eo non facilè, ſi gravior aliqua intercesſiſſet offenſio, deſiſteret: quod ipſe interdum in ſermone ſignificavit; ad extremum autem, poſt Jannettini mortem, ubi ſe effœtis, ac plane debilitatis ætate viribus, navigationi prorſus ineptum factum eſſe cognovit, omnem in Jo. Andrea Jannettini filio auctoritatis ſpem ſuæ repoſuit; hunc enim, præterquam quod ſanguine conjunctiſſimum habebat, virtute etiam, ac prudentia ſumma præditum, quod in adoleD ſcente mirabile videtur, graviſſimis multis jam in rebus expertus erat: ac propterea heredem ſibi inſtitutum cariſſimi habere loco filii cœperat; verum, cum magnitudine ſius, maxima ea parte jam flacceſcente, graviſſimis præterea triremium detrimentis acceptis grande æs alienum feciſſet, ditionem eo juvene dignam, quamvis maxime cuperet, parare nullam potuit; quamquam enim Turſinæ Civitatis ditionem ei reliquit, tanto tamen ære alieno obſtricti erat, ut annuus fructus annuas uſuras ex debita pecunia exſolvendas, vix, atque ne vix quidem aſſequeretur; itaque paucis poſt ipſius mortem annis ſatius eſſe illam venE dere Jo. Andreas exiſtimavit; quare, ut finem ſibi adeſſe vitæ intellexit, crebris ac perpetuis ipſum vocibus, abſentem appellabat: ut quem ſummis opibus non poſſet, conſiliis ſaltem optimis, quantum ſibi liceret, inſtrueret; quibus ex rebus illud intelligi poteſt, Andream ſive optima quadam moderatione naturæ, ſive non contemnenda diſciplinæ conſuetudine, paucis detractis vitiis, quibus carere prorſus omnibus ipſa vix imperfecta humanæ naturæ conditio poteſt, eâ virtutum copiâ fuiſſe inſtructum, ut cum heroibus potius, quàm cum hominibus videatur eſſe comparandus;

ad

A ad quas cumulandas natura, bona etiam corporis ſumma adjunxit: cum eundem ſtatura procera, (122) oreque ſuaviſſimo effeciſſet; & ſenſus præterea oculorum, atque aurium, integerrimos affinxiſſet; & valetudine firma, ac proſpera, atque ad extremum memoria tam firma exornaſſet, ut quæcumque legiſſet (lectionibus autem quotidie utebatur) immortali memoria retineret: res enim ætate ſua geſtas, locis, temporibuſque, prout evenerant, diſtinctas, memoriter ſine errore ullo referebat; tribus tamen ante obitum annis, rerum præſentium carere memoria cœpit: cujus rei animadverſis incommodis, remedia, quæ potuit, adhibere conatus eſt; quæ omnia, ſi cui fortè incredibilia videbuntur, quod numquam, vel perraro, tot in unum hominem à Deo congeſta bona cernantur, is ſcito, nos hæc ab iis accepiſſe, quos aut propter intimam familiaritatem omnia ipſius facta, atque conſilia non perſpexiſſe, aut propter ſummam ipſorum gravitatem, falſi aliquid ad laudem affinxiſſe, non eſt veri-
B ſimile. (123)

(122) Heroico aſpectu addit *Capell. pag.* 186.

(123) Ampliori hujus Herois completæ notitiæ proviſurus, diplomata quædam Imperialia ad eumdem directa, quæ numero poſt ceteras tabulas ſub ſigno GG. habentur. Inſuper unum ad Joannem Andream Nepotem ſuum, Joannettini in conjuratione Fliſcorum barbarè occiſi filium, PATRIÆ LIBERATOREM, atque Reipublicæ alterum pro hoc Decretum. Brevitati ſtudens reticeo plura pro ſucceſſoribus hujus celeberrimæ familiæ Imperialia diplomata, quæ apud Lunig Tom. IV. Cod. Diplom. Ital. legi queunt.

F I N I S.

DOCUMENTA
AD VITAM
ANDREÆ DORIÆ
SPECTANTIA

Eo ordine diſtributa, quo in præcedentibus Adnotationibus deſignantur.

AA. INSCRIPTIONES.

MAgous Andreas Doria Cevæ filius Divioo munere Saoctæ Romanæ Eeeleſiæ, CAROLI V. Imperatoris Catholiei Maximi, & invictiſſimi Franeiſci Primi Francorum Regis, & Patriæ Claſſis triremium IIII. Præfectus Generalis, poſt multas, & illuſtres maritimas Victorias, ae ſummarum virtutum inſignia: Quod in afflictis Patriæ rebus eandem opera, & ope ſumma juverit, liberator Patriæ nuoeupatus, & ex Senatus eonſulto marmorea Statua in foro Palatii deeoratus viget, ſemperque vigebit in pectoribus Civium, io Nepotum gloria, io literarum ac lapidum mooumeotis.

Undiſoni domitor late Maris, æquora mulcens
Sanguine Barbarico. Thrax fugitive quis hic?
Aurius Andreas ille eſt, quis geſta requirac?
Europæ, ac Libyæ cognita, & Antipodis.
Auſtriaci hunc Reges, claroſque auxere Nepotes;
Ille prius Reges auxerat Auſtriacos.

JOannes Andreas Doria Magni Aodreæ noo impar Nepos. Priocipatus æque ac virtutis ex aſſe Heres. Hiſpaniæ Magnas, eordium magnes PHILIPPI II. Iberorum Geryonis Trierarchus, Nautarum Typus, ventorum Æolus, Maris Neptunus, Tempeſtatum io ſalo Domitor, Seditionom in ſolo Sedator. Libertatis Patriæ vacillantis firmator, illi marmorea io foro Statua, in auimis Genueoſium Amor æternùm ſtabit.

IOANNES ANDREAS AVRIA,
MAGNI ANDREAE PATRVI HAERES, ET SECTATOR,
VINDICATAE AB ILLO IN LIBERTATEM REIPVB.
SEMPER AFFVIT.

IOANNI ANDREAE AVRIAE,
MAGNI ANDREAE PATRVI HAEREDI, ET SECTATORI,
QVI VINDICATAE AB ILLO IN LIBERTATEM REIPVB.
SEMPER AFFVIT,
GENS AVRIA AVITAE VIRTVTIS ERGO
CONSECRAVIT.

IOANNI ANDREAE AVRIAE IO. F.
SVMMO CLASS. HISPAN. REG. PRAEFECTO,
OB NAVATAM PATRIAE OPERAM,
CONSERVATAMQVE REMP.
A MAGNO ANDREA PATRVO, MELPHIAE PRINCIPI,
IN LIBERTATEM VINDICATAM,
GENS AVRIA GENTILI SVO POSVIT
ANNO M. DCII.

PA-

BB.

PACTA CONVENTA
A CAROLO V. IMP.
Obſignata Anno 1528. 11. Auguſti.
EX ARCHIVO
SER. REIPUB. GENUENSIS.

DOo Carlos por la Divina Clemençia, Emperador de los Romanos ſiempre Auguſto Rey de Alemanya, de las Eſpañas de las dos Seçelias, de Jeruſalem, Archiduque de Auſtria, Duque de Borgoña, Conde de Flandes. A todos ſea notorio, y manifieſto, que nos avemos mandado tomar, y tomamos con el Illuſtre M. Andrea Doria ouеſtro Capitao General de la Mar un aſſieoto, cuyo tanor es eſte, que ſe ſigue &c.

Don Carlos por la Divina Clemeoçia, Emperador de los Romanos ſiempre Auguſto, Rey da las Alemanas, de las Eſpañas, da las dos Seçelias, Archiduque de Auſtria, Duque de Borgoña. A todos ſea notorio, y manifieſto, como aſsi ſea, que los Illuſtres Magnificos, y muy amados Conſejeros nueſtros Aſcanio Colonna, oueſtro grand Conde-Stable al M. del Gaſto nueſtro Camerero Mayor da Napoles, y Franciſco de Rrupt Cavallero, Señor de Uvaun, Gentilombre de nueſtra Caſa an nueſtro nombre, y hazieodoſe parte do nos comunicando coo el Illuſtre Capitan M. Andrea Doria para reduаerle â nueſtro ſerviçio, y ſiguiendo las dichas comunicaçiones el dicho M. Andrea, oos aya agora embiado el Magnifico M. Eraſmo Doria ſu Sobrino con ſu poder en data del Caſtiello de Lereze â 29. de Julio poſtero paſſado, que queda en oueſtras maoos, y algunos Capitulos praticados entre los ſuſo dichos, los quales avemos mandado ver por alguoos de los del oueſtro Conſejo de Eſtado, y deſpues de baxo de nueſtro buen plazer han ſido arematados, y concluidos coo el dicho M. Eraſmo Doria, como procorador ſuſo dicho an la manera que â qui ſigue.

Eſtos ſon los articulos, que el Illuſtre Andrea Doria jede de la Ceſ. Mageſtad.

Prima, Domanda a ſua Ceſarea Maeſtà, che ſempre che li ſia conceſſo grazia da Dio di levar Genova dallo ſoggetto de' ſuoi Nemici, ſia poſta io libertà ſua, e rimeſſa a vivere in ſorma di Repubblica, e reintegrata di tutto il ſuo dominio, a ſpecialmente della Terra di Savona, della quale conſervazione ſenz'altro pagamento, nè gravezza di quella, che la Città vorrà corteſemente dare, nè permetta la protezione, & ordini, a comandi a tutti li ſuoi Capitanj in Italia, che la conſervino, e difendino da ogni forza, e violcoza, chi la voleſſe perturbare.

Sobre eſte primier Capitulo plaze â Su Mageſtad que aſsi ſe haga en buena, ampla, y ſegura forma.

Più domanda, che ad ogni Genoveſe ſia lecito praticare liberamente in ogni Regno, Città, e luoghi ſoggetti a Sua Ceſarea Maeſtà, e come proprj ſudditi godere di quelle grazie, e privilegj, che alli ſudditi di quelli ſon conceſſe, di quelli in fora, che foſſero a ſervizio de' ſooi Nemici.

A eſto 2. Capitulo plaze â Su Mageſtad, declarando, que eſta graçia, y privilegio ſe entieoda tal, como los ſuditos oaturales de Su Mageſtad, plancando, y comerçiando de uno de ſus Reynos, y Provinçias, an otras ſujas gozan, y ſuelen gozar y eo buena ampla, y ſegura forma, y aſsi lo mandara obſervar Su Mageſtad eo todas las tierras, y ditiones â el ſubiectas.

Più domanda, che ſia rimeſſa ogni opera di qual condizione ſi ſia, che foſſe ſtata fatta per lui, o per altri in ſuo nome all'iocontro di Sua Maeſtà io tempo di guerra, e poſta in oblivioоe, come ſe ſtato oon foſſe, così all'incontro de' ſudditi vaſſalli, a ſoggetti di quella, raoto in beni, come in perſone, e che per neſſun tempo non li poſſa eſſer più domandato, oè data moleſtia per qualſivoglia perſooa, nè io giudizio, nè fuora, a di queſto ne ricerca liberazione io ottima forma.

A eſte 3. Capitulo plaze â So Mageſtad por la buena confiança, que tieoe del dicho M. Andrea Doria, y que perſeverara an ſerviçio de Su Mageſtad, para ſiempre, como Su Mageſtad lo deſea.

Più domanda, che fuora di ſua volontà non ſia aſtretto liberara quelli prigioni, nè ſudditi di Sua Ceſarea Maeſtà, che reſtano io Gallera, ma da ſe promette dargli libertà a cambio di uno ſchiavo, ovvero di uno condannato dalla giuſtizia per la vita.

A eſte 4. Capitulo plaze a Su Mageſtad que aſsi ſe haga, y deſſea ſaber la calidad, y nno de ſus ſuditos, que eſtan en las dichas Galeras, para cobrarlos â tantas vezes, que Su Mageſtad quiſiere, y con al eſcambio conforme â eſte Capitulo.

Più domanda condotta per dodici Galere, con quale promette bena, e fedelmenta ſervire à S. M. C. in ogni parte, e contro d'ogn'uno dove ſarà il ſervizio di quella, in ordine d'Artiglieria, Vele, Sartie, & ogn'altro biſogno tanto da Guerra, co-

me da navicare, buomini da remo, e gente di cavo a ſufficienza, come ſi contiene per ſervire ad un tanto Prencipe, e per mantenimento di quelle, e per ſua provigione inſieme, domanda ſeſſanta mila ſcudi d'oro di Sole, o la valuta ogn'anno, pagati ogni due meſi, & al principio del meſe, e non havendo da sè da poter mantenere dette Galere, ricerca promeſſa di Mercadanti ſufficienti, che s'obblighino di pagare, come è detto, ovvero aſſignamenti in ſua ſoddisfazione, acciò che per mancamento di denari, non ſia coſtretto a mal ſervire.

A eſte 5. Capitulo plaze â Su Mageſtad, que aſsi ſe haga, y obſerva, y deſde agora dara la orden, y recado, que no aya, ny avra falta en el cumplimiento dello.

Più domanda titolo di Capitano, e Loco-Tenente Generale per S. M. C. ſopra le Galere di quella, e ogn'altro legno armato, qual ſi trovaſſe in ſua compagnia, con quella autorità, e condizione, che a tal loco, e titolo ſi conviene, ſecondo ſi troverà, che ſuoi predeceſſori habbino havuto, & ultimamente il Sig Don Ugo.

A eſte 6. Capitulo plaze â Su Mageſtad por la buena eſtimaçion, y confiança, que tiene en la perſona del dicho M. Andrea Doria, al qual deſde agora mandara deſpachar la patente de ſu Capitan, y Lugar Theniente General, conforme al que tenia de ſu Mageſtad el Illuſtre Don Ugo de Moncada.

Più domanda d'haver nel Regno di Napoli ſtanza per lui, e ſua Caſa, che habbi porto di Mare per ſicurezza delle Galere, ancorchè da potergli ſtare appreſſo, e tanto per queſto, come per l'aria, a lui ſaria ben caro, e giudicaria commoda la ſtanza de Caete, havendone lo governo, però in ſoddisfazione di S. M., e quando a quello non piaceſſe, domanda alcun altro luogo in eſſo Regno convenevole a lui.

A eſte 7. Capitulo plaze â Su Mageſtad, y ſe eſcrivira deſde agora al Illuſtre Principe Doranges ſu Viſo Rey de Napoles, y Capitan General, para que conforme a eſte Articulo provea al dicho M. Andrea Doria de algun lugar â el conveniente, pues por agora no ſe le puede dar Gaeta, por ſer en las manos de perſona tan benemerita que es.

Più domanda, che non oſtante ogni proibizione in contrario, poſſa cavar di Sicilia, o Puglia, come più le accomoderà dieci mila Salme di Grano, ſenza maggior gravezza del ſolito, e quelli far condurre dove troverà meglio, per proviſione, e mantenimento di ſudette Galere.

A eſte 8 Capitulo plaze â Su Mageſtad, y para el effecto de eſta trata mandara deſpachar las proviſiones neceſſarias, y en las partes de Sicilia, Cerdeña, y otras donde avra mas comodidad, como ſe acoſtumbra hazer â los Criados de Su Mageſtad.

Più domanda, che li ſia provveduto di balle, e polvere per l'Artiglieria delle Galere, ſecondo ſarà neceſſario adoperarle in ſervizio di S. M. C. ſicome in altre bande s'è havuta.

A eſte 9 Capitulo plaze â Su Mageſtad y para eſto es contento de dar, deſde agora cada año dos mil y quatrocientos Eſcudos del Sol, que es lo que es neceſſario.

Più domanda, che l'obbligo di queſto ſervizio cominci al primo di Luglio del MDXXVIII., al qual tempo ha preſo licenza dal Re Criſtianiſſimo, e che abbia a durare due anni fermi, ed integri, ne che durante Sua M. C. li poſſa dare licenza, ne lui domandarla, ſalvo in caſo, che non foſſe ſoddisfatto de' ſuoi pagamenti al tempo debito come ſopra, o che veramente S. M. C. ſi conduceſſe a far pace col Re Criſtianiſſimo.

A eſte X. Capitulo plaze â Su Mageſtad.

Più domanda, che occorrendo fare alcuna fazione d'importanza contro ſuoi nemici, e che biſognaſſe mettere ſopra le Galere maggior numero de Fanti, oltre il ſuo ordinario, in tal caſo, che li ſia conceſſo poter fare ſino al numero di 50. Fanti per Galera, alle ſpeſe di S. M., ovvero, che quella, o ſuoi Agenti glieli faccia dare, ſecondo che ſi vedrà eſſere neceſſario.

A eſta XI. Capitulo plaze â Su Mageſtad, y ſe eſcrivira al Principe Doranges ſu Capitan General, para que aſſi ſe haga.

Più ſupplica S. M. C, che delli primi Veſcovadi, o altri Beneficj vacaranno sì in Spagna, come nel Regno di Napoli, o altri Luoghi ſoggetti a quella, a fargli grazia per uno ſuo Parente ſino alla ſomma di Scudi 3000. d'intrata, o più, ſecondo ſarà il buon voler di quella.

A eſte XII. Capitulo y ultimo Su Mageſtad tiene ya reſpondido al dicho M. Eraſmo Doria con razon, y honeſtidad â ſu contentamento.

Promite el dicho M. Eraſmo Doria por virtud del poder que tiene, aſſi en ſu nombre, come en nombre del dicho M. Andrea Doria, que el dicho M. Andrea Doria jurara, y ratificara todos los dichos Capitulos arriba inſertos, y los guardara, y obſervara enteramente, y inviolabilmente en lo que â el toca, y ſegundo ſu forma, y tenor, ſin hazer ninguna coſa en contrario directamente, ny indirectamente, y que dentro de tres meſos primeros venideros embiara, y hara dar en manos de Su Mageſtad ſus letras ratificatorias en forma devida, firmadas de ſu nombre, y mano, ſelladas con ſu Sello, y refrendadas de perſona autentica. Fecha en Madrid â diez de Agoſto de MDXXVIII. Años.

Aſſi firmados Don Juan Manuel N. Perrenot. F. de Rrupt. Juan Laleman. E. Doria.

Porende dezimos, que nos haviendo viſto, y bien entendido lo ſuſo dicho, y con accuerdo de los del nueſtro Conſeyo de Eſtado, avemos el todo comfirmado, ratificado, y aprovado, comfirmamos, ratificamos, y aprovamos por eſta preſente, ſegundo ſu forma, y tenor arriba inſerta, y prometemos en fee de Emperador Criſtianiſſimo, y Rey Chatolico â quellos cumplir, y mandar cumplir, entretener, guardar, y obſervar inviolabilmente en lo que â nos toca, ſin contravenir en ello por alguna manera directa, ny indirectamente, con tanto que el dicho M. Andrea Doria lo ſemejante tambien por ſu parte, y jurara, y ratificara, la obſervacion, y entretenimiento de lo ſuſo eſcrito, y â eſte efecto dentro de tres meſos primeros venideros embiara, y hara dar en nueſtras manos

ſus

ſus letras ratificarorias, en forma devida, ſelladas con ſu Sello, firmadas de ſu mano, y de perſona autentica. Fecha en Madrid Villa nueſtra â 22. dies del mes de Agoſto Año de mil, y quinientos, y veynte, y ocho.

CAROLUS
Cæſ. & Cat. M. mandato Laleman.

CC.

PACTORUM PROROGATIO,

Et additio 1530. 10. Martii.

EX EODEM ARCHIVO.

Y Porque aviendo el dicho Illuſtre Capitan veoido â nueſtro ſerviçio conforme al dicho aſſiento nos ha ſervido con las doze Galeras en el contenidas, y con otras tres, que ſon quinze, las qoales trahe al preſente en nueſtro ſerviçio, y avemos ſuſo del aſsi en oueſtra paſſada de Barzelona â Genova, como en otras coſas muy grandemente ſervido, y conozemos que ſu perſona con las dichas Galeras es muy provechoſa â nueſtro ſerviçio; y por la ſingular confiança, que del tenemos por el afeçion, que por experiençia ſe ha viſto tener â nueſtra horra, y ſerviçio, avemos concertado con el que el dicho aſſiento ſe prorogue por otros dos años, que ſe coentan deſde ſer cumplidos, y paſſados los dos primeros años del dicho aſſiento, con las declaraçiones, y limitaçiones ſiguientes &c.

Primeramenre que Yo haga cumplir, y pagar al dicho Capitan Andrea Doria lo qua monta en las quinze Galeras, con que hagora nos ſirve al reſpeĉto de lo qua eſta aſſentado, que ſe pague en las doze Galeras, como haſta â qui ſe ha pagado, haſta que ſean cumplidos los dos años primeros del dicho aſſiento, y para dande en adelante, yo he por bien y me plaze de crezer el partido de las dichas Galeras, y de dar para cadauna dellos quinientos Ducados cada mes, en lo qual contra lo que ſe da por el dicho aſſiento de mas de lo principal para Pelotes, y polvera para la dicha Artilleria, que ſobre todo ſe creçe en las dichas quinze Galeras doze mil Ducados cada año, de manera qne monta toda la paga dellas noventa mil Ducados cada año, por la de cada dos meſes qninze mill Ducados, los quales ſe le han de pagar de dos, en dos meſes, al principio de cada mer de los dos meſes los dichos quenze mill Ducados, de manera, que ſea bien pagado, para que las dichas Galeras me puedan bien ſervir, lo qual ſe aya de hazer en Barzelona, ô en otra parte, que ſea comoda al dicho Capitan, y el ha de ſer obligado â nos ſervir coo las dichas quenze Galeras, teniendoles armadas, y apunto, con el cumplimiento de Gente, Artilleria, muniçiooes, y otras coſas neceſarias para eſtar como deven, conſorme al Capitulo, que ſobre eſſo habla.

Item, qne el primier Capitulo del dicho aſſiento que habla ſobre la reſtituçion de Genova en ſu liberdad, por quanto ya eſta reſtiroida en ella, y ſe entienda, qne a quela Republica y los Civtadanos della, y ſu juriſdiçion ſean conſervados, y mantenidos por nos en la liberdad, que al preſenre tienen, guardandoſe, y conſervandoſe nueſtra autoridad, y prehemineançia Imperial, y que mandaremos por oueſtra patente â todos oueſtros Capitaneos, y Miniſtros, aſsi de Mar, como de Tierra de qualquiera grado, y condiçion, que ſea, que aviendo oeceſſidad la defiendan de toda perturbiçion, que contra la dicha Republica, y juridiçion, y Civtadanos della ſe tenrare.

Otro ſi por quanto yo hize merced al dicho Capitan de la ſaca de diez mill Salmas de grano de Sicilia, y Cerdeña, y otras partes, como pareçe por los dichos Capitulos, lo qual por empedimiento no yado acabar de ſacar, y le faltaron dos mill Salmas, que por eſto, y por le hazer merçed, por que meyor yueda teoer proveydas ſus Galeras, y lo mandare dar las proviſiones, que ſean meneſter, para qua las dichas dos mill Salmas, que le ſaltaron por ſacar ſe cumplan, y de mas de aquellas nueva licerçia para ſcar otras ſeia mill Salmas, que ſean por todas ocho mill las quales pueda ſacar en aſte año, y en el primiero venidero de quinientos y treyata y uno en cada año la metad, por que como dicho es pueda tener meyor proveydas las Galeras.

Irem, que eo lo del Capitulo, que habla ſobre la Gente que ſe ha de crecer para en caſo de neceſſidad, que pues Su Mageſtad tantu el ſueldo para las dichas Galeras, que el dicho Capitan ſea obligado ales rraher ran en orden, como ſea meneſter, pero para ſolamente un caſo de hecho breve Su Mageſtad ſea obligada ale fornezer los dichos ombres, conforme al dicho Capitulo.

Item, que la obligaçion de los dichos dos años, que ſe protogan, ſean firmes, y enteros, durante los quales Yo oe pueda dar licençia al dicho Capitan, ny el demandarmele ſino ſervirlos enteramente como dicho es, ſalvo en caſo, que el no fuere ſatisfecho de ſus pagamientos al tiempo arribe declarado.

Item, que en todo lo demas el dicho aſſiento ſe guarde, y compla como en el ſe contiene.

Y otorgando, y ratificando, y jorando de nuevo el dicho Capitan M. Andrea Doria el dicho aſſiento de ſuſo excorporado,

do, con las declaraçiones, y limitsçiones arriba annadidas, y dichas, y obſervando, y eumpliendo por ſu parte, por lo que le toca, en todo el contenido, por la preſente prometemos por nueſtra lee, y palabra Imperial, y Real, que guardsremos, ternemos, y manternemos, y mandaremos, y haremos guardar, y cumplir, y executar todo lo que de lo contenido con el dicho aſſiento, y capitulaçino de ſuſo eneorporado, y en las dichas limitaçiones, y declaraçiones arribe dichas á nos toca de guardar, y cumplir, ſinque eo ello haya falta alguna, y que no yremos, ny vernemos contra ello directe, ny indirecte por alguna manera. Dat. en Boloña X. Ung. de Marzo de mill y quinientos y treynta años. CAROLUS

Por mandado de So Mageſtad Comes Comiſ. Mayor.

DD.

Sponſalium contractus inter Marcum Antonium de Carreto Andreæ Doriæ Privignum, & Dominam Johannam Antonii de Leyva Principis Aſculani Filiam; & donatio Principatus Melphitani ab eodem Andrea memorato Privigno ſuo facta, cum approbatione Caroli V. Imperatoris.

Ex Archivo publico Sereniſſimæ Reipublicæ Genuenſis.

IN Nomine Domini Ameǹ. Deo optimo maximo auſpice, quod felix, fauſtumque ſit. Junxerunt ſe duo magna fulmina belli terreſtis ſcilicet, ae maritimi, Illoſtriſſimi videlicet Principes Melſi, & Aſenli, ut Chriſtiana Religio multis jam annis ab Infidelibus oppreſſa fines ſoos propagare, ac in omnem terram ſonum emittere terra, marique facilius poſſet; eum autem ſtrictius vineulum ab affinitare contracta connectetur decreverunt prælati Illuſtriſſimi Principes, ut matrimonium contraheretur inter Illuſtrem Dominam Joannam ejuſdem Illoſtriſſimi Principis Aſculani filiam legitimam, & naturalem primogenitam, ac Illuſtrem Dominum Marcum Antonium Carretum, qui amodo in antea de familia de AURIA nuncupabitur, ipſius Illuſtriſſimi Principis Melſi privignum, quapropter memorati Illuſtriſſimi Principes ſingula infraſcripta ſubſignati tenoris manu propria ſubſcriptura, ac eorum ſoliti ſigilli fide corroborarunt, quorum tenor ſequitur ut infra.

Io ANDREA DORIA Principe di Melſi &c. In oſſervazione della pratica movuta per il Signor Comendator Gomez Suarez de Agura Ambaſſator di S. M. in Genova de affinità, e parentela tra lo Signor Prencipe de Aſcoli Anton de Leiva, a me, cioè di maritar la Sig. D. Giovanna figlia del detto Sig Prencipe d'Aſcoli in Marc' Antonio del Carretto figlio della Principeſſa mia Moglie, reſto contento, e molto ſodisfatto di detta pratica, e parentado, e per adempimeoto di queſto nomino il detto Marc' Antooio mio herede, e ſucceſſore del Principato di Melſi, e di totte l'altre pertinenzie ſpettaoti al detto Prioeipato, da ehe S. Maeſtà mi ha fatto merecde, e per quella conceſſione, ehe S. Maeſtà ſi è degnata farmi, ehe non havendo figlio herede nato, e geuerato da me, poſſa in vita mia conſtituire, a nominare uno, nomino, e conſtituiſco il detto Marc' Antonio, e eosì ſupplico S. Maeſtà ſia eontenta non ſolo haverlo per bene, ma conſermarlo, che lo riceverò per altra grazia particolare, e per maggior di queſto mi conrento, ed obbligo, accompagnati che facanno li ſopradetti Donna Giovanna, e Marc' Antonio inſieme, d'aſſignare, e deputare quella parte d'entrata per il mantenimento loro, ehe parerà eonvemente, ed honeſta, con patto, ehe eſſo Marc' Antonio laſci il Cognome della Caſa del Carretto, e prendi il mio della caſa d'ORIA, ed in fede, e teſtimonio di quauto ſopra, ho fatto ſcrivere la preſente da Camillo mio Secretario, e ſottoſcritta di mia propria mano, a ſugillata del mio ſigillo, data in Genova alli XXV. di Giugno MDXXXIII. Jo. Andrea Doria affermo quanto ſopra, e prometto il detto di ſovra. Io Antonio di Leiva Prencipe d'Aſcoli en obſervaçion de la pratica movida per Gomez Suarez de Figuera Ambaxador de S. Mageſtad en Genova col Señor Principe de Melſi prometo de dar á my hija D. Ivena por Muger á Marco Antonio del Careto hijo de la Seño-

ra

ra Princeſſa de Melfi Muger de lo dicho Señor Principe de Melfi le pareçiere le prometo de dar eo dote veynte mill Eſcudos del Sol, los quales le pagere al tiempo que el dicho Señor Principe de Melfi le pareçiere, y aſſi miſmo prometo de esborzar todo lo que eo eſte caſo en mi nombre fuera prometido por el dicho Ambaxadot Gomez Suarez de Fignera, ó por el Maeſtro de Campo Pedro de Guevaras, lo que prometo de cumplir, y guardar firmamente, y á eſte effecto bize eſcrivir por mano de Antonio de Salamanca mi Gentilhombre con la firma de mi nombre, y ſe ſelle con el ſello acuſtumbrado de mis armas. Cecha en Ponreharture eo el Marguoſado de Mon ferrara á veynte dias del mes de Junyo de Mill y quioyentos y trenta tres años &c. Antonio de Leyva.

Poſtmodum autem Sacre Cæſarea, & Catholica Majeſtas Invictiſſimi Caroli Quinti Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti gratiſſimam habens memoratam affinitatem contrahendam, libenti animo ſuum aſſenſum præſtitit, cujus tenor ſequitur, ut infra.

Carolus Divina Favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Rex Germaniæ, Joanna Mater, & idem Carolus Dei gratia Reges Caſtellæ, Aragonum, utriuſque Siciliæ, Jeruſalem, Ungharıæ, Dalmatiæ, Scotiæ, Legionis, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galitiæ, Majoricarum, Iſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Muriæ, Grevii, Algarbis, Alpaziæ, Gibeltaris, Inſularum Canariæ, Inſularumque Indiarom, & terra firma maris Oceani. Archiduces Auſtriæ, Dux Burgundiæ, & Brabantis, Comes Barchinionæ, Flandriæ, & Titolr, & Dominus Vezeajæ, & Molinæ, Dux Athenarom, Haſpatiæ, Comes Roſſiglıani, & Ceritamiæ, Marchionis, Oriſtani, & Gotiani &c.

Recognoſcimus, & notum facimus renore præſentium univerſis, quod cum legitimis actibus debeat annuere Principum . . . iiſq; permaximè ſavere quod bonum matrimonialis copulæ complexuſque, ac fœderis conjugalis ſavorem contraxerunt, ac nuper pro parte illuſtrium fideliom nobis dilectorum Aodreæ de Auria Principis Melfi Conſiliarii ac in mari Mediterraneo Capitanei noſtri Generalis, & Antonii de Leyva Principis Aſculi Ligæ deſcaſivæ Italiæ Capitanei Generalis, & Conſiliatii noſtri fuerunt nobis reverenter expoſita ipſorum tractatum & matrimonium inter nobiles Marcum Antonium de Careto dicti Illuſtris Principis Melfi prævignum, ex Illuſtre nunc Conſorte ſua legitimè genitum, nobilemque Joannam de Leyva Principis prædicti Aſculani filiam concluſum fuiſſe, propter quod dicti matrimonii conſervatione prædictum Principem Andream de Auria nominaſſe dictum Marcum Antonium heredem, & ſucceſſorem ſuum in Principatu Melfi, tam cum redditu ipſi prius à nobis conceſſo, quam cum eo quatuor millium Ducatorum monetæ, quæ in Civitate Barchinonca nuper ſuperadmiſimus, quæ omnia in feudum immediare, & in capite pro noſtra Regia Curia obtinet; idque in vita, & virtute facultatum per nos eidem Illuſtri Principi Andreæ Doria in privilegio dicti Principatus attribut., videlicet ut poſſet

nullo ſibi exiſtente filio legitimo ſuam heredem, & ſucceſſorem in eodem ſtatu tam in vita, quam in mortis articulo nominare, & ordinare, hujus matrimonii corroboratione dictum Illuſtrem Principem Melfi ſe obligaſſe, quod quam primum iidem Marcus Antonius, & Joanna de Leyva ſimul conjuncti fuerint, eiſdem aſſignabit, & conſtituerit illam partem reddituum annuorum, ſive eotratæ, quæ ad ipſorum ſobſtentationem, & alimenta videbitur conveniens, & honeſta; ſub ea tamen lege, quod dictus Marcus Aotonius relicta Familia del Caretto, Cognomen Familiæ de AURIA aſſumat, ex illaque cognominetur, & quod propterea dicti Illuſtres Principes nobis humiliter ſupplicaverunt, ut pro ejuſmodi Matrimonii robore dictam nominationem per ipſum Principem, ut ſupra, factam denuo acceptare, confirmare, & approbare, & quatenus opus eſſet ſuper eadem, & ſuper obligatione fienda noſtrum aſſenſum, Regiumque beneplacitum præſtare dignaremur. Nos eorumdem Principũ tempore de nobis benemeriturum votis libenter annuere cupientes, eorumdem ſupplicatione benignè ſuſcepta præſentium tenore ex certa noſtre ſcientia, & noſtri Regii . . . . . nos aſſiſtentes Conſilii, maturè accedente deliberatione ex gratia ſpeciali Regiaque authoritate noſtra, noſtre nominatione prædictam per eundem Illuſtrem Andream de Auria Princip. Melfi, ut præmittitur factam in vita privilegis, & facultatis per nos ipſi attribus., quod hic habere volumus pro expreſſo, & ſpecifice declarata, non ſolum confirmamus, approbamus, laudamus, ratificamus, & validamus, verum etiam, quatenus opus eſt, eidem nominationi, & obligationi ut præfertur fienda, dum tamen rite, recteque procedatur, naturaque feudi in aliquo non mutetur, atque in hia dicti noſtri privilegii forma obſervetur ex eadem authoritate noſtra aſſentimus, & conſentimus, noſtræque confirmationis, approbationis, & ratificationis munimine validamus, & roboramus, volentes eandem nominationem prædicto Marco Antonio, ſuiſque heredibus, & ſucceſſoribus, juxta formam prædicti noſtri privilegii ſtabilem, & realem, validam, & firmam eſſe, nullumque in Judiciis, aut extra dubietatis objectum defectus incommodum aut . . . . . & cujuslibet ulterius detrimentum ſentire, ſed in ſuo ſemper robore, & firmitate perſiſtere, fidelitate tamen noſtra feudali quoque ſervitio, ſeu ad hoc noſtris noſtriſque aliis & ulterius Juribus reſervatis &c. Adjicimus etiam quod præſens aſſenſus circa naturam negotii, tam quo ad obligationem bonorum, ſi quæ fiat, quam quo ad reliqua, intelligatur conceſſus eo modo, & forma, quibus in ſimilibus caſibus per nos . . . . . . ſunt ſoliti pro Regia noſtra Curia indemnitate, in cujus rei teſtimonium præſentem fieri juſſimus noſtro magno negotiorum citerioris Siciliæ Regni ſigillo . . . . munitur. Data Montioni die **XXIIII.** menſis Septembris anno à Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo tertio, Imperii noſtri anno quintodecimo, Regnorum autem noſtrorum videlicet Regionæ Caſtellæ, Legionis, Granatæ trigeſimo, Navarræ decimo nono, Aragonum, utriuſque Siciliæ, Jeruſalem, & alio-

aliorum decimo octavo, Regis vero omnium A
decimo octavo. Yo el Rey.

Cum aotem aſſenſua exp. jam promiſſa riparitaretur à prædicta Cæſarea Majeſtate iuterim memoratus Illuſtria Princeps Melfi rediena à faciliſſima victoria ſuecurſua . . . procuravit, volente Illuſtriſſimo Principe Aſculi, ut memoratæ nuptiæ eelebrarentur in Civitate Gajetæ, & qui ita celebratæ fueruur, & matrimonium conſummatum.

Modò autem per proficiendas eaeeutiones omnium conveutionatorum memoratus Illuſt. D. Antouiua de Leyva Princepa Aſculi, & ſanctiſſimi fœderis . . . . in Italia Capitaoeus Generalis pro dote, &
. . . . . . memorarę Illuſtris Dominæ Jo- B
aunæ filiæ ſuæ . . . .

Sponte &c., & ex ſua eerta ſcientia, nulloque juris, vel facti errore ductua, ſeu modo aliquo eircumventus, ac omui meliori modo, via, jure, & forma, quibus melior potuit, & poteſt, promiſit, & pro mittit dictam ſummam ſcutorum viginti millium auri in auro ſolvere præfato Illuſtri D. Mareo Autonio, ſeu legitimæ perſonæ pro ipſo ad omuem ipſioa Illuſtris D. Marci Autonii requiſitionem; ita quod pro cautione dictæ dotis ipſæ pecuniæ implicentur, & implicari debeant in aliqua proprietate, aut Caſtro redditus, vel juriſ-
dictiooe in Regno Neapolitano, vel alibi, C
ſecundum quod eommodius, vel utilius reputabitur, ut ex redditibus inde comparentibus facilius poſſit oneribus matrimouii conſultum, & proviſum iri; qui quidem redditus, & buna acquirenda ut ſupra permaneant pro ſpeciali cautione dictæ dotia, & ulterius pro eadem eautione memoratus Illuſtris D. Marcus Antonios major annis viginti ætatis veniam eonſequutus, prout conſtat publico Inſtrumento ſcripto, & recepto per me Notarium infraſcriptum hodierna die. Per ſe, & ſuos heredea ut ſupra adveniente caſu dotis petendæ, ſeu repetendæ (quod Deus avertat) promiſit,
& promittit dictas dotes reſtituere more D
Magnatum, Comitum, & Barouorum Regni Siciliæ citra Farum inter Francorum, & more Magnatum viventium eum conſtitutione autefacti, ſicut exeitant pro integra tertia parte dictarum dotium lucri fi-cienda ſecundùm dictum uſum, & conſuetudinem dictorum Magnorum Comitum, & Barouorum dicti Regni, obligando etiam ſpecialiter ad omnia jura Principatus Melfi, & redditruum donatorum per prædictum Illuſt. Principem Melfi, de quibus infra; Ita tamen quod ſpecialis obligatio non deroger generalitati, nec è contra, cui quidem obligationi idem Illuſt. Princeps Melfi
conſenuit reſpectu dictorum jurium, ac E
etiam uſusfructus ſibi reſervandi, & ſupplicant ambæ partea Cæſareæ Majeſtati, ut præſcriptam obligationem reſpectu cautionia dictæ dotis, & antefacti perpetuò ratam habere velit, non obſtanre, quod jura dicti Principatus ſint feudalia, derogando conſtitutionibus feudorum in opportuna forma, & hoc quatenus bona acquirenda ex peeunia dotalibus, ut ſupra, non ſuffieerent pro cautione, & reſtitutione dictæ dotis, & autefacti, prædicta omnia, & ſingula acceptante, & ſtipulante me Not. infraſcripto, uti perſona publica officii publico nomine,

ac vice prædictæ Illuſtris Dominæ Johannæ, & etiam omnium, & ſingulorum, quorum intereſt, intererit, & intereſſe poterunt, quomodolibet in futurum.

Illuſt. autem D. Andreas Doria Princeps Melfi, ſponte, & ex eerta ſcientia, nulloque juris, & facti errore ductus, ſeu modo aliquo circumventus, ſed omni meliori modo, via, jure, & forma, quibus melius potuit, & poteſt

Habitâ notitiâ dicti aſſenſus prælibatæ Cæſareæ, & Catholicæ Majeſtatia, ejuſque verbis lectis, & intellectia proteſtatur, quod memoratus aſſenſus expeditus fuit à Cæſarea Majeſtate volente, & inſtante ipſo Illuſtriſſimo Principe Melfi, & nominationis ab eo factæ à præſato Illuſtri D. Marco Antonio ratam habet, intelligendo quod nominatio ſit tamquam ab herede particulari reſpectu dicti Principis, & additionis factæ per Majeſtatem Cæſaream eum omnibua juribus addendo, & cumulando contemplatione dicti matrimonii contracti, & virtute dicti aſſenſus eidem Illuſtri D. Mareo Antonio, titulo donationis puræ, meræ, irrevocabilis inter vivos donat omnia jura dicti Principatus Melfi eum omnibus Civitatibus, Caſtris, Feudis, Subfeudis, Caſalibus, Locis, Villis, ac redditibus quibuſeumque ad Baroniam ſpectantibus, prout ipſe habet titulo conceſſionis ſibi factæ per Cæſaream Majeſtatem, necnon additionem etiam ſibi noviter factam per prælibatam Cæſaream Majeſtatem ſingulo anno percipiendam ſuper fruitionibus fiſcalibus, & juribua focular iorum dicti ſtatua Melfi, & de qua eonſtat privilegio, & literis præfatæ Cæſareæ Majeſtatia datis in Civitate Barchinoniæ anno præſenti die . . . . . ſalvo, & reſervato titulo, & uſufructu integro pro ipſo Illuſtriſſimo Principe Melfi, durante ejus vita, ita quod ipſe Illuſt. D. Marcus Antonius, durante vita Illuſtriſſimi D. Principis Melfi non poſſit gaudere aliquo emolumento præſentis donationis, niſi aliter ipſi Illuſtriſſimo Principi de novo viſum fuerit, durante ejuſdem Illuſtriſſimi Principis vita provideretur ipſo Illuſt. D. Marco Antonio præſenti, & ſtipulanti pro ſe, heredibus, & ſueceſſoribus ſuis juxta formam, & tenorem aſſenſus præfatæ Cæſareæ Majeſtatis, de quo ſupra.

Qui quidem Illuſt. D. Marcus Antonius volens conditionem memoratam purificare, id quod valde optat pro ſpeciali gratia ſibi conceſſum reputans, ex nunc renunciavit, & renunciat virtute præſentis Inſtrumenti cognomen, & familiam Carrettorum, ex qua oriundus eſt, & ſibi libenti animo aſſumpſit cognomen, & familiam de Auria, ut perpetuis temporibua ipſe, & deſcendentes ſui nominentur DE AURIA, & utantur inſignibus familiæ DE AURIA, prout ipſe Illuſtriſs. D. Princeps Melfi utitur non minus quod ſi ex eo legitime nati, & procreati fuiſſent, renunciantes prædicti Illuſtriſs. Princeps, & præſatua Illuſt. D. Marcus Antonius, & quilibet eorum reſpectivè exceptioni ſupraſcriptorum promiſſionis, obligationis, donationis, renunciationia, & aliorum omnium, de quibus ſupra per ipſas reſpectivè, prout ſupra, non factorum, & non factorum, reique ſic pro ut ſupra, & infra non eſſe, vel non fuiſſe,

ſe, ſeu ſic non ſe habentis; vel aliter ſe habentis doli, mali, metus in factum actioni, conditioni ſine cauſa, vel ex injuſta cauſa, & omni alii juri &c. quæ omnia, & ſingula ſupra ſcripta, ipſi Illuſtriſs. Princeps, & Illuſt. D. Marcus Antonius promiſerunt, & ſolemniter convenerunt ſibi ipſis hinc inde reſpective, & ſingula ſingulis congruè referendo, & etiam mihi Not. quo ſupra nomine ſtipulanti, nec non ſtipulantibus, ac etiam juraverunt, videlicet dicti Illuſtriſs. Princeps Melſi, & dictus Illuſt. D. Marcus Antonius ad Sancta Dei Evangelia, tactis corporaliter ſcripturis; dictus verò Illuſtriſs. Princeps Aſculi Commendatarius Divi Jacobi à Spata in pectore ſuo more Religioſorum? habere perpetuò, & tenere rata, grata, valida, & firma attendere, complere, & adimplere, ac effectualiter obſervare, & contra in aliquo ullo umquam tempore, facere, dicere, allegare, vel venire aliqua demum ratione, occaſione, vel cauſa, quæ modo aliquo, vel ingenio, de jure, vel de facto, dici, ſeu excogitari poſſit, etiam ſi ſine jure poſſet &c. ſub pœna dupli totius ejus, & quanti de quo, de quanto contrafieret, vel, ut ſupra, non obſervaretur, & cum refectione, & reſtitutione omnium, & ſingulorum damnorum, intereſſe, & expenſarum, quæ propterea eſſent, ſeu fuerunt litis, & extra ſolemni ſtipulatione præmiſſa &c. Datis nihilominus, & firmis ſemper manentibus omnibus, & ſingulis ſupradictis &c. & proinde, & ad ſic, prout ſupra, reſpectivè adimplendis, & effectualiter obſervand. præfati Illuſtriſs. Princeps, & dictus Illuſt. D. Marcus Antonius ſibi ipſis ad invicem præſentibus, & reſpectivè ſtipulantibus, prout ſupra, ac mihi Notario ſtipulanti, ut ſupra, pignori obligaverunt, & hippothecaverunt omnia, & ſingula ipſorum, & cujuslibet ipſorum reſpectivè bona præſentia, & futura, mobilia, & immobilia, burgenſatica, & feudalia aſſenſu Regio pro feudalibus ſemper ſalvo, & reſervato.

Quibus omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis Magiſtratus Juris utriuſque Doctor Dominus Bartholomæus Albezuris è Civitate Caſelli Poteſtas Civitatis Januæ ſedens in loco infraſcripto, quem locum ſibi ad hunc actum pro idoneo, juridico, & competenti elegit, & deputavit, cauſa prius plenè cognita, authoritate publica, & ex Officio Magiſtratus, ſuam, & excelſæ Reipublicæ Genuenſis auctoritatem interpoſuit pariter, & decretum, & ſupradictam donationem inſinuavit, & inſinuat &c. Laudans &c. Statuens, pronuncians, & decernens ſupraſcriptum Inſtrumentum promiſſionis, obligationis, donationis, & renunciationis, ac omnia, & ſingula in ipſo contenta validum & firmum, ac valida, & firma eſſe, ac habere, obtinereque debere perpetuam vim, ac roboris firmitatem, ipſumque, ac ipſa infringi, tolli, violari, ſeu revocari non poſſe aliqua demum ratione, occaſione, ſeu cauſa, quæ modo aliquo vel ingenio de Jure, vel de facto dici, ſeu excogitari poſſet. De quibus omnibus, & ſingulis ſupraſcripti ſæpe denominati Illuſtriſs. Princeps, ac dictus Illuſt. D. Marcus Antonius rogaverunt, dictus verò Magnif. D. Poteſtas mandavit per me Notarium infraſcriptum hic præſens publicum confici Inſtrumentum.

Actum extra Januam in Palatio præfati Illuſtriſs. Principis Melſi, ſito prope Portam Sancti Thomæ dictæ Civitatis Januæ, videlicet in quadam Camera exiſtente in Sala dicti Palatii, quæ in aſcenſu ſcalarum dicti Palatii eſt in dextro cornu, & quæ Camera proſpectum habet in via publica. Anno Dominicæ Nativitatis Milleſimo quingenteſimo trigeſimo tertio Ind. ſexta ſecundùm Januæ curſum, die Martis XII. Octobris in veſperis, præſentibus Magnif. Juris utrinſque Doctore D. Philippo Arquinto, & Magnif. D. Jo. Petro Cicouis Mediolanenſibus, ac Nobilibus Viris D. Stephano de Grimaldis Ritio, Auguſtino de Auria &c. D. Joannis Oberti, & Baptiſta Pinello Adurno D. Baldaſſaria Januenſibus, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

Ex fol. Inſtrumentorum receptorum per nunc quon. D. Joannem Jacobum Cibo Peirano in Arch. Ven. Collegii DD. Not. Genuæ.

Animadverſiones quædam ad Hiſtoriam conjurationis Fliſcorum ſpectantes,

ANONYMO AUCTORE;

Ex MSto Codice Bibliothecæ Ambroſianæ Sig. f. R. *num.* 95.

A „ OLtre quel tanto, che mi ritrovo ha-
„ ver già ſcritto à Voſtra Eccellenza
„ intorno all' haver dedicato all' Illuſtriſs.
„ nome ſuo quel libretto mio, mi reſta da
„ dirle alcuna coſa à fine di levarmi d'a-
„ doſſo la colpa, nella quale potria facil-
„ mente parere à ciaſcuno, ch' io foſſi in-
„ corſo in haver poſto mano a ſcrivere
„ Iſtoria già da tant' altri, & ſpecialmen-
„ te dal Foglietta, che ne hà laſciato un
„ libro particolare; & dal Sigonio, che
„ nella vita del Principe Andrea d'Oria ne
„ hà trattato diligentiſſimamente, uomini
„ di tanto nome, e da tanto ſtimati dal
B „ Mondo in ſimil eſercitio; Percioche troppo
„ groſſa ignotanza ſaria la mia in voler
„ dire, di non haverne havuto notizia, e'l
„ confeſſare d'haverla havuta, perche mi
„ condanni ſenz' altro di arroganza, e di
„ temerità, quaſi che mi ſia dato a credere
„ di poter mettermi in concorrenza con
„ perſone tali in materia di lettere; Ma
„ veramente ſe ben mi conoſco inferiore
„ a ciaſcuno, & alli due ſopranominati
„ maſſimamente in queſta profeſſione, ſapen-
„ do molto bene d'haver ſpeſo i miglior
„ anni in Corte in ſervitio di Signori ope-
„ rando & non ſtudiando; Nondimeno que
C „ ſto poſſo ancora affermare, d'eſſermi in-
„ gegnato ſempre di fuggir la colpa d'arro-
„ gante, e di temerario in qualunque coſa,
„ & di haverla per avventura fuggita an-
„ che in queſta, come confido che ſarà per
„ giudicare ciaſcuno, che mirerà la coſa
„ un poco più a dentro che alla ſcorza ſo-
„ la di fuori, la quale nondimeno non ſo
„ no al preſente per prendermi altra cura
„ di aprir loro più di quello, ch' ella ſi
„ dimoſtri per ſe ſteſſa, per queſto maſſime
„ che non penſaſte alcuno, ch' io forſe con
„ poco buon animo verſo coſtoro mi foſſi
„ poſto a queſta impreſa, eſſendo io co
D „ ſtretto per difender la parte mia, toc-
„ care alquanto quella d'altri; Et per tutti
„ aſſai mi baſterà che Voſtra Eccellenza
„ reſti ſervita di ſaperne la verità, la qua-
„ le è queſta c'havend' io non sò quaſi co-
„ me tagliata la ſervitù mia di preſenza
„ con l'Illuſtriſſima Signora Coſtanza, &
„ con l'Eccellentiſſimo Signor Principe
„ Gio. Andrea, e reſtandone di malavoglia
„ per infiniti riſpetti, ſono di continuo
„ ſtato con penſiero, & deſiderio infinito
„ di poter così da lontano ſervir in alcuna
„ coſa, & dar ſegno della ſolita devotione
„ mia; Capitatami adunque alle mani a
„ meſi paſſati la congiura del Conte de
A „ Fieſco, ſcritta da diverſi, & particolar-
„ mente dal Foglietta, & dal Sigonio, e
„ datomi avvidamente a leggerla, aſſai pre-
„ ſto m'accorſi ch' in tutti gli Scrittori di
„ eſſa, erano due ſorte d'errori, l'uno che
„ poco informati foſſero della verità del
„ fatto, l'altro che o per poca cura loro,
„ o per malitia, narrata l'haveſſero con non
„ poco biaſimo del Signor Principe An-
„ drea & del Signor Giannettino. Et quan-
„ to al primo, me ne rendea certo a ba-
„ ſtanza l'haver tante volte udito narrare
„ queſta Congiura in Genoa da molti mol-
„ to diverſamente; & ſpecialmente dal
B „ Principe Marco Antonio mio Patrone.
„ Quanto poi al ſecondo, ciaſcuno può
„ chiarirſene a ſuo piacere. Nè mi mara-
„ vigliai punto del Foglietta, ſapendo
„ l'humor Genoveſe ch' ogniun favoriſce
„ la ſua parte & danna la contraria ſenza
„ mirare punto ad altro; Ma non potei già
„ non reſtare con molta ammiratione, che'l
„ Sigonio fuſſe pur in queſto medeſimo
„ cadato; o sì veramente che tanto a
„ me ne pareſſe; Il che mi diſpiacque di
„ maniera, che non potendo aquetarmici,
„ ancor che ſapeſſi, che a cotali teſtimonj
„ ſuol eſſer più creduta la menzogna che
C „ a' pari miei la verità, non pertanto mi
„ parve laſciar di tentare, ſe à me foſſe po-
„ tuto venir fatto di ſcriver queſta Iſtoria
„ di maniera che ajutata dalla forza della
„ verità, poteſſe non in tutto eſſer inde-
„ gna di pervenire in mano degli uomini.
„ Or quello che in ciò m'habbia operato,
„ & ſe intorno la Scrittura del Sigonio mi
„ ſia ingannato, o nò, ſupplico quanto
„ poſſo Voſtra Eccellenza a farmi gratia
„ di giudicarlo eſſa, la quale riceverei per
„ ſingolariſſima, quando inſieme mi favo-
„ riſſe di farmene ſapere il giuditio ſuo.
„ Et per queſto effetto le invio con queſta
D „ alcuni avvertimenti da me fatti ſopra
„ quanto ne hà ſcritto il Sigonio &c.
„ Il Principe Andrea d'Oria vecchio
„ d'ottant'anni, fu inganato dal Conte
„ Gio. Luigi Fieſco giovane di venticin-
„ que anni.
„ Queſto fatto così a prima faccia gene-
„ ra opinione di poca prudenza nel Prin-
„ pe, il quale & per la molta età, & per
„ ogni altro riſpetto dovea eſſer molto pra-
„ tico delle coſe del Mondo, nè punto fa-
„ cile di laſciarſi inganuare.
„ Hà però biſogno d'eſſer trattata da
„ Scrittore amorevole e diligente per ſal-
„ vare, come vuole il giuſto, e ricerca la
„ ve-

verità, quel Reverendo Vecchio, che troppo leggermente non habbia creduto, & confidato in un giovane.

Ciò ſi può fare con quanto propone il Sigonio, moſtrando che il Principe di ragione dovea confidarſi col Fieſco, come veramente dovea.

Tal confidanza potea eſſer prodotta da due coſe principalmente, l'una che'l Principe ſe l'haveſſe obbligato con molti beneſitii, altra perche il Fieſco ſi foſſe dato a conoſcere per buona perſona, ſavia, e ripoſata, e che foſſe tenuto in tal conto da ogni uno.

Et finalmente per render il Principe degno di ſcuſa, conviene che il Fieſco habbia parimente di maniere ordito l'inganno, che non ſolamente il Principe, ma qualunqu' altro ci ſaria rimaſo colto.

Che non baſterebbe già per ſcuſare un uomo ſavio, & eſperto, come il Principe, nè meno, come qual ſi voglia altro, il dire, ch'egli haveſſe aſſai beneficato uno, e perciò ſe ne foſſe fidato; ſe inſieme ſi diceſſe, che colui foſſe uno ſciocco, un temerario, & un capo ſventato, & che da tutti foſſe tenuto per tale.

Et molto meno ſe anco ſi ſoggiungeſſe, che quel tale foſſe ſoſpetto di cattivo animo, perſona ſeditioſa, & che faceſſe coſa importante, & à colui la teneſſe celata, al quale per riverenza, per obligo & per ogni altro riſpetto foſſe maſſimamente tenuto di doverla paleſare; poichè tali conditioni, ſenza fallo, tagliano via ogni ragione di confidenza, & generano ſoſpetto, e diffidenza.

Hora il primo Capo che genere confidenza, cioè d'haver beneficato il Fieſco, è toccato dal Sigonio in duoi luoghi; l'uno alla Colonna 1198. B. *qui ejus bona adverſus Cæſarianos Miniſtros* &c. l'altro ibidem D. *ab eo duo aureum millia emperavit*.

Quanto al ſecondo, pare che adoperi dirittamente il contrario, moſtrando che il Fieſco foſſe giovane poco avveduto, temerario, & ſeditioſo.

Poco avveduto alla Colonna 1197. D. *Adoleſcenti haud longe proſpicienti*, a nella Colonna ſeguente.

Temerario alla Colonna 1199. D. *ſe facturum temere annuit*.

Sedizioſo alla Colonna 1202. C. *inſidiarum aliquid ab ſeditioſo juvene*.

Queſti tratti del Sigonio, che dipingono il Fieſco per giovane di poca levatura, & che faceſſe, come dicono a Genova, del capellaccio, nuocono a creder mio alla fatta propoſta, che il Principe a ragione confidaſſe nel Fieſco; anzi pare che vengano neceſſariamente a inferire, che più inconſiderati foſſero gli ingannati da lui.

Oltre di ciò è da por mente, che'l primo capo convenevolmente fondato come s'è detto dal Sigonio, viene non poco debilitato, & anco troncato via da molte coſe, le quali è andato ſpargendo nella narratione di queſta hiſtoria, come ſi anderà vedendo.

Et prima Col. 1196. D. dopo aver propoſto quello *Andream haud temere Joan*-

nè Ludovico confiſum eſſe, neque ſine cauſa incommodis de illo ad ſe perlatis vocibus non crediduſſe, incontinente comincia: *Fliſcorum gens Principem ſe in Civitate factionis Guelphæ geſſit*, e poco più avanti Col. 1197. A. *Gallis quidem Civitatem obtinentibus nobiliſſimam Urbis præfecturam*; il che nuoce alla propoſta, per eſſere il Principe d'Oria di fation contraria, & conoſciuto per tale, cioè Gibellino, & Imperiale, maſſimamente detto così ſubito e ſenza interpolazione diſſe il Caſtelvetro.

Alla Colonna 1198. A. *tamen ab eo, qui ſummæ eſſet potentiæ*, poſto quivi per coſe conſiderare da' altri generanti ſuſpitione vengono à conchiudere, che non doveano meno laſciarne ſenza il Principe, maſſime preſente, e farone avviſato da' altri, che erano abſenti.

Accreſce parimente le cagioni di ſuſpizione ben avvertito quel che di ſotto ſoggiunge lettera B., *que ejus bona adverſus Cæſarianos Miniſtros ſæpe defenderat*, perchè ogn'uno sà, che le offeſe ſi ſcrivono in marmo, & in polvere i beneſizj.

Il medeſimo fa Col. ſteſſa lett. D. dove l'Avalo avviſa il Principe *fore ut eum intempeſtive erga manifeſtum hoſtem clementiæ* .... nel qual luogo ſi come ne vien aſſai lodato l'Avalo, così non poco per conſeguenre ne reſta biaſimato il Principe; & notiſi quel *manifeſtum hoſtem*.

Alla Col. 1199. C. *ut peritia rei maritimæ nulla* &c. viene a ferire, che per ciò, come di coſa fatta fuor di propoſito, foſſe pure da ſoſpettarne; ma con quello *neque animo ut ſæpe præſetulerat à Gallicis partibus alienum*, ſoggiunto poco di ſotto lettere D. non par già, che rimanga ſcuſa, che vaglia al Principe, che contra lui non ſi conchiuda con un *ergo*?

Alla Colonna 1202. B. *verùm nihil ab eo metuendum videri*. Raccolgaſi il detto di ſopra dal Sigonio *Fliſcus erat Guelphæ factionis, erat Gallorum partium, id ſæpe præſetulerat, erat temerarius, ſeditioſus, potens, ac jure merito Andrea ſæpius monito ſuſpectus*; & poi conchiudaſi quanto ſi può, *Ergo nihil ab eo metuendum videri*.

Alla medeſima Colonna lettere C. *inſidiarum aliquid ab ſeditioſo juvene*, queſta pure và per le rime; & quello *haud temere homo jam maturæ ætatis*, parlando di Gigante Corſo, viene pure à dar addoſſo al Principe, ch'era d'aſſai più matura età.

Or per le coſe fin qui avvertite, ſi può vedere, ſe io non erro, che'l Sigonio apertamente moſtra, che il Fieſco foſſe tale da non doverſene punto fidare; & che il Marcheſe del Vaſto Don Ferrante Gonzaga, & Gigante Corſo in cotal conto l'haveano, & di più che tutti e trè fecero avviſato il Principe a doverſene guardare; ſenza haverne però fatto profitto alcuno; le quali coſe vengono per mia opinione a levargli ogni ſorte di ſcuſa d'eſſere ſtato ingannato.

Scrive parimente il Sigonio intorno queſto particolare alcun' altre coſe che

ſi poſſono dire in aperto biaſimo del Sig. Giannettino; con venirei pur anco meſcolato il Principe, le quali nondimeno ben conſiderate ſi fanno conoſcere per repugnanti al vero, & che non poſſono meno ſtare così come anderemo vedendo.

Torna adunque io biaſimo del Signor Giannettino, ch'egli riſpondendo al Fieſco, il quale ſeco moſtrava di conſigliarſi circa al dover mandare la ſua Galea in corſo; diceſſe quelle parole *Aut prædatum mittendam* Colonna 1201. C. per quello, che poi ſoggiunge; *Ne manentibus inductus* &c, poi che il Signor Giannettino come luogo tenente del Principe non ſolamente non dovvea approvare *manentibus inductus*, che'l Fieſco faceſſe ciò che permeſſo non era di farſi; mà era egli tenuto principalmente, & a ſconſigliarglielo, & anco a vietarglielo; così pure il non haver egli dato notizia alcuna di ciò al Principe, lo dà a conoſcere per huomo di ſoverchia ſemplicità, per non dire troppo traſcurato.

Torna parimente in biaſimo di eſſo Sig. Giannettino col. 1201. D. che egli confermi l'errore da lui già fatto col Fieſco dove dice *Precibus Andream fatigare adortus*; & in quello *impetravit*, tira parimente ſeco il Principe a gran parte del biaſimo; percioche un huomo della qualità del Principe non dovea piegarſi giamai a' preghi di un giovane, ne d'alcun' altro, a conſentire coſa, che era vietata, dove andava il ſervitio dell' Imperatore ſuo Signore, & di tutta la Chriſtianità per quello *manentibus inductis*, ſecondo dice il Sigonio.

Oltre di ciò ſi fa manifeſto, che per non havere il Fieſco detto al Principe quello, che per buona creanza, per riverenza, & per obbligo maſſimamente era tenuto di dire a lui ſpezialmente inteſo poi di quella maniera, dovea nel Principe di ragione generare ſdegno, & ſoſpetto; ſdegno, che oſaſſe il Fieſco mandar Galee in corſo ſenza licenza ſua; ſoſpetto, perch'eſſendoſi il Fieſco guardato da lui, al quale principalmente dovea ſignificare ſimil coſa, dà un' aſſai chiaro inditio che ci doveſſe eſſere ſotto miſtero, & per queſto riſpetto dovea il Principe tanto più inpedirnelo, poiche giuſtiſſima cagione havea di far fermar la Galea per quello *manentibus inductus*, di che nondimeno moſtra il Sigonio ch' il Principe da buon Vecchio ſi foſſe ſcordato, dicendo, *nullam juſtam cauſam morandæ triremis* &c. & por anco baſtava ſenz'altro che così foſſe piacciuto al Principe per ſodisfare allo ſdegno, come s'è detto, giuſtamente conceputo dal procedere del Fieſco.

Con quanto adunque ſi è a longo detto di ſopra reſta a baſtanza chiaro, che non dovea il Principe havere confidenza di ſorte alcuna nel Fieſco; ch'è il contrario della propoſta fatta dal Sigonio, & di quello che ſi dovea fare per ſalvezza della verità, o che ne vengono biaſimate quelle perſone, le quali per ogni riſpetto ſi doveano più toſto laudare.

Laonde ſi viene pur anco a conchiudere, che le coſe così narrate ſi danno a conoſcere per repugnanti al vero, & che non poſſon meno ſtare così, & particolarmente che il Principe fin' a quell' ultimo punto, non haveſſe ſaputo che 'l Fieſco armaſſe la ſua Galea ſotto preteſto di mandarla in corſo; ed io per tale le tengo, moſſo, parte dalle coſe ſopradette, parte ancora, che appreſſo di me è il tutto dall' autorità del Principe Marco Antonio Doria del Carretto, al quale intesi più volte dire, che il Principe Andrea ſeppe beniſſimo così della compra delle Galee fatta dal Fieſco, come pure di quell' una che armava ſotto colore di mandarla in corſo; ne punto gli diede noja, ne ammiratione che'l Fieſco s'occupaſſe nel ſolito e proprio eſercizio de' Genoveſi; Anzi come quegli che molto l'amava, ſentiva piacere di veder quel giovane impiegarſi in coſa, che recar gli poteſſe utile & honore; Ma ſoggiungea eſſo Signore, che ci fu alcuno, il quale ſi penſò con andar roverſciando tutta la colpa adoſſo al Signor Gianettino di levarne per quella via più eſpeditamente il Principe; Il che nondimeno ſecondo l'uſanza del falſo, viene a lodar maggiormente. Queſta verità, oltre quanto s'è detto, pur' anco ſi può provare per più altri teſtimonj, che appreſſo ciaſcuno doveranno eſſere maggiori d'ogni eccezione; e ſono tutti coloro, li quali hanno ſcritto di queſta congiura, a concordi affermano, che'l Fieſco deſſe fuori voce di voler mandare in corſo la ſua Galea; Ma per tutti dovrà valere il Sigonio iſteſſo maſſimamente, il quale apertamente in due luoghi lo dice, l'uno colonna 1201. C. *Triremem adverſus Piratas miſſurum præſcribebat*, l'altro alla medeſima col. lett. E. *per cauſam armandæ triremis milites ad trecentos in Urbem &c.*

Or ſe queſto è vero, come in effetto fu, non può già in alcuna maniera eſſere vero, che'l Principe ſolo non ſapeſſe coſa che per ognun ſi ſapea, e che a lui ſpezialmente come Ammiraglio toccava di ſapere, ſenza licenza del quale ciò meno ſi potea fare; e poſto anche, che per queſta via non l'haveſſe ſaputo, come può eſſere, che di tante perſone, ch' egli havea in caſa, una almeno non negli haveſſe dato notizia? Oltre di queſto il Principe tanto amato, e riverito da tutti, non era continuamente come Padre, e padrone della Patria viſitato da tutta la Città, non cercava egli, ſecondo il coſtume Genoveſe, e de vecchj maſſimamente, di dire, e domandare ſempre di nuovo? Come adunque può ſtare, che da tanti Amici, e dal Signor Adamo Centurione ſpezialmente, che ſempre era col Principe, non ne foſſe mai detto a lui coſa alcuna? Ma quando pure ſi voleſſe negare, che da niun'altro non gli foſſe ancora fatto parola; il che non pare nè credibile, nè poſſibile; quando poi ultimamente Figueroa parlò con il Principe, e gli moſtrò quanto il Signor D. Ferrante gli ſcrivea, il che pure viene ſcritto dal medeſimo Sigonio, e nominando un tal Fieſco concorrono, coſtui

„ ſtui non poter eſſere ſalvo Gio. Luigi „ come ſi potea ſuggire ch'allora almeno „ Figueroa ciò non gli haveſſe detto? Per „ ſalvare adunque di ſimil maniera il Prin„ cipe, non s'avvedono, ch' entrano in„ ſtrette da non poterſene disbrigare; e „ quello che è peggio, fanno il Principe „ uno ſtraccio gettato via là, di cui mo„ ſtrano, che più non foſſe perſona che „ teneſſe conto di ſorte alcuna, il che pa„ rimente è falſiſſimo.

FF.

ULTIMÆ TABULÆ
PRINCIPIS
ANDREÆ DORIÆ,

Extractæ ab autentico exemplari, quod ſervatur in Archivo publico Sereniſſimæ Reipublicæ Genuenſis.

IN Nomine Domini Amen. Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus D.D ANDREAS DORIA Amelfi Princeps, & in Mari Mediterraneo Cæſareæ, Catholicæque Majeſtatis Præfectus Generalis, ac Sacri Aurei Velleris Miles &c. ſanus Dei gratiâ mente, loquela, corpore, viſu, & intellectu, & in ſua bona, ac ſana exiſtens memoria, cupiens quandio corporis vires ſuppetunt mentemque ratio regit, de ſe boniſque ſuis diſponere, & ordinare, cum languor ipſe ſæpe adeò rationem obnubilet, ut nedum fortunarum ſuarum rerum etiam, & ſui ipſius ipſa languoris vehementia mortales oblviſci cogat, inevitabileque conditionis humanæ debitum pervenire, quod adeo certum eſt, ut ipſo nihil certius, cùm tamen illius hora incertiſſima ſit. Ideo per præſens ſuum nuncupativum Teſtamentum, ſive Scriptis, de ſe, boniſque ſuis diſpoſuit, & ordinavit ut infra:

In primis namque quando eum mori contingat, animam ſuam commendavit Altiſſimo Creatori Patri, Filio, & Spiritui Sancto, totique cœleſti Curiæ. Cadaver verò ſuum ſepeliri juſſit, & mandavit in Eccleſia Sancti Matthæi Januæ in Sepulcro, mandato Suæ Excellentiæ conſtructo, & ædificato in dicta Eccleſia, & quia pompa Funeris, & impenſa potius ad ſolamen viventium, quam ad ſalutem animarum Defunctorum pertinet, ideo voluit, juſſit, & mandavit ipſe Illuſtriſſimus Teſtator, ejus cadaver aliqua abſque pompa, vel Funerali impenſa efferri, ſed ipſum tantummodo quatuor Presbyteris Sancti Matthæi Capellanis ipſius Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Teſtatoris mercedem habentibus ex locis emptis, & ordinatis per ipſum Illuſtriſſimum Teſtatorem aſſociari, quibus ſolvi voluit ratione eleemoſynæ quantum infraſcriptis ſuis Fidei-Commiſſariis, & Executoribus viſum fuerit. Item legavit Hoſpitali de Pamatino ſoldos quinque Jan. Interrogatus à me Notario infraſcripto an velit aliquid relinquere ſpectato officio ſuffragii Pauperum Januæ, reſpondit, quod non &c.

Item cum ſemper ipſe Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus D. Teſtator unicè dilexerit, & diligat tamquam Filios Illuſtriſſimum D. Joannem Andream, ac Illuſtriſſimum D. Paganum de Auria, Filios quondam recolendæ memoriæ Illuſtriſſimi D. Joannettini de Auria. Ideo dicto Illuſtriſſimo D. Joanni Andreæ ejus Locum-Tenenti, legavit, & legat omnes, & ſingulas ejus triremes, quas nunc habet, & habebit inſtructas cum omnibus apparatibus, armamentis bellicis, inſtrumentis, rebus, & hominibus ad ipſum Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Teſtatorem ſpectantibus, & pertinentibus, quem etiam & ejuſdem Illuſtriſſimi D. Joannis Andreæ ſucceſſores, & heredes hortatur, & paterna monitione admonet, ut toto tempore eorum vitæ debeant Catholico, ac Sereniſſimo Hiſpaniarum, & utriuſque Siciliæ Regi, & ejus deſcendentibus fideliter, & diligenter inſervire, & operam ſuam ſtrenuè, prout ſperat, firmiterque credit futurum fore, tam in rebus maritimis, quàm in aliis, in quibus Suæ Majeſtati uſui eſſe poterint, navare; & quatenus dictus Illuſtriſſimus D. Joannes Andreas ſine maſculis decederet de legitimo matrimonio natis, ſeu naſcituris, vult quod eidem Illuſtriſſim. D. Joanni Andreæ in dictis triremibus, cum omnibus prædictis, ſuccedat dictus Illuſtriſſimus D. Paganus, vel ejus filii maſculi, legitimi, & naturales, qui teneantur eo caſu filiabus dicti Illuſtriſſimi D. Joannis Andreæ ſolvere pro earum dotibus illud, quod infraſcriptis ſuis Fidei-Commiſſariis, ſi vivent, aliàs duobus magis propinquis viſum fuerit, habita ratione temporis, facultatum, & dignitatis ipſorum fratrum, & filiorum; & ſi dicti Illuſtriſſim D. Joannes Andreas, & Paganus ſine maſculis legitimis & naturalibus decederent, tunc filia major ipſius Illuſtriſſimi D. Joannis Andreæ debeat contrahere matrimonium cum uno ex Nobilibus de Auria, non autem ex aggregatis, ſeu adſcriptis in dictam familiam, & dictæ triremes per eum gubernentur, & ad filios maſculos legitimos, & na-

naturales ipſius natos ex dicto matrimonio ſpectent, & hoc eidem fiat ſi decederet dictus Illuſt D. Paganus ſine maſculis legitimis, & naturalibus, ut ſupra, quia voluit ipſe Illuſtriſs Teſtator, quod collocetur in matrimonium filia major dicti Illuſtriſs. D. Pagani, uni ex Nobilibus de Auria oon aggregatis, aut adſcriptis, ut ſupra, & triſemes ad ejus filios maſculos legitimos, & naturales natos ex eodem matrimonio ut ſupra dictum, & ſpectent, & pertineant.

Item legavit dicto Illuſtriſſimo Joanoi Andreæ feudum, terras, & juriſdictiones loci totius Regni Neapolis, & domibus ſuis, redditibus, homagiis, emolumentis, commodis, utilitatibus, & bonoribus.

Item dicto Illuſtriſs. D. Joanni Andreæ legavit, & legat officium Protonotariatus Neapolis ipſius Illuſtriſs. Teſtatoris, cum omnibus ejus utilitatibus, honoribus, præeminentiis, & commodis ipſi ſpectantibus ratione dicti officii.

Item legavit dicto Illuſtriſs. D. Pagano feuda, terras, & juriſdictiones cum omnibus eorum juribus, commodis, emolumentis, & pertinentiis, quæ per ipſum Illuſtriſs., & Excellentiſs. D. Teſtatorem poſſidentur, ex feudis, terris, & introitibus quondam Comitum de Fliſco, & Suæ Excellentiæ data, & aſſignam, ac datas, & aſſignatas per Cæſaream Majeſtatem ob damna paſſa per Suam Excellentiam ab illis de Fliſeo facto, culpa, & dolo ipſorum, & rogat infraſcripros fideicommiſſarios, & curatores dicti Illuſtsiſs. D. Pagani, ut velint curare, & operam dare, ut dictus Illuſtriſs. D. Paganus intituletur, & nuncupetur Marchio, & ita ſupplicat Cæſaream Majeſtatem, ut velit titulum Marchionis ipſi Illuſtriſs. D. Pagano tribuere.

Item legavit eidem Illuſtriſs. D. Pagano omnia loca, pagas, & proventus locorum comperarum Sancti Georgii, ſpectantia, & ſpectantes ipſi Illuſtriſs., & Excellentiſs. D. Teſtatori, & etiam locum Viginti, libras viginti tres ſoldos ſex, & denarios octo, ſibi ſpectantia, ut ſub columna ipſius in Cartulario P. N. continetur, cui pro veritate relatio habeatur, & etiam omnes pecunias, & credita exiſtentia, & exiſtentes in dictis comperis, & libris, & cartulariis illarum, & ad ipſum Illuſtriſs. & Excellentiſs. Teſtatorem ſpectantes, & ſpectantia cum illis obſervationibus, prout ſub dictis locis continetur.

Item dicit, & declarat, quod aliàs mutuavit M. D. Adamo Centurioni loca mille quinquaginta comperarum Sancti Georgii, quæ exinde ipſi M D. Adamo Centurioni ceſſerunt infra ſolutionem ejus, quod erat creditor ipſius Illuſtriſs. Teſtatoris.

Item dicit, & declarat qualiter annis præteritis conceſſit cuidam Claræ fil. . . . . quod in ejus vita poſſet habere proventus locorum ſeptuaginta comperarum Sancti Georgii; ideo dicit, & declarat cum ſuo tamen onere.

Item legavit domum ſuam ſitam Genuæ in Palatio Nobilium de Auria, ac domum cum utraque Villa Faſcioli, cum omnibus ſuis juribus, & pertinentiis, ac etiam omnia arnenſia domus ipſius Teſtatoris dictis Illuſtriſs. D. Joanoi Andreæ, ac Illuſtriſs. D. Pagano pro dimidia.

Item legavit ipſi Illuſtriſs. D. Pagano in ejus vita tantum illam ſummam pecuniarum, quæ ſingulo anoo ſolet percipi ex dicto officio Protonotariatus Neapolis, ita quod præfatus Illuſtriſs. D. Joannes Andreas teneatur dictam ſummam pecuniarum durante vita ipſius Illuſtriſs. Joannis Andreæ dicto Illuſtriſs. D. Pagano ſolvere, & dictum legatum ulterius non ſe extendit, niſi utroque vivente.

Item legavit ſcuta tercentum filiæ quon. D. Bartholomæi de Auria ad ejus maritare, & ita gravat ejus infraſcriptum heredem, ut eidem mulieri dicta ſcuta tercentum ad ſuum maritare ſolvat.

Item quia nuper Suæ Excellentiæ dictum fuit adeſſe filiam naturalem dicti quon. Illuſtriſs. D. Joannettini, ideo gravat ejus infraſcriptum heredem, ut velit eam maritare, & ipſi dotas ſolvere, prout ipſi heredi viſum fuerit.

Item revocavit omnia legata relicta hucuſque, & facta PLACIDIÆ filiæ qu. recolendæ memoriæ præfati Illuſtriſs. D. Joannettini de Auria, & ſorori dictorum D. Joannis Andreæ, & Illuſtriſs. D Pagani, & eidem Placidiæ, & ſeu M. Nicolao Spinolæ viro dictæ D. Placidiæ legavit, & legat ſummam ſcutorum quindecim millium pro dotibus, & patrimonio dictæ D. Placidiæ, quæ ſint proinde, ac ſi à patre dictæ D. Placidiæ fuiſſent dictis promiſſa, ac conſtituta.

Item legavit, & legat, quod fiat ſolutio ejus creditoribus de eo, quod verè, & juſtè omoibus, & ſingulis debetur, & ſi erit controverſia, an aliquis aliquid injuſtè petat, præfatus M. D. Adam Centurionus, & præfatus M. D. Nicolaus Spinula debeat dicere, an ſint juſta debita, nec ne, & ſecundùm eorum judicium fiat ſolutio.

Item gravat ejus heredem ut ſolvat præfato M. D. Nicolao Spinolæ totum creditum ipſius M. D. Nicolai reſpectu exburſationis factæ, & faciendæ per ipſum tam occaſione triremium, quàm pro ipſo Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo D. Teſtatore cum omni ioretreſſe, de quo credito, & intereſſe ſtari voluit libris ipſius M. D. Nicolai.

Item declarat habuiſſe ſcuta Mille à quondam M. D. Chriſtophoro Pallavicino ſed quia ipſe Illuſtriſſimus D Teſtator alias commiſit curam cujuſdam Galleoni dicto M. D. Chriſtophoro, cum quo factæ fuerunt prædæ, de quibus ipſe Illuſtriſs. D. Teſtator habere debeat tertiam partem; ideo dicit quod cum ipſe numquam habuerit ſuam portionem, quod facto calculo, & computo, eſt in præſens creditum, quam in aliquo debitori heredum dicti quondam M. D. Chriſtophori.

Item dicit, & declarat, quod intellexit qood heredes quondam M. D. Eraſmi de Auria prætendunt ſe creditores ipſius Illuſt. D. Teſtatoris; ideo dicit, & declarat, quod dictus M. D. Eraſmus habuit tot perlas ab ipſo M.D. Teſtatore pro ſcutis noningentis, uſque in mille ducentum, ut eas venderet, ſed ipſe de illis diſpoſuit, ut ſibi placuit, ac etiam exegit dictus D. Eraſmus tam in Francia, quàm in Hiſpaniis ſtipendia, ſeu pa-

pagas ipſius Illuſtriſs. D. Teſtatoris, unde factis compotis, & calculis eosum heredes ipſius M. D. Eraſmi potius debitores, quam ereditores ſue Excellentiæ de magua pecuoiarum ſumma.

Item dicit, & declaret, ſicut ipſe mutuo habuir ſcuta mille à M. D. Capitaneo Veſconte Cicala.

Item legavit D. Cœleſtino Doria Magiſter Nicola . . . . . . , & D. Aotooio antiquis ſervitoribus Suæ Excellentiæ libras Mille Jamuarum, & ita gravat dictum Illuſt. D. Paganom, ad quem ſeudum Juriſdictio nis Lodani ſpectat, ut ſingulo anno ſolvar ipſis D. Cœleſtino, Nicolao, & Antonio dictaa libres Mille, vidrlicer unicuique ipſorum tertiam partem earundem.

Item quia ot ipſe Illuſt. Teſtator aſſeruit habet quoddam computum cusrens cum Nobilibus Franciſco Lomellino, & Fratribus; ideo voluit omnia tevideri per dictos M. D. Adam Centurionum, & Nicolaum Spinolam quondam M. D. Lucæ, & quic quid per ipſos judieatum fuerit deberi dictis Fratribus, & ipſis Fretribus ſolvaiot.

Reliquorum verò omnium, & ſingulorum bonorum, mobilium, & immobilium, jurium, retionum, & actionum ipſius Illuſt Teſtatoris, & ſeo ad ipſum quomodoliber ſpectantiam, & pertinentium, nunc, & in ſuturum, & etiam eorumque ſpectarent ad hetedem pro ſua Excrllentia nominandum, heredem ſuum univerſalem inſtituit, & eſſe voluit, ac ore proprio oominavit dictum Illuſt. D. Jo. Andream, cui quandocumque ſine filiis legitimis decedenti ſubſtituit dictum Illuſt. D. Paganum ejus Fratrem, & quia cognoſcit dictum Illuſt. D. Jo. Andream jam virtntibus & prudeoria virili prædirum, & ornatum, itaut alieno regimine non indigeat, cum ſit jam ipſe aptus, & idoneus alios regere, & gubernare, ideò non vult quod ſit ſub cura alicujus Curatoris; & quia præfatus M. D. Adam Centurioous avus materous dicti Illuſt. D. Jo. Andieæ multis eſt negotiis impeditus, & occupatus, & habet filium, & ex filio nepotes, quibus æquum eſt ipſum conſulere, ideo ne ipſum M. D. Adam aliis curis oneret, hortarus tamen dictom Illuſt. D. Jo. Andream, ut in his, quæ conſideranda, & conſulenda ipſi videbontur, debeat conſulere dictum M. D. Nicolaom Spinulam maritum dictæ D. Placidiæ, quem ſic ex experientia cognovit ſincetè, & perſectè diligere, & ſummopere peramare ipſum Illuſt. D. Jo. Andream.

Fidei Commiſſarios autem, & Executores præſentis ſui Inſtrumenti, & contentorum in eo conſtituit, & eſſe voluit Illuſt. D. Marcum Antunium d'Oria electum Principem Melfiem, dictos M. D. Adam Centurionum, & Nicolaum Spinulam cum omnimoda poteſtate, & baylia exequendi, & exrcutioni mandandi omnia, & ſingula in præſenti Inſtrumento contenta, & cum rota illa poteſtate, & baylia, quæ hujuſmodi fideicommiſſariis, & executoribus tam de jure, quam ex ſoīma Starutorum Januæ dari, tribui, & concedi poteſt. Tutores autem, & pro tempore Curetorra dicti Illuſt. D. Pagani conſtituit, & eſſe voluit dictos Illuſt. D. Marcum Antonium, & dictum Illuſt. D. Jo. Andream, ac dictos

M. D. Adam Centurionum, & Nicolaum Spinulam, cum tota illa poteſtate, & baylia, quæ ejoſmodi Tutoribus, & pro tempore Curetoribus, tam de jore, quam ex forma Sretutorum Januæ dari, tsibui, & concedi poteſt; Ita tamen quod tres ex eis omnia ſacere poſſint, seliqui abſentia, ſeu defectu in aliquo oon obſtante & hæc eſt &c. caſſans &c. de quibus omnibus &c. per me Jo. Jacobum Cybo Peyranum Notarium. Actum extra Muros Jaouæ & Villæ Faſſoli in palatio præſati Illuſt. Teſtatoris videlicet io una ex cameris inferioribus anno Dominicæ Nativitatis milleſimo quingenteſimo quinquageſimo octavo, Indictione XV. ſecundum Januæ curſum die Sabbathi XX. Auguſti in Veſperis, præſentibus Hieronymo Cybo Peyrano, Franco Bado de Finario, Auguſtino Cybo Peyrano, ac Paulo Baptiſta Mochonexu Notariis poblicis Januæ, & Sebaſtiano Cybo Peyrano quondam Bapeiſtæ Januen. Teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rugatis.

Teſtatum, & receptum per me Joannem Jacobum Cybo Peyranum Notarium publicum Genuenſem.

IN nomine Domini Amen. Com deambulatoria ſit mens hominis oſque ad mortem. Idcirco præfatus Illoſtriſs. & Excellentiſs. D. D. Andreas de Auria Amelſi Princeps ſciens ſe ſuum condidiſſe Teſtamentum, receprum, & publicatum per me Notarium infraſcriptum anno & die, quibus ſopra, unde qoo, & contentis in eo faterut habuiſſe, & habere plenam notitiam, certamqoe ſcientiam, & volens codicillari, ac dicto ſuo Teſtamento aliquid addere, ideo ſanos Dei gratiâ mente, loquela, corpore, viſu, & intellectu, ac in ſoa bona, ac ſana exiſtens memoria, codicillando diſpoſuit io omnibos, ut infra &c. Videlicet quia ipſe Illuſtriſs. Codicillans reliquit Illuſt. Comiti D. Philippino de Auria qualterius Illuſt. D. Philippini oſum domus ipſius Illuſtriſs. Codicillantis ſitæ Januæ in contrata, ſeu platea nobilum de Auria, ipſi Illuſtriſs. Codicillanti ab Seren. Reip. Genuen. donata, & hoe per annos quindecim proſima venturos, ſequuturos poſt tempus ipſi Illuſtr. D. Philippino jam annis præteritis conceſſum per præfatum Illuſtr. Principem ad fruendum, & utendum dicta domo, ipſamque domum cum ſuis juribus, & pertinentiis, qoo ad proprietatem ſpectare voluit, & pertinere Illuſtr. D. Jo. Andreæ, & Pagano Fratribus de Auria quon. Illuſtriſs. D. Joannetini, & eorum filiis maſculis legitimis, & naturalibus, ex altero ipſorum Illuſtriſs. D. Jo. Andreæ, & Pagani decadente ſine filiis maſculis legitimis, & natoralibus, filii maſculi legitimi, & naturales, ex altero ipſorum nati in totum ſuccedant; ipſis verò Illuſts. D Jo. Andreæ, & Pagano, ſine filiis maſculis legitimis, ut ſupra, decedentibus (quod Deus nolit) vel quandocumque eorum linea maſculina legitima, & naturali, ut ſopra, deficiente ſoccedere voloit ipſe Illuſt. Codicillans in proprietate dictæ domus præfatum Illuſts. Comitem Philippinum de Auria ſi viveret, ſi verò non viverat filios maſculos legitimos,

mos, & natutales, ac de legitimo matrimonio natos ipſiua Illuſtr. D. Philippint, ipſo verò Illuſtr. D. Philippino ſine maſculis legitimis, ut ſupta dictum eſt, decedente, vel deficiente qusadocumque eius linea maſculioa legitima, & naturali, ordinavtt ipſa Illuſtr. Codicillans, quod in dicta domo, cum ſuis juribus, & pertinentiis ſuccedant, & ad dictam domum admittantur filiæ feminæ legitimæ, & natutales ipſorum Illuſtr. D. Jo. Andreæ, & Pagani, vel alte ɑius ipſorum, quæ cum aliquo de familia de Auria ex veteribus, & non adſcriptis in dictam familiam matrimooium contraxerit, & ſucceſſivè deſcendentes maſculi dictæ ralis filiæ, ſeu filtatum, quæ contraxerint, ut ſupra, & qustenus omnes extra familiam de Auria ſe nuberent, vel etiam nuptæ in dicta familia, ut ſupra, deficeret earum linea maſculina legitima ur ſupra, voloit, & ordinavit ipſa Illuſtr. D. Codicillans dictam domum petvanire debere in famtliam nobilium de Auria, quæ familia, & ſeu illi quatuor qui annuatim deputantur, pro dicta familia debeanr dictam domum locare, & penſiones annuatim erogare in rebus neceſſariis pro uſu, commodo, & utilitate Eccleſiæ Sancti Matthæi Januæ, prohibens in quncumque caſu, & quocumque tempore alienationem, & permutationem ipſius domus, etiam ſi pretium, ſeu proceſſus ipſiua domus ſuccedere deberet in locum dictæ domus ſub vinculia prædictis; in reliquis dictum ſuum Teſtamentum, & contenta in eo affirmavit in omnibus, & per omnia pro ut in eo continetur.

De quibus omnibus &c. per me Notarium ioſraſcriptum; actum extra muros Januæ in Villa Faſſoli in Palario præfati Illuſt. Principis videlicet io una ex dictis Cameris inferioribus Anno Dominicæ Nativitaria milleſimo qningenteſimo quioquageſimo nono Indict. prima ſecundum Januæ curſum, die Mercutii octavo Februarii hora Ave Mariæ de ſero, vel circa accenſis ibi quioque luminibus, præſeotibus ſpectabile J. U. D. David de Promonrorio, & Jo. Baptiſta Penſa J. U. Doct. Baptiſta de Ponte Draperto qnondam ..... Auguſtino Cybo, & Paulo Baptiſta Mochonexi Notariis, ac Baptiſta Zeoogio filio Matthæi Janoen. teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

Receptum, & publicatum per me
Joannem Jacobum Not. &c.

IN nomine Domini Amen. Cura varia murabiliſque ſit voluoras hominis uſque ad mortem, idcirco præſatua Illuſt. & Ex. D. Aodreas de Auria, Amelſi Princeps &c. Sanus Dei gratia menta, loquela, viſu, & intellectu, & in ſoa bona, & ſana exiſteos memoria licer nunc aliquantulum adverſa valetudine corporea gravetut, ſciens ſe Codicillum ſupraſcriptum ſuum Teſtamentum, & Codicilloa receptum, & receptos per me Notarium infraſcriprum aooia, & diebua in eis reſpectivè conrenris, & de quibus, & contentis tn eis reſpectivè faterur habuiſſe, & habere plenam notitiam, certamque ſciantiam, & volens codicillari, ac aliqua immutara, & revocare; Ideo revocando in primis, & annullando dictum ſupraſcriptum Codicillum per ſuam Excel-

A leotiam factum nt ſupra, & omnia in eo contenta, codicillando ordinavit, voluit, & diſpoſuit in omnibus ur infra.

Videlicet quia Illuſt. Comes D. Philippinus de Auria quond alterius Illuſt. Philippini habeat uſum, & gauditam Domum ipſius Illuſt. Codicillantis ſitæ Genuæ in contrata, ſive platea Nobilium de Auria, ſuæ Excellentiæ ab Sereniſs. Reipublica Genuæ dooata, & hoc ſcilicet pet annos duodecim proximè venturos incipieodos poſt finitum rempus ipſi Illuſt. D. Philippini jam annis præteritis conceſſum per ſuam Excellentiam ad frueodum, & uteodum dicta Domo, & hoc abſque aliqua penſione B ſolvenda per ipſum Illuſt. D. Philippinum, quibus annis duodecim finitis, ipſa domua revertarnt, & ex nunc ipſe Illuſt. Codicillans ipſam reverti voluit ad dictos Illuſt. D. Jo. Andream, & Paganum da Auria filios præfati Illuſt. Joannettini, ac eorum filios maſculos, legitimos, & naturales, & quatenus alter ex ipſis ſine maſculis decederet, alter, vel ejus filii maſculi legitimi, & naturales, ut ſupra, ſuccedant in totum in dicta domo, & deficiente quandoquumque (quod Deus oolit) eorum linea maſculina legitima, & naturali ſuccedant filiæ fœminæ legitimæ, & oaturales ipſorum, vel alteriua ipſorum, quæ contraxe- C rint matrimonium cum aliquo ex Nobilibua de Auria, non autem de aggregatis, & quatenus dictæ filiæ ſine filiis maſculis ex dicto matrimonio decederent, vel matrimooium cum aliquo ex dictis Nobilibus de Auria oon cootraherent, vel quatenus ipſi Illuſt. D Jo. Andreas, & Paganus ſine liberis legitimis ut ſupra decedereot, ex nunc, pro ut ex nunc, & è contra ordinavit, & ordinat dictam domum pervenire debere io familia Nobilium de Auria, & illi quatuor, qui annuatim deputantur per dictam familiam, debeant dictam domum locare, & portiooes erogari in rebus oeceſſariis pro uſu, commodo, & uti- D litate Eccleſiæ Sancti Matthæi Januæ, prohibens ipſe Illuſtr. Codicillans in quocumque caſu, & etiam in quocumque tempore alienationem, obligationem, & permurationem dictæ domus, etiam ſi peoceſſus, & pretium ipſius domus ſuccedere deberet in locum dictæ domus. Volcos, & ordinans ipſe Illuſtr. Codicillans ad ..... domus ipſa diutius in ſuo ſtatu manuteneatur, quod taneantur ex penſionibus dictæ domus ipſi quatuor de dicta familia, ſi in ipſam familiam pervenire contigerit, expendere aonuarim in reparatione, & manutentione ipſius quantum ipſis neceſſarium fore judicaverint, & opportunum pro di- E cta reparatione, & manutentione; ſi verò annuatim reparatione non egeter ordinavit penſiones ipſas erogari io omnibus, ut ſupra dictum eſt, & dicta reparatio fiat quando arbitratu duorum ex dictis quatuor reparatione indigebit.

Item ordinavit quod præſatus Illuſt. D. Joannes Andreas debeat ex crediro, & proventu percipiendo ex triremibus ſolvere, & ſatisfacere omnibus, & ſingulis Creditoribus ipſius Illuſtriſs Codicillantis, & quatenus Creditores ipſi vel aliqui ipſorum inſtareot ſolutionem, & exactio ſtipendiorum adhuc facta non eſſet, voluit nihilo-

mi-

minus ipſe Illuſtriſs. Codicillans, quod ipſe Illuſtriſs. D. Jo. Andreas tenetur ſatisfacere, & ita ipſum Illuſtriſs. D. Joannem Andream gravavit, & gravat omni meliori modo &c. hortanſque inſuper ipſum Illuſtriſs. D. Jo. Andream, ut omnia gerat etiam cum conſilio M. D. Adam Centurioni, & Dominici de Auria qu. Domini Nicolai.

Item ſciens ſe virtute ſui Teſtamenti heredem inſtituiſſe præfatum Illuſtriſs. D. Jo. Andream, propterea dictam inſtitutionem revocando heredes univerſales inſtituit, & eſſe voluit & ore proprio nominavit omnium, & ſingulorum bonorum ipſius Illuſtriſs. D. Andreæ, & etiam eorum, quæ ſpectarent ad heredes pro ſua Excellentia nominandos dictos Illuſtres D. Jo. Andream, & Paganum Fratres de Auria Filios præfati Illuſtriſs. qu. D. Joannettini de Auria æqua portione.

In reliquis omnia, & ſingula in dicto ſuo Teſtamento Codicillans approbavit, & confirmavit in omnibus, & per omnia, prout in eis continetur; de quibus omnibus &c.

Per me Jo. Jacobum Cybo Notarium.

Actum extra muros Januæ in Villa Faſſoli in Palatio præfati Illuſtriſsimi Principis, videlicet in una ex Cameris inferioribus Anno Dominicæ Nativitatis Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono Ind. prima ſecundum Januæ curſum die Mercurii XXVIIII. Martii in Veſperis, præſentibus Auguſtino Amigheto Cauſidico qu. Pelegri, Baptiſta Zenogio filio Matthæi, Gregorio Cybo filio mei Notarii infraſcripti, Paulo Baptiſta Monchonea, & Franciſco Roccatagliata Notariis Januen. Teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

Receptum, & Taſſatum per me dictum Notarium Joannem Jacobum &c.

IN nomine Domini Amen. Cum varia, mutabiliſque ſit voluntas hominis uſque ad mortem; idcirco præfatus Illuſtriſſimus & Excellentiſſimus D. Andreas de Auria Amelphi Princeps &c. ſanus Dei gratiâ mente, loquela, viſu, & intellectu, & in ſua bona, ac ſana exiſtens memoria, ſciens ſe condidiſſe ſupraſcriptum ſuum Teſtamentum, & Codicillos, receptum, & receptos per me Notarium infraſcriptum, ut ſupra, & de quibus, & contentis in eis, fatetur habuiſſe, & habere plenam notitiam, certamque ſcientiam, & volens codicillari, vel aliqua addere, ideo per præſentem ſuum Codicillum legavit ut infra: videlicet quia ipſe Illuſtriſs. Codicillans legavit, & legat . . . . . . filiæ qu. M. Joannis Baptiſtæ de Fornariis innuptæ ſcuta quinquaginta auri pro & occaſione ſuæ maritationis ſolvenda per Illuſtriſs. D. Jo. Andream de Auria, & ſic ipſum gravavit, & gravat in una, ſeu pluribus vicibus. In reliquis dictum ſuum Teſtamentum, & Codicillos, & contenta in eis reſpectivè approbavit, & confirmavit, ac approbat, & confirmat.

De quibus omnibus &c.

Per me dictum Jo. Jacobum Cybo Notarium.

Actum in Palatio præfati Illuſtriſs. Prin-

cipis ſito ut ſupra anno Dominicæ Nativitatis Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono Indictione prima ſecundum Januæ curſum die Jovis tertia Auguſti in tertiis præſentibus Gregorio de Albara quon. Baptiſtæ, Georgio Centurione qu. Simeonis, Baptiſta Zenogio filio Matthæi Spinulæ, D. David de Promontorio J. U. D., & Gregorio Cybo filio mei Notarii infraſcripti Januenſibus Teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

Receptum, & publicatum per me Notarium Joannem Jacobum Cybo anno, & loco ſuptaſcriptis Indictione ſecunda ſecundum Januæ curſum die Jovis VII. Decembris in tertiis in loco prædicto.

IN nomine Domini Amen. Cum varia mutabiliſque ſit voluntas hominis uſque ad mortem. Idcirco præfatus Illuſtriſs., & Excellentiſs. D. Andreas de Auria Amelphi Princeps &c. ſanus Dei gratia mente, loquela, viſu, & intellectu, & in ſua bona, ac ſana exiſtens memoria, volens codicillari, & dicto ſuo teſtamento aliquid addere, ideo codicillando diſpoſuit in omnibus ut infra, videlicet, quia ordinavit ultra jam diſpoſita, & ordinata circa humationem ſui cadaveris, quod dictum afferatur copertum panno nigro, cum ordine parvo aurei velleris inductum more ſolito, prout ſolitum eſt fieri, & ſervari in hujuſmodi Equitibus aurei velleris, in reliquis dictum ſuum teſtamentum, & omnes alios codicillos per ipſum Illuſtriſs. Codicillantem ſuperius factos, approbavit, & confirmavit, ac approbat, & confirmat in omnibus, & per omnia, prout in eis reſpectivà continetur. Teſtes Spectabilis Artium, & Medicinæ Doctor D. Joſeph Ratus, D. Luchinus Boërius Chirurgus quon. D. Jo., Antonius Piſſina de Mediolano quon. D. Jo. Jacobi, Jo. Petrus Riccardus quon. Riccardi à Secretis Suæ Excellentiæ, & Joannes Dergacii quon. Bernardini de Ceva ad præmiſſa vocati, & rogati.

1560. Indictione ſecunda ſecundum Januæ curſum die Lunæ XI Martii in veſperis in loco prædicto.

IN nomine Domini Amen. Cum varia mutabiliſque ſit voluntas hominis uſque ad mortem, idcirco præfatus Illuſtriſs., & Excellentiſs. D. Andreas de Auria Amelphi Princeps &c. ſanus Dei gratia mente, loquela, viſu, & intellectu, & in ſua bona, ac ſana exiſtens memoria, volens codicillari, & dicto ſuo teſtamento aliquid addere, & propterea codicillando diſpoſuit in omnibus ut infra, videlicet, quia legavit, & legat omnia, & ſingula loca ipſius Teſtatoris, de quibus ipſe Teſtator quomodocumque diſponere poteſt, ſub quavis Columna, & nomine ſicut Illuſt. D. Pagano de Auria filio quon. Illuſt. D. Jo. cum ſuis quibuſcumque proventibus, in reliquis dictum ſuum Teſtamentum, & alios Codicillos ſuperius factos approbavit, & confirmavit, ac approbat, & confirmat, virtute præſentis in omnibus, & per omnia ut in ipſis, & unoquoque ipſorum reſpe-

 ctivè

ctivè continetur ..

De quibus omnibus &c.

Per me dictum Joannem Jacobum Notarium.

Teſtes Antonius de Piſſina de Mediolano quon. D. Jo Jacobi, Cœleſtinus Doria à Secretis præfati Illuſtriſs. Principis quon. D. Franciſci, Nicolaus Valentinus Vanetus de Colonſe quon. Ludovici, Guelferanus de Regio quon. D. Georgii familiaris Suæ Excellentiæ, & Hieronymus Cybo Notarius frater mei Notarii infraſcripti ad præmiſſa vocati, & rogati &c.

IN nomine Domini amen. Cum deambulatoria ſit hominis voluntas uſque ad mortem, idcirco præfatus Illuſtriſs., & Excellentiſs. D. Andreas Melphi Princeps &c. ſanus Dei gratia mente, loquela, corpore, & intellectu, & in ſua bona, ac ſana exiſtens memoria, cupiens codicillari, & aliquid ex prædictis ordinariis per ipſum, & diſpoſitis detrahere, & reformare, igitur codicillando ordinavit, & diſpoſuit in omnibus ut infra, videlicet, quia ſciens ſe poſſe diſponere de locis viginti, libris triginta tribus, ſolidis ſex, & denariis octo juxta formam teſtamenti dictæ quon. Hieronymæ de Auria quon. Branchæ, ulteriuſque de proventibus locorum ſeptuaginta comperarum Sancti Georgii ipſius Teſtatoris reſpondendum eſſe ſingulo anno Claræ filiæ quon. . . . . . & prout ſub columna ipſius Illuſtr. Codicillantis comperarum Sancti Georgii diffuſius conſtare aſſerunt, cui pro veritate relatio habeatur, ipſique omnia loca legaſſe Illuſtr. D. Pagano de Auria filio quon. Illuſt. D. Joannettini, & prout ex ſupradictis ordinationibus per ipſum factis apparet, propterea codicillando, ac ex dicto legato facto dicto Illuſt. D Pagano adimendo, & reformando diſpoſuit in omnibus ut infra. Videlicet quia ipſe Illuſt. D. Andreas ordinavit, legavit, & voluit dicta loca viginti libras, ſolidos, & denarios in una, & dicta loca de quibus reſpondetur annuatim ſupradictæ Claræ in alia deſcribi, & ſcribi in una ratione ex parte in credito nomine, & capite ipſius Illuſtr. D. Andreæ, cum obligatione quod dicta loca cum ſuis proventibus nullo unquam tempore vendi, alienari, deſcribi, aut quomodocumque de eis diſponi poſſit, ſed ſemper in perpetuum in capite, ratione, & credito ipſius Illuſtr. D. Andreæ ſtare debeant, & de proventibus ipſorum reſponderi voluit Illuſtr. D. Jo. Andreæ, & Pagano filiis quond Illuſtr. D. Joanettini de Auria pro ipſis proventibus erogandis, & convertendis in reparationem, & reſtaurationem Eccleſiæ Sancti Matthæi de Janua, & aliorum neceſſariorum pro dicta Eccleſia, & ipſis deficientibus eorum filiis maſculis, quibus deficientibus, & ſeu ipſis hujuſmodi curam ſuſcipere nolentibus, voluit de prædictis proventibus annuatim reſponderi debere Illuſt. Deputatis, qui pro tempore erunt à familia, & albergo de Auria pro omnibus ſupradictis dicto albergo ad effectum erogandi dictos proventus in omnibus ut ſupra, & ſeu illi, vel illis de dicto albergo, & familia de Auria, qui deputarentur pro tempore ad curam & reparationem dictæ Eccleſiæ, & aliorum neceſſariorum pro dicta Eccleſia. In reliquis dictum ſuum teſtamentum, & Codicillos, & contenta in eis reſpectivè approbavit, & confirmavit in omnibus, & per omnia, prout in eis reſpectivè continetur &c. De quibus omnibus &c.

Per me dictum Jo. Jacobum Cybo Notarium.

Actum extra muros Januæ in Villa Faſſoli in Palatio præfati Illuſtr. Principis Anno Dominicæ Nativitatis milleſimo quingenteſimo ſexageſimo Indict. ſecunda, ſecundum Januæ curſum die Martis prima Julii in tertiis, præſentibus Spectabile D. David de Promontorio J. U. Doct. Gregorio Pluma quon. Pantal., Auguſtino Boovino quon. alterius Auguſtini, Benedicto Dacino Monte Rubeo quon. Dominici, & Jo. Maria de Graciis ſervitore Suæ Excellentiæ teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

IN nomine Domini Amen. Quia ſecundum variationes rerum, & temporum etiam debent Sapientes eorum variare, & mutare voluntates, ideo Illuſt D Andreas de Auria Amelphi Princeps &c. ſanus Dei gratia mente, loquela, corpore, & intellectu, & in ſua bona, & ſana exiſtens memoria, & memor in ſuis ultimo Teſtamento Codicillis diſpoſuiſſe de creditis ipſius cauſatis ex ſtipendio Triremium, & cum nuper in clade accepta, & infortunio ſequuto in claſſe Sereniſs., & Catholici Regis Hiſpaniarum ad locum Jarbi præfatus Illuſtriſs. D. Jo. Andreas aliquas Triremes amiſerit, ita ut ſit maxima impenſa, tam in reparandis, & inſtruendis quæ reliquæ ſunt, quam in fabricandis aliis, ut denuo poſſit numerus viginti Triremium expleri, quæ continuò mandatis obſequi, & ſervitiis Sereniſs., & Catholici Regis Hiſpaniarum ſolito ſtipendio præſto, ſive prout ipſe Illuſtriſs. Codicillans futurum cupit, & ſperat, & dictum Illuſtriſs. D. Jo. Andream ita faciat paterna monitione hortatur, & ut hoc maturius fieri poſſit legavit, & legat eidem Illuſtriſs. D. Joanni Andreæ omne id, quod ipſi Illuſtriſs. Codicillanti debetur, & in futurum debitum erit per Regiam Catholicam Majeſtatem pro ſtipendiis Triremium, & cauſa, & occaſione ipſarum Triremium, ut facta ſolutione ejus, quod debetur per Suam Excellentiam M. D. Nicolao Spinulæ quon M. D. Lucæ, quod debitum vult ſolvi per dictum Illuſtriſs. Jo. Andream, & ex dictis ſtipendiis reſpondendum poſſit converti per dictum Illuſt. D. Jo. Andream in reparandis, inſtruendis, & armandis Triremibus, quæ ſuperſunt, & in fabricandis, inſtaurandis, ac conſtituendis aliis.

Item ordinavit, & mandavit, ac legavit dicto Illuſtriſs. D Jo. Andreæ domum ipſius Illuſtriſs. D. Codicillantis de Faſſolo, cum ſuis juribus, & pertinentiis, ac Villa contigua, & annexa, ac ſtabulo, & dicto Illuſt. D. Pagano (*) legavit domum ſitam Genuæ

(*) Admonendus eſt Lector hunc ... Paganum de Auria Joannettini filium Sacræ Militiæ S. Joannis Jeroſolymitani adſcriptum fuiſſe, ideoque ſine liberis in Africa poſtmodum deceſſiſſe.

nuæ io platea de Aoria ipſius Illuſtriſs. Codicillantis munere publico dotata, ac Villam Faſſoli, quod vulgari nomine appellatur le Faſſie di ſopra, cum eorum juribus, & pertinentiis, & cum hoc, quod aqua dictæ Villæ ſit communis utriuſque, & non poſſit impediri, quin dictus Illuſt. Jo. Andreas Dominus dictæ domus, & Palatii Faſſoli, dicta aqua ad ejus libitum utatur, & ejus ſucceſſores, prout nunc Sua Excellentia utitur, caſſans, revocans, & irritans omnia, & ſingula per Suam Excellentiam diſpoſita in alio ſuo Teſtamento, & Codicillis circa prædicta ejus credita, & dictas domus, & Villas, ſed vult, quod contenta in præſentibus Codicillis loco illorum, quæ ibi diſpoſuiſſet de prædictis, ſuccedant; in ceteris verò approbavit, & confirmavit dictum Teſtamentum, & Codicillos, & omnia, & ſingula in eis reſpectivè contenta &c.

De quibus omnibus &c.

Per me dictum Jo. Jacobum Cybo Not.

Actum extra muros Januæ in Palatio præfati Illuſtriſs. Codicillantis, videlicet in una ex Cameris inferioribus anno Domini-cæ Nativitatis milleſimo quingenteſimo ſexageſimo Indictione IIII. ſecundum Januæ curſum die Martis XXIII Septembris in veſperis, præſentibus Spectabilibus Dominis D. David de Promontorio J. U. D. D. Joſeph Cybo, olim Raio, Artium, & Medicinæ Doctore, Antonio de Amigheto Cauſidico quon. Peregri, Hieronymo Cybo Not. quon. Clementis, Auguſtino Cybo Not. filio mei Not. infraſcripti, & Gregorio Pluma quon. Pantaleonis Januen. Teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

Recepta, & publicata fuerunt per me dictum Jo. Jacobum Cybo Peyranum Not.

1730. die 4. Octobris.

Extractum in omnibus ut ſupra ex foliatio Inſtrumentorum recept. per nunc quon. M. Joannem Jacobum Cybo Peyranum Notarium, ſcilicet ex foliatio ejuſdem anni 1558. quod unà cum ceteris dicti Notarii Inſtrumentorum protocollis obſervatur in Archivo Ven. Collegii DD. Notariorum Genuæ.

GG.

Reipubl. Decretum pro erectione Statuæ JOANNIS ANDREÆ DORIÆ,

Ex publ. Archivo Ser. Reipub. Genuenſ.

DUX, GUBERNATORES, ET PROCURATORES REIPUBLICÆ GENUENSIUM &c.

CUm Excellentiſſimus Joannes Andreas Doria Melphiæ Princeps Civis noſter Vir ad laudem, & gloriam natus ab adoleſcentia præclara majorum ſuorum veſtigia perſequens egregium ſemper erga Patriam ſuam animum, accenſamque charitatem oſtenderit, idemque quoties uſuvenit proprium commodum, ſuique ipſius omnino oblitus pro Reipublicæ ſalute ac libertatis noſtræ conſervatione, dies, noctesque ſummo ſtudio, ſummaque diligentia excubaverit, ut quemadmodum ſenex Princeps Patriæ Pater fuerit jure optimo appellatus, ita & is ejuſdem PATRIÆ LIBERTATIS CONSERVATOR vocandus ſit, decere nos exiſtimavimus hac grati animi ſignificatione tantam virtutem, tamque ſingularis pietatis exemplum poſteris ad imitandum proponere. Re igitur perpenſa, ac ſatis diſcuſſa, collectis de more calculis, amoto prius Illuſt. Paulo Doria Collega noſtro, negotio intereſſe non valente ob propinquitatem ſibi cum eodem Excellentiſſimo Principe Joanne Andrea intercedentem, jure optimo de poteſtatis plenitudine decrevimus, ac ſtatuimus, & præſentis publici decreti noſtri virtute decernimus, ac mandamus, præfato Excellentiſſimo Principi Joanni Andreæ ſtatuam marmoream a leva ſtatuæ ſenis Principis in Prætorii area ſitæ ære publico eſſe erigendam, erectionis cauſa verbis decentibus, ac honorificentiſſimis illi inſcriptum, ut libertatis ab eo conſervatæ perpetuum extet monumentum, cives ſtimulus nam ad decus, & virtutem gloria, ad bene de Republica merendum ardentius excitat. Decrevimus præterea ac ſtatuimus, & mandamus ipſum Excellentiſſimum Principem Joannem Andream poſthàc quandiù vixerit, honorificentiſſimè eſſe habendum, excipiendum, tractandum, afficiendumque ubique, & quolibet tempore iis honoribus, præeminentiis, prærogativis, commodis, & aliis quibuſcumque, quibus habitus, exceptus, tractatus, ac affectus fuit, dum ſummo maritimarum imperio pro Catholico Rege potiretur, quod munus cum per decem & octo annos ſumma cum laude prudentiæ & fortitudinis geſſiſſet tandem ob ingraveſcentem ætatem, adverſamque valetudinem deponere coactus eſt; quæ omnia ſuperius expreſſa decrevimus, ſtatuimus, & ordinamus, obſtantiis quibuſvis non obſtantibus, juſſimuſque in ipſorum teſtimonium has noſtras literas fieri, ſigillique Reipublicæ appenſione muniri, & per infraſcriptum noſtrum Cancellarium, & Secretarium ſubſcribi.

Datum Genuæ in Palatio noſtro Ducali, die X. Decembris 1601. &c.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX GENERALIS
RERUM, ET NOMINUM,
Quæ continentur in hoc Tomo III.

A

A*bbas de Nigro Genuæ Legatus ad And. Doriam*. 1219. E. (111)
de *Abdua*, *Famil. Medicl.* 616. C.
Accariſii, *Famil. Favent. Guelſorum Princeps*. 252. D. *à Manfredis Urbe pulſi*. 294. B.
Accariſii, *Famil. Bonon.* 164. C. 174. A. 444. B.
Accariſius Curte Bonon. Conſ. 132. D.
Acciajoli, *Famil. Florent.* 446. A.
Accurſia Accurſii filia Legum Interp. in Archigym. Bonon. 234. E. (51)
Accurſius Florentinus Juris-Conſ. celeb. in Archigym. Bonon. 219. B. (22) *ejus mors*. 304. D.
Achilles Craſſus Bon. Cardinalis creatus. 525. D. *Epiſc. Bonon.* 526. C.
Adamus Centurio Legatus ad Carolum V. Imper. 1178. D.
Adelardi, *Famil. Mutin.* 186. C. 307. A. 419 B.
Adelfredus Ep. Bonon. Abbatiam conſecrat. 68. C. *muneribus Clerum honeſtat*. *ibid.* D. 400. C.
Adurnii, *Famil. Genuenſ.* 552. A. 609. B 1126. A. *Urbe expulſi*. 1127. A. 1130. A. 1135. A.
Aegidius Garzonius Bonon. Epiſc. Mutinæ. 182. E. (35)
Aemilia gens unde. 1074. A.
Aemilia via ab Auguſto perducta. 22. C.
Aemilii Paulli quinam illuſtres Romæ fuerint. 1074. B.
Aemiliorum Paullor. familia, *& acta*. *ibid.*
Aemilius Paullus L. Scipionis Æmil. pater. *ibid.* C.
Aeſis fl. Æmiliæ: Senonum terminus. 17. A.
Africa in Provinciæ formam redacta. 1089. C.
S. *Agapitus Ro. Po. bona Eccleſiæ Bonon. confirmat*. 39. B.
SS. *Ageus & Agricola Martyres Bonon.* 25. B. 361. A.
Aginulfus Comes Mutilianæ à Bonon. captus. 254. C.
Agnellus Mantuanus Prætor Bonon. 172. C.
Agnellus, *& Caſtus Fratres de Anſaldis Juris-Conſ. in Archigym. Bon.* 235. B. (51)
de *Agreſtis*, *Famil. Bonon.* 203. D. (67)
S. *Agricola Martyr Bonon.* 361 A. *ejus Corpus à S. Ambroſio repertum*. 364. C.
Aigoni, *Famil. Mutin.* 175. E. (20) 265. C. 273. B. *Patriæ reſtituti*. 283. B.
Aimericus Chatti Epiſc. Bonon. 450. D. *à Florentinis occiſus*. 454. A.
Aimericus Dodonus Cremon. Prætor Mutinæ. 186. B.
Aimericus Marchio: prædia Bonon. Eccleſiæ donat. 57. A.
Alamandini, *Famil. Bonon.* 525. E. (2)
Alambertus, *ſeu Mambertus Epiſc. Bonon.* 389. E. (82)
Alaricus Viſgot. Rex: primus poſt Gallos Romam cepit. 30. B.
Albarinus Scannabecchius Bonon. tumultu occiſ. 147. B.
Albergati, *Famil. Bonon.* 56. (9) 115. B. 465. A. 474. A. *ejus origo*. 476. B. 478. D. 610. A. 611. C. 614. A.
Alberghetti, *qui & Manfredi famil. Favent. Gibellinor. Princeps*. 252. D.
Alberghetus Pandimilius Tarviſinus Bononiæ Prætor. 208. B.
Alberi, *Famil. Bonon.* 170. B. 185. C.
Albericus Aldia Bonon. Conſ. 152. C.
Albericus Scannabeccus Bonon. Conſ. 155. A.
Albericus de Porta Ravennate Legum Interpres Bonon. 171. B.
Albericus de Romano Icilini fr. cum Pontificiis ad obſidionem Ferrariæ. 256. C.
Albertinus Alamanus Prætor Ferrar. 201. A.
Albertuccius Bonromæus Juris-Conſ. in Archigym. Bonon. 234. E. (51)
Albertus Bonon. Card. 115. B. (4)
Albertus Araldus Imol. à Bonon. captus, *& pede ſuſpenſus*. 181. B.
Albertus de Arcoſtis Epiſc. Bonon. 179. A. (29)
Albertus Angellelus Bonon. Urbeveti Prætor. 262. B.
Albertus Acciajolus Epiſcopus Bonon. 446. A.
Albertus Aldia Bonon. Conſ. 147. B.
Albertus Blanchettus Eques Bonon. contra Turcas. 169. D.
Albertus de Berzano Templarius Bonon. innocentiâ purgatus. 442. E. (17)
Albertus Caccianimicus Bonon. Prætor Mutinæ. 290. C.
Albertus Epiſc. Bonon. 395. A. *bona Eccleſiæ recuperat*. 65. B.
Albertus Craſſus Bonon. Leg. 88. A. *libertatem pro Patriâ recuperat*. 90. A.
Albertus Gallucius Bonon. 90. C.
Albertus Epiſc. Tarviſinus. 626. A. 631. B. (9)
Albertus Grecus Bononiæ Prætor. 302. A.
Albertus Griſonus Sacerdos Bonon. impiè necatus. 152. B.
Albertus Lambertaccius occiſus. 248. B.
Albertus Lendenarius Prætor Mutinæ à Bonon. captus. 182. B.
Albertus Magdeburgenſis Epiſc. Frid. II. Imp. Legatus. 217. B.
Albertus Malavolta Bonon. Prætor Genuæ. 283. A. (29)
Albertus Mantuanus Eremita, *Bonon.*, *& Mutinenſ. componit prædicatione*. 186. B. (39)
Albertus Co. Prati Bononienſ. Socius. 173. A.
Albertus Vidonus Bonon. Prætor Mutinæ. 290. C.
Aldefredus Gualfredus Bonon. fœderi Italor. ſubſcribit. 148. (82)
Aldia, *Famil. Bonon.* 147. B. 152. C.
Aldrovandi, *Famil. Bonon.* 267. B. (10) 574. B.
Alemanus Turrianus Mediol. Bononiæ Prætor. 288. A.
Alemani Eccleſ. Bonon. pro Peregrinis conſtruunt. 223. A.
Alexander III. Pont. moritur. 165. C. & E.
Alexander IV. Pontif. eligitur. 291. A. *ejus Privileg. favore Legum Profeſſor. in Stud. Bonon.* 306. B.
Alexander V. Pont. Bononiæ excipitur. 462. A. me-

Digitized by Google

moritur ibi, & Bononienſem ſe dicit. ibid. C. (56)
Alexander Campeg. Bonon. Card. creatus. 569 D. 576. D. *ejus Vita. ibid. Epiſc. Bonon. ib* A.
Alexander Contarenus Trierarcus Ven. 1177. D.
Alexander Caprara Bonon. S. R. E. Card. 619. E.
Alexander de S. Ægidio Juriſconſ. in Archigym. Bon. 234. E. (51)
Alexander Florentinor. Dux interfectus. 1176. C.
Alexander Formagliari Bonon. J. U. D. Lect. Pub. Archidiac. 104 (68)
Alexander Pepulus Laurentii Card. Campegii Româ ſocius juſſu Senatus. 548. D.
Alexander Ludoviſius Archiepiſc. Bonon. 608. A. *Card. creatur.* 609. A. *Pontifex renunciatur ſub nom. Gregor. XV.* 609. D.
Alexandria Urbe ad Tanar. fl. condita, Papiæ oppoſita. 148. C. *obſidetur.* 152. D. *à Gallis capta.* 1136. B.
Alexius Ledeſma Vitæ Card. Gabrielis Palæoti Archiep. Bonon. Scriptor. 605. B.
Algerium, illuc infauſta Caroli V. profectio. 1188 C.
Alidoſii, Famil. Imol. 525. C.
Aliprandus Faba Brix. Bononiæ Prætor. 239. B.
Aloyſius Ferdin. Co. Marſilius Inſtituti Scientiar. Bononiæ fundator. 618. C.
Aloyſius Vermius Mediolani Præfectus à Bonon. in fugam verſus. 473. C.
Alphonſus Avalus Dux Exercit. pedeſt. Caroli V. 1171. B. 1176. A.
Alphonſus Carrectus Finarii Marchio. 1135. D.
Alphonſus Calabriæ Dux. 1119. B.
Alphonſus Ferrariæ Dux. 1159. D.
Alphonſus Marchio Vaſtius Cæſarianor. Dux. 1138. C. *Captus.* 1139. A.
Alphonſus Palæotus Coadjutor Eccleſ. Bonon. Archiep. Gabrieli datus. 603. B. *Archiepiſcopus Patriæ factus.* 605. C. *Ejus ſcripta.* 607. A.
Alvarus Bazanius Dux claſſis marit. Hiſp. 1168. B.
Amalthæi cenſuræ in Sigonii Hiſt. Bonon. 320.
S. *Ambroſius Archiep. Mediol. ejus electio.* 363. B. (22) *Pietas & quædam egregia opera.* 27. C. & ſeq. *Theodoſium Imp. Eccleſia excluſit.* 29. A. *Ejus mors.* 364. B. (30)
Amedeus Dux Sabaudiæ Pſeudo-Pont. 504. A.
Anagnia Urbs: *ibi Rom. Pont. comitia quinque Cardinales ſædant.* 137 B. *Veri Po. mora.* 138. A. 141. A. 152. A.
Ancona capta. 120. C. *Ab Ænobarbo obſeſſa.* 147. C.
Ancarani Famil. Bonon. 464. B.
Andali, ſeu Andalos, Famil. Bonon. 187 B. (42) 202. E. (65) 208. B. 307. A. 310 E. *Ejus origo.* 213. D. (11) 229. B. 250 D. 263. A. 285. A. 288. A. (40) 290. B. 313. A. 429. D. 439. A.
Andalous de Andalois ex Comitibus Caſalichii Legatus Bonon. ad Concil. Lateran. IV. 202. E. (65)
Andalus de Andalis, ſeu Andalois, Prætor Mediol. 208. B. *Et Genuæ.* 232. C.
Andreæ Doriæ Principis Melphitani Vita. 1116.
Andreas Epiſc. Sarſin. Eccleſ. B. V. M. in Monte Guardæ Bonon. ſacrat. 518. B. (47)
Andreas Grittus Dux Venet. 557. E.
Andreas de Valle S. R. E. Card. 576. A.
Andreolus Zenus Ven. Prætor Bonon. 309. B.
Angelica à Caide Virgo Sanctitate claro Bonon. 410 B. (40)
Angellelis, Famil. Bonon. 262. B.
Angelus Gozzadinus Bonon. Archiep. Nicienſis. 576. E. (21)
Angelus Maria Ranuccius S. R. E. Card. Archiep. Bonon. 613. E.
Angelus Perutius Ep. Sarſinas. 580. B.
Angli Studentes Bonon. S. Thom. Cantuarienſ. in Patronum aſſumunt. 182. D. (35)
Annibal Bentivolus Jo. fil. dignitate equeſtri à Rege Daciæ inſignitus. 516. C. *Agrum Bonon. infeſtat.* 525. C. *Urbis imperium capit.* 526. B. & *amittit. ibid.* C. *à Canetulis interfectus.* 534. A.
Anſaldi, Famil. Bonon. 388. E. (77)
Antiani Bononiæ primùm inſtituti. 236. B. (54)
Antiochus Narſetis P. 47. A.
Antoniottus Adornius Genuam capit. 1130. A. *in tumultu Civit. captus.* 1135. A.
S. *Antonius Patavinus rem ſacram agit Bonon.* 214. D. (13) & *Pub. Lector. Archigym.* 223 E. (29) 432. D.
Antonius Albergatus Juriſconſ. Bonon. 478. D.
Antonius Bendinellus Vitæ P. Scip. Æmil. Scriptor. 1063. *confutatus.* 1064. & ſeq.
Antonius Bentivolus Canetulos dominio Bononiæ ejicit. 483. D. *Urbem Pontif. tradit.* 485. A.
Antonius Bernardus Profeſſor. Phiſ. egreg. 568. E.
Antonius Sen. Bovius Bonon. obſes pro Patria militibus Germanis datus. 616. D.
Antonius Maria Campegius Senator ad Pontificem orator. 553. D. *iter.* 566. C.
Antonius Corrarius Card. Epiſc. Bonon. 461. B.
Antonius Doria Dux claſſis Pontificiæ. 1163. E. (59) 1169. B. *in exercit. Cæſar.* 1175. A.
Antonius Fachenettus Bonon. Pontifex creatur ſub nomine Innocentii IX. 603. C.
Antonius Galeazius Bentivolus Epiſc. Bonon. à Populo deſtinatus ſed inaniter. 526. C.
Antonius Gallucius Bonon. Monachus Cæleſtinis fautor. 452. E.
Antonius Leva Cæſarianor. Præf. 1143. E. *dolore moritur.* 1175. A.
Antonius Maria Card. Salviatus Bonon. Legatus. 603. A.
Antonius Maria Zaccarias Cremonenſ. Clericor. Regul. S. Pauli fundator. 606. B.
Antonius Mandellus Prætor Bonon. 165. D. *Pacem Frid. Imp. pro ipſis jurat.* 166. A.
Antonius Pezamanus Epiſc. Feltrinus. 543. D.
Antonius Santacrux Card. Bononiæ Legatus coronam auream Imagini Deiparæ SS. Roſarii ſolemniter imponit. 611. B.
Antonius Tarentinus Prætor Ceſenæ ſupplicio affectus. 204. A.
Antonius Taurellus Bonon. Conſ. 123. A. *vincit Mutinenſes.* 124. A.
Antonius Torellus Bonon. Eques. 118. (12) D.
Aphrica Opp. Lybiæ à Chriſtianis capta. 1212. A.
S. *Apollinaris primus Bononienſ. Evangelium tradidit.* 358. A.
Apollinis Templum à Romanis expilatum. 1087. A.
Apoſa Torrens prope Bonon. 190. C.
Apua, nunc Pontremulus. 1174. E.
Arbia flu. Hetruriæ. 104. A.
Arboris Caſtrum Bonon. 163. E. 177. C.
Ardicio Luſcus à Ponte Carali Brixianus Prætor Bonon. 253. B.
Ardoini, Famil. Bonon. 164. C.
Ardoinus Confalonerius Placentinus Bonon. Prætor. 262. C.
Areoſti Famil. Bonon. 132. B. 179. A. 205. A. 422. E. (75)
Argellata Caſtrum Bonon. 180. A. 411. C.
Argellatenſes fautores Imper. adjudicati. 278. E. (29)
Argentani à Bononienſ. ſervati, 288. B.
Arienti Famil. Bon. 313. C.
Ariminenſes à Bononienſ. victi. 203. B.
Ariminum Urbs, ab Umbris ſtructum. 16. B.

ibi

ibi Colonia. 18. A. Ahenobarbo adhæret. 153. C.
Arimundus Ocellettus Bonon. Conſ. 155. A.
Arnaldus Accurſius Epiſcopus Bonon. 444. B. à Legato Pontificis remotus. 445. A.
Arola Caſt. Regienſ. 276. B.
Arpinum Oppid. Latii 1120. E. (7)
Arretium Urbs, viæ Flamin. finis. 19. B.
Arrengheri Famil. Bonon. 106. C. (71)
Arruncius collis Bonon. amœnus. 121. B. (20)
Artenſis Famil. Bonon. 263. A.
Artenſius Artenſius Bonon. Conſ. 148. C.
Arecius, ſive Aurelius, alias Recco Alamanni de Turre Mediol. Prætor Bonon. 323. E.
Arx ad Portam Galeriæ à Legato Pontificis extructa Bonon. 445. A. à Populo everſa. 445. D. iterum. 473. D.
Aſcanius Columna Equit. Cæſarianor. Magiſter. 1138. C. captus. 1139. A.
Aſdrubal Dux Pœnor. ejus crudelitas. 1083. A. ad Scipionem ſe confert. 1088. A. ejus Uxor & Liberi ſi in ignem conjiciunt. ibid.
Aſclepios Bononienſes ad Imp. revocat. 28. B.
Aſculani Firmonos opprimunt. 1124. A.
Aſculum à Frid. II. Imp. captum. 257. A.
Aſinelli Famil. Bonon. 147. B. 150. D. 153. A. 164. C. 169 D. 182. C. 289. A. & B. 292. D. 303. A. 304. A. 308. B. 310. E. 313. D.
Aſinus foleis argenteis à Bononien. in Urbem Mutin. projectus. 280. A. (30)
de Aſte Famil. Rom. 617. D.
Aſtaldus Aſculanus vir. nobiliſs. 1124. A.
Aſtorgius Spatinfaccia, alias Agneſius Archiepiſcop. Beneventanus Bononiæ Gubernator. 512. C.
Atteſtina familia. 69. C.
Attila in Ital. irrumpit. 35. A.
Avarus Numantinor. Legatus Scipioni. 1098. D.
Auguſtæ Conventum pro Hæreſi Luther. 562. A.
Auguſtinus Adornus Januenſ. Clericor. minorum fundator. 609. C.
Auguſtinus Florentinus Vitæ B. Pariſii Bonon. collector. 624.
Auguſtinus Pallavicinus. 1151. E.
Auguſtinus Spinula Prætorii Præf. 1134. A. Gallos ab obſid. Calvi in Corſica ejicit. 1220. C.
Auguſtinus Trivultius S.R.E. Card. 1199. D. (102)
de Auria Famil. Genuenſ. Vide Doria.
Azo Abbas S. Steph. cauſa interdicti Civit. Bon. 196. D.
Azo Bonacurſii Bonon. cauſa motus illius Civit. 261. B.
Azo Eſtenſis Prætor Veronæ. 188. C. Salinguerram Ferrarâ depulit. 190. D. 192. B. cum Pontificiis junctus. 256. C. Provicarius ipſius Urbis. ibid. D.
Azo Juriſconſ. celeberr. in Archigym. Bon. 183. C. Orator ad Legatum Pontif. 195. A. quando mortuus. 207. A.
Azo Porcanus Mediol. Prætor Bonon. 260. A.
Azo Preti, ſive de Presbyteris Juriſconſ. celeb. Bonon. 186. E. (41)
Azo Taurellus Bonon. Leg. privilegia & dignitatem obtinet. 126. A. & B.

B

BAccialeri, Fam. Bon. 169. C. 288. A.
Baccialerus Baccialerius Eques Bon. contra Turcas 169. C.
Badals, & Baptedici Oppidani Bononienſibus deditì. 152. C. (91)
Badianum, ſeu Baſſianum Caſtrum Mutinenſ. 237. A. (59) à Bononienſ. obſeſſum. 271. A.
Captum & combuſtum. 272. B.
Bagarotti, Fam. Bon. 118. (12) D.
Bagnoli, Famil. Bon. 288. A.
Balduinus Imp. Conſtant. in Italia pro pace procur. inter Pont. & Imper. Rom. 262. C. Bononiæ magnificè excipitur. 308. A.
Balneocaballenſes Bononienſibus ſe ſubdunt. 293. C.
Balneocaballi Comes in auxil. Faventinor. Gibellinor. 254. C.
Balthaſſar Coſſa Cardin. Legatus Pontif. & Gubernator Bonon. 461. A. Civitati infenſus. ib. C. Pontifex factus. 462. C.
Balugula Caſt. Frinian. à Bonon. captum. 254. D.
Bancii, Famil. Bonon. 366. E. (26)
Bandinus Familiatus Piſanus, alias Senenſis, Juriſconſultus in Bonon. Archigym. 178 D. (28)
Baptiſta Canetulus Bonon. Factionis Princeps. 490. A. Annibalis Bentivoli occiſor, interfectus. 534. B.
Baptiſta de Canonicis Bon. Faventiæ Epiſc. 525. A. (3)
Baptiſta Mantuanus Carmelita Vitæ B. Lud. Morbioli Scriptor. 626. A.
Baradelli arx: Ahenobarbi refugium. 139. B.
Baragatia Caſt. Co. Prati. 173. B.
Barbatus Epiſc. Bonon. 385. C. (68)
Barbaruſſa Algerii Rex. V. Careadinus.
Bargelini, Famil. Bonon. 617. C.
Barnabos Vicecomes à Bononienſ. victus. 450. D. Pacem cum eis, & Eccleſia init. 452. A.
Bartholomæus Mezzavacca Cardinalis Bonon. 452. D. (35)
Bartholomæus Raimundus Epiſc. Bonon. 456. C.
Bartholomæus Gordinus Bonon. Epiſc. Dragonerienſ. primum lapid. Templi S. Petron. ponit. 290. E. (48) 457. A. (44)
Bartholomæus Junior Epiſc. Bonon. 461. E. (52)
Bartholomæus Zambeccarius Bonon. Epiſc. 469. B.
Bartholomæus Bragantius è Vicetia Ord. Præd. Ordinem Equitum S. Mariæ Glorioſæ Bononiæ promovet. 306. D. Epiſc. ſuæ Patriæ ad transl. Corp. S. Domin. Bonon. adeſt. 315. C. Ejus obitus. 316. C.
Bartholomæus Ferrarius Mediol. Clericor. Regul. S. Pauli fundator. 606. B.
Bartholomæus Tencararius Templarius Bonon. innocentiâ purgatus. 442. C. (17)
Barulum obſeſſum. 120. D.
Baſacomatri, Famil. Bonon. cor. Turris depreſſa. 229. A. 234. E.
Baſilica Bonon. ab Hungaris incenſa. 390 B. primùm S. Caſſiani nuncupata, poſtea S. Petri. 393. B iterum flagrat. 414. B. inſtauratur. 418. B Ab Alphonſo Palæoto Card. reædificata. 606. D.
Baſilius Ep. Bonon. datus. 26. E. Ejus opera. 27. A. 362. D. 363. E. (19)
Baſtia Opp. in Apuliâ à Turcis direptum. 1221. D.
Battutor. Societas Bonon. inſtituta. 304. B.
Bayelini, Famil. Bonon. 612. D.
Bazaarii, Famil. Mutin. 283. A.
Beccariorum, Fam. Bon. 117. (12) E.
Beccatelli, Famil. Bonon. 174. A.
Belgradum à Solymano captum. 551. B.
Beliſarius Vandalis victis in Gothos miſſus. 40. A. Italiâ diſcedit. 41. A. iterum miſſus. B. revocatus. 42. B.
Bellini, ſive Bellegni, Famil. Ven. 309. C.
Beltraminus Paravicenus Epiſc. Bonon. 446. D.
Bellum ſacrum, ejus initium. 80. B.
Bendini, Famil. Bonon. 618. E.
Benedictus Abbas S. Petri Mutinæ. 242. B.
Benedictus Beneventanus Juriſconſ. Bonon. conductus. 223. B.

Be-

INDEX GENERALIS

Beneventum Urbs Rom. Po. refugium. 148. A. *ibi moram trahunt*. 150. A.

Beatæ Bentivolus Eccleſ. S. M. de Bararano Bonon. ornat. 460. C.

Bentivoli, *Famil. & Princ. Bonon*. 460. C. 465. B. 483. D. 516. C. *Principatum amittunt*. 524. D. 525. C. *eumdem recuperant*. 526. B. *denuo ab ipſa deturbati*. 524. B. 534. C.

Benus Florentinus eximius Grammaticus à Bononienſ. conductus. 209. C. (2)

Benus Gozanus Bonon. Prætor Mediol. 288. A. *iter*. 299. A. (65)

Berengarius II. Rex, Eccleſiæ infeſtus. 394. B (4)

Bergomum pro libertate Italiæ recuperanda fœderatum. 147. A.

Bernardii, *Famil. Bonon*. 170. A. 176. A. 185. B. 208. B.

S. Bernardinus Senenſis Bononiam intrat. 467. A. *Ejus ſerma contra Aleatores*. ib. C.

Bernardus Bernardius Bonon. Regis Prætor. 208. B.

Bernardus de Bonavalle Epiſc. Bonon. 453. B. (36)

Bernardus S. Mariæ Card. in Porticu Legatus Pontif. ad Galliæ Regem. 549. A.

Bernardus Epiſc. Bonon. 82. A. 409. C.

Bernardus Cornazanus Prætor Regii. 203. A.

Bernardus de Quintavalle primus à S. Franciſco Bonon miſſus pro fund. ejus Ord. 314. E. (12) 431. A.

Bernardus Roſſius Mutinæ Prætor. 198. A.

Bernardus Salviatus Dux Claſſis Equitum Hieroſol. 1163. C. (59)

Bernardus Tudera, *alius à Tomitana de Obſerv. S. Franc*, *auctor*, *ut Montes Pietatis*, *& præcipuè Bonon. erigerentur*. 523. D. (1)

Bernardus Vadrana Bonon. Conſ. aucto num. 153. A. *turmarum ductor*. 154. A.

Bertoldus Frid. I. Imp. Cancellarius Faventinos obſedit. 168. B.

Bertrandus de Farmello Epiſ. Nivernenſ. 446. E. (28)

Bertrandus de Podietto Card. Oſtienſ. Legatus Pontif. in Italia. 444. C. *Bononiâ pulſus* 445. D.

de *Berzana*, *Famil. Bonon*. 442. E. (17)

Beſſarion, *Cardin. celeb. Bononiæ Legatus*. 512. D.

dalle Biſcie, *Famil. Bonon*. 461. E. (52)

Biſcione argenti XII. Moneta Bonon. quando cuſa. 162.

Bithiſia Gozzadini Bonon. Juriſconſ. & Lect. pub. 252. E. (91)

Blanca Joannis de Brenna Jeruſalem Regis filia Bononiæ moritur. 232. A. (44)

Blanchetti, *Famil. Bonon*. 169. D. 313. D.

Boaterii Famil. Bonon. 174. A. 189. A.

Boccabadati Famil. Mutin. 224. D.

Boccacii Famil. Brixiæ. 228. D.

Boccadirunchi Famil. Bonon. 170. A.

Bocius Bonon. P. ſublatis conſulibus. 143. C. *avaritiâ exuberat*. 144. A. *opprimendus*. 145. A. (76) *vulneratus præcipitatur*. 147. B.

Boji, *Famil. Bonon*. 167. E. (8)

Boji, *eorum in Italia viciſſitudines*. 17. A. *& ſeq*.

Bolognetti, *Famil. Bonon*. 616. D. 617. C.

Bolognini, *Famil. Bonon*. 457. C.

Bonacoſſius Baſciacomatri Juriſconſ. in Archigym. Bonon. 234. E. (51)

Bonacurſii, *Famil. Bonon*. 261. B.

Bonacurſius Sureſinus Prætor Bonon. 298. A.

Bonazzi, *Fam. Bon*. 109. (76) E.

Boncompagni, *Famil. Bonon*. 238. E. (61) 578. D. 606. C. 611. E. 614. E.

Bonifacius, *ſeu Bonacurſius Soreſinus è Brixia Prætor Mediol*. 292. E. (53)

Bonifacius de Corio Prætor Placent. 273. B.

Bonifacius Bonconſilius Juriſconſ. in Archig. Bon. 219. A.

Bonifacius Marchio Montisferrati in amicit. Frid. II. Imp. acceptus. 265. A.

Bonifacius Sala Brixianus, *Prætor Bononiæ*. 284. C. *ibi domicilium figit*. 286. C. (18)

Bononeni argenti VIII. moneta Bonon. 161. 251. C. (90)

Bononia clariſſima. 13. A. *ejus decidentia*. 15. B. *& cohærentiæ*. 16. A. *à Tuſcis condita*, *ejus primum nomen Felſina*. B. *ejus Reges & antiquitas*. C. 17. A. *effecta Romanor. Colonia* 18. B. *ejus libertas*. 19. A. *ejus Regio Flaminia denominata*. B. *latino ſermone uti cœpit*. C. *libera ſed vectigalis*. 20. A. *in Antoniorum Clientela*. B. *eorum in Ædes*. (17) *Colonia deducta*. 21. A. *ejus ſub Imperatoribus inſtituta*. B. *Religione Chriſtianâ florens*. 22. (22) *incendia conflagrata*, *& reſtituta*. 23. A. *nobilitata ludis & naturâ*. B. *ejus gubernii viciſſitudines*. 24. A. *Epiſcopum poſtulat*. B. *ejus opera*. 25. A. *Martyrum ſanguine decorata*. B. *ejus Conſularis ubi forum egerit*. 26. D. *privilegiis ab Joviano exornata*. 27. B. *ſemiruta*. 28. D. (33) *mœnibus exuta*. 29. B. *reſtaurata*. C. (34) *Eccleſiis aucta*. 32. A. *ejus ambitus dilatatur*. 33. B. *jure publicæ ſcholæ aucta*, *immunitates Profeſſoribus conceſſæ*. 34. A. *ejus Ep. cui ſuffraganeus*. 35. B. *inſigni miracula illuſtrata*. 38. C. (44) *ejus Epiſcopo poſſeſſiones ac jura confirmata*. 39. B. *ad eam Legati ut proximos in officio ſervet*. 40. B. *fame & peſte laborat*. 41. A. *Græcis dedita*. C. *à Totila capta*. 42. A. *ejus prædicta jura firmata*. 45. A. *in Exarchi poteſtate ſe continens*. 46. B. *à Longobardor. detrimentis immunis*. 47. B. (39) *ad eam Romanor. exercitus*. 48. C. *ejus privilegium confirmatum*. 49. B. *à Luitprando occupata*, *Romanos rejicit*, *eiſdem reddita*, *belli cladis particeps*. 51. A. *ſub Longobardis*. B. *ad Ro. Po. cum Exarchatu pervenit*. 52. A. *ejus viciſſitudinum epilogus*. 53. A. *privileg. ab Imp. confir*. B. *ejus ſtatus*. 54. A. *ad deditionem ab Imperatore compulſa*, *mœnibus nudata*. 55. B. *ejus Epiſcopo cauſſis commiſſa*. D. *ab omnibus tributis ejus Clerus immunis*. 56. C. *ejus Ep. ad Ravenn. Eccleſiam translatus*. D *prædia Eccl. donata*. 57. A. *bona Ep. confirmata*. 58. B. *inſtituit conſulatum*. 62. C. (3) *optimatium Reipublicæ conjectura*. 63. B. *mutatio*. C. *immunitates ejus Clero confirmatæ*. 64. D. *bona Eccl. ei reſtituta*. 65. B. (7) *de Lycæo ejus*, *Othonis M. benemerentia teſtatur*. (6) *pro bonis Eccl. indultum*. 67. B. *dies ejus ſolemnis faſtis adſcriptus*. 67. C. *bello flagraſſe conjectandum*. 68. B. *de prædiis Canonic. ratihabitio*. C. *muneribus Clerus honeſtatus*. D. *obſoleta ab hiſtoricis*. 70. D (15) *conceſſiones ejus Eccl. confirmatæ*. 71. A. *ejus prima libertas*. 73. B. *capta & recuperata*. 74. B. *& C. trinæ ejus corollæ ſymbolum*. 77. (26) *inſtituit Tribunos & Vexilliferos*. 78. A. *ſtemmatis ſymbolum*. 80. (32) *Lycæo floret*. 81. (33) (34) *ad eam Ro. Po*. 83. A. *ejus Ep. ab obedientia Ravennatis exemptus*. B. *bello in proximos incœpta*, *turribus ornatur*. C. *arcis freno coërcita*. 84. C. *arcem tumultu diruit*. 86. C. *ſanguinis pluviâ territa*, *legatos mittit*. 87. A. & B. *ejus Studio conceſſi per Theodoſium Stemm. ſymbola explicantur*. 88. (44) *ejus erga Reges*, & *Eccleſ. fides*.

ſtes. 88 A. & ſeq. ejus libertatis tabulæ. 90. A. de Templo Deiparæ ædificando inſtructio. C. ejus dedicatio. E. & devotio. (45) publicis Conſilii ædibus nobilitata. 91. C. finitimos in clientelam recipit. 92. A. hinc primus ejus potentiæ gradus. B. ejus miniſtratio fuit tradita. B. Epiſcopus. 102. A. Religioſi ordines. 103. A. Collegia. 106. A. leges. 109. A. Urbis ſtatus. C. mores Civium. 110. B. finitimæ Urbes. 111. A. libertatis ejus jura ſervata. 113. B. finitimis aucta. 117. A. & privil. 118. (12) E. bellum decernit Mutinenſe. 119. B. pacem inde ſtatuit. C. in Regis gratiam redit. 120. C. incendia flagrat. 122. A. (22) corpora ſanctor. ibi reperta. B. mercium immunitas in ſolemnibus conceſſa. 123. A. alios finitimos aggregavit. 124. A. & B. legatione miſsâ privilegior. confirmationem obtinet. 125. A. item. 126. B. (36) incendio devaſtatur. 127. A. ejus Archigym. vetuſtiſſ. Kalendar. (40) antiquitas Academiæ. (41) ejus Prætor arbiter Imolenſium. 151. C. ager ejus terminatur. 132. B. in priſtina jura ſervata. 133. E. aucta. 135. A. officina juris tradendi effecta. B. ejus potentia aliquantulum interrupta. 137. A. imagine Deiparæ nobilitata. 139. C. mœnibus ab Ahenobarbo ſpoliatur, & Conſulibus, P. impoſita. 143. C. avaritiâ P. afflicta. 144. A. promuos in deditionem recipit. 145. C. ejus ager vaſtatus. 146. C. unà cum finitimis fœdera renovat. 149. A. ejus Hoſpitale Crucifer. privil. confir. 150. A. iterum carrocium educit. B. pellit Judæos, veneficas fœminas comburit. 151. B. dedititiis oppidanis aucta. 152. C. diversâ ratione comitia Conſularia inſtituit. 152. D. inopiâ laborat. 158. A. ejus monetarum valor. 158. (106) earumdem Exegeſis. 159. C. & ſeq. Conſulibus exactis ſub Prætore redit. 165. D. ibi Lucius III. Pont. 167. D. & Frid. I. Imp. 168. A. (8) ibi hyems prodigioſa. ibid. D. ibi Greg. VIII. Pont. 169. B. & Henricus V. Imper. 171. C. ejus Epiſcopus Princeps Imperii nominatur. 172. B. Prætore ejecto iterum ſub Conſulibus. 174. A. civilibus bellis afflicta. 174. 175 B. & C. 182. C. 189. C. iterum ad Prætorem. ibid. Turres privatæ in ipſa aut demolitæ, aut depreſſæ. 181. D. novæ ædes conſtructæ ad jus dicendum. 186. A. Prætores duos Urbanum, & Montanum habet. 187. B. ampliatur. 188. A. (44) Rhenus flu. in ipſam ducitur. 190. C. (47) Othonem IV. Imp. honorificè excipit. 192. E. iterum. 196. B. (50) ab Epiſcopo Taurinate nomine Frid. II. Imp. proſcripta. 211. A. ibi S. Dominicus cum ſuis FF. 213. (9) & FF. Franciſc. 214. (13) ibi Nuncii Conradi Epiſc. Spirenſis Imp. Legati. 216. A. & Frid. ipſe II. Imp. 217. A. (18) ejus mœnia prolatata. 188. A. (44) Turris Gariſenda ædificatur. 189. A. ibi Legatus Othonis Imp. 191. A. in ipſa incendium. 195. C. ea occaſione Gypſi uſus reperitur. ibid. à Pont. interdicta. 196. D. (54) ejus foſſæ veteres inſtauratæ. 197. A. ibi Tuatæ, ſive Cellæ vinariæ inſtructæ. 198. A. Terræmotu afflicta. 227. B. ejus Palatium pub. deſcribitur. 227. (34) ibi Jo. Brenna Hieruſalem Rex. 228. C. aqua Sapinæ in ipſam utiliter inducta. (36) ejus Gymnaſ. à Frid. II. Imp. reintegratum. 232. C. (45) ibi Factiones Geremæorum & Lambertaciorum. 233. D. (47) annonâ & peſtilentiâ laborat. 234. (49) forma Reipublicæ mutatur. 236. A. (54) aquar. inundatione afflicta. 242. C. ejus ager ampliatur. 242. D. (69) interdicta. 243. D. 244. B. inopia rer. cib. & maximè vini laborat. ibid. D. ab interdicto liberata. 245. A. (73) in ſupplicationes & pœnitentiam à F. Jo. Vicent. ducta. 246. C. (77) ibi oſſa S. Dom. magna celebritate in archa marmorea tranſlata ſunt. 247. B. (80) ibi hyems ſæviſſima. 248. A. inde inopia, & peſtilentia ib. B. ejus ager à Frider. II. Imp. vaſtatus 255. B. 258. A. ibi Innocen. IV. Pontif. 285. C. Turris max. Galluccior. ædificatur. 501. A. Ord. Equit. S. Mariæ Glorioſæ ibi à B. Bartholomæo Bragantio inſtitutus 506. D. Mariæ Urbs nuncupata 309. A. ibi lis inter Magiſtros Artium Salſamentariorum, & Laniorum oborta 316. D. item inter Inſtitorespannorum, & Pectores, quorum favore evaſit. 317. C. quando in ipſa fides Catholica succreverit 358. A. ejus Epiſcopus à quibus primùm eligebatur 360. A. ibi S. Ambroſius 563. C. (25), in ipſa Berengarius Rex 590. B. ab Hungaris vaſtata 590. C. incendio deturbata 414. B. ibi Gregor. VIII. Pont. 420. B. Privilegia ſuo Epiſcopo data 426. C. 427. A. in ipſam adventus S. Franciſci 431. D. ejuſdem Acta in ead. Urbe 432. A. & ſeqq. ibi Verberantium initia 437. B. & Fratrum Ordinis Gaudentium 439. B. Conventus Epiſcopor. Emiliæ Bononiæ habitus 443. E. (10) Hæreſes ibi perſecutæ. ibid. Arx ad Portam Galeriæ à Legato Pontificis extructa 445. A. à Pontif. interdicta 446. C. iterum ſub Pontifice redit. 446. A. iterum interdicta & abſoluta 449. B. (30) à Jo. Aulegio uſurpata, inde ab eod. Legato Pontif. tradita 450. A. Collegia Theolog. à Pontif. decorata 451. A. (32) ibi Synodus ab Epiſcopo acta. 455. B. peſtilentiâ afflicta ib. C. ibi Alex. V. Pont. moritur 462. A. (56) Jo. XXIII. ibid. eligitur, & coronatur ib. D. peſtilentiâ denuo deturbata 467. A. adventus in eamd. S. Bernardini Senenſis ib. Terræmotu deturbata 470. B. ibi Craneum S. Annæ B. V. M. Matris 471. B. iterum in libertatem verſa 472. C. ibi nix altiſſima damna intulit 473. A. iterum ſævâ peſtilentiâ vaſtata 512. D. (12) ibi Frid. III. Imp. 513. A. denuo Terræmotu deturbata 513. C. ibi Pius II. Pont. 514. A. & Rex Daciæ 516. C. iterum ingenti terræmotu afflicta 521. B. & pro inopia 523. A. à dominio Jo. Bentivoli ad Eccleſiam tranſit 524. D. ejus ager ab Annibale Bentivolo vaſtatus 525. C. iterum ſub Bentivolis 526. B. ibi miraculum B. V. M. de Baracano 526. D. (10) ibi Leo X. Pont. & Franciſ. Rex Gallor. maximâ pompâ adſunt 527. C. item & Clemens VII. Pont. cum Carolo V. Imp. qui Coronam Imp. accepit 530. A. iterum colloq. cum eodem Imp. & Pontif. 565. B. ibi primæ in Italia ædes pro pauperibus Mendicantibus ædificantur ad S. Gregorium 577. E. (25) quot Romani Pontifices ex ejus Civ. numerentur 580. E. (79) peſte afflictata 610. D. ab armis exterorum ſervata 616. D. ibi Inſtitut. ſcientiar. inſtruitur 618. C.

Bononienſes: Oratores inſignes. 19. C. effecti Romani Cives. 20. A. ſocios aſſumptos finitimos ab Imper. deficientes, vindicant. 28. B. (33) Orthodoxi vexati. 37. C. inſignium Martyrum aucti numero. 38. D. (44) adverſ. Gothos in inſidiis. 41. C. eorum idiomatis in-

ſonium. 47. (58) malis belli affecti. 48. C. puniti. 49. B. hæreſim adverſantes. 50. B. incrementi fundamenta jaciunt. 52. C. turres ædificant. 65. B. ſibi commodiorem rivi alveum efficiunt. 71. A. pro Pontiſ. militantes. 79. A. turmis cum deducentes. 80. B. turres ædificant. 83. B. fremunt Imperatorem indignati. 85. B. prodigio territi libertatis ſtudentes. 87. A. eorum cauſſa apud Henric. IV. elata. 88. A. & ſeq. in armis. 116. B. ſe dedentes Nonantulanos recipiunt. 117 A. victores. 124 A. magnificis in ludis. 126 B. de Imolenſibus victores. 131. A. inter vicinos auctoritate aucti. 133. C. Juriſconſulti quatuor ad Italiæ Jura judicanda aſſumpti. 134. D. Schiſmati adverſantibus juncti. 139. A. territi. 142. B. eorum querimonia. 144. C. de P. oppreſſione conſilium agunt. 145. A. oppreſſi, centum obſidibus pacem petunt. 146. C. ab Abenobarbo deficiunt. 147. B. Lombardor. foederi ſe jungunt. 148. B. fœdus firmant. C. à Faventinis fugati, & quidam captivi. 149. C. male pugnant. 155. B. Viſanum incendunt. C. fœdus cum Faventinis inſtaurant. 163. C. Imolenſes, & Mombellienſes invadunt. 164. A. Mutinenſibus fœdere junguntur contra ſupradictos. ib. C. pacem Imolenſibus donant. 165. B. ad Prætorem redeunt. 165. D. pacem Frid. Imper. jurant. 166. A Lucium III. Pont. excipiunt. 167. D. & Frid. I. Imp. qui Priv. Archigym. confirmavit. 168. A. (8) MM. eorumdem Cruceſignati contra Turcas. 169. C. Pregatulum, & Creſpellanum Opp. obtinent. 169. D. à Prætore ad Conſules redeunt. 170. A. Henr. V. Imp. magnificè excipiunt. 172. A. Privileg. cudendæ monetæ eis largitum. ibid. B. Piſtrina in Urbe inſtruunt. 173. A. Societatem cum Alberto Prati Co. ineunt. ibid. B. Nobiles Gerardum Prætorem ejiciunt. 174. C. diſcordes inter ſe præliant. 174. C. 175. C. pro Pontifice contra Marcoaldum pugnant. 177. D. 178. A. Caſtrum S. Petri ædificant. 178. B. Agrum Imolenſem invadunt. 181. A. Ædes publicas in Foro extruunt. ibid. C. & Palatium Communis. ibid. Mutinenſes vincunt. 182. B. & Forolivienſes. ibid. (34) iterum diſcordes. ibid. C. contra Mutinenſes arma movent. 184. B. Parmenſes, & Cremonenſes fruſtra in auxilium vocant. 185. A. Pacta inter Bergomates, & Florentinos ineunt. ibid. D. bellum in Piſtorienſes parant. 186. D. cum Florentinis, & Faventinis fœdus faciunt. 187. A. Legatos ad Concil. Laterani IV. mittunt. 202. E. (67) contra Ariminenſ. præliant. 203. A. inde paciſcuntur. ib. C. Conſtantiam Reginam Frid. II. uxorem excipiunt. 204. C. & Imperat. Orientis, qui varios dignitate equeſtri ornat. 205. A. ab interdicta liberati. ibid. B. (73) Cruceſignati in Syriam trajiciunt. ibid. Caſtrum S. Pauli ædificant. 210. C. (4) Forum Boarium inſtituunt. 213. A. Ordines FF. Præd., & S. Franciſc. excipiunt. 213. & 214. à Legato Frid. II. Imp. in gratiam accepti. 216. A. ipſum Imp. honorificè excipiunt. 217. A. Alveum per tria millia Ferrariam verſus inſtruunt. 223. A. à Legato Imperat. contra Imolenſes bello coacti. 224. D. Civitatem ampliant. 188. A. (44) cum Ferrarienſ. litem componunt. ibid. C. (45) iterum in auxil. Regienſ. 190. A. Suzariam liberant. ib. D. Rhenum flu. in Civit. ducunt. 190. C. (47) Othonem IV. Imp. honorificè excipiunt. 192. E. iterum. 196. B. Legatos ad ipſum mittunt. 193. A. & ad Pontiſ. Leg. in Lombardia. 195. A. Othoni Imp. favent. ib. B. cum Salinguerra in obſid. Ferrariæ. ib. contra Piſtorienſ. bellum parant. 195. C. interdicti à Pontiſ. 196. D. (54) à Salinguerra deficiunt. 197. A. expeditioni Terræ S. favent. 200. B. eor. potentia. 203. A. (67) iterum cum Faventinis. 224. D. Agrum Imolenſium infeſtant. 225. A. pacem cum ipſis ſignant. 226. A. rem militarem inſtaurant. 227. C. Jo. Hieraſolym. Regem benignè accipiunt, & multi equeſtri ordine ab ipſo donati. 228. C. à Frid. II. Imp. malè habiti. ibid. D. (37) cum Civitatibus fœderatis jurant ad Vicum S. Zenonis in Agro Mantuano. 230. A. (39) à Frid. II. Imp., & à Pontifice proſcripti. 231. B. Caſtrum Francum ædificant. 231. C. (41) pro ſeditione laborant. 236. A. Statum Reipub. mutant. (54) in Mutinenſes Arma movent. 238. A. & pugnant. 239. A. contra Imolenſes. ibid. C. Sancæſarium capiunt, & incendunt. 240. A. (62) ipſum amittunt à Mutinenſ. victi. ibid. C. Caſtra Epiſcopi invadunt. 242. C. ideo interdicti; ib. 244. B. ipſor. Ager à Locuſtis, & Gryllis devaſtatus. ibid. D. Cenſum, & Plebem eorum Epiſcopo concedunt, & ab interd. liberantur. 245. A. (73) Sancti, & alii homines probi ab ipſis in Cives allecti. ib. D. (74) ad pœnitentiam, & concord. per F. Jo. de Vicentia ducti. 246. A. (75) eor. Leges ab ipſo correctæ. ib. C. (76) inopiâ, & peſtilentiâ afflicti. 248. B. inde ſedatio. ibid. C. Agrum Mutinenſium vaſtant. ib. C. & 250. A. in auxil. Favent. Forolivienſ. excitant. 249. C. Tributum Urbanis, atque Agreſtibus imperant. 250. C. à Frid. II. bello cum Mediolanenſ. victi. 252. A. (91) Sancæſarium Mutinenſib. eripiunt, & evertunt. ib. B. (93) Caſtra Frinianenſium capiunt, & diruunt. 253. B. (95) Mutinenſibus infeſti. 254. B. (97) eorum devotio erga Deiparam, à quibus excitata. 255. D. (100) Leges duas inſtruunt. 256. B. Ferrariam cum Pontificiis obſident, & capiunt. 256. D. eor. Gymnaſium à Frid. II. Imp. proſcriptum. 258. A. (104) Turrim Occellinæ contra Ferrarienſ. extruunt. 259. A. tumultuant. 262. B. Leges pro militia, & favore Archigymnaſii evulgant. 262. D. variæ eor. Familiæ inter ſe conciliantur. 263. A. (4) ipſor. vexillum deſcribitur. 265. E. (8) Gibellinos Brixianos benignè excipiunt. 267. A. Arcem Scarricalaſini adverſus Florentinos ædificant. 268. B. (14) Legem inſtruunt pro abſentibus à Civit. 269. A. (15) cum Pontificiis favore Parmenſ. contra Frid. II. Imp. 270. C. contra Mutinenſes præliant. 271. A. Badianum capiunt, & comburunt. 272. B. in auxil. Parmenſium. 273. A. (21) Agrum Mutinenſ. vaſtant. 274. B. Romaniolam pro Pontiſ. recuperant. ib. C. Lex ad id lata. 275. C. contra Hencium Reg. à Legato Pontiſ. ſtimulati. 276. C. ipſum, & Mutinenſes frangunt ingenti victoriâ. 277. D. (27) Mutinam obſident, & ad pacem Mutinenſes cogunt. 280. A. Faventiam amittunt. 283. B. minaces literas Frid. II. Imp. pro liberatione filii reſpuunt. ib. C. (32) in auxil. Parmenſ. ib. D. ipſius Imp. munera pro libertate fil. negligunt. 284. A. (33) varias leges condunt. 284. C. Innoc. IV. Pont. maximo honore excipiunt. 285. C. SS. Franc.

&

& Domin. in Protectores Civit. aſſumunt. 286. A. in Conventu Brixiæ pro ſervitio Eccleſ. jurant. 287. A. fœdus cum Archiepiſc. Ravennat. inſtaurant. 288. A. Cervienſes bello vincunt. 289. C. (45) iterum Capitaneum Populi inſtituunt. 291. A. Bagnacavallum obtinent. 293. C. & Faventinis imperant 294 A. item Foropopilienſibus, & Forolivienſibus 296. A. Pontem novum ſupra Rhenum fl. conſtruunt 296. D. (63). Imolenſes ad pacem impellunt. 299. B. eorum potentia 293. (43) Legem contro gli Stocchi, e Badanagli vocatam condunt. 304. A. Profeſſ. Legum in Archigymnaſ. præcedentiam obtinent etiam ſupra Theologos ab Alex. IV. Pont. 306. B. Legatos ad Carolum Co. Andegavenſem mittunt 308. B. MMMM. ex ipſis crucifignantur contra Manfredum 310. A. Eccleſ. & Archigymnaſii eorumdem Privilegia à Clem. IV. confirmantur 311. C. S. Thomam Aquin. in pub. Profeſſ. eor. Archigymnaſii conducunt ibid. D. Prætoris juriſdict. ſuſpendunt 313. A. inter ipſos paces variæ, & nuptiæ ib. C. Virgines oclandas Mediol. mittunt 364. B. (23) à peſtilentia intercesſione SS. Syneſii, & Theopompi liberantur 397. (17) Paſchalem II. Pont. magnificè excipiunt 413. A. curſum equorum inſtituunt 438. C. Pontifici ſe tradunt 440. E. (11), ab Imperio Eccleſiæ ad libertatem redeunt 443. B. denuo Pontifici ſe tradunt 444. D. iterum in Rempublicam ſe erigunt 445. D. dominatum Urbis Thodæo de Pepulis committunt 446. B. à peſtilentia oppreſſi 447. C. ſub dominium Archiep. Mediol. tranſeunt 448. E. inde à Jo. Aulegio Pontif. traditi 450. A. Barnabovem Vicecomitem prœlio vincunt 450. D. Pacem cum ipſo ineunt 452. A. denuo libertatem inſtituunt, inde ad Pontificem redeunt 454. B. Urbano VI. Pontif. favent 455. A. Statum libertatis redintegrant 455. B. Comitatus Imolæ ipſis à Pontif. aſſignatus ib. D. Templum max. S. Petronio extruunt 456. D. (43) ad pœnitentiam, & ſupplicationes tracti 458. 459. A. ſub imper. Jo. Bentivoli tranſeunt 460. C. inde Jo. Galeaz. Vicecom. Ducis Mediol. ibid. poſtea iterum Pontificem in dominum agnoſcunt 460. D. Plebiſcitæ Legatum Pontif. expellunt, ſed à Nobilibus ad obedien. Eccleſiæ coacti 463. A. dominium Populi inſtaurant 465. B. iterum ſub Pontifice 466 D. ab eo recedunt 469. A. & contra ipſum prœliant ib. C. pacem ab Eugen. IV. Pont. obtinent 470. A. Eugen. IV. Pont. honorificè excipiunt 472. A. iterum ad libertatem ſe vertunt, & Nicolaum Picininum Guber. eligunt 472. C. Jo. Palæolog. Imp. Græcor. regio apparatu excipiunt 472. D. Aloyſium Vermium Mediol. Præfectum in fugam vertunt 473. C. Arcem Galeriæ ſolo æquant. ibid. D. inſignibus libertatis retentis, pacem cum Pontifice inſtaurant, & ei obſequium jurant 511. A. ex eis 8. Cives Equites à Frid. III. Imp. creati 513. A. ad devotiones inopiæ causâ converſi 516. D. Jubilæum ad 25. annos redactum in eor. Urbe, & non Romæ celebratur ibid. iterum ad preces redacti pro ingenti terræmotu 522. D. item pro inopia 523. A. ea occaſione Montes Pietatis, & alia inſtruunt 523. D. (1) Jul. II. Pontif. magnificè in dominum excipiunt 524. D. ad opes, & dignitates intenti 527. B. XVI. eorum Virgines Ravennam miſſæ ad condendum Aſceterium Corporis Chriſti 529. E. (12) multi equeſtri dignitate à Carolo V., Bonon. degente, exornati 530. A. tumultuant 538. C. ipſorum Eccleſia in Archiepiſc. erecta 579. C. Clem. VIII. Pontif. magnificè excipiunt 606. A. Porticum magnificentiſſimam uſque ad Montem Guardiæ in honorem B. M. V. ædificant 613. B. Frid. IV. Regem Daniæ magnificè excipiunt 617. B.

Bononius Civis, & Monachus Bononienſ. Sanctitate clarus 400. A. (17) (18) (19) Abbas Locedenſ. 67. C.

Borgognoni, Famil. Lucenſ. 199. B.

Borra, Famil. Mediol. 228. B.

Boſchum Opp. ditionis Mediol. 1134. B.

Boſo Dovaria Cremonenſ. Princeps à Bonon. captus 278. A. dimiſſus 286. A.

Botrigarii, Famil. Bon. 713. D.

Botti, Famil. Brix. 316. D.

Bovii, Famil. Bonon. 616. D. 617. C.

Branca Griffonus Bonon. homicida 147. B.

Brancalea Andalus Prætor Genuæ 229. B. Senator Romæ 288. A. (40) Moritur 303. A.

Britti, Famil. Imol. 275. D.

Brixia ad deditionem compulſa 134. A. Schiſmati adverſantibus jungitur. 139. A. premitur 140. C. duris ſubjacet conditionibus 142. A. & B. pro Ital. libertate recuperanda fœderatur 147. A. terræmotu afflicta 228. A. ibi magnus Conventus à Card. Ubaldino Legato Pontif. habitus. 286. D.

Brixiani: pugnæ ſupervenientes Ahenobarbum fugant 139. B. auxilia Bononienſibus mittunt 153. C. Gibellini Bononiæ benignè excepti 267. A. (11) eorum ager ab Henceo Frid. II. fil. bello afflictus 269. C.

Brixillum in adminiſtrationem Laurentio Card. Campegio à Pontificibus conceſſum 552. B.

Bruſaldinus Ramponus Bonon. homicida 147. B.

Bruſculum Caſt. Co. Prati 173. B.

Bualelli, Famil. Bonon. 155. A. 164. C. 168. B. 175. A. 182. B. 190. C. 195. A. 208. B. 275. D.

Buallellus Buallellius Bonon. Conſ. 155. A. Prætor Regii 182. C.

Buccadicanis, Famil. Bonon. 308 C.

Buccaferri, Famil. Bonon. 406 E. (31) 425. C. (55)

de Bulgaris, Fam. Bon. 118. D. (12) 129. A. 134. D. 141. A. 175. C. 388. E. (77) 420. A.

Bulgarus de Bulgaris J. C. Bonon. 129. A. ad Italiæ jus definiendum aſſumptus 134. D. obit 141. A.

Buioni, Famil. Bonon. 255. A.

Byrſa Arx Cathaginis 1080. B.

Bythias Pænorum Præfectus 1083. D.

C

Caballini Bononienſibus dediti. 120. A.

Caccianemici Famil. Bonon. 114. A. 124. B. 125. B. 169. C. 223. B. 413. B. 415. C. ab inimicis ſuis deleta. 290. C. 307. A. 515. D.

Cadolinus Pyrata Turcor. 1129. B.

Cœleſtinus III. Pont. creatur. 258. B.

Cæſar Borgia Alex. VI. Pont. fil. nothus. 1124. B. (14)

Cæſar Fregoſius cum Gallis fruſtra Gen. tentat. 1175. A. (79)

Cæſariani à Gallis in mari profligati. 1139. A.

Ceſena ob Umbris ſtructa. 16. B. Ahenobarbo adhærens. 157. C.

Ceſenates à Bononienſ. contra Ariminenſes adjuti. 703. B.

à Caide Famil. Bonon. 410. B. (40)

S. Ca-

INDEX GENERALIS

S. *Cajus Martir Bonon.* 25. B. 361. A.
Calami ſagittis aptiores in agro Bonon. 23. B.
Calamatoni Famil. Bonon. 313. D.
Calandrini Famil. Sergianenſ. 511. C.
Calderini Famil. Bonon. 449. B.
Caliſtus III. Pont. eligitur. 164. E. 513. A. *Crucem contra Turcas indicit. ibid.* B.
Camaldulenſium Eremus Bononiæ extructa. 421. B.
Camillus Caſar Ferramuſca Caſarianor. Dux 1238. C. *in prælio captus.* 1139. A.
Camillus O. Bolognettus Bonon. obſes pro Patria militibus Germanis datus. 616. D.
Campegii Famil. Bonon. ejus origo. 219 D. (23) 528. A. 533. C. *Palatinatu Privilegio ab Imperatore decorati.* 543. A. 553. A. *cor. ædes magnif.* 563. E. *Concilium in eiſd. habetur & ibi V. Mitrati ipſius Famil.* 569. C.
Canetuli Famil. Bonon. 465. B. 469. A. 534. B.
Canonici Bonon. DD. Victoris & Jo. ab Ahenobarbo privilegiati. 143. C. *pro eis indultum.* 156. C.
Canonici Regulares Bononiæ inſtaurati. 401. (24)
Canonici Rhenani quando Bonon. incæpti. 409. (39)
de *Canonicis Famil. Bonon.* 525. E. (3)
de *Caneſſa Fam. Bonon.* 98. (58)
Canoſſis Famil. Regienſ. 205. B.
Capelli Fam. Bonon. 147. B.
Capelli Famil. Papienſis. 224. C.
Capilli Famil. Ven. 1179. C.
Capitanei feudatorii inſtitute. 62. A. 142. A.
Caponſacci Famil. Floren. 196. A.
Cappuccini Bonon. locati. 576. C. (22)
Caprara Famil. Bonon. 619. E.
Caraffa Famil. Neapol. 455. A.
Carboneſii Famil. Bonon. 168. B. 174. A. 178. B. 262. B. 263. A. 284. 309. B. 419. B.
Carcanum Caſt. ibi conflictus. 139. B.
Caradinus Mytilenenſ. Barbaruſſa vocatus Algerii Rex. 1160. C. (54) *Chriſtianos vexat.* 1170. D. *Tunetum occupat.* 1172. A. *Dux claſſis Solymani.* 1185. E. *ab exercit. Chriſtianor. fœder. glorioſus evadit.* 1186. E. (85) *Apuliam infeſtat.* 1221. D.
Carinianum Opp. Mediol. ibi exercit. Caſaris à Gallis profligatur. 1194. A. (99)
Carnevarius Ozenus Prætor Favent. 239. D.
Carolus V. Imp. ingenti apparatu Coronam à Clem. V. Pontif. Bononiæ recipit. 530. A. *iterum.* 565. E. *inde Romam & ipſum Pontif. capit.* 557. D. *ejus decretum pro Catholicis & Luther.* 562. C. *Genuâ potitur.* 1149. C. *it. Guleta Arce Tuniſii.* 1173. B. *Mediolani Ducatu.* 1174. A. *contra Franc. I. Gallor. Reg. arma movet.* 1176. A. *inducias agit cum eod.* 1178. E. (84) *Algerium oppugnandum inſtituit.* 1187. B. *ejus claſſis à tempeſtate everſa.* 1188. A. (88) *Regna Philippo fil. permittit, Imperiū Ferdinando Fratri.* 1222. D.
Carolus Borbonius ſub Carolo V. Imp. militat. 1131. B. *Romam capit & diripit.* 1133. D. (29)
Carolus Comes Andegavenſis Legatos Bononienſes benignè excepit, & duos eor. equites inſtituit. 308. C. *Rex Siciliæ coronatur, & victoriam de Manfredo obtinet.* 311. A.
Caralus Urſinus ad ſtip. milit. Genuenſ. 1221. E. (114)
Carrocii, ſive Carrocali argenti IX. moneta Bonon. ejus valor, & quando cuſa. 161.
Carrocium Bonon. de eo proverb. 100. (62) *Mediolan. vexillo ſpoliatur.* 139. B. *Bonon. deſcribitur iterumque eductum.* 150. A. & *ſeq.*
Carrocium Cremonenſ. à Parmenſ. captum. 274. A.
Carpenſes hoſtes à Mutinenſ. adjudicati. 284. A.
Carthago à Romanis obſeſſi. 1183. A. *capta.* 1087. A. *incenſa. ibid.* C. *ejus deſcriptio.* 1088. C.
Carthaginenſes novum Portum efficiunt. 1086. C. *eor. laudes.* 1087. A. *nom. ipſor. ex Urbe profugi. ibid.* D.
Caſolini Famil. Bonon. 575. E. (21)
Caſola Caſt. Mutin. 183. D.
S. *Caſſianus Martyr Fori-Cornelii.* 27. B.
Caſtanetum Caſt. Forolivienſ. à Bonon. captum & combuſtum. 182. C.
Caſtelli Famil. Bonon. 169. C. 193. C. 286. D. 307. A.
Caſtellanus Andalus Bonon. Prætor Mutinæ. 250. C.
Caſtelleonum Caſt. Co. Prati. 173. B.
Caſtelletum Arx Genuæ à Civibus deleta. 1151. A.
Caſtellionum Caſt. à Mediolanenſ. adortum. 140. A.
Caſtelnovi, Famil. Bonon. 261. B.
Caſtrobritti, Famil. Bonon. 163. A.
Caſtrum Francum à Bonon. conditum. 231. C. (41)
Catellanus Andalous Bonon. Senator Rom. 303. A.
Catellanus Caponſaccus Florent. Prætor Bonon. 196. A.
Catellanus Carboneſius Bonon. Mediolani Prætor. 262. B. *Prætor Parmæ.* 284. B.
Catellanus Mallevolta Bononienſ. moderator Patriæ. 313. B.
S. *Catharina de Nigris Bononiam advenit.* 513. C. *moritur, & ejus corpus incorruptum adhuc viſitur.* 514. C. (35) *inter SS. relata.* 618. B.
Cattanis argenti VI. moneta Bonon. quando cuſa & ejus valor. 161.
Cavalcabos, Famil. Cremon. 534. E.
Celolani Bononienſibus dediti. 124. A. *deditionis conditiones.* B.
Centani, Fam. Bon. 132. B. 155. A.
Centuriones, Famil. Gen. 1178. D. 1207. B.
Centum Caſtr. à Bonon. eor. Epiſcopo datum. 245. A. (73)
Cerchiarii, Famil. Bonon. 530. E. (17)
Certani, Famil. Bonon. 615. E.
Cervienſis ope Bononienſ. obed. Eccl. reddit. 275. C. *ob eiſd. bello victi.* 289. C. (45)
Ceſcus Petri de Bulgaris Bonon. Eques. 118. D. (12)
Cherubim Ghirardace. S. T. M. hiſtoricus Bonon. 105. E. (71)
Chiſellerii, Famil. Bonon. 169. D.
Chriſtiani: malè habiti. 22. C. 25. B.
Chriſtianorum exercit. contra Turcas maximus, ſed inanis. 1185. E. (85)
Chriſtianus Archiep. Mogunt. Ahenobarbi Leg. in Ital. 146. B. *armis utens.* ibid. C. *Anconem obſidet.* 151. B. *adverſus Bononienſes deſtinatus.* 152. D. *exercitum ducit.* 153. C. *obſidionem ſolvit, detrimentum paſſus.* 154. B. *in inſidiis vario marte pugnat. ibi, & ſeq.* 155. B. *revocatus. ibid.* C.
Chriſtianus Rex Daciæ Bononiam ingredit. & ejus ibi acta. 516. C.
Chriſtophorus Boncompagnus Archiepiſc. Ravenn. ejus zelus pro ipſius Eccleſia. 605. C.
Cianenſes Bonon. focii. 164. A.
Cioppinus Vitellius 1000. *pedit. dux.* 1221. E. (114)
Cibi, Famil. Gen. 1209. A.
Cicconia, Famil. Mediol. 1190. C. (92)
Cilianum Caſt. Mutinenſ. à Bonon. everſum. 250. A. *iterum.* 252. B. (95)
Ciolus de Lazaris Bonon. de Eccleſia benemeritus. 447. B.

Cirta Urbs Regia Numidiæ. 1080. A.
Clariſſimi, *Famil. Bonon.* 218. A.
Clariſſimus Epiſc. Bonon. 386. D. (68)
Claterna Urbs à Tuſcis condita. 16. B. 19. B. *ſemiruta*. 28. D. *ad eam conflictus*. 154. C.
Claudius Aquaviva Præpoſitus generalis Soc. Jeſu. 609. A.
Clemens III. Pont. creatus. 169. C. *moritur*. 172. B.
Clemens IV. Pont. Privilegia Eccleſ. Bonon. & Archigym. confirmat. 311. C.
Clemens VII. Oratores Bononiam mittit. 455. C. *Bonon. adit & ibi maximâ pompa Carolum V. Imp. coronat*. 530. A. *ab iſtius exercitu detentus fugit*. 558. A. 1133. D. *iterum Bonon. cum Carolo V. venit*. 565. B.
Clemens VIII. Pont. Bononiæ magnificè exceptus. 606. A.
S. Clemens à S. Petro ſubſtitut. 23. A. 357. C.
Clemens Epiſc. Bonon. Canonicos prædiis donat. 66. B.
Clerici Regulares Soc. Jeſu Eccleſiam S. Luciæ Bonon. obtinent. 576. C. (21)
Clerici Regulares S. Pauli decollati Bononiæ excepti. 606. A.
Clerici Regulares Theatini vocati Bonon. & excepti. 605. D.
Clerici minores Bononiæ recepti. 609. B. *eor. inſtituter. ibid.*
Clerici miniſtrantes infirmis Bononiæ locati. 604. C.
Clerus Bononienſis ab omni vectig. ſolvendo abſolutus. 350. C.
Cœleſtinus III. Pontifex creatur. 172. C. *moritur*. 177. B.
Collegium Ancaranum Bonon. inſtit. 464. B.
Collegium Gregorianum à Pontif. Bononiæ extructum. 454. C. (37)
Collegium Hiſpanor. Bonon. à Card. Ægidio fundatum. 452. C.
Collegium Theologiæ Bonon. inſtit. 451. A. (32)
Coloniæ Latinæ quæ. 18. C. *earum leges*. 19. A.
Columba locum ſacelli deſignat. 90. D.
Columbii, *ſive Gracunis XI. moneta Bonon. quando cuſa*, *& ejus valor*. 161.
Columna, *Famil. Rom.* 1144. B. (37) 1193. E. (98)
Columnenſes Romam capiunt. 558. D.
Comenſes à Mediolanenſibus afflicti, *vindicati*. 132. A.
Comercium Bonon. jus & privileg. ejus. 107. C. (*)
Co. Teſta Placentinus Prætor Bonon. 182. C.
Comes Toloſanus in Italiam venit pro pace procur. inter Pont. & Imp. 262. C.
Comites feudatarii inſtituti. 62. A. *Mutilianæ*. 64. D.
Compagnonus Paltronus Pontremulenſis Bononiæ Prætor. 250. C. (88)
Comum à Mediolanenſibus incenſum. 114. B. *refugium Abenobarbi*. 139. B. *eiſdem auxilium fert*. 155. B.
Concilium Lateranenſe IV. 101. B. (65) *Veronæ à Lucio III. Pont. habitum*. 168. A. *Ravennæ à Jo. XIII. Pont.* 395. B. *apud Vardaſtallum à Paſchale II. Pont. hab.* 413. A. *Ferrar. & Florent. ſub Eugenio IV.* 471. 472. C. *Baſileenſe ubi approb. & reprob.* 475. A. *Mantuanum ſub Pio II. Pont.* 514. B. *Lateranenſe*. 543. A. *Rom. ſub. Greg. IX. Pont.* 257. C. *Lugdun. ab Inn. IV. indictum*. 262. D. *Piſanum à Maximil. Imp. damnatum*. 543. C. *Concilium Mantuanum*, *inde Vicentinum à Paulo III. Pont. indictum*. 567. A. *in domo Campeggior. Bonon. hab.* 569. C. *Tridentinum*. 576. D.
Confalonerii quando Bononiæ creati. 237. B. (55)
Confalonerius, *Famil. Placent.* 289. A. (43)
Confeſſio Auguſtana à Catholicis reprobata. 562. B.
Conradus Epiſcopus Spirenſis Legatus Fred. II. Imp. in Italiam. 215. C.
Conradus Henrici III. fil. ad Mathildem deficit. 80. A. *veneno extinctus*. 81. A.
Conradus Rex Germaniæ in Lombardiam venit. 286. C.
Conradus Sanmartinus Prætor Mutinæ. 186. A.
Conradus de Summo Prætor Cremonæ. 183. B.
Conradus Surreſinus è Brixia Prætor Faventiæ. 295. C.
Conſtantia Frider. Regis Uxor Bononiâ tranſit. 204. C.
Conſtantinus M. Imp. Chriſtianis favens. 25. B. *ejus donationem Pontifici*, *quorum ſit credere*. 26. A. *Imperium diviſit*. B. *novam Regionum Italiæ partitionem indixit*. C.
Conſtantius Epiſc. Bonon. 384. E. (66)
Conſtantius Bargellinus Epiſc. Reatinus. 580. B.
Conſules Romæ ſublati. 45. C. *in Ital. Urbibus inſtituti*. 62. C. 73. A. *iterùm ſublati*. 141. C. *& ſeq.* 143. C. *Bononiæ renovati*. 147. B. *numero aucti*. 152. D.
Conſules Mercatorum quando primùm Bonon. inſtituti. 236. B. (54)
Contareni, *Famil. Ven.* 1177. D.
Contrarii, *Famil. Ferrar.* 575. A.
Conventus Principum, *& Epiſcopor. à Frid. II. Cremonæ habitus*. 219. B. *Brixiæ à Legato Pontif.* 286. C. *Epiſcopor. Æmiliæ Bon. habitus*. 443. E. (19) *Norimbergæ pro Hæreſi Lutherana reparanda*. 552. D. *item Norimbergæ*. 557. D. *& Auguſtæ*. 562. A.
Corazza, *Fam. Bon.* 105. (70)
Corbaria Caſt. Imolæ à Bonon. captum. 177. C.
Coron à Chriſtianis capta. 1165. A. (61)
Cornelius L. Sylla Dictator Oppidum conſtituit. 19. B.
Corpora SS. Syneſii, *& Theopompi à peſtilentia agrum Bononienſ. liberant*. 397. (13)
Corrarii, *Famil. Veneta*. 461. C.
Corriggii, *Famil. Parmenſ.* 176. B. 184. E. 252. C. 269. C.
Corſica Inſula ſeditionibus fœcunda. 1116. A. *ſub Gallor. imperio*. 1289. D. *à Januenſibus recuperata*. 1221. A. 1224. E.
Corticella Opp. Bonon. 223. A.
Coſmatus Melioratus Epiſc. Bonon. inde Cardin. & poſtea Sum. Pont. Innoc. VII. dictus. 456. B. (42)
Coſmus Medicens adminiſtrator Reipub. Florent. 1176. C.
Coſpii, *Famil. Bonon.* 267. C. (16) 579. C.
Cothon Portus Carthaginis. 1085. D.
Craneum S. Annæ B. M. V. Mat. Bonon. delatum. 471. C.
Craſſi, *Fam. Bon.* 126. A. 141. B. (69) 151. C. 152. A. 158. A. 417. C. (61) 420. A. 520. C. 525. C.
Crema: *obſidetur*. 136. C. *in Barbaruſſæ poteſtate*. 138. A.
Cremona: *ibi magnus Conventus à Frid. II. Imp. habitus*. 229. B. 231. A.
Cremonina Plateſia Monaſter. Sanctimonial. Bonon. fundatrix. 412. C. (53) 121. B. *& ſeqq.*
Cremonenſes cum Parmenſibus ad invicem caſi. 91. B. *in Cremæ obſidione*. 136. C. *Nuptiis Henrici Frid. Imp. fil. non adſunt*. 168. C. *cum Frid. II. Imper.* 230. B. (40) *in auxil. Mutinenſ. contra Bononienſ.* 239 A. & D. *Carroccium amittunt*. 274. A.

Crepacorium Caſtr. Bononienſ. 242. C. 249. B. *everſum*. 255. B.
Creſpellanum Opp. Bonon. 169. D.
Criſtophorus Epiſc. Bonon. 388. (76)
Criſtophorus Pallavicinus cum And. Doria in Gallis expell. è Genua. 1149. B.
Cruciferorum Ordo Bonon. approbatus. 419. E. (68)
de Curte, Fam. Bonon. 132. D.
Cunium Caſt. Romandiolæ. 299. A. (66)

D

D*Anduli, Famil. Ven.* 310. D. 470. D.
Daniel Alumnus Epiſc. Laudenſ. 513. A.
Daniel Papebrochius S. J. ejus notæ ad Vitam B. Pariſii Bonon. 626. E.
Delphini, Famil. Bonon 263. A.
Dertbona à Barbaruſſa expugnata. 132. A.
Devote S. Mariæ Mortis Bonon. ſupplicio damnatis aſſiſtentes. 449. A.
Deusdedit Epiſc. Bonon. 384. C. (66)
Diaconiſſæ quando extinctæ. 408. E. (74)
Diana Andaloa Bonon. prima inter Virgines velatas Ord. S. Domin. 214. A. (11) 429. D.
Dioteſalvus Capellus Papienſis Prær. 225. C.
Doctores Colleg. Bonon. Comites Palatini, & Equites appellati. 174. E. (15)
Dodoni, Famil. Cremon. 186. B.
Dolabella P. Conſ. Senones delevit. 17. B.
S. *Dominicus; ejus Regula à Pont. approbata*. 204. C. *Bonon. venit cum ſuis FF. & miracul. fulget.* 213. B. 418. C. (9) *Virgines velatas ejus Ord. Bonon. inſtituit*. 214. A. (11) 429. C. *Conventum Bonon. habet*. 222. A. (26) *moritur*. *ib.* (27) *in Sanctorum numerum relatus*. 430. D. (84) *ejus oſſa in Archâ marmorea magna celebritate translata*. 247. B. & 315. C. (80) *Caput ejus translatum*. 455. D. (40)
Dominicus Doria præſidio Pontificiis Præf. 1118. D. *Rebelles Corſos debellat*. 1126. C.
Domitianus Epiſc. Bonon. 362. E. (18)
Doria, Famil. Gen. ejus Arbor genealog. 1116.
Dottè, Famil. Bonon. 613 E.
Dovaria, Fam. Cremon. 184. B. 278. A. 286. A.
Draguthes Pyrata inſignis, captus. 1186. B. *liberatus*. 1195. C. (100)
Ducati argenti V. monetæ Bon. quando cuſa. 262.
Duces: feudataris inſtituti. 62. A.
Ducia Caſtr. Imol. 265. D. (4) *à Bonon. captum.* 177. C. 274 C.
Dullis, ſeu Dogliolo, Fam. Bon. 174. E. (19)
Dullium Opp. Bonon. 173. D. (19)
Dulphii, Fam. Bon. 302. A.
Dux primus Beneventi inſtitutus. 48. A.

E

E*Cclesia ab Imperatoribus perſequuta*. 22. C. 25. B.
Eccleſia S. Victoris ab Jo. III. Epiſc. Bon. conſecrata. 163. B. *D. Petri Bonon. à Lucio III. Pont. conſecrata*. 167. D. & *S. Geminiani Mutinæ*. 168 A. *S. Mariæ Majoris Bonon. ædificata*. 168 D. (9) *à Gregor. VIII. Pon. conſecrata*. 169. B. 420. C. (68) *Eccleſiæ varior. SS. Bonon. incenſæ*. 193. C. *S. Archangeli ad fl. Apoſæ Bon. ædificata*. 202 E. (66) *D. Martini ad Apoſam Bonon. FF. Carmel. conceſſa*. 208. B. (81) *de Maſcarella Bonon. primum S. Dominici cum ſuis FF. domicilium*. 214. A. (9) *S. Nicolai in Vineis ſecundum ipſor. domicil. ib.* (10) *S. Agnetis pro Virgin. ejus Ord. ab ipſo S. conſtructa*. *ib.* (11) *Bononienſ. ejus initium*. 358. (3) *S. Mariæ ad Puliolas Bon. FF. Franciſc. aſſignata*. 214. (13) *item S. Mariæ Annunciatæ*. *ibid. D. Mariæ Rhenanæ Bon. conſecrata*. 220. A. *S. Mariæ Alemannor. Bonon. dedicatur*. 223. A. *S. Felicis prima Sedes Epiſcopor. Bonon.* 360. B. (10) *SS. Petri & Pauli Bonon. ædiſ.* 363. A. (20) *SS. Gervaſii & Protaſii Bonon.* 365. (31) *SS. Felicis & Naboris ib. SS. Bartholomæo, Marco, Fab. & Sebaſt., Martino, Agathæ, & al. Bonon.* 365. B. *S. Michaëlis juxta Caſt. Argelatæ Bonon.* 421. C. *S. Mariæ in Monte Bonon.* 412. B. (46) *S. Nicolai Medicinatis*. 414 A. *S. Nicolai de Vineis Bonon. FF. Prædic. conceſſa*. 424. C. *S. Martini FF. Carmel. Bon.* 433. A. (87) *S. Ceciliæ FF. Eremitis Bonon. commiſſa*. 443. E. 445. E. (21) *S. Hieron. Bonon.* 468. A. (10) *S. Luciæ PP. Soc. Jeſu Bonon.* 476. C. (20) *S. Bartholomæi Theatinor. Bon.* 5. E. *S. Mariæ* del Soccorſo *nuncup. Bon. ædific.* 76. A. 607. B.
Eccleſia S. Mariæ extra Portam majorem Bonon. cum Porticu 1700. *pedum long. ædificatur*. 609. C. *S. Mariæ de Vita Bonon. ædiſ.* 613. E. *SS. Corporis Chriſti*. *ibid. S. Franc. & S. Domin. ab Innoc. IV. Pontif. Bononiæ conſecratæ*. 986. A. (36) *S. Franciſci Bononiæ abſolvitur*. 309. A.
Eccleſia etiam Monaſteria antiquitus appellata. 405. (31)
Eccleſiæ plures, & Monaſteria terræmotu Bonon. quaſſata. 521. D. *plures Bonon. conſtructæ*. 32. A.
Eganus Lambertinus Bon. ſpectatæ virtutis. 126. C.
Egidius Card. Viterbienſ. Legatus Pontef. ad Hiſpaniar. Regem. 549. A.
Egidius Davillo Legatus Pontificius à Bononienſ. exceptus. 450. B. *Gubernator pro Eccleſ. factus Bernabovem Vicecomitem vincit*. *ib.* D. *Collegium Hiſpanor. Bonon. inſtruit*. 452. C.
Egidius Crapolo S. T. M. concionator celeberrim. Bonon. 106. (71)
Elduenſis Epiſc. Bonon. 383. E. (61)
Eleonora Caroli V. Imp. Soror inducias inter ipſum, & Reg. Gal. proponit. 1178. E. (84)
Eliſæus Epiſc. Bonon. 386. D. (68)
Epiſcopus à Bononienſibus poſtulatus. 24. B.
Epiſcopus Bononienſis Princeps Imp. nominatur. 172. B. 217. D. *Taurinas Vicar. Frid. II. Imp. in Ital.* 311. A. *Portuenſ. Pontif. Legatus*. 231. A. *Regienſ. inducias inter Bonon. & Mutinenſ. pronunciat*. 241. D. (64) *Bonon. quib. conditionib. ab interd. Civit. liberet*. 245. A. (73) *quomodo, & à quibus primùm eligebatur*. 360. A. *S. Luciæ Bonon.* 423. A. (76)
Epiſcopi III. in Eccleſ. Bonon. 399. A. (14)
Epiſcopium Bononiæ expilatum. 446. C.
Epiſcopor. Æmiliæ Conventus Bononiæ habitus. 443. E (19)
Equites inſtituti. 62. A.
Equitum S. Mariæ Glorioſæ Ordo Bononiæ inchoatus. 306. D. 307. A.
Equorum curſus Bononiæ inſtitutus. 438. C.
Eraſmus Doria ad Carol. V. Imp. miſſus. 1145. B.
Ercules Ab. Corazza Bonon. Matheſ. Prof. pub. etiam Taurini. 105. (70)
Eſtenſes Marchiones Ferrariâ potiuntur. 176. C.
Etruſci: eorum incolatus. 16. A.
Eugenius IV. Pont. dominium Bon. obtinet. 471. D.
Euſebius Ep. Bonon. 29. C. 363. B.
S. Euſtaſius Epiſc. Bon. 364. E. (29)

Faba,

F

Faba, Famil. Brixiæ. 239. B.
Fabius Scip. Æmil. frater. 1088.C. 1104.B.
Fabius Valens Bonon. nobilitat. 13. A.
Facchenetti, Famil. Bonon. 603. C.
Faccius Galluccius Eques Bonon, contra Turcas. 169. C.
Factionum Guelfor. & Gibellinor. origo. 233. C.
Fagiani, Famil. Bonon. 438. E. (1)
Fagnani, Fam. Bon. 82. A. 91. D. (47) 113. B. (1) 114. A. 115. B.
Fannius C. primus muros Carthag. aſcendit. 1087.A.
Fantinus Dandulus Bonon. Gubernator pro Pontiſ. 470. B.
Fantucci, Famil. Bonon. 575. A.
Fanum-Fortunæ Opp. à Ro. conſtructum. 18. A. à Frider. II. Imp. direptum. 258. B.
Farneſii, Famil. Romana. 578. B.
Faſti Conſulares in VII. Tabulas digeſti. 985.
Faventia à Tuſcis condita. 16. B. fœderata Imolenſibus. 131. A. paciſcitur. C. fœdere Lombardor. illibato Bononiæ fœderata. 149. A. bello Bononienſes devincit. 149. C. & D. à Bononienſib. devicta. 150. D. & ſeq. à Frid. II. Imp. obſeſſa, & capta. 257. 258. A. à Manfredis erepta. 183. B.
Faventini à Bertoldo Frid. I. Imp. Cancellario obſeſſi. 168. B. à Bonon. contra Forolivienſes adjuti. 182. B. iter. 249. C. fœdus cum Bonon. ineunt. 163 C. iterum. 224.D. 254.C.
S. Fauſtinianus Ep. II. Bon. à tyrannide vexatus. 25. A. & B. ejus ſepulcrum. 361. B.
Felina Caſt. Regienſ. 268. A.
Felix V. Pſeudo-Pont. 504. A.
Felix Diac. Eccl. Mediol. Ep. Bonon. brevis vitæ 30. C. 363. C.
Felſinus Etruſcorum Rex Urbem Bonon. condit ſuo nomine appellat. 16. B.
Ferdinandus de Abdua Card. Legatus Bon. 616.C.
Ferdinandus Caroli V. Fr. in Regem Germ. coronatur. 562. E.
Ferdinandus Gonzaga Sicil. Prorex. 1179. C.
Ferdinandus Toletanus Albæ Dux, & Neap. Prorex. 1222. E.
Ferrandus Ernandez de Corduba, magnus Conſalvus appellatus. 1129. D (5)
Ferraria, ex Henrici ditione ablata. 81. A. pro libertate Italiæ recuperanda fœderatur. 147. A. auxilia Bononienſibus mittit. 153. D. à Salinguerra obſeſſa. 195. B. à Pontiſ. oppugnata. 165. C. 540. A.
Ferrari, Famil. Mediol. 606. B.
Ferreris, Famil. Vercell. 520. A.
Feudatarii inſtituti. 62. A.
Finale Opp. Mutinenſ. 197. C.
Firmani ab Aſculanis oppreſſi. 1124. A.
Flagnanum Caſt. Imolæ à Bonon. captum. 177. C. 274. C.
Flaminia Regio: via perducta. 19. B.
Flisci, Famil. Genuenſ. 260. A. (108) 1118. D. 1196. B. eorum conjuratio in Patriam. 1201.
Florentia pro nece Alex. Ducis in armis. 1176.C.
S. Florentii Caſt. in Corſica. 1110. C.
Florentini Abenobarbo adhærent. 153. B. ad libertatem Bononienſes inducunt. 454. A. 455. B.
S. Florianus Martyr; ejus corpus à S. Petronio collocatum. 31. D.
Foderum quid. 61. B.
Fœdus Lombardor. in Abenobarbum. 131. D. 133. D. 138. C. 139. A. reſolutum. 141. C. & ſeq. iterùm concitatum. 144. B. ſtatuitur. 147. A. 148. B. firmatur. 151. C. 153. C. 155. A. Had. Pontiſ. VI. Imperatoris & alior. Principum contra Solymanum. 552. B.
Foliani, Famil. Regienſ. 265. C.
Formagliari, Fam. Bonon. 104. (68) 239. B.
Forolivienſes Faventinis ſe jungunt in Ravennates. 149. C. & D. à Bonon. victi. 182. C. (34) pacem cum ipſis inſtaurant. 195. A. denuò à Bonon. cum Faventinis deturbati. 249. C.
Fortunerius Vaſellius Epiſc. Ravenn. 447. E.
Forum Gallorum Opp. agri Bonon. à Bojis conditum. 17. B.
Forum-Cornelii Opp. à quo conſtitutum. 19. B.
Forum-Livii Opp. conſtitutum. 19. B.
Forum-Popilii Opp. conſtitutum. 19. B.
de Foſcherariis, Fam. Bonon. 110. (76) C.
à Fratta, Fam. Bonon. 115. B. (5) 153. A. 126. A. 202. E. (65) 214. D. (14) 423. B. (77)
Franca Marcb. prædia Bonon. Eccl. donat. 57. A.
de Franchinis, Fam. Bonon. 106. (71) C.
Franchiſi argenti VII. moneta Bonon. ejus valor, & quando cuſa. 161.
Franci à Po. in Ital. vocati. 51. C. eorum dominatus. 52. B. finis. 56. A.
Franciotus de Porta-Nova Philoſophus in Archigym. Bonon. 235. C. (51)
S. Franciſcus Aſiſias Fratres Minores inſtituit. 189. C. Bonon. venit. 212. E. (29) 431. D. obit. 231. A. (41) in numerum SS. relatus. 237. C. (58) 433. A.
Franciſcus I. Gallor. Rex colloquium Bonon. cum Leone X. Pont. habet. 527. C. ſcrofulis laborantes ſanat. ibid. D. prope Ticinum captus. 1131. A. (15)
Franciſcus Borbonius Gallor. exercitus ad Ticinum imperator. 1150. B.
Franciſcus Sfortia Mediol. Dux fœdus cum Pont. Rege Gall. & Venetis contra Carol. V. Imp. init. 1132. E. item & cum aliis Ital. Principibus. 1136. A. (31)
Franciſcus Card. Alidoſius Epiſc. Bonon. 525. C. interfectus. 516. B.
Franciſcus Card. Gonzaga Mantuanus Epiſcop. Bonon. 517. B.
Franciſcus Pucininus pro Patre Gubern. Bonon. 472. C. à Populo comprehenſus. 473. B.
Franciſcus Andalus ſacrilegi reus homicidii necatur. 152. B.
Franciſcus Dotti Architec. celeb. Bonon. 613. E.
Franciſcus Maria Ghiſilerius Bonon. Epiſc. Imol. 612. D.
Franciſcus Ghiſilerius Bonon. unic. Canon. Regul. 104 (69)
Franciſcus Grimaldus Orator ad Cæſ. 1207. D.
Fratres Servor. B. Mariæ Bononiæ collocati. 438 E. (4) item & Eremitani S. Auguſtini. 439. A. inter mœnia Eccl. & Monaſt. condunt. 314. C. (5) Gaudentes ibi inſtituti. 439. B. (6) Armenii S. Baſilii Bonon. locate. 441. D. & S. Hieron. Congregationis Feſulanæ. 443. A. (18) Jeſuati Bononiæ recepti. 457. C. (47) FF. Mendicantes S. Hieron. Feſulani. 514. A. Carmelit. à S. Thereſia Eccleſiam S. M. extra portam major. Bonon. à Senatu obtinent. 609. B.
Fratres Ord. Præd. Bonon. ſuppellectilem ſacram pro ſublevandis pauper. liberaliter donant. 266. E. (10) Pœnitentes à Sacco vocati quando cœpti, & extincti. 435. C. (93. & 94.) Carmelitæ Strictioris Obſerv. Diſcalceati nun-

cupati

cupati Eccleſiam B. Mariæ Lachrymoſæ Bonon. obtinent. 575. E. (20) Cappuccini Bonon. locati. 576. C. (22) Ord. S. Franciſci Bonon. inſtit. 213. B. (12) Minimi S. Franciſci de Paula Bonon. collocati. 530. C. (17) Ord. Præd. Bonon. inſtituti. 213. A. (10) Tertii Ord. S. Franc. & S. Domin. undedicti. 286. C. (37)
Fregoſii, Famil. & factionarii Genuæ. 1126. E. 1128. D. exturbati. 1130. B. iterum dominantur. 1135. A.
Fridericus I. Imp. pacem Civitatibus fœderatis concedit. 166. A. Bononiam venit. 168. B. (8) Faventinos deturbat. ib.
Fridericus II. Imp. Bonon. venit. 217. A. (18) Privilegia Stud. Bonon. confirmat. 217. D. (20) ipſis infenſus. 228. D. Conventum Cremonæ habet. 23. A. 229. B. execratus. 237. B. Pontif. reconciliatur. 242. C. Eccleſiæ infenſus. 251. B. Mediolanenſes vexat. 252. A. Ravennam capit. 257. B. Faventiam capit. 258. A. Agrum Bonon. depopulatur. ibid. Romaniolam totam, & partem Marchiæ occupat. ibid. B. Legatos mittit Lugd. ad Pontif. 264. C. (7) à Pontif. & Concil. execratus ibid. B. (8) contra Parmenſes arma movet. 270. B. in ipſos inſævit. 273. A. (20) Victoriam ædificat. 273. C. (22) ibi confractus. ibid. pro liberatione Hencii fruſtra ſollicitus. 283. C. 284. A. moritur. ib. B. (34) iterum à Pontif. excommunicatus. 253. C.
Fridericus III. Imp. Bonon. adit. 513. A.
Fridericus IV. Rex Daniæ magnificè Bononiæ exceptus. 617. B.
Fridericus Auguſtus Princeps hæredit. Saxoniæ hæreſim Lutheranam relinquit Bonon. 618. A.
Fridericus Lavellongus Brix. Bononiæ Prætor. 242. D.
Friniatenſes à Mutinenſ. ad Bononienſ. deficiunt. 248. C. (83)
Friniatum Mutinenſibus adjudicatum. 292 C. (53)
Frugerius Ep. Bonon. ſolemnem Martyrum translationem ſuadet. 67. C. 399. A.
Fuſcararii, Famil. Bonon. 415. C. (56)
Fuſari, Famil. Bonon. 203. D. (66)

G

Gabriel Palæotus Bonon. Card. creatur. 578. C. Epiſcopus Bonon. ibid. ejus Vita. 579. & ſeqq. Dignitatem Archiep. pro ſe, & ſua Eccleſ. recipit. 580. A. ejus ſcripta. 605. A.
Gabriel Philippuccius Bon. Card. 114. (2) D.
Gabriel Sanctius Bon. ſeditionis cauſa. 248. B.
Galaſſus de Galaſſiis Pictor celeb. Ferrarienſ. 512. E. (34)
Galeatius à Ruvere Epiſc. Conſtantienſ. 518. C.
Galeottus Malateſta dux Militiæ Pontif. 451. A.
Galli à Romanis pulſi. 16. A. quam Italiæ partem incoluerent. 17. A. Aulam Epiſcopii Bonon. cremant. 527. A. (11) Annibalem Bentivolum pro recuperanda Bon. adjuvant. 540. D. ad Ticinum profligati. 1132. A. Romam capiunt, & diripiunt. 1133. D. (29) Cæſarianos in mari ſternunt. 1139. A. eor. exercit. peſtilentiâ everſus. 1146. D. Genuam amittunt. 1149. C. cum Turcis in mari adverſus Cæſareanos, & Hiſpanos præliantur. 1220. & ſeqq.
Gallucci, Famil. Bonon. 90. C. 169. C. 205. A. (72) 263. A. 412. A. 452. E. in exilium pulſi. 314. A.
Gambalonga, Famil. Bon. 66. A.
Gardini, Famil. Bonon. 457. A. (44)
Gariſendi, Famil. Bonon. 132. B. 169. C. 174. A. 175. C. 189. A. 413. B.
Garutius de Carrutiis Bonon. Card. 114. (2) C.
Garzoni, Famil. Bonon. 182. E. (35) 606 A. 278 B
Gaſpar Silingardus Epiſc. Ripæ Tranſonæ. 605. D.
Gatti, Famil. Mutin. 252. C.
Gaudentius Epiſc. Bonon. 385. D. (68)
S. Geminianus Ep. Mutinæ in ſummo honore. 27. B.
Genua Urbs: ad eam confugit Alexand. III. 141. A. 143. D. ſub imperio Lud. XII. Gallor. Regis. 1126. A. ſeditione laborat. ib. B. varia Reipub. adminiſtratio. 1128. C. iterum ſub Francis. ib. D. (19) ab Adurniis capta. 1130. A. (22) fame laborat. 1134. A. (30) denuo in poteſtate Gallor. 1135. A. eis erepta. 1149. C. fruſtra à Gallis, & Fregoſio tentata. 1175. E. (79) pro conjurationibus Fliſci, & Cibo afflictata. 1196. & ſeqq.
Genuenſes ab amicitia Frid. II. Imp. diſcedunt. 357. A.
Georgius Garnefelt Monach. Carthuſ. Vitæ Card. Nicolai Albergati illuſtrator. 474. C.
Gerra Populus domum Monachis Camaldulenſ. Bonon. extruit. 453. A.
Gerardus Caccianimici Bonon. ex Canon. Regul. Rhenan. Card. 114. A. fit Ro. Pont. 124. B. 125. B. 213. B. 415. C.
Gerardus Ep. Bon. 114. A. dub. (3) alter. 125. B. 133. A. 139. A. 301. E. (56) 409. D. (38)
Gerardus II. Giſella, ſeu Giſla, aliis de Scannabecchis Prætor à Civitate aſcitus. 169. B. 173. A. 416. A. (58) 425. A. (72) Epiſc. Bonon. à Pont. conſecratus. 420. C. (70) primus titulo Principis inſignitus. 420. C. fugere coactus à Nobilibus. 174. ab Imp. calumniâ liberatus. 175. C. moritur. 179. B.
Gerardus III. Areoſtus Ep. Bonon. 422. C. (75)
Gerardus Rangonus Mutin. Ord. Præd. miraculis clarus. 247. C.
Gerardus Archidiaconus Eccl. Bonon. 168. E.
Gerardus Corriggius Dux Placentinor. Parmam capit, & Prætor ejus Urbis factus. 269. C.
Gerardus Seſſius Epiſc. Albanenſis Legatus Pont. in Lombardia. 193. D. Amicos Oth. Imp. Sacris amovit. 196. C.
Gerardus Caponſaccus Florent. Bononiæ Prætor. 196. A.
Gerardus Pius Eques Mutin. à Bonon. captus. 278. A.
Gerardus Rangonus Bononiæ Prætor. 229. B. & Mutinæ. 132. C.
Gerardus Rolandinus Bonon. Prætor Regii. 183. B.
Germani auxiliares in Ital. vocati. 56. A. iterum ſolemnius. 58. A. novum Regem in Henrici III. odium declarant. 74. B. cum Hiſpanis Romam capiunt. 557. B.
Germanus Epiſc. Bonon. 384. E. (66)
Ghibellini in Hetruria Guelfos frangunt. 304. A.
Ghirardacci, Fam. Bonon. 105. (71) E.
Ghiſelardi, Famil. Bonon. 614. B.
Ghiſelerii, Famil. Bonon. 104. (69) 251. B. (89) 481. D. eor. Vaſtum Canonicis Regular. S. Franc. in Alga conceſſum. 530. C. 612. D. 616. E.
Ghiſelli, Famil. Bonon. 169. E. (12) 420. C.
Gibbus Juſtinianus Triērarcus. 1138. C.
Gibertus de Gente Prætor Parmæ. 291. C. de poſſeſſione Friniani judicat. 292. C.
Giliolus Seſſius Regienſ. Prætor Bonon. 191. B. & Imolæ. 198. A.
Giufredus à Coxio Imolæ Prætor. 226. B.
Giufredus Pirovanus Mediol. Prætor Bononiæ. 220. A.

Gol-

Golzenum Caſt. Mut. 183. D.
Gonzaga, Famil. Mant. 517. B. 1179. C.
Goſi, Famil. Bonon. 129. A. 134. D. 230. A.
Gotthi, eorum dominatio. 16. A. 36. C. *finis.* 44. A.
Gotti, Famil. Bonon. 413. E. (53) 620. B.
Gottifredi, Famil. Bonon. 206. E. (76)
Gottifredus Blanderarsia Romanıolæ Comes. 221. C.
Gottifredus Salinguerra Bonon. Leg. privilegia & dignitatem obtinet. 126. B.
Gozzadini, Fam. Bonon. 114. (2) D. 169. D. 252. E. (91) 311. B. 313. C. 576. E. (20) 605. E. 619. E.
Gozani, Famil. Mutin. 278. B. 281. A. 283. A.
Gozoli, Famil. Bonon. 228. A.
Gracchus C. primus muros Carthaginis aſcendit. 1087. A.
Gracunes, ſive Columbii, Moneta Bonon. ejus valor. 161.
Graidani, Famil. Bonon. 291. A.
Grantius Abbas Guido Camaldolenſis, laudatur. 400. E. (23)
Graſulfi, Famil. Mutin. 266. A.
Grati, Famil. Bonon. ejus origo. 253. (95)
Gratia Epiſc. Parmenſis. 424. E. (81)
Gratiades, Famil. Bonon. 434. E. (89)
Gratianus Monac. Caſſin. voluminis Decret. ſcrip. 128. A. (40) 417. D. (62) (65)
Gregor. VIII. Pont. creatur. 169. A. *Bonon. adit, & Gerardum Epiſc. conſecrat. ib.* B. *moritur.* 169. B. 470. B.
Gregorius IX. Pontif. creatur. 233. A. (46) *Româ pulſus.* 234. A. *ad Nicol. Epiſc. Regienſ. ſcribit.* 241. A. *Frid. II. Imp. excratur.* 253. C. *Concil. indicit.* 257. C.
Gregor. XV. Bon. Pont. creatus. 609. D.
Gregorius Albergatus Bonon. Card. 115. B.
Gregorius Montelongus Legatus Pontificius in Italia. 253. C.
Griffoni, Famil. Bonon. 147. B. 152. B. 169. C. 174. A. *Hoſpitale pro pauperib. inſtruunt.* 181. A. 222. D. 308. C. 310. E.
Grifones Bonon. ſecum vindicant. 152. B.
Grimaldi, Famil. Gen. 1207. D.
Grimani, Famil. Ven. 1179. B.
Gritti, Famil. Veneta. 555. E.
Gualla Legatus Pontif. in Lomb. 242. B.
Gualfredi, Fam. Bonon. 148. (82)
Guarini, Fam. Bonon. 124. C. (31) 166. B. 168. B.
Guarinus Guarinius Bonon. Canon. Rhenan. Card. 124. C. *veneratur.* (31) 415. E. 417. A.
Gualfi Mutinâ, Regio, & Parma ejecti. 265. C. *in Hetruria fracti.* 304. A.
Guidalotti de Franchinis, Fam. Bon. 106. (71) C.
Guido Saſſus primus Bonon. Prætor. 98. (58)
Guido de Canoſſa Forenſium Prætorum Bonon. primus. 98. (38)
Guido Baiſius Decretor. D. Bonon. 103. (68)
Guido de Pontecharali à Brixia Capit. Populi Bon. 313. E.
Guido Rangonius Dux exercit. Fran. I. Gall. Regis. 1175. B.
Guidottus Pillizzarius Epiſcopus Mantuanus. 424. E. (81)
Guidozagni, Famil. Bonon. 313. C.
Guiduccius de Scopeto Aſtronomus in Archigym. Bonon. 235. C. (51)
Gulielmus Montisferr. March. 132. C.
Guleta Arx Tunetı à Carolo V. oppugnata. 1173. B.
Gulielmus S. Angeli Legatus Pontif. in Ital. 454. A.
Gulielmus Borra Mediol. Bononiæ Prætor. 228. B.
Gulielmus Langæus Gallor. Præf. in ſubalpina regione. 1197. D.

Gulielmus Lendenarius Veron. Prætor Cremonæ. 230. E. (40)
Gulielmus Oſſa Mediol. Prætor Bononiæ 169. C.
Gulielmus de Porto Placentinus Juriſconſultus in Archigym. Bonon. 180. B.
Gulielmus Puſterla Mediol. Prætor Bonon. 183. B. 193. C. 215. C.
Gulielmus Rangonus Bonon. Prætor. 181. C. *iter.* 201. A.
Gulielmus Seſſa de Regio, Bononiæ Prætor. 309. C. *ab ipſis pro Cive habitus. ibid.*
Guluſſa Maſiniſſæ Regis filius. 1080. B.
Gunteri, Famil. Mutin. 186. C.
Gymnaſium Bonon. jus ejus à Theodoſio conceſſum. 2. *ad a.* 429. *reſtauratum. ib. ad a.* 774. & 52. (66) *floret.* 81. (33) 134. D. 135. B.
Gypſenſes oppidani Bononienſibus dediti. 145. C. (77)
Gypſi uſus ad ædificandum quomodo Bononiæ repertus. 193. C.
Gypſii, Famil. Bonon. 266. B. (9)

H

Hadrianus VI. Pontif. factus. 551. C. *Hæreſis Lutherana in Germaniâ ampliatur.* 552. D. *Pauperum Provinc. Galliam infeſtat.* 569. B.
Hariadenus Algerii Rex. V. Caradinus.
Haſta Urbs à Barbaruſſa ſubacta. 131. D.
B. *Helena ab Oleo Bonon.* 174. E. (19)
Hencius, ſive Henricus filius ex pellice Frid. II. Imp. Rex Sardiniæ Cardinales Legatos Pontif. capit. 258. B. *Legatus à patre in Lombardia relictus. ibid. à Mediolanenſibus captus, & cum Simone eorum duce permutatus.* 265. C. *à Bononienſibus fractus, & Bononiam in triumphum ductus.* 277. D. (27)
Henricus III. quinquennis regnat. 69. A. *Simoniaca labe tinctus.* 71. B. *diris devotus.* 72. B. *poteſtate ſpoliatus pronunciatur.* C. *ad Po. pedes provolutus.* 74. A. *ſacris fulminibus iterum confoſſus.* 76. B. *ad priſtinum malum rediens, bellum aſſumit.* 74. B *bellum reficit.* 79. A. *novis laqueis irretitus.* 80. A. *de ejus deceſſu.* 82. (36)
Henricus IV. Regnum Germ. init. 83. A. *in Ital. tendit.* 84. A. *inſidus Pontificem, & Cardinales comprehendit.* B. *frenum Bonon. ponit.* C. *Ital. excedit.* 85. A. *ad eam reverſus.* 87. A. *libertatem Bononienſibus concedit.* 89. E. *& ſeq. Romæ iterum coronatus.* 91. A. *armis Latium aggreditur, Schiſma promovet.* B. *pacem componit.* D.
Henricus Frid. I. Imp. fil. in Regem Italiæ coronatur. 168. B. *Conſtantiam Regis Sicil. fil. deſponſat. ibid.* C. *Bononiæ agrus Privileg. Canon. Rhenanis donat.* 169. A. (11) *Patri ſuccedit.* 170. C. *Bonon. venit. ibid. Privileg. cudendæ monetæ eiſd. confirmat.* 172 B. *Imp. coronatur.* 172. B. *Sicilia potitur.* 175 B. *Ravennam Pontifici eripit.* 176. B. *moritur.* 177. A.
Henricus Ep. Leodienſ. Mediolani P. 142. A.
Henricus de Balsa famoſiſs. Gloſſator in Archigym. Bonon. 234. E. (51)
Henricus Conti Papienſ. Bononiæ Prætor. 210. E. (5)
Henricus Canon. S. Victoris Epiſc. Bonon. 198. B. *Epiſcopium inſtaurat.* 219. C.
Henricus Fratta Ep. Bonon. 115. B. (5) 423. B. (77) *ad Concil. Later. IV. pergit.* 202. (65)
Henricus Morra Prætor Bonon. 286. C.
Henricus Rolandus Bonon. Conſ. aucto numero. 153. A.

INDEX GENERALIS

Henricus Glareanus, ejus Sigonii ſcriptis objectiones. 638. & *ſeqq.*
Henricus Teſta Prætor Parmæ à Placentinis Guelfis occiſus. 269. C.
Henricus Rex Angliæ Fidei defenſor vocatus. 558. E. *poſtea ab Eccleſia diſſentit*. 560. D. 566. A.
Henricus Gallor. Rex fœdus cum Paulo IV. Pont. contra Phil. Reg. inſtituit. 1222. D.
Henricus Cardin. Neap. 462. D.
Henricus I. Epiſc. Bonon. 414. A. (52)
Herberia Caſtrum Regienſ. 183. A.
Hercules Alamandinus Bonon. FF. Servitis multa largitur. 525. E. (2)
Hercules de Herculis Epiſc. Narnienſ. 580. B.
Hercules Sacratus Epiſc. Comaclenſis. 605. D.
S. Hermetes Mart. Bonon. 25. B. 361. A.
Hieremæi, Famil. Bonon. 114. A. (2) 175. B. 205. E. (72) 413. B.
Hieron. Adurnius Orator Cæſaris ad Pont. 552. A.
Hieron. Aleandrus Cardin. Legatus Pont. 567. A.
Hieronymus Boncompagnus Archiep. Bonon. 611. C. *S. R. E. Card.* 612. B.
Hieronymus Caſalinus Bonon. S. Franc. Xaverium domi ſuæ recipit. 575. E. (21)
Hieronymus Doria Cardinalis creatur. 1158. C. (49)
Hieronymus Card. Columna Archiepiſc. Bonon. 610. E.
Hieronymus Fliſcus Civis primarius Gen. occiſus. 1128. D.
Hieronymus Fliſcus conjurationem Fratris in Pat. proſequitur. 1206. A. *ſupplicio affectus*. 1208. A.
Hieronymus Magnanus Buduæ Epiſc. 543. D.
Hieronymus Mendoza Dux Hiſpanorum in Claſſi marit. 1163. E. (59)
Hieronymus Rogazonus Ep. Bergom. 580. B.
Hieronymus Rapallinus Octovir pro Rege Gallor. ad gub. Gen. 1147. B.
Hieronymus Tuttavilla Dux Italor. in Claſſe maritima. 1164. E. (59)
Hildebrandus Craſſus Bonon. Card. Ep. Mutinenſ. 126. A. *fit Ep. Bonon.* 141. B. (69) *cum Legati facultate fœderis confirmationi præſens*. 151. C. *monet Bonon. Conſules*. 252. A. 417. C. (61)
Hildebrandus Guolfredus Prætor Bonon. 168. C.
Honorius II. Bonon. Pontifex creatur. 413. B.
Honorius III. Pont. creatur. 204. B. *ejus Literæ ad Epiſc. & Archidiaconum Bonon.* 215. A. (16) *moritur*. 232. D.
ab *Horta, Fam. Bon.* 88. E. (44)
Hoſpitale S. Bernardi pro Paup. Bonon. à Griffonibus conditum. 181. A. *Cruciferor. Bononiæ*. 419. E. (68) *aliud ab Imelda Bulgari Juriſconſ. uxore inſtitutum Bon.* 420. A. *aliud S. Bernardi à Griffoniis Bonon. exſtructum*. 422. C. *aliud Pontis-novi Rheni Bonon.* 424. C. *aliud S. Mariæ Vitæ Bonon.* 437. C. *novum magnificentiſs.* 619. A. *aliud prope Eccleſ. S. Blaſii*. 444. E. (19) *aliud S. Mariæ Mortis*. 446. B. *aliud S. Honufrii*. 447. B. *Boni Jeſu à devotis S. Mariæ Rattæ Bonon. exſtructum*. 449. A. *aliud S. Job Bonon. inſtitut.* 519. C.
Hoſpitium Peregrinor. Bonon. inſtructum. 444. E. (19)
Hoveris, Famil. Parmenſ. 240. C.
Hubaldus Caccianimicus Bonon. Canon. Rhen. Card. 124. C. 415. C.
Hubertus Placentinus Epiſc. Bonon. 441. C.
Hubertus de Ratta Card. Bonon. 413. B.
Hugo Anſaldus Bonon. Leg. 88. A. *de ejus filici ſucceſſu*. (44) *libertatem pro Patria recuperat*. 90. A.
Hugo Areoſtus Bonon. Conſ. 232. B.
Hugo Boaterius Prætor Parmenſ. 270. C.
Hugo Boncompagnus Bonon. Card. creatur. 578. D. *Pontif. factus Gregorii XIII. nomine aſſumpto*. 579. A.
Hugo Guarſonius Legatus Othonis Imp. 193. B.
Hugo Hieremæus Bonon. Cardin. 114. A. (2) 413. B.
Hugo Lucenſis Chirurgus inſignis Bonon. conductus. 200. C.
Hugo Miſanus Card. 125. A. 413. C.
Hugo Moncata Prorex Neap. cum Columnenſibus Romam capit. 558. D.
Hugo de Porta Ravennate J. C. Bonon. 129. A. *ad Ital. jus definiendum aſſumptus*. 134. D. *obit*. 149. C. (84)
Hugo Rangonus Epiſc. Regienſ. Legatus Pontif. 565. C.
Hugo Sanvitalis Corpus capit. 283. D.
Hugo Subius Bonon. Conſ. 155. A.
Hugolinus de Comitibus Card. Legatus Pontif. in Lombard. 211. C. *Pontif. creatus*. 233. A. (46)
Hugolinus Panicus Bonon. Prætor Mutinæ. 179. A.
Hugolinus de Presbyteris Bonon. Juriſconſ. ad Concil. Later. IV. 202. D. (65)
Hugolinus de Urſo Legatus Bonon. ad Concil. Lateran. IV. 202. E. (65)
Humiliati Monachi, quando Sedem Bononiæ poſuerint. 423. D. (79)
Hyppolitus Mediceus Card. exercit. Pontif. Dux. 564. C.

I

Jacobilii, Famil. Bonon. 228. A.
Jacobus Balduinus celeb. Juriſconſ. in Gymnaſ. Bonon. 436. B. *ejus mors à Petro de Vineis deplorata*. 250. D.
Jacobus Bernardius Bonon. Prætor Regii. 183. B. & *Vicetiæ*. 176. A.
Jacobus Boncambius Epiſc. Bonon. 434. C. *inter Beatos relatus*. 436. B.
Jacobus Boncompagnus S. R. E. Card. Archiep. Bonon. 614. E.
Jacobus Calderinus Bonon. homo pius. 449. B.
Jacobus Epiſc. Prœneſt. S. R. E. Card. Gregor. IX. Legatus pro Concil. Rom. 257. B.
Jacobus Epiſc. Taurinas quid à Bononienſ. nomine Frid. II. Imp. poſtularit. 210. D.
Jacobus de Pepulis cauſa diſſidii cum Plebe S. Jo. in Perſiceto. 446. B.
Janus Fregoſius Genuæ Dux. 1127.
Jacobus Hoverius Parmenſis ſolus Carrocii Patriæ cuſtos. 240. B. (*)
Jacobus Inſulanus Bonon. Card. 464. A.
Jacobus Lambertaccius Bonon. Carrocio Præfectus. 271. A.
Jacobus Lambertinus Præt. Faventiæ. 164. C.
Jacobus Naſus Præt. Foroliv. 209. B.
Jacobus de Porta Ravennate J. C. Bonon. 129. A. *ad Italiæ jus definiendum aſſumptus*. 134. D.
Jacobus Rangonius Bon. Præt. 303. B.
Jacobus Rangheria Bonon. FF. Eremit. S. Auguſt. benefactor. 516. B.
Jacobus Sadoletus Epiſc. Carpentoratenſis. 565. C. *poſtea Card.* 568. C.
Jacobus Simonetta Card. Legat. Pontif. 567. A.
Jacobus Tavernerius Parm. Præt. Bon. 308. A.
Jacobus de Ubertis appellatus à quæſtionibus, Juriſconſ. in Archigym. Bon. 234. E. (51)
Jacobus de Ulma Ord. Prædic. miraculis clarus Bononiæ colitur. 529. A. (49. 50.)
Jacobus Urſius Civis Bonon. potentiſs. 174. B.

Ja-

Jacopinus Bujonus Bonon. Præt. Mutinæ. 288. A.
Jacopinus Prendipartius Dux Equ. Bonon. 254. B.
Jannettinus Doria Draguthem Archipyratam capit. 1186. A. *& Perpennianum*. 1191. A. *interfectus*. 1205. B.
Icilinus à Romano Veronam occupat, & Prætor declaratus. 232. A. *Patavio potitur*. 251. C. *cum Frid. II. Imp. contra Parmenſ.* 270. C.
Idices amnis agri Bonon. ibi conflictus, & caſtrorum ſtativa. 154. C.
Iva, ſeu Genettarum Inſula. 1129. B. (20)
Imago Deiparæ Virg. à S. Luca depicta. 139. B. (64) (65) (66) *Bononiam delata*. 417. A. *Translatio ejuſdem in Urb. primùm inducta*. 470. C. 495. B.
Imagines ſacræ à Concil. defenſatæ. 50. B.
Imelda Uxor Bulgari Juriſconſ. Hoſpitale inſtituit Bonon. 420. A.
Immunitas Fori Doctorib. Bonon. conceſſa. 178. E. (24)
Imolenſes præſidium interficiunt. 129. A. *cum fœderatis fugati paciſcuntur*. 131. A. & C. *Lombardor. fœderi juncti, cum Bononienſib. paciſcuntur*. 149. B. *Ahenobarbo adhærent*. 153. C. *à Bonon. invaſi*. 164. A. *pacem cum ipſis, & fœderatis inſtaurant*. 165 B. 226 A. *ejus ager à Bonon. deturbatus*. 181 A 225. A. *Caſtrum Imolæ diruunt*. 223. B. *ideo à Legato Imper. proſcripti*. 224. B. *pro Eccleſia Bononienſibus jurant*. 275. A. *ſeditione afflicti*. ib. D. *denuo à Bononienſib. ſubacti*. 308. A.
Imperialis Auria Sagonenſ. Epiſc. 1198. D. (101)
Imperium CPtanum abrogandum Italiæ populi curant. 50. B. *Occidentale renovatum*. 54. A. *hujus in Urbes Italiæ jur*. 134. D.
Infognani, Famil. Bonon. 228. A.
Innocentius III. Pont. creatur. 177. B. (24) *Oth. IV. Imp. execrat*. 192. E. *moritur*. 204 B. (69)
Innocentius IV. Pont. creatur. 260. A. (108) *in Franciam abit, & Concil. Lugd. indicit*. 262. D. *ibid. Frid. II. Imp. communione fidelium ejicit*. 265. B (8) *in Italiam reverſus Bononiam intrat*. 285. C. *moritur*. 291. A. (51)
Innocentius X. Pont. renunciatus. 611. A.
Inſtitutum Scientiar. Bonon. erectum. 618. C.
Inſubres à Marcello domiti. 17. C.
Inſula Opp. Fliſcor. 1120. E. (7)
Inſulani, Famil. Bonon. 242. E. (68) 464. A.
S. Joachim Epiſc. Bonon. 379. E. (50)
Joanna Feder. Feltrii Urbin. Ducis filia. 1124 B.
Joannes I. Ro. Po. in carcerem conjectus. 37 C.
Jo. XXIII. Pont. Bonon. eligitur, & in Concil. Conſtant. abdicare coactus. 464 A.
Joannes I. Epiſc. Bonon. 362. E. (18) 55. D.
Joannes II. Ep. Bonon. ad Ravenn. Eccleſiam dein ad Ro. Po. aſſumptus. 56. D. 380. C. (51) 390. D.
Joannes III. Epiſc. Bonon. 56. D. 388. E. (78) 394. (3)
Joannes IV. Ep. Bonon. 397. E. (12)
Joannes V. Epiſc. Bonon. 399. E. (16) 146. A.
Joannes VI. Epiſc. Bonon. 418. A.
Jo. Abbas S. Proculi Epiſc. Bonon. 463. A.
Jo. Andreas Bonon. Juris Pontif. lampas. 103. (68)
Jo. Andreas Doria And. fil. claſſis Præf. 1220. 1223. 1224. A. & ſeq.
Jo. Bap. Doria Card. Frater. 1148. D.
Jo. Andreas Caligarius Ep. Brittonorienſ. 580. B.
Jo. Ant. de Via S. R. E. Card. Bonon. 620. A.
Jo. Bapt. Francus Verrino animum Fliſci ad conjur. incendit. 1200. A.
Jo. Bentivolus Imperium Bononiæ aſſumit. 460. B. *occiſus*. ib. C. *à Paulo II. Pont. favorib. auctus*. 515. A. 518. C. *Bononiæ principatum tenens, à Pont. Romam adire juſſus, de tractat*. 524. C. *eidem Imperium cedit*. ibid. D.
Jo. Bapt. Campegius Epiſc. Majoricenſis. 567. E. *ejus vita*. 570. C.
Jo. Campegius Epiſc. Parentinus. 567. E. *& Bonon*. 577. A.
Jo. Campegius Senator Bonon. celeberr. à Bentivolis deturbatus. 540. E.
Jo. Craſſus Urbiveti Prætor. 235. A.
Jo. Caſtellus Bonon. Epiſc. Urbevetanus. 193. C.
Jo. Boſſianus Cremonenſis Juriſconſultus celeber. 176. D. (22)
Jo. Eckius libros contra Lutherum ſcribit. 563. A.
Jo. Fontana Epiſc. Ferrariæ. 605. D.
Jo. de Gozzadinis Bonon. Card. 114. (2) D.
Jo. Gambalonga Bonon. floret. 66. A.
Jo. Galeaz Dux Mediol. Bononiæ Dominus. 460. C.
Jo. Lud. Fliſcus ejus conjuratio in Patriam. 1196. B. *ſubmergitur*. 1199. A.
Jo. Imperator. 365. B. (33)
Jo. Lignanus Juriſconſ. celeb. Bonon. 455. B. (39) *ejus mors atque funus*. 456. A.
Jo. Donatus Malvolta Eques Bonon. contra Turcas. 169. C.
Jo. Maria de Monte Card. Legatus ad Concil. Trid. 576. D.
Jo. de Naſo Epiſc. Bonon. 447. E.
Jo. de Pepulis dominatum Bononiæ Archiep. Mediol. renunciat. 448. E.
Jo. Palæologus Imp. Bononiæ magnif. exceptus. 472. D.
Jo. de Podio S. R. E. Card. 577. A.
Joannes de Podio Bonon. Epiſcop. 510. E.
Jo. Petrus de Milancio Erem. Camaldulenſ. Bon. inſtructor. 421. B.
Jo. Petrus Cicconius Mediol. à Carolo V. Imper. miſſus. 1190. C. (92)
Joannes Ravennas Epiſc. Bonon. 390. D.
Jo. Boverejus Romæ Præf. 1119 D.
Jo. Stephanus Card. Ferrarius Epiſc. Bonon. 520. A.
Jo. Vicecomes Archiepiſc. Mediol. Dominus Bonon. 448. E.
Joannes Vicecomes cognomento Aulegius Bononiæ Gubernator. 449. A. *ſibi Imp. Civit. vindicat*. 449. E. *eam Legato Pontif. tradit*. 450 A.
Jo. Schius Vicentinus, Pacificator vocatus Civis Bonon. factus. 245. B. (74) *Leges Civit. corrigit*. 246. C. (76) *Crux in fronte ipſius elucet*. 447. A. (78) 429. D. 430. A.
Jo. Zambeccarius Bon. Urbeveti Prætor. 228. B.
Jo. Vega Siciliæ Pro-Rex. 1212. E.
Joannes Sabellus Epiſc. Bonon. 441. A.
Joanninus Juriſperitus à Bonon. conductus. 178. C. (27)
Jocantus Corſus Trib. Mil. conjurationem Fliſci detegit. 1202. C
S. Jocundus Epiſc. Bonon. 381. A.
Jodocus Klaugbergh Bojus Lector Bonon. 167. E. (8)
Jordanes Petri Leonis potentiſs. 125. B.
Jordanus de Lucinis è Cuneo primus Capitaneus Populi Bononiæ electus. 292. E. (52) *Prætor Mediol. ibid.* D.
Joſeph Mazza Guidalotti de Franchinis Patrit. Bonon. laudatur. 106. (71) C.
Joſeph de Foſcherariis Bonon. Senator. 110. (76) C.
Joſephus Tuſcus Caput ſeditionis Populi Bonon. contra Nobiles. 235. B. 236. B.
Jovianus Imp. Eccleſiam Bonon. privil. exornavit. 27. B.
Ircus Beccarii Bonon. legum Interpres. 217. (12) E.

Ir-

INDEX GENERALIS

Irnerius Bonon. Philoſophiam docet, Pandectar. interpres. 3. *ad a.* 1102.
Iſacius Dovaria Prætor Regienſium. 184. B. & *Bonon.* 188. C. (45)
Iſola Inſula, olim Inſ. Ænaria. 1146. A.
Iſnardus Attonus Bonon. Conſ. 132. D.
Italia, ejus Magiſtratus nova inſtituta & locus. 26. C. *infecta Arrianiſmo.* 27. A. *à Barbaris funeſtata.* 29. D. *tertia irruptione vexata.* 35. A. *Gotthor. ſubdita dominatui.* 36. C. *Arriano furore agitata.* 37. C. & *ſeq. commendata Ducibus, bello affligitur.* 41. A. *ſub Imp. poteſtate, bello vexata.* 45. A. *per Duces miniſtrata.* C. *tribus maximis calamitatibus afflictata.* 46. B. *latina lingua in ea depravata.* C. *duplicem hæreſim refugit.* 49. A. 50. B. *abrogare curat Imperium. ib. ad eam Franci acciti.* 51. B. *horum ſub Imperio.* 52. B. *duae adminiſtrationes nacta.* 53. B. *ejus tributa & novi Magiſtratus.* C. *ſub Italis Regibus.* 56. A. *tumultibus vexata.* B. *vitiosè miniſtrata.* 57. B. *ſub Germanis Regibus.* 61. A. & *ſeq. novum nobilitatis genus in eam inductum.* 62. A *renovata.* C. *tumultuat.* 66. B. *pellit Henricum Claudum.* C. *bello diſſidioſo afflicta.* 69. B. *novo diſſidio belligerat.* 71. B. *in parte ab Imp. deficit.* 72. C. *integram vindicat libertatem.* 73. B. *in bello.* 74. B. 120. A. *aliqua ejus innovatio.* 130. B. *ſub cujus auctoritate.* 134. D. *armis quieta, avaritiâ PP. lacerata.* 144. A. *ab Abenobarbi PP. direpta.* 146. B. *fœderata Abenobarbum pellit.* 148. C. *de ejus reditu territa.* 152. B. & *ſeq. iterum pellit.* 154. D.
Jubilæum quando inſtitutum. 441. A. (12) *ad* 25. *ann. reductum Bononiæ, non Romæ celebratur.* 516. D.
Judæi fœnoris iniquitate Bononiâ pulſi. 151. B.
Judices, Famil. Bonon. 195. A.
Juliana Vid. S. Petronium rogat. 32. C. *Monachis filium adſcribit, bona attribuit, à S. Amb. & Aug. laudata.* 33. A. *miraculis fulgens.* 34. C. 363. A.
Julianus apoſtata Chriſtianos perſequitur. 27. A.
Julianus Epiſc. Bonon. 381. E. (55)
Julianus II. Epiſc. Bonon. 384. E. (66)
Julianus Ceſarinus Card. Pont. Legatus ad Concil. Baſil. 493. A.
Julianus Card. à Ruvere Bonon. Epiſc. 518. C.
Julius Cibus Gen., ejus conjuratio in Patriam. 1209. A. *ſupplicio affectus.* 1210. B.
Julianus Roverejus, poſtea Pontif. ſub nom. Jul. II. 1225. A. & E.
Jugurtha ſub Scipione militat. 1095. D.
Julius II. Pont. Bonon. recuperat, & triumphator in ipſam intrat. 524. D. *iterum ipſam à Bentivolis vindicat.* 526. D. *Concil. Piſanum abrogat, Lateranenſe inſtituit, & fœdus cum Imper. & Duce Mediol. init.* 542. 543. A. & C.
Julius Ceſar Signius Bonon. Ep. Reatinus. 607. A.
Jus Italicum ab Aug. inſtit. 22. A. *civile divulgatum.* 39. A. *triplex Italiæ in uſu.* 62. B. *univerſæ Italiæ definitum.* 134. D.
Juſtinianus Epiſc. Bonon. 384. E. (66)

K

K*Arazzoni, Famil. Brix.* 313. E.

L

C. L*Ælius Conſ. duas Colonias deducere curat.* 18. B.
Lambertacci, Famil. Bonon. 238. B. (60) 248. B. 271. A.
Lambertini, Famil. Bonon. 103. (67) 105. E. (71) 126. 164. C. 181. A. 205. A. 227. D. 263. A. 307. A. 439. B. 444. E. (22) 620. D. *contra Scannabicchios præliant.* 313. B.
Lambertini Mantuam relegati. ibid. C.
Lambertinus Lambertini Vicetiæ Prætor. 205. B. 208. B. & *Genuæ.* 232. C.
Lambertinus Samaritanus Bonon. Præt. Mutinæ. 290. B.
Lambertus Ep. Bonon. 71. A. (15) 405. B.
Lambertus Fagnanus, ſeu Scannabicchius Bonon. Card. 82. A. 91. D. *laudatur.* (47) *item & Ro. Po. elec.* 113. B. (1) *plures Bonon. Card. creat.* 114. A. *obit.* 115. B.
Lambertus de Fagnano, ſive de Scannabicchiis Card. Bonon. 412. D. (48)
Lambertus de Poduzio Epiſc. Bonon. nec ne. 445. B. (25)
Lambrus fl. ad eum Barbaruſſæ caſtra. 134. B.
Landriani, Famil. Mediol. 200. E. (63)
Lanfrancus Uſus-maris Prætor Bonon. 304. A.
Lapides Speculares agri Bonon. 21. B.
Laudenſes à Mediolanenſibus afflicti, vindicati. 132. A. *ſubacti, indeque incendio percuſſi.* 133. D. *incurſati.* 139. A. 140. A. *Imp. mora* C. *adorti Mediolanenſibus adhærent.* 147. C. *fœdus unà cum cæteris Italiæ Urbibus renovant.* 148. C.
Lavellonghi, Famil. Brix. 242. D.
Lavinius fl. Æmil. inter Mutin. & Bonon. 21. A.
Laurentius Epiſc. Bonon. 381. B.
Laurentius Campegius Bonon. Epiſc. Feltrinus, & Legatus Pontif. Cardin. creatur. 528. A. *diſciplinam Regni Anglici emendat.* 529. A. *Epiſc. Bonon. factus. ibid.* B. *ejus Vita fuſior.* 531. B. & *ſeqq.*
Laurentius Fliſcus Epiſc. Monteregal. Bon. Gubernator. B.
Lazarus Bonamicus Profeſſ. hum. ſcient. in Patav. Gymn. celeb. 568. E.
Lazarus Lazarius Bonon. Præt. Mutinæ. 299. A. & *Genuæ.* 309. B.
Legati: Magiſtratus ſupra Comites inſtitutus. 53. C.
Leges: Coloniarum. 19. A. *Julia, & Pompeja.* 20. A. *Chriſtianis faventes.* 26. A. *de exequutione edictorum protrahendi.* 29. A. *Ne Imp. Mediol. ingreder.* B. *utiles ab Henrico latæ.* 67. A. *Bonon. Civitatis.* 109. A. *pro Archigymnaſ. Bonon.* 187. C. (43) *de honore Scholarium.* 205. B (77) *de Paganis, & Urbanis Bononiæ lat.* 228. A. *variæ ab eis delatæ.* 284. C. *Civit. Bon. à F. Jo. Vicentino correctæ.* 245. C. (75) *pro militia, & Doctoribus vulgatæ.* 261. C.
Legum Pub. Profeſſ. Archigyn. Bonon. præcedentiam obtinent ſupra Theol. 306. B.
Lendenarii, Famil. Veron. 181. E. (14) 230. C.
Leo X. Pont. cum Franciſco I. Gallor. Rege colloquium Bononiæ habet. 527. C.
Leo Strozzius Prior Capuæ Claſſis Gall. Præf. 1214. C.
Leonardus Boccabadato Favent. Præt. 224. D.
de Leonibus, Famil. Bon. 303. A.
Leonori, Fam. Bon. 82. B.
Leonorus Leonoreus Eques Bon. libelli ſcrip. 82. A.
Leonum Caſtrum à Mutinenſ. ædific. 235. A.
Lesbius Craſſus Card. Bon. 420. A.
Leſchius Craſſus Bon. Card. creat. 158. A.
Liazarii, Famil. Bon. 299. A. 309. B.
Liazarii, Famil. Regienſ. 307. A. 439. B. 447. B.
Ligapaſſeri, Famil. Bon. 302. B.
Lignani, Famil. Bon. 455. B. (39)

Lira

Limites Italiæ, Marchiæ vocati. 53. C.
S. *Linus à S. Petro ſibi ſubſtitutus*. 23. A.
Lira argentea Moneta Bonon. ejus valor. 162.
Litaniæ in Eccleſ. Romana inſtitutæ. 48. A.
Litteræ Urb. III. Pont. ad Archid. Eccleſ. Bonon. 168. E. *Clem. III. ſuper conduct. Manſionum Scholar. Bon.* 171. E. (14)
Locedii Monaſter. conſtruct. 67. C. (51)
Loderengus Andalores Mag. Gen. Equitum. 122. (21) C.
Loderengus Andalus Præt. Mutin. obviam Inn. IV. Pont. progreditur. 285. A. *Primus Magiſter Ord. Equ. S. Mariæ Glorioſæ*. 307. A. *Patriæ moderator*. 313. B.
Lollii, Famil. Bonon. 227. D.
Lombardi ad invicem belligerantes. 83. B. *bella reſumentes*. 85. A. *octodecim juris* C. *ad Ital. jus deficiendum aſſumpti*. 134. D. V. Fœdus *inducæ ab Abenobarbo eis oblatæ*. 156. A.
Lombardia in Faction. diviſa. 192. B. *terræmotu quaſſata*. 228. A.
Lombus Doria primus muros Coronis aſcendit. 1165. E. (61)
Lomellini, Famil. Gen. 1206. C.
Longobardi: eorum damnatio. 26. A. 45. B. & *ſeq. Italiam affligentes*. 47. B. *in auxilium Ro. Pa.* 50. A. *eorum viciſſitudines*. 51. A. & *ſeq. Francor. imperio dediti*. 52. B.
Longobardia: ejus nomen inditum. 52. C. *peſtilentiâ afflictata*. 66. C. *bello, & diſſidio lacerata*. 68. B. 69. B. & *ſeq. in bello*. 74. B. *fame, & peſtilentia afflicta*. 125. A. *ad exitium inteſtino bello redacta*. 138. C. *novus in eam Magiſtratus*. 142. A. & B. & *pacata*. 143. C.
Lotharius alter II. Bonon. propenſus, laudatur. 120. C. & *ſeq.* (18)
Lotharius Arbori Comes. 163. D. (3) *Bononienſibus jurat*. 164. B.
Lotharius Cremonenſis Legum Interpres in Bonon. Archigymnaſ. 170. B.
Lotharius de la Toſa Epiſc. Bonon. 440. E. (10)
Lucia de Stiſonte Sanctimonialis Bonon. Sanctitate florens. 421. D. (73)
Lucidus de Comite Cardinalis. 491. D. (1)
Lucii, Famil. Bonon. 228. A.
Lucilius Pœta cum Scipione in exercitu. 1096. A.
Lucini, Famil. à Cuneo. 292. E. (52)
Lucinum Caſtr. Comenſ. 259. A.
Lucius II. Bonon. Pont. eligitur. 415. C. (56)
Lucius III. Pont. creatur. 165. C. *Bonon. ingreditur*. 167. D. (8) *Eccleſ. D. Petri conſecrat. ibid.* & *S. Geminiani Mutinæ*. 168. A. *Concil. Veronæ habet. ibid. moritur. ibid.* B.
Lucius de Albergato Bonon. floret. 56. (9)
Lucullus Æmilianus Magiſter. 1075. E.
Ludi baſtici Bononiæ editi. 178. B. & *Craticulorum*. 196. B.
Ludovicus Bentivolus Epiſc. Tifernas. 580. B.
Ludovicus ab Horto Curatus Bonon. 88. E. (44)
Ludovicus Ludoviſius Cardin. Bonon. Archiepiſc. 609. E.
Ludovicus Morbiolus Bonon. vir ſanctus. 515. C. *ejus Vita*. 625. A.
Ludovicus Scarampus Card. Bononiæ Epiſc. 507. B.
Ludovicus Viſtarinus Laudenſ. militum Genuenſ. Præſ. 1219. E. (112)
Ludoviſii, Famil. Bonon. 608. A. 609. E.
Luminoſus Epiſc. Bonon. 49. A. (61) 384. E. (66)
Lupari, Famil. Bonon. 269. E. (14) 625. B.
Lupi, Famil. Parmenſis. 241. A. (64)
Lupiſini, Famil. Regienſ. 265. C.
Luſo Epiſc. Bonon. 382. E. (58)

M

M*Accagnani, Famil. Bonon.* 169. C.
Macchiavelli, Famil. Bonon. 95. (51) 615. B. & alibi.
Macchiavellus, Alexand., ejus Notæ ad hiſt. Bonon. 1. & *Supplementum ejuſd. hiſt.* 301.
Magarotti, Famil. Bonon. 313. D.
Magnani, Famil. Patavina. 543. D.
Malateſta, Famil. Bonon. 263. A.
Malaſpina Famil. Bonon. 70. B.
Malavolta, Famil. Bonon. 169. C. 174. A. 175. C. 196. B. 283. C. 307. A. 310. E. 439. B.
Malgratum Opp. Frinianenſ. à Bonon. everſum. 253. B. (95)
Maltraverſa Factio Bonon. 476. D.
Mambertus, ſive Alambertus Epiſc. Bonon. 389. E. (82)
Manaſtabilis filius Maſicciſſæ Regis. 1080. B.
Mancicolli, Famil. Bonon. 205. B.
Mancicolum Caſtr. Bonon. 235. A.
Mancuſus, ſeu Mancuſa Monetæ, pondus. 389. E. (79)
Mandelli, Famil. Mediol. 165. D. 257. B.
Mandria Caſtr. Mutin. 183. D.
Mamercini cognomen unde. 1074. B.
Mamercus Numæ Regis fil. cur Æmilius appellatus. 1074. B.
Manfredi Faventiam Bononienſibus eripiunt. 283. B.
Manfredus de Trivio Carrarienſium Medicus in Archigymn. Bonon. 235. D. (51)
Manfredus Morengus Alexandrinus Prætor Mediol. 292. D.
Manſionaticum: quid. 61. B.
Mantua ab Henrico III. capta. 79. B. *ad deditionem Mathildis coacta*. 85. A. *pro libertate Italiæ fœderatur*. 147. A.
Mantuani à Bononienſ. victi. 190. B. *Frid. II. Imp. ſe ſubdunt*. 251. C.
de *Manzolis, Famil. Bonon.* 576. E. (22)
Maranum Caſt. Frinian. à Bonon. captum. 254. D. & *everſum*. 250. A.
S. *Marcellinus Aretinus Epiſc. à Frid. II. Imp. cruciatus*. 273. D. (20)
Marcellus Card. de Aſte Bonon. ſanctè moritur. 617. D.
Marcellus Cervinus S. R. E. Card. ad Concil. Trident. Legatus. 576. C.
Marcellus Conſ. Bojos domuit. 17. C.
M. Antonius Conſ. Mutinam obſidens Bononiæ favet, civibus acceptus. 20. B. & C.
M. Atilius Serranus Triumvir duas Colon. deduxit. 18. C.
Marcus Condulmerus Epiſc. Avenion. Bonon. Gub. pro Pontif. 471. A.
Marcus Grimanus Aquilejæ Patr. Pontificiæ claſſis marit. Præſ. 1179. B.
Marcoaldus Dux Ravennæ, & Marchio Anconæ. 176. B.
Marchiæ: in Ital. Francico vocabulo introductæ. 53. C.
Marchiones: Feudatarii inſtituti. 62. A. *Montisferrati, & Ateſtini inſtituti*. 64. D.
Marenghi, Famil. Alexand. 292. D.
Mareſcotti, Famil. Bonon. 66. (9) 125. A. (32) 163. D. 259. A. (107) 415. C. *eorum domus combuſtæ*. 538. B. 618. C.
Maria Scholaſtica Muratoria Sanctimonialis Bonon. 365. D. (31)
Marinus Arrianus Præpoſitus contra Catholicos. 37. C. *occiſus*. 38. A.
Marſilii, Famil. Bonon. 618. C.
Martinus I. Epiſc. Bonon. 387. E. (73)

INDEX GENERALIS

Martinus II. Epiſc. Bonon. 388. E. (78)

Martinus Goſius J. C. Bonon. à quo ſectatores Goſiani. 129. A. *ad Italiæ jus defendendum aſſumptus.* 134. D.

Martinus Lutherus Poteſt. Pontif., & Indulgentiae impugnat. 548. E.

Marzalia Caſtrum à Mutinenſibus ædificatum. 182. A.

Maſiniſſa Numidiæ Rex. 1077. B.

Matthæus Corriggius Parmenſ. Prætor Bonon. 176. B. 184. E. 197. C.

Matthæus Rodulphus Legatus Bonon. ad Frider. Imp. 166. B.

Maximilianus Imp. ope Laurentii Campegii Pontifici favet. 543. A. *Concil. Piſanum irritum declarat. ibid.* C.

Maximilianus Maria Sfortia Dux Mediolani fœdus cum Pontifice inſtituit. 543. C.

Mazza, Famil. Bonon. 106. C. (71)

Medicina Caſt. Bonon. deletum. 129. B. *reficiendum.* 132. B. *reædificatum.* 143. A. *à Germanis occupatur.* 154. C. *ibi conflictus.* 155. B. 180. A. 230. C.

Medicinates fautores fact. Imperii adjudicati. 278. E. (29)

Mediolanenſes: in armis. 83. B. 85. A. 114. B. *cenſum notati.* 115. A. *reſtituti.* 113. A. *erga vicinos inſolentes.* 131. C. *prælio pulſi à Barbaruſſa.* 132. A. *pro fœderatis certantes.* C. *ab eodem everſi, melius firmantur, finitimas ſubjiciunt.* 133. D. *puniendi.* 134. A. & ſeq. *tumultuantes.* 135. D. *Tricium occupant.* 136. B. *vaſtati.* C. *belli principes.* 138. C. *in Laudenſes irrumpunt, vario marte pugnant.* 139. B 140. A. & ſeq. *ſummâ inopiâ laborant.* 141. B. *antiquum ſolum repetentes muniunt, Laudenſes adoriuntur.* 147. C. *impigrè fœderatis juncti ab Ahenobarbo ſe defendunt.* 148. B. *auxilia Bononienſibus mittunt.* 153. C. *Ahenobarbum fugant.* 154. C. *iterùm ampliori victoriâ.* 155. B. (99) *interdicti, & Pontifici infenſi.* 204. C. *a Frid. II. Imp. fracti.* 252. A. (92) *eorum ager populatus ab eodem.* 255. B. *Hencium Regem capiunt, & cum Simone eor. Duce permutant.* 265. C. *pro nece S. Petri Martyris turbati.* 288. A. (41) *tumultuant.* 292. E

Mediolanum: ab Ahenobarbo everſum. 141. B. *ejus nova conſtitutio.* 142. A.

Melegotti, Famil. Bonon. 174. A.

Melphium Opp. in finibus Apuliæ. 1162. E. (57)

Mezzavacca, Famil. Bonon., atque ipſius Viri illuſtres. 452. D. (35)

Micipſa Maſiniſſæ Regis filius. 1080. A. *auxilia Romanis præbet.* 1095. C.

Milancii, Famil. Bonon. 147. B. 152. C. 163. D. 174. A 421. B.

Minduli, Famil. Imol. 275. D.

Minerbium Opp. Bonon. 243. E. (68)

Minervella Opp. Bonon. 168. D. (10)

Miraculo: abſciſſum caput montibus geſtientis. 38. C. (44) *Imaginum S. V. Mariæ Bonon. edita.* 459. D. 460. C. (51) 526 D. 527. D.

Mirandula a Pontif. oppugnata. 540. A.

Miſani, Famil. Bonon. 415. C.

Miſina de Lambertinis Monaſterii S. Arnoldi fundatrix. 443. B. (22)

Modoetia: ibi coronatus Barbaruſſa, eam decori & libertati reſtituit. 134. C.

Montebellenſes à Bonon. invaſi. 164. A. *ſubacti.* 165. C.

Monachi Camaldulenſ. Bononiæ locati. 453. A.

Monachi Carthuſienſes Bonon. recepti. 446. A.

Monachi Olivetani ad Collem S. Michaëlis in Boſco Bonon. transferuntur. 452. B. (33)

Monachi Cæleſtini Bonon. recepti. 452. D. (34)

Monachi Eremit. S. Hieronymi Bononiæ collocati. 518. B. (46)

Monaſterio cur antiquitus ita appellata. 405. E. (31) *an à juriſdictione Epiſcopor. liberata.* 407. E. (32)

Monaſterium S. Michaëlis Bonon. 378. E. (47) *S. Barbatiani Bonon.* 381. B. *S. Jo. in Monte Oliveti, S. Stephani in Jeruſalem, S. Mariæ in Monte Palenſi, S. Michaëlis in fundo Paterno, S. Helenæ Bononiæ omnia* 382. A. *S. Columbani Bonon.* 384. B. *Nonantulanum.* 386. B. (69) *ab Ungaris incenſum.* 390. C. *S. Criſtinæ in Colle Stiſontis Bonon.* 421. C. (73) *S. Agnetis Sanctimonialium Bonon.* 429. D. *S. Helenæ Bonon.* 44. B. (13) *PP. Ser. B. V. ibid.* D. (14) *S. Arnoldi à Miſina de Lambertinis ædific.* 443. C. (22) *Beatæ Eliſabeth Reginæ Hungariæ. ib. S. Mariæ Miſericordiæ Bonon.* 470. A. *Sanctæ Mariæ Ægyptiacæ Bonon. inſtr.* 615. C. *à S. Catharina de Vigris Bonon. conditum.* 513. C.

Moncianii Caſtrum Friniauenſ. à Mutinenſ. captum. 250. C.

Monderium Opp. Genuenſ. 1208. A.

Monetæ Bonon. earum comparatio & valor. 158. (106) *Exegeſis.* 159. C. & ſeq.

Moniales Ord. S. Domin. Bononiæ inſtitutæ. 214. A. (11)

Monothelitæ in Concilio damnati. 49. A.

Monsbellius Caſt. Bononienſibus deditum. 132. D. & ſeq. *deficiens punitur.* 135. A.

Mons Catinus Caſt. Imol. 299. C. (66) *à Bonon. captum.* 177. C.

Mons Guardiæ locus Bonon. ubi Imago Deiparæ Virg. à S. Luca depicta colitur. 417. B. (60)

Mons Turtur Caſt. Frinian. à Bonon. captum. 254. B.

Montalbani, Famil. Bonon. 423. E. (77)

de *Monte, Famil. Bonon.* 618. D.

Montelongum Caſt. Mutin. 183. D. 272. B.

Monteſis Caſt. in Friniano. 259. A.

Montis Badelli Caſtrum Bonon. à Mutinenſ. crematum. 239. A.

Morbioli, Famil. Bonon. 515. C. 625. A.

Moretani Bononienſibus dediti. 133. C.

Mortaria locus inter Novar. & Papiam. 416. E. (57)

Morus Alexandrinus Pyrata inſignis. 1168. C.

Mulcaſſe in Regno Tunets à Carol. V. reſtitutus. 1173. E. (76)

Muratorii, Famil. Bonon. 365. D. (31)

Muſcacla, ſeu Mocaglia Opp. Bonon. 212 A. (8)

Muſus Aſinellus Bonon. Conſ. auctonumero. 153. A.

Mutia flu. inter Bonon. & Mut. finis. 186. D.

Mutina Urbs ſemiruta. 28. D. (33) *Solemnis ibi à Rom. Pont. facta translatio.* 83. A. *in armis adverſ. Bonon.* 116. B. & ſeq. 119. A. *pacis pacta.* C. *bellum in Bonon. confœderat. movens.* 123. A. *devincitur.* 124. A. *Epiſcopi dignitate privatur.* 125. A. *fœdus init cum Parmenſibus.* 129. B. & *Bononienſibus.* 132. C. *ad quos auxilia mittit.* 154. A. *pacem firmat.* 158. A.

Mutinenſes fœdus cum Bonon. inſtaurant. 164. C. *Marzaliam Caſt. ædificant.* 182. A. *à Bononienſ. victi. ibid.* B. *Veronenſ. & Ferrarienſ. auxilio Regienſes infeſtant.* 183. A. *à Salinguerra oppreſſi.* 198. A. *Caſtrum Pons ducis ei eripiunt. Ibid.* C. *Caſtrum Leonum ædificant.* 235. A. *contra Bononienſ.*

præ-

Digitized by Google

præliant. 239. A. *vincunt*. 240. C. *eor. ager à Bonon. vaſtatus*. 248. C. *iterum*. 230. A. (83) *Mencioni Caſt. Frinianenſib. eripiunt*. *ibid.* C. *à Bonon. afflicti*. 234. B. (97) *iterum*. 271. B. *Bononienſes Vineolæ obſeſſores fugant*. 255. C. (99) *cum Hencio Rege fracti à Bonon*. 277. D. (27) *ab eiſd. obſeſſi & ad pacem coacti*. 280. C.

N

N*Arnia à Frid. II. Imp. capta*. 258. B.
Narſes in Ital. miſſus. 42. B. *Italiæ Dux*. 45. A. *revocatus*. 45. B. *excit Longobardos*. 46. A.
Naſica, P., *Conſ. Bojos & Inſubres ſubigit*. 17. C.
de *Naſo*, *Famil. Mediol.* 447. E.
Neapoluſius Gozzadinus Bon. de Patria opt. meritus. 311. D.
Nepheris Urbs Africæ à Rom. capta. 1084. A.
Nero Imp. Chriſtianor. perſequutor. 22. C. *ejus rogatu Bononia reſtaurata*. 23. A.
Nicæa Provinciæ Opp. ibi colloquium inter Pontif. Car. V. & Franc. I. Gall. Reg. 1178. D. (84) *contra Gallos ſubſidio donata*. 1192. A.
Nicolaus Albergatus Epiſc. Bonon. 465. A. *Card. creatus*. 468. B. *ejus Vita fuſior*. 474. & *ſeq.* 612. B.
Nicolaus Aſinellus Bonon. tumultu occiſ. 147. B.
Nicolaus Baccialerius Bonon. Prætor Mutinæ. 288. A.
Nicolaus Epiſc. Spoletinus. 424. E. (81)
Nicolaus Furioſus Juris-Conſ. in Archigym. Bon. 234. E. (51)
Nicolaus Marchio Eſtenſis. 492. E. (m)
Nicolaus de Pepulis Juris-Conſ. Bonon. S. Bernardum de Quintavalle excepit. 431. B. (83) *miraculis florens, ejus corpus reperitur*. 432. E. (86)
Nicolaus Piccininus Bonon. Gubernator à Populo electus. 472. C.
Nicolaus de Zanolinis Epiſc. Bonon. 507. B. (27)
de *Nigris*, *Famil. Bonon.* 513. C.
Nobiles Bonon. Gerardum Epiſc. & Prætorem ab Urbe ejiciunt. 174. C.
Nonantulani Bononienſibus dediti. 117. A. *incurſati*. 119. A. *paciſcuntur*. D. 120. A. *armis Mutinenſium turbati*. 123. A. *à Bonon. adjuti*. 124. A. (25) *perturbati*. 125. B. & *ſeq.* *pro eis Rom. Pont.* 152. A. *à Bonon. amicitia pro Mutinenſib. deficiunt*. 186. A.
Novum Caſt. Regienſ. 276. B.
Numantia à Scip. oppugnata, quomodo. 1099. D.
Numantini Legatos de deditione ad Scip. mittunt eoſque reverſos interficiunt. 1098. D.
Nummi aurei Bononienſes, eorum valor. 234. C. (30)
Nummi è Corio facti juſſu Frid. II. Imp. 257. B. 102)
Nummus argenteus à FF. Prædic. Bonon. cuſus pro ſublevandis pauper. 267. B.

O

O*Ccelletii*, *Famil. Bonon.* 132. B. 168. B. 175. B. 197. E. (56) 287. A.
Occellettus Occellettius Bonon. Conſ. 132. B.
Octavianus Card. Epiſc. Oſtienſ. Legatus Pontif. in Lombardia Bonon. & Mutinenſ. componit. 186. B.
Octavianus Fregoſius imperium Genuæ obtinet. 1128. D.
Octavianus Plateſius Bonon. 90. C.
Octavianus Salvius Orator Genuenſ. ad Franciſc. Borbon. Gallor. exercit. ducem. 1150. E.
Octavianus Ubaldinus Epiſc. Bonon. 433. C. *S.R.E. Card.* 434. C. *Legatus Pontif. contra Frid. II. Imp.* 274. A. & *ſeqq. magnum Conventum Brixiæ habet*. 286. C.
Octavianus Ubaldinus junior Epiſc. Bonon. 438. D.
Octavius Co. Arrengherius Lect. pub., & Canon. Metropol. Bonon. 106. (71) C.
Octavius Farneſius Dux Parmæ, & Placent. præſens poſſeſſioni Epiſcopatus Bonon. per Renuntium ejus Fr. receptæ. 578. B. 1191. D.
Odethus Lotrecchius Gallor. Dux. 1134. B.
Odo Landrianus de Mediol. pub. Lect. Bon. 200. E. (63)
Oddo, ſeu Odus Mariſcottus Bonon. floret. 66. (9)
Odofredus J. C. celeb. in Archigym. Bonon. ejuſq; genealogia. 310. C.
Ogerius Bagnolus Bonon. primus Senenſium Præt. 288. A.
ab *Oleo*, *Famil. Bonon.* 173. E. (19)
Olivetanus Populus à Mutinenſibus deficiens, Bononienſibus deditus. 132. D. *à quibus item deficiens punitur*. 135. A. *Legatis ad Bononienſes miſſis fœdus jurat*. 153. A.
Oliverius Aſinellus Bonon. Prœt. Ravenn. 303. B.
Oneiia Opp. Liguriæ. 1117. D.
Opizzus Karanzonus Brix. Capit. Populi Bonon. 313. E.
Ordelaffus de Millelanciis Juriſconſ. in Archigym. Bonon. 234. E. (51)
Ordo Equitum S. Mariæ Glorioſæ Bonon. inſtitutus. 306. D.
Oſpinellus Carboneſius Bonon. Conſ. fœdus Lombardor. confirmat. V. Fœdus.
Oſſa, *Famil. Mediol.* 169. C.
Otho IV. Imp. Pontifici infenſus. 192. C. *Bonon. magnif. exceptus*. 196. B. *è Regno dejectus*. *ib.* D.
Otho Epiſc. Bonon. 422. E. (75)
Otho Mandellus Mediol. Bonon. Prœt. 257. B.
Otho Maſſa, vel Noxa Prœt. Cremonæ. 185. A. (36) *ejus adventus in Italiam*. 192. A.
Otho S. Nicolai in Carcere Tulliano S.R.E. Card. Gregor. IX. Pont. Legatus in Concil. Rom. 237. C.
Otho Palatinus Barbaruſſæ Leg. 133. D. *pulſus Mediolano*. 136. A.
Otho Vicecomes Prœt. Bonon. 267. B.
Ozeni, *Famil. Mediol.* 227. C. 239. D. 289. B.

P

P*Acciochi, ſive Paccioti Moneta Bonon. & ejus valor*. 169. E. (13)
Pacius Boccaccius Brix. Bon. Prœt. 228. D.
Pacta fœderis Bonon. cum Mutinenſ. 164. C. *Pacis inter Bonon. & Imol.* 163. B. *inter Bonon. & Piſtorienſ.* 201. D. *inter Bonon. & Badianenſes in eorum deditione*. 271. C. *Imolenſium cum Bonon. acta*. 275. A. *fœderis inter Bonon. & Archiep. Ravenn.* 288. B. *inter Carolum V. Imp. & And. Doriam*. 1240.
Paganus Petraſancta Mediol. Prœt. Bon. 242. B.
Paleoti, *Famil. Bon.* 378. C.
Pallavicini, *Famil. Gen.* 1151. E.
Paltroni, *Famil. Pontremulenſis*. 250. D. (88)
Panarus fl., *ſeu Scultenna Bojorum terminus*. 17. A.
Pandimilii, *Famil. Tarviſii*. 208. B.
Panæſius P. Scip. Æmil. Magiſter. 1076. A.
Panici, *Famil. Bonon.* 179. A. 261. A.
Panſa Conſ. Bononiæ mortuus. 20. C.
Panſanenſes paciſcuntur. 119. D.
Panſanum Caſt. Mutin. à Bonon. captum, & deturbatum. 274. C.

Pan-

INDEX GENERALIS

Panzacchii, Famil. Bonon. 312. B.
Papebrochius. V. Daniel.
Papia, ſeu Ticinum Urbs ibi ſchiſmatic. Conventus. 138. A. *mora Abenobarbi*. 143. C. 145. B. 148. A.
Papias Lombardus Rhetor diſſertiſſ. in Archigym. Bon. 180. E. (33)
Papienſes cum Mediolanenſ. certantes. 132. C. *ſubacti*. 133. D. *adjuvantes Abenobarbum*. 155. B.
Papii, Famil. Mutin. 186. C.
Paratus quid. 61. B.
Paravicini, Famil. Mediol. 446. D.
Parentucelli, Famil. Sergianenſis. 507. D.
Paris Craſſus Bonon. Epiſc. Piſan. auctor Libri Caeremonialis. 520. C.
B. *Pariſius Bonon. ejus Vita*. 625. A.
Parma: Urbs ſemiruta. 28. D. (33) *ibi obſides Bonon. in cuſtodia*. 146. C. *à Placentinis Guelphis capta*. 269. C. *à Frid. II. Imp. & Fœderatis obſeſſa*. 270. C. *domino Eccleſiæ reſtituta*. 544. E.
Parmenſes cum Cremonenſibus ad invicem caeſi. 91. B. *Mutinenſibus fœderati*. 129. B. *auxilia Bononienſibus mittunt*. 153. D. *in auxil. Mutinenſ. Bononienſes vincunt*. 240. C. *à Frid. II. obſeſſi, & à Bononienſib. adjuti*. 273. B. 283. D.
Parvilliaeum Caſt. Mutin. 183. D.
Paſchalis II. Pont. Bonon. ingreditur. 413. A.
Paſſipoveri, Famil. Bonon. 417. B.
Patavini: vitio PP. ad defectionem incitati. 145. B. *auxilia ad Bononienſ. mittunt*. 154. A.
Patavium ab Icilino captum. 25. C.
S. *Paternianus Ep. Bon. S. Petronio ſubrogatus*. 35. A. 378. D.
Patres Oratorii S. Phil. Nerii Bonon. adeunt. 518. A. (45) 610. A.
Patrim. Mathildis appellat. 176. B.
Paulus II. Pont. eligitur. 514. D.
Paulus III. Pont. creatur. 566. C. 1171. C. *cum Carolo V. Imp. & Fr. II. Reg. Gall. Nicææ colloquium habet*. 1178. E. (84)
Paulus IV. Pont. cum Henr. Rege Gall. bellum Neapol. movet. 1222. D.
Paulus Card. Sfondratus Bonon. Legat. 269 E. (14)
Paulus Ab. Salani Bonon. Poeta. 105. (70) C.
Paulus Traverſarius Factionis Guelphæ Ravenn. Princeps fœdus cum Bonon. init. 254. C. *cum iiſdem in obſid. Ferrariæ*. 256. C.
Pax Conſtantiæ vocata, ejus Tabulæ. 165. B. (7) *inter Azonem, & Salinguerr. ab Othone ſancita*. 193. B. *inter Bonon. & Piſtorienſ.* 197. A. *inter Bonon. & Ariminenſ.* 203. B. *inter Lutheranos, & Cathol. uſque ad Concil. Gener. à Carolo V. ſancita*. 564. B. *inter Bononienſ. & Mutin.* 281. A. (31) *inter Carol. V. Imp. & Franc. I. Gall. Reg.* 1196. B. *inter Maximil. Imper. & Reg. Hungariæ*. 546. A.
Pedivacca Melancius Bon. Conſ. 147. B.
Pelagius Ro. Po. Bon. Eccl. privilegium confirmat. 45. A.
Pelizzarii, Famil. Corrigii. 424. E. (81)
Pepuli, Famil. Bonon. 182. C. 431. E. (85) 446. B. 448. C. 453. A. 584. D. *viventes*. 263. A. (4)
Peregrinus Bononiæ Prætor. 175. C.
Peretta Uſodimari Andreæ Doriæ Uxor. 1135. D.
Perpinnianum Opp. in Catalonia. 1191. A.
Perſicetum, ſeu Caſt. S. Jo. incurſatum. 119. A.
Perticoni, Fam. Bonon. 153. A. & B.
Pertironus Caſtellus Eques Bonon. contra Turcas. 169. C.
Petraſanta Famil. Mediol. 242. B.
Petri, Fam. Bonon. 152. C. 163. D.
S. *Petronius, ejus nob. origo*. 30. D. *ad Pont. legatus*. 31. A. *Epiſc. Bonon. à Pont. cœleſti revelatione datus*. C. *ejus mirifica opera*. 32. A. *petit CP. reliquias aſportaus*. 33. C. *obit*. 34. C. (41) 365. C. *ejus Vita fuſior*. 371. B. *ejus Hymni, & Miſſa*. 378. B. *Miraculum Putei ſub ejus Altare*. 442. A. (15) *ejus Templum max. inſtruitur*. 456. E. (43)
S. *Petrus Romæ ſedit*. 22. C.
Petrus I. Epiſc. Bonon. 383. E. (63) 53. B.
Petrus II. Epiſc. Bonon. 386. C.
Petrus III. Epiſc. Bonon. 388. E. (78).
Petrus IV. Epiſc. Bonon. 39. B. (1)
Petrus V. Epiſc. Bonon. 409. D. (38)
Petrus Card. Aldobrandinus Arch. Ravennæ, 606. C.
Petrus Altiſiodorenſis Imper. Orientis Bononiæ Equites varios creat. 205. A.
Petrus Ancaranus Juriſconſ. celeb. Bon. moritur. 464. B. (57)
Petrus Andalus Prætor Genuæ. 250. D.
Petrus Aſinellus Bonon. Conſ. de Faventinis victor. 150. D. *& ſeq. Dux Eq. contra Turcas*. 169. C.
Petrus de Bayelinis Bonon. Archiep. Thebarum. 612. D.
Petrus de Bononia Cardinalis. 174. D.
Petrus Borrhanus Græcar. literar. Egreg. Profeſſ. 568. E.
Petrus Centaurus Bonon. Conſ. 132. B 155. A.
Petrus Danius Ep. Ploczenſis Legatus Poloniæ ad Pont. 580. B.
Petrus Donatus Cæſius Card. Bononiæ Legatus. 580. B.
Petrus Gariſendus Bonon. Card. 114 A. 150. D. 413. B. *auxiliarium turmar. ductor*. 154 A.
Petrus de Griffonibus Bonon. Prætor Senæ. 310. E.
Petrus Grillus Prætor Bonon. 288 A.
Petrus Lomb. Lotharii II. funeri Bonon. parentat. 121. (18)
Petrus Melancius Bonon. Conſ. 152. C.
Petrus Nicolaus Farneſius Dux exercit. Pontif. à Bonon. exceptus. 450. B.
Petrus Paulus Quaglini Vic. Gener. FF. Auguſt. Lomb. Bonon. electus. 619. B.
Petrus Paulus Ramponus Bonon. Prætor Patavii. 310. E.
Petrus Taurellus Bonon. Prætor Regii. 192. B.
Petrus Tiranus Generalis Cæleſtinor. Brachium S. Lucæ Bononiam defert. 526. A. (6)
Petrus Toletanus Neap. Pro-Rex. 1218. B. *in bello contra Senenſes moritur*. 1219. A.
Petrus Veronenſis Ord. Præd. poſtea S. Pet. Martyr vocatus Mediol. occiditur. 288. A. (41) *miraculis fulget*. 289. A.
Phameas Dux Pœnor. ad Romanos transfugit. 1080 B.
Philippuccia, Fam. Bonon. 114. (2) B.
Philippus Aſinellus Bonon. Prætor Urbis-veteris. 304. A. 310. E. *& Mutinæ*. 289. B. *& Mediolani*. 292. D.
Philippus Bellinus, ſive Bellegnus Canis vocatus, Venetus Bononiæ Prætor. 309. C.
Philippus, ſeu Rodulphus Borgognonus Lucenſ. Prætor Bonon. 198. B. (61)
Philippus Calandrinus Epiſc. Bonon. 511. C.
Philippus Caraffa Epiſc. Bonon. 455. A. *Peſtilentiâ moritur*. 456. B. (41)
Philippus Carolus Certanus Bonon. Cong. Orat. S. Phil. Nerii Monaſterii pro Mulier. pœnitent. Bonon. inſtitutor. 615. D.
Philippinus Doria in prælio captus. 1134. B.

Pa-

Petriæ Præfectus eligitur. 1150. A.
Philippus Guaſtavillani Card. Bononienſ. 580. B.
Philippus Henr. Imp. Fr. Dux Thuſciæ &c. 334. A.
Philippus Ligapaſſers Bonon. Imolæ Prætor. 303. B.
Philippus Montecalvi Mag. Gen. Equitum. 122. (21) C.
Philippus Ugonus Brixianus Prætor Bonon. 264. B.
Picciola Matrona Bonon. Sacellum vovit. 90. C.
Picciones Argenteì Moneta XI. Bonon. ejus valor, & quando cuſa. 161.
Pii, Famil. Mutin. 278. A.
Pilius Bagarotus Bonon. celeb. Gloſſator. 118. (12) D.
Pinamontes Brembatus Bergomas Bonon. Prætor. 156. B. (102) *ſolemni paci ſubſcribit*. 157. A. *unà cum Mutinenſ. pangit*. 158. A.
Pirovani, Famil. Mediol. 187. C. 189. C. 220. A. 260. A.
Pirrhus Columnia Carminianè Præf. 1193. E. (98)
Piſani Cardinales Legatos Pontif. in mari capiunt. 258. B.
Piſaurum Urbs à quibus conditum. 17. A. *ad eum Colonia*. 18. A. *à Frid. II. Imp. direptum*. 288. B.
Piſtorienſes, quibus pactis Pacem à Bononienſ. obtinent. 157. A.
Pius II. Pont. Bononiam ſe confert. 514. A.
Pizzigotti, Famil. Bonon. 313. D.
Placentia Urbs ſemiruta. 28. D. (33) *à Barbaruſſa aggreſſa*. 132. A. *Schiſmatè adverſantibus juncta*. 139. A. 140. A. *punita ab Abenobarbo*. 142. A. & B. *auxilia Bononienſibus mittit*. 153. C. *in ditionem Eccleſiæ relata*. 544. E.
Placentini Guelfi Parmam capiunt. 269. C.
Plateſii, Famil. Bonon. 90. C. 121. B. 412. A. 414. D. (53) 604. A.
Plebs Caſtrum à Bonon. eor. Epiſcopo datum. 245. A. (73)
Plebs Trebii Caſt. Mutin. à Bonon. everſum. 250. A.
Plumatium Caſt. à Bonon. ædif. 184. A. (37) *à Mutinenſ. captum*. 238. B. *everſum*. 255. B. (98)
de *Podio, Famil. Bonon.* 510. E.
Polybius P. Scip. Æmiliani Magiſter. 1076. A.
Pompejus Card. Columna Prorex Neap. 1144. B. (37)
Pomponius L. Bonon. Orator. operis auctor. 20. A.
Pons ducis Caſtrum Ferrarienſ. 197. B. *à Mutinenſ. everſum*. 198. C.
de *Pontecharali, Famil. Brixiæ*. 313. E.
Pontifex Rom. ab Exarcho confirmandus. 45. C. *donatus Exarchatu*. 52. A. *eadem, & ditionis Romanæ confirmata donatio*. 54. B. *ejus ditio infeſtata*. C. *quæ ſi adempta fuerant reſtituuntur*. 64. D. *ejus comitior. diſſidia lege lata auferuntur*. 69. A. *turre incluſus*. 72. A. *ſuperbè actus, Henricum poteſtate ſpoliat*. C. *ſolutæ à ſacramenta Civitates*. 73. B. *eumdem iterum execrat, Rodulfum confirmat*. 75. A. *in arce obſeſſus*. 76. A. *fulmina iterat*. B. *in Franciam pro bello ſacro tendit*. 80. B. *advocat Concil.* 82. A. *ad aliud pergit*. 83. A. *infideliter comprehenditur*. 84. B. *per vim extorta revocat*. 85. A.
Pontius Catellani, alias Conſiliator Juris-Conſ. in Archigym. Bonon. 235. B. (51)
Pontremulus, olim Apua dictus. 1147. E.
Porcenarii, Famil. Mutin. 186. C.
de *Porta, Famil. Placent.* 180. B.
de *Porta Ravennate, Fam. Bon.* 103. (68) 129. A. 134. D. 149. C. (84)
Porticus ſingularis Bononiæ ad S. Mariæ Templum in Monte Guardiæ. 613. B.
Poteſtates: qui appellati. 98. A.
Præfecti in Italiæ Urbibus, Conſulibus pulſis. 142. A. 143. C. 144. C. 145. C. 146. B. *interficiendi*. 147. A. & *ſeq.*
Prætores Romanor. in Gal. Ciſalp. cujus auctoritatis. 18. B. *in Italia non à Barbaruſſa primùm creati*. 97. B.
Pragatulum Oppid. in poteſt. Bon. 169. D.
Prendipartes Scozapreveda Bonon. Conſ. aucto numero. 153. A. *Sancaſſianum defendit*. C. *irrumpit feliciter*. 154. A.
Prendipartis, Fam. Bon. 148. C. 168. B. 195. B. 254. B. 283. A. 308. C.
Pretè, ſive de Presbyteris, Fam. Bonon. 186. E. (41) 202. D. (65) 205. A. 206. E. (76)
Primadiccis, Famil. Bonon. 227. D.
Principi, Famil. Bonon. 313. D.
Privilegium Epiſcopo, & Archigym. Bon. à Frid. II. Imp. confirmatum. 218. A. (18) *item Epiſcopo à Legato Imp. donatum*. 220. A. *ab Alex. IV. Pont. Profeſſoribus Leg. Studii Bonon. in eor. præcedentia etiam ſup. Theolog.* 306 B.
S. *Proculus Mart. Romano Mucio comparatur*. 37. D. *caput proprium manibus geſtiens*. 38. C. (44)
S. *Proculus Ep. Interamn. Bononiæ obtruncatus*. 42. A. 361. C. (14)
S. *Proculus Epiſc. Bonon.* 382. D. (58)
Proſper Columna Card. Eugen. IV. Pont. inimicus. 497. D.
Proſper Laurentius Card. Lambertini Archiepiſc. Bon. 103. (67) 105. (71) E. 126. (39) 610. D.
Ptolomæus Rex pro ipſius deformitate riſum movit Scipioni. 1090. D.
Pub. Scipionis Æmiliani Vita. 1062. A. V. Scipio.
Puſterla, Famil. Mediol. 183. B.

Q

Q*Uintianum Caſt. Brix.* 269. B.

R

R*Abbii, Caroli Conſt., ejus Præfatio, & notæ ad Caroli Sig. lib. de Epiſc. Bonon.* 353. & *ſeqq. Ejus continuatio ad eoſdem Viros Epp. uſque ad præſentem diem*. 602.
Radagaſus Viſigot. Rex primus Italiam vexavit. 30. A.
Raimundus Abbas Nonantulanus. 242. A.
Raineri, Fam. Bon. 147. B. 152. C. 184. B.
Rainerius Barcolinus Fagianus Peruſinus Tertii Ord. S. Franc. Auctor Verberantium. 438. E. (2)
Rainerius Etruſcus de S. Sepulcro Minorita Confratriæ S. Mariæ de Vita Bonon. fundator. 304. D.
Rainerius Fracta Bonon. Leg. privilegia, & dignitatem obtinet. 126. A.
Rainerius Mareſcottus Card. Bonon. 125. A. (32) 415. C.
Rainerius Zenus Venetus Bononiæ Prætor. 244. A. *iter*. 256. C.
Rainutius Farneſius Epiſc. Bonon. 578. A.
Rambertinus Buallellus Bonon. Mediolani Prætor. 190. C. & *Mutinæ*. 208. B. & *Genuæ*. 217. A. 275. D.
Ramondina Plateſia Sanctimonialis Bonon. celeb. 414. E. (53)
Rampona, Famil. Bonon. 147. B. 150. D. 175. A. 205. A. 304. A. 310. E.

Ramponus Rolandus Bonon. Conſ. auꝺto numero. 153. A.
Rangoni, Famil. Mutin. 181. C. 186. C. 265. C. 283. B. 303. B.
Ratta, Famil. Bonon. 114. A. 413. B.
Ravenna: ab Umbris ſtructa. 16. B. *Metropol. Gall. Ciſalp.* 18. B. (11) 21. C. *magnificè operibus, & dignitate exornatur.* 35. B. *ejus Ep. Concilio coercitus.* 55. C. *reſtituitur Ro. Pontifici.* 64. D. *à Frid. II. Imp. capta.* 257. B.
Ravennates: propter ſchiſma puniti. 49. B. *hæreſim adverſantes, Exarchum necant.* 50. B. *à Bononienſibus adjuti, ſimul devicti à Faventinis.* 149. C. & D.
Rauli, Famil. Favent. 248. A.
Reges: eorum ſtudia. 16. B.
Regienſes contra Mutinenſ. à Bononienſ. adjuti. 182. A. *fœdus cum ipſis ineunt.* 184. C. & *contra Piſtorienſes.* 195. C.
Regium-Lepidi: Urbs ſemiruta. 28. D. (33) *auxilia Bononienſibus mittit.* 154. A.
Reliquiæ SS. Theodori, & Marcelli à Gerardo Ep. Bonon. ſub Cruce S. Martini repoſitæ. 173. B.
Rhenus flu. Ital. à majore denominatus. 17. B. *ad eum caſtrametatus Barbaruſſa.* 132. A. *intra Civ. Bonon. ductus.* 190. C. (47)
Rhetogenis Numantini audacia. 1101. D.
Rhodi Inſula à Solymano capta. 551. E. 1130. D.
Ricardus Co. Sanbonifacius Veronenſ. in carcerem à Salinguerra miſſus. 228. C. *cum Pontificiis in auxil. Parmenſ.* 270. A.
Ricardus Villa Bonon. Prætor. 283. C.
Righeti, Famil. Bonon. 227. D.
Rinaldus Cancell. Barbaruſſæ Leg. 133. D. *pulſus Mediolano.* 136. A.
Rinaldus Archiep. Colonienſ. Ahenobarbi in Ital. Leg. 144. A. 145. B. *iterùm in Ital.* 146. B. *armis utens.* C.
Rinaldus Episc. Ravennas Judicium de Templariis capit. 442. C.
Rinatius Rocca caput ſedit. Corſicæ. 1126. B. *captus, & ſupplicio donatus. ibid.* D.
Roberti, Famil. Regienſ. 265. C.
Robertus Ghiſelerius Prætor Patavii. 251. B. (89)
Rocca, Famil. Corſicæ. 1126. B.
Roccha, ſeu Rupes Gulielma Opp. prope Lirim flu. 1120 E. (7)
Rodericus Fortundus Hiſpanicæ Claſſis Præfectus. 1160. D.
Rodulphi, Famil. Bonon. 166. B.
Rodulphus Borgognonus Bonon. Prætor. 200. E. (61) & *Ferrariæ.* 203. C.
Rodulphus Campegius Præf. 50. *Equit. à Venetis conductus.* 565. B.
Rodulphus Capellus, & Rainerius Bonon. Conſ. 147. B. 152. C.
Rodulphus Grasdanus Bonon. Prætor Genuæ. 291. A.
Rolandi, Famil. Bonon. 153. A. 189. B.
Rolandini, Famil. Bonon. 170. A. 183. B.
Rolandinus Ramponus Bonon. Conſ. de Faventinis victor. 150. D.
Rolandus Gattus Mutin. miles ſtrenuus. 252. C.
Rolandus Guarinus Legatus Bonon. ad Frid. Imp. 166. B.
Rolandus Petrius Bonon. Conſ. 152. C.
Rolandus Roſſius Parm. Prætor Bononiæ. 181. A.
Roma: præter Capitol. capta. 17. B. *ejus Imperium in Triumvirat. diviſum.* 21. A. *quo an. ab U. C. natus CHRISTUS.* 22. B. *à Genſerico direpta.* 35. C. *in poteſtatem Gothor.* 37. A. *jus in ejus ſcholis divulgandum.* 39. B. *per Beliſarium recepta.* 40. B. *direpta.* 42. A. *reſtituta per eumdem.* B. *ſpoliata Conſulibus, auctoritati Ducis Ravennatis ſubjecta.* 45. C. *obſeſſa.* 51. B. *diſſidio afflicta.* 70. C. *ab Henrico III. oppugnata.* 75. B. *item à filio.* 84. B. *à Barbaruſſa.* 132. B. 147. C. *à Columnenſibus capta.* 556. D. & *ab exercitu Caroli V. Imp.* 557. C. *à Gallis capta, & direpta.* 1133. D. (29)
Romani: Gallos pepulere. 16. A. *Senones delevere.* 17. B. *exactis Gallis, quid egerint.* 18. A. *Ducem excæcant.* 50. B. *bello Longobardos laceſſunt, pacificati & laceſſiti.* 51. A. *preſſi.* B. *in favorem Pontificis accurrentes.* 72. A. *quidam Pontifici adverſantes.* 141. A. *Urbe pellunt Ro. Po.* 147. C. *de capta Carthagine gratulantur.* 1089. A.
Romaniola: Regio inſtituta. 52. C. *ex integro à Frid. II. Imp. capta.* 258. B. *ope Bononienſ. ad Eccleſiæ imperio reſtituta.* 275. B.
Romanus Episc. Bonon. 386. E. (70)
Ronchajellum Caſtr. Placentinor. 259. A.
Roncianum: Bonon. collis Templo nobilitatus. 121. B. *locus amœniſſimus.* (20) E.
Roſena Caſtr. Regienſ. 268. A.
Roſſi, Famil. Parmenſ. 181. A. 195. C. 198. A.
Rubico flu. Æmil. inter Arim. & Ceſenam: terminus Gallorum conſtitutus. 18. A.
de *Ruffeno, Famil. Bonon.* 261. B. (2)
Ruffenum Caſtr. Bonon. direptum. 261. B. (2)
Ruffinus de Porta Placent. Juriſconſ. in Archigymn. Bonon. 180. B.
Rufus Poeta: Bononiæ floret. 23. A.
Ruſticani, Famil. Bonon. 185. C. 195. A.
Ruſticellus C. Bonon. Orator à Cicerone laudatus. 19 C.
Rutilius Rufus militavit ſub Scip. 1100. A.
à *Rovere, Famil. Savonæ.* 518. C.

S

S*Abelli, Famil. Romana.* 441. A.
Sabinianenſes: Bononienſibus dediti, quibus conditionibus. 124. A. & B.
Sabinianum Caſtr. Mutin. à Bonon. captum. 272. B. *Aigonis incolendum conceſſum.* 273. B.
Sajones inſtituti: ex Gothis Magiſtratus. 37. B.
de *Sala, Famil. Bonon.* 175. E. (20)
Sala, Famil. Brixiæ. 284. C.
Salinguerra, Famil. Bonon. 126. B.
Salinguerra Taurellus ab Azone Eſtenſi Ferrariâ pulſus. 190. D. 192. B. *eam obſidet.* 195. B. *Venetiæ detentus.* 256. C.
Salvii, Famil. Gen. 1150. E.
Samaritani, Famil. Bonon. 290. B.
Sambuca Caſtr. Piſtorienſ. à Bonon. captum. 197. A.
Samodia flu. Mutinenſ. 248. C.
Samuel Pſeudo-Ep. Bonon. 142. (69)
Sanctii, Famil. Bonon. 248. B.
Sanga ab epiſtolis Clem. VII. Pont. 1144. C.
Sangiorgi, Famil. Bonon. 313. D.
Santandreas Caſtr. Mutin. 183 D.
Santarchangeli Caſtr. Ariminenſ. à Bonon. captum, & everſum. 203. B.
Sanbonifacii, Famil. Veron. 228. C.
Sancaſſianum Caſtr. Bonon. deletum. 129. B. *opem petens reficiendum.* 131. A. *dirutum, & reædificatum.* 153. B. *obſidione liberatur.* 154. A. *iterùm incenſum.* B.
Sancæſarium Caſtr. Mutin. à Bononienſ. captum, & incenſum. 240. A. (61) 252. B.
Sanjoannes Caſtr. Bonon. 230. C.
Sanjoannes de Porto Caſtr. Mutin. 183. D.

San-

Sammartinus de Secca Caſtr. Mutin. ibid.
Sanpauli Caſtrum à Bonon. ædificatum. 210. C. (4)
Sancti-petri Caſtrum à Bonon. ædificatum. 178. B.
Santamaria de Porta Caſtr. Mutin. 183. D.
Sanſtephanum Caſtr. Regienſ. 276. B.
Santernum flu. Imolæ. 226. D.
Sanvitalis, Famil. Parmæ. 283. D.
Sapina torrens Bonon. in eo incile deductum. 156. B.
Saſſi, Famil. Bonon. 98. (58)
Savona à Gallis capta. 1131. D. *à Genuenſ. recuperata.* 1151. B. (42)
Saxatellum Caſtr. Imol. à Bonon. captum. 177. C. *& incenſum.* 181. B.
Scaccardorum Factio Bonon. Maltraverſæ inimica, quare ſic vocata. 461. C.
Scannabecchi, Famil. Bonon. 147. B. 155. A. 175. A. 182. C. 195. A. 263. A. 411 E. (48) *contra Lambertinos præliant.* 313. B. *Florentiam relegati.* ibid. C.
Scannabicchius de Ramponibus Juriſconſ. in Archigymn. Bonon. 234 E. (51)
Scapa Gariſendus Eques Bonon. contra Turcas. 169. C.
Scarampi, Famil. Patav. 507. B.
Scarricalaſinum Caſtr. à Bonon. ædific. 268. A. (14)
Sebii, ſeu Siebii, Famil. Vicetiæ. 245. D. (94)
Schiſma in Eccleſ. Romana. 454. E. (38)
Scipio Æmilianus, quo anno natus. 1074. B. *ejus educatio.* 1075. A. *dicta ejuſdem.* ibid. D. *quos Præceptores habuerit.* 1076. A. *Legatus ad L. Lucul. miſſus.* ibid. D. *& ad Maſiniſſam Regem Numidiæ.* 1077. B. *Tribunus Milit.* ibid. C. *hæreditatem Maſiniſſæ inter filios ejuſd. dividit.* 1080. A. *Conſul factus.* 1081. B. *Nepherim in Africa capit.* 1084. B. *& Carthaginem.* 1087. A. *de Carthagine everſa triumphum agit.* 1089. C. *ejus civilis auctoritas.* ibid. D. *Legatio ad Reges.* 1090. A. *Cenſor.* 1091. A. *ab inimicis vexatus.* 1092. C. *Conſul ſecundò.* ibid. D. *Numantiam delet.* 1099. E. *Militaria inſtaurat.* ibid. C. *de Numant. triumphat.* 1100. A *à Civibus vexatus.* ibid. C. *ejus mors.* 1101. D. *mores.* 1102. D.
Scipio Burghiſius Card. Archiep. Bonon. 607. B.
Sclatta Ubaldinus Epiſc. Bonon. 440. C. (10)
Sconomiaſtæ Bononiæ detecti, & ſuppliciis affecti. 610. C.
Scozapreveda, Fam. Bon. 153. A. 154. A.
Scultenna fl. à Mutin. contra Bonon. injectus. 240. E.
Sebaſtianus Ant. Tanara Bonon. Card. creatur. 614. E. 619. D.
Seguſium arx in Subalpinis à Barbaruſſa ſubactum. 131. D.
Sempronia uxor Scip. Æmil. 1104. C.
Sempronius Aſſel. militavit ſub Scip. Æmil. 1100. C.
Sena, ſeu Senogallia Urbs, à quibus condita. 17. A. *Colonia ad eam.* 18. A. *à Caſ. Borgia obſeſſa.* 1124. D.
Senenſes ab armis Pontif. deturbati. 1133. C. (28) *à Caſ. ad Gallos tranſeunt.* 1018. A.
Senium fl. Umbriæ ap. Senogal. Urbem ab Adriatico exceptum: ibi conflictus. 149. D. & 150. D.
Senones: eorum in Ital. viciſſitudines. 17. A. & ſeq.
Serlia Caſt. Mutin. 183. D.
Siſſi, Famil. Regienſis. 191. B. 193. C. 265. C. 309. C.
Severus Ep. Ravennæ in ſummo honore. 27. B.
Sicla fluvius inter Mut. & Bon. 182. B.
Sigefridus PſeudoEp. Bonon. 75. A. 409. B.
Signia Urbs: Victoris IV. Antip. mors. 138. A.
Signii, Famil. Bonon. 607. C.
Simon Manfredus Regienſ. Oppida ejuſd. diſtrictus occupat. 276. B.
Simon Tuders, aliàs de Rinalduciis Vir Sanctus. 445. C. (27)
Simonetta, Famil. Mediol. 567. A.
Simoniaca labes: peſſimarum conſequentiarum cauſa. 72. B.
Sinas Judæus Guletæ Arcis Præf. eam reliquit. 1173. B.
Sodalitas S. Mariæ Conſolationis quando Bonon. inſtituta. 519. C. (51)
Solarolum Caſt. Favent. 249. C.
Solymanus Turcarum Imper. bellum Chriſtianis movet. 551. B. *contra ipſum fœdus Pontif. Imper., & aliorum Principum initum.* 552. B. *Rhodum Inſulam oppugnat.* 1130. D. *Italiam venat.* 1177. B.
Sora Urbs Neap. 1119. E. (7)
Soreſini, Famil. Brix. 297. E. (53) 295. C.
Specialmus Griffonus Civis diſertiſſ. Bon. 174. B.
Spina Sacra Domini Coronæ Bononiæ veneratur. 267. A. (13) 462. A.
Spinus Sureſinus Mediol. Bonon. Prat. 232. C.
Stephanus Agonettus Epiſc. Bonon. 445. A.
Stephanus Badoarius Prat. Faventiæ. 256. D.
Stephanus Cyonus Inſtitut. Canon. Reg. S. Salvatoris. 465. D. (6)
Subiorum, Fam. Bon. 155. A.
Sulpicia Gonzaga Jo. Petri Gallucci conjux Turrim ingentem extollit. 301. A.
Surdi, Famil. Mantuæ. 251. A. (88)
Sureſanum Caſt. Bon. 175. B. *incenſum.* ib. C.
Sureſini, Famil. Mediol. 232. C.
Suzaria Caſt. Regienſ. à Mantuanis obſeſſum, & à Bonon. liberatum. 190. B.
S. *Sylveſter Conſtantinum M. baptizavit.* 25. E.

T

Tanari, Fam. Bon. 614. E.
Tancredus Archidiac. Bonon. 242. A.
Tancredus celeb. Juriſconſ. Bon. 214. B. (14)
Tantidenarii, Fam. Bon. 184. B. 230. A.
Tarracina Urbs, ad eam confugit Alexand. III. 141. A.
Tarus mortuus fl. prope Parmam. 269. C.
Tavernarii, Famil. Parmenſ. 308. A.
Taurellii, Famil. Bonon. 118. (12) D. 123. A. 124. A. 126. A. 169. D. 192. B.
Taurellus Taurellius Eques Bonon. contra Turcas. 169. D.
Templa Apollinis, & Eſculapii Carthagine. 1087. A. & C.
Templarii à Pontif. abrogati. 442. C. (17)
Tencararii, Famil. Bonon. 442. E. (17)
Terentius Poeta P. Scip. Emil. Præceptor. 1076. B.
S. *Tertullianus Epiſc. Bon.* 379. D.
Teſta, Famil. Placent. 182. C.
Teſta Gozzadinus Eques Bonon. contra Turcas. 169. D.
Teſtamentum And. Doriæ. 1260.
Tettalaſini, Fam. Bon. 182. C. 263. A.
Thadæus de Pepulis Dominus Bonon factus. 446. B. *à Pontif. vocatus.* ib. C. *Imperium Civitatis renunciat, & Vicarius Pontif. factus.* 447. A.
Theodora Honorii Rolandi fil., & Oliverii Gariſendi Uxor Turrim Gariſendam excelſam ædificat. 189. B. (46)
Theodericus ad Italiam occupandam advolat. 36. D. *Romani nominis ſtudioſus.* 37. A. *Arriana labe corruptus Orthodoxos vexat.* ib. C.

S. Theo-

INDEX GENERALIS

S. *Theodorus Epiſc. Bonon.* 381. C.
Theodorus II. Epiſc. Bon. 382. E. (58)
Theodorus III. Epiſc. Bon. 388. E. (75)
Theodorus Trivultius Præf. Genuæ pro Rege Galler. 1135. A. (31)
Theodoſius Imp. Eccleſiâ ſeclusus. 29. A.
S. *Thomas Aquinas in Archigymnaſ. Bonon. pub. Profeſſ. conductus.* 311. D.
Thomas Caccianimicus Urbevets Prætor. 223. B.
Thomas Cantuarien. Archiep. inter Sanctos relatus. 182. D.
Thomas Campegius Juriſconſ. Bonon. celeb. ejus in Urbe Patavii ſingularis ingreſſus. 536. C.
Thomas Coſpius Bononienſ. Orator ad Sum. Pont. 579. C.
Thomas de Manfredis Medicus in Archigym. Bonon. 235. D. (51)
Thomas Parentucellus Epiſcop. Bonon. 507. D. (28) *Cardinalis creatur.* 509. A. *& Pontif. Nicol. V. nomine. Ibid.* D.
Thomas de Perendulis Archiep. Ravenn. 465. E. (3)
Thomas Ripoll à Barcinona Gener. FF. Præd. Bonon. electus. 618. E.
Thomas Card. Cajetanus Legatus Pontif. ad Imper. 549. A.
Thomas Ubaldinus Imolæ Ep. 315. C.
Thomaſinus Gerzanus Eques Mutinenſ. à Bonon. captus. 278. A.
Theophilus Gallinon. Ord. S. Auguſt. ædes pro pauperib. Mendicantibus ædificari curat Bon. quæ primæ in Italia. 577. E. (25)
Thurimantes Dux à Beliſario miſſus. 41. B.
Ticinum à Gallis captum. 1136. B.
Timones Zacharia Bonon. Conſ. 155. A.
Traverſarii, Famil. Ravenn. 254. C.
Tricium arx ad Abduam flu. occupatum. 134. B. *iterùm à Mediolanenſibus.* 137. B. *& item.* 148. A.
Tripolim fruſtra ab Hiſpanis tentatum. 1226. C.
Triumphus Scip. de Carthag. 1089. C. *de Numantia.* 1100. A.
Triumviratus ubi & quando inſtit. 21. A.
Truſordus Henr. VI. Imp. in Ital. Legatus. 170. B. 175. A.
Tustæ, ſive Cellæ vinariæ Bonon. inſtitutæ. 198. A.
Tudertum à Frid. II. Imp. captum. 258. B.
Tunetum à Careadino Algerii Rege occupatum. 1171. A. *Muclaſſe à Car. V. reſtitutum.* 1173. E. (76)
Turriani, Famil. Mediol. 288. A. 313. E.
Turris Caballorum ab Epiſcopo Bonon. recepta. 444. C.
Turris Gallucior. Bononiæ ædificata. 301. A.
Turris Gariſendo Bononiæ ædificatur. 189. A.
Turris Occellini à Bonon. contra Ferrarienſ. extructa. 259. A. (107)
Turſis, vulgo Turſi, *Urbs in Baſilicata And. Doriæ à Carol. V. Imp. donata.* 1190. B. (91)
Tuſchi, Famil. Bonon. 175. B. 235. B.
Tuſci. V. Etruſci.
Tuſculum Urbs, ad eam Rom. Pont. 149. E.

V

V*Alacerca Trib. militum Gallor.* 1158. A.
Valentinianus & Valens Imp. diverſæ fidei. 27. C.
Valentinianus III. Ravennam exornat. 35. B.
Valerius L. Flaccus, & Tappus Triumviri, duas Colonias deduxere. 18. C.
Vallis S. Apollinaris diſtrict. Mutin. 183. D.
Valterus Maccagnanus Eques Bonon. contra Turcas. 169. C.
Valvaſores majores & min. feudatarii inſtituti. 62. A. 142. A.
Varogium Opp. Liguriæ. 1131. E. (24)
Vardaſtallum, Guaſtalla, Urbe. 413. A.
Vaſtavillani, Famil. Bonon. 536. D. *ſeu Guaſtavillani.* 575. E. 580. B.
Ubaldini, Famil. Florent. 433. C. 438. D. 440. C.
Ubaldus Epiſc. Ravenn. 200. A.
Ubertus Chiſellerius Eques Bonon. contra Turcas. 169. D.
Ubertus Corrigius Parmenſ. Prætor Bonon. 252. C.
Ubertus Marchio Pallavicinus Dux Regienſ. 268. A.
Ubertus Ozenus Mediol. Bononiæ Prætor. 227. C. 289. B.
Ubertus Ratta Bonon. Card. 114. A.
Ubertus Surdus Mant. Bononiæ Prætor. 251. A. (88)
Ubertus Vicecomes Placentinus Bononiæ Prætor. 177. B. *contra Marcoaldum prœliat optime.* 178. A. *iterum Prætor.* 186. A. 192. B. *denuo.* 235. A. 244. D. 252. B.
Uccelletus de Occeletis Prætor Bonon. 197. E. (56)
Vedrana, Fam. Bonon. 153. A. 154. A.
Veneficæ fœminæ vivæ Bonon. combuſtæ. 151. B.
Veneti cum Pontif. & Cæſ. fœdus ineunt contra Solymanum. 1179. A. (83) *libertatis Italiæ auctores.* 147. A.
Venetiæ Urbs ibi Rom. Po. & Ahenobarbi colloquium. 157. A.
Ventura Architectus celeb. Bonon. 219. C.
Vernii, Famil. Mediol. 473. B.
Verrina, Famil. Gen. 1200. A. *unus ex ipſa ſupplicio pro conjurat. affectus.* 1208. A.
Verona ibi Concil. à Lucio III. Pont. hab. 168. A. *& Conventus Civitat. fœder. Lombard.* 177. B. *ab Icilino occupata.* 232. A.
Veronenſes defectionem moventes. 145. B. *pro libertate Italiæ fœderati.* 147. A. *auxilia Bononienſibus mittunt.* 153. C.
Verulum Urbs Latii in Hernicis ap. Coſam flu. vulgo Piſſo, Ro. Po. ad eam. 149. C.
Vetrana Caſt. Bonon. excuſſa. 154. C.
Vexilla Civitatum inſignia: eorum initium. 80. C.
Vexilliferi, ſeu Confalonerii quando Bononiæ inſtituti. 237. B. (55)
Ugo Moncata Claſſis Cæſarianæ Præf. 1131. E. *in prœlio moritur.* 1139. A.
Ugo Lupus Parmenſ. Prætor Cremonæ. 242. A. (64)
Ugolinus de Presbyteris Juriſconſ. in Archigym. Bonon. 235. C. (51) 186. E. (41)
Ugolinus de Porta Ravennate J. C. Bonon. 103. (68)
Ugoni, Famil. Brix. 264. B.
de *Via, Famil. Bonon.* 620. A.
Vicecomites, Famil. Mediol. 448. E. 449. D. 450. D.
Vicecomites, Famil. Placent. 177. B. 186. A. 192. B.
Vicentini defectioni ſtudentes. 145. B.
Vicomercati, Famil. Mediol. 175. A.
Victor Ep. Bonon. 49. A. 385. A.
Victor II. Ep. Bon. 82. A. 92. A. 102. A. (66) 410. C.
Victoria nomen Caſtri Frid. in obſid. Parmæ. 270. B. (17) *à Pontificii, & Parmenſ. capta, & diruta.* 273. C.
Vido Albericus Bonon. Conſ. 147. B.
Vido Canoſſia Regienſ. Bonon. Præt. 146. A. 205. *iterum* 210. B.
Vido Cinus Præt. Bonon. 175. D. *dentibus detractis pulſus.* 178. A.
Vido Griffonus Eques Bon. contra Turcas. 169. C.
Vido Lambertinus Bon. Prætor Regii. 181. A. 195. D.

Vido

RERUM, ET NOMINUM.

Vido alter Lambertinus Dux Cruceſignator. Bon. contra Manfredum. 310. A.
Vido Lambertinus junior Juriſconſ. 191. B.
Vido Lupus Prat. Parmæ. 183. B.
Vido Malabucca Co. Balneocaballi occiſ. 129. A.
Vido Pertusonus Bonon. Conſ. aucto num. 153. A. & B.
Vido Pirovanus Præt. Favent. 187. A. & *Bonon.* 189. C.
Vido Raulus Faventinus Præt. Bonon. 248. A.
Vido Saxi Præt. Bonon. 130. B.
Vido Seſſius Dux Regienſ. prælio victus, & ſuffocatus. 278. A.
Vido Vicecomes Præt. Bonon. 269. B.
Vido Vicomercatus Præt. Bonon. 176. A.
Vido Zagnius Eques ſtren. Bonon. 305. A.
Vidoni, Famil. Bonon. 290. C.
Vidottus Gerorduccius Badians Præt. 271. B.
Viduccius Ramponus Bonon. Præt. Senar. 304. A.
Viglebanum expugnatum à Mediolanenſ. 133. D.
Vigri, Famil. Bonon. 618. A.
Vincentius Capellus Claſſi Venetæ marit. Præf. 1179. C.
Vincentius Lud. Gottì Card. Bonon. laudatus. 414. E. (53) 679. B.
Vincentius Vicentinus Ord. Præd. Pacificator vocatus. 263. A.
Vineola Caſt. Mutinenſ. à Bonon. captum. 238. A. (61) *iterum ab eiſdem obſeſſum, ſed fruſtra*. 255. C. (99)
Virgines Bononienſ. velandæ Mediolanum mittuntur. 364. B. (25)
Virgines Eremiticæ ad diſciplinam Canonicor. Regular. traductæ. 410. E. (41)
Viſanum Caſt. Bonon. incenſum. 155. C.
Viſcontus Vicecomes Placent. Bonon. Præt. 201. A. *à Sacris amotus*. 202. B.
Viſtarini, Famil. Laudenſ. 1219. E. (112)
S. *Vitalis Martyr Bonon.* 25. A. 361. A. *ejus Corpus à S. Ambroſio repertum*. 368. C.
Vitalis Epiſc. Bonon. 387. E. (71)
Vitellius Imp. Bonon. adeſt. 23. B.
Viterbium ab Inn. IV. Pont. captum. 262. A. *ejus ager vaſtatus*. 264 C.
Vitis fl. Æmiliæ Bojorum, & Senonum terminus. 17. A.
Vizani, Famil. Bonon. 100. & pluribus in locis.
Uladislaus Hungariæ, ac Bohemiæ Rex. 545. B. *Neptem Maximil. Imp. deſponſat*. 546. A.
Ulyſſes Aldrovandus Bonon. celeberrimus hiſtoriæ naturalis Scriptor. 574. C.
Umbri quas Civitates in Italia ædificarint. 16. B.
Unciolum Caſt. Bonon. 243. C.
Volcherius Patriarca Aquilejenſ. Legatus Lotharii Imper. 191. A.
Voragium, ſeu Varago, antiquitus Vicus-Virginis Opp. Gen. 1131. E. (84)
Vormacia, ubi Conventus Epiſcopor. ab Henr. II. hab. 72. B.
Urbanus II. Pont. eligitur. 76. B.
Urbanus III. Hoſpit. Crucifer. Bon. Privileg. ornat. 168. C. 419. C. *item Epiſc. Bonon. ib.* D. *moritur*. 169. A. 420. B.
Urbanus IV. Pont. Ordinem S. M. Glorioſæ approbat. 307. B.
Urbanus V. Pont. Privil. Archigymnaſ. Bonon. confirmat. 451. E.
Urbanus VIII. Pont. creatur. 610. C.
Urbevetum, illuc Clem. VII. Pont. aufugit. 558. A.
Urbinates in aux. Ariminenſ. 193. A.
Urſi, Famil. Bonon. 174. C. 175. A. 184. B. 192. C.
Urſolinus Urſius Legatus Bononienſ. 192. C.
Urſulinæ Moniales Bononiæ locatæ. 606. B.
Urſus Caccianimicus Dux Bonon. contra Turcas. 169. B.
Urſus Gariſendus Conſ. Bonon. 132. D.
Uſuſmaris, Famil. Gen. 1135. D.
Utica Urbs Africæ ſponte Romanis ſe dedit. 1081. C.

Z

Zacchi, Famil. Bonon. 261. C.
Zaccus Accariſius J. C. Bonon. 470. E. (17)
Zacharia, Famil. Bonon. 155. A.
Zacharias Rom. Pont. 51. B.
Zagni, Famil. Bonon. 305. A. 314. D.
S. *Zama primus Epiſc. Bonon.* 15. D. (3) 24. B. 360. B. *translatio ejus corporis*. 603. B.
Zambeccarii, Famil. Bonon. 228. B. 469. B. 490. E.
Zani, Famil. Bonon. 194. C. 382. E.
Zanolini, Famil. Bonon. 508. E. (27)
Zappata, Famil. Neapol. 612. A.
Zenevolta, Caſt. Lombardiæ. 248. C.
Zeni, Famil. Ven. 244. A. 309. A. 424. D.
S. *Zenobius Florentiæ Patronus*. 371. A.
Zerbarum Inſula. 1213. A.
Zona B. M. V. Bononiæ colitur. 608. B.

F I N I S.

A01 1468094

Faſti Conſulares Sigonii ex Livio x Tab. Capitolinis

Roma fuit condita anno IV. Olympiadis VI. in Pali VII. in Palilibus, nempe anno 753. ante Chriſti vulgarem Æramgarem Æram

Regum anni ex Livio. 'ab. Capit.

Summa Annorum ſub Regibus 244

Romulus regnat annos XXXVII. nempe uſque ad annum ante Cue ad annum ante Chr. Nat.	715
Interreges regnant annum I. nempe uſque ad annum ante C. N. annum ante Chr. Nat.	714
Numa Pompilius regnat annos XLIII. nempe uſque ad annum atad annum ante Chr. Nat.	671
Tullus Hoſtilius regnat annos XXXII. nemque uſque ad annum· ad annum ante Chr. Nat.	639
Ancus Marcius regnat annos XXIV. nempe uſque ad annum anid annum ante Chr. Nat.	615
L. Tarquinius Priſcus regnat annos XXXVIII. nempe uſque ad ſe uſque ad annum ante Chr. Nat.	578
Servius Tullius regnat annos XLIV. nempe uſque ad annum and annum ante Chr. Nat.	534
L. Tarquinius Superbus regnat annos XXV. nempe uſque ad atuſque ad annum ante Chr. Nat.	509

Cum ergo Livius Varronianam annorum ab U C. computationem I U. C. computatione integro anno Conſules primò inſtitutos anno U.C. 245. nempe anno ante Chr Priſco integrum annum regni decordat cum Tabulis Capitolinis, quamvis illæ ſuam anno inteſs anno U.C. 244. qui cadit in eun- Chronologiam.

Conſulum ſeries ex Livio. ılis Capitolinis.

Anni ab U.C.				Anni ante C.N.
245	L. Junius Brutus, cui ſuff.	L. Tarquinius Collati	rquinius Collatinus, cui ſuff.	509
	Sp. Lucretius Tricipitinus, cui ſuff.	P. Valerius Poplicola	alerius Poplicola.	
	M. Horatius Pulvillus			
246	P. Valerius II.	T. Lucretius Coſſ.	ctetius Tricipitinus.	508
247	P. Lucretius	P. Valerius Poplicola	bratius Pulvillus II.	507
248	Sp. Lartius	T. Herminius. Coſſ.	erminius Aquilinus.	506
249	M. Valerius	P. Poſtumius. Coſſ.	ſtumius Tubertus.	505
250	P. Valerius IV.	T. Lucretius. Coſſ.	cretius Tricipitinus II.	504
251	Agrippa Menenius	P. Poſtumius. Coſſ.	pa Menenius Lanatus.	503
252	Opiter Virginius	Sp. Caſſius. Coſſ.	ſſius Viſcellinus.	502
253	Poſtumus Cominius	T. Lartius. Coſſ.	rtius Flavus.	501
254	Ser. Sulpicius	M'. Tullius. Coſſ.	ullius Longus.	500
255	C. Veturius	T. Æbutius. Coſſ.	butius Elva.	499
256	Q. Clœlius	T. Lartius. Coſſ	œlius Siculus.	498
257	A. Sempronius	M. Minucius Coſſ.	inucius Augurinus.	497
258	A. Poſtumius	T. Virginius. Coſſ.	ginius Tricoſtus Cœlimontanus.	496
259	Ap. Claudius	P. Servilius. Coſſ.	vilius Priſcus.	495
760	A. Virginius	T. Veruſius. Coſſ.	turius Geminus Cicurinus.	494
261	Sp. Caſſius	Poſtumus Cominius.	Cınus Cominius Auruncus II.	493
262	T. Geganius	P. Minucius. Coſſ.	ıucius Augurinus.	492
263	M. Minucius	A. Sempronius. Coſſ.	mpronius Atratinus II.	491
			artius Flavus II.	490
			arius Rufus Mamercinus.	489
264	Sp. Nautius	Sex. Furius. Coſſ.	urius Fuſus Medullinus.	488
265	T. Sicinius	C. Aquillius. Coſſ.	inius Sabinus.	487
266	Sp. Caſſius	Proculus Virginius.	Clus Virgin. Tricoſtus Rutilus.	486
267	Ser. Cornelius	Q. Fabius. Coſſ.	'ornel. Coſſus Maluginenſis.	485
268	L. Æmilius	Cæſo Fabius. Coſſ.	Fabius Vibulanus.	484
269	M. Fabius	L. Valerius. Coſſ.	lerius Poplicola Potitus.	483
270	Q. Fabius	C. Julius. Coſſ.	bius Vibulanus II.	482
271	Cæſo Fabius	Sp. Furius. Coſſ.	arius Fuſus Medullinus.	481
272	M. Fabius	Cn. Manlius. Coſſ.	bius Vibulanus II.	480
273	Cæſo Fabius	T. Virginius. Coſſ.	ginius Tricoſtus Rutilus.	479
274	L. Æmilius	C. Servilius. Coſſ.	vilius Structus.	478
275	C. Horatius	T. Menenius. Coſſ.	ratius Pulvillus.	477
276	A. Virginius	Sp. Servilius. Coſſ.	rvilius Structus.	476
277	C. Nautius	P. Valerius. Coſſ.	utius Rufus.	475
278	L. Furius	A. Manlius. Coſſ.	nlius Vulſo.	474
279	L. Æmilius	Opiter Virginius, vel V	us Julius Julus.	473
280	L. Pinarius	L. Furius Coſſ.	ius Fuſus.	472
281	Ap. Claudius	T. Quinctius. Coſſ.	inctius Barbatus Capitolinus.	471
282	L. Valerius	Tib. Æmilius. Coſſ.	Emilius Mamercinus.	470
283	T. Numicius Priſcus	A. Virginius. Coſſ.	micius Priſcus.	469
284	T. Quinctius	Q. Servilius. Coſſ.	vilius Priſcus.	468
285	Tib. Æmilius	Q. Fabius. Coſſ.	bius Vibulanus.	467
286	Q. Servilius	Sp. Poſtumius. Coſſ.	vilius Priſcus II.	466
	M. Cornelius	Cæſo Duilius.	pius Cornicenus.	
	L. Minucius	Q. Pœtelius.	bulejus.	
	T. Antonius	Sp. Oppius.	ius Vibulanus.	
304	Cum antecedenti anni Decemviri etiam in hunc annum per		vis anni Reip. regimen uſurparunt,	449
	uſurpaſſent, a icara coacti ſunt, & electi ſunt Conſules, q		ſequuntur:	
	L. Valerius	M. Horatius. Coſſ.	ratius Barbatus. Coſſ.	
305	L. Valerius	M. Horatius. Coſſ.		
	Livius putar us Conſules Conſulatum continuaſſe etiam in bun			
306	Lar. Herminius	T. Virginius Cœlimont	gin. Tricoſt. Cœlimontanus. Coſſ.	448
307	M. Geganius Macerinus II.	C. Julius. Coſſ.	as Julus. Coſſ.	447
308	T. Quinctius Capitolinus	Agrippa Furius. Coſſ.	a Furius Fuſus. Coſſ.	446
309	M. Genucius	C. Curtius. Coſſ.	tius Philo. Coſſ.	445
310	Hoc anno ineunte pro Conſ. electi ſunt ſequentes Tribuni Militum		Militum, qui ſequuntur Conſ. Poteſt.	444
		A. Sempronius Atratinus	inus	
		T. Clœlius		
		L. Atilius.		

Digitized by Google

Tab. Capitolinis.

Faſti Conſulares Sigonii ex Livi

Tribunis Militum a

Anni ante C.N.

Anni ab U.C.

ſempronius Atratinus. Coſſ.

L. Papirius Mugillanus — L. Sempronius Atratinus Quinctius Barbatus Capitolinus. Coſſ. 443

311 M. Geganius Macerinus II. — T. Quinctius Capitolinus Æbutius Elva Cornicenus. Coſſ. 443

312 M. Fabius Vibulanus — Poſtumus Æbutius Papirius Craſſus. Coſſ. 441

313 C. Furius Pacilus — M'. Papirius Craſſus Menenius Lanatus. Coſſ. 440

314 Proculus Geganius Macerinus — L. Menenius Lanatus Menenius Lanatus. Coſſ. 439

315 T. Quinctius Capitolinus VI. — Agrippa Menenius Patricii, qui ſequuntur Coſſ. Poteſt. 438

316 Hoc anno pro Conſ. electi ſunt Tribuni Militum Patricii, qui ... mercinus

Mamercus Æmilius ... tus

L. Quinctius

L. Julus.

... gius Fidenas. Coſſ. 437

317 M. Geganius Macerinus III. — L. Sergius Fidenas ... ius Craſſus. Coſſ. 436

318 M. Cornelius Maluginenſis — L. Papirius Craſſus Virginius Tricoſtus. Coſſ. 435

319 C. Julius II. — L. Virginius. Coſſ. Virginius Tricoſtus II. Coſſ. 434

320 C. Julius III. vel M. Manlius — L. Virginius II. vel Patricii, qui ſequuntur Conſ. Poteſt. 433

321 Hoc anno pro Conſulibus electi ſunt Tribuni Militum Pat...

M. Fabius Vibulanus ... r.

L. Sergius Fidenas ... qui ſequuntur, electi ſunt: 432

M. Foslius. ... Rufus

322 Hoc anno tres alii, qui ſequuntur Tribuni Militum Patric... ullinus

L. Pinarius Mamercus ... Regillenſis.

L. Furius Medullinus ... lius Mento. Coſſ. 431

Sp. Poſtumius Albus. ... lius Julus. Coſſ. 430

T. Quinctius Pennus Cincinnatus — C. Julius Mento. ... s Lucretius Tricipitinus. Coſſ. 429

323 L. Papirius Craſſus — L. Julius. Coſſ. ... inctius Pennus Cincinnatus II. Coſſ. 428

324 L. Sergius Fidenas II. — Hoſtus Lucretius ... rvilius Structus Ahala. Coſſ. 427

325 A. Cornelius Coſſus — T. Quinctius Pe... Conſ. Poteſt. 426

326 C. Servilius Ahala — L. Papirius Mug... rius Fuſus Pacilus.

327 Tribuni Militum Patricii Conſ. Pote... ornelius Coſſus.

328 — C. Furius. ... Conſ. Poteſt. 425

T. Quinctius Pennus — A. Cornelius Co... urius Fuſus Medullinus

M. Poſtumius

Tribuni Militum Patricii Conſ. Pote... ntatius Barbatus.

329 — L. Furius Medu... Conſ. Poteſt. 424

Aulus Sempronius Atratinus — L. Horatius Bar... ergius Fidenas.

L. Quinctius Cincinnatus

Tribuni Militum Patricii Conſ. Pote... Julius Julus.

330 — L. Sergius Fide... abius Vibulanus. Coſſ. 423

Ap. Claudius Craſſus — Sex. Julius Julu... Conſ. Poteſt. 422

Sp. Nautius Rutilus — Q. Fabius Vibu... apirius Mugillanus.

331 C. Sempronius Atratinus

Tribuni Militum Patricii Conſ. Po... ervilius Structus.

332 — L. Papirius Mu... . Fabius Vibulanus Coſſ. 421

L. Manlius Capitolinus — L. Servilius St...

Q. Antonius Merenda — Num. Fabius V...

T. Quinctius Capitolinus ... ii Conſ. Poteſt. 420

333 Interreges hoc anno Reipublicæ regimen aſſumpſerunt: ... urius Fuſus Medullinus III.

334 Tribuni Militum Patricii Conſ. P... empronius Atratinus II.

335 — L. Furius Med...

T. Quinctius Cincinnatus III. — A. Sempronius ... ii Conſ. Poteſt. 419

M. Manlius

Tribuni Militum Patricii Conſ. Po... ucretius Tricipitinus.

336 — P. Lucretius ... ervilius Axilla.

Agrippa Menenius Lanatus — C. Servilius. ... ii Conſ. Poteſt. 418

Sp. Nautius

Tribuni Militum Patricii Conſ. P... nus

337 M. Papirius Mugillanus ... II.

L. Sergius Fidenas ... III.

C. Servilius. ... ii Conſ. Poteſt. 417

Tribuni Militum Patricii Conſ. P... Lucretius Tricipitinus II.

338 — P. Lucretius ... Servilius Structus II.

Agrippa Menenius Lanatus — L. Servilius ... ii Conſ. Poteſt. 416

Sp. Veturius Craſſus

Tribuni Militum Patricii Conſ. P... apirius Mugillanus II.

M'. Sergius Fidenas — Cæſo Fabius ... eſo Fabius Ambuſtus.

P. Cornelius Maluginenſis — Sp. Nautius ... Nautius Rutilus III.

352 Tribuni Militum Patricii Conſ. ... ricii Conſ. Poteſt. 403

M'. Æmilius Mamercinus II. — L. Valerius ... Furius Fuſus.

Ap. Claudius Craſſus — M. Furius F... Julius Julus.

M. Quinctilius Varus — M. Furius C... Valerius Potitus III.

L. Julius Julus — M. Poſtumius ... M. Poſt. Albinus, namque hi duo hoc

... erunt, ut docet Sigonius in Comment. ad

... io Fuſo apud Livium male legitur alter

353 Tribuni Militum Patricii Conſ. ... tricii Conſ. Poteſt. 402

C. Servilius Ahala III. — Q. Servilius ... Sulpicius Camerinus Cornutus

L. Virginius — Q. Sulpicius ... Manlius Vulſo Capitolinus II.

A. Manlius II. — M'. Sergius ... Virginius Tricoſtus Cœlimontanus.

Faſti Conſulares Sigonii ex Livio. : Tab. Capitolinis.

Anni ab U. C.				Anni ante C.N.
354	Tribuni Militum Patricii Conſ. Poteſt.		Conſ. Poteſt.	401
	L. Valerius Potitus IV.	M. Furius Camillus.	rius Camillus.	
	M'. Æmilius Mamercinus III.	Cn. Cornelius Coſſus.	Fabius Ambuſtus II.	
	Cæſo Fabius Ambuſtus	L. Julius Julus.	milius Mamercinus III.	
355	Tribuni Militum de Plebe Conſ. Poteſt.		Conſ. Poteſt.	400
	P. Licinius Calvus	L. Titinius.	lius Capitolinus.	
	P. Mænius	P. Mælius.	nius.	
	L. Publilius Volſcus	L. Furius Medullinus ſolus Pa	ius Medullinus Patricius ſolus.	
356	Tribuni Militum de Plebe Conſ. Poteſt.		Conſ. Poteſt.	399
	M. Veturius Patricius ſolus.	C. Duillius.	tius Longus.	
	Cn. Genucius	M. Pomponius.	nponius.	
	Volero Publilius	L. Atilius.	rius Craſſus Cicurinus Patricius ſolus.	
357	Tribuni Militum Patricii Conſ. Poteſt.		Conſ. Poteſt.	398
	L. Valerius Potitus V.	M. Valerius Maximus.	rius Camillus II.	
	M. Furius Camillus II.	L. Furius Medullinus III.	ius Medullinus III.	
	Q. Servilius Fidenas II.	Q. Sulpicius Camerinus II.	picius Camerinus Cornutus II.	
358	Tribuni Militum Patricii Conſ. Poteſt.		Conſ. Poteſt.	397
	L. Julius Julus	L. Furius Medullinus IV.	ius Medullinus IV.	
	L. Sergius Fidenas	A. Poſtumius Rigillenſis.	tumius Albinus Regillenſis.	
	P. Cornelius Maluginenſis	A. Manlius.	nelius Maluginenſis II.	
359	Tribuni Militum de Plebe Conſ. Poteſt.		Conſ. Poteſt.	396
	P. Licinus Calvi F.	L. Titinius II.	nius II.	
	P. Mænius II.	P. Mælius II.	ius Capitolinus II.	
	Cn. Genucius II.	L. Atilius II.	nucius Aventinenſis II.	
360	Tribuni Militum Patricii Conſ. Poteſt.		Conſ. Poteſt.	395
	P. Cornelius Coſſus.	P. Cornelius Scipio.	nelius Scipio.	
	Cæſo Fabius Ambuſtus III.	L. Furius Medullinus V.	ius Medullinus V.	
	M. Valerius Maximus II.	Q. Servilius III.	vilius Priſcus Fidenas III.	
361	Tribuni Militum Patricii Conſ. Poteſt.		Conſ. Poteſt.	394
	L. Furius Medullinus VI.	Sp. Poſtumius.	tumius Albinus Regillenſis.	
	C. Æmilius	P. Cornelius II.	rius Poplicola.	
	P. Valerius Poplicola	M. Furius Camillus.	ius Camillus III.	
362	L. Lucretius Flavus	Ser. Sulpicius Camerinus. C	lpicius Camerinus. Coſſ.	393
363	L. Valerius Potitus	M. Manlius Capitolinus. Co	nlius Capitolinus. Coſſ.	392
364	Tribuni Militum Patricii Conſ. Poteſt.		Conſ. Poteſt.	391
	L. Lucretius	L. Furius Medullinus VI.	ius Medullinus VII.	
	Ser. Sulpicius	Agrippa Furius.	ilius Mamercinus II.	
	M. Æmilius	C. Æmilius.	s Furius Fuſus.	
365	Tribuni Militum Patricii Conſ. Poteſt.		Conſ. Poteſt.	390
	Q. Fabius Ambuſtus } Fratres	Q. Sulpicius Longus.	picius Longus.	
	Cæſo Fabius Ambuſtus } Fratres	Q. Servilius IV.	vilius Priſcus Fidenas IV.	
	C. Fabius Ambuſtus	Ser. Cornelius Maluginenſis	rnelius Maluginenſis.	
366	M. Furius Camillus Dictator toto anno	L. Valerius Potitus Mag. E	rius Potitus Mag. Equ.	389

Ita ſentit Sigonius ex Livio in Livians Chronologia. ſed in Comm orem fuiſſe per maximam partem.
Faſtos Capitolinos putat M. Furium Camillum Dictatorem fui Militum, qui fuerunt ſequenti anno,
anno, per maximam anni partem, abdicantibus Tribunis Militum U. C. 378. à quo nullos conſtituit
quod falſum cum Livio, Pighio, & Almelovenio putamus & no . ita ut Reſpublica caruerit Magi-
ſequuti quatuor tantum annos
rbitrati, Stolone ac Laterano ſibi
rdiores, quam Sigonius, uſque ad
poſt quem iterum cum Sigonio no-
otas noſtras ad Sigonii Comment.

Anni ab U. C.				Anni ante C.N.
367	Tribuni Militum Patricii Conſ. Poteſt.		Conſ. Poteſt.	388
	L. Valerius Poplicola II.	A. Manlius.	nlius Capitolinus.	
	L. Virginius	L. Æmilius.	ilius Mamercinus.	
	P. Cornelius	L. Poſtumius.	umius Albinus Regill.	
368	Tribuni Militum Patricii Conſ. Poteſt.		Conſ. Poteſt.	387
	T. Quinctius Cincinnatus	L. Aquillius Corvus.	illius Corvus.	
	Q. Servilius Fidenas V.	L. Lucretius Tricipitinus	retius Tricipitinus.	
	L. Julius Julus	Ser. Sulpicius Rufus.	lpicius Rufus.	
	L. Sergius III.	Ser. Cornelius Malugine	nelius Maluginenſis V.	
377	Tribuni Militum Patricii Conſ. Poteſt.		onſ. Poteſt.	378
	P. Manlius	C. Sextilius.	ilius.	
	C. Manlius	M. Albinus.	inius.	
	L. Julius	L. Antiſtius.	ſtius.	
378	Tribuni Militum Patricii Conſ. Poteſt.		onſ. Poteſt.	377
	Sp. Furius	M. Clælius.	lius Siculus.	
	Q. Servilius II.	M. Horatius.	atius Pulvillus.	
	C. Licinius	L. Geganius.	anius Macerinus.	
379	Tribuni Militum Patricii Conſ. Poteſt.		onſ. Poteſt.	376
	L. Æmilius	Ser. Sulpicius.	picius Pretextatus II.	
	P. Valerius IV.	L. Quinctius Cincinnat	ctius Cincinnatus II.	
	C. Veturius	C. Quinctius Cincinnat	ctius Cincinnatus.	

Faſti Conſulares Sigonii ex Tab. Capitolinis.

Anni ab U.C. — Anni ante C.N.

380 Tribuni Plebi ſine alio Magiſ
C. Licinius Stolo T. P. L. Sextius p Magiſtratu. 375
381 C. Licinius Stolo T. P. L. Sextius Sextius Sextinus Lateranus T. P.
382 C. Licinius Stolo T. P. L. Sextius Sextius Sextinus Lateranus T. P. 374
383 C. Licinius Stolo T. P. L. Sextius Sextius Sextinus Lateranus T. P. 373
384 C. Licinius Stolo T. P. L. Sextius Sextius Sextinus Lateranus T. P. 372
385 Tribuni Militum Patricii Conſ.
L. Furius Ser. Corneli i Conſ. Poteſt. 372
A. Manlius P. Valerius Sulpicius Pretextatus III.
Ser. Sulpicius C. Valerius Cornelius Malugin. VI.
386 Tribuni Militum Patricii Conſ. alerius Potitus.
Q. Servilius M. Corneliu i Conſ. Poteſt. 370
C. Veturius II. Q. Quinctiu ornelius Coſſus.
A. Cornelius M. Fabius. uinctius Cinciunatus.
387 Tribuni Militum Patricii Conſ. abius Ambuſtus II.
L. Quinctius Ser. Corneliu i Conſ. Poteſt. 369
Ser. Sulpicius Sp. Servilius Cornelius Malugin. VII.
L. Papirius L. Veturius. ervilius Structus.
M. Furius Camill. Dict. IV. L. Æmil. M eturius Craſſus Cicurinus.
Quibus abdicantibus electi ſu mil. Mamercinus Mag. Equ. 368
P. Manlius Capitolinus Dict. C. Licinius electi ſunt:
Licinius Calvus fuit primus de Plebe Magiſter Equit icinius Calvus Mag. Equ.
quem Livius tranſilit, nos interſerimus Faſtis Ca fuiſſe per aliquam partem antece-
celebriores Auctores ſecuti, ſed Livianæ Chrono ighium ſecuti, & alios, annum
num. ex Livio, quem Pighius ſequitur;
torem factum innuat anno antece-
leuti anno deſcriptis, ita ut etiam
388 Tribuni Militum Patricii Conſ. m P. Manlius.
A. Cornelius II. M. Cornelius i Conſ. Poteſt. 367
L. Veturius M. Geganius. lerius Potitus Poplicola VI.
P. Manlius P. Valerius V eganius Macerinus.
389 Hoc anno reſtituti ſunt Conſu anlius Capitolinus.
L. Æmilius L. Sextius. C t Conſules. 366
390 Q. Servilius L. Genucius. tius Sextinus Lateranus de Plebe. Coſſ.
391 C. Sulpicius Pæticus L. Licinius S nucius Aventinenſis de Plebe. Coſſ. 365
392 L. Æmilius Mamercus II. Cn. Genucius cinius Calvus Stolo de Plebe. Coſſ. 364
393 Q. Servilius Ahala L. Genucius enucius Aventinenſis de Plebe. Coſſ. 363
394 C. Sulpicius L. Licinius C nucius Aventinenſis de Plebe. Coſſ. 362
395 C. Pœtelius Libo M. Fabius A in. Calvus Stolo II. de Plebe. Coſſ. 361
396 Popillius Lænas Cn. Manlius. telius Libo Viſolus de Plebe. Coſſ. 360
297 C. Fabius C. Plautius. Manlius Capitol. Imperioſ. Coſſ. 359
398 C. Marcius Cn. Manlius. utius Proculus. Coſſ. 358
399 M. Fabius Ambuſtus II. M. Popillius anlius Capitol. Imperioſ. Pat. Coſſ. 357
400 C. Sulpicius Pæticus III. M Valerius pillius Lænas II. Coſſ. 356
401 M. Fabius Ambuſtus III. T. Quinctius alerius Poplicola Coſſ. 355
402 C. Sulpicius Pæticus IV. M. Valerius inctius Pennus Capitol. Coſſ. 354
403 P. Valerius Poplicola C. Marcius R alerius Poplicola II. Coſſ. 353
404 C. Sulpicius Pæticus T. vel C. vel rcius Rutilus II. de Pleb. Coſſ. 352
405 M. Popillius Lænas III. L. Cornelius inctius Cincinn. Capitol. Coſſ. 351
406 L. Furius Camillus P. Claudius C nelius Scipio Patric. Coſſ. 350
407 M. Valerius Corvus M. Popillius udius Craſſus Coſſ. 349
408 T. Manlius Torquatus C. Plautius. C pillius Lænas de Pleb. Coſſ. 348
409 M. Valerius Corvus II. C. Pœtelius. utius Venno de Pleb. Coſſ. 347
410 M. Fabius Dorſo Ser. Sulpicius telius Libo Viſolus de Pleb. Coſſ. 346
411 C. Marcius Rutilus III. T. Manlius T bius Dorſo Patric. Coſſ. 345
412 M. Valerius Corvus III. A. Cornelius C lius Imperioſ. Torq II. Patric. Coſſ. 344
447 Q. Marcius Tremulus L. Volumnius. C Bubulc. Brut. Mag. Equ. II. 309
448 L. Poſtumius P. Cornelius Arvi us Mus II. Coſſ. 308
Tib. Minucius. C mnius Flamma Rioleus de Pl. Coſſ. 307
nelius Arvina. Coſſ. 306
449 P. Sempronius Sophus P. Sulpicius Saveri inuc. Augurinus. Coſſ., cui ſuff. 305
450 L. Genucius Ser. Cornelius. Co vius Curvus.
451 M. Livius Denter M. Æmilius. Coſſ. pronius Sophus. Coſſ. 304
ucius Aventinenſis. Coſſ. 303
ilius Paullus. Coſſ. 302
452 Q. Appullejus Panſa M. Valerius. Coſſ. ilius Paullus Mag. Equ. quibus ſuff. 301
453 M. Fulvius Pætus T. Manlius Torqua Mag. Equ.
rius Corvus, vel Cominus V. Coſſ. 300
lius Torquatus. Coſſ. cui ſuff. 299
Valerius Corvus VI. Coſſ.



Faſti Conſulares Sigonii ex Tab. Capitolinis.

Anni ab U.C.			Anni ante C.N.
454	L. Cornelius Scipio	Cn. Fulvius. Clvius Centumalus. Coſſ.	298
455	Q. Fabius Maximus IV.	P. Decius Mus ius Mus III. Coſſ.	297
456	L. Volumnius	Ap. Claudius. Gudius Cæcus II. Patric. Coſſ.	295
457	Q. Fabius V.	P. Decius IV. Cius Mus IV. Coſſ.	295
458	L. Poſtumius Megellus	M. Atilius Regdius Regulus. Coſſ.	294
459	L. Papirius Curſor	Sp. Carvilius. Gilius Maximus. Coſſ.	291
460	Q. Fabius Gurges Max. F.	D. Junius Brutuus Brutus Scæva. Coſſ.	292
461	L. Poſtumius	C. Junius. CoſLus Brutus Bubulcus. Coſſ.	291
462	P. Cornelius Rufinus	M'. Curius Deutius Dentatus. Coſſ.	290
463	M. Valerius	Q. Cædicius. Cicius Noctua. Coſſ.	289
464	Q. Marcius	P. Cornelius. Caelius Arvina II. Coſſ.	288
465	M. Marcellus	Sp. Nantius. Cdius Rutilus. Coſſ.	287
466	M. Valerius	C. Ælius. Coſſ.us Pætus. Coſſ.	286
467	C. Claudius	M. Æmilius. Coilius Lepidus. Coſſ.	285
468	C. Servilius	L. Cæcilius. Coil. Metell. Denter. Coſſ.	284
469	P. Cornel. Dolabella	Cn. Domitius. (mitius Calvinus. Coſſ.	281
470	C. Fabricius	Q. Æmilius. Cailius Papus. Coſſ.	282
471	L. Æmilius	Q. Marcius. Cocius Philippus. Coſſ.	281
472	P. Valerius	Tib. Coruncaniuoruncanus. Coſſ.	280
471	P. Sulpicius	P. Decius. Coſſius Mus. Coſſ.	279
474	C. Fabricius	Q. Æmilius. Coilius Papus. Coſſ.	278
475	P. Cornelius	C. Junius. Coſſ. us Brutus Bubulcus II. Coſſ.	277
476	Q. Fabius	C. Genucius. Ccucius Clepſina. Coſſ.	276
477	M'. Curius	L. Lentulus. Conclius Lentulus Caudinus. Coſſ.	275
478	Ser. Cornelius	M'. Curius. Coſrnelius Merenda. Coſſ.	274
479	C. Fabius	C. Claudius. Coudius Canina II. Coſſ.	273
480	L. Papirius Curſor	Sp. Carvilius. Crvilius Maximus II. Coſſ.	272
481	C. Quinctius	L. Genucius. Caucius Clepſina. Coſſ.	271
482	C. Genucius	Cn. Cornelius. rnelius Blaſio. Coſſ.	270
		ius Pictor. Coſſ.	269
483	P. Sempronius	Ap. Claudius. Caud. Craſſus Rufus. Coſſ.	268
484	M. Atilius	L. Julius Libo. us Libo. Coſſ.	267
485	D. Junius	Num. Fabius. Cius Pera. Coſſ.	266
		ilius Vitulus. Coſſ.	265
486	Ap. Claudius	M. Fulvius. Cofvius Flaccus. Coſſ.	264
487	M'. Valerius Max. Meſſalla	M'. Otacilius Cracilius Craſſus. Coſſ.	263
488	L. Poſtumius Megellus	Q. Mamilius Vitmilius Vitulus. Coſſ.	262
489	L. Valerius	T. Otacilius. Ccilius Craſſus. Coſſ.	261
490	Cn. Cornelius	C. Duilius. Coſlius. Coſſ.	260
491	C. Aquillius	L. Cornelius. Cullius Florus. Coſſ.	259
492	A. Atilius Calatinus	Q. Sulpicius. Cpicius Paterculus. Coſſ.	258
493	C. Atilius	Cn. Cornelius. rnel. Blaſio II. Coſſ.	257
494	Q. Cædicius	L. Manlius. Coſſicius, cui ſuff.	256
		Atilius Regulus II. Coſſ.	
495	Ser. Fulvius Nobilior	M. Aimilius Psmilius Paullus. Coſſ.	255
496	Cn. Cornelius	A. Atilius. Coſſ.lius Calatinus II. Coſſ.	254
497	Cn. Servilius	C. Sempronius. npronius Blæſus. Coſſ.	251
498	C. Aurelius Cotta	P. Servilius. Corilius Geminus. Coſſ.	252
499	L. Cæcilius Metellus	C. Furius. Coſſ.ius Pacilus. Coſſ.	251
550	C. Atilius Regulus	L. Manlius. Coſmilius Vulſo II. Coſſ.	250
501	P. Claudius	L. Junius. Coſſ. ius Pullus. Coſſ.	249
502	P. Servilius	C. Aurelius. Covilius Geminus II. Coſſ.	248
503	L. Cæcilius	Num. Fabius. CFabius Buteo. Coſſ.	247
504	M. Fabius	M'. Otacilius. Cbius Licinus. Coſſ.	246
505	M. Fabius	C. Atilius. Coſſ. lius Bulbus. Coſſ.	245
506	A. Manlius	C. Sempronius. npronius Blæſus II. Coſſ.	244
507	C. Fundanius	C. Sulpicius. Cpicius Gallus. Coſſ.	241
508	C. Lutatius Catulus	A. Poſtumius. Cſtumius Albinus. Coſſ.	242
509	Q. Lutatius Cerco	A. Manlius. Coſtatius Cerco. Coſſ.	241
510	C. Claudius Centho	M. Sempronius. npronius Tuditanus. Coſſ.	240
511	C. Manilius	Q. Valerius. Colerius Falto. Coſſ.	219
512	Tib. Sempronius	P. Valerius. Coſerius Falto. Coſſ.	238
513	L. Cornelius	Q. Fulvius. Cois Flaccus. Coſſ.	217
514	C. Licinius	P. Cornelius. Ciinius Varus. Coſſ.	236
515	T. Manlius Torquatus	C. Atilius. Coſſ.lius Bulbus II. Coſſ.	215
517	Q. Fabius Max. Verruc. F.	M. Claudius Maudius Marcellus III. Coſſ.	214
538	Ap. Claudius Pulcher	Tib. Sempronius Sempronius Gracchus II. Coſſ.	214
539	P. Sulpicius Galba	Q. Fulvius Flaccludius Pulcher. Coſſ.	213
540	M. Valerius Lævinus II.	Cn. Fulvius Cenpicius Galba Max. Coſſ.	212
541	Q. Fabius Max. Verruc. V.	M. Claudius Maaudius Marcellus IV. Coſſ.	211
542	M. Claudius Marcellus V.	Q. Fulvius Flaclvius Flaccus IV. Coſſ.	210
541	C. Claudius Nero	T. Quinctius Cruinctius Criſpinus. Coſſ.	209
544	Q. Cæcilius Metellus	M. Livius Salinvius Salinator II. Coſſ.	208
545	P. Cornel. Scipio	L. Veturius Phiturius Philo. Coſſ.	207
546	M. Cornelius Cethegus	P. Licinius Craſcinius Craſſus Dives. Coſſ.	206
547	Cn. Servilius Cæpio	P. Sempronius Tnpronius Tuditanus. Coſſ.	205
48	Tib. Claudius Nero	C. Servilius. Corvilius Geminus. Coſſ.	204
9	Cn. Cornelius Lentulus	M. Servilius Gervil. Pulex. Geminus. Coſſ.	203
		P. Ælius Pætus lius Pætus Catus. Coſſ.	203
			202

Faſti Conſulares Sigonii ex Tab. Capitolinis.

Anni ab U.C.				Anni ante C.N.
550	P. Sulpicius Galba	C. Aurelius	Aurelius Cotta. Coſſ.	200
551	L. Cornelius Lentulus	P. Villius Ta	Villius Tappulus. Coſſ.	199
552	T. Quinctius Flamininus	Sex. Ælius P	Ælius Pætus Catus. Coſſ.	198
553	C. Cornelius Cethegus	Q. Minucius	Minucius Rufus. Coſſ.	197
554	L. Furius Porpureo	M. Claudius	Claudius Marcellus. Coſſ.	196
555	M. Porcius Cato	L. Valerius	Valerius Flaccus. Coſſ.	195
556	P. Cornel. Scipio Afric. II.	Tib. Sempron	Sempronius Longus. Coſſ.	194
557	L. Cornelius Merula	Q. Minucius	Minucius Thermus. Coſſ.	193
558	L. Quinctius Flamininus	Cn. Domitius	Domitius Ahenobarb. Coſſ.	192
559	M'. Acilius Glabrio	P. Cornel. S	Cornel. Scipio Naſica. Coſſ.	191
560	L. Cornelius Scipio	C. Lælius. C	Lælius. Coſſ.	190
561	Cn. Manlius Vulſo	M. Fulvius N	Fulvius Nobilior. Coſſ.	189
562	C. Livius Salinator	M. Valerius	Valerius Meſſalla. Coſſ.	188
563	M. Æmilius Lepidus	C. Flaminius	Flaminius. Coſſ.	187
564	Sp. Poſtumius Albinus	Q. Marcius	Marcius Philippus. Coſſ.	186
565	Ap. Claudius Pulcher	M. Sempron	Sempron. Tuditanus. Coſſ.	185
566	P. Claudius Pulcher	L. Porcius L	Porcius Licinus. Coſſ.	184
567	Q. Fabius Labeo	M. Claudius	Claud. Marcell. M. F. M. N. Coſſ.	183
568	L. Æmilius Paullus	Cn. Bæbius	Bæbius Tamphilus. Coſſ.	182
569	P. Cornelius Cethegus	M. Bæbius T	Bæbius Tamphilus. Coſſ	181
570	A. Poſtumius Albinus	C. Calpur Piſ	Calpur. Piſo. Coſſ. c. ſ. Q. Fulv. Flaccus.	180
571	L. Manlius Acidinus	Q. Fulvius	Fulvius Flaccus. Coſſ.	179
572	M. Junius Brutus	A. Manlius	Manlius Vulſo. Coſſ.	178
573	C. Claudius Pulcher	Tib. Sempron	Sempronius Gracchus. Coſſ.	177
574	Cn. Corn. Scip Hiſpal, c. ſ. C. Val. Lævinus.	Q. Petilius	Petilius Spurinus. Coſſ.	176
575	P. Mucius Scævula	M. Æmilius	Æmilius Lepidus II. Coſſ.	175
576	Sp. Poſtumius Albinus	Q. Mucius	Mucius Scævula. Coſſ.	174
577	L. Poſtumius Albinus	M. Popillius	Popillius Lænas. Coſſ.	173
578	C. Popillius Lænas	P. Ælius Li	Ælius Ligus. Coſſ.	172
579	P. Licinius Craſſus	C. Caſſius L	Caſſius Longinus. Coſſ.	171
580	A. Hoſtilius Mancinus	A. Atilius S	Atilius Serranus. Coſſ.	170
581	Q. Marcius Philippus II.	Cn. Servilius	Servilius Cæpio. Coſſ.	169
582	L. Æmilius Paullus II.	C. Licinius	Licinius Craſſus. Coſſ.	168
583	Q. Ælius Pætus	M. Junius.	Junius Pennus. Coſſ.	167
584	M. Marcellus	C. Sulpicius	Sulpicius Gallus. Coſſ.	166
585	Cn. Octavius	T. Manlius.	Octavius. Coſſ.	165
586	A. Manlius	Q. Caſſius.	Caſſius Longinus. Coſſ.	164
587	Tib. Sempronius	M'. Juventiu	Juventius Thalna. Coſſ.	163
588	P. Cornel. Scipio Naſica	C. Marcius.	Marcius Figulus. Coſſ.	162
589	M. Meſſalla	C. Fannius.	Fannius Strabo. Coſſ.	161
590	L. Anicius	M. Corneliu	Cornelius Cethegus. Coſſ.	160
591	Cn. Cornelius Dolabella	M. Fulvius.	Fulvius Nobilior. Coſſ.	159
592	M. Æmilius	C. Popillius	Popillius Lænas II. Coſſ.	158
593	Sex. Julius	L. Aurelius	Aurelius Oreſtes. Coſſ.	157
594	L. Lentulus	C. Marcius.	Marcius Figulus II. Coſſ.	156
595	P. Scipio Naſica	M. Claudius	Claudius Marcellus II. Coſſ.	155
596	L. Poſtumius	Q. Opimius	Poſtumius Albinus, c. ſ. M'. Acil. Glabrio.	154
597	Q. Fulvius	T. Annius.	Annius Luſcus. Coſſ.	153
598	M. Marcellus	L. Valerius	Valerius Flaccus. Coſſ.	152
559	L. Licinius Lucullus	A. Poſtumiu	Poſtumius Albinus. Coſſ.	151
600	T. Quinctius.	M'. Acilius.	Acilius Balbus. Coſſ.	150
601	L. Marcius	M'. Maniliu	Manilius. Coſſ.	149
602	Sp. Poſtumius	L. Piſo. Co	Calpurnius Piſo Cæſoninus. Coſſ.	148
603	P. Africanus	C. Livius.	Livius Æmilianus Druſus. Coſſ.	147
604	Cn. Cornelius	L. Mummiu	Mummius. Coſſ.	146
605	Q. Fabius Maximus	L. Hoſtilius	Hoſtilius Mancinus. Coſſ.	145
606	Ser. Galba	L. Aurelius	Aurelius Cotta. Coſſ.	144
607	Ap. Claudius	Q. Metellus	Cæcil. Metell. Macedonicus. Coſſ.	143
608	L. Metellus	Q. Maximu	Fabius Max. Servilianus. Coſſ.	142
[illegible]	Cn. Cæpio	Q. Pompeju	Pompejus Nepos. Coſſ.	141
		[illegible]	[illegible]	[illegible]
640	Sp. Poſtumius	M. Minucius	Calpurnius Piſo Beſtia. Coſſ.	111
641	Q. Metellus	M. Silanus.	Minucius Rufus. Coſſ.	110
642	Ser. Galba	M. Scaurus.	Junius Silanus. Coſſ.	109
643	L. Caſſius	C. Marius. C	Hortenſius, c. ſ. M. Aurel. Scaurus. Coſſ.	108
644	C. Atilius	Q. Servilius C	Marius. Coſſ.	107
645	P. Rutilius Rufus	Cn. Mallius.	Servilius Cæpio. Coſſ.	106
646	C. Marius II.	C. Flavius Fi	Mallius Maximus. Coſſ.	105
647	C. Marius III.	L. Aurelius O	Flavius Fimbria. Coſſ.	104
648	C. Marius IV.	Q. Lutatius C	Aurelius Oreſtes. Coſſ.	103
649	C. Marius V.	M'. Aquillius.	Lutatius Catulus. Coſſ.	102
650	C. Marius VI.	L. Valerius Fl	Aquillius. Coſſ.	101
651	M. Antonius	A. Poſtumius.	Valerius Flaccus. Coſſ.	100
			Poſtumius Albinus. Coſſ.	99

Faſti Conſulares Sigonii ex Tab. Capitolinis.

Anni ab U. C.			Anni ante C.N.
		idius . Coſſ.	98
652	Q. Metellus	T. Didius . Co cinius Craſſus . Coſſ.	97
653	Cn. Lentulus	P. Craſſus . C aſſius Longinus . Coſſ.	96
654	Cn. Domitius	C. Caſſius . C lucius Scævula . Coſſ.	95
655	L. Craſſus	Q. Scævula . omitius Ahenobarbus . Coſſ.	94
656	C. Cœlius	L. Domitius . Ierennius . Coſſ.	93
657	C. Valerius Flaccus	M. Herennius . erperna . Coſſ.	92
658	C. Claudius Pulcher	M. Perperna Julius Cæſar . Coſſ.	91
659	L. Marcius	Sex. Julius . C utilius Lupus . Coſſ.	90
660	L. Julius Cæſar	P. Rutilius L rcius Cato . Coſſ.	89
661	Co. Pompejus	L. Porcius . C ompejus Rufus . Coſſ.	88
662	L. Sullu	Q. Pompejus ornel. Ciuna , c. f. L. Cornel. Merula.	87
663	Cu. Octavius	L. Cornelius arius VII, cui ſuff. L. Valerius Flaccus.	86
664	L. Cornelius Cinna II.	C. Marius VII Papirius Carbo . Coſſ.	85
665	L. Cinna III.	Cn. Papirius ornelius Cinna IV. Coſſ.	84
666	Cn. Papirius II.	L. Cinna IV. nius Norbanus . Coſſ.	83
667	L. Scipio	C. Norbanus Papirius Carbo III. Coſſ	82
668	C. Marius	Cn. Carbo III Cornelius Dolabella . Coſſ.	81
669	M. Tullius	Cn. Dolabella ecilius Merellus Pius . Coſſ.	80
670	L. Sulla II.	Q. Metellus . Claudius Pulcher . Coſſ.	79
671	P. Servilius	Ap. Claudius utatius Catulus . Coſſ.	78
672	M. Lepidus	Q. Catulus . ercus Æmil. Lepid. Livianus . Coſſ.	77
673	D. Brutus	Mamercus Æ cribonius Curio . Coſſ.	76
674	Cn. Octavius	C. Curio . Co urelius Cotta . Coſſ.	75
675	L. Octavius	C. Cotta . C Aurelius Cotta . Coſſ.	74
676	L. Licinius Lucullus	M. Cotta . C aſſius Varus . Coſſ.	73
677	M. Lucullus	C. Caſſius . Cornel. Lentul. Clodianus . Coſſ.	72
678	L. Gellius	Cn. Lentulus ornel. Lentul. Sura . Coſſ.	71
679	Cn. Aufidius	P. Lentulus . Pompejus Magnus . Coſſ	70
680	M. Craſſus	Cn. Pompejus ecil. Metell. Creticus . Coſſ.	69
681	Q. Hortenſius	Q. Metellus . Marcius Rex . Coſſ.	68
682	L. Metellus	Q. Marcius . Acilius Glabrio . Coſſ	67
683	C. Piſo	M'. Glabrio . olcatius Tullus . Coſſ.	66
684	M. Lepidus	L. Volcatius Manlius Torquatus . Coſſ.	65
685	L. Cotta	L. Torquatus o Pæto de ambitu accuſatis.	
		Marcius Figulus . Coſſ.	64
686	L. Cæſar	C. Figulus . ntonius . Coſſ.	63
687	M. Cicero	C. Antonius icinius Murena . Coſſ.	62
688	D. Silanus	L. Murena . Valerius Meſſalla Niger . Coſſ.	61
689	M. Pupius	M. Valerius ecilius Metellus Celer . Coſſ.	60
690	L. Afranius	Q. Metellus Calpurnius Bibulus . Coſſ.	59
691	C. Cæſar	M. Bibulus . abinius . Coſſ.	58
692	L. Piſo	A. Gabinius ecilius Metellus . Coſſ.	57
693	P. Lentulus.	Q. Metellus Marcius Philippus . Coſſ.	56
694	Cn. Lentolus	L. Philippus Licinius Craſſus II Coſſ.	55
695	Cn. Pompejus	M. Craſſus . Claudius Pulcher . Coſſ.	54
696	Ap. Claudius	L. Domitius Valerius Meſſalla . Coſſ.	53
697	Cn. Domitius	M. Meſſalla . ecilius Metellus Pius Scipio . Coſſ.	52
698	Cn. Pompejus	Q. Metellus Claudius Marcellus . Coſſ.	51
699	Ser. Sulpicius	M. Marcellus Claudius Marcellus . Coſſ.	50
700	L. Paullus	C. Marcellus ornel Lentulus Crus, vel Cruſcellus.	49
701	L. Lentulus	C. Marcellus ervilius Vatia Iſauricus . Coſſ	48
702	C. Cæſar	P. Servilius Antonius . Mag. Equ.	47
		atinius . Coſſ. in tres extrem. menſes.	
703	Q. Fufius Calenus	P. Vatinius Æmilius Lepidus . Coſſ.	46
704	C. Cæſar	M. Lepidus rpetuus . Sub finem anni ſuffecti ſunt	45
705	C. Cæſar	C. Maximus rebonius . Coſſ.	
		ntonius. Coſſ. c. f. P. Cornel. Dolabella.	44
706	C. Cæſar	M. Antonio Hirtius . Coſſ cui ſuff.	43
707	C. Panſa	A. Hirtius . edius , cui ſuff. P. Ventidius.	
		Æmilius Lepidus II Coſſ.	42
	M. Lepidus	L. Plancus . ervilius Vatia Iſauricus II Coſſ.	41
730	M. Appulejus	L. Antonius Domit. Calvinus, c. f. L. Cornel. Balbus.	40
731	C. Sentius	C. Aſinius . alviſius Sabinus . Coſſ.	39
		[illegible] . Lucretius [illegible] Coſſ.	38
		Q. Lucretius Veſpillo . Coſſ. quib. ſuff.	[illegible]
		Vipſanius Agrippa IV.	19
732	Cn. Lentulus	P. Lentulus Cornel. Leotulus Augur. Coſſ.	
733	C. Fornius	C. Silanus Junius Silanus . Coſſ.	18
734	L. Domitius	P. Scipio . Corn. Scipio. Coſſ. c. f. L. Furius Rufus.	17
735	M. Druſus	L. Piſo . Calpurnius Piſo Coſſ.	16
736	Cn. Lentulus	M. Craſſus Cornelius Lentulus . Coſſ.	15
737	Tib. Nero	P. Quinct. Quinctilius Varus . Coſſ.	14
738	M. Meſſalla	P. Sulpicius Sulpicius Quirinus . Coſſ.	13
			12
739	Psollus Fabius	Q. Ælius llus Fabius Maximus . Coſſ.	
740	Julius Antonius	Q. Fabius Fabius Maximus . Coſſ.	11
741	Druſus Nero	T. Quinct. Quinctius Criſpinus . Coſſ.	10
			9

Digitized by Google

Google